

7 400 40



MADE IN SPAIN



No. 9  
21-103

McGill University  
CANADA  
A  
26  
247

*Coll. de la Comp. de J. de Gran.*

~~33~~  
33  
R-5873

RICHARDI  
SANCTI VICTORIS  
SCOTI,  
CANONICI REGVLARIS  
SANCTI AVGVSTINI,  
THEOLOGI PRAESTANTISSIMI;

Opera quæ hæcenus apparere omnia, in duas partes diuisa, vni-  
cumque in Volumen congesta :


*Nunc recenter ab innumeris penè quibus scatebant mendis diligentissimè  
vindicata, genuinoq; tandem nitore, & pristina puritati  
haud paruo cum labore restituta.*

Accessit insuper Index ut nouus planè, ita & uetere auctior mul.ò & locupletior;  
necnon marginales Summæ nunquam hæcenus uisæ, toto operi undiq; appo-  
sitæ ut elegantes, ita & maximè studiosis utiles ac opportunæ .




UNIVERSITARIA  
GRAND

VENETIIS, MDXCI  
Apud Ioannem Baptistam Ciottum, & Socios.




ALEXANDRO ATESTINO  
PRINCIPI ILLVSTRISSIMO.  
PATRONO SVO VNICE COLENDO.



*Joannes Baptista Ciottus. S. P. D.*

**S**I Philosophiam munus à Deo datum hominibus, Cicero exclamavit, quæ ut plurimum quasi cæca in tenebris, & caligine versatur, quid de Theologia, & Christiana præsertim quæ sola vera est, & legitima Theologia sentiendum? nempe quod inter munera a Deo data hominibus illa sit maximè diuina, & præstantissima, & homines ipsa Deos quodammodo, vel Dijs certè proximos efficiat: quare hi quoque homines, qui cæteris studijs Theologiam tanquam doctrinarum omnium reginam anteponunt, tantum cæteris hominibus præstare iudicandi sunt, quantum hæc scientia cæteras omnes antecellit: quorum in numerum tu Princeps Illustrissime, optimo sanè iure referendus es, qui non relictis quidem cæteris studijs, sed delectis duobus potissimis, Philosophia, & iuris vtriusq; prudentia, his tanquam coronidem, & perfectionem omnium addis, Theologiam: meritò igitur Theologum celeberrimum Richardum de S. Victore editum, quo nihil præstantius excogitari potest, sub tuo nomine diuulgandum iudicavi. Accipe igitur humanissimè Princeps meæ in te obseruantia hoc tenue testimonium, & maiora, si hoc non aspernabere munusculum, breui expectato. Vale. Venetijs M D XCII. ipsis Calendis Octobris.



TYPOGRAPHI MINIMÆ  
Societatis, Benigno Lectori S.

**V**idem pollicitis præstemus, en tibi benigne Lector, post  
Legalia passim & Philosophica, tum Medica etiam &  
humanitatis præli nostri fatione data non pauca nu-  
per volumina, Coronidis nunc instar Theologica hæc Ri-  
chardi Sancti Victoris Scoti, multiplicis scientiæ uiri ope-  
ra, situ quasi inueterata, & à nostra propemodum usu remota, in lucem  
nouiter reuocata nunc palam facimus, eo fortasse cum profectu quem o-  
ptare veritatis amatores, & Scholastica Theologiæ sedulos sectatores u-  
nicè requirere opinamur: neque enim nos latet multorum animus auidè  
Richardum hunc quasi postliminio reducem videre exoptantium, quo-  
rum desiderijs annuere cupientes & votis, nouis eum typis excusum, no-  
uo Indice, & eo quidem copioso, nouisq; marginalibus summis ut varijs,  
& elegantibus doctorum non minus quam piorum quorundam labore vi-  
rorum adauctum exornatumq; quæ soliti sumus voluntatis propensione  
vadimonij instar tibi dicamus dedicamusq; taliter quidem, ut & nouus  
planè, & alius à veteri non iniquè iudicantium censura & haberi, & esse  
possit: Tu illum legenda non percurre modò, sed relegendò etiam rumi-  
na, & meditando frequenter eidem quam potes studiosissimè immora-  
re, fructum ex eo sat uberem, animaq; malis intimè sanandis per oppor-  
tunum haud dubie summo cum scenore percepturus. Vale & pro more  
tuo conatibus nostris faue. Venetijs M D XCII. ipsis Calendis  
Octobris.

RICHARDVS SANCTI VICTORIS MONACHVS

Canonicorum Regularium Sancti Augustini ad muros Parisienses, na-  
tione Scotus: vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in philosophia  
tam naturali, quàm morali singulariter exercitatus, ingenio præclarus,  
& sermone scholasticus, moribus & conuersatione præcipuus, contem-  
plationis exercitio eleuatisimus: scripsit subsequenti opuscula circa  
annum millesimum centesimum quadragesimum, ad utilitatem suc-  
cessorum.

Tituli Tractatum ac Librorum Prima Partis.

- D**E exterminatione mali & promotione boni, Tractatus unus.  
De statu interioris hominis, Tractatus tres.  
De eruditione hominis interioris, Libri tres.  
De præparatione animi ad contèplationè, aliàs Benjamin minor, Liber unus.  
De gratia contèplationis, aliàs Benjamin maior, Libri quinque.  
Allegoriæ nonnullæ tabernaculi fœderis, Liber vnus.  
De Trinitate, Libri sex.  
De tribus appropriatis personis in Trinitate, Liber vnus.  
De uerbo incarnato, Liber vnus.  
De Emanuele, Libri duo.  
Liber exceptionum, Libri quatuor.  
De potestate ligandi, atque soluendi, Tractatus unus.  
De contèplatione plagarû, quæ circa finem mundi uenient, Tractatus unus.  
De iudiciaria potestate in finali iudicio, Tractatus unus.  
De spiritu blasphemix, Tractatus unus.  
De gradibus charitatis, Tractatus unus.  
De quattuor gradibus uiolentæ charitatis, Tractatus unus.  
De gemino Paschate, Tractatus unus.  
Sermo unus in die Paschæ.  
Declarationes nonnullarum difficultatum scripturæ ad Diuum Bernardum,  
Tractatus unus.  
Quomodo Spiritus sanctus est amor Patris & filij, Tractatus unus.  
De differentia peccati mortalis & uenialis, Tractatus unus.  
Quomodo elemosina patris non erit in obliuione pro peccato matris, Tra-  
ctatus unus.  
De superexcellenti baptismo Christi, Tractatus unus.  
Sermo de missione Spiritus sancti, unicus.  
De comparatione Christi ad florem & Mariæ ad uirgam, Tractatus unus.  
Quomodo Christus ponitur in signum populorum, Tractatus unus.  
De differentia sacrificij Dauid & Abrahæ, Tractatus unus.  
De differentia sacrificij Abrahæ a sacrificio Mariæ Virginis, Tractatus unus.

Tituli Tractatum Secunda Partis.

**E**xplanatio difficultatum suborientium ex descriptione tabernaculi  
foederis, Tractatus unus.  
De templo Salomonis ad litteram, Tractatus unus.  
De concordia temporum Regum conregnantium super Iudam & Israel,  
Tractatus unus.

Explanatio Psalmorum sequentium.

Quare fremuerunt gentes,  
In pace in idipsum dormiam & requiescam.  
Iudica me domine.  
Afferte domino filij Dei, afferte filios arietum.  
Homo pacis meae in quo speravi.  
Astitit Regina a dextris tuis in uestitu deaurato.  
Quia calix in manu domini uini meri plenus mixto,  
In medio annorum notum facies.  
Cum exiret de terra Aegypti, linguam quam non nouerat audiuit.  
Dilata os tuum: & implebo illud.  
Iustitia & pax osculae sunt.  
Moyse & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel, &c.  
Cum essent numero breui, paucissimi, & incolae, &c.  
Montes exultauerunt ut arietes & colles, &c.  
Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.  
Aufer a me opprobrium, & contemptum, &c.  
Illumina faciem tuam super seruum tuum, &c.  
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c.  
Latus sum in his, quae dicta sunt mihi, in domum domini, &c.  
Omnia quaecunque uoluit Deus fecit, &c.  
Qui producit uentos de thesauris suis.  
Imperfectum meum uiderunt oculi tui, &c.  
In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.  
Eripe me domine ab homine malo, a uiro iniquo, &c.  
Benedictus dominus Deus meus qui docet manus meas, &c.  
Descendet sicut pluuia in uellus, &c.  
Scuto circumdabit te ueritas eius, &c.

Explanatio in Cantica Salomonis.

Cantici Canticorum explanatio, Tractatus unus.  
De uisione Ezechielis.  
De templo Ezechielis.  
Decisio aliquorum dubiorum Apostoli, Tractatus unus.  
In Apocalypsim Ioannis, Libri septem.

INDEX

I N D E X  
CAPITVM OMNIVM, QVÆ IN  
bipartito hoc Richardi S. Victoris opere  
continentur, & hoc de prima parte.

DE EXTERMINATIONE MALI,  
& promotione boni, Tractatus Primus.

**D**E exterminatione mali, & promotione  
boni. cap. 1 1  
De gemina confessione, & gemina pro-  
motione. cap. 2 ibid.  
Quomodo confessio criminis ualeat ad exterminium  
mali. cap. 3 ibid.  
Quomodo confessio laudis ualeat ad promotionem bo-  
ni. cap. 4 2  
Quod prima promotio uirtutis sit in contemptu mun-  
di. cap. 5 ibid.  
Quod secunda promotio uirtutis sit in contemptu sui.  
cap. 6 ibid.  
Quomodo per contemptum mundi fiat exterminium  
mali. cap. 7 3  
Quod contritio animi nunc sit in adiutorium, nunc ad  
firmamentum boni. cap. 8 ibid.  
De utili, & inutili contritione. cap. 9 ibid.  
De gemina cordis compunctione. cap. 10 4  
De uano uel uero mundi contemptu. cap. 11 ibid.  
Quam sit difficile ad perfectum sui contemptum per-  
tingere. cap. 12 ibid.  
Quibus modis mens ad plenum sui contemptum eru-  
ditur. cap. 13 ibid.  
Quod superfluus amor sui, inter successus uirtutum dif-  
ficilis vincitur. cap. 14 5  
Quomodo gradatim animus ad sui contemptum est  
promouendus. cap. 15 ibid.  
Quomodo uano amore exhausto animus in Dei amore  
dilatur. cap. 16 6  
De uano amoris defectu & ueri amoris profectu. cap.  
17 ibid.  
Quomodo per uani amoris defectum, mentis perturba-  
tiones deficiunt. cap. 18 7  
Cum qua cautela debeamus cordis perturbationes de-  
lere. cap. 19 ibid.  
Tractatus Secundus.

**A**B hoc loco agitur de studio contemplationis: &  
quomodo, uel quantum ualeat ad reformatio-  
nem ueri amoris. cap. 1 8  
Quomodo inuestigatio & retractatio salubrium, ua-  
leat ad corrigendum animum. cap. 2 ibid.  
Quod facilius est animum corrigere, quam eius inti-  
ma penetrare. cap. 3 9  
Quantum ualeat cum profunda admiratione infirmita-  
tis nostrae considerationi diutius inherere. c. 4. ibid.  
Quomodo post plenam correctionem sui, animus ad a-  
ternorum contemplationem introducitur. cap. 5. 10  
Quod in futura uita post aeternam contemplationem, animus  
ad omne desiderium suum benelacium relaxatur. ca. 6. ibid.  
Quomodo quidam in hac etiam uita ad aeternorum con-  
templationem subleuantur. cap. 7 11

Quod semper oportet per contemplationis studium pra-  
uidere quo debeamus per desiderium tendere. c. 8. 12  
Exemplum uel formae propositae considerationis. c. 10. 13  
De his, quae pertinent ad meditationem uel contempla-  
tionem, & quantum ualeant ad uirtutis promotio-  
nem talium captus. cap. 11 ibid.  
De gemina praemeditatione praemiorum, uidelicet &  
meritorum. cap. 12 14  
Quomodo speculationi praemiorum oportet uebemen-  
tius insistere. cap. 13 15  
Quod speculatio meritorum in duobus consistat. c. 14. ibid.  
Quid sit meditationis, & quid sit contemplationis. c. 15. 16  
Tractatus Tertius.

**H**ucusque de boni promotione, adhuc de eiusdem  
confirmatione. cap. 1 16  
De confirmatione mentis in bono, & obduratione men-  
tis in malo. cap. 2 ibid.  
De modo praesumptionis seu desperationis. cap. 3 17  
Quomodo ex malorum nostrorum recordatione oportet  
praesumptionem reprimere. cap. 4 17  
Quomodo ex bonorum nostrorum recordatione oportet  
desperationem repellere. cap. 5 ibid.  
De duodecim principalibus uirtutibus in quibus soli-  
dandus est animus. cap. 6 18  
De soliditate timoris. cap. 7 ibid.  
De grauitate compunctionis. cap. 8 19  
De spei longanimitate. cap. 9 ibid.  
De charitatis integritate. cap. 10 ibid.  
De maturitate incontinentiae. cap. 11 ibid.  
De asperitate seu ueritatis. cap. 12 ibid.  
De austeritate abstinentiae. cap. 13 ibid.  
De robore patientiae. cap. 14 20  
De solitudine circumspectionis. cap. 15 ibid.  
De assiduitate speculationis. cap. 16 ibid.  
De certitudine discretionis. cap. 17 21  
De quiete contemplationis. cap. 18 ibid.

DE STATU INTERIORIS  
hominis, Tractatus Primus.

**D**E statu interioris hominis post lapsum. c. 1. 24  
De tribus principalibus in homine. cap. 2 ibid.  
De dignitate liberi arbitrij. cap. 3 25  
De utilitate consilij. cap. 4 ibid.  
De infirmitate carnalis desiderij. cap. 5 ibid.  
De principatu liberi arbitrij. cap. 6 ibid.  
De uirtute utilitatis consilij. cap. 7 26  
De inquietudine carnalis desiderij. cap. 8 ibid.  
De inquietudine humani affectus. cap. 9 ibid.  
De inquietudine carnalis appetitus. cap. 10 27  
De triplici incommodo hominis. cap. 11 28  
De infirmitate liberi arbitrij. cap. 12 ibid.  
Quid sit libertatis, uel quid potestatis. cap. 13 ibid.  
De potestate liberi arbitrij ante peccatum. cap. 14. 29  
De priuatione primae potestatis. cap. 15 ibid.  
De recuperatione primae potestatis. cap. 16 ibid.

a 4

De



Index Capitum Primæ Partis.

De perturbatione internæ pacis, & conflictatione virtutum cum vitijs. cap. 17 30  
 quomodo vitium vitio resistat. cap. 18 ibid. 31  
 quomodo virtus virtuti contradicat. cap. 19 ibid. 31  
 de gratia & natura. cap. 20 ibid. 32  
 de integritate gratiæ ante peccatum. cap. 21 ibid. 32  
 de stabilitate gratiæ ante peccatum. cap. 22 ibid. 32  
 de tribus gradibus libertatis, & quod summam libertatem habeat homo. cap. 23 ibid. 33  
 de ignorantia boni & mali. cap. 24 ibid. 33  
 de gemino errore iudicij. cap. 25 ibid. 33  
 de quinque gradibus discretionis. cap. 26 ibid. 33  
 quod discretionis gratia modo datur, modo subtrahitur. cap. 27 34  
 de duobus gradibus deliberationis. cap. 28 ibid. 34  
 de discretionis, & deliberationis norma, & quæ talenta, quomodo sint augenda. cap. 29 35  
 cur non sint quinque gradus deliberationis, sicut & discretionis. cap. 30 ibid. 35  
 quod illuminantem gratiam non semper habemus præsentem, nunquam autem sufficientem. cap. 31 ibid. 36  
 de concupiscentiæ mali. cap. 32 36  
 quod totum hominis infirmitati subiacet. cap. 33 eod. 36  
 quomodo sit inordinatus, uel quàm immoderatus affectus. cap. 34 37  
 quomodo homo ad legitimam integritatis mensuram perducitur. cap. 35 38  
 quibus gradibus ad integritatis plenitudinem perducimur. cap. 36 eod. 38  
 quod eadem perfectionis forma, futura sit in cogitatione, & in affectione. cap. 37 39  
 Tractatus Secundus.  
 Hucusque de triplici vitio, nunc de triplici peccato. cap. 1 39  
 quid sit vitium, & quid sit peccatum. cap. 2 40  
 quod tribus modis peccata contrahimus. cap. 3 eod. 40  
 quid quibus peccatis sit proprium. cap. 4 41  
 de peccato triplici, actionis, cogitationis, consuetudinis. cap. 5 eod. 41  
 quod prædicta singula tribus modis possunt accipi. c. 6. 42  
 quid quibus peccatis sit familiare. cap. 6 eod. 42  
 Tractatus Tertius.  
 Hucusque de triplici peccato, nunc de triplici remedio. cap. 1 43  
 de triplici institutione. cap. 2 eod. 43  
 de triplici comminatione. cap. 3 eod. 44  
 de triplici promissione. cap. 4 44  
 de triplici virtute triplicis promissionis. cap. 5 eod. 44  
 de triplici leuamine contra triplicem dolorem. c. 6. 45  
 assignatio triplicis promissionis. cap. 7 ibid. 45  
 assignatio multiplicis utilitatis in diuinis promissionibus, & prædictorum recapitulatio. cap. 8 46  
 DE ERVDITIONE HOMINIS interioris, Liber Primus.  
 DE mystico somnio regis Nabuchodonosor, & summa intentionis totius operis. cap. 1 47  
 quomodo contemplationis gratia quibusdam modo datur, mō subtrahitur, iterūq; amissa recuperatur. c. 2 48  
 quod in omne quod agimus, intentioni bonæ studere, & gratiæ diuinæ imitari debeamus. cap. 3 49  
 quomodo secundum varios studiorum suorum successus, quidam se, uel eneruiter deiciunt, uel inaniter extollunt. cap. 4 50  
 quam multis modis animus seipsum decipit, & suum sibi vitium non inuitus abscondit. cap. 5 51  
 quam temere, uel frustra ex humana industria præsumimus quod ex angelica solum, seu diuina reuelatione expectare debemus. cap. 6 52  
 quomodo post præclara sepe studiorum suorum insignia mens iam secularium, quàm spiritualium doctrinarum curam deponit, & se totam ad sola exteriora negocia exponit. cap. 7 eod. 52  
 quomodo in omni proposito, uel instituto, debeamus æquitatis regulam consulere, & improvidè statuta ad saniores sententiam reuocare. cap. 8 53  
 quod quicquid contra nos accidere solet, dispensante Deo, libero mentis arbitrio, iuxta meritum qualitatem respondet. cap. 9 54  
 quibus considerationibus pensanda sunt, quæ circa nos accidunt. cap. 10 55  
 quomodo perturbationis nostræ tempore debeamus ad orationis remedia confugere, & eiusmodi suffragium in usum adducere. cap. 11 eod. 55  
 qualibus meditationibus oportet animum ad deuotionem inflammare, uel quomodo oporteat studiorum nostrorum instantiam reformare. cap. 12 56  
 quomodo semper ad inuouationem intelligentiæ debeamus non ad nostram industriam, sed Domini munificentiam magnificare. cap. 13 57  
 quod triplex sit ueræ deuotionis officium. cap. 14 58  
 quomodo debeamus æquitatis regulam arctius consulere, eo maxime tempore quo oportet quodlibet sublimitatis officium ex plere. cap. 15 59  
 quibus gradibus mysteriorum cognitio proficit, & ad quantam scientiæ perfectionem animus sepe merito deuotionis ascendit. cap. 16 60  
 quod ille summum deuotionis culmen attingit, qui quicquid sibi molestiæ etiam præter meritum accidit, suis meritis ascribit. cap. 17 61  
 quod de uirtute deuotionis sepe minus præsumimus, quàm quod aliud est munus mysticæ intelligentiæ, & aliud munus mysticæ doctrinæ. c. 18 62  
 quod amissam contemplationis gratiam, melius deuotione, quàm inuestigatione recuperamus, & quod id quoque gratis obtinemus, quod merito deuotionis acquirimus. cap. 19 63  
 compendiosa recapitulatio prædictorum, cum similitudinibus attestatione. cap. 20 64  
 quomodo oporteat unumquemque a præsumptionis suæ altitudine detumescere, qui cupit in uera stabilitate quandoque fixus manere. cap. 21 65  
 De modo conditionis, uel corruptibilitatis humane, & quod in quolibet uirtutum culmine oporteat mori ruinam timere. cap. 22 66  
 quod de magno sepe uirtutum culmine solcat mens humana gradatim in ima corrui. cap. 23 67  
 quomodo uel quibus corruptionis gradibus de summis in ima corrui sepe animus humanus. cap. 24 68  
 de prædictorum differentia graduum, & qualitate singulorum. cap. 25 69  
 dictum est quomodo defluat homo sepe de bono in malum, nunc dicitur quomodo corrui sepe de malo in malum, & uitio in uitium. cap. 27 70  
 quibus reparationis gradibus mens sepe ex diuina operatione resurgit, quæ de magnis bonis in ima cadit. cap. 27 eod. 70  
 quibus promotionis gradibus, sepe diuinitus reparatur mens quæ de magno malo in deteriora labitur. cap. 28 71  
 quomodo uel ad quantam perfectionem sepe homo post multiplicem lapsum ex diuina operatione resurgat. cap. 29 72  
 qualem libertatem naturali habemus, & qualem potestatem ex gratia accipimus, & quid sit libertatis uel potestatis. cap. 30 73  
 de diuersis corruptionis gradibus, eorumque proprietatibus descendendum de bono in malum. c. 31. 74  
 de diuersis corruptionis gradibus, eorumque proprietatibus descendendum de malo in malum. c. 32. eod. 74  
 quomodo mens in semetipsam scinditur, laceratur, confunditur, cum ad corruptionis extrema peruenitur. cap. 33 76  
 quomodo diuinitus promouetur homo, quandoque de profundo iniquitatis ad summum fastigium charitatis. cap. 34 77  
 quæ sit nimis serua, uel quæ sit utilis, & certa prudentia. cap. 35 78  
 quod humilitatio instabilis, & indiscreta sit quidem reprehensio digna. cap. 36 eod. 78  
 quod in nulla nostra uirtute debeamus considerare, uel gloriam uelle. cap. 37 eod. 78  
 quam multi querunt uirtutum scientiam, morumq; doctrinam ad ostentationem, non ad utilitatem. cap. 38 79  
 quod in cuiuscunque uirtutis executione septem ista oporteat obseruare. cap. 39 80  
 quod sepe desiderium corrumpitur, unde intelligentia illuminatur. cap. 40 eod. 80  
 quod alia ex diuina reuelatione cognoscimus, alia ex ratione colligimus. cap. 41 81  
 quod optimum sit deuotionem nostram eoque proficere, quod nulla occupatio possit eius officium interrumpere. cap. 42 eod. 81  
 quod etiam in necessitatibus nostræ uisibus nihil improvidè, nihil inconsultè agere debeamus. cap. 43. 82  
 quod quicquid animum per cogitationem pulsat, mentis deuotionem excitare debeat. cap. 44 eod. 82  
 Liber Secundus.  
 DE conscientie securitate, uel profectu in inuouatione. cap. 1 83  
 de intellectualis sensus illuminatione, uel quomodo contemplationis nostræ spectacula, menti soleant utilem timorem incurrere. cap. 2 eod. 83  
 quod alia sit gratia per quam cognoscimus iudicia diuina, alia per quam discernimus merita propria. cap. 3 85  
 quomodo oporteat secularia studia deponere, & ad spiritualium inuestigationem conuertere. ca. 4. eod. 85  
 quomodo insistere oporteat, qui ad diuinorum mysteriorum enodationem anhelat. cap. 5 eod. 85  
 quam sit inane mysteriorum profunda rimari, sine magisterio Spiritus sancti. cap. 6 86  
 quod ad mysteriorum enodationem melius proficimus deuotione, quàm inuestigatione, & quod ueræ deuotionis sit omnia discutere, ut possit omnia iudicare. cap. 7 eod. 86  
 quibus deuotionis studijs insistere debeat, qui occultorum reuelationem diuinitus expectat. ca. 8. 87  
 quanta uirtus ueræ deuotionis sit, quæ filium Dei facit, quæ animum humanum Deo coniungit. c. 9. eod. 87  
 quod maxime sub tempore orandi, quibusdam solet intellectualis sensus aperiri. cap. 10 88  
 quod seculares scientiæ debeant spiritualibus subservire, & ueræ deuotionis lucris militare. cap. 10 eod. 88  
 quod sit utile summa deuotioni summam curam impendere. cap. 12 89  
 de contemplandi modo, uel qualitate, & quod aliter uidentur res in suo esse, atque aliter in sola ratione, uel summa ueritate. cap. 13 eod. 89  
 de magnitudine gratiæ mentis postmodum casura, et in tanta plenitudine gratiæ, quid soleat esse causa ruina. cap. 14 90  
 de autoritatis magnitudine mentis postmodum ruitura. cap. 15 eod. 90  
 de multitudine scientiæ mentis uirtutis, & in tanta scientiæ plenitudine quid esse soleat causa ruina. cap. 16 91  
 de rigore disciplinæ quem solet ruitura mens sepe eroga alios exercere. cap. 17 eod. 91  
 de rigore disciplinæ quem solet ruitura mens apud se ipsam exercere. cap. 18 92  
 quod in quolibet uirtutum culmine oporteat semper morum ruinam timere. cap. 19 93  
 quod quicquid circa nos agitur Dei dispositione, & angelica administratione dispensatur. cap. 20. eod. 93  
 quod nihil in nos possunt spiritus maligni nisi permissione Dei. cap. 21 94  
 quomodo, uel quo ordine ad subtractionem gratiæ soleat mens humana corrui. cap. 22 eod. 94  
 quomodo mens post fedam deiectionem sui, soleat postmodum & ab alijs contemni, & in semetipsam resolui. cap. 23 95  
 quod turpiter lapsos, & a sublimi deiectos diuina miseratio sepe & ad penitentiam referuat, & ad correctionem expectat. cap. 24 eod. 95  
 ad quantam prauitatem, mens quandoque obdurat, quæ tamen diuinitus ad ueniam referuatur. cap. 25 96  
 quomodo mens, quæ moribus deprauatur, postmodum ad errores, uel fraudes imbuitur. cap. 26 97  
 quomodo mens ad omnem crudelitatem quandoque effrenatur, cum tamen diuinitus ad penitentiam referuatur. cap. 27 eod. 97  
 quomodo malum grassatur in his, qui semper in deteriora labuntur. cap. 28 eod. 97  
 quod sepe contingat mentem omniformiter corrumpi, quam tamen constat ad penitentiam ex diuina miseratione referuari. cap. 29 98  
 quomodo soleat multorum utilitati deservire, quod quosdam contingat de sublimi corrui. ca. 30. eod. 98  
 quomodo addiscant quidam ex proprio, quidam ex alieno casu, quod nihil suis uiribus attribui debeant. cap. 21 eod. 98  
 quod

Index Capitum Primæ Partis.

in malum, & uitio in uitium. cap. 27 70  
 quibus reparationis gradibus mens sepe ex diuina operatione resurgit, quæ de magnis bonis in ima cadit. cap. 27 eod. 70  
 quibus promotionis gradibus, sepe diuinitus reparatur mens quæ de magno malo in deteriora labitur. cap. 28 71  
 quomodo uel ad quantam perfectionem sepe homo post multiplicem lapsum ex diuina operatione resurgat. cap. 29 72  
 qualem libertatem naturali habemus, & qualem potestatem ex gratia accipimus, & quid sit libertatis uel potestatis. cap. 30 73  
 de diuersis corruptionis gradibus, eorumque proprietatibus descendendum de bono in malum. c. 31. 74  
 de diuersis corruptionis gradibus, eorumque proprietatibus descendendum de malo in malum. c. 32. eod. 74  
 quomodo mens in semetipsam scinditur, laceratur, confunditur, cum ad corruptionis extrema peruenitur. cap. 33 76  
 quomodo diuinitus promouetur homo, quandoque de profundo iniquitatis ad summum fastigium charitatis. cap. 34 77  
 quæ sit nimis serua, uel quæ sit utilis, & certa prudentia. cap. 35 78  
 quod humilitatio instabilis, & indiscreta sit quidem reprehensio digna. cap. 36 eod. 78  
 quod in nulla nostra uirtute debeamus considerare, uel gloriam uelle. cap. 37 eod. 78  
 quam multi querunt uirtutum scientiam, morumq; doctrinam ad ostentationem, non ad utilitatem. cap. 38 79  
 quod in cuiuscunque uirtutis executione septem ista oporteat obseruare. cap. 39 80  
 quod sepe desiderium corrumpitur, unde intelligentia illuminatur. cap. 40 eod. 80  
 quod alia ex diuina reuelatione cognoscimus, alia ex ratione colligimus. cap. 41 81  
 quod optimum sit deuotionem nostram eoque proficere, quod nulla occupatio possit eius officium interrumpere. cap. 42 eod. 81  
 quod etiam in necessitatibus nostræ uisibus nihil improvidè, nihil inconsultè agere debeamus. cap. 43. 82  
 quod quicquid animum per cogitationem pulsat, mentis deuotionem excitare debeat. cap. 44 eod. 82  
 Liber Secundus.  
 DE conscientie securitate, uel profectu in inuouatione. cap. 1 83  
 de intellectualis sensus illuminatione, uel quomodo contemplationis nostræ spectacula, menti soleant utilem timorem incurrere. cap. 2 eod. 83  
 quod alia sit gratia per quam cognoscimus iudicia diuina, alia per quam discernimus merita propria. cap. 3 85  
 quomodo oporteat secularia studia deponere, & ad spiritualium inuestigationem conuertere. ca. 4. eod. 85  
 quomodo insistere oporteat, qui ad diuinorum mysteriorum enodationem anhelat. cap. 5 eod. 85  
 quam sit inane mysteriorum profunda rimari, sine magisterio Spiritus sancti. cap. 6 86  
 quod ad mysteriorum enodationem melius proficimus

Index Capitum Primæ Partis.

quod ex modo humilitatis pendet mensura magnitudinis. cap. 32 99  
 quod aliud sit diuina iudicia per contemplationem cernere, atque aliud eorum rationem perpendere. cap. 33 eod.  
 quod eorum notitiam sepe merito deuotionis acquirimus, quæ nulla nostra sagacitate, nullo nostro studio penetrare ualeamus. cap. 34 100  
 quod animus dum ex multa consideratione infirmitatis suæ humiliatur, sepe ad sublimem intelligentiam diuinitus illuminatur. cap. 25 101  
 de uera mentis deuotione quomodo debeat semetipsam discutere. cap. 36 eod.  
 quomodo deuotio quandoque totum interioris hominis statum depræhendit, & tam præsentem perspicit, quam futurum præuideat. cap. 37 eod.  
 quomodo immineat periculo repugnare oporteat, uel quantum eleemosyna ualeat si simplici intentione fiat. cap. 38 102  
 quam patienter, uel misericorditer correptionem nostram, Dei longanimitas expectat, uel quomodo peruersa mens eius patientia abuti soleat. cap. 39 103  
 de typo arrogantis animæ, uel quomodo soleat semetipsam magnificare. cap. 40 eod.  
 quam subito, sepe, & quam profundè labuntur, qui patientia Dei abutuntur. cap. 41 104  
 quod una, eademque sententia per contemplationem præosculatur, per timorem intentatur, per desperationem confirmatur. cap. 42 eod.  
 quod sine diuina protectione nullus ualeat suis passionibus, uel malignis suggestionibus resistere. cap. 43 eod.  
 de quanto uirtutum culmine contingat in ima uiciorum corruere. cap. 44 105  
 quomodo interim etiam ad maiorem gloriam quandoque resurgit, qui prius de sublimi cecidit. cap. 45 eod.  
 quomodo solum Deum glorificat, qui seipsum prius tam impudenter magnificabat. cap. 46 106  
 quid agat superba gloriatio, uel quid efficiat deuota gloriatio. cap. 47 eod.  
 quomodo per discretionem iudicij, uel circumspeditionem sui soleat mori disciplina reformari. ca. 48. 107  
 quomodo debeat deiecta mens semetipsam discutere, & ad priusimum feruorem immouere. cap. 49. eod.  
 quomodo ex uirtute humilitatis animus in bono roboratur, & ad boni perseverantiam solidatur. capit. 50 108  
 quomodo uel qua utilitate oporteat Deum laudare. cap. 51 eod.  
 Liber Tertius.  
**D**E triplici uicio mutabilitatis, & inconstantie mentis. cap. 1 109  
 qualis, uel quanta consuetudo tentationis surgat ex inconstantia mentis. cap. 2 110  
 quod bestialiter uiuendi modus sit quadripartitus. capit. 2 eod.  
 quibus corruptionis gradibus corruere solet sepe animus humanus. cap. 4 111  
 de uicio insolentia. cap. 5 eod.

quibus insolentia gradibus paulatim corrumpitur animus humanus. cap. 6 112  
 quomodo ex uicio insolentia cadat homo in uicium inuidientia. cap. 7 eod.  
 de uicio inuidientia. cap. 8 113  
 de malo inuidientia quibus solet gradibus accrescere. cap. 9 113  
 quomodo ex inuidientia mens cadat in uicium fraudulentiæ. cap. 10 114  
 De uicio fraudulentiæ. cap. 11 eod.  
 de malo fraudulentiæ, quam sit multiforme in opere. cap. 12 eod.  
 de malo fraudulentiæ, quam sit multiplex in intentione. cap. 13 115  
 quomodo ex uicio fraudulentiæ mens cadat in uicium impudentiæ. cap. 14 eod.  
 de uicio impudentiæ. cap. 15 eod.  
 quomodo mens obduratur per impudentiam uicium, et primo contra Deum. cap. 16 116  
 quomodo per impudentiam uicium, mens obdurescit apud semetipsum. cap. 17 eod.  
 quomodo per impudentiam uicium, mens obdurescit erga proximum. cap. 18 117  
 quomodo mens cum in profundum malorum uenerit sepe etiam in desperationem cadit. cap. 19 eod.  
 DE PRÆPARATIONE ANIMI ad contemplationem, Liber dictus Benjamin minor.  
**D**E studio sapientiæ, & eius commendatione. cap. 1 118  
 de desiderio iustitiæ, & eius proprietate. cap. 2. eod.  
 de gemino totius boni fonte, ratione uidelicet, & affectione. cap. 3 eod.  
 quomodo per studium sapientiæ animus latenter sepe inducitur ad exercitia iustitiæ. cap. 4 119  
 quomodo imaginatio subseruiat rationi, sensualitas, affectioni. cap. 5 eod.  
 de uicio imaginationis, & sensualitatis. cap. 6 120  
 qui sunt affectus principales, & quo ordine, uel modo redigantur in uirtutes. cap. 7 eod.  
 quomodo, uel unde oriatur ordinatus timor. ca. 8. eod.  
 quomodo oriatur, uel ordinetur dolor. cap. 9 121  
 quomodo oriatur, uel ordinetur amor. cap. 10 eod.  
 quomodo oriatur, uel ordinetur amor. cap. 11 eod.  
 quid sit proprium amoris. cap. 12 eod.  
 quomodo per inuisibilem amorem mens instigetur ad inuisibilem inuestigationem. cap. 12 122  
 quæ sit prima uia omni ingredienti ad inuisibilem contemplationem, uidelicet per imaginationem. cap. 14 eod.  
 quomodo infirmorum speculationi diuinæ scripturæ alludunt. cap. 15 123  
 quod imaginatio alia sit bestialis, alia rationalis. cap. 16 eod.  
 quod cum imaginationem, rationem, uoluntatem, dicimus, diuersis modis id accipimus. cap. 17 eod.  
 de gemina speculatione, quæ surgit ex imaginatione. cap. 18 eod.  
 de prima speculatione & eius proprietate. c. 19. 124  
 de officio primæ speculationis. cap. 20 eod.  
 de utilitate primæ speculationis. cap. 21 125  
 de secunda

Index Capitum Primæ Partis.

de secunda speculatione, & eius proprietate. c. 22. 125  
 quid sit familiare, seu etiam speciale speculationi secundæ. cap. 23 eod.  
 quanta sit incunctitas speculationis secundæ. c. 24. 126  
 de gemina uirtutum prole, quæ nascitur ex edomita sensualitate. cap. 25 eod.  
 de rigore abstinentiæ, & uigore patientiæ, & eorum proprietate. cap. 26 eod.  
 quod sensualitatis appetitus non temperatur, si imaginationis euagatio non restringitur. cap. 27 127  
 quomodo per abstinentiam, & patientiam animus roboratur ad omnem obedientiam. cap. 28 eod.  
 quomodo ex abstinentia humana laus surgit, & quam cautè eius appetitus temperandus sit. cap. 29. 128  
 unde maximè soleat laus surgere, & quod uera laus sit de reuera uoluntate. cap. 30 eod.  
 quomodo uirtutibus prædictis muniat, tam disciplina cordis, quam corporis. cap. 31 129  
 quod disciplina cogitationum non possit custodiri sine disciplina sensuum. cap. 32 eod.  
 quomodo in cordis custodia, uicissim sibi uirtutes prædicte cooperentur. cap. 33 eod.  
 quod perfectam patientiam, semper comitatur misericordia. cap. 34 130  
 commendatio perfectæ patientiæ. cap. 35 eod.  
 quomodo, uel quo ordine oriatur uerum gaudium. cap. 36 eod.  
 comparatio interioris, & exterioris dulcedinis. capit. 37 131  
 quid soleat impedire illud internum gaudium. c. 38. eod.  
 quomodo interna dulcedo soleat animum, & fortia roborare, & ad humilia inclinare. cap. 39 132  
 quomodo, uel quo ordine oriatur in nobis odium uiciorum. cap. 40 133  
 quam sit ratum ex uero uiciorum odio, & elum refectionis habere. cap. 41 133  
 quod sit officium ueri zelatoris. cap. 42 134  
 quod ueri zelatoris sit uigilare, non solum contra uitiam, sed etiam contra fraudulentiæ. cap. 43 eod.  
 quale sit, uel quantum habere perfectum & elum animarum. cap. 44 eod.  
 quomodo, uel unde oriatur ordinatus pudor. c. 45. 135  
 quis, uel qualis sit ordinatus pudor. cap. 46 eod.  
 quam sit rarum habere pudorem uerum. ca. 47 eod.  
 quid sit proprium pudoris. cap. 48 136  
 de utilitate & uenustate uerecundiæ. cap. 49 eod.  
 quomodo uerecunda mens, modestiæ metas transgreditur, cum per superbiam, & uanam gloriam corrumpitur. cap. 50 eod.  
 quomodo uerecunda mens ab intentionis suæ refectione deicitur. cap. 51 eod.  
 quomodo sub uno eodemque tempore unde una corrumpitur, inde alie uirtutes quandoque nutriuntur. cap. 52 eod.  
 cum quanta instantia, uel cautela corrigenda sit intentio deprauata. cap. 53 138  
 quomodo, uel quam cautè oporteat intentionem mutare, & morum honesta non deserere. cap. 54 eod.  
 qua maximè consideratione debeamus intentionis deprauationem castigare. cap. 55 eod.  
 quod mens in omni corruptione sua debeat & patienter dolere, & de sua correctione non desperare. cap. 56 139

quomodo, uel quam cautè per exprobanem peccati, uel per exactionem debiti debeat corrupta mens flagellari. cap. 57 eod.  
 quomodo per nimiam afflictionem mens quandoque usque ad impudentiam effrenatur. cap. 58 eod.  
 quod nec ordinata uerecundia sit bona, nisi sit & moderata. cap. 59 140  
 de principium affectuum numero, & ordinandi modo compendiosa recapitulatio. cap. 60 eod.  
 quod affectus ordinati ueraciter sunt boni si sunt & moderati. cap. 61 eod.  
 quibus modis timor mensuram æquitatis supergreditur. cap. 62 141  
 ad quam impudentem euagationem nimis timor mentem prostruit. cap. 63 eod.  
 de uis, uel efficacia timoris, sine quo nec mala desermus, nec bona inchoamus. cap. 64 eod.  
 de principitate timoris, & alijs affectibus qui quibus principentur. cap. 65 142  
 quomodo uirtutes in uita uertantur, nisi per discretionem moderentur. cap. 66 eod.  
 quomodo, uel quam sero oriatur discretio, cum sit prima proles rationis. cap. 67 143  
 de discretionis utilitate, uel eius proprietate. c. 68. eod.  
 quam sit utile, & item quam sit difficile discretioni perfecte obtemperare. cap. 69 eod.  
 de multiplici officio ueræ discretionis. cap. 70 144  
 de gemina prole rationis, gratia uidelicet discretionis, & gratia contemplationis. cap. 71 eod.  
 quomodo per plenam cognitionem sui, subleuetur animus ad contemplationem Dei. cap. 72 145  
 quam sit arduum, uel difficile gratiam contemplationis obtinere. cap. 73 eod.  
 de illa contemplationis genere, quod est supra rationem. cap. 74 eod.  
 de supereminentiæ spiritualium theoriarum. c. 75. 146  
 quam sit rarum, uel quam incundum, spirituales theorias in usum adducere, & in oblectamentum uerte re. cap. 76 eod.  
 quod frustra uiuimus ad summa sine præueniente gratia. cap. 77 eod.  
 quantum ualeat plena cognitio sui. cap. 78 147  
 quibus modis ad scientiæ altitudinem pergimus. capit. 79 eod.  
 quomodo summis conatibus nostris, diuina reuelatio occurrat. cap. 80 eod.  
 quam suspecta debeat esse omnis reuelatio, quam non comitatur scripturarum attestatio. cap. 81 eod.  
 quam sint incomprehensibilia, quæ mens per excessum uidet ex reuelatione diuina. cap. 82 148  
 quod illa mens diuinas reuelationes percipit, quæ in intimis stare consuevit. cap. 83 eod.  
 quomodo mens se ad interiora colligere debeat, quæ in cælestium contemplationem anhelat. cap. 84 149  
 quam sit incundum, & dulce contemplationis gratiam familiarem habere. cap. 85 eod.  
 de duobus generibus contemplationum. cap. 86 150  
 quomodo contemplatio desinat in meditationem, uel quomodo meditatio surgat in contemplationem. c. 87. eod.  
 DE

Index Capitum Primæ Partis.

**DE GRATIA CONTEMPLATIONIS, Liber Primus.**

**D**E contemplatione, eiusque commendatione. capit. 1 150  
 quod sit utilis, uel grata hæc gratia proficientibus in ea. cap. 2. 151  
 de contemplationis proprietate, uel in quo differat a meditatione, uel cogitatione. cap. 3 152  
 definitio singulorum contemplationis, meditationis, cogitationis. cap. 4 eod.  
 quod contemplationis modus multiformiter agitur. capit. 5 153  
 quot sint, uel quæ contemplationis genera. cap. 6 154  
 quæ, quibus sunt communia. cap. 7 155  
 quæ sunt singularum propria. cap. 8 156  
 qua sibi quæque proportione respondeant, uel quomodo inuicem permisceri soleant. cap. 9 eod.  
 quod uix soli perfecti, ad omnia sex contemplationum genera proficiunt. cap. 10 eod.  
 quomodo prima quatuor contemplationum genera mysticè describantur. cap. 11 157  
 quomodo nouissima duo contemplationum genera mysticè designentur. cap. 12 158

**Liber Secundus.**

**P**rimum contemplationis genus consistit in consideratione, & admiratione rerum uisibilium. cap. 1 159  
 quod sit copiosa huius contemplationis materia, uel quomodo philosophi se exercuerunt in ea. c. 2. ead.  
 de triplici distinctione prima speculationis. c. 3 160  
 quod primus gradus huius speculationis consideratur in materia, forma, & natura. cap. 4 ead.  
 quod secundus gradus consideratur in operatione natura, & industrie. cap. 5 161  
 quod tertius huius speculationis gradus consistat tam in humanis, quàm in diuinis constitutionibus. c. 6. eod.  
 quod secundum contemplationis genus constet in consideratione, & admiranda rerum uisibilium ratione. cap. 7 162  
 quàm sit copiosa huius contemplationis materia. cap. 8 ead.  
 quomodo philosophi, se in huius contemplationis materia exercuerint. cap. 9 163  
 de distinctione secunde contemplationis. cap. 10. ead.  
 de proprietate secunde contemplationis. cap. 11 164  
 de tertio contemplationis genere. cap. 12 ead.  
 quomodo in hoc contemplationis genere incipiat homo fieri spiritualis. cap. 13 165  
 de distinctione eorum, quæ ad hanc speculationem pertinent. cap. 14 eod.  
 quod hoc contemplationis genus rectè in quinque gradus diuiditur. cap. 15 166  
 quod illa, quæ ad hanc speculationem pertinent, aliter ad huc distingui possunt. cap. 16 167  
 quod in hac speculatione corporeæ similitudinis manu ductio utimur. cap. 17 168  
 quod hoc contemplationis genus constet in ratione, secundum imaginationem. cap. 18 169  
 quomodo ad permissionem, uel operationem Dei pertineat quicquid radius contemplationis perustrat. cap. 19 170

quod Dei sapientia cum sit simplex & una, diuersis considerationibus in contemplationem adducitur, & modo scientia, modo præscientia, modo dispositio, uel prædestinatio nominatur. cap. 20 eod.  
 quod diuina sapientia secundum diuersos contemplationis modos in quibusdam uidetur mirabilior, in quibusdam incunctor. cap. 21 171  
 in qua speculatione diuina præscientia, uel scientia pareat mirabilior. cap. 22 172  
 in qua speculatione diuina prædestinatio appareat incunctor. cap. 23 eod.  
 in qua rerum speculatione soleat diuina dispositio incunctor apparere. cap. 24 ead.  
 quod contemplationis spectaculum semper comitari debeat magna admiratio, & ingens exultatio. cap. 25 173  
 quod secundum modum admirationis & exultationis uariatur modus contemplationis. cap. 26 174  
 quod in omni rerum mutabilium contemplatione necesse sit diuine sapientie considerationi inherere. cap. 27 eod.

Liber Tertius.

**D**E materia quartæ contemplationis, eiusque proprietate. cap. 1 174  
 quomodo differat, uel quantum emineat hoc contemplationis genus primo uel secundo. cap. 2 175  
 item quomodo differat, uel supereminet secundo. cap. 3 176  
 quomodo differat, uel quantum supereminet tertio. cap. 4 177  
 quantum ualeat fortiter insistere huic contemplationi, uel quomodo ad ipsam proficiat mens ex multa consideratione, & cognitione sui. cap. 5 178  
 quomodo ex speculatione sui spiritualium intelligentia comparatur, seu etiam amissa reparatur. c. 6. 179  
 quomodo ex speculatione sui accepta intelligentia ad omnia dilatatur. cap. 7 ead.  
 de sensu triplici, per quos discurrere habet consideratio sui. cap. 8 180  
 de sensu intellectuali, quo solo possunt inuisibilia uideri. cap. 9 ead.  
 de intellectuali specula, eiusque supereminentia. cap. 10 ead.  
 de triplici distinctione quartæ speculationis. c. 11. 181  
 de subdistinctione primi gradus huius contemplationis. cap. 12 182  
 quomodo in primo huius contemplationis gradu mens exercere se debeat, uel quantum eiusmodi exercitatio ualeat. cap. 13 ead.  
 designatio eorum, quæ in hoc speculationis gradu comprehendendi non possunt. cap. 14 ead.  
 quod nec illa negligere debemus, quæ non nisi ex parte comprehendimus. cap. 15 183  
 de subdistinctione secundi gradus contemplationis, capit. 16 eod.  
 quod quadam similiter in secundo huius contemplationis gradu sunt, quæ comprehendendi non possunt. cap. 17 184  
 de prima & secunda distinctione huius contemplationis, earumque differentia. cap. 18 ead.  
 quod nullo sensu nostro comprehendendi ualeant, quæ ad tertiam

Index Capitum Primæ Partis.

tertiam distinctionem spectant. cap. 19 185  
 quomodo hoc contemplationis genus possit in quinque gradus diuidi, & quæ pertineant ad primum gradum. cap. 20 185  
 de consideratione eorum, quæ pertinent ad secundum gradum. cap. 21 186  
 de consideratione eorum, quæ pertinent ad gradum tertium. cap. 22 187  
 de consideratione eorum, quæ pertinent ad gradum quartum. cap. 23 187  
 de consideratione eorum, quæ pertinent ad gradum quintum. cap. 24 188

Liber Quartus.

**D**E quinto & sexto contemplationum generibus. cap. 1 189  
 quod rationem humanam excedant, quæ ad has nouissimas speculationes spectant. cap. 1 ead.  
 quod ea quæ supra rationem sunt, gemina distributione distingui possunt, & quæ cui generi subsunt. capit. 3 190  
 quod sint aliena ab omni imaginatione quæ pertinent ad hæc contemplationum genera. cap. 4 ead.  
 quæ sit supereminentia harum nouissimarum contemplationum. cap. 5 191  
 quod sit arduum, uel difficile in hæc nouissima contemplationum genera gratiam sibi comparare. c. 6. eod.  
 quod frustra homo ad hos theoreticos excessus nititur, nisi diuinis reuelationibus adiuuetur. cap. 7 192  
 quod quantum contemplationis genus similitudinum rationem admittit, sextum uero totius similitudinis proprietatem excedit. cap. 8 eod.  
 quomodo per hæc duo contemplationum genera temperatur cuique amor, & approbatio sui. c. 9. 193  
 cum quanta animi auiditate debeant, uel soleant spirituales uiri his nouissimis contemplationum generibus inhiare. cap. 10 194  
 quomodo post multam desiderij sui fatigationem alij soleant, alij non soleant ex uisitante gratia supra semetipsos leuari. cap. 11 195  
 quod ea quæ per excessum mentis solent uideri, alia possunt, alia omnino non possunt ad communem intelligentiam inclinari. cap. 12 196  
 quod omni hora anima sancta & contemplatiua ad susceptionem gratiæ debeat esse parata. cap. 13 eod.  
 quam sit paucorum ad susceptionem gratiæ, animum semper habere paratum. cap. 14 197  
 quod sit arduum, uel difficile, cuius perfecte anima se ipsam ad semetipsam totam colligere, & in solo diuinitatis desiderio requiescere. cap. 15 198  
 quàm sit penè impossibile cuius anima se ipsam extra semetipsam totam effundere, & supra semetipsam ire. cap. 16 199  
 de his quæ specialiter pertinent ad quintum genus contemplationis. cap. 17 200  
 de his quæ specialiter pertinent ad sextum genus contemplationis. cap. 18 201  
 de mutua collatione duarum nouissimarum speculationum. cap. 19 202  
 de mutua collatione trium nouissimarum speculationum. cap. 20 203  
 quod frequentationem trium nouissimarum speculatio-

num semper comitetur frequentia diuinam reuelationum. cap. 21 204  
 quod excedendi donum alij fortuitum habent, alij uero quasi ex uirtute possident. cap. 23 206

Liber Quintus.

**Q**uod tribus modis in gratiam contemplationis proficimus. cap. 1 207  
 Quibus modis soleat omnis contemplatio contingere, mentis uidelicet dilatatione, mentis subleuatione, mentis alienatione. cap. 2 ead.  
 de mentis dilatatione quibus modis soleat accrescere. cap. 3 208  
 de mentis subleuatione, quibus soleat gradibus assurgere. cap. 4 209  
 quod triplici ex causa fieri soleat humane mentis excessus. cap. 5 ead.  
 quod primus excedendi modus surgat ex magnitudine deuotionis. cap. 6 210  
 quod primus excedendi modus, quandoque fiat ex sola feruentis desiderij exastuatione. cap. 7 ead.  
 quod primus excedendi modus, quandoque fiat, tam ex astuanti deuotione, quàm ex adiuncta sibi diuina reuelatione. cap. 8 211  
 quod secundus excedendi modus fieri soleat ex magnitudine admirationis. cap. 9 212  
 quod secundus excedendi modus quandoque a sola admiratione inchoat, & in eodem tenore peruenit. cap. 11 213  
 quod in secundo excedendi modo, quandoque diuina reuelatio nostræ meditationi occurrit. cap. 12 ead.  
 quod in secundo excedendi modo, diuina reuelatio quædoque etiam nostram meditationem preuenit. cap. 13 215  
 quod tertius excedendi modus fieri soleat ex magnitudine iucunditatis. cap. 14 215  
 quod quilibet mentis excessus humane industrie, uel meriti modum excedit. cap. 15 217  
 quod in tertio maxime excedendi modo totum ex diuino pendet beneficio. cap. 16 ead.  
 qui ad hunc tertium eiusmodi gratiæ gradum proficere unde in idipsum adiuuari possit. cap. 17 218  
 quid maxime soleat ualere ad inuentionem eiusmodi gratiæ. cap. 18 ead.  
 quibus gradibus excrescat humane mentis excessus. cap. 19 219

**NONNULLAE ALLEGORIAE TABERNACULI FŒDERIS, cum recapitulatione breuissima contentorum in præfato opere de gratia contemplationis.** ead.

DE TRINITATE, Liber Primus.

**Q**uod rerum notitiam triplici apprehendimus modo, experiendo, ratiocinando, credendo. capit. 1 226  
 quod nihil firmiter tenetur, quàm quod constanti fide apprehenditur. cap. 2 ead.  
 quod de his agitur in hoc opere, quæ iubemur de eternis credere. cap. 3 eod.  
 modus agendi in hoc opere, non tam auctoritates inducere, quàm ratiocinationi insistere. cap. 4 ead. breuiter



Index Capitulorum Primæ Partis.

Breuiter prælibatur de quibus in sequentibus agitur. cap. 5 227  
 quod uniuersaliter omnis motus essendi potest sub tri-  
 plici distributione comprehendi. cap. 6 ead.  
 de illo essendi modo, qui non est ab æterno, & eo ipso,  
 nec a semetipso. cap. 7 ead.  
 de illo essendi modo qui est a semetipso, & eo ipso ab  
 æterno. cap. 8 ead.  
 de illo essendi modo qui est ab æterno, nec tamen a se-  
 metipso. cap. 9 228  
 quod circa duos tantum modos qui sunt ab æterno, uer-  
 satur tota huius operis intentio. cap. 10 ead.  
 de substantia summa, quod sit a semetipso, & eo ipso  
 ab æterno, & sine omni initio. cap. 11 ead.  
 item quod una sola substantia sit a semetipso, a qua &  
 cetera omnia, & quod non nisi a semetipso habet  
 totum quod habet. cap. 12 ead.  
 quod summa substantia sit idem quod ipsa potentia,  
 idem quod ipsa sapientia, unde & quælibet est id  
 quod altera. cap. 13 229  
 quod summa substantia non possit habere parem, sicut  
 nec superiorem. cap. 14 ead.  
 quam sit impossibile summam substantiam proprie-  
 tate naturæ consortem habere. cap. 15 ead.  
 quod summa substantia sit idem quod diuinitas ipsa, et  
 quod Deus non sit nisi substantiatu unus. c. 16. ea.  
 item, quod non sit Deus nisi unus, quod ab ipso est om-  
 ne quod est, quod non nisi a se habet totum quod ha-  
 bet, quod idem sit quod ipsa potentia, quod & ipsa  
 sapientia. cap. 17 230  
 quod omnino sit impossibile, uel ipsum Deum, quod  
 Deo sit melius diffinire posse. cap. 18 ead.  
 si Deus ipse non potest per intellectum attingere ali-  
 quid melius Deo, multo minus humana cogitatio.  
 cap. 19 ead.  
 inuestigantibus, & disputantibus de Deo, quid soleat  
 esse quasi maxima propositio, & uelut communis  
 quedam animi conceptio. cap. 20 ead.  
 quod Deus sic sit summè potens, ut etiam sit omnipo-  
 tens. cap. 21 ead.  
 quod Dei sapientia sic sit summa, ut sit usquequaque  
 perfecta. cap. 22 231  
 quod de Dei sapientia dicitur, alia adhuc ratione con-  
 firmatur. cap. 23 ead.  
 confirmatur eadem ratione, quod superius dictum est  
 de diuina potentie plenitudine. cap. 24 ead.  
 quod non potest omnipotens esse nisi unus solus, &  
 quod consequens est, nec Deus nisi unus. cap. 25. ea.  
 Liber Secundus.  
 Quod in hoc libro agitur de diuinis proprietati-  
 bus, & primo quod Deus sit increatus. ca. 1 231  
 quod sempiternus sit Deus. cap. 2 232  
 quod sit incorruptibilis, & omnino incommutabilis.  
 cap. 3 ead.  
 unde colligere possumus quod sit æternus. cap. 4 ead.  
 quod sit infinitus, & eo ipso immensus. cap. 5 ead.  
 quod non sit, imò esse non possit immensus nisi unus so-  
 lus. cap. 6 233  
 quomodo ex eo quod non sit nisi unus immensus, pro-  
 batur quod non sit nisi unus æternus. cap. 7 ead.  
 quod solus Deus sit increatus, solus ab æterno, cetera

omnia creata ex nihilo. cap. 8 233  
 alius de Deo motus probandi, quod sit æternus, & quod  
 non sit æternus nisi unus. cap. 9 ead.  
 alius de Deo probandi modus, quod non sit immensus  
 nisi unus. cap. 10 234  
 quod immensitas, & æternitas sint incommunicabi-  
 les, nec possint esse pluribus substantiis communes.  
 cap. 11 ead.  
 quod diuinitas superius incommunicabilis dicitur, hic  
 emulcatius pleniusque exprimitur. cap. 12 ead.  
 quod secundum diuersos modos dicendi, possit sapien-  
 tia seu potentia modo communicabilis, modo incom-  
 municabilis dici. cap. 13 235  
 multiplex probandi modus, quod non sit Deus nisi u-  
 nus. cap. 14 ead.  
 quod non potest esse nisi unus Dominus, sicut nec nisi  
 unus Deus. cap. 15 236  
 quod Deus ipse sit summum bonum, & quod summum  
 bonum sit uniuersaliter perfectum. cap. 16 ead.  
 quod in illo summo bono uniuersaliter que perfectio sit  
 uera unitas, & summa simplicitas. cap. 17 ead.  
 quod de summi boni simplicitate uel unitate dictum est,  
 quomodo alia ratione confirmari potest. c. 18. ead.  
 quod illud bonum uniuersaliter perfectum, sit summè  
 unum, & unice summum. cap. 19 237  
 quod sit incomprehensibilis simplicitas illa uera, &  
 summe unitatis. cap. 20 ead.  
 quomodo quisque possit in sua scientia ex comparatio-  
 ne colligere quid debeat de illa supereminenti in-  
 comprehensibilitate sentire. cap. 21 ead.  
 de Dei substantia quid dicatur rectius, & quod ipse sit  
 sine quantitate magnus, & sine qualitate bonus.  
 cap. 22 238  
 quod sit in omni loco incomprehensibiliter, & in omni  
 tempore inuariabiliter, & quomodo uniformis, &  
 quomodo multiformis. cap. 23 ead.  
 quod eius facere sit a se fieri uelle, & eius pati non uel  
 le fieri, & quod æquè habet, & quod actualiter est,  
 & quod actualiter non est. cap. 24 ead.  
 quod quicquid dictum est de diuinis proprietatibus, us-  
 que modo uidetur pertinere ad illud esse quod est  
 ab æterno, & a semetipso. cap. 25 239  
 Liber Tertius.

Quod hucusque actum sit de diuina substantia  
 unitate, quod ammodo querendum, quid sen-  
 tiendum sit de diuinarum personarum pluralitate.  
 cap. 1 239  
 quomodo ex charitatis proprietate plenitudo bonita-  
 tis conuincit, quod in uera diuinitate personarum  
 pluralitas deesse non possit. cap. 2 ead.  
 quod idem quod de diuinarum personarum pluralitate  
 plenitudo bonitatis loquitur, plenitudo diuine feli-  
 citatis attestatur. cap. 3 240  
 quod de personarum pluralitate in dictis duobus testi-  
 bus asseruitur, ex considerata diuina glorie pleni-  
 tudine confirmatur. cap. 4 ead.  
 quod iam dictæ diuine pluralitatis assertio triplici con-  
 firmatur testimonio. cap. 5 241  
 quod personas diuinas oporteat omnino esse coæternas.  
 cap. 6 ead.  
 quod in illa personarum pluralitate oportet tam serua-  
 re

Index Capitulorum Primæ Partis.

nam æqualitatem, quam summam similitudinem  
 esse. cap. 7 241  
 quam miranda ratione sit substantialis unitas in illa  
 pluralitate, & personalis pluralitas in uera unitate  
 substantia. cap. 8 ead.  
 quod in diuina natura pluralitas personarum sit in uni-  
 tate substantia, & in humana natura pluralitas  
 substantiarum, in unitate personæ. cap. 9 242  
 quomodo ex pluralitate & unitate quam inuenit in se-  
 metipso, docetur homo, quod quasi ex opposito exi-  
 stima e debeat, de his quæ sibi credenda proponun-  
 tur de Deo suo. cap. 10 ead.  
 quomodo conuincitur ex charitatis integritate quod  
 uera trinitas sit in uera unitate, & uera unitas in ue-  
 ra trinitate. cap. 11 243  
 quomodo summa bonitas, & summa felicitas trinita-  
 tis assertionem concorditer clamant, & mutua atte-  
 statione confirmant. cap. 12 ead.  
 quod plenitudo diuina glorie, in contestatione summe  
 bonitatis, & felicitatis uideatur acclamare. cap. 13 ead.  
 quod communicatio amoris non potest esse omnino mi-  
 nus quam in tribus personis. cap. 14 244  
 quod oporteat geminam personam in diuinitate pari  
 uoto, consimili ratione tertiam personam requirere.  
 cap. 15 ead.  
 quod plenitudo potentia, & sapientia, uideatur posse  
 consistere in singularitate personæ. cap. 16 ead.  
 quod completio felicitatis non uideatur posse subsiste-  
 re sine geminatione personæ. cap. 17 245  
 quod consummatio uera, & summa bonitatis uidetur  
 non posse subsistere sine completionem trinitatis. ca-  
 pit. 18 ead.  
 quomodo ex inspecta solum proprietate cõdilectionis,  
 deprehendi possit uestigium trinitatis. cap. 19. ead.  
 quomodo ex tertie personæ consoliditate in illa trinita-  
 te agitur, ut concordialis, & consocialis amor ubiq;  
 nusquam singularis inueniatur. cap. 20 ead.  
 quod summa æqualitas sit in illa trinitate, ubi oportet  
 omnes æquè perfectos esse. cap. 21 246  
 quod in singulis personis sit summa simplicitas, & in  
 omnibus simul uera & summa unitas, & utrobique  
 miranda identitas. cap. 22 ead.  
 quomodo in his personis sit intelligenda dicta æquali-  
 tas, ubi est tanta unitas, & talis identitas. c. 23. ea.  
 quam incomprehensibilis sit illa omniformitas sum-  
 mæ cõæqualitatis. cap. 23 ead.  
 quod in illa trinitate nusquam aliquis est dissimilis si-  
 bi, nec inæqualis in aliquo alicui alteri. cap. 25. 247  
 Liber Quartus.  
 Quod incomprehensibile uideatur humane intel-  
 ligentia, quod pluralitas personarum sit in  
 unitate substantia. cap. 1 247  
 quod multa sunt, quæ humana intelligentia non com-  
 prehendit, quæ tamen ipsa propria experientia late-  
 re non sinit. cap. 2 ead.  
 quod multa incomprehensibilia sunt ad quæ experien-  
 tia deficit, quæ tamen ratio manifesta latere non  
 sinit. cap. 3 248  
 quod ad doctrinam euentiam oportet personæ signifi-  
 cationem determinare, & secundum determinatio-

nem trinitatis unitatem assignare. cap. 4 ead.  
 quod ante nos quæsitum est, qua necessitate quod restat  
 querendum, qua ueritate tres illi in trinitate disti-  
 guntur. cap. 5 ead.  
 quod multum differant inter se significatio substantia,  
 & significatio personæ. cap. 6 249  
 quod non tam aliquis quam aliquid significatur nomi-  
 ne substantia, nec tam aliquid quam aliquis ex de-  
 nominatione personæ. cap. 6 ead.  
 quod non sit necesse ubicunque sunt plures personæ, e-  
 tiam plures substantias credere. cap. 7 250  
 quod nihil diffinimus sibi contrarium, in eo quod dici-  
 mus Deum nostrum & substantialiter unum, &  
 personaliter trinum. cap. 9 ead.  
 quod nec pluralitas substantiarum dissoluit unitatem  
 personæ in natura humana, nec pluralitas persona-  
 rum diuidit unitatem substantia in natura diuina.  
 cap. 10 ead.  
 quod in discernendis personis opus est gemina conside-  
 ratione, hoc est ut sciamus quale quid sit, & unde  
 habeat esse. cap. 11 ead.  
 quod sub nomine existentia possumus utramque con-  
 siderationem subintelligere, & illam quæ ad ratio-  
 nem essentia, uel quæ pertinet ad rationem obrinen-  
 tia. cap. 12 251  
 quod generalis existentiarum uariatio, triplici distin-  
 guitur modo. cap. 13 ead.  
 iuxta quid uarietur personarum existentia in humana  
 natura, & iuxta quid uarietur in natura angelica.  
 cap. 14 ead.  
 quod diuinarum existentiarum differentiam oportet  
 querere circa originem solam. cap. 15 252  
 quod in natura diuina sit existentia quæ ex pluribus  
 communis, & est existentia quæ est omnino incom-  
 municabilis. cap. 16 ead.  
 qua ratione in diuinitate possunt esse incommunicabi-  
 les existentia, & quod tot sunt, quot personæ. cap.  
 17 253  
 quod quantum ad diuina nihil aliud est persona, quam  
 incommunicabilis existentia. cap. 18 ead.  
 quod possunt plures existentia esse, & quod consequens  
 est plures personæ, ubi non est nisi unitas substan-  
 tia. cap. 19 ead.  
 quomodo intelligendum sit, uel quomodo cõuenire pos-  
 sit, quod quidam dicunt tres substantias, & unam  
 essentiam, quidam tres substantias, & unam sub-  
 stantiam, alij autem tres personas, & substantiam,  
 uel essentiam unam. cap. 20 254  
 diffinitio personæ, non cuiuscunque, sed solius create.  
 cap. 21 255  
 descriptio personæ, non cuiuscunque, sed solius increa-  
 te. cap. 22 ead.  
 descriptio personæ quæ uidetur soli, & omni posse con-  
 uenire. cap. 23 ead.  
 item descriptio personæ, quæ uidetur soli & omni posse  
 conuenire. cap. 24 256  
 quod proprium sit diuina natura, personarum plurali-  
 tatem habere in unitate substantia, & eo ipso ha-  
 bet ab alijs differre. cap. 25 ead.

Index Capitum Primæ Partis.

Liber Quintus.

**Q**uoniam iam constat de diuina substantie unitate, & personarum pluralitate, constat & de concordia unitatis & pluralitatis adiunctem habitudine, superest de personarum proprietatibus querere. cap. 1 257  
 quod incundissima personarum germanitas non possit deesse in summa felicitate, nec ordinatissima proprietatum habitudo in summa plenitudine. c. 2. ead. 258  
 quod exigit rerum natura ut sit aliqua persona que sit a semetipsa, & non ab alia aliqua. cap. 3 258  
 quod non possit esse nisi sola una persona, que sit a semetipsa. cap. 4 ead.  
 quod dua in diuinitate personæ habeat aliamdè quam a semetipsis esse, iuxta alium existendi modum qui est ab æterno, nec tamen a semetipsis. cap. 5 259  
 quod processio personæ de persona, alia sit tantum immediata, alia mediata, alia mediata simul & immediata. cap. 11 ead.  
 de processione tantum immediata, & quod oporteat in diuinitate esse personam, que sit ab una sola. cap. 7 ead.  
 de processione que immediata simul est, & mediata, & quod oporteat esse in diuinitate personam, que sit a gemina. cap. 8 260  
 quod processio que sit ad aliquam personam, tantummodo mediata, non possit esse in diuina natura. c. 9. ead. 261  
 quod in diuinitate non possit esse plus quam una que sit ab una tantummodo persona, nec nisi una sola que esse non habeat nisi ex gemina. cap. 10 261  
 quod oportet ut in diuinitate sit persona a qua non sit alia aliqua, cum tamen eadem non sit a semetipsa. cap. 11 262  
 quod non possit esse nisi una sola in diuinitate persona, a qua non sit aliqua alia. cap. 12 ead.  
 quod oportet ut in diuinitate talis persona existat, que ab alia procedat, & de se procedentem habeat. cap. 13 ead.  
 quod in diuina natura non possit esse nisi una sola persona, que & ab alia procedat, & de se procedentem habeat. cap. 14 263  
 Quod in diuina natura non possit esse quarta persona. cap. 15 ead.  
 de ueri amoris plenitudine, & que circa illum consideratur proprietatum distinctione. cap. 16 ead.  
 cui conueniat in trinitate personæ solius gratuiti amoris plenitudinem possidere. cap. 17 264  
 cui conueniat in trinitate solius debiti amoris plenitudinem habere. cap. 18 ead.  
 qui propriè proprium sit in trinitate personæ, tam gratuitam quam debiti amoris plenitudinem obtinere. cap. 19 ead.  
 unde ratio manifesta conuincit, quod quarta in diuinitate persona locum habere non possit. cap. 20 265  
 ex nouissimè posita speculatione, quam multa possumus colligere. cap. 21 ead.  
 quod dicitur plenitudo amoris gratuiti esse in solo dando, plenitudo debiti in solo accipiendo, non sic oportet intelligere quasi sit opus gratiæ, & non potius operatio naturæ. cap. 22 ead.  
 quod quantum ad substantiam dilectionis in omnibus

est amor summus & unus, quamuis sit in singulis proprietatum discretionem distinctus. cap. 23 266  
 quod quantum ad integritatem perfectionis nulla sit in trinitate differentia amoris uel dignitatis. cap. 24 ead.  
 que quibus sint personis communia, uel que sint singularum propria, & que sunt que restant adhuc in istis querenda. cap. 25 267

Liber Sextus.

**Q**uod in uera diuinitate nihil sit iuxta donum largientis gratiæ, sed totum iuxta dotem proprietatemque naturæ. cap. 1 267  
 quod germanitas que est inter parentem & prolem, uidetur esse omnino inter inaccessibilem & personam de ipso principaliter procedentem. cap. 2 ead.  
 quod in producenda prole diuersus modus sit pro diuersitate naturæ. cap. 3 268  
 quod conuenienter obtinuit usus, ut in illa trinitate unus ex duobus diceretur pater, & alius filius. cap. 4 ead.  
 quomodo certa & manifesta ratione tenemus cur unum patrem alterum ipsius filium dicamus. cap. 5 269  
 cum sit ceteris duobus commune de patre procedere, quid sit inter processionem unius & processionem alterius. cap. 6 ead.  
 quod alia sit germanitas quam habet ad unum, & alia quam habet inaccessibilem ad alium. cap. 7 ead.  
 quod ille qui a patre filioque procedit eorum filius re-  
 tē dici non possit. cap. 8 270  
 qua ratione Dei Spiritus dictus sit qui a patre filioque procedit. cap. 9 ead.  
 qua ratione procedens a duobus dictus est Spiritus sanctus. cap. 10 ead.  
 qua ratione solus Dei filius imago patris sit dictus. cap. 11 271  
 qua ratione solus Dei filius uerbum sit dictus. c. 12. ead. secundum clarificandi modum solus filius clarificat patrem suum, unde & non immerito eius dicitur uerbum. cap. 13 ead.  
 cur Spiritus sanctus dicatur donum Dei, & unde, uel quomodo habeat mitti, uel dari. cap. 14 273  
 quare speciali quodam dicendi modo potentia attribuitur ingenito, sapientia genito, bonitas Spiritui sancto. cap. 15 ead.  
 quare Pater dicatur ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus nec ingenitus, nec genitus. cap. 16 274  
 quid sit patrem gignere, quid sit filium nasci de patre, quid procedere ex generatione, quid procedere sine generatione. cap. 17 ead.  
 item docetur alia ratione, quid sit patri filium generare. cap. 18 275  
 quod Spiritus sanctus non sit imago unigeniti, sed nec debeat eius filius dici. cap. 19 ead.  
 quod ibi sit querenda imago paterna ubi est mutua congruentia non sine aliqua differentia, nec differentia sine mutua congruentia. cap. 20 276  
 qua ratione Dei unigenitus dicitur figura substantiæ ipsius. cap. 21 277  
 quod ea que de ingenita, & genita substantia, secundum catholicam fidem a sanctis patribus accepimus, credere debeamus, quamuis quam uera sint, interim

Index Capitum Primæ Partis.

interim per intelligentiam capere nequeamus. cap. 22. 277  
 Quaratione conuincit, quod de ingenita substantia, & genita catholica fides tradit. cap. 23. 278  
 Ex qua consideratione possumus colligere, quod geminatio personæ possit esse sine geminatione substantiæ. cap. 24. 279  
 Ex qua consideratione, & quasi per exemplum confirmatur, quod de Trinitate & unitate à catholicis creditur. cap. 25. ead.  
**DE TRIBVS APPROPRIATIS**  
 personis in Trinitate.  
**C**ontribuitur potentia patri, sapientia filio, bonitas Spiritui sancto. 281  
**LIBER DE VERBO INCARNATO**, in quo ostendit acutissimè quantum humana mens capere sufficit necessarium fuisse Deum incarnari nullamque personam congruentius quam filij.  
**C**apitulum 1. 282. Capitulum 2. ead. Capitulum 3. ead. Capitulum 4. 283. Capitulum 5. 284. Capitulum 6. ead. Capitulum 7. 285. Capitulum 8. ead. Capitulum 9. 286. Capitulum 10. 287. Capitulum 11. ead. Capitulum 12. ead. Capitulum 13. 288. Capitulum 14. ead. Capitulum 15. 290. Capitulum 16. ead. Capitulum 17. ead.  
**DE EMANUELE**  
 Libri Duo.  
**O**btentiones Magistri Andrea secundum quod Index solent nobis opponere de nostro Emanuele. 291  
 Verba Hieronymi. 293  
 Liber Primus.  
 Refellitur Iudeorum sententia & Christianorum confirmatur. cap. 1 293  
 Que sunt illa que nobis solent Iudei, uel Iudaizantes opponere ad ea que sentimus de nostro Emanuele. cap. 2 294  
 Quomodo Iudei putant totum quod dicitur de Emanuele, intelligi debere de filio prophetiæ. cap. 3. ead.  
 Quam impudens omnino hoc loco videatur Iudeorum assertio. cap. 4 395  
 Quomodo propriæ obiectiõnis argumentis refellitur sententia Iudaicæ assertiõnis. cap. 5. ead.  
 Quomodo ex Beati Hieronymi responsione sufficienter refellitur quod nobis opponunt de uirgine. cap. 6. 296.  
 Quomodo Christiani confutandi sunt qui in Esaiæ uerbis de sententiæ nostræ ueritate diffidunt. cap. 7. 297.  
 Quomodo ad ea que dicuntur de nostro Emanuele circumstantia literæ uidetur non reclamare sed acclamare. cap. 8. ead.  
 De his que ad signi commendationem pertinere uidentur, a quo, quare, uel quibus detur. cap. 9. 298.  
 Quomodo ex signi qualitate perpenditur quod tollende primæ prauaricationis causa datum uideatur. cap. 10 309  
 Quomodo ex prima prauaricatione triplex damnum

& secundum damnum triplex, triplex promissum, & item secundum triplicem promissionem triplex signum. cap. 11. 300  
 De signo recuperanda incorruptilitatis. cap. 12. ead. 301  
 De signo recuperanda dignitatis. cap. 13 301  
 De signo recuperanda felicitatis. cap. 14. 302  
 Ad quam humilem scientiam Deus propter hominem descendit, qui & bonorum & malorum nostrorum experientiam suscepit. cap. 15 303  
 Quod per humilem illam quam suscepit supereminens scientia plenitudinem naturæ nostræ acquisiuit. cap. 16 304  
 Quod in passione nostri Emmanuelis multi captiuitati sunt ex spiritibus malignis. cap. 17 305  
 Quod in signum generalis damnationis in Christi passione inchoata est quedam captiuitas demonum, sicut in Christi ascensione glorificatio resurgentium. cap. 18. ead.  
 Quod ex incarnatione nostri Emanuelis factus est Deus quasi unus ex nobis. cap. 19 306  
 Quod homo factus est uelut Deus, & quod homo uerus est uerus Deus. cap. 20 307  
 Quod sit uersum in materiam laudis, illud opprobrium exprobrantis, ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. cap. 21. ead.

LIBER SECUNDVS.  
 de Emanuele.

**P**relibatio materia de qua agitur in hoc opere. cap. 1. 308  
 Quod dicta prophetia non possit ueraciter intelligi, nisi de sola beata uirgine Maria. cap. 2. ead.  
 Post datam rationem que satisfaciat Christiano, datur & alia que satisfacere debeat Iudæo. cap. 3. 309  
 Quomodo auctoritas libri Regum conuincit quod partus uirginis tollendi timoris gratia datus non sit. cap. 4 310  
 Quomodo cauillatorum controuersia sit sibi ipsi contraria. cap. 5 ead.  
 Quomodo rationes sub Iudeorum nomine posite uidentur sibi contrarie. cap. 6 311  
 Cuius rei signum conuenienter dici possit partus quem dominus proponit. cap. 7 312  
 Unde perpendi possit in cuius rei signum datum non sit, uel quomodo sit illis datum à quibus nunquam est uisum. cap. 8 ead.  
 Quod electio boni soleat diuersis modis accipi. c. 9 313  
 Unde perpendi possit quod de regibus Rafim, & Phaceg dictum non sit, derelinquetur terra à facie duorum regum suorum. cap. 10 314  
 Quod in bis duobus regibus non illos duos qui in regno Israel adhuc superant intelligere debemus. cap. 11 ead.  
 Quod in duobus regibus non intelliguntur due persone tantum: sed gemina series regum secundum geminum regnandi modum. cap. 12 ead.  
 Quomodo defectus Israelitici regni predicatur, uel qua ex causa ad alienigenam transfertur. cap. 13. 315  
 Defectus Israelitici regni, & aduentus Emanuelis nostri, quomodo possunt alteruter ex altero perpendi. cap. 14 ead.

Index Capitulorum Primae Partis.

quomodo concordet electio temporis cum qualitate personae aduentantis. cap. 15	316	de armatura. cap. 16	327
quod ab hora conceptionis suae caput bonorum & malorum nostrorum experientiam capere, & habere. cap. 16	ead.	de navigatione. cap. 17	ead.
quod illum dicendi modum propheta elegit, qui ad occultandum Sacramentum conuenientior fuit. cap. 17	317	de agricultura. cap. 18	ead.
quomodo Iesus intelligitur non solum aetate, uerum etiam sapientia profecisse. cap. 17	ead.	de uenatione. cap. 19	ead.
quid in dictis duobus regibus iuxta allegoriam intelligere debeamus. cap. 19	318	de medicina. cap. 20	328
quod oportet si fieri posset hanc materiam semper praeculis habere, & in eius admirationem iungi occupatione animos suspendere. cap. 20	319	de theatra. cap. 21	ead.
quid mystice intelligendum sit de butiro, uel que sit eiusmodi uel comestio. cap. 21	ead.	de logica. cap. 23	ead.
quomodo in butiro summa & imima suauitas intelligi possit, uel unde hic cibus Emanuelli nostro abundauit. cap. 22	ead.	quomodo legendae sint artes. cap. 23	ead.
de spiritali, & summa dulcedinis melle, & quod eius modi cibo Emanuel satiatus sit ab hora conceptionis suae. cap. 23	320	de inuentoribus artium. cap. 24	ead.
quomodo Emanuel ex accepta beatitudine confirmatus sit in omni bonitate. cap. 24	ead.	de magica & partibus eius. cap. 25	ead.
quomodo Deus beatam Virginem mirificauerit, quae talem fructum facere meruit. cap. 25	321	Liber Secundus.	
quod nisi ad plenum purgata fuisset, talem fructum facere non posset. cap. 26	ead.	<b>D</b> e materia mundanae scripturae & diuinae. cap. 1	329
quod ante Emanuellis conceptum liberata sit a gemina radice uitiorum omnium. cap. 27	322	quod tria uisibilia mundi, tria inuisibilia Dei demonstrant. cap. 2	ead.
quod solum illud remansit in Virgine quod erat ad peccatum, illud recessit, quod erat ad culpam. cap. 28	ead.	de triplici modo tractandi. cap. 3	ead.
quod Emanuellis nostri puerpera in omni fuerit uirtutum consummatione perfecta. cap. 29	323	quod scriptura mundana subseruiat. cap. 4	ead.
quod dicta puerpera in omni dono quod acceperat uidetur consummata, pariter & confirmata. cap. 30	ead.	de significatione uocum & rerum. cap. 5	ead.
quod praeceteris sanctis hoc singulariter habuit, quod a uitijs quidem nec impugnari potuit. cap. 31	324	quare scriptura ponat primum opera conditionis. cap. 6	330
TRACTATVS EXCEPTIONVM, qui continet originem & discretionem artium, situmque terrarum, & summam historiarum, Liber Primus.			
<b>D</b> e conditione creaturae rationalis. cap. 1	324	de creatione mundi. cap. 7	ead.
de tribus bonis. cap. 2	ead.	de quatuor operibus Dei. cap. 8	331
de tribus malis. cap. 3	325	de uerbis testamenti. cap. 9	ead.
de tribus remedijs. cap. 4	ead.	unde dicitur testamentum. cap. 10	332
de tribus scientijs. cap. 5	ead.	Liber Tertius.	
de philosophia & partibus eius. cap. 6	ead.	<b>D</b> e tribus partibus mundi. cap. 1	332
de theoria & partibus eius. cap. 7	ead.	de Asia & partibus eius. cap. 2	ead.
de mathematica & partibus eius. cap. 8	326	de Africa & partibus eius. cap. 3	333
de arithmetica, & partibus eius. cap. 9	ead.	de Europa & partibus eius. cap. 4	ead.
de musica & partibus eius. cap. 10	ead.	de montibus. cap. 5	ead.
de geometria & partibus eius. cap. 11	ead.	de fluminibus. cap. 6	ead.
de astronomia & astrologia. cap. 12	ead.	de insulis. cap. 7	334
de practica & partibus eius. cap. 13	327	de ciuitatibus. cap. 8	ead.
de mechanica & partibus eius. cap. 14	ead.	Liber Quartus.	
de lamificio. cap. 15	ead.	<b>P</b> er qua sequens narratio currat. cap. 1	334
TRACTATVS DE POTESTATE ligandi & soluendi.			
<b>C</b> ap. 1. 339. cap. 2. 340. cap. 3. ead. cap. 4. ead. cap. 5. 341. cap. 6. ead. cap. 7. 342. cap. 8. ead. cap. 9. ead. cap. 10. ead. cap. 11. 343. cap. 12. ead. cap. 13. ead. cap. 14. 344. cap. 15. ead. cap. 16. ead. cap. 17. 345. cap. 18. ead. cap. 19. ead. cap. 20. 346. cap. 21. ead. cap. 22. ead. cap. 23. 347. cap. 24. 348. cap. 25	348		

TRA-

Index Capitulorum Primae Partis.

TRACTATVS DE MEDITANDIS plagis, quae circa finem mundi euenient. 349	fermento. 383 Expurgate uetus fermentum, ut homo efficiatur noua conuersio. 384
TRACTATVS DE IUDICIARIA potestate in finali & uniuersali iudicio. 353	QVOMODO SPIRITVS SANCTVS est amor Patris & Filij. 388
TRACTATVS DE SPIRITV blasphemiae. 358	TRACTATVS EIVSDEM DE DIFFERENTIA peccati mortalis & uenialis.
TRACTATVS DE GRADIBVS charitatis.	<b>P</b> atris eleemosyna non erit in obliuionem, & pro peccato matris restituetur. 389
<b>D</b> e insuperabilitate charitatis. cap. 1	301
De amoris insatiabilitate. cap. 2	362
quod amor ineffabiliter uidet amatum. cap. 3	364
de amoris inseparabilitate. cap. 4	365
TRACTATVS DE QUATTVOR gradibus uolentiae charitatis. 367	DE SVPEREXCELLENTI BAPTISMO Christi. 390
TRACTATVS DE GEMINO Paschatae. 375	SERMO DE MISSIONE SPIRITVS Sancti. 393
SERMO IN DIE PASCHAE. 380	DE COMPARATIONE CHRISTI ad florem, & Mariae ad uirgam. 399
DECLARATIONES NONNULLARUM difficultatum scripturae ad Beatum Bernardum Clareuallensem.	QVOMODO CHRISTVS PONITVR in signum populorum. 400
<b>Q</b> uae animalia munda & immunda dicantur. 383	DE SACRIFICIO DAVID PROphetae, & quid distet inter ipsum, & sacrificium Abrahamae Patriarchae. 401
Quid dicatur anima, & quid purgari a ueteri	DE DIFFERENTIA SACRIFICII Abrahamae a sacrificio Beatae Mariae Virginis. 407

Index Capitulorum Secundae Partis.

EXPOSITIO DIFFICVLTVM suborientium in descriptione Tabernaculi foederis, Tractatus Primus.	MISTICAE ANNOTATIONES quamplurimorum Psalmorum Dauid.		
<b>D</b> e fabricatione arcae. cap. 1	1	<b>A</b> nnotatio in Psalmum 2	24
De factura duorum Cherubin. cap. 2	2	Annotatio in Psalmum 4	28
De formatione mensae. cap. 3	2	annotatio in Psalmum 25	30
De factura candelabri. cap. 4	ead.	annotatio in Psalmum 28	35
de modo & mensura corinarum. cap. 5	ead.	annotatio in Psalmum 40	53
de factura sagorum. cap. 7	3	annotatio in Psalmum 44	53
de gemino operimento arietinarum pellium. cap. 7	4	annotatio in Psalmum 74	54
de modo & mensura tabularum. cap. 8	ead.	expositio cantici Abacuc 3. c.	55
de erectione tabernaculi. cap. 9	5	annotatio in Psalmum 80	57
de superductione operimentorum. cap. 10	ead.	annotatio in Psalmum 84	58
descriptio altaris holocausti. cap. 11	6	annotatio in Psalmum 98	ead.
Tractatus Secundus.		annotatio in Psalmum 104	61
<b>D</b> e templo Salomonis ad literam. Tractatus Tertius.	7	annotatio in Psalmum 113	62
<b>D</b> e concordia temporum Regum conregnantium super Iudam & super Israel. Ad Beatum Bernardum Abbatem Clareuallensem.	16	annotatio in Psalmum 117	65
Summaria declaratio draconum tabularum sequentium, ad agnoscendam continuationem, & concordiam temporum Regum conregnantium super Iudam & Israel.	20	annotatio in Psalmum 118	66
		annotatio in Psalmum 118	ead.
		annotatio in Psalmum 121	75
		annotatio in Psalmum 124	77
		annotatio in Psalmum 124	78
		annotatio in Psalmum 128	79
		ead.	ead.
		annotatio in Psalmum 136	ead.

b 2 annotatio



Index Capitum Secundæ Partis.

annotatio in Psalm. 134	82	de mortificatione, & oratione, & perfecta pulchritudine anima, cap. 24	132
annotatio in Psalm. 143	84	de corona beatorum, & quomodo pollutio, & alia que dam sunt mortalia, cap. 25	133
annotatio in Psalm. 71	86	de Beate Virginis Mariæ integra & perfecta pulchritudine, cap. 26	135
annotatio in Psalm. 90	88	de spirituali uisu, & quomodo Deo placeat cura propria salutis, & aliens, cap. 27	136
IN CANTICA CANTICORVM explicatio,			
<b>S</b> equens Prologus a nonnullis diui Gregorij existimatur, quia Prologum eiusdem in Cantica uerbotenim profectur. Ego uero eundem Richardo ob eam rem ascribendum puto, in prunis, quod stilum eius sapiat, quod etiam non pauciora ex Rich. quæ ex Grego. doctrina (omissa tamen a Gregorio, accipiat, & ex eo denique quod sequenti explanationi in exemplari adiectus sit, iudicet circumspectus Lector.	95	de consolatione tentationis, & quod hanc sequitur amplior gratia, cap. 31	141
quomodo in quiete queratur Deus, & de ampliori gratiæ desiderio, cap. 1	98	de aduentu Christi in anima, & quod per mortificationem peruenitur ad perfectionem, cap. 32	142
quomodo tam perfectorum, quam imperfectorum exempla considerat anima, cap. 2	98	de spirituali refectione, & usu gratiæ, cap. 33	143
quomodo considerata exempla bonorum humilient, et accendant, cap. 3	100	quomodo gratia consolatur & accendit, & de perfectione, & mortificatione, cap. 34	146
quomodo anima Angelorum presentiam cognoscit, et eis desideria sua pandat, cap. 4	101	quomodo Deus desideratur, & se subtrahit, & quomodo ad salutem adest, & exaudit, cap. 35	147
quomodo anima post Angelorum contemplationem, ad Dei contemplationem transeat, et discretionem, cap. 5	102	de amore dilecti, & eius qualitate, cap. 36	148
quomodo anima Christum in se suscipiat, & de uera dilectione Dei, cap. 6	103	de qualitate membrorum dilecti, cap. 37	149
quomodo in secreto mens Deo fruatur, & ab eo de occultis eruditur, cap. 7	104	de membris dilecti, cap. 38	151
de meritis, & utilitate contemplatiuæ uitæ, & quando ad requiem aliquis debeat uenire, cap. 8	105	descriptio aliquorum membrorum dilecti, & Virginis Mariæ laudes, cap. 39	152
de spirituali assensu animæ, & de discretionem, & sermone, cap. 9	107	de Christo, & meritis eius, cap. 40	154
de requie superna, & quomodo perfecti hanc desiderant, cap. 10	110	sponsus sponsam inuitat ad hereditatem suscipiendam, cap. 41	155
de cautela pugnandi contra inimicum, & de remedio contra cordis cæcitatem, cap. 11	112	de assumptione Mariæ, & eius laudibus, cap. 42	156
de animæ uirtutibus, & perfectione, munditia, desiderio, & discretionem, cap. 12	114	IN VISIONEM EZECHIELIS animalium & rotarum.	
de modo proficiendi, & de exemplo Christi, & præmio, cap. 13	116	<b>C</b> ompendiosa compingensio eorum edificiorum, que ad unam medietatem pertinent, c. 1.	160
de humilitate interiori & exteriori, & de triplici eius distinctione, cap. 14	117	compendiosa prælibatio eorum edificiorum, que ad aliam medietatem pertinent, cap. 2	161
quomodo anima terrena despiciat, & interna cognoscat, cap. 15	118	quomodo, uel quam multis circumstantiis uisita hac descriptio commendetur, cap. 3	162
quomodo a Christo per orationem meditationes sanctæ obtineantur, cap. 16	119	collectis hincinde scripturæ testimonijs, hoc hic de una porticu astringitur, quod de cæteris omnibus iure intelligatur, cap. 4	165
de discretionem cogitationum, & quomodo ad hanc ueniatur, cap. 17	121	de his que ad unam medietatem cuiuslibet porticus pertinere uidentur, cap. 5	166
de discretionem naturalium, & gratuitorum, & de diuersis motibus animæ, cap. 18	123	de cæteris que de porticu restant, ad totius descriptionis completionem, cap. 6	167
de custodia loquendi, & dulcedine, cap. 19	124	expositio literæ super descriptionem orientalis portæ, cap. 7	169
de pulchritudine animæ penitentis, & humilitate, & occultis eius meritis, cap. 20	125	de his que pertinent ad descriptionem totius, c. 8	116
de profectu, & fortitudine bonorum, & scripturæ documentis, cap. 21	127	de aquilonari, & australi porticu exterioris atrij, cap. 9	172
de uera perfectione, & exemplis perfectorum, cap. 22	129	de tribus porticibus interioris atrij, cap. 10	173
de pietate bonorum, & maxime Beate Virginis, cap. 23	130	de mensis ubi immolabatur holocaustum, & de gazophilijs cantorum, cap. 11	174
		de coquis que subter porticus fabricatæ erant, & de atrio interiori, cap. 12	176
		de quantitate, uel situ edificiorum, que templo adiacebant, cap. 13	177
		de situ uel ratione cæterorum edificiorum que ad occidentalem plagam erant, cap. 14	178
		quomodo,	

Index Capitum Primæ Partis.

quomodo, uel unde colliguntur, que su arduitas montis, cap. 15	180	Liber Quartus de Visione quarta.	
descriptio templi, ipsiusque vestibuli, cap. 16	184	<b>D</b> E templo aperto, & arca uisa, & muliere pariente, cap. 1	251
descriptio edificiorum que templo adiacebant, cap. 17	188	de Michaeli, & dracone, & prælio eorum, cap. 2	253
de cæteris que restant usque ad finem descriptionis, cap. 18	192	de persecutione draconis, & fuga mulieris, ca. 3	254
de descriptione altaris holocausti, cap. 19	181	de bestia ascendente de mari, cap. 4	255
EXPLICATIO ALIQVORVM passuum difficultium Apostoli. 184			
IN APOCALYPSIM IOANNIS Liber Primus.			
<b>P</b> rimus Prologus in libros septem	193	<b>D</b> E septem Angelis, & septem plagis nouissimis, cap. 1	263
Alius Prologus Ioannis Euangeliste uitæ breui stringens sermone, necnon & causam suscepti operis	ead.	de septem Angelis, & septem phialis eis datis, cap. 2	264
Liber Primus de uisione prima.			
<b>D</b> E titulo, & de quatuor generibus uisionum, cap. 1	194	de primo Angelo, & phiala eius, cap. 3	265
de salutatione, cap. 2	98	de secundo Angelo, & phiala eius, cap. 4	265
generalis sententia de septem uisionibus sacris, c. 3	201	de tertio Angelo, & phiala eius, cap. 5	ead.
de uisione prima, cap. 4	202	de quarto Angelo, & phiala eius, cap. 6	266
de Episcopo Ephesi, cap. 5	207	de quinto Angelo, & phiala eius, cap. 7	ead.
de Episcopo Smyrne, cap. 6	210	de sexto Angelo, & phiala eius, cap. 8	267
de Episcopo Pergami, cap. 7	211	de septimo Angelo, & phiala eius, cap. 9	268
de Episcopo Thyatira, cap. 8	213	Liber Sextus de Visione sexta.	
de Episcopo Sardis, cap. 9	215	<b>D</b> E ruina Babylonis, & luctu amatorum eius, cap. 1	273
de Episcopo Philadelphia, cap. 10	217	de exemplo submerisionis eius, cap. 2	275
de Episcopo Laodiceæ, cap. 11	220	de gratiarum actione Deo exhibenda, de ruina eius, cap. 3	276
Liber Secundus de uisione secunda.			
<b>D</b> E sedente in throno, & ornatu eius, quantum ad textum capitulum quartum, cap. 1	223	de Christo eam iudicante, & potestate eius, ca. 4	278
de quatuor animalibus, cap. 2	226	de Angelo daemones inuitante ad comestionem regni Babylonis, & tribunorum eius, cap. 5	279
de libro septem sigillis signato, & agno aperiente librum, capitulum tertium, & capitulum lib. 5.	229	de damnatione Antichristi, & pseudoprophete eius, cap. 6	280
de primo sigillo, & apertione eius, cap. 4. & lib. 6.	231	de Sabana ligando, & iterum soluendo, & seuitia, & damnatione eius, cap. 7	ead.
de secundo sigillo, & apertione eius, cap. 5	233	de die iudicij, & qualitate eius, cap. 8	282
de tertio sigillo, & apertione eius, cap. 6	234	Liber Septimus de Visione septima.	
de quarto sigillo, & apertione eius, cap. 7	235	<b>D</b> E innouatione elementorum, cap. 1	283
de quinto sigillo, & apertione eius, cap. 8	236	de ciuitate sancta Hierusalem celesti, cap. 2	284
de sexto sigillo, & apertione eius, cap. 9	236	de ostensione sponsæ agni Sancto Theologo per Angelum facta, cap. 2	286
de septimo sigillo, & apertione eius, cap. 10	239	de muro Hierusalem, & portis, & angulis, & fundamentis eius, cap. 4	287
Liber Tertius de Visione tertia.			
<b>D</b> E septem Angelis canentibus tuba, & de alio Angelo stante ante altare, cap. 1	240	de mensura eius, cap. 5	ead.
de primo Angelo, & tuba eius, cap. 2	241	de qualitate muri, & fundamentorum, & portarum eius, cap. 6	289
de secundo Angelo, & eius tuba, cap. 3	242	defluuium aque uiuæ, & ligno uitæ, & fructu eius, cap. 7	291
de tertio Angelo, & tuba eius, cap. 4	243	de triplici commendatione libri huius, cap. 8	293
de quarto Angelo, & tuba eius, cap. 5	243	contestatio Sancti Ioannis ad audientem uerba prophetie huius, cap. 9	296
de quinto Angelo, & tuba eius, cap. 6	245	generalis recapitulatio septem uisionum, cap. 10.	297
de sexto Angelo, & tuba eius, cap. 7	245		
de septimo Angelo, & tuba eius, cap. 8	249		

# INDEX RERVM PARITER ET VERBORVM MAXIME INSIGNIVM, ET NOTATV DIGNISSIMARVM,

Quæ in bipartita hæc operum Richardi Sancti Victoris sectione studiosus  
Lector fortè requiret, serie Alphabetica miro ordine  
& noua etiam methodo digestus;

Quorum primus marginalis numerus primæ Sectionis, seu partis materieb; secundus alterius  
contentis subseruit, reliqui vt columnam, ita & paginam non inuicem  
quasi digito inquirenti statim representant.

- A** Aron derogationem, Moyses discretionem, amuel circumspectionem denotat. 61. col. 1 b  
Aaron interitus & mors Moysi quid sit. 60. 1 b  
Abyssi quid sit. 280. 2. e & 330. 2. c  
Abyssi fontes quando specialiter impugnantur. 47. 1. e  
Abrahæ in sacrificio cur Deus vnam tantum vaccam requisit, & David plurimas obtulit. 405. 1. a  
Abrahæ sacrificium in quo differat a sacrificio David. 404. 1. c  
Abrahæ per semen quid spiritualiter intelligatur. 411. 1. 1. & c  
Abrahæ exemplo cogitationes in eptæ ex corde nostro abigendæ. 410. 1. c  
Abraham accepit tantum in suis hæreditibus terram sibi promissam a Deo. 313. 1. c  
Absconditum manna quid sit. 213. 1. c  
Achan cur noverit peiere signum. 298. 1. d  
Acerba vna terrena delectatio. 114. 1. a  
Abstinium cur stellæ nomen dicatur. 242. 2. e  
Actio humana vt sine gratia iniquis ita cum illa utilis. 296. 1. b  
Acutus gladius primo diuinus. 205. 1. d  
Adam primus caput omnium pereuntium; Adam secundus caput omnium resurgentium. 300. 1. a  
Adam per rationem, affectio per suam intelligitur. 75. 2. c  
Ab Adam vsq; ad Christum omnes sub nocte fuerunt. 288. 1. c & d.  
Adam quoties mittatur ab Eva in exilium. 76. c. 1. c  
Admonitio ad præfules salutaris. 212. 2. c  
Adorare statum Nabuchodonosor quid sit mysticè. 42. 2. c  
Adorare dominum in atrio sancto eius quid sit. 36. 1. d  
Aduentus domini qualis. 86. 2. c  
Aduersa cum patimur, qui faciendum. 117. 1. a  
Aduersitates diuersæ diei iudicij. 350. 1. d  
Adulterius affectus quid faciat. 371. 2. b  
Aer, & sol, cur de fumo putei obscurantur. 244. 1. a  
Aereum, & ferreum vinculum quid significet. 99. 1. e  
Affectus mentis varij sunt. 137. 2. c  
Agnus & leo cur Christus dicatur. 229. 2. e  
Agnus, ouis, & aries, quando nostra sint sacrificia. 406. 1. d  
Agnus quis in sacrificio offerat. 35. 2. e  
Agni quid significant, quidve arietes. 216. 2. d  
Agnos duos offerre sacerdotes quid sit, unum manere, & alterum respicere. 392. 1. a  
Albus equus quid significet. 232. 1. a  
Albis stolis cur amici quatuor seniores. 225. 2. a  
Albis vestimentis indui quis dicatur. 221. 2. a  
Alleluia quid sit. 276. 2. c  
Alleluia cur Deo dicatur. ibid. d  
Alleluia cur reiteretur. ibid. e  
Alleluia cur toties dicatur. 277. 1. e  
Alæ duæ quid significant. 254. 1. c  
Alæ cur dicantur magnæ aquilæ. 254. 2. a  
Alæ, & voces locustarum, & lorice quid significant. 245. 1. a  
Alarum quatuor animalium figura quid significet. 227. 2. a  
Alas perdere est sublimes contemplandi volatus amittere. 112. 1. c  
Quid nō sit alas auellere, & quando auellantur. ibid.  
Alas senas cur quatuor aialia dicantur habere. 227. 2. c  
Alexander Macedo cognomēto magnus, & Iudas scarioth licet reprobi, signa fecere. 128. 2. c  
Alius angelus Christus dicitur. 240. 1. e  
Allocutio Christi ad animam. 136. 2. b  
Altare Dei quodnam sit. 236. 1. b  
Altare de terra quodnam sit. 240. 2. a  
Altare aureum cur dicatur. 245. 2. a  
Amalech quid significet. 120. 2. a  
Amaritudo amarissima quæ sit. 44. 2. b  
Amaritudo & taciturnitas vehemens cædis uirtutes exercet, & non euerit. 124. 1. c  
Amator Dei rebus pro speculo utitur. 364. 2. c  
Ambigua uerba prophetiæ excipiant Iudæos, & illuminant Christianos. 317. 2. a  
Ambitio quid sit & illius species. 15. c. 1. e  
Ambulare Christum in medio seruatorum suorum quid sit. 208. 1. a  
Ambulare cum Christo in albis quid sit. 216. 2. d  
Amantissimus mos quis sit. 149. 1. c  
Amici chari qui comedunt, charissimi, qui bibunt, & utrorumq; differentia. 200. 1. c  
Amicos suos quare interdum dñs deserat. 143. 2. e  
Amicos pascit Deus, & charissimos reficit. 144. 2. d  
Amygdalum florebit cur dicatur, & non fructificabit. 351. 1. d, & c  
Amor terrenorum quid faciat. 122. 2. b  
Amor quis, & qualis sit spiritus sanctus. ibid.  
Amor terrenorum nunquam animum quietere sinit. 410. 2. a  
Amor ubi est, ibi oculus. 122. 2. b  
Amor spiritualis ignis. 210. 2. a  
Amor ignis consumens est. 366. 2. d  
Amor uerus & uanus aliquando eodem tempore causantur. 138. 1. a  
Amor summus quisnam sit. 263. 2. e  
Amor gratuitus & debitus quidnam sint. 264. 1. a  
Amor inordinatus quando sit. 264. 2. b  
Amor Christi gaudium beatorum. 111. 1. a  
Amor duobus modis intelligitur. 93. 1. a  
Amor diuinus ita in diua uirgine coualuit, ut nullus defectus in eum incidere potuerit. 323. 2. e  
Amor mutus inter Christum & Beatos quantus. 110. 2. d  
Amor discretus ubi dicatur deesse. 241. 2. a

Amor

## Index materierum totius Operis.

- Amor duo requirit. 240. col. 1. c  
Amor nomen difficultatis ignorat. 364. 2. d  
Amor Christi eiusq; effectus. 362. 1. c  
Amor Christi, & humilitas pari passu ambulant. 118. 1. c  
Amoris uis ratione non compensatur. 361. 2. e  
Amoris uis Deum tenere potest. ibid. fol. seq. 1. d  
Amoris triplex effectus. 366. 2. a  
Amoris uolentia nulla possibilitate figuratur. 363. 1. d  
Amoris primus gradus qui sit. 364. 2. a  
Amoris proprium quid sit. 240. 1. c  
Amoris uisitatio delectat, molestat, uicissitudo. 362. 2. e  
Amorem mundi suggerit uanitas. 34. 1. a  
Amorem proximi tollit malignitas. 34. 1. a  
Amore uero qui seruit Deo, hunc non permittit cadere. 236. 2. d  
Amore factus Deo. 364. 2. e  
Anagoge quid significet. 194. 2. c  
Angelus foris quis ut & dicatur. 229. 1. e  
Angelus accendens ab ortu solis quis sit. 237. 1. e  
Angelus in veteri testamento cur se adorari passus fuerit in nouo uero non. 294. 1. a  
Angelus primus & prima tuba quid significet. ibid.  
Angelus cur dicatur mentis ciuitatem sanctam mensura hominis, quæ est angeli. 288. 2. e  
Angelus abyssi quis sit. 245. 1. c  
Angelus quem modo mentatur ciuitatem sanctam. 288. 2. a  
Angelus alter quis sit. 273. 2. a  
Angelus alter cur nube amictus, & Iridem in capite habens. 246. 2. d  
Angelus alter cur dicatur ponere dextrum pedem supra mare, & sinistram super terram. 246. 2. c  
Angeli canere quæ stella cecidit quænam sit. 243. 2. c  
Angeli quatuor teuentes quatuor uentos quid significant. 237. 1. c  
Angeli septem stantes in conspectu Dei, qui sint. 240. 1. d  
Angeli sunt vigilantes & cur ita appellentur. 101. 1. a  
Angeli cur dicantur stare in circum throno. 238. 2. d  
Angelorum ministerium erga homines quale. 101. 2. d  
Angeli natura mero, & scæ potata fuit. 54. 2. d  
Angeli existētia quando uarietur. 252. 1. b  
Animus in crumen consentiens tripliciter ligatur. 340. 2. e  
Animus humanus cur non acquirat diuinæ uoluntati. 55. 1. a, & b  
Animi imperus diuersi. 56. 1. b  
Animi humani splendor. 48. 1. c  
Animi puritas ut acquiratur magna opus est diligentia. 191. 2. d  
Animi quatuor columnæ quæ. 115. 1. c  
Animi bona uere optanda. 414. 1. a  
Animum humanam vni desiderio (uauitatis interne) inherere quam sit mirabile. 398. 2. b  
Anima quantum mortificatur in temporalibus tantum uiuificatur in spiritualibus. 108. 2. a  
Anima deuota quando bene cum Deo diuidit. 126. 1. c  
Anima quomodo eligit suspendium. 127. 2. e  
Anima quando pacem inueniat. 205. 2. a  
Anima quomodo fiat formosa uel deformis. 277. 1. d  
Anima quando irretitur. 211. 2. d  
Anima quando eripitur. ibid. c  
Anima iusti sedes sapientiæ. 47. 1. b  
Anima quodnam sit ferulum & sic quomodo reficiat Christum, & membra eius. 114. 2. c  
Anima per uarietatem quando statuitur contra faciem suam. 67. 1. d  
Anima per uarietatem prius necesse, & ut confusionem agnoscat quam erubescat. 72. 2. c  
Anima perfecta habet in se latentes uirtutes. 126. 1. d  
Anima impudens decem modis obdurescit. 116. 1. e  
Anima quæ durus laborabit tentatione plenius remunerabitur perfectione. 141. 2. c  
Anima quomodo Deum querere debeat. 98. 2. a  
Anima duos oculos habet. 365. 1. c  
Anima diuino amore priuata quid faciat. 361. 1. c  
Anima quomodo parer sibi lectum, & quomodo circumciuit ciuitatem. 98. 2. d, & e  
Anima sancta, & sponsa Christi quid faciat. 137. 2. c  
Anima quando comedit sanum. 143. 1. b  
Anima quibus modis obtineat a Deo ea quæ postulat. 119. 1. b  
Anima quid sola cum Deo in cubiculo discere debeat. 105. 2. c  
Anima quibus modis fruatur Deo in cubiculo sola. fol. seq. 1. b  
Anima cur aliquando priuatur gratia. 120. 2. d  
Anima Deum animas amore non faciat. 363. 2. a  
Anima laudibus incantatur. 138. 2. d  
Anima quomodo languescat (subiecta amoris dulcedine. 362. 2. e  
Anima perfectæ cogitationes uitare debeat. 108. 1. e  
Anima quantum mortificatur in temporalibus tantum uiuificatur in spiritualibus. ibid. col. seq. a  
Anima quæ hic uiuens Dei similitudinem in se faciat ut quanta confusione plena ad Deum redibat. 353. 2. b  
Anima deuotæ oculi cur dicantur oculi columbarum. 118. 2. c  
Animæ veri hostes sūt carnales delectationes. 129. 2. c  
Animæ sanctæ officium. 196. 2. c  
Animæ ingrata uerba ad Deum sponsum suum eiusq; responsum. 196. 2. e  
Animæ uestimenta quæ sint. 138. 1. a  
Anima decor maximus qualis. 100. 2. e  
Anima interior palchritudo quæ. 117. 2. a  
Animæ carnalis opera cur sint imperfecta. 123. 1. e  
Animæ rationalis excellentia. 106. 1. a  
Animæ mors quæ. 93. 1. d  
Animam exca cant delectationes carnales. 114. 1. a  
Animam a uigilijs esse inuentum quid sit. 102. 1. b  
Animam ascendere supra metas induitrix suæ quid sit. 209. 2. b  
Animam peccatricem ad Deum conuertere melius est quam corpus ad uitam resuscitatur. 135. 1. a  
Animam per desertum ascendere quid sit. 108. 1. b  
Animam amplexari, & osculari Deum quid sit. 106. 1. c  
Animam uenas futurij accipere quid sit. 105. 1. a  
Animam quibus modis reficit Deus. ibid.  
Animæ interfecti quare sub altari uisæ sunt. 236. 1. b  
Animæ quæ dicunt Deo manda, remanda, expecta, & respecta quæ sint. 196. 2. c  
Animæ quænam per uicos designentur. 99. 1. b  
Animæ quænam per plateas designentur. ibid.  
Animæ sanctæ quare dulcia uerba habeant. 125. 1. b  
Animas non tradas bestiis confidentes tibi cur dicit Psalmista, & non corpus uel carnes. 110. 2. b  
Animal quod quatuor facies habuit, cur pedes habuerit uitulos. 1-8. 1. c  
Animalia celestia cur quatuor facies habeant. 157. 2. c  
Animalia munda & immunda quænam ratione dicantur. 333. 1. d  
Animalia quatuor quid significant. 226. 1. e  
Animalia munda quæ & quomodo impediunt & adiuuant bonum. 48. 1. a  
Animalia celestia quare dicantur habere quatuor pedes, quatuor facies, & quatuor manus, & numerus pedum non exprimitur. 158. 1. a  
Animalia celestia quomodo sine corporis conuersione ire & redire poterint. ibid.  
Anni regum Iudæorum qualiter computandi. 17. 1. a  
Antichristus caput & princeps, uniuersæ persecutionis fidelibus inferendæ. 237. 1. b  
Apertio cæli quid sit. 278. 2. d  
Apertio librorum est manifestatio conscientiarum. 355. 2. d  
Apertum ostium quis uideat. 223. 2. d  
Apostoli uerba uerbis domini quomodo non sint contraria. 187. 1. c  
Apostoli sancti sunt thuribulum aureum. 240. 2. b  
Ap probat

## Index materierum totius Operis.

- 1 Approbat quod quisque, hoc amat. 12 r. col. 2. c  
 2 aqua diuinæ sapientiæ quomodo se habeat erga homines, eiusque effectus. 46. 2. a  
 3 aqua non adhihilatur in mundi innovatione. 284. 1. a  
 2 aqua putei aquarum uiuentium qualis 140. 1. d  
 2 aqua Euphratis quando exsiccabitur. 267. 2. b  
 2 aqua ad irrigandum nostras animas quando deducatur. 71. 1. a  
 2 aquæ putei viuentis cur magno impetu fluant. 141. 1. a  
 2 aquæ multæ sunt populi, & cur multæ dicantur. 269. 2. b  
 2 aquarum fontes quinam sint. 242. 2. d  
 2 aquarum uox quid significet. 204. 2. c  
 2 aquarum uiuentium puteus quis sit. 140. 1. c  
 1 aquas inferiores quid sit spiritaliter in mare decurrere. 7. 1. b  
 2 aquila quidnam denotet. 243. 1. c  
 2 aquilinam, coninam, & uitiuinam vocem cur habeant animalia uisa. 128. 1. c  
 2 aquilo unde dicatur. 141. 1. c  
 2 aquilo quando fiat in orto. 141. 1. e  
 2 ara exterior & interior quæ. 59. 2. b  
 1 arbitrij potestas & libertas differunt. 73. 2. c  
 1 arbor quando succiditur. 94. 2. c  
 1 arboris uisæ a Nabuchodonosor magnitudo quid significet. 90. 1. d  
 1 arboris illius singulæ partes quid significent. ibidem fol. seq. 1. d  
 1 arborem Nabuchodonosor escam uniuersorum in se habere quid sit. 91. 2. a  
 1 arca fœderis gratiam denotat contēplationis. 220. 1. c  
 1 arca sanctificationis quid denotet. 151. 2. b  
 1 arca cur dicatur arca fœderis domini. ibid. d  
 1 arca Moysi doctrina catholica. 160. 1. c  
 1 arcam fieri a Moysē cur dominus præcepit ante constructionem tabernaculi. 151. 1. c  
 1 arcam spiritaliter fabricare quid sit. 205. 2. d  
 1 arcana sua quando Deus reuelat. 59. 1. b  
 2 arcta uia perfectorum via. 50. 2. a  
 1 arcus & corona quid significet. 232. 2. b  
 1 arcus tentationes fraudulentas, arma violentas denotant, scutum uero excusationes. 223. 1. c  
 2 arena maris quidnam designet. 255. 1. b  
 2 argentum uerbum prædicationis est. 190. 2. d  
 1 arces gerit formam manufacturinis. 402. 1. a  
 2 atretes, oues, & agni, tres angelorum hierarchias designant.  
 2 arctum filios quando imolemus. 33. 2. b  
 1 artoch ad solutionem redigens interpretatur. 54. 1. c  
 1 artochi, Magi, Caldei, aruspices, qd designent. 85. 2. d, & e  
 2 arma malorum quibus æternam damnationem sibi acquirant. 130. 1. e  
 2 armis quibus milites Dei se muniunt. 112. 2. c  
 2 aromata uirtutum quando fluant. 142. 2. d  
 2 arrogantia quid. 40. 1. b  
 1 arrogantia quid sit, quidve extollentia. 116. 2. a  
 1 arrogantia quid efficiat. 71. 2. c  
 2 arundo aurea ad mensurandum sanctam ciuitatē portas & murum eius quid significet. 287. 2. e  
 1 ascendere supra occasum quid sit. 219. 1. b  
 1 ascensus ad primum cœlum quomodo fiat. 225. 2. c  
 2 aser idem interpretatur quod beatus. 238. 1. c  
 1 asinus processioni interesse debet. 377. 2. c  
 2 assimulantur locustæ hereticis. 244. 2. c  
 1 astronomiæ, & astrologiæ differentia. 327. 1. a  
 1 astrologia naturalis, & superstitiosa. 327. 1. a  
 1 attributorum Dei, simplicitatis, bonitatis, potentis aliorumq; fusa enarratio. 201. 1. a  
 1 avari gulosi uix interna. 76. 2. b  
 1 auarorum sollicitudo labor & difficultates. 76. 1. d  
 2 auaritia quomodo mortaliter peccatur. 135. 1. a  
 1 aues cœli qui ueraciter dici possunt. 105. 1. d  
 1 aries, & animalia quid nobis dent intelligere. 409. 2. c  
 2 argumenti similitudo humani corporis cum Ecclesiâ Christi. 55. 2. c  
 2 Aurem quis dicitur habere. 209. col. 2. d  
 2 aurum ignatum est charitas. 221. 1. c. Et quomodo ematur. ibid.  
 2 aurum puri natura humana purgata in Chro. 88. 1. a  
 2 aurum speculatio ueritatis est. 190. 2. d  
 2 aurum, argentum, & lapides pretiosi, quid significant. 190. 1. c  
 1 aurum & reliqua metalla quid significant. 70. 1. d  
 2 aurum, lapis pretiosus, mel, & fauum, quid denotent. 69. 2. d  
 2 auster quando fiat. 141. 2. a  
 2 auster quid suo statu efficiat. ibid. e  
 2 auctoris inuocatio Diuæ Virginis. 131. 2. e  
 2 auxilium subleuationis in quo exprimitur. 206. 1. c  
 1 azima quid sit. 38. 2. a  
 2 azima & fermentum quonam modo possint esse simul. ibidem. c  
 1 azima sinceritatis cur ab Apostolo prins ponatur quæ ueritatis. 388. 1. c  
 1 azima habere aliud est & aliud comedere, & aliud esse azima esse. 386. 2. d  
 1 azimos esse oportet si simile Christo fieri uolumus. 386. 2. c  

B

 1 Babilon magna quæ sit & cur ciuitas dicant. 269. 1. b  
 1 Babilon quo cadat & cur dicatur ciuitas. 239. 2. c  
 2 Babilon magna cecidit, cecidit, per geminationem istam denotatur geminatio ruina.  
 1 babilon cur damnata sit causa declaratur. 273. 2. c  
 2 babilonis descriptio quænam sit. 270. 1. d  
 2 babilonis interpretores quinam sint. 273. 2. d  
 2 babilonis super ruinam cur debebit negotiatores terra. 27. 2. c  
 2 babilonis fornicatores quinam sint. 269. 2. c  
 2 babilonica mulier cur ciuitas magna & meretrix dicatur. 272. 1. e  
 2 babilonica meretrix cur se dicat reginam & non uiduam. 274. 1. d  
 2 babilonica meretrix cur poculum aureum teneat in manu. 270. 1. c  
 1 bala quid, quidve Zelpha Racheis & Lia famulæ denotent. 120. 1. c  
 1 baptizare in spiritu quid. 392. 1. c  
 1 baptisimæ efficacia. 391. 1. a, & b  
 1 barba capiti inherens quid significet. 197. 1. b  
 2 beatus qui uigilat, & custodi uelimenta sua. 268. 1. a  
 2 B. Ioannes cur non dicat in salutatione ego Magister. 202. 1. c  
 2 B. Ioannes cur primo dicat in tribulatione & postea in regno. 202. 2. b  
 2 beata Virgo Maria grauius passa fuit quam martyres. 136. 1. c  
 1 beatorum felicitas. 10. 2. b  
 2 beatorum gaudium amor Christi. 111. 1. a  
 1 beatitudo quid sit. 36. 2. a  
 2 beatitudinem quibus assequimur. 293. 1. c  
 2 bellum primum aduersus milites Dei. 50. 1. a  
 2 bellum secundum & tertium. ibid. b  
 2 beneuolus quid faciat, & quid rigidus. 123. 2. c  
 2 beniamin interpretatur filius dexteræ. 238. 1. c  
 2 bestia quando de mari ascendit. 255. 1. c  
 2 bestia cur similis dicatur pardo. 255. 1. d  
 1 bestia amissa alis, & à terra subleuata ubinam erit. 112. 2. a  
 2 bestie characterem quomodo habeant mali. 265. 2. b  
 2 bestie sedes quinam sint & dicantur. 267. 1. a  
 2 bestiam montem tangere quid sit. 96. 2. c  
 1 bestie & uolucres arboris uisæ Nabuchodonosor quid significant. 92. 1. a  
 1 bestie sub arbore Nabuchodonosor quando fugiant. 95. 1. c  
 2 bestiarum est fremitus. 25. 1. a  
 2 bestiis interficere id est quod bestialibus motibus. 235. 2. d  
 1 bestias de mari ascendere quid sit. 110. 1. e  
 1 bestialis imaginatio quid sit. 123. 1. d  

Bisium

## Index materierum totius Operis.

- 2 Bisium quare significat iustificationes sanctorum. 278. col. 1. a  
 2 bonus ignis qualis. 68. 1. c. & 403. 1. a  
 1 bonus transitus de iniquitate ad bonitatem. 386. 1. c  
 2 bonum diluuium quid. 48. 2. c  
 2 bonum diuinum supra nos apprehendere possumus intra nos autem illud comprehendere non ualemus. 214. 2. a  
 2 bonum omne quanto minus à presenti malo liberatur, tanto amplius à suo, perfectione sui minuitur. 292. 2. b  
 1 bonum quidnam sit. 133. 1. a  
 1 bonum patris quomodo nobis prodest, & quomodo malum matris. 390. 1. c  
 2 bonum nullum irremuneratum, & nullum malum impunitum apud Deum. 262. 2. d  
 2 boni cum malis in hoc mundo permixti sunt. 291. 2. c  
 2 Boni quando comedant. 143. 2. b  
 2 boni nigri & despecti sunt apud se, sed pulchri, & pretiosi ante Deum. 150. 1. b  
 1 boni uidebunt conscientias malorum non esse conuersos. 314. 2. c  
 2 bonos quantum quisque diligit, tantum bonus efficiuntur. 107. 2. c  
 2 bona munio castri quænam sit. 151. 2. c  
 1 bona uera qui sine qui non inueniant. 131. 1. a  
 1 bona animi uere optanda. 414. 1. a  
 2 bona malis admixta non placeant Deo. 116. 1. c  
 1 bona sine discretione nec acquiri, nec conseruari possunt. 143. 1. a  
 1 bona prius amittuntur postea committuntur mala. 97. 2. d, & e  
 1 bona inuisibilia possunt multitudine corporalium similitudinum representari. 165. 1. b, & c  
 2 bona cœlestia quidnam sint. 285. 1. c  
 2 bonorum exemplo promouendi sunt timidi. 36. 2. d  
 2 bonorum cibus quisnam sit. 143. 2. b  
 2 bonorum multiplex uicissitudo in hac uita. ibid. d  
 1 bonitas est bona uoluntas. 273. 2. d  
 1 bonitatis summus gradus quis. 245. 1. d  
 1 bos forma est obedientiæ. 402. 1. c  
 1 boues quondam sunt à nobis oblata. 405. 1. b, & c  
 2 botri, messis, uinea, quid denotent. 261. 2. d  
 1 blasphemare in Spiritum sanctum quid, & quam horrendum. 360. 1. b  
 1 blasphemia ex malignitate pessima omnium. 358. 2. c  
 1 blasphemia quid sit quidve spiritus blasphemie. ibid.  
 1 brutalis caro quando macetur. 79. 1. a  

C

 1 Cades desertum bonum. 43. 2. d  
 2 Calculus candidus quidnam sit. 213. 1. c  
 2 calix, merum mixtum, & fex, quid. 34. 2. b  
 2 campi sunt, qui terrena non deserunt. 62. 2. a  
 2 candelabrum mouebo quid sit. 209. 2. a  
 2 candelabris cur Ecclesiæ comparentur. 203. 2. c  
 2 candidus cur dilectus sponsæ. 149. 1. d  
 1 candorem & dulcorem lacteum in nobis quæ minuât. 319. 2. d  
 2 canes quinam sint. 197. 2. d  
 1 canes immundi qui sint. 295. 1. c  
 2 canticum Moysi, & agni quid denotet. 263. 2. b  
 2 canticum nouum cur dicatur. 230. 2. c  
 2 canticum quasi nouum cur dicatur. 258. 2. a  
 2 canticum quasi nouum cur nemo poterat dicere præter illa centum quadraginta quattuor millia. 258. 2. c, & d  
 2 canticum nouum cantare quid sit. 258. 2. a  
 2 canticum canticorum cur liber ille Salomonis uocetur non autem simpliciter canticum. 96. 2. c  
 2 canica Syon quindectem enumerantur. 82. 2. a  
 1 capillus capitis quid designet. 62. 2. a  
 2 capillus de capite uestro non peribit, hic locus scripturæ quomodo declaretur. 37. 2. d  
 2 capilli capitis consilia cordis. 93. 2. c  
 2 capilli sponsæ meditationes sanctæ, & cur capillis capiti comparentur. 119. 2. a  
 1 Capillos in similitudine aquilarum quisnam habeat. 105. 1. b  
 1 capra quando sit perfecti uiri oblatio. 406. 1. a  
 1 capram cur potius quæ hircum dominus ab Abraham exegit. ibid. c  
 1 caput in statua Nabuchodonosor cur aureum dicatur, & cetera membra alijs nominibus nominentur. 69. 2. a  
 1 caput & cetera membra in statua Nabuchodonosor quid significant. 69. 2. c  
 2 caput esse plenum rore quid sit. 146. 1. c  
 2 caput dilecti est eius diuinitas. 149. 2. a  
 2 caput capilli & candor quid significant. 204. 1. d  
 1 capitis capillus quid designet. 62. 2. a  
 2 capita septem bestiarum coccinearum quid denotent. 271. 1. a  
 2 capita septem draconis quæ sint. 252. 2. b  
 2 capreæ quæ sunt meditationes, cur dicantur ascendere de monte Galaad. 119. 2. d  
 1 carminum sint quænam sint. 35. 1. a  
 2 carnis stimulum quibus de cauis relinquit Deus in quibusdam perfectis uiris. 43. 1. c  
 1 carnem hircinam offerre quid sit. 402. 1. c  
 1 carnes comedere quid sit. 114. 1. b  
 2 carnalis animæ opera cur sint imperfecta. 123. 1. c  
 2 carnales quinam sint, & qui spirituales. 189. 2. a  
 1 castigandi quomodo sint delinquentes. 133. 2. c  
 2 castri bona munio quænam sit. 151. 2. c  
 2 cauda draconis quædo animas mittit in terram. 252. 2. c  
 2 causa nostri heus qualis esse debeat. 72. 1. c  
 2 causæ Physicæ pertinent ad deurationem extrinsecam. 221. 1. b  
 2 cedri cur dicantur electi. 154. 1. a  
 2 cedri quomodo electi significant. 115. 1. a  
 2 cedrus quid sit confringere, & quid confringere cedros Lyban. 38. 1. d  
 2 cerui spiritualis pertinencia, uel requisita. 45. 1. a  
 2 ceteri quadraginta quattuor millia cur dicantur. 258. 1. a  
 2 cœlum primum quis teneat, quisue secundum, & tertium. 77. 1. c  
 1 cœlum tertium quodnam sit, ad quod se raptum dicit Paulus. 145. 2. d  
 2 cœlum recessit quid sit. 236. 2. d  
 2 cœlum sancta Ecclesia est. 223. 2. b  
 1 cœli nomine quid significatur. 330. 2. b  
 2 cœlorum regnum quibus modis perfecti uiri rapiant. 50. 2. c, d  
 2 cœlestis & terrenus ignis quis. 42. 1. a  
 2 cœlestia bona quisnam sint. 285. 1. c  
 2 cœlestia animalia quare dicantur habere quattuor penas, quattuor facies, & quattuor manus, & numerus pedum non exprimitur. 158. 1. a  
 1 cibi mundi per butyrum & mel sunt designati. 311. 2. b  
 1 cibos quales dominus amat. 64. 2. c  
 1 circumspicere agenda omnia. 82. 1. d  
 2 cito quæ dicantur fieri. 198. 1. a  
 2 ciuitas sancta speciali nomine significat plebem inferiorem. 288. 1. a  
 2 ciuitas magna cur in tres partes diuisa est. 268. 2. c  
 2 Et quotupliciter nunc in mûdo diuisa sit. fol. seq. 1. a  
 2 ciuitatis decima pars quæ sit. 249. 2. b  
 2 ciuitatem quomodo circuit anima. 98. 2. c  
 2 ciuitatem sancta quomodo metiatur angelus. 288. 2. a  
 2 ciuitatem sancta Hierusalem quidnam intrabunt. 291. 2. c  
 2 ciues paucos quando habemus. 61. 1. d  
 2 cinamomum quid denotet.  
 2 cypri semen, nardus, crocus quid significant. 139. 1. c  
 2 cythara quid significet. 230. 2. a & 258. 1. c  
 1 cythara quid significet quidve psalterium. 382. 1. b, & c  
 1 coccineæ uitte labia sponsæ comparantur. 124. 2. c  
 1 cogitatum uidere est aliud, & aliud sensum uidere. 356. 1. c  
 1 cogitatio quid sit. 153. 1. a  
 1 cogitatio quælibet à simili corrigitur. 125. 1. a  
 2 cogitatione quomodo peccetur. 134. 1. c  
 1 cogitationes quænam sint a nobis extraneæ. 198. 2. c  
 2 cogitationes pessimæ in religiosis quæ. 182. 2. d  
 2 cogitationes quæ ascendunt de lauacro. 122. 2. c  

Cogita-



## Index materierum totius Operis.

- 1 Cogitationes ineptæ ex corde nostro exemplo Abrahæ abigendæ. 410 col. 1 c  
 2 cogitationum prauarum effectus. 33. 1 d  
 1 cogitationum turbul. pulsantibus quid faciendū. 124. 2 c  
 1 cogitatio sui ad cognitionem Dei perducit. 144. 2. d. & e  
 1 cogitatio diuina frustra in nobis crescit nisi flamma dilectionis augmentetur. 194. 2 c  
 2 cognitio mandati cur non dicatur, sed cognitio peccati. 188. 2 c  
 1 cognitionis ad perfectionem ascenditur triplici studio. 147. 1 d  
 1 cohibere aliud est quam cauere. 116. 2 c  
 1 collaris similitudinis. 65. 1 c  
 1 collis ut ardet exultare quid sit. 216. 2 b  
 2 collitio oculos rugere quid sit. 221. 2 b  
 2 collitium quid sit. ibid. c  
 2 colloquium dulce quod ex diuina gratia pro cedit. 123. 2 a  
 2 colloquium dilecti quid faciat. 148. 1 b  
 1 columbæ gemitus quis. 192. 2 d  
 2 columbæ cur superius aquarum resideant. 150. 1 c  
 2 columbæ cur dicantur lotæ lacte. 150. 2 a  
 2 columbarum oculi cur deuotæ animæ oculi dicantur. 118. 2 c  
 1 Columbas duas offerre quid sit. 407. 2 b  
 2 columbæ quatuor animæ quæ. 115. 1 c  
 2 comæ dilecti quæ. 149. 2 c  
 2 comæ dilecti cur palmæ assimilantur. 149. 2 c  
 2 Comæ dilecti cur dicantur nigre. 150. 1 a  
 2 commorari inter lapides quid sit. 130. 2 b  
 2 comparatio gaudij huius uitæ cum patriæ gaudio. 111. 1 c  
 1 complacui nil aliud est dicere quam quomodo placui mihi in memetipso, ita placui mihi in filio. 148. 2 b  
 2 complacere Deo in veritate quid sit. 32. 1 c  
 2 compunctio quid faciat. 122. 2 c  
 2 compunctio unde generetur. 138. 1 d  
 1 compunctioem quid faciat. 246. 1 e  
 1 compunctioem optimus modus. 61. 1 c  
 1 conceptionis Christi uirtus. 300. 2 c  
 1 concupiscentia creuit ex contactu infirmitate carnis. 323. 1 a  
 1 Concupiscentia duplex, & duplex item ignorantia. 387. 2 c  
 1 concupiscentiam sentire aliud est, aliud eidem sentire. 387. 2 b  
 2 concussio deserti quid significet. 44. 2 c  
 1 condignum uelle habere & condilectum habere uelle in quo differant. 269. 2 c  
 1 condilectio quando fiat. 245. 2 b  
 1 confabulatio Dei dulcis est. 367. 1 a  
 2 confessio duplex, criminis una, alia laudis. 288. 1 b  
 1 confessio alia laudis alia criminis. 121. 1 b  
 1 confidentia & securitas in fidelibus unde. 409. 1 a  
 2 coniugati qui uoluptati suæ seruiunt nō sunt dilecti, sed possessio diaboli. 152. 1 a  
 1 conscientia per domum intelligitur. 83. 1 a  
 2 conscientia erronea quæ sit. 134. 2 c  
 1 conscientia securitas quō in nobis oriatur. 403. 2 c  
 2 consideratio dolorum Christi quid efficiat. 126. 2 d  
 1 consolator quem dominus promisit qualis sit. 393. 1 c  
 1 consolationem quamdiu ab aliqua re accipimus mundum dilectum perfecte tenemus. 199. 2 d  
 1 conspectio noua quid sit. 385. 1 c  
 1 conspersionis & panis discrimen. 385. 2 a  
 1 contemplatio quid sit. 152. 2 c  
 1 contemplatio tribus modis contingit. 208. 2 a, & b.  
 2 contemplatio feruorem excitat. 148. 1 a  
 2 contemplatio diuinorum quam sit suavis & iucunda. 29. 1 b  
 1 contemplationis genus quale per propitiatorium intelligatur. 192. 2 d  
 1 contemplationis, meditationis, & cogitationis discrimen. 152. 1 c  
 1 contemplationis primum genus quodnā sit. 154. 1 c  
 1 contemplationis perfectionem attingere cupienti quid sit faciendum. 146. 1 d  
 1 contentio quæ sepe inter bonos reperitur unde. 311. 1 c  
 2 contentio omnis quando in nobis cesset. 140. 2 a  
 1 contingentia qualia dicantur & sint. 226. 2 e  
 1 contrapunctio comestiois Adami, & Emanuelis nominis. 299. 2 b  
 2 contritionis utilitas. 153. 1 b  
 2 contritionis uirtus quanta sit. 108. 2 e  
 1 contumacia quid sit. 116. 2 a  
 1 contumelia creatoris detestabilis est cæteris omnibus peccatis. 358. 2 d  
 2 conuersatio malorum fugienda. 130. 1 c  
 2 conuersandi prudenter modus. 127. 1 c  
 2 conuersandum cum bonis est. 130. 2 a  
 2 cor quomodo aperiat Christus. 218. 1 b  
 1 cor quodcumque dominus potest emollire. 340. 1 c  
 2 cor ipsi quomodo uulneretur. 136. 2 d  
 1 cor Christi quam dulce. 319. 1 c  
 1 cor carne ad compatiendum præ cæteris omnibus habuit Emanuel. ibidem. 2 a  
 1 cor humanum potest intelligi per desertum. 217. 2 b  
 1 cor quod beneficijs liquefcere non potest quomodo Deus flagellis mollescat & erudit. 364. 2 a  
 1 cor quomodo ab humano mutetur. 97. 2 b, & c  
 2 cor unum quid. 80. 1 c  
 1 cordis intima nil adeo purgat quam profunda & intima animi compunctio. 191. 2 b  
 1 cordis amaritudo, mētis perturbatio, animi inquietudo, humanitatem à nobis expellunt. 311. 1 a  
 1 cordis obduratio quid sit. 116. 2 e  
 2 corona quare in capite uirginis duodecim stellarum. 252. 1 d  
 2 corona & arcus quid significet. 232. 2 b  
 1 corpus ab anima derelictum quid sit. 353. 1 c  
 1 corpus ab anima res admodum diuersæ unam personam quæ ratione efficiant. 248. 1 a  
 1 corpus quando atteritur, anima exhilaratur. 127. 1 b  
 2 corpore castigato pax restituitur. 53. 2 a  
 1 corui gemitus quis. 392. 2 c  
 2 cubiculum quid sit. 105. 2 e  
 2 culpam oculorum desistere quid. 73. 1 c  
 1 cultores uinæ qui. 38. 1 b  
 1 cultores nouissimi cur primi denarium accipiunt ibi. 2  
 2 cura rerum terrenarum quomodo nocent. 238. 2 b  
 1 curandi modi diuersi, & quoniam illi. 347. 2 c, & fol. sequen. a  
 2 custos uirtutum humilitas. 126. 1 a  
 1 cullus quid de nocte, quid per illa uerba intelligatur. 283. 2 d, & aliam illorum uerborum explicationem uide fol. seq. 2 c  
 2 custodes quid significet. 148. 2 b  
 1 custodiri nos in die, & in nocte quid sit. 289. 1 b  
 1 characterem bestiarum quomodo habeant mali. 265. 2 b  
 2 charitas in quibus regnet. 54. 1 a  
 2 charitas ubi est, ibi est plenitudo. 216. 1 c  
 2 charitas quid sit perfecta & uera. 151. 1 c  
 2 charitas Moyfi, & Samuelis. 99. 2 d  
 2 charitas mater uirtutum. 137. 2 a  
 2 charitas ciuitatis sanctæ admirabilis. 291. 2 a  
 1 charitas quomodo gustet & pugnet. 365. 2 c  
 1 charitas quō omnia committunt & consumit. 77.  
 1 charitas est uinculum perfectionis. 366. 1 b  
 1 charitas omni offertur, aufertur autem nulli uisi suo uitio. ibid. e  
 1 charitas summa ut fiat quæ requirantur. 240. 1 a  
 1 charitas nunquam excidit, quomodo illud Apostoli intelligatur. 360. 1 c  
 1 charitatis Christi egregij effectus. 361. 1 e  
 1 charitatis defectus grandis non potest pati confortiū amoris. 143. 2 c  
 1 charitatis quæ sit longitudo, latitudo, & profunditas, 380. 2 c  
 1 caritatis plenitudo quid requirat. 260. 1 a  
 2 caritatis ornatum non habent qui uno opere tantum delectantur. 34. 1 d

1 Charita-

## Index materierum totius Operis.

- 1 Charitatis Christi uis omnem amorem superat. 367. col. 2 c  
 2 charitatem primam relinquere quid sit. 209. 1 d  
 1 charitate nihil melius aut iucundius. 240. 1 d  
 1 cherubin quid significet. 139. 1 d  
 1 cherubin primo attribuitur ea, quæ sunt circa unitatem essentia, secundo uero quæ sunt circa trinitatem personarum, & quomodo. 200 col. 1. c, & 2 a  
 1 cherubin unus in latere vno, & alter in altero quid significet. 193. 1 c  
 1 cherubin quando nam se mutuo respiciunt. 203. 1 b  
 1 cherubin uultus suos in propitiatorium uertere quid sit. ibid. e  
 2 christus dilectus omnibus. 40. 1 d  
 2 christus quomodo stat ad ostium. 222. 1 a  
 2 christus quomodo concipiatur in se, & in alijs. 41. 1 b  
 1 christus in sacra uisione cur non apparuit filius hominis, sed similis filio hominis, & quare dicatur habere coronam, & falcem. 261. 1 b  
 2 christus quando aperuit primum sigillum. 232. 1 c  
 2 christus cur leo, & agnus dicatur. 229. 2 c  
 2 christus cur ducatur tanquam occisus. 230. 1 b  
 2 christus fecit nos regem. 200. 1 c  
 1 Item & faceret. ibid.  
 2 christus esset totus desiderabilis. 155. 2 a  
 2 christus quibus foleat robur præbere. 127. 2 d  
 2 christus quomodo nos dilexerit & lauerit. 200. 1 b  
 1 christus passibilis affectus, sed ordinatos habuit. 317. 1 a  
 2 christus electos demulcet, & reprobos terret, & quomodo. 222. 2 d  
 2 christus uidebitur oculo corporali, & spiritali. 200. 2 b  
 1 christus unde uenerit, quo, & quomodo processerit. 378. 2 c  
 1 christus cur de matre tantum carne assumpsit. 301. 1 b  
 1 christus quomodo noster esse dicatur. 87. 2 c  
 1 christus plus nobis contulit, quam abstulit diaboli. 307. 2 c  
 2 christus lignum uitæ. 210. 1 a  
 1 christus quoniam per experientiam didicit. 318. 1 c  
 2 christus cur sanctus & uerus dicatur, & cur clauis Dauid. 217. 2 d  
 2 christi dilectiores sunt unicorues, & cur ita appellati. 40. 2 a  
 2 christi ad animam allocutio. 136. 2 b  
 2 christo cur gloria & imperium. 200. 1 d  
 1 christum in peregrina specie uidere quid sit. 64. 2 c  
 2 christum esse in medio quid sit. 203. 2 c  
 1 christum si uerè Christiani sumus imitari debemus. 376. 2 c  
 2 christum quid sit ambulare in medio ferorum suorum. 208. 1 a  
 2 christum qui non diligit, veram dilectionem non habet. 40. 1 c  
 2 christi Dei qui appellantur. 61. 2 e  
 1 christiani maiora habebunt in statu futuræ gloriæ, quam in statu innocentia. 401. 2 c  
 1 christianorum Iudaicantium sententia ualide impugnata. 309. 2 c  
 1 clamare quis dicatur ad dominum ex Seir. 283. 1 b  
 1 clamoris ad Deum effectus. 282. 2 b  
 2 clipei mille pendentes exturri Dauid quid significant. 129. 1 c  
 2 creaturæ ratione præditæ dignitas in quo consistat. 272. 1 c  
 1 creatioem, iustificationis, & glorificationis bonorum effectus. 222. 1 c  
 1 crimen pessimum quodnam sit. 144. 1 d  
 2 cristallinus panis quid. 58. 1 a  
 2 crura sponi qui sint. 152. 2 a  
 D  
 1 Daniel quomodo dicatur missicè ingredi domum suam socijsq; indicare negotium. 57. 1 b  
 1 Daniel accipit munera quid myrice significet. 81. 2 d  
 1 daniel quomodo prædeat fortibus. 82. 2 d  
 1 daniel feruorem deuotionis, Arioche zelum fortitudinis representant. 54. 1 a  
 1 danielis tres socij quid nobis denotent. 56. 2 c  
 1 danieli quid sit ad Regem intrare. 55. 2 b  
 1 danieli intus morari quid sit. 87. 1 c  
 1 dauid Vriasve quid designent. 48. 2 b  
 1 deambulare quid sit. 103. 2 c  
 1 deauratio quid sit. 176. 2 b  
 1 deauratio sagaciū diuinorum iudiciorum commendatio. ibid.  
 1 deaurare aream quid sit. 162. 1 e  
 1 debitum duplex, damnationis & expiationis. 340. 2 b  
 2 decima pars ciuitatis quæ sit. 249. 2 b  
 2 declaratio loci illius, capillus de capite uestro non peribit. 37. 2 d  
 1 decretum proponere quid. 84. 2 d  
 1 deducere alium in intellectibus manuū quid sit. 92. 2 d  
 2 delectatio potus & cibi quando est uitiosa. 131. 2 a  
 1 delectatio præsens spiritalis quamuis magna futuræ tamen comparata est parua. 131. 2 b  
 2 delectationes exteriores quantum contempserit quis, tantum in Deo delectari poterit. 154. 2 b  
 2 delectationibus in specialibus quid cauendū. 122. 1 c  
 2 deliberans perficere quid faciat. 127. 2 c  
 1 delitijs quid sit affluere. 215. 2 c  
 1 deliciarum affluentia unde. 216. 1 b  
 2 denarius quid significet, fides & perfectionis. 234. 2 d  
 2 deorsum quis se dimittat. 127. 1 a  
 2 dentes obrepescere quid. 114. 1 a  
 2 dentes quid significant. 121. 1 d  
 1 dentes malitiæ & inuidentiæ morsus denotant. 113. 2 c  
 1 Derogare, & derogatio quid sint. 113. 2 c  
 2 desertum duplex, aliud bonum, aliud malum. 43. 2 c  
 2 desertum Idumæam uel desertum Cades bonū. ibid. d  
 2 deserti concussio quid significet. 44. 2 c  
 2 desideria quoniam ad homines pertineant, & quæ ad animalia. 47. 2 c  
 1 desideria sua quo quis magis mortificat, eo uerius ad Deum tendit. 371. 2 a  
 1 desperationis malum timidum potius quam timidum cor reddit, & alia plura efficit. 117. 2 a  
 1 desperandū est de uobis ipsis, & sperandū de Deo. 65. 2 e  
 2 detractiones quoniam sint. 122. 2 b  
 1 detrahere quid sit. 113. 2 c  
 2 detrimentum cupientis prædesse alijs indifferet. 107. 1 c  
 2 deuota anima quando bene cum Deo diuidit. 126. 1 c  
 1 deuotionis ueræ proprium & discrimen inter illam, & fallam. 86. 2 c  
 1 deuotionis socij quinam sint. 53. 2 c  
 1 deuotionis perfectæ signum. 62. 1 c  
 1 deuotionis organo quibus modis utamur. 81. 2 d  
 2 dæmonis suggestiones diuersæ. 128. 1 c  
 2 dæmones quomodo dicatur reges terræ uarijque illorum effectus. 25. d  
 1 dæmones fortiores Christi passione relegati. 318. 2 b  
 2 dæmonis alios deferres alios reges cur appelleret propheta. 61. 2 c  
 2 dæmones cur uolucris assimilantur. 273. 2 c  
 2 dæmones quomodo etiam per gentes intelligi possunt. 25. 2 b  
 2 dæmones quomodo decipiant. 121. 2 a  
 2 dæmones reuelationes aliquibus ostendunt. 152. 2 c  
 2 dæmones dicuntur uestrii loricis ferreis. 246. 1 b  
 2 dæmonum uariæ tentationes. 83. 1 a  
 2 dæmonum opus famulos Dei infestare. 91. 1 e  
 2 dæmonibus ipsis B. V. n. g. formidabilis est. 136. 1 a  
 2 deus quibus modis uisitet animam. 105. 1 a  
 2 deus plus gaudet dici sponsum quam patrem, & pater quā dominus. 97. 1 b  
 2 deus quomodo ab anima quærendus. 98. 1 a

Deus

Index materierum totius Operis.

1 Deus aliquando eos cadere permittit per quos alios postmodum erigat. 135. col. 1. e
1 deus quomodo spiritualiter regna transferat. 58. 2. b
2 deus quo habeat, & exerceat sensus. 67. 2. d, & c
1 deus quomodo sit in loco. 238. 2. a
2 deus mala hominum se reuivisci dissimulat. 260. 1. c
2 deus permittit malos magna libertate uti in hoc saeculo. 27. 2. 1. e
2 deus tacens aliquando ad operationes nostras melius exaudit. 148. 1. d
2 deus amicos pacit & charissimos reficit. 144. 2. d
1 deus non exigeret ab homine tribulationum tolerantiam si non peccasset. 397. 1. d
2 deus quomodo ab animabus quærendus. 98. 1. a
1 deus cur laudandus. 108. 2. a
1 deus quare permittit tribulationes. 364. 1. c
2 deus cur in frequentes lapsus cadere hominem permittat. 60. 1. c
2 deus quomodo ab anima tenetur. 103. 2. c
1 deus aliquando aliqua iniuste permittit fieri quæ homo iniuste disponit. 54. 2. d
1 deus ab anima non invenitur antequam mundus ab ea despiciatur. 362. 2. b
1 deus quomodo scit bonum, & malum. 307. 1. b
2 deus maiestatis intonuit spiritualiter in illis uerbis quid sit intelligendum. 37. 1. b
1 deus quomodo nobiscum sit in Emanuele. 302. 1. b. & c
1 deus lux est, cur non dicatur in Danielis prophetia, sed cum eo lux est. 59. 1. d
1 deus quædo aliquid alicui digito demonstrat. 270. 2. c
2 deus inter quos commoretur. 149. 1. c
2 deus quare superbam mentem derelinquat. 59. 1. d
2 deus neminem permittit cadere, qui illi vero amore deseruit. 36. 2. d
2 Deus quo potest cognosci in tripli creatura. 102. 2. a
1 deus est ubique. 238. 1. d
1 deus quomodo solū amorem a nobis exigit. 364. 2. b
1 dei bonitatem commendat largitas sua, & iniquitas nostra. 132. 1. b
1 dei in regno quo quis humilior eo sublimior est. 99. 2. b
2 dei templum cor hominis. 45. 2. d
1 dei filius cur uerbum dicatur. 271. 2. c
2 dei donorum multiplicatio in perfectis quæta sit. 52. 2. c
2 dei suauitas quo magis sentitur eo audius desideratur. 154. 2. d
1 dei dona cur accipiamus. 64. 2. a
1 dei ob amorem se affligens semper affligendi occasio nem invenit. 127. 1. c
2 deo gloriam quando demus. 228. 2. c
2 deo complacere in ueritate quid sit. 32. 1. c
1 deo optima quæq; tribuen da. 230. 2. c, & d
1 deo nihil futurum, nihilq; præteritum. 238. 2. a
2 deo toties gratiarum sacrificium offerimus quoties pro illis nostris deprimimur, & humiliemur. 103. 1. c
1 deum uicendi modi sunt tres. 145. 1. c
1 deum præsentem, sed quasi transentem hinc quid sit. 195. 2. a
2 Deum timens egregius est præliator. 49. 2. c
2 deum quomodo uideamus per fidem, contemplationem, & spem. 27. 1. c
2 deum ut quis plenè uideat quid requiratur. 122. 1. a
1 deum requiescisse quid sit. 331. 1. d
2 deum timere & honorare quomodo debeamus. 259. 2. c
2 deum amplectari & osculari animam quid sit. 106. 1. c
1 deitas non aliquid aliud est quam summa substantia. 229. 2. c
2 diuus Ioannes cur ad pedes angeli ceciderit. 293. 2. b
2 diuina dispensatio erga nos. 83. 2. d
2 diuina gratiæ subtractio quæ in uer electos. 79. 2. d
1 diuina uisitacionis uarij effectus. 165. 2. a
2 diuina uirtute non nostris uiribus cum demonibus congreddendum. 113. 1. c
1 diuinitum honorem quando nobis tribuimus. 79. 1. d
1 diuinitum esse quid sit. 257. 1. d
2 diuinorum contemplatio quæ sit suauis, & iucunda. 29. 1. b
2 diuinis omnibus personis quid sit commune quidve singulis personis proprium. 267. 1. b
1 diuinitus glorificatur qui in afflictione diuinam glo-

riam querit. 61. 2. d
2 diabolus cur exterminans dicatur. 245. 1. c
2 diabolus cur dicatur draco & magnus, serpens, & antiquus. 253. 2. a
2 diabolus. 1. deorsum fluens. 253. 2. b
2 diabolus cur dicitur habere iram magnam. 254. 1. b
2 diabolus quando non habet locum. 253. 1. c
2 diabolo resistendum etiam in minimis. 128. 1. a
2 diabolum dum confitimus percutimus. 129. 1. d
2 diademata sepe in septem capitibus draconis quid sit. 252. 2. b
1 dies Idumæi quales. 288. 2. c
2 dies nocte iustitia nostra ibid. fol. seq. 1. a
2 differentia inter irridere & subannare. 27. 2. a
2 differentia inter iudicium & consilium. 34. 2. d
2 distidit quantum quisque in se tantum in diuinæ spei adiutorio confidit. 127. 2. c
1 distinctio persona ex Boetio. 255. 1. c
2 digiti quinque quomodo respondeant quinque gradibus discretions. 85. 1. c
2 digiti dilecti quid significent. 147. 2. a
2 digitorum spiritualium operatio quæ. 84. 2. d
2 digniores apud Deum quinam sunt. 257. 2. c
1 dilatio charitatis magna, quæ se ad inimicos extēdit. 401. 2. a
1 dilectus quibus modis a sponsa sentiat. 198. 2. c
2 dilectus cur sit desiderabilis. 155. 1. c
2 dilectus ex dilecto filius dei. 149. 1. b
2 dilectus non exaudit ad uoluntate, exaudit tñ aliquando ad utilitatem ut expedire nouit. 148. 1. d
1 dilecto inniti quid sit. 217. 1. c
2 dilectores Christi sunt unicornes, & cur ita appellati. 40. 2. a
1 dilectio uera in quonam consistat. 263. 2. c
1 dilectionis dulcedine nil dulcius. 244. 1. c
1 dilectionis proprietates. 244. 2. d
2 diligi a Deo nolenti quid faciendum. 67. 1. a
2 dileuium bonum quid. 48. 2. c
1 dimittere peccata, & remittere peccata quid sit. 348. 1. a
2 dimittat se deorsum quis. 129. 1. a
1 dina cur post Zabolon nascatur. 136. 2. b
1 discere a Deo que tidie quam iucundum. 396. 1. a
1 disciplina unde dicatur. 279. 2. c
1 disciplina corporis absque disciplina cordis inutilis est. 129. 1. d
1 discipulos quid sit in faciem cadere. 148. 1. d
2 discretio quid faciat. 123. 1. c
1 discretio custos internæ puritatis. 143. 2. c
2 discretio per Moysen, deuotio per Aaron, per Samuellem circumspectio intelligitur. 61. 1. b
2 discretions gradus quinque. 84. 2. d
1 discretions ueræ effectus qui & quales. 143. 2. a, & b
1 discretions proprietates quonam sunt. 144. 1. a
1 discrimen inter iudicium particulare, & ueræ. 355. 1. c
1 discrimen inter secundum, & tertium gradum uiolentæ charitatis. 369. 1. c
1 discrimen inter sensum mysticū & historicū. 223. 2. b
1 discrimen inter personas diuinas, & alias personas. 247. 1. c
2 discrimen inter irridere & subannare. 27. 2. a
2 dissoluta uerba quid efficiant. 124. 2. d
2 dispensatio diuina erga nos. 83. 2. d
1 distractiones unde causentur. 120. 1. d
2 diuersi hominum impetus. 122. 1. c
2 diues & locuples cum unum sint & idem, cur duplicatiue dicatur. 220. 2. c
2 diuidere terrā in funiculo distributionis quid. 75. 1. d
1 doctrina qua terrena docentur differt ab ea qua docentur celestia. 147. 2. d
1 dolor peccatorum unde considerari possit. 139. 1. d
2 dolor Christi acerbissimus fuit, & omnium dolores portaret. 126. 2. b
1 dolores quid soleant facere. 350. 2. c
2 dominus de thesauris suis quales uentos producat. 78. 1. a
1 dominus quid faciat per seipsum, quidve per ministrum. 342. 1. b. & fol. 345. 2. a
2 dominus quo absoluat, & quomodo minister. ibid. e & fol. 347. 1. d

-Domiaus

Index materierum totius Operis.

2 Dominus quales cibos amet. 64. col. 2. c
2 dñs offendit ferus suis quæ oportet fieri cito. 293. 1. d
1 dominus quando, & quomodo nos custodiat. 284. 1. a
1 dñs cum anima deuota quomodo sepe se gerat. 372. 2. d
1 dominus quando se longius ire fingit. 64. 2. d
1 dominus quomodo compellatur intrare. 64. 2. c
1 dominus quare dixerit Petro quodcumq; ligaueris, & non quæcumque ligari uolueris.
1 dominus ipse dabit signum cur dicatur. 299. 1. b
2 domini aduentus qualis. 86. 2. c
1 dominum qualiter pascere dicamur. 195. 2. c
1 dominum recedere & Abraham reuerti in locum suū quid sit. 196. 2. c
1 dominum a dorare in attrio sancto eius quid sit. 36. 1. d
1 dominum supernæ maiestatis quid sit in regno hominum agnoscere. 99. 1. a, & b
2 domus Hierusalem si seruetur quid fiet de domibus Babilonis. 356. 1. a
1 donum Dei primū & principale quodnā sit. 142. 1. b
2 donum gratiæ quæ. 26. 2. b
1 dona dei cur accipiamus. 64. 2. a
2 dona Dei suis meritis acubere impiissimū est. 34. 2. b
1 dona Dei exprimi non possunt. 364. 1. c
2 dona nature quæ. 262. 2. a
2 duere in captiuitatem & gladio occidero quid sit. 356. 1. b
2 dulce colloqui quod ex diuina gratia procedit. 125. 1. a
1 dulcedo omnis in illata nostro Emanuelli. 320. 1. c
1 dulcedo cordis in lacte, in butiro cordis exultatio intelligitur. 319. 1. d
2 dulcia uerba quare animæ sanctæ habeant. 125. 1. b
2 dum mediū silentium teneant omnia, quid sit. 23. 2. c
2 duo in omni peccato sunt consideranda. 347. 1. c
2 duo bona duobus malis opponuntur. 132. 2. d
2 duo genera operum insolubilium. 190. 2. c
1 duo considerantur ut in culpa: ita & penæ obligacione. 340. 2. b
2 duo mala malorum, & duo bona bonorū. 294. 2. b, & c
1 duos oculos habet anima. 365. 1. c
2 duæ mammæ quid significent. 137. 1. a
1 duos columbas offerre quid sit. 407. 2. b
2 duplex processio est, uel productio personarum. 267. col. 2. c
2 duplici modo intelligitur amor. 193. 1. a
2 draco magnus & rufus quid sit. 252. 2. b

E

2 E Brij spiritus quinam sint. 29. 2. d
2 Ecclesia sancta cur sponsa dicatur & uxor. 286. 1. c
1 effectus animi humani successi diuino igne. 211. 1. a
2 effectus sponsi cum ab anima fuerit inuentus. 103. 1. a
2 effectus diligentis se in Deo. 54. 1. a
2 effectus prauarum cogitationum. 33. 1. d
1 effectus charitatis qui. 367. 2. d
1 electi quando magis ad amorem Dei accendantur. 172. 2. c
2 electos quomodo significant cediti. 115. 1. a
2 eleemosina maculata quæ sit. 109. 2. a
2 elemetorium de inuouatione intelligi illa uerba possunt. Ecce noua facio omnia. 285. 1. a
2 clementorum in inuouatione cur non sit mentio de igne. 283. 2. d
2 elephas castum est animal, & frigidæ naturæ. 152. 1. d
2 eloquium sacrum rectè per ecelum intelligimus. 251. col. 2. c
2 emissiones quidnam sint. 139. 2. a
1 emundatio depre quibus discretur. 344. 2. c
2 Enoch, & Helias quam potestatem sine habituri. 248. col. 2. c, & d
2 Ephesus, Smirna, Pergamus, Thiatira, Sardis, Philadelphia, & Laodice quid singulatim hæ septem ciuitates significent. 222. 2. a, b, & c
2 episcopus cur columnæ comparetur. 219. 1. c
2 equus rufus quid significet. 233. 1. b
2 equus albus quid significet. 232. 1. a
2 errare non potest qui cum consilio uiuit. 152. 2. d
2 esse substantiale habere ex propagatione cuius sit pro-

prium. 252. 2. b
1 Effendi potentia quid sit. 229. 1. b
2 Eua quoties mirat Adam in exilium. 76. 1. c
1 euanescat quando dominus. 65. col. 1. b
1 euangelistæ cur prædicatores præcedant. 228. 1. c
2 euangelium quid doceat, & quid lex. 187. 2. c
2 euphratis nomine quid intelligatur. 267. 2. a
2 euphratis aqua quando exsiccabitur. ibid. b
2 exaudiri ut a Deo mereamur qui sit nobis faciendum. 120. 1. c
1 excellentia B. Virginis Mariæ. 321. 2. a
1 excellētia animæ rationalis. 186. 1. a
1 excusationes scuta uitiorum. 323. 2. a
2 exemplo bonorum promouendi sunt timidi. 36. 2. d
2 exercitium laboris mentem roborat. 147. 2. c
1 execrandi peritiam Christus ab initio habuit, sed ad experientie notionem per temporis accessum accreuit. 318. 1. b
1 existere quid sit. 251. 2. a
1 existentia uariatur secundum originem. 251. 2. d
1 existentia communis & particularis quæ. 255. 2. a
1 existentie humanæ uariatio. 251. 2. c
1 expiandi modus in duobus consistit. 341. 2. b
1 exploratorum genera duo. 14. 2. b
2 exterior pulchritudo animæ quæ. 117. 1. d
2 exteriora diligentes uocem Dei audire nequeant. 30. col. 2. b
2 egyptus quid sit quidve significet. 196. 2. c, & 249. 1. c
1 egypto egredi cum magna substantia quid sit. 412. col. 1. b
1 equalitas trium personarum qualis, & in quibus consistat. 246. 1. c
1 equalitas cur tribuatur filio. fol. 2. a
1 etatum diuersæ functiones, & aptitudines. 58. col. 1. c & col. seq. a
2 eterna quantum cognoscimus tantum transitoria despicimus. 108. 2. c

F

2 F Acte sunt uoces quid sit. 249. 2. d
2 Falcem mittere, & metere quid sit. 261. 1. d
2 famulos Dei infestare opus demonum. 95. 2. c
2 falsus sapor quisnam sit. 155. 1. b
2 Falsa delectatio quomodo extinguatur. 151. 1. a
2 falli Christiani duo cornua habent. 256. 2. b
1 fames animæ quid sit. 363. 2. a
2 fauus est dulcedo meritorum. 143. 1. a
2 fauus & mel quare prius comedatur, & postea lac bibatur & uinum. 143. 1. c
2 fauum quando comedit anima. 143. 1. b
1 felicitas futuræ uitæ quæ, & quanta. 132. 2. c
1 felicitatis summæ plenitudo quid requirat. 246. 1. b
1 fennum quasi bos quisnam comedat. 104. 2. a
2 fereulum quod anima est, & quomodo reficiat Christum, & membra eius. 114. 2. c
1 fermentum spirituale quid. 384. 1. d
1 fermentum omne peccatum. ibid. c
1 fermentum modicum quid. ibid. 2. a
1 fermentum uetus quid, quidve recens. ibid. c
1 ferrum omnia cetera metalla domans crudelitatem designat. 116. 1. c
1 ferri contritio quid significet in statua Nabuchodon. 71. col. 2. a
2 ferreis loriceis demones nesciti dicuntur. 246. 1. b
1 fetuor diei quid & cur in eo dominus appareat. 211. col. 2. d
1 fides quid sit. 388. 1. c
2 fides prima quænam sit. 213. 2. d
2 fides conceptionis in B. Virg. præcessit fecunditatem proliis. 87. 1. c
1 fidei nostre sacramenta obscure prolata. 298. 1. a
1 fidei firmitas in misterio Sanctis. Trinitatis est necessaria. 247. 2. c
2 fide quantum quis accedit tantum mundabitur. 141. col. 1. b
2 filius Dei in religione seu religionis statu quis censetur. 35. 1. d

c Filius



Index materierum totius Operis.

- 2 Filius quando raptus est ad Deum. 253. col. 2. d
- 2 filij Dei quomodo liberabuntur. 247. 2. d
- 1 filij Dei quinam sint, & qui filij hominum. 335. col. 1. a
- 2 filios arietum quando inolemus. 35. 2. b
- 2 filia Hierusalem quæ sint. 148. 2. d
- 2 filia Hierusalem per quos adiuratur. 106. 1. e
- 2 finis orationis quando melior sit quam principium. 121. 1. d
- 1 finis actionum nostrarum quisnam esse debeat. 325. col. 2. b
- 2 fistula & cynamomum quid significent. 139. 2. c
- 2 folia ligni vitæ quænam sint quæ dicuntur esse ad sanitatem gentium. 292. 2. a
- 1 fons quid significet uel præfiguret. 83. 1. c
- 1 fons signatus quid sit. 139. 1. a
- 1 fons hortorum quid significet. 140. 1. a
- 2 fons draconis quid sit. 196. 2. d
- 2 fontes abyssi quando spiritaliter rumpuntur. 47. 1. e
- 1 formido futura insignis in die iudicii. 350. 2. d
- 2 fornicatores quinam sint Babilonis. 269. 2. c
- 2 fortitudinem nostram exercentes tentationes quæ. 90. col. 1. c
- 2 fulgura, nubes, & pluuia, quid significent. 77. 2. c
- 2 fulgura significans miraculorum claritatem. 215. 2. c
- 2 fundamentum quod Paulus posuit quænam sit. 190. 1. d
- 2 fur quomodo & cur ueniat. 216. 1. e
- 1 furor, & ira quid sint. 53. 1. c
- 1 furor cur prius, & deinde ita ponatur. ibid. d
- 2 furiosus in furia aliquem occidens quædo peccet mortaliter. 134. 2. a
- 2 flamma ignis quid significet. 204. 2. b
- 2 flamma spiritus & gratiam significat. 194. 2. b
- 1 flores veri quinam sint. 376. 2. a
- 1 fluuius ciuitatis sanctæ quid sit, & cur gratia fluuii comparatur. 292. 1. a
- Et cur fluuius sit aquæ uiuæ. ibid. b
- 2 fluuenta plenissima quæ sint. 150. 2. a
- 2 flumen aquæ quid significet. 254. 2. b
- 1 flumina intecare in mare quid. 27. 2. c
- 2 fluxerint quando aquæ de Lybano. 140. 2. e
- 1 fraudulencia quid sit. 114. 2. b
- 2 femeræ gentes quid sit. 25. 1. a
- 2 femitus est bestiarum. 25. 1. a
- 2 frigidus, & calidus quomodo quis esse dicatur. 220. col. 2. a
- 2 frigidus, & calidus utinam esset cur ita optatiue dicat. 220. 2. b
- 2 fructum geminum quomodo aliquis facere possit. 124. 1. c
- 1 fructus obedientiæ qui sint. 379. 1. c

- Et ad eadem genera contemplationum pertinentia. 159. 1. b, & seq.
- 2 geneta tentationum septem. 88. 1. e
- 2 gentes ciuitatis sanctæ denotant subiectos, reges uero prælatos. 291. 1. b
- 2 gentes fremere quid sit. 25. 1. a
- 2 gentes cur mari comparatur. 242. 1. c
- 1 germanitas uaria in humana natura reperitur. 268. col. 1. a
- 2 gigantes quid denotent. 48. 1. d
- 2 Gog & Magog quid significent. 281. 2. c, & d
- 2 guttur sponsi est interius sapor eius. 154. 1. c
- 2 guttur dilecti cur sit suauissimum. 155. 1. d
- 2 gladius acutus sermo diuinus. 205. 1. d
- 2 gladius cur ab utraque parte acutus dicitur sermo diuinus. 205. 1. e
- 2 gladius acutus sermo diuinus. ibid. d
- 2 gloriæ consideratio quid faciat. 149. 2. e
- 2 gloriam & honorem quibus modis domino offeramus. 36. 1. b
- 2 gloriam quando demus Deo. 228. 2. c
- 1 gloriari de eo, quod non habes, nihil est stultius. 137. col. 1. b
- 1 grabarum tollere quid significet. 382. 2. d
- 1 gradus summus bonitatis quis. 245. 1. d
- 1 gradus charitatis præcipuus ubi esse non possit. 243. col. 1. c
- 1 gradus amoris in affectibus quis primum locum obtineat. 370. 2. b
- 1 gradus amoris quartus in humanis, est quædam forma damnationis. 370. 2. c
- 1 gradus tres primi generis contemplationis. 220. 2. b
- 2 gradus discretionis quinque. 84. 2. d
- 2 gradus profectuum in augmento suauitatis internæ. 29. col. 1. c
- 1 gradus uirtutum, qui, & quales. 111. 1. e
- 1 gradus quatuor cogitationis humanæ infirmitatis. 411. col. 2. a
- 1 gradus defectiois qui sint. 70. 2. a
- 1 gradus scitæ qui. 98. 1. a
- 1 gradibus profectuum quibusdam sicut ad alta conscenditur, sic rursum gradatim ad ima descenditur. 68. col. 1. a
- 1 gratia ante peccatum quæ. 397. 1. a
- 1 gratia quando subtrahatur. 98. 2. e
- 2 gratia cur datur. 296. 1. c
- 1 gratia quam habuit homo ante peccatum quanta. 31. col. 2. d
- 2 gratia integra in hac uita ab homine recuperari non potest. ibidem. e
- 2 gratia spiritus S. quibus modis datur. 396. 2. a
- 2 gratiæ diuinæ subtractio quæ iunet electos. 79. 2. d
- 2 gratiæ dona quæ. ibid. 2. b
- 1 gratiarum omnem possidere cuiusnam sit. 396. 2. c
- 1 gratia diuina homo destitutus in omne malum deijcitur. 412. 2. a
- 2 gratia cur aliquando anima priuetur. 120. 2. d
- 2 grauissimum quid sit in peccato. 266. 2. d

Historia

Index materierum totius Operis.

- 2 Historia D. Hieronymi de D. Antonio heremita, & Paulo 100. col. 1. d
- 2 hyacinthus quid, & qualis sit, & cur manus plenæ dicantur hyacinthis. 152. 1. a
- 2 hyacinthus cum aura mutatur. 152. 1. b
- 1 hydrium conteri & rotam confingi quid sit. 352. 2. c
- 2 hydia & rota ad quid seruiant. ibid. fol. seq. 1. a
- 1 hypocritis crimen pessimum de quo Ioseph fratres accūsauit apud patrem Iacob. 144. 1. d
- 1 hypocritarum actiones quæ, & quales. 114. 2. c
- 1 homo cur ad imaginem & similitudinem Dei sit factus. 324. 2. b
- 1 homo quid sit quid ue animal. 249. 1. e
- 1 homo ex aliquo similis ex aliquo dissimilis Deo. 193. 1. a
- 2 homo quis non sit. sed diabolus licet in forma sit hominis. 227. 1. d
- 2 homo constat ex gemina substantia. 192. 1. a
- 1 homo si non peccasset quomodo se haberet in productione, seu generatione. 275. 2. b
- 2 homo non habet uires contra aduersarium extra charitatem. 112. 2. e
- 2 homo si non peccasset quid fuisset. 189. 2. a
- 1 hominis lucerna quando diuinitus illuminatur. 414. col. 1. c
- 2 hominis interioris oculi qui. 73. 2. d
- 2 hominem profectum efficiunt uirtus, & sapientia. 31. col. 2. a
- 2 hominem cur in frequentes lapsus Deus cadere permittat. 60. 1. c
- 1 homines quomodo dii appellentur. 81. 1. d
- 2 hominum diuersi impetus. 122. 1. c
- 2 hominum genera quattuor in iudicio, & quæ. 282. 2. a
- 1 homines uentur & non Deum. 136. 1. a
- 2 homicidæ fornicatores, uenefici, idololatæ, mendaces, qui sint, & eorum in futuro tormenta. 285. col. 2. c, & d.
- 1 humani animi mutabilitas. 61. 2. c
- 1 humana natura quid in Virgine Maria accepit. 300. 2. c
- 2 humana actio ut sine gratia, inutilis ita cum illa utilis. 276. 1. b
- 1 humana femina quid significent. 77. 1. a
- 2 honorem & gloriam quibus modis domino offeramus. 36. 2. b
- 1 honorem diuinum quando nobis tribuimus. 79. 1. d
- 2 hortus conclusus quid sit. 138. 1. c
- 2 hortus dilecti fructibus omnigenis abundans est. 155. col. 2. d
- 1 humiliatio secundæ personæ diuinæ. 303. 1. a
- 1 humiliatio & humilitas uera quænam sit. 378. 1. a
- 1 humilis uerè quis sit. 99. 2. c
- 1 humilis non suam, sed Dei facit uoluntatem, superbus suam & non Dei. 380. 1. d
- 2 humilitas triplex. 117. 2. b
- 1 humilitas sublimior quæ. ibid. e
- 1 humilitas uirtus Christi. ibid. fol. seq. 1. b
- 1 humilitas uera una, alia ficta. 103. 2. b
- 1 humilitas est preparatio ad spiritum sanctum recipiendum. 397. 2. b
- 2 humilitas uirtutum custos. 126. 1. a
- 1 humilitas confert ad pacem habendam. 378. 1. c
- 1 humilitas uera quæ sit. 380. 1. c
- 2 humilitatis effectus. 149. 1. c
- 1 humilitatem & humiliationem utramque habere debet seruus Christi. 378. 1. a
- 2 humilitatem qui habuerit Christo assimilatur. 150. 1. a

- 2 Iudas Scarioth, & Alexander magnus Macedo signa fecere licet essent reprobi. 128. 2. c
- 1 iudicium dupliciter consideratur. 355. 1. a
- 1 iudicium secundum partem, & secundum plenitudinem. 355. 1. c
- 2 iudicia quæ nos adiuuant quæ sint. 66. 2. a
- 2 iudicare mortuos quid sit. 251. 1. a
- 1 iudicandum quid sit de præsentis statu, & quid de statu ante peccatum. 189. 1. e
- 1 iudicandi qui sint à uiris Apostolicis. 354. 1. c
- 1 iudicandorum conscientiæ quid sint quidque iudicantium. 355. 2. c
- 2 iugum & vincula quid spiritaliter in nobis operentur. 26. 2. d
- 2 iustum quid sit esse, & quid iustificatum. 188. 2. a
- 1 iustum esse quid sit. 118. 2. c
- 2 iusti anima sedes sapientiæ. 47. 1. b
- 2 iuuentus uera quæ sit. 349. 1. c
- 1 idumæa desertum malum. 43. 2. d
- 2 ignis terrenus & celestis quis. 42. 1. a
- 1 ignis corporalis quod operatur circa ferrum hoc spiritus sanctus circa cor. 273. 1. c
- 1 ignis à celo uenit super sacrificium Abraham. 402. 2. d
- 1 ignis malus qualis. ibid. fol. seq. 1. a
- 1 ignis purgatorius quare sic dicitur. 354. 1. b
- 1 igne purgatorio qui puniuntur, & purgantur se saluos fore cognoscunt. 354. 1. b
- 1 imaginatio duplex, alia rationalis, alia bestialis. 123. col. 1. d
- 1 imaginatio aliquando est ut instrumentum. 123. 2. d
- 1 immetitas creaturarum in quo consistat. 329. 1. d
- Et in quo utilitas. ibid.
- 1 immortalitatem animæ non credentis detrimentum. 183. 1. c
- 2 impatientia peccatur mortaliter. 134. 2. e
- 2 imperfecti inuoluntati ad opera laboriosa. 123. 1. d
- 2 imperfecti non loqui lacte matris dulcedinis gratiæ sepius incidunt in defectus. 150. 2. d
- 2 impetus diuersi hominum. 122. 1. c
- 1 impietatis nomine intelligitur specialis iniuria creatoris. 341. 1. c
- 2 impietas quid sit. 32. 2. a
- 2 impotuna tentatio quæ. 88. 1. c
- 2 impudentia quid sit. 115. 2. c
- 2 impudici qui sint, & uenefici, & idolis seruientes. 295. 1. d
- 1 incommunicabilis existentia quid sit. 253. 2. a
- 1 incommutabile esse quid sit. 234. 1. b
- 1 increpatio ad non laudantes Deum. 283. 1. d
- 1 infernalium tormenta longe à sensibus remota. 124. 1. b
- 2 inferi portæ quæ sint. 57. 1. c
- 2 infirmus in pugna spiritali quomodo forti adæquare possit. 124. 1. c
- 2 instructuosum alicuius opus tam diu non erit quædiu non deuiet a charitate. 123. 2. a
- 1 ingenito potentia cur speciali quodam modo attribuitur. 273. 2. b
- 1 ingressus ad Deum facilius patent pie pulsantibus quam subtiliter perferuntibus. 364. 1. a
- 2 inimicus quando diligitur. 141. 2. d
- 2 inimici quomodo nos impugnet. 123. 2. a
- 2 inimici suggestionibus resistendi diuersi modi. 128. 2. a
- 1 iniquitas committi quando dicitur. 347. 1. c
- 2 iniquitas quid sit. 32. 1. c
- 1 iniuria sit Deo peccando. 347. 2. a
- 1 inordinatus amor quando sit. 264. 2. b
- 1 inquietudo humani affectus quanta. 26. 2. e
- 1 insolentia quid sit eiusque mala. 111. 2. b
- 2 insula omnis quomodo fugiat & montes non inueniuntur. 269. 1. c
- 1 intentio una ex multis cordibus facit unum. 282. 2. a
- 2 interioris hominis oculi, qui. 73. 2. d
- 1 intrinsecum extrinsecumque quid in diuinis secundum humanum loquendi modum dicatur. 271. 2. d
- 1 introduci ab alio quid sit, quid ue per seipsum ingredi. 55. 2. c

Introitus

## Index materierum totius Operis.

- 1 Introitus, & exitus Ruben quid significet. 127. col. 2. e.  
 1 inuidia quando in inuidiam excrestat, & quid sit inuidia. 13. 1. e.  
 1 inuidia urfo comparatur. 1. id. 2. a.  
 2 inuidia ubinam locum habere non queat. 129. 2. a.  
 1 inuidia mens quomodo de colore utatur. 114. 1. e.  
 1 inuisibilia Dei tria sunt. 329. 1. c.  
 1 inundationem sequitur fames. 350. 1. a.  
 2 ira quando non sit mortale peccatum. 134. 2. e.  
 1 irasci, & non peccare quid sit. 133. 1. d.  
 2 iris iudicium significat. 125. 1. a.  
 1 iris cur similis dicatur visioni smaragdine. 1. id. a.  
 1 iris cur dicatur tam in circum sedentis quam sedis. 1. id. b.  
 2 iris quoque, & quid subannatio. 27. 2. b.  
 1 inidere, & subannare ut differant. 27. col. 2. a.  
 2 iridentur illi, qui gloriantur se posse aliquid contra electos Dei. 28. 1. c.  
 1 ifachar Zabulon, & Dina quid denotent. 140. 2. b.  
 1 ifachar cur dicatur affinis fortis. 132. 2. a.
- L**
- 1 Labia sponsæ cur vitæ comparentur. 124. 2. a.  
 2 Labia dilecti quinam sint. 151. 1. e.  
 2 Lac sugere, & mel comedere quid sit. 403. 2. e.  
 2 lac quando percipit anima. 143. 1. d.  
 2 lachrymæ carnales, & spirituales ut differant. 72. 1. a.  
 2 lacus calcabitur quid significet. 262. 1. b.  
 2 lampades septem quænam sint. 225. 2. e.  
 2 lana quid denotet. 204. 1. e.  
 1 languor amoris quid. 363. 1. a.  
 1 labis percussus itatam Nabuchodonosor cur nõ cre fecit in rupem, sed mutetur in montem. 72. 2. d.  
 1 lapis primus in Iordane collectus est timor domini. 18. 2. e.  
 1 Et ibidem de reliquis lapidib. uide per totum fol. seq.  
 2 lapis pretiosus cur Christus dicatur. 286. 2. c.  
 1 Et cur Iaspis. 1. id. d.  
 1 lapis sine manibus abscessus quis. 71. 1. b.  
 1 lapidem tollere quid sit. 345. 1. c.  
 1 lapides duodecim in Iordane collecti quasnam uirtutes denotent. 18. 1. d.
- 1 lapides bonos in loco malo, & contra cur ponere iubemur. 17. 1. c.  
 2 latera ciuitatis sanctæ quæ. 288. 1. c.  
 1 laus uera est de recta voluntate quæ per opus bonum innotescit. 128. 2. e.  
 2 laudari; & non aliquando delectari difficile est. 138. c. 2. c.  
 2 laudabile est apud Deum per modicam uirtutem multa implere. 218. 2. a.  
 2 lectum quomodo sibi pareat anima. 98. 2. d.  
 1 leo quid significet Prouerb. 30. 11. 2. c.  
 1 leo dormit oculis apertis. 229. 2. d.  
 1 leprosus quando mundetur. 345. 2. a.  
 1 leprosum mundari quid sit. 344. 1. b.  
 2 lætitia sola, nec sola tristitia habetur in hac uita. 55. col. 1. c.  
 1 leuitathan quis absorbeat. 1. tot. 1. d.  
 2 lex quid faciat. 186. 1. c.  
 1 Et quid doceat. fol. seq. 1. d.  
 2 legis nomine quid intelligatur. 184. 2. e.  
 2 leges quattuor, Dei, diaboli, carnis, & mentis. 72. 2. c.  
 2 legalia qui significabant. 185. 1. c.  
 1 lilia quid significet. 118. 2. d.  
 2 lybanus quid sit. 133. 2. a.  
 2 lybanus Christus est. 153. 1. d.  
 2 lybanus quid significet. 140. 2. b.  
 1 libertas, & potestas arbitrii differunt. 73. 2. e.  
 1 liberum arbitrium in homine regnum accepit. 73. 2. b.  
 2 liber dulcis quod amari cauerit quid significet. 248. 1. c.  
 2 liber quare dicatur scriptus intus, & foris. 229. 1. c.  
 2 liber uita continet etiam damnandos, sed ex eo postea delentur. 217. 1. b.  
 2 liber qui in dextera Dei tenetur quis sit: & cur in dextera teneatur. 229. 1. b.  
 1 librorum apertio quid sit. 355. 2. d.

- 1 libros aperire, & in illis legere quid sit. 355. 2. e.  
 2 licere aliquid duobus modis potest accipi. 191. 1. d.  
 2 liceant quomodo omnia. 191. 2. a.  
 2 lignum uitæ Christus. 210. 1. a.  
 2 lignum uitæ unde dictum. 303. 2. b.  
 2 lignum uitæ quid sit. 192. 1. d.  
 2 lignum uitæ in medio est plateæ ciuitatis sanctæ, & quare. 1. id. b.  
 2 lignum uitæ ex utraq; parte fluminis fructum proferens in Sancta ciuitate quid significet. 192. 1. e.  
 1 Et cur per singulos menses fructum reddat. 1. id. b.  
 1 ligni uitæ proprietates & effectus. 331. 1. b.  
 2 ligna, fœnum, & stipula, quid significant. 190. 2. a.  
 2 ligna, lapides, aurum, & argentum, quid denotent. 190. col. 2. d. & c.  
 2 lilia mundiciam bene uentium denotat. 131. 1. d.  
 2 lingua dolosa quid. 93. 2. b.  
 2 lignum comedere quid sit. 267. 1. c.  
 2 locustæ hæreticis assimilantur. 244. 2. c.  
 2 locustæ malorum ueritatem denotant. 244. 1. a.  
 2 longitudo, latitudo, & altitudo ciuitatis Hierusalem quænam sit. 287. 2. c.  
 1 Et cur hæc tria in ea sint æqualia. 1. id. b.  
 2 loqui de ea ad eam quid sit, de meretrice, scilicet Babilonica. 276. 1. c.  
 1 loqui de amore non potest homo, qui non amat. 361. 1. c.  
 1 locutio intrinseca, & extrinseca quæ. 272. 2. a.  
 2 lorice ferreæ demones dicuntur ueluti. 246. 1. b.  
 2 lucas cur vitulo assimilatur. 226. 2. e.  
 2 lucas cur in uisione ante Matheum ponatur. 226. 2. e.  
 1 lucerna hominis quando diuinitus illuminatur. 414. col. 1. e.  
 1 lumen in lumine uidere quid sit. 107. 1. a.  
 2 luna facta sicut sanguis quid significet. 236. 2. c.  
 2 luna sub pedibus Mariæ quænam sit. 153. 2. d.  
 2 luna: tertia pars quæ sit. 243. 1. c.  
 2 lunam quid sit sub pedibus habere. 252. 1. c.  
 2 luxuria quid sit. 196. 2. b.
- M**
- 1 Magisterij locum cum suscipere oportet, quid faciendum sit. 60. 1. b.  
 1 Magnum esse, & altum esse, differunt. 66. 2. a.  
 2 magni, & pusilli qui sint. 251. 1. a.  
 1 magna de nobis sentimus licet nihil simus, cæci, habentes albuginem in oculis. 390. 2. b.  
 1 magnitudo duplex. 326. 1. c.  
 1 malus ignis qualis. 403. 1. a.  
 2 mali, & reprobi quando perfectè in templum ingrediuntur.  
 2 malis licentia in bonos grassandi per quinque menses cur concessa. 244. 1. c.  
 2 malorum conuersatio fugienda. 130. 1. e.  
 2 malorum collectio quid faciat. 270. 1. b.  
 2 malum opus esse non posse, quod ex bona intentione procedit ut erronea opinio refellit. 73. 1. e.  
 1 malum nunquam perpetratur nisi uolentes. 125. 1. d.  
 1 mala sunt Dei permissione tantum. 171. 1. c.  
 2 mala tria in quibus consistit carnalitas. 189. 2. c.  
 1 mala nouissima plurima, & inexplicabilia. 352. 1. a.  
 1 maleficiorum quinque genera enumerantur. 328. 2. d.  
 2 maligni spiritus quando iniquitatem cogitant. 84. col. 1. b.  
 2 malignitas quid sit. 32. 2. a.  
 2 malignitas pessima quæ. 34. 1. c.  
 2 malignitas tollit amorem proximi. 34. 1. a.  
 2 malitia quid sit. 196. 2. a.  
 2 mala punice rubra quid signent. 139. 1. b.  
 2 mammae duæ quid significet. 137. 1. a.  
 2 manna absconditum quid. 213. 1. c.  
 2 mancipiorum, & animarum hominum cur amissionum nomine dolere negotiatores Babilonis dicantur. 275. 1. a.  
 2 manducare de Idolatris quid sit. 214. 1. b.  
 2 manus bonorum cur aureæ dicantur. 151. 2. e.  
 2 manus dilecti quid significant. 146. 2. b.

Manus

## Index materierum totius Operis.

- 2 Manu dilecti cur tornatiles. 151. col. 2. c.  
 2 manuum spiritualium operatio quæ. 84. 2. a.  
 2 manibus palpare quid sit. 79. 2. d.  
 2 manductio materialis quid sit. 195. 1. d.  
 2 Marcus cur leoni assimilatur. 226. 2. b. & 228. 1. c.  
 1 mare quid figurare dicatur. 109. 1. b.  
 1 mare mortuum cur ita uocetur. 7. col. 1. e.  
 2 mare quid, quid uel terra denotet. 256. 1. e.  
 2 mare infernum & mortem dare mortuos suos quomodo intelligendum. 282. 2. b.  
 2 mare uitreum cur figuretur. 263. 2. a.  
 2 mare uitreum quid significet. 226. 1. a.  
 2 mare gentilitatem diuersitatis eorum fluctuantem denotat. 265. 2. e.  
 2 mari cur comparentur gentiles. 242. 1. c.  
 2 margaritæ per portas S. ciuitatis quid denotent. 290. 2. a.  
 2 maria cur mater Dei facta sit. 154. 1. c.  
 2 maria speciosa Christo quæ simillima. 153. 2. a.  
 2 maria supra angelos est. 153. 2. b.  
 1 maria Virgo semper parata ad omnia genera tormentorum sustinenda. 409. 1. e.  
 2 maria Virginis excellentia declaratur. 153. 2. c.  
 2 marmori comparantur crura sponsi & quare. 152. 2. e.  
 2 martirium quid sit. 139. 1. b.  
 2 martirium in mente quænam sit. 127. 1. a.  
 2 mater misericordie Maria. 154. 1. b.  
 2 mater quando aliquis efficitur. 130. 2. e.  
 1 matrici exitus delectant, & contristant introitus uel spernunt. 101. 1. d.  
 1 meditatio quid sit. 153. 1. a.  
 2 meditatio est ferculum. 144. 2. a.  
 1 meditatio quem fructum parat. 84. 2. a.  
 2 meditatio passionis Christi quid efficiat. 151. 2. e.  
 2 meditari qualis sit Deus quam dulce sit. 154. 1. e.  
 1 medicina quam consideratio facilius occurrat. 124. 1. e.  
 1 medela efficacissima uitiorum. 44. 1. a.  
 1 medicina elationis & cupiditatis. 38. 2. d.  
 1 medulla uirtutum quæ. 402. 2. b.  
 2 mel operationem bonam designat. 143. 1. a.  
 2 mel quando comedit anima. 143. 1. c.  
 1 mel, & butyrum deliræ mulsarum. 302. 2. c.  
 1 mel comedere, & lac sugere quid sit. 403. 2. e.  
 2 mel, & lac quid sit habere sub lingua. 137. 2. e.  
 2 melle reficiatur Christus quando sunt bona. 143. 1. a.  
 1 membrum Christi quot modis aliquis dicatur. 346. 1. b.  
 1 mendaciam plures minus erubescunt quam commissum barbarissimum. 135. 2. d.  
 2 mendaces quomodo sint inueniati, qui se apostolos dicebant. 208. 2. d.  
 1 mens humana non capit multa licet manifesta sint. 248. 1. c.  
 1 mens nostra ad diuinitatis arcana caligat. 225. 1. c.  
 2 mens nostra a quibus roboretur. 113. 1. e.  
 1 mens presumptuosa seipsam sepe precipitat. 49. 1. a.  
 1 mens aduersus proximum quatuor modis induratur, & aduersus superiorem. 117. 1. c.  
 2 mens superba cur a Deo derelinquatur. 59. 1. d.  
 1 mens carnalis difficile disponit ad contemplandū. 122. 2. c.  
 2 mens quæ præcedit cogitationem non facile rapitur in delectationem. 125. 1. c.  
 1 mens nunquã quiete orat nisi prius se præparet. 53. 2. d.  
 2 mens Deum timens quid faciat. 138. 1. e.  
 2 mentis utilitas quam sit pretiosa. 117. 2. b.  
 2 mentis effugatio quid sit. 117. 1. a.  
 1 mentis humana excessus ob magnitudinem deuotionis quales. 210. 1. a.  
 1 Item quales ob magnitudinem admirationis. 1. id. b.  
 1 Item quales ob magnitudinem iucunditatis. 1. id. b.  
 1 mentem quid sit inter duos Cherubim quid sit. 212. 1. d.  
 1 mensura estimationis peder ex mensura dilectionis. 65. 2. c.  
 2 merces mea mecum quomodo intelligatur. 294. 2. d.  
 2 mercatores Babilonis quinam sint. 273. 2. d.  
 2 meretrix Babilonica cur poculum in manu autem teneat. 270. 1. c.  
 2 merita occultandi modus. 127. 1. d.  
 2 meritis suis dona Dei ascribere impiissimum. 34. 2. b.

- 2 merendi causa multiplex est. 127. 1. e.  
 2 mellis, uinea, botri, quid denotent. 261. 2. d.  
 1 meallorum uaria permutatio in Statua Nabuchodon. quid significet. 47. 1. d.  
 2 millia millium cur dicatur. 231. 1. b.  
 2 milium Dei prima cautela. 113. 1. d.  
 2 minima etiam cauenda sunt. 147. 2. b.  
 2 ministerium angelorum erga homines quale. 101. 2. d.  
 2 miracula Antichristi quæ. 256. 2. e.  
 2 myrrha in martyrib. & aromata in confessoribus mstantur. 156. 1. a.  
 2 myrrha, & thus quid denotent. 108. 1. d.  
 2 myrrha prima quæ sit. 151. 2. a.  
 2 myrrha probatissima quid. 147. 1. b.  
 2 myrrham, & thus quis in se habeat. 133. 1. b.  
 2 miser, & pauper quis, & quare ita dicatur. 220. 2. d.  
 1 miseria hominis ab appetitu carnis exagitati. 27. 2. d.  
 1 miseria multiplex quæ superueniet uniuersis in die iudicij. 349. 2. c.  
 2 misericordia. D. Virginis cur cur sui hinculorum comparetur. 131. 2. c.  
 1 misterium reparationis nostræ & Iudæis, & Gentibus reuelatum. 286. 1. a.  
 1 misterium S. Trinitatis quomodo scriptura sacra significat illis uerbis Sap. 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum & c. 394. 1. b.  
 1 mistica intelligentia illorum uerborum custos quid de nocte. 285. 2. c.  
 1 mistica interpretatio triplex. 223. 2. e.  
 1 mistici sensus, & historici discernunt. 223. 2. b.  
 2 modicum tempus dicitur, quia breuis est cursus temporis ad statum æternitatis. 236. 1. e.  
 1 modus resistendi tentationibus. 129. 2. a.  
 2 modus merita occultandi. 127. 1. d.  
 2 modus bonorum querendi Deum. 149. 1. a.  
 1 modus iudicandi qui a postolis pmittitur quæ sit. 355. 2. c.  
 2 modus conuersandi prudenter. 127. 1. c.  
 1 modus essendi idem non tñ idem existendi. 253. 2. d.  
 2 modus psallendi geminus in organo exultationis. 82. 1. a.  
 1 modi essendi Dei qui. 394. 1. d.  
 2 moysi mors, & interitus Aaron quid sit. 60. 1. b.  
 2 moysi officium quale sit in spirituali homine. 59. 1. b.  
 2 mon quidam est Sacra scriptura. 96. 1. c.  
 2 mons myrrhæ quid significet. 132. 1. d.  
 2 mons est mens deuota. 132. 2. b.  
 2 mons magnus cur diabolus dicatur. 242. 1. b.  
 1 montis uerticem subire quid sit. 206. 1. d.  
 2 montes in modum arietis exultare quid sit. 65. 1. a.  
 2 montes sunt homines deuoti. 132. 1. c.  
 2 montes, colles, campi, quid spiritualiter signif. 62. 2. b.  
 1 montes contemplantios, colles speculatiuos viros denotant. 216. 2. e.  
 1 montes in cor maris transire quid sit. 112. 2. b.  
 2 montes sunt qui celestia tñ querunt. 62. 2. a.  
 2 monstruosum quid sit in homine Christiano. 79. 1. e.  
 1 monstruosa creatio contra Deum quæ sit. 112. 2. e.  
 2 mors moysi & interitus Aaron quid sit. 60. 1. b.  
 2 mors animæ quæ. 93. 1. d.  
 2 mors quænam prima, & quæ secunda. 211. 2. a.  
 2 mors prima, & mors secunda quæ sit. 281. 2. a.  
 2 mors, luctus, dolor, clamor, & c. cur non erunt in futura æternitate. 284. 2. e.  
 2 mortuos iudicare quid sit. 251. 1. a.  
 2 mortificationis multiplex & salutaris effectus. 147. 1. b.  
 2 mos amantium quis. 149. 1. c.  
 1 mos Sacra scripturæ est, quod tacet in uno loco sæpè innuere ex alio. 313. 1. a.  
 2 motus uarij naturales cordis. 145. 1. e.  
 2 mulier quomodo sugerit in solitudine. 252. 2. e.  
 2 mulier amicta Sole quænam sit. 252. 1. c.  
 2 Mulier Babilonica cur ciuitas magna, & meretrix dicatur. 272. 1. e.  
 2 mulier cur uolet in desertum. 254. 1. e.  
 1 multa capita habere quid sit. 114. 2. e.  
 2 mulier circa minima solliciti maiora negligit. 151. 2. d.  
 1 multiplex terror dicitur iudicij. 350. 1. b.

b 3 Mundus

## Index materierum totius Operis.

- 1 **Mundus bonum uisibile, & transitorium, Deus inuisibile, & æternum** 325. col. 1. a
  - 1 **mundus quam miserè tandem relinquendus est.** 351. 2. c
  - 2 **mundus tribus modis accipitur.** 250. 1. b
  - 2 **mundus primus cuius sit.** 250. 1. d
  - 2 **mundus secundus quis.** ibid. e
  - 2 **mundus cur in nouabitur.** 284. 1. a
  - 2 **mundus cur dicatur desertum.** 108. 1. a
  - 2 **mundi amorem suggerit uanitas.** 34. 1. a
  - 1 **mundanarum rerum mutabilitas fugienda.** 176. 1. d
  - 2 **munda animalia quæ, & quomodo impediunt, & adiuant bonum.** 48. 1. a
  - 2 **murus magnus sanctæ Trinitatis quis, & quid denotet.** 287. 1. b
  - 1 **murus quando destruitur.** 140. 1. c
  - 1 **mutabilitas animi humani.** 62. 2. c
  - 1 **mutabilitas mundanarum rerum fugienda.** 176. 1. d
  - 1 **mutabilitas triplex, ppositi, f. promissi, & uoti.** 109. 1. b
  - 1 **Quidq; in his singularis mutabilitatibus denotetur.** ibid. a
  - 2 **mutabilitati obnoxium tempori pariter est obnoxium.** 234. 1. a
  - 2 **mutabilitates, uel uanitates tres sunt.** 247. 2. a
  - 1 **mutatio quid sit.** 232. 1. e
  - 1 **mutationes uariæ animi.** 187. 1. b
  - 1 **mutuus amor quid requirat.** 241. 2. b
- N
- 1 **Nabuchodonosor quid significet.** 48. 1. b
  - 1 **Nabuchodonosor cur secundo anno uiderit somnium.** 49. 2. e
  - 2 **Nabuchodonosor statuâ adorare quid sit mysticè.** 42. 2. c
  - 2 **naturæ dona quæ.** 26. 2. a
  - 1 **necessitas quid sit.** 325. 1. e
  - 2 **negligentiâ etiam minimas fugiat, qui uult dilecto peritui.** 147. 2. b
  - 2 **negotiores terræ cur dolent super ruina Babilonis.** 274. 2. c
  - 1 **nephtalim cur cõparetur ceruo, & non aui.** 126. 1. c
  - 1 **nequitia quid & quando dicatur.** 383. 2. d
  - 1 **nequitia proprium quid sit.** 387. 2. c
  - 2 **niger equus quid significet.** 234. 1. c
  - 2 **nigredo bonorum est quomodo.** 150. 1. a
  - 2 **nocere ad alterû, fordescere ad seipsû spectat.** 294. 2. c
  - 1 **nomen doctrinæ dupliciter accipitur.** 279. 1. b
  - 2 **nomen delere de libro uitæ quid sit.** 217. 1. c
  - 2 **nomen antichristi quid Græcè significet.** 257. 2. a
  - 1 **nomina proprietatum quæ non possunt conuenire nisi uni personæ soli.** 271. 1. e
  - 1 **nomina pauca habere quid sit.** 216. 2. b
  - 2 **nomina saluatoris principalia quænam sint.** 196. 2. d
  - 2 **nomibus diuersis Dei sapientia nominata.** 221. 1. e
  - 1 **nouissimum consideratio utilissima.** 353. 1. c
  - 2 **nox non erit in beatitudine. i. ignorantia.** 292. 2. d
  - 2 **noctes timendæ quæ.** 114. 1. c
  - 2 **nubes candida quid sit.** 261. 1. a
  - 1 **nubes quæ transeant, & quid sit quod transeant.** 78. 2. a
  - 1 **nubes lucida obumbrans.** 322. 2. a
  - 2 **numerus filiorum Israhel cur determinatus sit, & non gentium.** 237. 2. c
  - 1 **numerus personarum in trinitate iuxta numerum est proprietatum.** 265. 1. d
  - 2 **numerus nominis bestia Antichristi.** 257. 1. e
  - 1 **numeri in diuino eloquio nouè modis signant.** 330. 1. a
  - 2 **numeri centenarij, quadragenarij, & quaternarij significatio.** 237. 2. d
  - 2 **nunciij quina sint, qui ex solitudine mittuntur.** 154. 2. c
  - 2 **nuptiæ agni quæ sint.** 277. 2. c
  - 2 **nutrit sæpe elationem quod nobis uidetur excitare deuotionem.** 189. 2. c
- O
- 1 **Obedientia est necessaria ad veram pacem obtinendam.** 377. 1. c
  - 1 **Obedientia qualis erit perfectû sacrificium.** 404. 1. d
  - 1 **obedientiæ perfectionem duo impediunt.** 128. 1. c
  - 1 **obedientiæ sacrificium quantum.** 402. 1. c
  - 1 **obediendi propositum per uicium designatur.** 404. 2. a
  - 2 **obiectionis cuiusdam pulchræ solutio.** 225. 1. d
  - 1 **oblatio turturis & columbæ quid significet, uel det in-**

- 2 **telligi.** 406. col. 2. e
- 1 **obligatio ut duplex est, ita & gemina solutio.** 240. 2. d
- 1 **obligatio mentis quid sit.** 116. 2. c
- 1 **obligatio culpæ, quæ sit.** 340. 1. b
- 1 **oblocutio quid sit, & quando fiat.** 113. 2. d
- 1 **obmentia quid sit.** 251. 1. b
- 1 **occafus quid significet.** 219. 1. a
- 2 **oculo species damnandorum quæ sint, & quò ijs dånati octo beatitudinibus oppositi intelligantur.** 286. 1. a
- 2 **occupatio & cura spålis melior quâ carnalis.** 104. 2. c
- 2 **oculus dexter quis.** 150. 1. c
- 2 **oculus dexter i. discretionis, quid requirat.** 74. 2. b
- 1 **oculus amotis non potest obturari.** 365. 1. e
- 2 **oculus sinister. i. circumspèctio, quod requirat.** 73. 2. e
- 1 **oculus quò uideatur, ubi est, & uideatur ubi non est.** 247. 2. e
- 2 **oculum dextrum erue cur dictum sit, & non finistrû si scandalizat te.** 75. 2. d
- 2 **oculi interioris hominis qui.** 73. 2. d
- 2 **oculi deuotæ aîæ cur dicatur oculi colûbarû.** 118. 2. c
- 1 **oculi quod cadendo aperiantur, quid sit.** 88. 2. b
- 2 **oculi dilecti cur columbæ assimilentur.** 150. 1. b
- 2 **oculi siue risus duo sunt.** 136. 2. a
- 2 **oculorum culpam desere quid.** 73. 1. c
- 2 **oculis cur plena sint quattuor animalia in circuitu sedis altissimi existentia.** 226. 2. b
- 2 **oculos habere sicut flammam ignis quid sit.** 213. 2. b
- 2 **oculos ungere quidnam sit collatio.** 221. 2. b
- 1 **oculus ad cælum leuare quid sit.** 105. 2. e
- 1 **oculos duos habet anima.** 365. 1. c
- 2 **occulta tentatio quæ est quarta comprehenditur illis uerbis, a negotio perambulante in tenebris.** 91. 1. d
- 2 **odoramenta sunt orationes.** 230. 2. b
- 2 **offerre quis dicatur agnum in sacrificio.** 35. 2. e
- 2 **officium Moysi quale sit in spiritali homine.** 59. 1. b
- 2 **officium Samuelis quis sit ab homine spiritali exerceri.** 59. 2. d, & e
- 1 **officium animæ perfectæ.** 187. 2. d
- 1 **officia animi quænam sint.** 48. 2. c
- 1 **oleum lætitiæ quid sit.** 44. 2. d
- 2 **oliuæ quare duæ.** 248. 2. c
- 2 **olus quare comedendum.** 144. 1. c
- 2 **omnipotens quare Deus dicatur.** 201. 1. b
- 2 **opus dæmonum famulos Dgî in festare.** 91. 2. e
- 1 **opus suum feriendo producere quid sit.** 192. 2. a
- 1 **opus sine bona intentione tanq; corpus sine uita.** 26. 1. e
- 2 **opera carnalis animæ cur sint imperfecta.** 123. 1. e
- 1 **opera conditionis & refectionis, q; & quot.** 329. 1. a
- 1 **opera bona sine charitate nihil proficiunt.** 364. 2. c
- 1 **opera artificialia quæ sint.** 161. 1. d
- 2 **opera legalia quæ dicantur, & quæ naturalia.** 184. 2. e
- 2 **opera legalia cur neminem iustificabant.** 185. 1. e
- 1 **opera Dei uisibilia futurorum inuisibilium umbram gerunt.** 166. 1. d
- 2 **opera uirtutum discutere & pigmenta in puluere conterere quid sit.** 109. 2. d
- 2 **operum nomine quid intelligatur.** 185. 2. a
- 1 **operibus in nostris quid sit nobis canendum.** 410. 1. b
- 1 **operatio Dei triplex in Sanctissima Virgine Maria cõtra naturâ, secundû naturâ, & sup. naturam.** 301. 1. a
- 2 **operatio spiritalium digitorum quæ.** 84. 2. d
- 1 **operatio naturæ quæ sit.** 161. 1. c
- 1 **operatio industriæ quâ sit quæ ite naturæ.** 220. 2. d, & e
- 1 **opprobrium nostrum uerum quale, & quando cessauit in aduentu nostri Emanuelis.** 306. 2. e
- 1 **optimus modus compunctionis.** 61. 1. e
- 2 **oratio Manassè regis Iudæ in extremo libri Paralipo. qualis.** 81. 2. e
- 1 **orationis utilitas.** 54. 1. d
- 2 **orationis finis quæ melior sit quâ principium.** 121. 1. a
- 1 **orare nunquâ mens quiete potest nisi se pparet.** 53. 2. d
- 2 **Ordo dandi quis & qualis.** 197. 1. d
- 1 **ordines iudicandorum & iudicantium, saluandorum & damnandorum.** 353. 2. c
- 2 **organum eruditionis qui requirat, uel quid, ad illud pertineant.** 81. 1. e
- 2 **organorum iubilationis unicum tantum canticum habet.** 82. 1. c

Organo

## Index materierum totius Operis.

- 2 **Organo exhortationis quò psallamus.** 81. col. 2. b, & c
  - 2 **organo deuotionis quibus modis utamur.** ibid. d
  - 2 **organa nostra in salicibus suspendere quid sit.** 80. 2. a
  - 2 **ornatum charitatis non habent, qui uno opere tantum delectantur.** 54. 1. d
  - 2 **os interioris hominis quid.** 57. 2. c.
  - 1 **os interioris hominis quale, nunquam satiatur, solisq; specieiibus delictis impletur.** 398. 1. b
  - 2 **os, & cauda equorum quid denotent.** 246. 1. d
  - 1 **ossa arida opera fortia sine bona intentione.** 262. 2. a
  - 2 **ostium est Sacra scriptura.** 221. 2. c
  - 2 **ostium apertum quis uideat.** ibid. d
  - 2 **ostium apertum quid sit.** 218. 1. d
  - 2 **ad ostium quomodo itat Christus.** 222. 1. a
  - 2 **ouem quis offerat & quis arrietem.** 406. 1. c
- P
- 1 **Actum cum lapidibus regionum quinam habeant.** 130. 2. c
  - 2 **Pallidus equus quid significet.** 235. 1. c
  - 2 **palma comparata membris Christi.** 149. 2. c
  - 2 **palma proprietatis.** 149. 2. c
  - 1 **panis azimus quid significet.** 382. 2. b
  - 2 **panis cristallinus quid.** 58. 1. a
  - 1 **panis, & conspersiois discrimen.** 385. 2. a
  - 1 **panem doloris comedere, & cibum uaniter sumere quid sit.** 169. 1. d
  - 2 **panis spiritus qui comedant.** 53. 2. c
  - 1 **panis inuoluerit Iesum quid sit.** 390. 2. a
  - 1 **pannis inuoluerit Iesum quid sit.** 390. 2. a
  - 1 **par turturum offerre quid sit.** 407. 2. b
  - 1 **par turturum, & duos pullos columbarum cur obtulerit Diua Virgo.** 408. 1. c
  - 1 **paradisus quid sit.** 331. 1. b
  - 1 **pardum uiso succedere quid sit.** 114. 2. a
  - 2 **pars decima ciuitatis quæ sit.** 249. 2. b
  - 2 **parturicio unde dicatur.** 252. 1. e
  - 1 **passio Christi fructuosa. Resurrectio gloriosa.** 380. 1. b
  - 1 **pascha Iudeorum, & Christianorum in quo differant.** 387. 1. c
  - 1 **pascha transitus dicitur.** 376. 1. a
  - 2 **patientia aduersa quid faciendum.** 117. 1. a
  - 1 **patrem filio sapientiam donasse quid sit.** 278. 2. d
  - 1 **patres ad suos ire quid sit.** 412. 2. b
  - 2 **paruitas quæ non nocet.** 277. 1. c
  - 1 **parulorum status post baptismum decedentium certa saluatio.** 354. 1. a
  - 2 **pauper uerè quis sit.** 103. 1. b
  - 2 **pauper quis dici iure merito potest per amissionem charitatis, & ceteris per amissionem cognitionis, nudus per amissionem boni operis.** 221. 1. b
  - 2 **pax datur post queramina uirtutum.** 51. 2. c
  - 2 **pax spiritus quomodo obtinenda.** ibid. e
  - 2 **pax restituitur corpore castigato.** 53. 2. a
  - 1 **peccatum quanta faciat mala.** 382. 1. d
  - 1 **peccatum quodnam sit detestabilius.** 358. 2. d
  - 2 **peccatû duplex aliud originale, aliud actuale.** 196. 1. e
  - 1 **peccatû cur non dicatur remitti, sed impietas.** 341. 1. c
  - 1 **peccatum esse inexpiabile aliud est ab illo quod peccatum sit irremissibile, & quodnâ sit inexpiabile, & irremissibile.** 359. 2. c
  - 1 **peccatû mortale, & ueniale in uerè penitentibus munda datur pœna transitoria.** 389. 1. e, & 2. a
  - 1 **peccatum si perfectè erubescerent homines non tam facile committerent.** 135. 2. c
  - 2 **peccati uenialis & mortalis differentia.** 389. 2. c
  - 2 **peccati cognitio per legem.** 186. 1. c
  - 1 **peccata remittere quid sit.** 342. 1. a
  - 1 **peccatorum purgatio fit tribus modis.** 348. 2. a
  - 1 **peccare in patrem, in filium, & in Spiritum sanctum quomodo intelligendum.** 41. 1. a
  - 2 **peccare graue, grauius non penitere, grauius pro peccato & impenitentia æterna tormenta subire.** 266. 2. d
  - 1 **peccando iniuriæ sit Deo.** 347. 2. a
  - 1 **peccator peccando duplicem obligationem incurrit.** 340. 1. b
  - 1 **peccatores quò diuersis temporibus curentur.** 344. 2. c

- 2 **pectus B. Virginis quam egregium uellus.** 87. 2. a
  - 2 **penne quattuor aialiu Ezechielis quod denotet.** 157. 2. e
  - 1 **percussio statua quid sit.** 71. 1. c
  - 1 **pereg. mari in terra non sua quid sit.** 411. 2. a
  - 2 **perfectio uera quæ sit ex D. Gregorio.** 128. 2. e
  - 2 **perfectiois figura quænam sit.** 129. 2. d
  - 1 **perfectiois gratia quanto melius agnoscitur tanto ardentibus concupiscitur.** 12. 2. e
  - 2 **perfectus quilibet columna est.** 219. 1. e
  - 1 **perfectorum corda quid sint.** 356. 2. c
  - 1 **perfectû aliq; in charitate nõ eẽ quõ p̄betur.** 243. 1. c
  - 1 **perfectæ deuotionis signum.** 62. 1. c
  - 1 **personæ diuinæ quas habitudines habeant ad inuicẽ.** 280. 2. d
  - 1 **personæ diuinæ descriptio.** 255. 2. a
  - 1 **personas plures & unam solam substantiam esse non est mirandum.** 242. 1. d
  - 1 **personas plures quid sit esse in una diuinitate.** 265. 1. c
  - 1 **personalis proprietatis est oĩno in cõmunicabilis.** 253. 2. d
  - 2 **persuader faciliẽ, qui ita opere perficit, sicut uerbo docet.** 151. 1. e
  - 1 **perterreni a somnio quid sit.** 83. 2. c
  - 1 **peritacia quid sit.** 71. 2. e
  - 1 **pes cur in quinque digitos diuidatur.** 76. 1. c
  - 2 **pedes cur similes auricalcho.** 204. 2. d
  - 1 **pedes sacerdotis in parte aq; tincti quid significet.** 9. 2. b
  - 2 **pedum nomine quid intelligatur.** 204. 2. d
  - 1 **pedû pars in statua Nabuchodon. cur ferrea sit.** 76. 1. b
  - 2 **peffima malignitas quæ sit.** 34. 1. c
  - 2 **peffimæ cogitationes in religiosis.** 38. 2. d
  - 2 **peffulum quid significet.** 147. 2. b
  - 2 **pœna duplex reproborum, una quam patientur in hoc mundo, altera quam in inferno.** 262. 2. e
  - 1 **pœna criminorum Christianorum.** 347. 1. a
  - 1 **penitentia uera quæ & qualis sit.** 341. 1. c
  - 1 **penitentia uera quid faciat.** 190. 2. c
  - 1 **penitens uerè quid facere debeat, & quid conueniat illum facere.** 344. 1. c
  - 1 **pie mentis & patienter sustinere quæ sunt ad pœnam.** 322. 1. d
  - 2 **pigmen & pigmentarius quid sit.** 108. 2. d
  - 2 **pigmentarij quinam sint.** 151. 1. d
  - 1 **pili caprarû quod denotet & quò nos inuicẽ.** 175. 1. d, & e
  - 2 **podere quid significet.** 204. 1. a
  - 2 **poma quæ sint, quæ comedit dilectus.** 142. 2. a
  - 2 **porta stercoris quid significet.** 196. 2. d
  - 2 **portæ inferi quæ sint.** 57. 1. c
  - 2 **portæ sanctæ ciuitatis sũt Apostoli.** 287. 2. b, & 290. 1. c
  - 1 **potentia multiplex est.** 271. 2. c
  - 1 **potentia quid det quid uel sapientia.** 281. 2. c
  - 1 **potentior quis sit in spiritali regno.** 52. 1. e
  - 1 **purgationis modus multiplex est.** 385. 1. a
  - 2 **puilli quinam sint.** 277. 1. e
  - 2 **puilli, & magni qui sũt.** 251. 1. a
  - 2 **puillanimitis quis dicatur.** 209. 1. c
  - 2 **puteus aquarum uuentium qualis.** 140. 1. d
  - 2 **putei aquarû uuentium aqua qualis.** 140. 1. d
  - 2 **putei tres & quando fodeatur puteus.** ibid. d
  - 2 **phiala quid significet.** 230. 2. a
  - 2 **phialæ primæ effusio a primo angelo facta quid significet.** 265. 1. d
  - 2 **phialam suam cur in Solem dicatur quartus angelus effudisse.** 266. 2. c
  - 2 **phialæ aureæ quid denotent.** 264. 2. b
  - 1 **philosophia quid sit.** 325. 2. d
  - 1 **philosophus mundi captator est famæ, & neglector conscientia.** 177. 1. c
  - 2 **plagæ ab angelis septem illatae cur nouissimæ dicantur.** 263. 1. d
  - 2 **plateæ Hierusalem quæ.** 111. 1. a
  - 2 **plateæ ciuitatis sancti inferiores sunt, & dicantur quare aurum mundum.** 290. 2. e, & d.
  - 2 **plena felicitas sine quibus esse non possit.** 241. 1. e
  - 1 **plenitudo diuinitatis non potest esse sine plenitudine bonitatis.** 240. 1. b
  - 1 **plenitudinẽ hęc plus est quâ participationem.** 229. 2. b
- Plurali-



## Index materierum totius Operis.

- 2 Pluralitas ubi nō est, nec differentia esse potest. 252. col. 1. d  
 2 prandium cœnæ quid significet. 278. 1. c  
 2 prandebo cur non dicitur, sed cœnabo. 222. 1. b  
 2 prauarum cogitationum esse fas. 33. 1. d  
 2 preces nostræ ut exaudiantur, qui necessarii sūt. 721. 1. a  
 2 pretiosius in Dei oculis sæpe mortificari quam mori. 67. 1. c  
 2 præceptū dominicū de alijs expandendis quis adimpleat. 194. 2. b  
 2 Præcipitatio & præsumptio duæ alæ bestiarum. 111. 2. c  
 2 prædicator quid debeat docere. 190. 1. d  
 2 prædicatores uniuersi qui per angelos significantur recte respectu figurantur. 256. 1. d  
 2 prædicatores cur turri comparentur. 128. 1. d  
 2 prædicatores sancti cur vestiantur lapide mundo & candido. 264. 2. a  
 2 premium & donum ut differant. 51. 1. b  
 2 premium merito respondet. 48. 1. e  
 2 prerogatiua substantiæ incorporeæ, & corporeæ diuersa. 192. 1. b  
 2 præsulum admonitio charitativa. 212. 2. c  
 2 præsumptio & curiositas prohibita. 95. 2. d  
 2 præsumptionis in emulationem, & simulationem gradatio. 111. 2. a  
 2 præsumit quantum quis de domino tantum pro eodē quis se deicit. 337. 2. b  
 2 præuaricatrix anima quando statuitur contra faciem suam. 67. 1. d  
 2 primo in gradu discretione s. d. iudicatione quid agamus. 85. 1. b, & quid in reliquis. ibid.  
 2 Primogenitus ex mortuis cur dicatur Christus. 199. 2. c  
 2 primæuæ rerum ratio quæ sit. 325. 2. c  
 2 princeps regum cur Christus dicatur. 199. 2. d  
 2 principijs quantumuis paruis oblitendum. 384. 2. d  
 2 probatio irrefragabilis quæ illa uerba Ecce uirgo concipiet cōpleta fuerint in beatis. Virg. Maria. 294. 1. a  
 2 processio principalior quænam sit. 269. 2. c  
 2 processio duplex in pascate. 376. 2. b  
 2 processio in quo consistat. 259. 2. d  
 2 processiones exteriores quid significant. 382. 1. a  
 2 propheta cur dicat his, afferte domino &c. 35. 2. c  
 2 Propheta qui dicantur. 61. 2. c  
 2 Propitiatorium quod sit. 2. 1. a  
 2 proprietate excellentiæ amore quinam ad mensuram æquitatis restringuntur. 194. 1. c  
 2 proprietates personales quid sit. 253. 1. c  
 2 proprietates dilectionis. 344. 1. d  
 2 proprietates duæ veræ bonitatis, & quomodo noster Emanuel eas habuit. 319. 2. d  
 2 proprietates in trinitate tot sunt quot personæ. 253. 1. b  
 2 proprietatum distinctio circa duo versatur. 263. 2. b  
 2 propter uoluntatem tuam quid significet. 228. 2. a  
 2 propugnacula turris quæ sint. 128. 1. d  
 2 proximi amorem tollit malignitas. 34. 1. a  
 2 prudentia carnis quandoque per aquam intelligitur. 141. 1. d  
 2 psallimus quō in organo exhortationis. 81. 2. b, & c  
 2 psalterium cur quæserit propheta domini. 218. 1. c  
 2 psalterium quando facimus psallere. ibid. 2. d  
 2 Quadrum ciuitatis sanctæ quid. 288. 1. d  
 2 Quales cibos dominus amet. 64. 2. c  
 2 Quando dominus se longius ire singat. 64. 2. d  
 2 Quando dominus euascat. 65. 1. b  
 2 Quattuor animi columnæ quæ sūt. 115. 1. c  
 2 Quattuor sancta animalia oculis plena cur ter clamet Sanctus, & semel tantum dominus omnipotens. 228. 1. a  
 2 Quattuor genera hominum in iudicio, & quæ. 282. 2. a  
 2 Quattuor animalia in circuitu sedis altissimi quid denotent. 226. 1. c  
 2 Quattuor modis mens aduersus proximum induratur & aduersus superiorem. 117. 1. c  
 2 Quæstio cur Dei filius uerbum dicatur. 271. 2. e  
 2 Quæstio quoniam modo B. Ioan. reuelationem uideat. 195. 1. a  
 2 Qui nocet nocet, quomodo intelligatur. 294. 1. c  
 2 Qui nocet nocet, non optat id fieri, sed propheta sit. 294. 2. a  
 2 Qui erat, qui in eo significetur. 199. 1. b  
 2 Quæres lectulus dicitur, & quare. 110. 1. d  
 2 Quiescere uelle & esse securum cuius sit. 409. 1. c  
 2 Quiescere perfecte quid sit. 227. 2. c  
 2 Quisquam apponat, uel minuat. 296. 2. a  
 2 Quinq; gradus discretione. 84. 2. d  
 2 Quinq; organa quæ sonare debemus in conspectu diuinæ maiestatis. 80. 2. e  
 2 Quomodo intelligatur merces mea mecum. 294. 2. d  
 2 R  
 2 Rachael quid significet. 119. 1. c  
 2 Rachael cur non mandragoras, sed partem illarū perat. 128. 1. c, & 2. a  
 2 Rachael cur prius liberorū hēt de ancilla. 122. 2. d, & e  
 2 Radius Solis a Sole procedit, & fuit semper cum illo. 228. 1. c  
 2 Radius omnium malorum cupiditas uti mala producit desideria, sic ex memoria resurrectionis bona desideria oriuntur. 381. 2. d  
 2 Rapi ad tertium caelum quid sit. 77. 1. b  
 2 Ratio prima necessitatis incarnationis dominicæ, 286. 1. d, & ibid. ponit secundam rationem, & col. seq. tertiam b  
 2 Ratio cur spiritus sanctus incarnari non debuit. ibid. col. 2. c  
 2 Ratio quomodo iudicat, & quō sensuualitas. 383. 1. c  
 2 Ratio & affectio quid, earumq; officia, ministeria & effectus. 119. 1. a  
 2 Ratio per Adam affectio per Euam intelligitur. 75. 2. c  
 2 rationalis animæ excellentia. 186. 1. a  
 2 rationalis substantia quæ, & qualis. 229. 1. b  
 2 recessit caelum quid sit. 236. 2. d  
 2 reclinatorium pura conscientia est in qua reclinat se, & requiescit Christus. 115. 1. d  
 2 resectio duplex, corporalis alia, spiritualis altera. 223. col. 1. c  
 2 Item status duplex. ibid.  
 2 reges decem tempore Antichristi regnaturi sunt. 271. 1. c  
 2 reges duo in Israhel, legitimus unus alter adulterinus. 315. 1. a  
 2 reges decem regnaturi tempore Antichristi unum habent consilium negandi Christum. 271. 2. a, & b  
 2 reges quinam sint & dicantur. 96. 1. b  
 2 regum intentio qui uenerunt contra Iudam erat exertere cultum diuinum. 312. 1. c  
 2 regina Saba anima Sancta. 213. 2. c  
 2 regum animam gerere quid sit. 49. 1. b  
 2 regere alios quoniam dignus sit. 215. 1. a  
 2 regere bene & se, & alios qui noscat. 290. 1. c  
 2 regi quid sit per iudices in spirituali pugna. 60. 2. d  
 2 regnare super terram quid sit. 230. 2. d  
 2 regnum caelorum quibus modis rapiant uiri perfecti. 50. 2. d  
 2 regnorum destructio ubinam incipiat. 77. 2. c  
 2 regio triplex, immortalitatis, incorruptibilitatis, & ternitatis. 225. 2. a  
 2 religio uera utriq; regi Iudæo & diofa. 315. 1. c  
 2 religiosorum cogitationes pessimæ quæ sint. 38. 1. d  
 2 religiosus quando dicatur munda, & remunda &c. 198. 1. a  
 2 remedium præsens ad mundi contemptum. 127. 1. c  
 2 remedium efficax contra omnem errorem. 150. 1. d  
 2 remedium efficax ad sanandum errorem mentis. 138. 1. d  
 2 remedia duo contra duo principalia mala. 217. 1. e  
 2 repatriandi signum certissimum quodnam. 302. 2. a  
 2 reprehendunt multi seipfos, pauci seipfos iudicant. 125. 1. a  
 2 res duobus modis significant. 329. 2. c  
 2 rerum terrenarum cura quomodo nocet. 138. 2. b  
 2 rerum qualitas tempore denotatur. 202. 2. c  
 2 residere iuxta fluentia quid sit. 150. 2. c  
 2 resistendum diabolo etiam in minimis. 128. 1. a  
 2 resurrectionis humanæ modus. 287. 2. b

Resurre

## Index materierum totius Operis.

- 2 Resurrectio prima quæ sit quæue secunda. 281. col. 2. a  
 2 retia Euangelica quæ sint. 165. 1. a  
 2 reuelatio sacra quibus manifestari debeat. 197. 2. d  
 2 reuerti quid sit, & non reuerti. 158. 1. a  
 2 rigidus quid, & quid beneuolus faciat. 123. 2. c  
 2 robur quibusnam soleat Christus præbere. 127. 2. d  
 2 rore plenum esse caput quid sit. 146. 1. c  
 2 rore celi quando mens intringitur. 97. 1. b  
 2 rore celi quis intringatur. ibid. d  
 2 ruben quid significet. 120. 2. c  
 2 ruben cur dicatur primum & principale donū. 142. 1. c  
 2 ruben, Gad, Azei, & ceteri omnes filij Iacob duodecim Patriarchæ quid significant. 238. 1. b, c, d, e.  
 2 rubicundus cur dilectus sponsæ. 149. 1. c  
 2 rufus equus quid significet. 233. 1. b  
 2 rumpere quid sit. 212. 1. b  
 2 rumpere uincula, & iugum abijcere quid sit. 262. 2. e  
 2 S  
 2 Sacerdos unctus offerens uitulum quid significet. 404. 2. c  
 2 Sacra scriptura cur dicatur lex ignea. 229. 1. c  
 2 sacra scriptura multiplicem expositionem admittit. 26. col. 1. b  
 2 sacra scripturæ cur sint manifestanda, & occultanda. 294. 1. c  
 2 sacramentum quasi rei sacre signum. 207. 1. b  
 2 sacrificium Abrahæ in quo differat a sacrificio David. 404. 1. c  
 2 sacrificia quid fuerint. 186. 2. d  
 2 sagittam in nocte uolare quid sit. 91. 1. b  
 2 sagittæ domini quas ardentibus effecit, quæ sint. 148. 2. c  
 2 per Salamonis sexaginta fortes quinam designentur. 112. 1. c  
 2 salictæ ubi, & quomodo crescunt. 80. 1. c  
 2 saltus spirituales & supercaelestes qui. 64. 2. b  
 2 saltus spirituales formare posse quam sit mirabile. 63. 2. e  
 2 sanguis sanguinem tetigit, quomodo intelligatur. 131. col. 1. a  
 2 sanuclis officium ab homine spirituali quid sit exerceri. 59. 2. d, & e  
 2 sanguis mortui nigrescit. 265. 2. d  
 2 sanis, & Hermon quid significet. 134. 1. b  
 2 sanis significat idem quod fecerunt per immundam uitam. 135. 1. d  
 2 sanum quodnam dicatur quodue non sanum. 150. 1. c  
 2 sapientia quid sit, quidue uirtus, & habitus. 325. 1. d  
 2 sapientia, & uirtus hominem perfectum efficiunt. 31. 2. a  
 2 sapientia sedes anima iusti. 47. 1. b  
 2 sapientiam diuinam nihil latet. 231. 1. a  
 2 sapienti quomodo seruiat stultus. 125. 1. c  
 2 sapientes Babiliorum & Indæorum quid denotent. 53. 1. d, & e.  
 2 sapientes Babilionis qui. 84. 2. e  
 2 sapientes Babilionis quando introducuntur. ibidem fol. seq. 1. a  
 2 sapientes perdere quid sit, & sapientum domos publicare. 50. 2. c  
 2 sapientes suos quinam sint qui occidant. ibidem fol. seq. 1. a  
 2 sathanas, i. aduersarius unde dicatur. 253. 2. b  
 2 satietatem quod non habet non præstat quietem. 133. 2. d  
 2 saturitas spiritualis quæ. 29. 2. a  
 2 secularibus negotijs se implicans ab internis, & æternis se alienat. 196. 1. c  
 2 securitas conscientie quomodo in nobis oriatur. 403. 2. c  
 2 sedes posita in celo sunt Sancti Angeli, perfecti Doctores, & Prælati per diuinam prouidentiam positi & ordinati in S. Ecclesia. 224. 2. a  
 2 sedes sapientie anima iusti. 47. 1. b  
 2 sedes bestiarum quinam sint, & dicantur. 267. 1. a  
 2 sedentes super terram quid significet. 259. 2. a  
 2 Seir quid significet. 282. col. 2. c  
 2 senas alas cur quattuor animalia dicantur habere. 227. col. 2. c  
 2 senarius perfectionem significat. 227. 2. b  
 2 senectus bona quid sit. 412. 2. d  
 2 senectus morum, & meritum melius quam annorum. ibidem.  
 2 seniores uiginti quattuor propter grauitatem maturitatis dicti sunt. 225. 2. a  
 2 Et cur amicti stolis albis. ibid.  
 2 seniores uiginti quattuor sunt omnes ueteris, & noui Testamenti sancti & perfecti Doctores. 225. 1. b, & c  
 2 senum & uetularum loquacitas. 120. 1. c  
 2 sensus carnis & cordis qui. 119. 2. d  
 2 sensus Dei qui sint. 68. 1. a  
 2 sensuum singulorum pertinentia, siue officia. 79. 2. c  
 2 sensualitatis & imaginationis obsequia. 119. 2. c  
 2 sententia uisionis ordinatur secundum processum impietatis. 265. 2. c  
 2 sententia uisionis secundum processum impietatis ordinatur. ibid. fol. seq. 1. a  
 2 sententiam egredi quid sit. 53. 1. e  
 2 sententiam singuli suam accipiunt in exitu anime. 354. 1. b  
 2 sentire quid debemus de unitate Dei, & personarum trinitate. 202. 2. d, & e  
 2 septem spiritus Dei habere, & septem stellas quid sit. 215. 2. c  
 2 septem stellæ quid significant. 205. 1. a  
 2 septem proles Liæ quid significant. 120. 2. b  
 2 septem tempora quando mutantur. 98. 1. c  
 2 septem hæc ciuitates quid significet. 222. 1. c  
 2 septem lampades ardentis gratiæ septiformis illuminationes denotant. 226. 1. b  
 2 septenarius quid significet. 201. 2. a  
 2 septenario ueritas designatur. 98. 1. d  
 2 sepulchrum foras uenire & inuitis uinctum prodire quid sit. 343. 1. a  
 2 sequi agnum quocunq; ierit quid sit. 258. 2. d  
 2 sermo uox est significatiua secundum placitum, & ibi uide uariarum uocum genera. 393. 2. c  
 2 seruabit illum quomodo intelligatur. 281. 2. c  
 2 seruitus Christi quid nobis conuolent. 111. 2. c  
 2 seruis suis ostendit dominus quæ oportet fieri eis. 293. 1. d  
 2 sessor sedis supernæ cur similis aspectui lapidis Iaspidis, & Sardini. 224. 2. c  
 2 sessor equi rufi quis sit. 233. 2. a  
 2 sextarios duos capiens uas bilioris dicitur. 234. 2. c  
 2 sibilum & uox domini quomodo audiatur. 46. 1. d, & c  
 2 sicheu quid significet. 137. 1. a  
 2 sigillum nominis bestie cur in fronte, uel in manu accipi uoluerit. 260. 1. b  
 2 sigillis septem signatus liber quid significet. 229. 1. c  
 2 signaculi apertio est reuelatio misterij cum exhibitione promissi. 232. 2. d  
 2 significatio uerborum in medio sedis, & in circuitu sedis. 226. 1. c, & seq. a  
 2 significatiōnes multorum uerborum. 279. 1. a  
 2 signum repatriandi certissimum quodnam. 302. 2. a  
 2 signum uenire peccatorum. 121. 1. d  
 2 signum perfectæ deuotionis. 62. 1. c  
 2 signum Dei quodnam sit. 237. 1. c  
 2 signum magnum cur dicat se Ioannes uidisse in celo in sua reuelatione. 263. 1. c  
 2 signum cur datum sit Acham a Deo. 299. 1. a  
 2 signi dati ad Acham duplex significatio. 313. 1. b  
 2 signa quare debeant esse suspecta. 128. 2. c  
 2 silentium i. tranquillitas magna ex omni parte parata, & cur dicatur silentium dimidio horæ. 239. 2. c  
 2 symbolum quid significet. 194. 2. e  
 2 simeon, & Leui gladijs pugnare quid sit. 139. 2. c  
 2 similitudo augmenti humani corporis cum Ecclesia Christi. 55. 2. d  
 2 similitudo in humanis magis dicitur propter extrinsecam quam propter intrinsecam similitudinē. 271. 2. e

Simili-

Index materierum totius Operis.

- 1 Similitudinis ratio ubi obuiat quare ad diuina inde nomina transferantur. 268. 2. c
- 2 Similitudinem pulcherrimam à medicis desumptam uidete. 211. 2. d. & e
- 1 Syriacè respondere quid sit. 49. 2. b
- 1 Sistere quotuplex sit. 251. 1. c
- 2 Sire quifnam dicatur. 296. 1. a
- 1 Situs portarum S. ciuitatis ad Orientem, Austrum & c. quid denotet. 287. 1. c
- 1 Socij deuotionis quinam sint. 53. 2. c
- 2 Sodoma quid sit, & quid significet. 249. 1. c
- 2 Sol factus niger quid denotet. 236. 2. b
- 1 Sol quando spiritaliter oritur & occidit. 179. 2. a
- 2 solis tertia pars que sit. 243. 1. c
- 2 solis lumine non egebunt neque lucernæ Sancti, sequentes agnum quid denotet. 292. 2. d
- 2 sole anticta mulier quanam sit. 252. 1. c
- 1 somnium loqui coram Daniele quid sit. 88. 1. c
- 1 somnium uidere quid sit. 48. 2. d
- 1 somnium uidere quid sit. 83. 2. b
- 1 somnia in conspectu sapientum narrare quid sit. 86. col. 1. a
- 1 sopor quando irruit in homines. 410. 2. c
- 1 soporis corporei effectus. 410. 2. b
- 2 sonus grandinis quid 252. 1. b
- 2 subitam post tentationem qui faciendum. 90. 1. a
- 1 sublimitas, & humilitas nostri Emanuelis. 316. 1. c
- 2 subfannatio quid, quid item irrisio. 27. 2. b
- 2 subfannantur illi, qui arbitrantur se posse aliquid agere contra Dei dispositionem. 23. 1. c
- 1 subsistentia, & existentia unde dicantur. 253. 2. d
- 1 substantia duplex est in humana natura, non eam in diuina. 250. 2. b
- 1 substantia substantiam gignit. 278. 2. c
- 1 substantiæ omni quid sit comune. 255. 2. c
- 2 subraçtio diuinæ gratiæ quomodo iuuet electos. 79. col. 2. d
- 1 suggestionibus diaboli quoties resistitur toties robur adiicitur. 128. 1. b
- 2 suggestionibus uigentibus quid agendum. 121. 2. c
- 2 superbia quanto magis dilatur, tanto minus cognoscitur. 103. 1. c
- 1 superbiæ ad deprimentam quid maximè ualeat. 108. col. 2. c
- 2 superba mens cur à Deo detelinquatur. 59. 1. d
- 1 superbi cuiusnam sint discipuli. 380. 1. c
- 2 superbiorum & diuitem quanta excecatio. 274. 1. d
- 2 supercelestes & spirituales saltus qui. 64. 2. b
- 2 suspensum quomodo eligat anima. 127. 2. c
- 2 suspendere organa nostra in salicibus. quid sit. 80. 2. a
- 2 sceptrum Iudaeorum illis ablatum fuit ob regnatum malitiam. 316. 1. c
- 1 sceptrum quando auferatur. 315. 2. c
- 2 scientia qualis non iustat, sed accendit & humiliat. 122. 1. b
- 1 scientia rerum semper comitatur scientiam uocum, non è contra. 393. 2. c
- 1 scientia Dei quam sit mirabilis. 171. 2. a
- 2 scientia triplex, & quid in aliquibus efficiat. 192. col. 2. a, & c.
- 2 scientia sine bona intentione est imago sine uita. 79. col. 2. a
- 1 scientiam qualem Christus processu temporis acquisierit. 303. 2. c
- 1 scorpio qualis sit. 244. 1. b
- 1 scriptura sacra mons est. 96. 1. c
- 1 scriptura sacra cur de melle, & butiro tantum in cibo Emanuelis fecerit mentionem. 304. 2. c
- 1 scriptura sacra multiplicem expositionem admittit. 26. col. 1. b
- 2 scriptura sacra quid per centuplum intelligat. 56. 2. a
- 1 species practiciæ que sint. 327. 1. c
- 1 species mechanicæ. ibidem. c
- 1 speculum suum tergat oportet, qui uult Deum uidere. 145. 1. b
- 1 speculam statuere quid sit. 209. 1. a
- 1 speculatio duplex est. 13. 2. c
- 2 speculatum unde dicitur. 62. 2. c
- 1 sperandum de Deo, desperandum de nobis ipsis. 65. col. 2. c
- 1 spiritus sanctus cur dicatur donum Dei. 273. 1. b
- 1 spiritus sancti datio quid sit. 273. 1. b
- 1 spiritus sanctus cur potius dicatur amor, quam Patris & filij sapientia. 280. 2. c
- 2 spiritus simplex per naturam, & septiformis per gratiam. 121. 2. d
- 1 spiritus domini quam bene temperet humanos effectus. 188. 2. c
- 1 spiritus sanctus cur apparuit in specie colubæ. 391. 1. b
- 1 spiritus sanctus in quibus inhabitet. ibidem. 2. d
- 2 spiritus sanctus diuersis modis operatur in anima. 121. 2. d
- 1 spiritus sanctus cur non dicatur filius. 276. 1. a
- 1 spiritus sanctus cur non dicatur imago patris simul & filij ibid. 2. a
- 1 spiritus Dei Deo consubstantialis per omnia æqualis. 270. 2. b
- 1 spiritus sanctus cur non dicatur imago patris. 271. 2. a
- 1 spiritus sanctus cur non dicatur uerbum sicut filius. 272. 1. a
- 2 spiritus ad se redire quid. 63. 2. b
- 1 spiritus ubi uult spirat, ut est intelligendum. 394. 2. c
- 1 spiritus humanus alius corporalis, & spiritalis alius. 271. 1. a
- 1 spiritus spiritalis quando dicitur sanctus. 271. 1. b
- 1 spiritus humanus quando incipit esse sanctus. 271. 1. c
- 2 spiritus tres immundi qui sint. 267. 2. c
- Et quare sint immundi. ibid. d
- 1 spiritus maligni in principibus designati. 305. 1. d
- 1 spiritus maligni quando principatum in homines accipiunt. 318. 2. a
- 2 spiritus blasphemiar, & spiritus Dei omnino contrarij. 359. 1. a
- 1 spiritus blasphemiar cur non remittitur. ibid. 2. b
- 1 spiritum quid sit in spiritu esse, & quid spiritum sine spiritu. 214. 1. d
- 2 spiritu ebrii quinam sint. 29. 2. d
- 1 spirituum cura continua tam bonorum, quam malorū erga homines. 93. 2. d
- 1 spirituum bonorum & malorum longissima distantia. ibid. fol. seq. col. 1. c
- 1 spiritalis natura per propitiatorium designatur. 175. col. 1. a, & b
- 2 spiritalis saltus quis sit, quid item corporalis. 63. 1. b
- 2 spiritalis saturitas que. 29. 2. a
- 1 spiritali de harmonia cur non sentimus quod de corporali quotidie experimur. 218. 2. a
- 2 spirituales uiri fraudes demonum deprehendunt. 83. col. 1. c
- 2 spiritalibus in delectationibus quid cauendum. 122. col. 1. c
- 1 spiritalia uere diligere quid sit. 371. 2. b
- 1 spiritaliter quid intelligendum in illis uerbis Generationis quarta & c. 413. 1. c
- 2 sponsus cur aliquando ab anima etiam propter nullā illius culpam se subtrahat. 147. 2. d
- 2 sponsus cur electus ex millibus. 149. 1. c
- 2 sponsus & sponsa cur dicantur. 295. 2. c
- 2 sponsa cur causetur dilectum declinasse. 148. 1. a
- 2 sponsa uirgular cur comparetur. 110. 1. b
- 2 sponsæ labia cur uitæ comparentur. 124. 2. a
- 1 stare super custodiam quid sit. 209. 1. a
- 1 stare cum domino quid sit. 195. 2. c
- 1 statua quid significet. 70. 1. c
- 1 statua Nabuchodon. quando contra quemlibet nostrum erigitur. 67. 1. c
- 2 statua Nabuchodon. adorare quid sit mysticè. 42. 2. c
- 2 status ab Adamo septem usque ad Antichristū. 271. 1. a
- 2 stella que angelo canente cecidit que sit. 243. 2. c
- 2 stella quid significet, & cur dicatur magna. 242. 2. d
- 2 stellæ nomine abinthium cur dicatur. 242. 2. c
- 2 stellis cur comparantur pastores Ecclesiarum. 205. 1. c

Sterilitates

Index materierum totius Operis.

- 2 Sterilitates quattuor in salicibus expressæ que. 79. col. 2. c
- 2 Stimulum carnis quibus de causis Deus relinquat in quibusdam perfectis uiris. 43. 1. c
- 2 stolæ quid significet. 295. 1. b
- 1 studium nostrum quale esse debeat. 393. 1. a
- 1 studium summum in quo ponere debeamus. 227. 1. a
- 1 studio lectionis studium operis iungendum est. 147. col. 2. a
- 2 stultus sapienti quomodo seruiat. 125. 1. c
- 1 stultitia summa que. 9. 1. d
- 1 **T**abernaculum, mensa, & altare, & candelabrum quid significet. 220. 1. a
- 1 Tabernaculum federis quid denotet. 219. 2. c
- 2 Tabernaculum domini cum hominibus quando erit. 284. 2. a
- 2 tabernaculum nunquam uidit Iosephus Iudæus historicus. 3. 1. a
- 2 tactum spirituale dominus à Maria requisit corporealem prohibuit. 141. 1. c
- 2 tanquam uox aquarum multarum cur dicatur. 258. 1. d
- 2 tædium uehemens & amaritudo cordis uirutes exercet, & non euerit. 124. 1. c
- 2 tela & tentamenta demonum ubi non proficiant. 129. col. 2. b
- 1 temere nihil agendum. 54. 1. c
- 2 templum Dei cor hominis. 45. 2. d
- 2 templum in cælo quid significet. 251. 2. c
- 2 templum & altare quid significet. 248. 1. c
- 2 templi nomine quid possimus intelligere. 45. 2. b
- 2 templo fumo impleto dur nemo ingrediatur. 264. 2. c
- 1 tempus duplex quale inuestigandi que sunt supra se, & discutiendi que sunt infra se. 101. 1. b
- 1 tempus matutinum, & uespertinum quando sit. 101. 1. c
- 2 tempus quod amplius non erit quomodo intelligatur. 247. 1. c
- 1 tempore tranquillitatis impetranda est gratia orandi tempore perturbationis. 56. 1. d
- 1 tempore perturbationis animi quid sit agendum. 55. col. 2. c, & d.
- 1 tentatio quanto in nobis sit acrior tãto perfectius ad discretionem erudimus. 143. 2. c
- 2 tentatio omnium que sit pernitiosissima, & quibus uerbis describatur. 92. 1. c
- 2 tentatio importuna que. 88. 1. c
- Item dubia. ibid. e
- Item subita. col. seq. a
- Item occulta. ibid. b
- Item uiolenta. ibid. b
- Item fraudulenta. ibid. c
- Item perplexa. ibid. c, & d.
- 1 tentationem cum non possumus uirtute repellere quid faciendum. 368. 2. d
- 2 tentationes que nostram patientiam exerceant. 90. 1. c
- 1 tentationes unde, & quomodo orientur. 129. 1. b
- 2 tentationes cur dominus permittat. 141. 2. a
- 2 Tentationes demonum uarias. 83. 1. a
- 2 tentationibus genera septem. 88. 1. c
- 2 tentationibus quamdiu aliquis oppugnatur. 129. 2. c
- 1 tentationibus resistendi modus. 129. 2. a
- 2 Tepidus nunquam poterit bene uita eradicare. 138. col. 1. c
- 1 terra fluens lacte, & melle est iucunditas securæ conscientie. 413. 2. a
- 2 terra Aegypti quid sit. 132. 2. a
- 1 terra quid det intelligere nobis. 131. 2. c
- 1 terra solidum elementum quid denotet, quid item mare. 110. 1. a
- 1 terra cur mulierem contra flumen adiunat. 254. 2. c
- 2 terra quid significet & mare. 254. 1. a
- 2 terræ nostræ extrema que. 77. 2. d
- 2 terram diuidere in funiculo distributionis quid sit. 75. col. 1. d
- 1 terram solam cur dicatur dominus inebriasse. 131. 2. d
- 1 terram perdere quid sit. 112. 2. a
- 1 terra lacte & melle manantē accipere quid sit. 404. 1. b
- 2 Terremotus quid sit. 236. 2. b
- 2 terremotus magnitudo cur 16. cap. Apocal. bis ponatur in textu. 268. 2. d
- 2 terrenus & celestis ignis quis. 42. 1. a
- 2 terrenorum amor quid faciat. 122. 2. b
- 2 tertium ad cælum rapi quid sit. 77. 1. b
- 1 terta lutea nil aliud quam fœda consuetudo. 76. 2. c
- 2 tertia fidelis quis, & cur ita dicitur. 199. 2. b
- 1 timor prima proles uirtutum. 120. 2. e
- 2 timidi quinam sint, & qui increduli, & qui execrati. 285. 2. c
- 2 timens Deum quam egregias preliator. 49. 2. c
- 2 tonitrua duras & terribiles de penis reproborum denotant comminationes. 225. 2. c
- 2 tota pulchra quomodo B. Virgo Maria 135. 2. 2. a & cur. ibidem. c
- 2 tunica quid significet. 146. 1. c
- 2 turris David quid sit. 127. 2. b
- 2 turris propugnacula que sint. 128. 1. d
- 2 turri millæ clipeis munitæ quinam comparentur. 129. 2. c
- 2 turri cur comparentur prædicatores. 128. 1. d
- 1 theglathphalasar Rex Assyriorum 310. 2. a
- 1 theorica, practica, & mechanica quid efficiant. 325. col. 2. a
- 1 theorica diuisa in naturalem, diuinalem, & doctrinalem. 326. 1. a
- 2 thesaurus quifnam sit produçens uentos eiusque quattuor gazophilatia. 78. 2. d, & e
- 2 thronus quid denotet. 284. 1. c
- 2 thronum Dei quis sit. 277. 1. b
- 1 transitus quando per montem Oliueti. 377. 1. c
- 2 transire de gente ad gentem quid sit. 58. 2. a
- 1 transeundum quomodo sit nobis. 376. 1. d
- 1 transitus bonus de iniquitate ad bonitatem. 386. 1. c
- 2 transitus de gente ad gentem qui. 61. 2. a
- 1 transitus de uitio ad uirtutem non datur nisi per medios gladios hostium. ibid. b, & c
- 1 transitus primus de malitia ad iusticiam, secundus de miseria ad gloriam. 376. 1. b
- 1 translatione aliquando utendum est, aliquando uerò comparatione. 125. 2. a
- 1 translatione quando utendum, ibid. c
- 1 tres rationales spiritus quando dicendi sunt æquales. 246. 1. d
- 2 tres spiritus immundi qui sint. 267. 2. c
- 1 tria tempora, & sex ætates que. 334. 2. b
- 2 trina uocatio quid indicet. 133. 2. c
- 2 triplex uanitas in qua homo seruit, & diabolus regnat. 76. 1. c
- 2 tribus unde dicatur. 230. 2. c, & 238. 2. b
- 2 tribus rerum que sint. 200. 2. d
- 1 tribulatio quomodo nos iuuet. 62. 2. c
- 2 tristitia sola, nec sola læticia habetur in hac uita. 55. col. 1. c
- 1 **V**accas quando offerimus. 405. 1. c
- 2 Valles quid dent intelligi. 64. 1. a
- 2 Vanitas quid sit. 32. 1. c
- 2 uanitates seu mutabilitates tres sunt. 247. 2. a
- 2 uariæ demonum tentationes. 83. 1. a
- 2 uæ triplicatum quid denotet. 274. 2. c
- Uæ cur duplicetur. fol. seq. 1. b
- 2 uæ cur ter ponatur. 243. 2. a
- 2 uæ secundum quodnam sit quod uæ tertium. 249. col. 2. b, & c
- 1 uenia uerè pœnitentibus est promissa. 284. 1. d
- 2 ueniale peccatum per contemptum fit mortale. 135. col. 1. b
- 2 uenter dilecti quid sit. 146. 2. b
- 2 uenter dilecti quid sit. 152. 1. b
- 2 uenter sponse, & mustum quid significet. 121. 2. a
- 2 uenti de thesauris producti quid significet. 74. 2. b
- 2 uenti uentis effectus. 110. 1. a
- 1 uentorum eqli diuersitas quid denotet. 109. 2. b

Ventos

Index materierum totius Operis.

- Ventos quales dominus de thesauris suis producat. 78. col. 1. a
verbum patientie meae quid. 218. 2. d
verbum unum veni de Lybano veni de Lybano cur toties repetatur. 133. 2. a
verbum an aliud sit cordis aliud quis. 272. 1. b
verba illa, Qui in uno offendit reus est omnium quomodo sint intelligenda. 290. 1. a
verba illa, Scuto circumdabit te veritas eius quomodo ad primam tentationem quae est importuna pertineant. 90. 2. e
verba illa, Non timebis a timore nocturna quomodo secundae tentationi quae ambigua dicitur conueniant. ibid. d. & e.
verba dissoluta quid efficiant. 124. 2. d
verba illa, Non erit istud, quomodo sint intelligenda. 312. 2. d
verecundia bona quae. 140. 2. a
veritas sicut nunquam non fuit, sic nunquam non erit. 232. 1. c
veritas si praecedat, securus erit qui ad alta properat. 147. 1. b
vestis integra & gloriosa inter se differunt. 147. 2. e
vestimenta quid denotent. 116. 2. c
vestimenta animae quae sint. 138. 1. a
vestimentorum nomine quid intelligatur. 168. 1. b
vestimentis albis quis indui dicatur. 221. 2. a
vetus fomentum peccatum. 382. 1. d
via arcta quid. 392. 2. c. & d.
videre in caelo quid sit. 161. 1. a
videre Christum in peregrina specie quid sit. 64. 2. e
videndi modi diuersi. 89. 2. c
visus sine oculis duo sunt. 136. 2. a
visio mystica cur ostensa sit Nabuchodon. 47. 1. c
visio corporalis duplex est. 194. 1. c
Item spiritualis, ibid. 2. c
visiones omnes D. Ioan. de quo agant. 20. 1. a. b. c. & d. & fol. seq. 1. a
vix Dei quae & quomodo vere, & iuste. 263. 2. c
vigiles sancti Angeli cur dicantur. 98. 2. a
vigiles sunt angeli, & cur ita appellentur. 101. 1. a
vigiliae & orationes quae sunt inuitiles. 109. 2. b
vigilans quis non sit. 216. 1. a
vilitas mentis quam sit pretiosa. 117. 2. b
vincula & iugum quid spiritualiter operentur. in eod. bis. 26. 2. d
vincula charitatis quae sunt. 368. 1. a
vinea quando plantatur, & gentes quando efficiantur. 48. col. 2. c
vinea domini humana, conscientia. 38. col. 1. a
vinum quando bibit anima. 143. 1. d
vini nomine quid significetur, quidve olei. 253. 1. a
violenta tentatio intelligitur per incursum. 91. 2. b
violenta charitatis gradus quatuor, eorum signa, & proprietates. 368. 1. c. & fol. seq. col. 1. a. & 2. c
vir amator Dine quando occiditur. 140. 1. b
viri spirituales fraudes demonum deprehendunt. 83. col. 1. c
viri perfecti exemplum proponitur. 141. 3. c
virginis Mariae inuocatio. 131. 2. c
virtus, & sapientia hominem perfectum efficiunt. 31. 2. a
virtus patientiae quanto laudabilior, tanto gloriosior retributio operatur. 348. 2. c
virtutes perfectorum hominum quae. 99. 1. c
virtutes quamuis pares sint, non tamen equaliter exercentur. 123. 2. c
virtutum mater est charitas. 137. 2. a
virtutum custos humilitas. 146. 1. a
vis charitatis Christi omnem amorem superat. 367. 2. c
virum naturalium potestas quae & qualis. 123. 2. a
visitatio Dei quid efficiat. 104. 1. d
Visitationis diuinae varij effectus. 165. 2. a
vitiu quid. 46. 1. e
vitiij & peccati discrimen. 46. 1. d
vicia duo principalia. 196. 2. e
vicia carnalia in dextra, in sinistra spiritualia intelliguntur. 92. 1. c
vicia sunt bestiae. 110. 1. e
vitijs necessitate seruendum usque dum vera de nostra infirmitate sentiamus. 411. 2. e
vitijs nobis impugnantibus quid faciendum. 102. 1. a
vitulum foenum comedens quid significet. 80. 2. c
vitulum Lybani quis. 39. 1. a
vituli Lybani ad instar comminui desideranti quid faciendum. 39. 1. c
vitulum propriae voluntatis pascere in pascuis Lybani quid sit, & quid in pascuis Carmeli. 39. 1. e
vitulum offerens sacerdos unctus quid significet. 404. 2. c
vitulo cur Lucas assimilatur. 226. 2. c
vituli Lybani denotant praesumptiones arrogantiae cedri Lybani fastus superbia. 40. 1. a. & b.
vitae cocciu ex labia sponsae comparantur. 124. 2. e
vivere in sempiternum quid sit. 50. 1. a
volucres caeli cur ita dicantur in Evangelio. 97. 1. b
volucres ad suos ramos redire in arbore Nabuchodonosor quid sit. 93. 1. b
volucres abigere quid sit. 410. 1. d
vox quid sit. 272. 1. c
vox duplex quae sit. 274. 1. a
vox debili domini quomodo audiantur. 467. d. & e
vox corporalis & spiritualis. 130. 2. e
vox aquarum quid significet. 204. 2. e
vox audita de caelo quid significet. 258. 1. c
vox magna cur dicatur. 231. 1. c
vox magna cur dicatur, facta est salus & virtus. 253. col. 2. d
vox prophetica de internis, & aeternis bonis prima sonuit. 223. 2. e
vox dilecti est inspiratio. 146. 1. b
vox de caelo quando ruat. 104. 1. d
vox Evangelica dignitate praestantior prophetica, & quare. 424. 1. a
vocem pullorum iurura quis habeat. 408. 2. b
vocem pullorum columbae quis habeat. ibid. c
vocem Dei audire nequeant qui exteriora diligunt. 30. col. 2. b
voces diuinae sunt admonitiones. 213. 1. d
voces quatuor notabiles distinguenda. 65. 2. d
vocatio Dei & responsio hominis qualis. 104. 2. e
vulnus quid; liuor quid; plaga quid. 46. 1. b
vera carnis cur Christus in Maria sicut. 131. 1. a
verbum quid significet. 133. 1. e
vnguentum prima quae est. 139. 3. c
vnius ceteris coli quid sit. 236. c
vniuersitas diuinarum scripturarum & praedicatorum per Aquilam significatur. 243. 1. a
vna acerbata creta delectatio. 174. 1. a
Abulon quid sit. 133. 2. a
Zabulon quid significet. 133. 1. d
Zabulon cur dicatur habitaculum iururae maris. 134. 2. a
Zabulon quomodo, & quando ad Sidonem pertingat. ibidem. d
Zaphirus quid sit. 134. 1. c
Zona & renes, & mamillas quid significet. 304. 1. a

F I N I S.

RICHARDI

RICHARDI SANCTI VICTORIS, DOCTORIS CELEBERRIMI OPUSCVLA VARIA.

Partis Primae. Tractatus Primus.

De exterminatione mali, & promotione boni. Cap. 1.

Pfal. 113.



Quid est tibi Mare quod fugisti: & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? Exclamatio est uox ista prophetae, cum admiratione: admiratio cum exultatione.

Videbat enim diuinum quoddam miraculum: nec unum tantum, sed geminum, utrumque magnam, utrumque mirum, utrumque ualde stupendum. Videbat mare ante conspectum Israel fugere: uidebat Iordanem cursus sui impetum in fontem reflectere: uidebat utrumque Hebraeo populo cedere: & proficiscentibus liberum iter relinquere. Quid horum non nouum: quid horum non mirum? Vtrumque ita contemplantur, & ad utrumque mirabatur, & de utroque gratulabatur. Exclamat ergo in uoce exultationis, & confessionis. Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum? Primum miraculum fit in exitu Israel de Aegypto. Secundum autem fit in exitu Israel de deserto. Quis mihi tandem aliquando det perfectum deserere regionem diuinitudinis: quis mihi dare possit introire in terram promissionis, ut & equè videre possim fugam maris, conuersionem Iordanis? Pulchrum spectaculum, satiusque iucundum, uidere aquam maris fugientem, uidere aquam Iordanis reuertentem, amarum recedere, dulcem refluere; amaritudinem deficere, dulcedinem redundare. Quisquis haec uidet, miror si non & ipse exclames: Quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum. Nunquam solent fieri huiusmodi miracula, nisi ante ueros Iudeos, nisi ante bonos Hebraeos.

De gemina confessione, & gemina promotione. Cap. 11.

Confessio facit Iudeum, transitus facit Hebraeum. Iudeus si quidem confitens: Hebraeus transiens interpretatur. Et est confessio uera, & est confessio ficta. Similiter est transitus bonus: & est transitus malus. Confessio uera facit Iudeum uerum, & transitus bonus facit Hebraeum uerum. Pars I.

Confessio duplex, et quae sit uera.

A braeum bonum. A scribere tibi mala tua, ascribere Deo tuo bona tua, confessio uera, confessio recta. Illa est criminis, ista est laudis, utraque sane utilis, utraque laudabilis. Similiter est duplex transitus, uterque quidem bonus, uterque necessarius. Qui transit de malo ad bonum, bene quidem transit, & qui transit de bono ad optimum, bonum & ipse transitum facit. Cognosce ergo, & confitere mala tua, & noli in ipsis remanere: sed transi ea, & factus est transitus primus, & confessio prima. Similiter confitere Deo de bonis tuis, lauda ipsum pro bonis tuis, & non li torpere in ipsis: sed nitere quantum potes ad meliora, & transi ad optima, & factus est transitus secundus, & confessio secunda. Ad confessionem primam solet fieri miraculum primum: & ad confessionem secundam solet fieri miraculum secundum. Per confessionem si quidem criminis efficitur fuga maris: & ad confessionem laudis statim conuertitur Iordanis.

Quomodo confessio criminis ualeat ad exterminium mali. Cap. 111.

Omnia namque in confessione lauantur: conscientia mundatur, amaritudo tollitur, mare fugatur, tranquillitas redit, spes reuiuiscit, animus hilarescit. Si quidem beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quid est lugere, & contristari, nisi maris tempestatibus agi? Et quid est gaudium consolationis, nisi fuga maris, & absentatio doloris? Audi Iudeum crimina sua confitentem, & attende ante eum aquam maris fugientem. Dixi (inquit) confitebor aduersum me iniquitatem meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Iniquitatem confitebatur, & mare fugabatur, quia impietas remittebatur. Impietas enim mare est, dulcem si quidem aquam facere non potest: sed est aqua eius salta ualde, & multum amara, & amaritudo eius amaritudo amarissima. Quid queso dulcedinis habet inuidia: quod obsecro dulcoris habet iracundia: quid suauitatis impatientia? Huiusmodi (ut arbitror) aquae quaelibet amarae sunt: & mare faciunt, quia nulli penitus sapere, nemini placere possunt. Vides ne ergo quale sit huiusmodi mare magnum, & spatiosum manibus quod potest appellari malitia. Na est & aliud quod

Pfal. 31.



quod potest dici miserie; habens & ipsum quidem minimè dulcem aquam: sed minus tamè amaram. Sed felix qui dominatur a mari usq; ad mare, ut nulli subiaceat culpæ, nulli succubat pœne; intantum, vt non dominetur omnis ei iniquitas, nec eū opprimat ulla aduersitas. Felix ante cuius conspectum mare fugit: malitia recedit, miseria cedit, consciētia hilarescit. Nunquid nā qui eiusmodi est fiducialiter, psalere nō potest. Quid est tibi mare quod fugisti? Si uis ergo & tu fac quendam bonæ professionis Iudæum: confitere ex corde peccatum tuū, ut possis & ipse videre tale spectaculum, tam grande miraculum, & psallere non dubites huiusmodi hymnum. Quid est tibi mare quod fugisti?

*Quomodo confessio laudis ualeat ad promotionem boni. Cap. 1111.*

Sed nunc illud consideremus, quomodo ad confessionem laudis soleat fieri conuersio Iordanis. Sed hoc melius (ut arbitror) operādo, quā disputando discimus, hoc citius experiedo, quā loquēdo probamus. Denique satage & tu confiteri, mirari, uenerati Dei potentiam, Dei sapientiam, Dei misericordiam, & certus sis, quia quanto plus laudabis, tanto ardentius amabis. Ne te ergo pigeat diuinam gratiā laudare, ut multum ames: multum amare, ut multum desideres. Quanto enim uehementius desiderabis, tanto citius obtinebis, quod multum concupiscis. Ama quod prius contemnebas, cōtemne quod prius amabas, & securus sis, quia conuersus est Iordanis. Dilige Deum, despice mundum, & uerè fatebor, quia Iordanis cōuersus est retrorsum. Qualis quæso ista est conuersio Iordanis: quā mirabilis, quā laudabilis, quā amabilis, totum impetum amoris, totā inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis, magna cum festinatione currere non deorsum, sed sursum, quærere quæ sursum sunt, non quæ super terram: ita ut ueraciter profiteri possis: quia Iordanis conuersus est retrorsum. Hæc causa (ut arbitror) extitit, cur pœne tam fieri Iudæum, nec piguit, nec puduit: eo quod ueraciter agnouerit: quia, Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime: inde est illa firma professio, & deuota promissio. Cōfitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum. Nōne Iudæum se esse uoluit, cum dixit: *Lauda anima mea dominum?* Nonne aquam Iordanis deorsum fluere prohibuit: cū animam suam blanda allocutione admonuit? *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei, & Deus meus.* Nonne Iordanis fluente conuerti desiderauit, cum ait: *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus bene fecit tibi.* Miror si hoc audies, & ipse non ambis fieri Iudæus, & confiteri domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius, &

Iordanis quo spiritaliter conuertitur.

Psal. 108.

Psal. 145.

Psal. 42.

Psal. 114.

A inueniaris dignus, cui dignetur dominus ostendere tam grande miraculum, ut cum propheta psallere possis: quia Iordanis conuersus est retrorsum.

*Quod prima promotio uirtutis sit in contemptu mundi. Cap. V.*

Sed nec illud quæso tibi satis, cum fueris Iudæus, nisi efficiaris pariter & Hebræus. Profecto idem ipsi Hebræi, qui & Iudæi, licet ex alio Iudæi, & ex alio Hebræi. Nam confessio (ut dictum est) Iudæum, & trāsitus efficit Hebræū. Denique & tu ipse si in Aegypto es, transi, & de fere Aegyptum, & fecisti quendam bonæ spei Hebræum, & uidebis in fuga maris magnū illud & stupendum miraculum. Sed si ipsum etiā desertum transire studueris, uidebis adhuc maiora his in conuersione Iordanis. Primus ergo transitus est de Aegypto: secundus de deserto. Primotransi de mundo ad teipsum. Mundum amasti, mundum despice, & trāsī. Desere curas sæculi, & age curam tui, & incipis esse cultor heremi. Rediens de Aegypti tenebris, de erroribus mūdānis ad secretiora cordis, nihil aliud inuenies, nisi locum horroris, & uastæ solitudinis. Hęc est enim terra illa deserta, inuia, & iniquosa: conscientia uidelicet diu neglecta, omni noinculta, spinis, & tribulis obfita, & omni horrore plena. Oportet ergo te Aegyptum deserere, & huiusmodi heremum petere, si cupis fugā maris oculis tuis aspicere, sicut & David elongauit fugiens, & mansit in solitudine; imple præuaricator, quod præuaricatoribus præcipitur, ubi dicitur: *Redite præuaricatores ad cor,* & factus est transitus primus, & de cetero rectè appellaris Hebræus.

*Quod secunda promotio uirtutis sit in contemptu sui. Cap. VI.*

Redi ergo ad teipsum, & omni custodia custodi cor tuum. Sed vè tibi, si remanes ibi. Noli remanere: sed transi pergens, & pertransiens in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei. Transi ergo & teipsum, perge in Deum tuum, quare & apprehende summū bonum. Audi illam qui clamat in plateis, ausculta uocem Sapientie, ad hunc secundū nos transitum admonentis. *Transite ad me* (inquit) *omnes qui concupiscitis me.* Desere mundum, & factus est transitus Israel de Aegypto. Contemne teipsum, & factus est trāsitus Israel de deserto. Primum ergo transitum facit contemptus mundi, secundum transitum efficit contemptus sui. Ad primum transitum mare fugatur. Ad secundum transitum Iordanis conuertitur. Fuga maris exterminatio amaritudinis. Conuersio Iordanis reordinatio caritatis.

Esa. 46.

Ecccl. 2.4.

Quomodo

*Quomodo per contemptum mundi fiat exterminium mali. Cap. VII.*

Vis apertius audire, plenius nosce quomodo ad primum transitum Hebræorū, qualiter ad mundi contemptum fiat, fuga maris, amaritudinis exterminium? Statim absque dubio ut Aegyptum deserueris, vt mundum post te totū reieceris: perit causa timoris, causa doloris, radix amaritudinis (radix siquidem omnium malorum cupiditas.) Cum enim poteris mundum plene euadere: cū ceperis nulla eius prospera concupiscere, nulla eius aduersa pertimescere: quid iam erit quod tuam mentē poterit perturbare? Quid quæso rectius in fuga maris accipimus, quā nullis fatigari perturbationibus? Denique non turbetur cor uestrū, neque formidet, & mare ante conspectum nostrum fugiens abiit, & recessit. Puto quia mare non iam erit amplius quando absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorū, quando iam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quoniam priora transierunt. Quid enim est timor & tremor, & moror: nisi aquæ maris amaræ nimis: omnīq; omnino expertes dulcedinis? Venit in altitudine maris huiusmodi propheta (ni fallor) cum diceret: *Timor & tremor uenerunt super me.* Et illud: *Tribulatio & angustia inuenerunt me.* Mare huiusmodi offendunt quotquot Aegyptū deserunt, desertum petunt, promissionis terrā concupiscunt. Oportet enim nos per multas tribulationes transire in regnum Dei.

Quid per fugā maris intelligendum.

Psal. 54.

Psal. 118.

*Quod contritio animi nunc sit in adiutorium, nunc ad firmamentum boni. Cap. VIII.*

Huiusmodi mare alij habent ante se, alij autem post se. Qui autem ante se habet: est eis ad impedimentum. Qui iuxta se habet, est eis in adiutorium. Qui post se habet, est eis ad firmamentum. Sic itaq; Israelitici Aegyptū deserentes, desertum intrare uolentes, & ad promissionis terram suspirantes, prius habuerunt mare ante se, ad impedimentum profectio nis, post habuerunt iuxta se in adiutorium defensionis, quando erat eis pro muro a dextris, & a sinistris, eadem habuerunt post se in firmamentum securitatis, inimicis eorum ab eo submersis, seu interclusis. Ante nos futura, iuxta nos præsentia, post nos præterita. Mare ante nos, timor futurorum periculorum est. Mare iuxta nos, labor incumbentium certaminum est. Mare post nos dolor perpetratorum malorum. Mare ante nos timor pusillanimitatis. Mare iuxta nos, labor sollicitudinis. Mare post nos dolor pœnititudinis. Timor pusillanimitatis impedit. Labor sollicitudinis munit. Dolor pœnititudinis protegit. Alius aliorum uitam confidens & studium, cum uideat multos etiam post

A professionis uotum reuerti ad uomitum, redire ad sæculum, nec saltem audet inchoare bonū, iste ante se mare habet, sed ad impedimentum. Quid enim est cordis trepidatio, mentis hæsitatio, nisi quadam quasi maris fluctuatio: Qui. n. hæsitauerit, similis est fluctui maris, qui a uēto mouetur, & circumfertur. Alius hūc timorem uiriliter calcat, maris fluctuationes ante se fugat, cordis sui trepidationem castigat, ad toleranda pro domino quælibet pericula animum fortiter præparat, & pro hac parte psallere non dubitat, mare uidit & fugit, eo quod omnis inutilis trepidatio ante eius conspectum fugiat, at que discedat. Sed quia sollicitus est adhuc quomodo debeat, uel bonorum negligentia caueret, uel malorum surreptionem declinare, patitur quidem mare, quāuis non ante se in utroque tamen latere, eo quod oporteat hinc ad bona, illinc contra mala constanter agere, multū laborare, & utrobique sollicitum esse. Sed felices illi quos iam uirtutum exercitia, laborum certamina, non tam fatigant, quā delectant, qui licet solum plangunt, quod tot ante acta uitæ tempora, uel in iniquitate consumpserunt, uel in uanitate perdiderunt. Qui huiusmodi est, mare post tergum se habere ostendit, sicut ille, qui dixit: *Re cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Quis autem dubiter huiusmodi hominibus mare post tergum relictū esse ad tutissimum firmamentum, & subuersionem inimicorum? Solet enim amaritudo pœnitentiæ non solum perpetrata mala satisfaciendo delere, uerum etiam illud in nobis confueuit efficere, ut quæ nō licet, nec libeat repetere.

Esa. 38.

*De utili, & inutili contritione. Cap. IX.*

Consideremus & illud quomodo hic maris aqua, amaritudinis unda alijs sit extra uitam, alijs in uia. Quis dubiter hanc uitam esse uitam ad uitam futurā? Alius dolet pro his quæ sunt præsentis uitæ, alius pro his quæ sunt uitæ futuræ. Qui pro his dolet, quæ sunt in hac uita, huic est mare in uia. Qui pro illis dolet, quæ sunt extra hanc uitam, illi est mare iuxta uitam. In hac uita & bona & mala, in illa uita, aut sola bona, aut sola mala. Itaque quæ nulla sunt, multum a se differunt, & nulla se similitudinis uicinitate contingunt, eo quod inter ea chaos magnum firmatum sit, in quibus aliqua consimilis qualitatis proportio reperiri nō potest. Sed hæc uita inter illa quæ futuræ uitæ sunt, bona seu mala quasi media interiacet, eo quod ad utraque seu hinc, seu inde aliqua similitudine appropinquet, quæ bona & mala permixta habet. Illius igitur uitæ bonis bonorum suorū, (quāuis umbratili similitudine iūgitur, sicut & uitæ illius malis, malorum suorū) imaginaria affinitate sociatur. Extra ergo hanc uitam sunt, quæ post hanc uitā occurrunt. Extra quidem, & iuxta non solum qualitatis similitudi-

ne: sed

ne sed temporis cohesione. Statim ut ista deserimus in illa absq; mora incidimus. Qui igitur pro his timer, dolet, & piangit, mœroris undâ, amaritudinis affluentiam, quasi maris aquam iuxta decursus sui uiam effundit.

*De gemina cordis compunctione. Cap. X.*

**M**œror pro bonis aternis, mare est a dextris. Mœror pro malis aternis, mare est a sinistris. Sanè (si sanè mentis sumus) pro utriusque debemus timere, dolere, & amaritudo- nis lachrymis affluere. Ista timeamus amittere, illa timeamus incurrere, & habemus geminum mare muniens nos fortiter, & ab utroque latere. Rectè ut arbitror mare, quod in via occurrit, quod profectiois nostræ iter impedit, quod profectus nostri cursum intercludit, iuste seueritatis uirga percutimus, diuinæ distinctionis consideratione terremus, futuri examinis recordatione amouemus. Omnis ergo metus noster, omnis mœror noster amoueat a uia, & pro uita inutili, mundanâ uitæ solitudine cõpunctio nostra diuidatur ad gemina, ut per timoris mœrorem mala diluamus aeterna, & per desiderij lachrymas bona mercemur aeterna. Felices qui & hoc geminū duplicis mœroris mare pertranseunt, qui omnem futuræ expectationis ambiguitatem, & metū, longe post tergum relinquunt, & uniuersum diffidentia luctum certæ spei securitate transeunt, utinam & in nobis absorbearur huiusmodi metus, & mœror a superuenientis fiduciæ securitate; fugiat, atque discedat etiam huiusmodi mare, ut possimus & nos cum propheta psallere. Quid est tibi mare quod fugisti? Nonne mare putamus de iuxta, illum aufugerat, qui dicebat: *Bo- num certamen certauit, cursum consummavi, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quæ reddet mihi in illa die iustus iudex.* Puto quia mare omne longe post tergum reliquerat, nec erat unde iam contristari, & conturbari debuerat, cum dicebat: Nihil mihi conscius sum.

*De uano uel uero mundi contemptu. Cap. XI.*

**S**ed quid quæso illud esse dicimus, quod usq; hodie tam multos uidemus Aegyptum deserere, qui non merentur tamen in maris effugio tam grande miraculum cernere? Si uerè Aegyptum deserunt, si ueri Hebræi sunt, eoq; de mundo transeant, & primum Hebræorum transitum faciant, cur & primi saltem miraculi experimentum non capiant? An fortè relinquunt sæculum professione, non autem & conuersatione, habitu, nō affectu? Si gloriari oportet, possunt pro hac tantū parte gloriari. Si quidem Hebræi sunt, & ego. Sed uidete ne forte nobis & uobis mutasse locum, non animū, cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. Quid sic iuuat transire & Hebræum non

facere? Absque dubio in exitu Israel de Aegypto profugium maris indicat, quàm rectè sibi quisque huius uocabuli dignitatem uendicat.

*Quam sit difficile ad perfectum sui contemptum peruenire. Cap. XII.*

**T**ranseamus ex Aegypto corpore, transeamus & corde. Sed neque hoc putemus nobis posse sufficere. Grandis enim adhuc nobis restat uia, si ad secundi miraculi uisionem uolumus peruenire. Proculdubio non est eiusdem facultatis, seu facilitatis Aegyptum exire, & heremum pertransire, mundum relinquere, & seipsum uincere, & post seipsum proijcere. Illud quasi modicum, quod modico tempore perficitur, hoc post multos labores per multas tentationes uix tandem aliquando & a paucis consummatur. Illud unius diei est opus, hoc uix post multa tempora explemus. Durum, difficile, grāde, seipsum relinquere, seipsum bene in spicere, & plenè despiciere, perfectè probare, & penitus improbare. Hic labor, hic gemitus. Primum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscat illud? Filij hominum usquequo graui corde, dura ceruice, & indomabili corde, & quis uincet illud?

*Quibus modis mens ad plenum sui contemptum eruditur. Cap. XIII.*

**Q**uoties necesse est loca mutare, quæ saepe castra figere, quot tentationes tolerare, omnia probare, quod bonum est tenere, abstinere ab omni specie mala. O quoties necesse est ire & reuerti, & quæ retro sunt obliuisci, & in anteriora extendi, & item post tergum redeundo capere experientiam sui, & per propriū defectum propriam infirmitatem edoceri. O quoties necesse est in tot errorū deuia, tot ambiguitatum opaca, tot uitiorū monstra incidere, perustrare, aspiciere, antequam quis extrema heremi teneat, & ad humilitatis ultima perueniat, & ad summum sui contemptum perfectè attingat. O quoties necesse est ad Dei misericordiā confugere, & inter tot pericula deprehensum diuinam misericordiam querere, & gratiā impetrare. O quàm stupenda magnalia. O quàm iucunda miracula. O quàm admiranda beneficia, in tot diuinis reuelationibus, in tantis uisionibus, in talibus consolationibus, experitūtur, mirantur, uenerantur, quos heremi uastitas, & propriæ infirmitatis magnitudo docuit, nil de sua uirtute confidere: sed totum de Dei pietate præsumere, iactare in domino curā suā, & ponere in domino Deo spem suam. Ibi experiri licet in cœlestis cibi dulcedine, quàm magna multitudo dulcedinis, quā abscondit Deus diligentibus se, gustare, & uidere quàm suauis dominus, & quàm bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde. Ibi qui ascendunt in montem domini,

De exterminatione mali, & promotione boni.

domini, & appropinquant pedibus eius accipient de doctrina eius probantes, & proficetes quoniam magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Nouit itaque hoc quicumque in illa terra deferta, & in aquosa, sic in sancto apparuit ei, ut uideret uirtutem suam, & gloriam: illius sententiæ experimentum capiens, quoniā magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō est finis. Sed quis enumerare sufficiat, quàm innumera huiusmodi alternantium uicissitudinum, nunc desolationum, nunc consolationum experiri oporteat, quàm multa humanæ infirmitatis iudicia, quàm multa diuinæ pietatis argumenta heremi habitatoribus, Deiq; cultoribus uidere contingat, antequam heremi extrema attingant, perfectèque humilitatis metas apprehendant, antequam Iordanis unda uenientibus cedat, cursumque retorquens in fontem redeat, humanusque animus sua spernens, seseque contemnens totus in Deum transeat, & in illum a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum per desiderium currat, & ad Deum fontem uiuum torum amoris sui impetum retorqueat.

*Quod superfluous amor sui, inter successus uirtutum difficilius vincitur. Cap. XIII.*

**O**felix anima que digna es pro qua dignatur dominus tam grande miraculum facere: cui liceat tale spectaculum uidere: aquas que inferiores sunt, & qualibet desideriorum fluuenta que ad ima tendunt decurrere, atque deficere aquas que desuper ueniunt: desideria que de sursum sunt in vna mole consistere: ita ut ueraciter possit psallere. Vnam petij a domino hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. O infelix anima que tardas, que non festinas, que multum non anhelas currere, & uidere: mirari, & obtinere, fluuenta Iordanis primo cursum figere, & in vno loco stare: & in vno aternitatis desiderio immobiliter inharere, postea in inferioribus penitus deficere: & in superioribus paulatim crescere. Quid putas obsecro miraculi, quod esse prodigij Iordanem retroagi, & tantum fluminis impetum in superiora reuerti: præsertim si tempore messis fiat, quo solet implere ripas aluei sui. Cum enim coeperit semen illud quod cecidit in terram bonam producere de se fructum: aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, solet nimirum eo tempore Iordanis vnda altius intumescere, & ut est humani animi, magna de se aestimare: magnum se aliquem credere cum uiderit se multum fructum facere, & ad maturitatis messem peruenire. Tunc (non mirum) quo maiora de seipso aestimat, eo maiori dilectione dignum se esse iudicat, magnumque est valde si non usque ad superfluitatis in ima effluat, & iustè æquitatis me

tas, utilitatique ripas non excedat. Quantum ergo putas, quàm magnum miraculum existimas tibi ipsi vilescere, tibi ipsi magis magisque displicere: eo præcipue tempore, cum incipis ueraciter magnus esse, magnusque omnibus apparere? Solent sane (sed neque hoc mirum, est) tempore glacialis frigoris, seu etiam æstiuæ feruoris siccitate Iordanis aquæ minui atque decrescere: & quamlibet elata mēs, inter maliciæ frigus & nimios concupiscentiæ æstus sibi ipsi vilescere: & (quàmuis inuita) infirmitatem suā recognoscere: & a sua de se aestimatione nō modicum detumescere. Quis quæso tam immane desipiat, qui sibi ipsi inter scelera & flagitia quæ doque non displiceat? Sed illud magnum erit si in tempore messis: & inter uirtutum successus possit Iordanis vnda intra aluei sui ripas includere: & amoris priuati impetum intra modestiæ metas cohibere. Magnum erit si non erit pat ad illicita, uel effluat ad inutilia. Magnum erit si nec seipsum diligit nisi quantum conuenit, uel expedit. *Iordanis autem* (inquit scriptura) *Ripas aluei sui tempore messis impleuerat.* Impleuerat inquit, nō excefferat. Noxium ergo uero puto non erit ripas implere, sed ripas excedere.

*Quomodo gradatim animus ad sui contemptum esse promouendus. Cap. XV.*

**P**rimum ergo est cuiusque amorē sui ad certam mēsuram restringere: ut postmodum mereatur etiam magnum illud & stupendum miraculum uidere: Iordanem uidelicet primo quidem cursum figere, deinde intumescere, tandem retro ire, & ad altiora ascendere. Et illud quidem primum: cohibere uidelicet excessum: & si magnum, non tamen mirum: sed ad montana cursum reflectere, mirabile spectaculum: & spectabile miraculum. Omnino & absque dubio aliud est amorem sui temperare, & aliud est suspendere, atque deflectere. Aliud est moderatus amor sui: & aliud magnus contemptus sui. Puto non sine causa non nisi in Iordane celebratum est tale miraculum: quod interpretatur descensio eorum. Sed quæ est ista descensio nisi cordis humiliatio? Vel quorum eorum: nisi ipsorum descendentium, & sponte humiliantium? Quorum enim descensio uoluntaria non est, in ipsis quidem est, sed eorum quodammodo non est: quia ipsis non prodest. Oportet ergo ut spontanea sit, ut eis prosit, & eorum ueraciter dici possit. Nunquid sponte descendisse, uel in hoc quicumquā profecisse creduntur: de quibus legitur: *Deicisti eos dum alienauerunt?* Oportet ergo ab omni mentis elatione descendere, & humiliari spontanea uoluntate qui uult magnum illud miraculum uidere: non sicut illi inuiti deiecti, ad laudem quidem Dei: quam uis ad nullam utilitatem sui. Fit ergo in Iordane tantum in descensione eorum, in descensione descendentium, in humiliatione humiliantium.



tium, tam celebre factum, & celeste miraculū. **Q**uanto ergo maior es humilia te in omnibus: & tenes ripas Iordanis: dignus cui Iordanis cedat, cui dominus miracula ostendat.

*Quomodo uano amore exhausto animus in Dei amore dilatur. Cap. XVI.*

**Psal. 72.** **V**is uidere aquas Iordanis cursum figere: & in vno loco stare? *Mibi autem* (inquit) *adbreve Deo bonum est: ponere in domino Deo spem meam.* Vis uidere aquas inferiores decurrere: at que deficiere? *Remittit consolari anima mea.* Vis uidere aquas superiores intumescere: & fursam currere? *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.* Denique & tu non eas post concupiscentias tuas, & fixisti aquas. Noli diligere mundum, nec ea que in mundo sunt: & defecerunt aquae inferiores quae deorsum currunt. Denique delectare in domino: & uidebis fixas stare in uno loco. Diligas dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & uidebis aquas uehementer intumescere: & in magnam (nec mirum) molem confluere. Puto te non inuenire quo eas latius expandas: quam ut toto corde diffundas: & per totam animam extendas: & ex eis totam mentem repleas. **Philip. 1.** **O** quam uehementer hęc salutaris unda intumuerat in eius pectore qui dicebat: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* In hanc illud sententiam currit quod propheta psallendo de se ipso pronunciauit. **Psal. 118.** *Defecit in salutare tuum anima mea.* Sed qualis quęso erat illa aquarum inundatio ubi pater exclamare cogitur pro parricida filio: *Absalon fili mi: fili mi Absalon: quis mihi det ut ego moriar pro te fili mi Absalon?* Puto locum reperiri non posse quo se possent latius expandere. Maiorem siquidem caritatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, Sic & illa inundatio intumuit non modicum: de qua habemus dominicum testimonium: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quid mirum (quęso) si procul apparebant, quę multum tumuerant? Vultis nosse, quam procul appareat illius dilectionis inundatio quę tantum aestuabat: quę se & vsque ad pedum de osculationem unctiōemque inclinabat. **Matt. 26.** *Amē dico uobis, ubicumque predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur, quod & hec fecit in memoriam eius.* Vultis autem adhuc apertius nosse quam procul apparere possint: si tamen ad instar montis intumuerint? **Ioan. 13.** *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem.* Quā longe obsecro apparet quod omnes cognoscere oportet? Sed necesse est (vt iam diximus) verę caritatis fluentia ad instar montis intumescere quę uolunt tam procul apparere. Sed forte adhuc montem quęris, ad cuius similitudinem aquas intumescere legis. **V**idene forte sit ille mons coagulatus: mons pin-

**A**guis: mons domus domini preparatus in uertice montium: eo quod dominus exaltauerit illum, & donauerit illi nomē quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestiū, terrestrium, & infernoium. Ad instar huius mōtis, ad similitudinem illius magnę mirabilisque dilectionis, qua animam suā posuit pro ouibus suis: aquas intumescere debere cognoscat qui eas procul apparere, & dominicum pceptum implere desiderat. **Hoc est Ioan. 13.** *præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos.* Audi similitudinem: & adhibe imitationē. Sicut dilexi uos inquit. Similitudo dilectionis est instar montis. Quantū amauit nos, qui mortuus est propter nos? Nunquid nam huius mōtis similitudinem in sua dilectione non tenuerunt qui pro Christo lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt? **I**c circo (ut arbitror) in omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terrę uerba eorum: vt apparerent procul, vt ab omnibus uiderentur, & illos omnes imitarentur. Sed quid quęso miramur si procul apparuerunt aquę quę (sicut scriptum est) *Vsque ad Sartan intumuerunt?* **Iosue. 3.** Sartan interpretatur tribulatio eorum. Tribulatio autem eorum quid est aliud (secundum quod de Iordane iam diximus) nisi tribulatio tribulorum? Tribulatio autem uoluntaria, cuique est sua. Quam enim quisque patienter seu etiam libenter suscipit, suam esse facit: quia suę eam utilitati deseruire cogit: Sicut ergo de scensio, descensio eorum est qui se sponte humiliant, sic & tribulatio, tribulatio eorum est qui pro domino tribulationem amant. Illa itaque tribulatio est tribulorum, quę tribulatis imputatur ad meritum. Vide ergo aquę illę quę superiores erant, quantum creuerant, quantum tumuerant, quę se & vsque ad Sartan extenderant. **O** fortis vt mors dilectio, quę & te vsque ad Sartan extendis: & usque ad uoluntariā tribulationem sinum tuum expandis. Qualis quęso est ista dilectionis dilatatio, qualis est ista aquarum inundatio, cor suum extendere & dilatate usque ad uoluntariam tribulationē, vsque ad spontaneam passionem, vsque ad uoluntariam mortem? Ne dubites ergo se in id loci extendisse aquas superiores, quoties uides in tribulatione gaudentes, & suam propter dominū tribulationem amantes, sicut ibant apostoli gaudentes a conspectu Cōsiliij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati.

*De uani amoris defectu & ueri amoris profectu. Cap. XVII.*

**E**Rgo aquę superiores vsque ad Sartan ascendunt: & aquę inferiores usque ad Sartan descendunt. Illę ascendunt, & cresunt: quę descendunt, & decresunt. Illę cresunt & intumescunt: istę decresunt & deficiunt. Pylchrum spectaculū aquas superiores circa Sartan

**A**n intumescere: & aquas inferiores in mari defecere. Hic intende & obstupefce. Hic intende diligenter, & obstupefce uehementer. Elige in his tam magnis tam que mirandis, quid prius, quid amplius, miseris: an aquas in montanis nō defluere, sed intumescere, an aquas ex aquis non intumescere sed defecere. **Aquę autem** (inquit scriptura) *quę inferiores erant in mare solitudinis quod nunc uocatur mortuum descendunt usque quo omnino defecerunt.* Quę ergo inferiores sunt, necesse est in mare descendere & in mari defecere. Scimus autem quia aquę quantumlibet dulces sint, quoniam cum in mare perueniunt, dulcedinem suam seruare non possunt. Quę ergo in mare descendunt, cito amarescunt. **Rifus** (inquit) *uester uertatur in luctum, & gaudium in gremorem.* hoc est dulcem aquam in mare descendere, & dulcedinem amittere: & dulcem in amarum uertere. Rifus sanē & gaudiū dulcem aquam facit, & huiusmodi quamlibet quā ardenter sitit, tam libenter unusquisque & bibit. Sed luctus & mœror dulcem facere nō possunt, nec huiusmodi bibere homines facile uolunt. Quoties rifus in luctum uertitur, toties aqua inferior in mare labitur, & in amarā uertatur. Neque enim rifus ad superiores aquas pertinere potest de quo ab ore ueritatis dictum est. **V**obis qui nunc uidetis, quia plorabitis. Quid ergo est inferiores aquas in mare decurrere atque defecere, nisi carnales & infimas delectationes in dolorem trahere, & pœnitendo extinguere? Qui enim de perpetrata delectatione plangit, & gemit, qui superuenientem horret & respuit, qui, futuram timet, & declinare fatagit, quid aliud quā dulcem sibi in amarā uertit? Hoc itaque, hoc inquam est quod superiores mirabamur, quod adhuc vsque miramur: dulcē in amarum uertere, gaudiū deflere, delectationem dolere, & in hunc modum dulcem in mari defecere. Ergo ne aquę circa Sartan intumescunt ergo ne aquę in mari deficiunt? Sic homo de tribulatione letaris, sicce homo de delectatione turbaris? **O** mirum: **O** stupendum. In uoluntaria tribulatione gaudia cumulantur: occurrantes delectationes dolore spontaneo exterminantur.

*Quomodo per uani amoris defectum mentis perturbationes deficiunt. Cap. XVIII.*

**S**ed quid quęso hoc sibi uult quod uocatur mare mortuum, in quo cōtingit tam celebre factum? Quid quęso tale nomen accepit? Nam quod prius non habuerit ex eo scriptura satis innuit quo ait. *Mare solitudinis quod nunc uocatur mortuum.* Puto quia non omne mare solitudinis, nec omnis amaritudo desolationis, imo hoc ipsum mare de quo modo loquimur haud digne tali nomine censetur: nec debet dici mortuum nisi forte in illo cōtingat predictum miraculum. Scimus quia quod mortuum est omnino

*Mare mortuum cur ita uocetur. Iosue. 3.*

**A**nino, se mouere nō potest, forte hoc mare postquam incidens unda defecit, postquam influētē & impellētē gurgitem non habuit, a suo seruore defecit, & tumentes illas atque ebullientes fluctuationum suarum procellas amisit. Impetus siquidem influentes Iordanis cursusque rapidissimus illapsu suo uehementissimo ipsum impellebat, atque exagitabat, & tranquillum, & quietum esse penitus non sinebat. Ibat ergo tunc temporis tumens & spumans & multum exstans: & quasi ad commotionis, & inquietationis suę iniuriam uehementer indignans. Sed postquam cepit influēs inundatio defecere, & commotionis causa perire, cœpit & ipsum mare ab illa sua procellosa exagitatione quiescere, & quasi mortuum motum pristinæ inquietationis amittere, & nomē mutare. Sic nimirum, sic torrens uoluptatis carnalis & uehemens impetus carnis quā diu uiget solet esse causa tumoris, & indignationis. Solet sanē conscientiam totam turbare, amaritudinis fluctus exagitare, & profundissimam illam humani cordis abissum ab imo euertere, & magnum illud mare magnis tempestatibus agitare. Mens siquidem cęlesti desiderio feruens, puritati studens, & ad perfectionem tendens quā diu turpes delectationes ex carnis impetu sentire cogitur, necesse est in infimis desiderijs, & ad ima fluentibus reluctetur. Hinc est quidd sibi irascitur, quidd sibi indignatur, aduersus seipsam sanire uidetur: puto quia huiusmodi perturbatio & tumultuatio, uehementisque fluctuatio non facit mare mortuum, sed uiuū, sed ualidum, sed inquietum. Sed postquam cœperint inferiores aquę decurrere atque defecere, & infimarum delectationum fluxus languescere, atque euanescere, incipit & conscientia pariter ad pacem & tranquillitatem seipsam paulatim cōponere, futuri iudicij metum magis magisque deponere, & illas preteritę indignationis & anxietatis aestuationes amittere, ad mortui similitudinem trepidationis, & perturbationis motum non habere. In hunc itaque modum carnalis uoluptatis profuuium exhaustum atque exsiccatum, penitusque absumptū, facit mare inualidum, & infirmum, & tranquillum, & quod iure debeat dici mortuum. Vides certe ut arbitror quā recte mare suum nomē mutauit, mortuūque nomen concepit, in quo inferiorum decursus aquarum decidit atque defecit.

*Cum qua cautela debeamus cordis perturbationes delere. Cap. XIX.*

**N**otandum autem quomodo mare hoc debet iuxta aliquid permanere: & tamen secundum aliquid mortuum esse: nam semper necesse est de perpetratis malis pœnitere, odio & detestatione persequi, & perhorrescere, non tamen illa semper deflere & trepidare, sed post

dignam satisfactionem, & concupiscentiam edomitam consolationem recipere, & ad spem uenire, securitatisque quietem animum reformare. O uere felix multumque beatus cui datum est cordis perturbationes, & tristitia tempestates compescere, & magnas illas & mirabiles elationes maris ad tranquillitatem componere. Vnum scio, nec dubitare audeo, quia quamdiu amor ad multa spargitur, & ad ima deriuatur: nunquam ad plenam pacem perducitur, nunquam ad uere securitatis tranquillitatem feratur. O anima infelix & misera, usque quo sollicita es, & turbaris erga plurima? porro cum vnum sit necessarium, tandem aliquando fige desiderium, dilige unum. Felices illius ciuitatis ciues, cuius participatio in idipsum. Congregetur aqua quae sub caelo sunt in locum unum, noli sinere eas fluere deorsum. An nescis quia qui dimittit aquas suas caput est iurgiorum? Quid per ima desideria desuis? quid tibi cum bonis perituris, gaudijque lugedis? An nescis quia omnis aqua quae deorsum currit, in mare descendit? Omnia si quidem flumina intrant in mare, & omnis infima delectatio definit in dolore. Ritus enim dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupant, eo quod omnis dulcis aqua in mare descendat, & dulcedinem amittat, transitem mundus, & concupiscentia eius. Et scimus quia sine dolore non relinquitur quod cum amore possidetur. Quanto ergo melius est quae sursum sunt sapere, quae sursum sunt quaerere, & Iordanis fluente in suum fontem retorquere, ut audeamus & nos illam congratulationis uocem in usum nostrae confessionis assumere? Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum.

*Ab hoc loco agitur de studio contemplationis: & quomodo, nel quantum ualeat ad reformationem ueri amoris. Cap. 1.*

Sed nec illud hoc in loco praetereundum pu- ro, qua arte, quae industria effici ualeat, ut se vltro Iordanis conuertat, & spontaneo nutu in suum fontem recurat. Aliud siquidem est nosse quid expediat, uel quid fieri oporteat, & aliud non ignorare quomodo obtinere ualeas, quod utile, seu etiam necessarium fore non dubitas. Quis non desperet tanti fluminis impetu posse in montana conuertere? Quis inquam praesumat naturalem illum humanae affectionis cursum rapidissimum, impetumque ad ima vehementissimum, posse cohibere, & in contraria deflectere, nisi artem accipiat qua se illud speret efficere? Denique cursum aquae defluentis praepeditum saepe audiuimus, frequenter & uidimus, neque hoc impossibile indicamus. Na aliud est in necessarijs appetitibus, & in naturalibus affectibus saepe consensum cohibere, & aliud affectionem mutare, & humanae concupiscentiae profluuium in uirtutum montana

conuertere, & spontaneo quodam intimi amoris nutu contra morem in supercaelestium desideriorum concupiscentias assurgere. Parum ergo puto meam, uel cuiusque hominis inde proferre sententiam, discamus ab eo qui docet hominem scientiam. Audiamus itaque quid nobis in hoc negocium proponat, uel quid in re, exitum promittat. Cum posuerint (inquit) uestigia pedum suorum sacerdotes qui portant arcam foederis domini Dei uniuersae terrae, in aquis Iordanis, aquae quae inferiores sunt decurrunt, atque deficient, quae autem desuper ueniunt in vna mole consistunt. Oportet ergo (ut audimus) arcam foederis domini praesentem habere, si concupiscimus inferiores aquas deficere, & superiores in una mole consergere. O felices qui eam, & si non semper, ueruntamen frequenter praesentem habere possunt, in cuius praesentia tam magna, tamque iucunda miracula sunt. Sed quae est ista (quae) arca foederis, nisi forte illa diuinorum donorum prerogativa gratia, uidelicet contemplationis? Quae est illa arca deaurata: nisi humana intelligentia caelestis sapientiae fulgore splendida, & diuinae inspirationis luce irradiata? Quid rectius intelligimus per illud uenerabile sacrarium, & factorum diuinorum receditorium, quam spiritalem spirituum uirorum intellectum, qui secretorum diuinorum sacratoria, & sapientiae arcana, & per intelligentiam capit, & per memoriam custodit? Sed quid illud dicimus quod haec arca dicitur foederis arca? Nunquid na dare solet haec tantam gratiam in signum dilectionis, & pignus charitatis, qui diligit diligentes se, & tuo dignos efficit amore, intantum ut ab illo mereatur audire. Iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia omnia nota feci uobis quae audiuimus a patre meo. Haec itaque arca non semper praesens habetur, quia contemplationis gratia etiam ipsis quandoque subtrahitur quibus eam secundum tempus habere conceditur. Arcam ergo praesentem habemus quando ex inspirate gratia radium contemplationis accipimus. Arcam istam nobiscum portamus, cum diuinae contemplationi diligenter insistimus, & studio sapientiae salutaris per inuestigationem seu retractationem vehementer intendimus.

*Quomodo inuestigatio & retractatio salubrium ualeat ad corrigendum animum. Cap. 11.*

Isti etenim sunt (ni fallor) arcae nostrae baiu- li, quibus solet uel in alta sustolli uel in anteriora deferri, ignotorum scilicet inuestigatio, & cognitorum retractatio. Sine his etenim cito aut deorsum labitur, aut retrorsum repellitur. Sine retractatione siquidem ab obliuionis lapsu non custoditur, & sine inuestigatione ad cognitionis profectum nunquam promouetur. Solet autem (ut omnes nouimus) officium sacerdotum esse circa salutis custodiam, curamque animarum

*Psal. 72.*

*Quod facilius est animum corrigere quam eius intima penetrare. Cap. 111.*

*Stulticia summa quae.*

*Io. i. 3.*

animarum uigilare. Debet ergo inuestigatio nostra, debet & retractatio nostra circa salutaria, circa salutem obnoxia diligenter intendere, indefinenter insistere, ut sacerdotij dignitate sibi meritis uendicet, & nominis honorem defensent. O quam digni sacerdotes, O quam idonei arce portatores, inuestigatio salutarium, retractatio salubrium. Horum sacerdotum officio ad Iordanica fluente arcam nostram deferimus, cum per inuestigationis & retractationis studium ad desideriorum nostrorum considerationem nostrae contemplationis oculum reflectimus. Ad horum itaque ingressum, arcaeque accessum, uidebis cursum Iordanis, imperiumque dissolutionis: primo lentescere, postmodum herere, tandemque retrorsum redire. Absque dubio affectionis humane profluxum quanto perfectius inspexeris, quanto plenius agnoueris, tanto profecto amplius miraberis, tanto uehementius detestaberis. Considera ergo frequenter, contemplare diligenter cordis tui luxum, desideriorumque profluuium: Vide ergo amorem tuum, unde quo currat, quo per desiderium tedit, uel unde per fastidium recedat, uidebis quomodo de sublimibus ad ima labitur, & de summis ad infima deriuatur. Absque dubio cum haec cerneris diligenter inspicere, profundeque intelligere, incipies & pariter cum propheta proclamare. *Quid mihi est in caelo, & a te quid uolui super terram?*

*Sed quid ait scriptura? Ingressis inquit sacerdotibus Iordanem: & pedibus eorum tinctis in parte aquae, steterunt aquae descendentes in uno loco & ad instar montis intumescerunt appauerunt procul.*

Animaduertis (obsecro) quomodo statim ad primam intinctionem pedum Iordanis incipit cohibere cursum, & conuerti retrorsum? vix partem aquae (ut audis) attigerant: & iam, Iordanis fluente impetum suum in seipsa retorquebant.

*Quantum ualeat cum profunda admiratione infirmitatis nostrae considerationi diutius inhaerere. Cap. 1111.*

Sed qui sunt isti quae pedes sacerdotum, ad quorum intinctionem Iordanis conuertitur retrorsum? Sed si per sacerdotem recte intelligimus inuestigationem, quid rectius intelligitur per eius pedem (quod est eius corporis imum) quam inuestigationis profundum? Pes igitur sacerdotis est profunditas inuestigationis. Pedem ergo in aqua ponere, est profunda inuestigatione occulta penetrare. Pes huiusmodi in aqua tingitur, quando mens ad inuentionis suae subtilitatem miratur: & in sua admiratione delectatur. Quid enim est tingi nisi affici? Quid est affici, nisi contemplari, mirari, delectari? Et quamuis inuestigationis nostrae pedes non usque ad gurgitis ima extendimus quia desiderio rum nostrorum errores non nisi ex parte penetramus: ipsos tamen pedes (quamuis non nisi in parte positos) multum intingimus, multum obtusos quos uix, uel ex modica parte comprehedimus. Debemus ergo cordis intima perscrutando eo usque saltem in aquas descendere, donec possimus inuestigationis nostrae pedes plene intingere: & animum nostrum super erroris nostri considerationem in admirationem & stuporem conuertere. Nam hoc ipsum quod comprehendere possumus de stultitijs & erroribus nostris, puto posse sufficere nobis intantum, ut Iordanis cursum sui impetum uultu cohibeat, & nutu spontaneo in posteriora recurat pristinae consuetudinis deuia damnans atque detestans, morum suorum lapsum sponte coercens, & in contraria dirigens. Puto quia tunc temporis propheta super aquas Iordanis intelligentiae suae arcam leuauerat: cum generalem nec de suo tantum, sed de quolibet corde humano sententiam proferebat. *Vniuersa vanitas omnis homo uiuens.* Videbat quorsum Iordanis fluente currerent: cum per increpationem exclamaret. *Vsque quo diligitis uanitatem & queritis mendacium?* Videbat ubi cursum suum terminaret, & quam in mari deficeret, cum diceret. *In imagine pertansit homo: sed & frustra conuertitur.* Profunde pedes in aqua tinxerat cum in hanc admirationis uocem erumperet. *Quid enim mihi est in caelo, & a te quid uolui super terram?* Puto quia ad hanc pedum intinctionem considerationisque admirationem Iordanis ima desiderio rum deserens in superiora redeat, fontemque repetat intantum, ut dicat. *Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum.*

*Pedes sacerdotis in parte aquae tincti, quid significat.*

*Psal. 38.*

*Psal. 4.*

*Psal. 38.*

*Psal. 72.*

*Psal. 76.*

*Quomodo*

Quomodo post plenam correctionem sui, animus ad aeternorum contemplationem introducitur. Cap. V.

Nemo ergo debet hoc ipsum quod comprehendendi valet de corruptionis suae consideratione negligere, neque hoc negligenter, & quasi in transitu uidere: sed statim ad arce ingressum intinctionemque pedum gressum figere, morasque innectere, donec aqua superior crescat, inferiorque deficiat, populusque Habreorum totus pertranscat. Ut enim ceperimus vitam nostram retractare, atque discutere, perscrutationisque nostrae pedes in aqua tingere: statim ut senserimus animum nostrum affici, & ad sui considerationem mirari, & indignari: debemus in hoc admirationis nostrae spectaculo libenter immorari: donec eiusque amor intumescat, inferiorum autem omnino deficiat, totaque desideriorum nostrorum turba pertranscat, terramque promissionis spei suae certitudinem tangat, & teneat. Tunc demum (ut arbitror) tempus erit ut & ipsa intelligentia nostrae arcae promissionis terram intrare possit, cum votorum omnium uoluntatumque plebem praemiserit. Prius enim necesse est bona Domini in terra uentium credere, sperare, diligere, multumque desiderare, quam deinde nobis cognoscere & intelligere, facie ad faciem uidere. Nisi (inquit) credideritis, non intelligetis. Qui diligit me (inquit) diligetur a patre meo & manifestabo ei meipsum. Manifestatione ergo praecedit dilectio: ut dilectionem sequatur manifestatio. Praecedat arcam affectionum turba, ut turbam subsequatur contemplationis arca. Prius oportet promissionis terram tenere per desiderium quam per intellectum. Puto quia Apostolus totam cogitationum, affectionumque suarum multitudinem translegerat cum dicebat. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quid enim sibi de huius uitae desiderijs reliquerat, qui nec ipsam uitam praenimio Christi desiderio diligebat? Inde est (ut arbitror) quod praenaluit contemplationis suae arcam in terram lacte & melle manantem introducere, ut uideret bona Hierusalem omnibus diebus uitae suae, & ex reuelatione Domini disceret quod oculus non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit. Mentior si ipse non gloriatur huiusmodi hominem raptum usque ad tertium caelum, & audisse ibi arcana uerba, quae non licet homini loqui.

Isai. 7. Ioan. 14.

Philip. 1.

Quod in futura uita post aeternorum contemplationem, animus ad omne desiderij sui beneplacitum relaxatur. Cap. VI.

Puto quia & nos ipsi post internae familiaritatis tanquam multitudinis transitum cum ceperimus contemplationis nostrae arcam illuc introducere, & non iam per speculum & in enigmate, sed facie ad faciem uidere, cum tenuerimus

actu quod interim tenemus affectu, iam ulterius necesse non erit Iordanem aluei sui fluctu suspendere, & cursus sui impetum renitendo cohibere. Absit, absit, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, absit inquam, absit, ut adhuc necesse sit castigare corpus, & in seruitute redigere: atque etiam tunc mortificari tota die: quando iusti (Christo etiam restante) fulgebunt sicut sol in regno patris sui: & tollitur impius ne uideat gloriam Dei. Non nobis omnino dicetur amplius, nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt, cum fecerit dominus nouum caelum & nouam terram, iuxta quod ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. Et licet in creaturis decor sit tunc, quam modo incomparabiliter maior atque uenustior, corporeisq; oblectamentis dulcor propensior atque iucundior, nihil erit quod concupiscentias spiritus imminuere possit in omnibus his quae sensus corporeus attigerit. Nesciet concupiscentia carnis, nesciet concupiscentia oculorum, concupiscentias spiritus extinguere, sed accendere, non refrigerare, sed acrius inflammare. Quicquid exterius quicquid interius occurrerit, spirituali amori, diuinae dilectioni alimenta ministrabit. Tunc absque dubio animus delectabitur interius, & delectabitur exterius. Delectabitur in rebus spiritualibus, delectabitur in rebus corporalibus, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Tunc reuertentur aquae Iordanis in alueum suum, & fluent sicut ante consueuerant. Iordanis alueus commodi appetitur. In huiusmodi alueo aquae Iordanice cum impetu feruntur, quia cordis desideria iuxta commodi sui appetitum huc illucque deriuantur. Quo putas tenet huiusmodi decursus aquarum: nisi in beneplacitum? Quid ergo est aquas ut ante consueuerant currere, nisi beneplacitum sequi, & apprehendisse? Naturaliter quidem omnis appetitus ad commodum trahitur, & huius aliquid ductum sequi in suo illic desiderio nemo prohibetur. Multa hic placent, quae tamen non decent, & iccirco fieri non debent. Necesse est ergo in hac saepe uita aquarum impetum cohibere, & concupiscentiarum uolentiam uiriliter frangere. Nihil illic libebit, nisi & quod licebit. Nihil ergo oberit desideriorum fluentia pro uoto effluere, & ad omne beneplacitum deriuare. Huius ut arbitror libertatis licentiam propheta sperabat, & suspirabat, cum psallendo proclamaret. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. Saepem & supra modum sunt alia uoluntaria oris, & beneplacita cordis. Quia alia mente concupiscimus, atque alia sunt ea quae ore probamus. Alia sane sunt ea saepe quae placent ex sententia, atque alia ea quae placent ex concupiscentia. Illa placent ex iudicio, ista ex desiderio. Illa ex definitione, ista ex delectatione. Rogat ergo propheta ut eadem ipsa quae sunt

Matt. 13.

Beatorum felicitas.

Psal. 118.

sunt uotua sunt & beneplacita, ut in unum conueniant sibi que semper occurrant, uorum, & beneplacitum, sententia, & concupiscentia, iudicium, & desiderium, definitio, & delectatio. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, ut quicquid placet ex discretionem, placeat ex delectatione, & sola libeant ex delectatione, quae licent ex deliberatione. Transcat ergo, transcat populus Habreorum: transcat & arca post ipsum in illam terram lacte & melle manantem, in supernam illam & sempiternam iucunditatem, ut tadem aliquando facie ad faciem uideat, quod multo desiderio tantopere antequesierat. Transcat ergo gradibus illa tot desideriorum turba, transcat & theoricam illam intelligentiae arcam in illa interna, & aeterna gaudia, ut vel tunc Iordanis liberum cursum recipiat: & omnis humanus affectus licet, & liberè in omne se beneplacitum uoluit, & humanus animus (ut prope summis spiritualibusque bonis firmiter immobiliterque inhaerens) in rebus exterioribus & inferioribus nihil contradictionis inueniat. Ni fallor illa quae superius intumuerat uentis, maiori quam prius impetu in alueum suum recurret, & latius expandet, modumque pristinae limitationis excedet: eo quod amor uerbi creaturarumque maioris incendij alimenta uberrima reperiat, & ob hoc quaquam uersum feruentiori desiderio ad omnia ruat.

Quomodo quidam in hac etiam uita ad aeternorum contemplationem subleuantur. Cap. VII.

Sed hoc quod de arcae transitu legitur etiam in hac uita secundum aliquem modum impleri posse uidetur. Probat hoc Apostolicum illud testimonium quod & superius protulimus, quem adhuc talia dicentem in hac corruptibili uita degere non dubitamus. Scio (inquit) hominem in Christo, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit, raptum huiusmodi usque ad tertium caelum: & scio huiusmodi, quoniam raptus est in paradysum, & arduis arcana uerba quae non licet homini loqui. Ecce ubi contemplationis suae arcam introduxerat, qui in tertio etiam caeli secreta intelligentiae oculum fixerat. Puto autem, quia nec ipse Paulus usque in id loci arcam leuasset, nisi totam illam desideriorum suorum familiam illuc praemisisset: intantum ut omnia arbitraretur ut sterco, ut Christum lucrifaceret. Multi (ut arbitror) hanc de qua loquimur promissionem terram per meritum possident, qui illuc arcam suam iuxta Pauli similitudinem introducere non ualent, eo quod adhuc aliquos de interna illa affectionum suarum familia extra hanc terram per desiderium retinent. Sed cum hac omnis Habreorum turba Iordanem transierit, cum & ipsa foederis arca in terram promissionis subintroducta fuerit, quid quae iam oberit cursum suum repetere, & iuxta morem in al

2. Cor. 12.

ueum suum refluere: dummodo congrua utilitatis, iustaque necessitatis ripas non excedat: dummodo aequitatis modestaque alueum sequens ad superfluae libertatis campum non effluat? Quid enim est Habreorum turbam Iordanis alueum transisse: nisi caelestia desideria & ad futuram gloriam tendentia carnis appetitum eo usque perdomuisse: quo iam ulterius non possit ea irretire uel impedire? Et quidem antequam populus Domini cum Domini arca transcat, ne eorum transitum Iordanis unda praepeccat, necesse est eius decursum coercere, & carnis impetum frangere, & animum saepe etiam a necessaria concupiscentia auertere. Nunquam enim humanus affectus ad aeternitatis desiderium perfecte inflammatur, nunquam humanus intellectus ad aeternorum contemplationem plenè acuitur, nisi carnis cura in rebus etiam licitis multumque necessarijs frequenter fortiterque repellatur. Eo usque ergo oportet corpus castigare, & in seruitutem redigere, donec ulterius iam non possit meritorum profectum ullatenus impedire. Sed postquam praeteruentem turbam arcamque comitantem transmiserit, in quantum spiritualibus exercitijs obuiare non poterit, utilitatis suae alueum sequi cuique licebit. Hinc est quod multos saepe iam uidimus mira prius abstinentia corpus afflixisse, morbosque graues, imo incurabiles incurrisse, eosdemque ipsos post edomitam concupiscentiam, post acceptam diuinitus gratiam, rigoris pristini frena laxare, & corpori suo in cibo, & potu, in somno, & uestitu, multo amplius quam custodita sanitas postulasset indulgere. Nam hoc saepe spiritualibus studijs militat, quod uir plenus gratia corporis uires in quantum utiliter potest custodit, aut reparat. Cauere tamen debet qui sibi iam secundum hanc licentiam indulget, ne aquas nimis relaxet, ne utilitatis suae alueum deserant, modestique ripas excedant, fluant saltem ut ante consueuerant, de quibus scriptum est, quod aluei sui ripas impleuerant. Hoc (ut arbitror) soli illi bene facere nouerunt qui iam ea quae sursum sunt sapiunt, qui caelestium dulcedinem iam degustauerunt, qui terrena fastidiunt, qui arcam suam in illam promissionis terram iam introduxerunt. Non potest (ut arbitror) ad perfectum exteriorum bonorum fastigium pertingere, qui interiorum bonorum dulcedinem nondum meruit gustando sentire. Puto quia propheta nisi prius gustasset quam suavis est Dominus, & quam magna multitudo dulcedinis domus eius, puto quia nisi hoc per experimentum didicisset, illud omnino ex sententia dicere non posset. Reuinit consolari anima mea. Ne ergo semper necesse sit Iordanis cursum cohibere, oportet arcam nostram in eius ueteriora transponere: sed nec illud licet, nisi possumus omnem illam uotorum nostrorum turbam praemittere.

Quid sit, Habreorum turbam transisse Iordanem.

Psal. 76.

Quod



Quod semper oportet. per contemplationis studium praevidere quo debeamus per desiderium tendere. Cap. VII.

Debet sane haec arca nec ubique sequi, nec semper praemitti. In loco horrois & uastae solitudinis turbam praecedat, in terram promissionis ingredienti turbam succedat. Praecedat ad nostra, subsequatur ad diuina. Citra Iordanem, quae pertinent ad nos, ultra Iordanem, quae sunt supra nos. Hic iubemur discutere, & approbare, & postea tenere: Omnia (inquit Apostolus) probate, quod bonum est, tenete. Illic praecipimur credere, ut quandoque mereamur & intelligere: Nisi credideritis, inquit, non intelligetis. Debemus ergo quoadiu adhuc in deserto sumus, quamdiu per heremum iter agimus, arcam nostram ante nos praemittere, & subtiliter prauidere, quo debeat uirtutum familia per studium, uel per desiderium subsequendo tendere: Ut possitis, inquit dominus, uide, & nosse per quam uiam ingrediamini, quia prius non ambulastis per eam. Hinc illud Sapietis sententiae concinit, cum dicit: Et palpebrae praecedant gressus tuos. Sed ad illa quae ultra Iordanem sunt, quae sensum nostrum excedunt, melius nitimur desiderio, quam studio, affectu, quam intellectu, eo quod iubemur turbam non arcam praemittere, meliusque sit in hac parte multum desiderare, quam multum discutere, ut illac mereamur introducti, quo non ualeamus uirtute irrumpere. (Qui enim scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria.) Illic ergo praecedat, ut uiam ostendat.

De gemina imperfectione quas semper oportet praeculis habere. Cap. IX.

Sed nec illud quidem sermo diuinus uoluit tacite praeterire, quanto uia spacio debeat subsequente turbam praecire. Sic, inquit, inter arcam spaciū cubitorum duum milliū. Vis scire quid sit arcam cum turba esse, uel quid arcam turbam praecire? Cum quales per facta, uel desideria sumus, diligenti contemplatione attendimus, arcam nostram nobiscum, & quasi praesentem habemus. Cum uero quales nos esse oporteat, subtiliter aspiciamus, intelligentiae nostrae arcam ante faciem nostram praemittimus, ut quo tendere necesse sit non ignoremus. Quis quaso gloriari potest, uel totum facere quod uiliter facere potest, uel totum posse quod fieri oporteret si fieri potuisset? Sicut enim nec totum uolunt, quod ualent, sic nec totum ualent, quod debent. Ergo ulterior est facultas, quam uoluntas, & necessitas longe remotior, quam facultas. Praemittamus ergo arcam nostram, non solum usque ad considerationem nostrae possibilitatis: sed etiam usque ad speculationem necessariae utilitatis, ut attendamus, non solum quid melius facere possemus, quam facimus, uerum etiam quid melius fieri oporteret, quam

possumus. Quasi ergo cubitos mille arcam suam ante faciem suam praemittit, qui diligenter attendit, qui frequenter aspicit, ubi per meritum esse potuisset, si de possibilibus sibi nihil negligeret. Sed usque ad duo millia cubitorum ulterius progreditur, qui non solum frequenter, sed penes indefinenter contemplatur, quam innumera non faciat, & quam innumera etiam non facere ualeat, quae fieri oporteret si ad illa adimplenda sua uirtus non succumberet. Cum aliquid fortiter agere uolumus, cubitum nostrum extendimus, & ideo recte per cubitos, uirtutum exercitia intelligimus. Millenarius perfectionem significare solet: quia maiorem numerum nostra computatio non habet. Duo ergo millia cubitorum (ut arbitror) geminam perfectionem designare uidentur, integritatem uidelicet uoluntatis, & plenitudinem fortitudinis. Sed quis quis necdum totum ualeat, quod debet, sed nec totum quidem complet quod ualeat, utraq; perfectione caret. Quid ergo est intelligentiae suae arcam, usque ad duo millia cubitos ante seipsam praemittere, nisi prudenter prauidere quantum sibi desit de gemina perfectione, quarum neutrum necdum potest adimplere? Vitam utique dicam quod sentio, illum solum hoc dominicum praecipium implese puto, solum illum inquam existimo, arcam suam de duobus milibus cubitis praemisisse, qui seipsum indicat geminae perfectionis, nec saltem exordia hucusque apprehendisse. Nam si uel unum quidem cubitum de tanto spacio, ambulando, accedendo, prope rando, praecideret, & consummata perfectionis, saltem sibi primordia arrogasset, duobus milibus cubitis retro post arcam seipsum remanere non uidisset. O uirum perfectum, summaque humilitate fundatum, qui semper potest & festinando proficere, & proficendo festinare, & hanc sibi semper humilitatem seruare, ut semper in bono proficiat, & tamen semper nec perfectionis initia habere se credat. Grade spectaculum uidere arcam praecedendo festinare, conspiciere turbam subsequendo accelerare, & sepe tamen tanta interfectionis modum adinuicem custodire. Quanto promouetur arca, tanto amplius festinat & turba, & quo turba sequens amplius properat, eo & arca praecedens iter suum accelerat. Sane perfectionis gratiam quanto melius agnoscimus, tanto ardentius & concupiscimus, & quo amplius accendimur ad amorem, eo perfectius illuminamur ad agnitionem. Saepe inueniet uir iustus quo possit eam ante se duobus milibus cubitis elongare, quia in hac uita nunquam possunt in unum concurrere, uel le, posse, & debere. Hoc est futuri temporis, non uiae praesentis. Ibi sane sicut totum uolet quod iuste ualebit, sic totum poterit quod iure debebit. Hic autem & actionem superat agendi facultas, & faciendi possibilitatem excedit debiti necessitas. Constat autem unum ex altero crescere, quia cum crescit nostrum uelle, crescit & posse,

Perfectionis gratia quanto melius agnoscitur, tanto ardentius concupiscitur.

posse, & cum utriusque incremento crescit & debere. Quia quo ardentius bonum appetimus, eo facilius efficiamus, & quo maiora possumus, eo & maiora debemus. Iuxta hunc modum necesse est arcam semper in anteriora procedere, & subsequente turbam post ipsam operari. Parum autem tibi esse debet qui ad terram properas promissionis, quod arcam tuam ante faciem tuam praemittas, nisi iter tuum duobus milibus cubitis praueuiat, & quo sequi debeas ostendat. Satage ergo in perfectionis tuae consideratione & contemplatione, eo usque in ulteriora penetrare, ut ueraciter te credas eius saltem primordia seu per affectum, seu per effectum necdum attingisse.

Exemplum uel forma proposita considerationis. Cap. X.

Uultis audire hominem duobus milibus cubitis post arcam iter legentem, & per se uiae uita nec saltem sibi primordia arrogantem? Dum adhuc, inquit, ordire, succidit me. Non dicit dum adhuc texerem, sed dum adhuc ordire. Quid est ordire, nisi praemeditari, & quid texere, nisi facere? Nempe quid aliud est texenda ordire, & texere ordita, nisi praordinare faciendae, & facere praordinata? Dum adhuc (inquit) ordire, dum adhuc praemeditaret, dum adhuc per meditationem quaererem, quid facere debuisset, & necdum plene potuisset inuenire, misit manum suam & succidit me. Nondum (inquit) aliquid texeram, necdum bonum agere inchoaueram, non licuit mihi ordinate uiae telam incipere, quia cum adhuc ordire succidit me. Fateor quidem, iam bona facere proposueram, iam quomodo fieri possent disponebam, & iam telam meam ex magna parte orditus eram, sed dum adhuc ordire, succidit me, & non potui propositi mei telam, non dicam pertexere, sed nec inchoare. Quas uero uir iste fuit qui de se tam humiliter sentit, qui sibi nec boni saltem primordia arrogat, cum adhuc ordire se credat? Nonne ille tibi adhuc ordire uidetur telam quam cum multis texerat qui diligenter quaesuit ut inueniret, & uideret quid esset uile filijs hominum, quo facto opus est sub sole, numero dierum uiae suae? Nonne & sibi ipse uidetur adhuc ordire, non texere, qui diu studuerat cognoscere rationem quam adhuc quaerit anima sua, nec potuit inuenire? Ecce hoc inueni (dixit Ecclesiastes) Unum & alterum, ut inuenirem rationem quam adhuc quaeris anima mea, & non inueni. Quid boni, quid quaso magni, homo iste crederet se fecisse qui fatetur se quae fuisse, nec tamen inuenisse, quo facto opus esset sub sole numero dierum uiae suae? Constat quia intelligentiae suae arcam ante faciem suam praemiserat, qui quo per desiderium, uel actum sequi deberet quaerebat. Sed reputat ut arbitror desideriorum suorum turbam quasi ocio iam

Ecl. 7.

stare, qui rationem quam quaerebat fatetur se nondum inuenisse. Ah adhuc audire desideras apertius hominem vix sibi boni exordia ascribentem, & quasi duobus milibus cubitis tunc post arcam legentem? Audi ergo quid dicat. Et dixi, nunc caepi, haec mutatio dexterae excelsi. Vix ea dem aliquando (inquit) caepi, quod qui inceperat me credidi, vix sero caepi fieri bonus, de malo, iustus de iniusto. Qualem me inueni, talem me esse pronunciaui, nec puduit imperfectionem meam confiteri, sed dixi, nunc caepi, haec mutatio dexterae excelsi. Non dicit quondam, uel ex tunc, sed nunc. Nec negat se modo caepisse, ne putes eum plus quam duobus milibus cubitis post arcam remansisse. Vix cum quaedam boni exordia tandem apprehendisse se memorat, ut iuxta diuinae institutionis modum arcam suam se subsequi ostendat. Sed ne quis est uel hoc ipsum boni exordium sibi ascribere credat, audiat quid huic sententiae annectat, haec mutatio dexterae excelsi. Non sibi sufficere potuit ut diceret haec mutatio Dei, nisi diceret haec mutatio dexterae excelsi. Ipsum cui noluit hoc opus ascribere, maluit designare ex descriptione. Excelsum dicit qui hoc fecit, & dextera nominauit. Ac si aperte dicat. Ille hoc fortiter fecit qui fortia potenter efficere consueuit. Erat sane in oculis eius admirabile talem de malo ad bonum committere, qualem se meminit quadoque fuisse. Quid quaso ille alius de perfectionis itinere confecisse se credidit, qui omnes iustitias suas panno menstruatae mulieris comparauit? Habemus itaque quomodo debeamus arcam nostram ante faciem nostram ad certam mensuram praemittere, ut quantumcumque properemus, nunquam audeamus de duorum milium cubitorum spacio praesumptuosa existimatione aliquid minuere, arbitantes nos semper uix primordia perfectionis attingisse. Debemus itaque quamdiu in deserto sumus, in arce nostrae prouectionis prouectionis nostrae iter colligere, & quo per bonae conuersationis studium sequi oporteat: alia consideratione praenoscere.

De his quae pertinent ad meditationem uel contemplationem, & quantum ualeant ad uirtutis promotionem talium captus. Cap. XI.

Sed non est eiusdem facilitatis praesentis uiae ordinem disponere, & futurae gloriae aestimare, meritorum qualitatem discutere, & praemiorum eternorum quantitatem pensare. Quae enim in terra sunt difficile aestimabimus, & quae in prospectu sunt inueniemus cum labore, quae in caelis sunt autem quis poterit inuestigare? Inuenire itaque quae in terra sunt, difficile, inuestigare autem quae in caelis sunt, impossibile. Hinc est quod Apostolus monet. Noli, inquit, alium sapere. Merito ergo arca Domini non nisi

Psal. 76.

Rom. 11.

nisi post Hæbreorum introitum in illam promissionis terram introducitur, vt quo nostra intelligentia perferuationis suæ passibus intruere non sinitur, diuina reuelationis manu ductione intrōmittatur. Nec tamen negamus de futura uitæ qualitate nonnulla, imo multa, & magna esse quæ possimus & inuestigando quærere, & ratiocinando inuenire, & argumentando construere. Inuisibilia enim Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Nequaquam ergo negligenda sunt quæ per inuestigationem inueniri possunt, sicut & illa ex nostra uirtute non presumere que nostram intelligentiam, & humanam rationem excedunt. Illa sunt secundum rationem, ista sunt supra rationem. Illa debemus alta perferuatione diligenter inquirere, ista debemus ex diuina reuelatione humiliter expectare. Illa pertinent ad meditationem, ista ad contemplationem. Nūquam animus ad æternorum bonorum desiderium plenè accenditur, nisi qualia, vel quanta sit studiosè præmeditetur. Et sicut nunquam sine ingenti desiderio ad eorum contemplationem subleuari meretur, ita sanè in æternorum concupiscentias sine vehementi studio perfectè non inflamatur. Hinc est quod ante introitum Israel in promissum regnum, exploratores præmittuntur, & tamen nisi post turbæ ingressum arca non introducitur. Quid est enim exploratores ante introitum suum præmittere, & illius terræ in quam festinamus introire qualitatem sagaci perferuatione uelle prænosse, nisi mentis suæ cogitationes cœlestium bonorum exploratrices in inuisibilibus perferuationibus dirigere, & meditationes suas in id operis destinare, vt per inuestigationem inueniat unde possit affectionum suarum turbam in eorum amore uirgere? Præmittamus ergo ante faciem nostram, exploratores nostros, sicut & illi Israelitæ quondam præmiserunt suos: nec semel tantum, sed alios, post alios secundosque post primos. Quoties de futuris bonis speradis, seu pro merendis subtiliter aliquid quærimus, nuncios exploratores ante nos ipsos præmittimus.

*De gemina præmeditatione præmiorum uidelicet & meritorum. Cap. XII.*

Sed aliud est quærere qualia, vel quanta, uel cuiusmodi bona debeamus de meritorum retributione sperare, atque aliud studiosè inuestigare, quibus studijs, vel exercitijs ualebimus ea uitaliter obtinere. Illud est primum, istud uerò secundum. Primum inuestigare bona speranda, secundum bona facienda. Quis enim se ad laborum certamina fortiter accingat, nisi mercedis magnitudinem ex diuina retributione prænoscat? Sed quid proderit æternam retributionem credere, & desiderare, nisi pari studio quærat quis vt agnoscat quibus meritorum studijs possit eam acquirere? Necessè est ergo nuncios

post nuncios præmittere, & exploratores alios post primos dirigere. Primi nuncios sunt exploratores præmiorum, secundi nuncios sunt exploratores meritorum. Illi sunt exploratores retributionum, isti sunt exploratores operum. Sic sanè sunt alij exploratores, qui mittuntur a Moysè, atque alij exploratores illi qui mittuntur a Iosue. Alij sunt quos præmittit domini Propheta, alij sunt quos præmittit domini Athleta. Aliud est officium propheta, aliud est officium Athleta. Propheta officium est prædicere futura. Athleta autem officium est præordinare facienda. Ad illum pertinet prænosse firmiter credenda, ad istum pertinet præmeditari fortiter agenda. Illud est præscientiæ, istud est prouidentie. Illius est præuidere, istius est prouidere. Quid est enim præuidere, nisi exploratio futurorum? Et quid est prouidentia, nisi exploratio faciendorum? Habemus itaque duo genera exploratorum, utrumque negotiosum: utrumque necessarium. Primum uidetur ad Moysen pertinere, secundum uerò ad Iosue. Iuxta hæc itaque similitudinem cogitatum nostrorum, alij debent esse futurorum præuifores, alij faciendorum prouifores, utriusque quidem occultorum exploratores, & ignotorum perferuatatores. Vultis audire hominem de futuris præmeditantem, iuxta similitudinem Moysi, exploratores ante faciem suam præmittentem? *Meditatus sum, inquit, nocte cum corde meo. Nunquid in æternum proijciat Deus, & non apponet, ut complacitor sit adhuc. Aut in finem misericordiam suam abscondet a generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?* Vultis audire hominem de faciendis prouidentem, & ad Iosue similitudinem exploratores ante se destinantem? *Quid, inquit, retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Vultis audire unum de subtilibus exploratoribus, quid explorando inuenit, uel quid ad illam primam prophetæ quæstionem ex sententia responderit? *Absterget, inquit, Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam nō erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quoniam priora transferunt.* Ecce quàm propitium Deum in futuro iste præuidit, de Dauid quærit, an aliquando complacitor sit. Sed ad secundam (ut arbitror) explorationem respicit, quod alias inuenit, unde & dicit: *Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.* Ad primos itaque exploratores pertinet negligenter animis iusta persuadere, ad secundos autem promptos animos, & ad omnia paratos ad agenda instruere. Attède ergo cuiusmodi nuncia exploratores boni de regionibus illis reportare soleant, uel quantum ad erigendos animos ualeant hæc ipsa quæ reportant, & stude alia quærere, & renunciare, ut & tu ualeas in similitudinem concupiscentias audientium animos erigere, uox exploratoris est: *Oportet corruptibile hoc, inducere incorruptionem, & mortale hoc, inducere immor-**

Exploratorum genera duo.

Psal. 76.

Psal. 115.

Apoc. 21.

Psal. 91.

1. Cor. 15.

*Sapient. 3. re immortalitatem. Vox exploratoris est: Fulgebunt uultu, & tanquam scintilla in arundinetis discurrent, iudicabunt nationes, & regnabunt in æternū.*  
*Psal. 30. Vox exploratoris est: Quæ magna multitudo dulcedinis tue domine, quam abscondisti timēibus te.* Nunquid nam patandus est iste explorator egregius terram illam lacte & melle manantem non intrasse, diligenterque uisam perulustrasse, cum intraturis in illam audet tã audacter promittere? *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tue potabis eos.* Nonne in his uerbis in illam exploratorum sententiam concurere uidentur, ubi dicitur: *Intrauimus, inquit, in terram, ad quam misisti nos, quæ uerè fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest?*

*Quomodo speculationi præmiorum oportet uehementius insistere. Cap. XIII.*

Oportet ut arbitror huic explorationi, quæ alia uehementius incumbere, & primæ quam secundæ meditationi frequentius insistere, eo quod facilius sit discernere iusta, quàm persuadere laboriosa. Hinc esse arbitror, quod filij Israel in prima legatione mittunt plures, in secunda autem exploratione mittuntur pauciores. Et merito sanè. Si quidem in prima perferuatione (ut dictum est) fit exploratio præmiorum, in secunda autem exploratione fit perferuatio meritorum. Sed incomparabiliter maiora sunt futuræ beatitudinis præmia, quæ possunt esse qualiacunque merita nostra. Non sunt. n. condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Multi ergo sunt, qui mittuntur primo, pauci autem qui mittuntur secundo. Merito multi mittuntur, ubi multa quæruntur, & ad pauca quærèda, pauci diriguntur. Illic duodecim, hic duos inuenimus. Illic senarius, hic geminatus unus. Uritas a qua senarius inchoat, inchoationem rectè designat, sicut & senarius pro sua perfectione, perfectionem designare cõstat. Quod ergo ibi quæratur est ad perfectionem, non ad inchoationem, quod autem hic inuenitur, uidetur esse ad inchoationem, non autem ad perfectionem. Ibi perfectio nostræ glorificationis, sed hic est, nō nisi quædam inchoatio nostræ iustificationis. In illa glorificatione erit exinanitio omnium malorum, & plenitudo omnium bonorum. Sed in hac nostra iustificatione, nec est plena exterminatio uitiorum, nec perfecta consummatio uirtutum. Ibi plena securitas, perfecta incunditas. Hic nec plena puritas, nec perfecta integritas. Ibi plena securitas, ubi nullum malum timetur. Ibi perfecta incunditas, ubi omne bonum possidetur. Hic nec plena puritas, ubi uitiū relinquitur, hic nec perfecta integritas, ubi infirmitas dominatur. Ibi ergo ex gemina perfectione securitatis, & incunditatis una beatitudo cõsummat, vt senarius duplicetur, & duodenarius perficiatur. Hic ex gemina imperfectione

puritatis, & integritatis nostra iustificatio inchoat, ut ex geminatione unitatis in duodenarius consummationem uterque senarius perfectionis suæ exordium capiat. Rectè ergo in illa legatione, duodecim exploratores mittuntur, ubi gemina perfectionis beatitudo per inuestigationem quæratur. Rectè duo in ea delegatione diriguntur, ubi perfecta iustificationis mix quædam exordia inueniuntur. Denique duodecim sunt (si bene memini) qui mittuntur in prima exploratione, & duodecim sunt, quæ uentur explorare. Sed & duo sunt, qui in secunda exploratione mittuntur, & duo sunt quæ perferuari præcipiuntur. Multa sunt quæ de prima exploratione dici possunt, sed hæc ut dignè explicentur proprium sintasma requirunt.

*Quod speculatio meritorum in duobus consistat. Cap. XIII.*

Sed ut de secunda latius aliquid dicamus, sufficit in ista exploratione illa sufficere quæ retere quæ ad illam propheticam admonitionem possunt sufficere. *Declina a malo, & fac bonum.* Sufficit (inquã) sollicitè prouidere, quàm cautè mala caueamus, quàm discretè bona perficiamus. Alia est præmeditatio in cauendis malis, alia præmeditatio in complendis bonis. Sed licet utraque sit alia, nulla tamen debet esse sine altera. Simul eant, simul currant, sibi que inimicem succurrant, & sine adiutorio alterutro negotium suum nūquam plenè expleant. Hi sunt (ut arbitror) exploratores duo prouida cautela a malo, prouida solertia in bono, quos debemus ante faciem nostram præmittere, & profectuum nostrorum itinera prætentare. *Ite (ait Iosue) & considerate terram, & urbem Iericho.* Considerate (inquit) terram regionumque qualitatem, diligenter inquirite locorum opportunitatem, ut prænoscamus quo in loco opportunius possimus castra figere, ubi necessitatis articulo expediat declinare, unde oporteat quotidianis uisibus necessaria perere. Considerate ergo, & inquirite quæque utilia, quæque opportuna, & uisibus necessaria. Considerate autem non solū bona, sed & mala, commoda & incommoda, munimenta & pericula. Considerate ergo terram, & urbem Iericho. Considerate urbem, munitionum firmitatē, hostiumque multitudinem, ut scire possimus quomodo oporteat obfidionem ordinare, qualiter oppugnare, cõtra quales bellum agere. Inspicite ergo terram, & urbem. Inspicite terram quam Deus fecit, & urbem quæ humana inuentio instituit. Discutite bonum quod Deus creauit ad bonum nostrum, & malum quod homo inuenit, in malum suum. Considerate terram & urbem, naturam & consuetudinem. Distinguite bonum creationis, & malum corruptionis, bonum conditionis, & malum consuetudinis. Si naturæ bonum cognoscerimus, scimus quid excolere, quid nutrire, quid

Psal. 36.

Iosue. 2.

quid multiplicare debeamus. Si morum nostrorum malum perspicimus, quos hostes cauere, quos aduersarios oppugnare, quales inimicos interficere oporteat non dubitamus. Ecce quales exploratores debemus ante ingressum nostrorum præmittere, ut sciamus contra quæ mala cauenda, & ad quæ bona agenda debeamus vigilare. Qui tales exploratores ante faciem suam præmittit, errorum deuia minimè formidabit.

*Quid sit meditationis, & quid sit contemplationis. Cap. XV.*

**S**ed ille nirtutum exercitus securè incedit, sibi que de viq̄ certitudine nihil diffidit, quem exploratorum sagacitas instruit, & arce ordinata antecessio in suo itinere dirigit. Parum nobis sit ante hæbreorum turbam exploratores dirigere faciamus & arcam nostram post exploratorum uestigia faciem nostram præcedere. Primum est faciendorum rationem meditationum nostrarum exploratione perquirere & inuenire, & postea tandem oportet in contemplationem adducere, ut possimus notam & promptam, & familiarem habere. Contemplatio pertinet ad arcæ euectionem, sicut meditatio ad explorationem. Aliud est contemplationis, aliud est meditationis. Meditationis est percutari occulta, contemplationis est admirari perspicua. Siquidem meditatio est occultæ veritatis studiosa inuestigatio. Contemplatio est perspicuæ veritatis iucunda admiratio. Quæ autem occulta sunt, solènt ad manifestationem prodire, modo ex propria meditatione, modo ex diuina reuelatione. Vbi ergo reuelationis gratiam præsentem habemus, meditationis officio non egemus. Vbi autem diuina reuelatio defuerit, mēs humana (nec mirum) ad meditationis studium ex necessitate recurrit, & quasi ad exploratorum officia refugit. Sed quicquid mens humana morum instructione poterit meditationum exploratione cognoscere, debet iterum in cōtemplationem adducere, & in eorū certitudinem, & desiderium animum roborare. Sed cum meditationis adinuentio in contemplationem adducitur, quid aliud quàm via prius explorata ad arcæ euectionem repetitur, ut uirtutum turma absque deniationis suspicione securè subsequatur? Per meditationem itaque agitur, ut quicquid utiliter fieri debeat non ignoretur. Sed & contemplatio illud efficere solet, ut adinuenta ueritas memoriæ tenacius inhæreat, & desiderium acrius inflammet. Per meditationem ergo ad bonum instruimur, & per contemplationem in bono solidamur. Hæc est ratio ut arbitror cur debeamus profectuum nostrorum viam, & meditationis exploratione, & intellectualis arcæ processione præterant.

Discrimē inter meditationem & contemplationem.

## TRACTATUS TERTIVS.

*Hucusque de boni promotione, adhinc de eiusdem confirmatione. Cap. I.*



**B**iber & illud considerare quid sit quod Dominus iubet de Iordanis medio, de loco ubi steterunt sacerdotum pedes, lapides colligere, & in loco castrorum ponere, & alios vndeunque collectos in priori loco reponere. Quæramus ergo quis ille sit locus, quo sacerdotum pedes tempore faciendi miraculi subsistunt, vel quo itidem loco post celebratum miraculū castra figēda sunt. Quis dubitet supra humanam virtutem esse Iordanem retroire, & aquarum congeriem in vnam molem consurgere? Quis quæso nisi mente excidat, tam stupendum miraculum de sua virtute præsumat? Vbi ergo debet animus sub tantæ rei expectatione spem suam figere, nisi in fiducia diuinæ magnificentiæ? Tunc stationis locus & magnæ securitatis, præsumptio de adiutorio diuinæ pietatis. Sed est alius locus loco huic valde dissimilis, subreptio videlicet diffidentia, & desperationis. Locus sane horridus, plenus timoris, plenus solitudinis, & qualè denique decet castris munire, vallo cingere, excubijs circumdare, eo quòd nō sit tutum propter imminentiā pericula in vteriora procedere. Illam primum tempore diuinæ visitationis, istum autem tempore probationis incurrimus. Soler enim diuinæ pietatis dispensatio hominem cum sua visitatione cōfortare, & iterum vario tentationum genere probare. *Visitatio* (inquit Iob) *eum diluculo, & subito probas illum.* Ecce duos locos assignauimus, unum confidentiæ, alterum diffidentia, vnum quo solent diuina miracula contingere, alterum quo oportet castra figere. Qui confidunt in domino mutantur fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, current, & non deficient. Nonne totū supra hominem est fortitudinem mutare, iuxta aquilæ similitudinem uolare, currere, & non deficere? Sed hoc tamen soli ipsi possunt qui de Domini pietate, non de sua fortitudine præsumunt. Sic Petrus super undas currere potuit quàm diu confidentiæ locum spei pede tenuit. Sed postquàm cœpit hunc suæ securitatis locum deserere, non potuit eum unda in superioribus suis amplius librare. Vides quomodo ventus validus superueniens de loco confidentiæ ad locum eum diffidentia deiecit, eo quòd dominus iuxta morem suum visitasset eum diluculo, & subito probasset illum. Sic filij Israel post factum, visumque miraculum, venerunt ad locum castrorum.

*De confirmatione mentis in bono & obduratione mentis in malo. Cap. II.*

**A**signauimus differentiam locorum, videamus & duo genera lapidū. Puto esse vnum

## De exterminatione mali, & promotione boni.

**v**num genus lapidum bonorum, puto esse & aliud malorum lapidum. Ad lapides bonos pertinet qualibet mentis confirmatio in bono. ad lapides autem malos, qualibet mentis obdurtio in malo. Quid tibi videtur? Soliditas, stabilitas, firmitas, grauitas, & multa in hunc modū, nonne tibi videntur quandam in se lapidum similitudinem trahere, & pro similitudinis iure sibi tale nomen iustè vendicare? Quid dicimus de cordis duritia, tenacia, vel obstinantiā, quid de asperitate, austeritate, & crudelitate? Nonne sibi lapidis nomen defendunt quæ in se lapidū similitudinem trahunt? Sed priores illi pertinent ad lapides bonos, sicut & isti posteriores ad lapides malos. Sed puto non esse eiusdem facultatis bonos vel malos lapides inuenire, eo quòd difficilius sit bonos lapides quam malorum copiam reperire. Omne enim preciosum rarum. Boni ergo colliguntur de medio Iordanis, mali autem de quibuscunq̄ locis. De illis scriptura, ubi eos quærere vel inuenire oportet, manifestè designat. De his autem adinuentiois locum determinare quasi superfluum iudicat.

*De malo presumptionis seu desperationis. Cap. III.*

Cur iubemur bonos lapides, in malo loco reponere, & contra.

**S**ed illud videtur mirum: magna que admiratione dignum, quod iubemur bonos lapides de bono loco collectos in malo loco reponere, malos autem lapides vndeunque collectos in bono loco aggregare. Locus bonus presumptionis confidentiæ, locus malus desperationis diffidentia. Sed tamen debemus in loco confidentiæ congregare lapides malos, & in loco diffidentia congregare lapides bonos. In die bonorum ne immemor sis malorum, & congregasti lapides malos in loco bono, & in die malorum ne immemor sis bonorum, & congregasti lapides bonos in loco malo. Quid enim est lapides bonos de medio Iordanis (de loco videlicet facti prodigij) colligere, nisi statum mentis qualis tempore diuinæ visitationis fuerit diligenter retractare, & cuius firmitatis secundum vnamquamque virtutem extiterit subtiliter inuestigare: memoriæque commendando quasi quendam testimonij tumulum erigere: Sed nunquàm talium lapidum copiam habemus, nisi prius diuinæ visitationis, & inspirationis gratiam acceperimus. Testatur hoc qui dicit, sine me nihil potestis facere, ergo nec lapides bonos est vspiam colligere: nisi ex eius operatione. Sed malorum lapidum innumeram multitudinem facile inuenimus, quos ex tota vita nostra copiosè & ad manum colligimus. Quid ergo opus fuit horum locum designare quos vbetim possumus vndeunque congregare? Cogiter ergo quisque cuius duritiei, cuius obstinantiæ fuerit, quoties eum diuina gratia deseruit, sibi que ipsi reliquit: & hoc factum.

Richardi S. Victoris. Pars I.

**A**ciens malorum lapidum tumulum erexit. In hunc itaque modum possumus tumulos erigere: & diuersos è diuerso constituere, hinc vnum de lapidibus bonis, illinc alium de lapidibus malis. Bonorum lapidum sibi congeriem instituit qui dicit. *In æternum non obliuiscar iniustificationes tuas, quia in ipsis iustificasti me.* Malorum lapidum tumulum erexerat cum dicebat. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.*

*Quomodo ex malorum nostrorum recordatione oporteat presumptionem reprimere. Cap. IIII.*

**S**ic & tu cum locum confidentiæ teipsum tenere præsenferis, & meritis tuis aliora presumere perspexeris, memento statim quid aliquando fueris, & ad malorum lapidum congeriem oculos reflectens teipsum in humilitate custodis. Bonum est sanè presumere, non de tua tamen fortitudine, sed de Domini pietate. Ad hoc malorum lapidum in loco bono congregatio cuique valeat, ut per malorum suorum memoriam nunquam de suis viuis presumat. Ut ergo discat vnusquisque presumere, non de seipso, sed de Domino, semper sibi in presumptionis loco occurrat malorum suorum recordatio: illa sanè presumptionis fiducia Dominum placat, & magnalia impetrat quam humilitas commendat. Qui confidit in Domino sicut mons Syon. Sic econtrario abominabilis est illa presumptionum fiducia quam generat superbia. Non enim saluatur rex per multam virtutem suam, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Maledictus ergo, homo qui confidit, in homine, exponit catenam brachium suum: erit enim sicut mirice in deserto, & non saturabitur cum venerit ætas, quàm utilis ergo (putamus) erit in huiusmodi loco illam quam præscripsimus malorum lapidum congregatio, vitorumque recordatio, quæ nos poterit custodire ab hoc execrabili superbiæ typo, & protegere ab huiusmodi maledicto.

*Quomodo ex bonorum nostrorum recordatione oporteat desperationem repellere. Cap. V.*

**S**ic sanè periculo imminente, tentatione superueniente, cum præsenferis animum tuum desperatione tangi, & ad diffidentia locum deijci, & ad præfinitum castrorum locum deuolui, debes bonorum lapidum tumulum præsentem habere, & ad uirtutum præteritarum memoriam oculos reflectere, & ex earum recordatione spei tuæ fiduciam reformare. Sic Iob rebus nudarus, filijs viduatus, Iob. 29.

B vlcere



vlcere percussus, cum se in loco castrorum deprehensum cerneat, & desperationis malo se pulsari praesentiret, ut diffidentiae malum temperaret, ad bonorum lapidum acervum recurrat, & ex bonorum recordatione castra sua undique munit, & desperationis insultus fortiter repellit, cum dicit: Oculus fui caeco, & pes claudus, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligenter inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & dentibus illius auferebam praedam. Sic & Ezechias sub necessitatis articulo ad huiusmodi lapidum munimina recurrerebat, cum de uita diffideret, & ex bonorum actuum suorum representatione, domini misericordiam prouocabat, precumque suarum obtentu, diffidentiae pericula propulsa: *Memorato*, inquit, *domine quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Debemus itaque; & nos proptum, & familiare haberi sub omni temptatione, antea bonorum memoria praesentem tenere, & cum hanc consuetudinem in continuum usum duxerimus, quasi lapides bonos, & iuxta diuinum documentum electos in loco castrorum collocauimus. Nihil enim aliud est electos lapides in unum locum congregare, nisi diuinam confirmationis, & corroborationis qualitates diligenter retrahere, memoriaeque commendare, & nihil aliud est eos in loco castrorum fixisse, nisi huiusmodi memoriam in omni temptationis articulo firmiter aduenire.

Esa. 38.

De duodecim principalibus uirtutibus in quibus solidandus est animus. Cap. VI.

Hos autem de medio Iordanis alueo per Dei uirtutem siccato, & ad numerum duodecim tribuum colligimus, quando statum mentis nostrae, qualis sub diuina uisitationis tempore fuerit, diligenter discutimus, & quales tunc temporis in unaquaque principalium uirtutum, iuxta aliquid fuerimus, subtiliter exquirimus. Hoc est enim singulos de singulis tribubus, homines suum lapidem tollere, quantae firmitatis, iuxta aliquid ad singulas uirtutes per aspirationis gratiam aliquando extiterit, ueraciter inuenisse. Quid autem de duodecim filiis Iacob sentiamus, ex quibus originem trahunt haec duodecim tribus, alio loco iam diximus. Per Ruben & Symeonem, intelligimus timorem, & compunctionem; per Leui, spem; per Iudam, charitatem; per Isacar, iucunditatem; per Zabulon, seueritatem; in Gad, intelligitur abstinentia; in Aser, patientia; in Dan, & Neptalim circumspectio, & speculatio; in Ioseph, & Benjamin discretio, & inuisibilem contemplatio. Horum autem rationem hoc loco ostendere iam uolumus, de quibus quod nobis rectius uidebatur aliam iam diximus. Sed qui ex tali sobole semen suum in duodecim tribubus multipli-

Per duodecim lapides in Iordane collectos, quoniam uirtutes intelligantur.

catum esse confidit, discat quales lapides de medio Iordanis tollere debuerit, cum hanc uirtutum progeniem usque ad eius transitum promouerit. Recolat ergo quid roboris, quid fortitudinis, uel firmitatis, ad diuinam aspirationis afflatum se senserit hausisse, & hoc est lapides electos de loco determinato tulisse. Sed ut per singulos de singulis tribubus homines haec lapidum electio fiat, hanc considerationis suae operam per singulas quas distinximus uirtutes exerceat: & lapidum suorum numerum usque in duodena Iordanis conuersionem hoc dominicum preceptum implere, cogitet inquam sub tempore diuinae uisitationis cuius uigoris fuerit iuxta aliquid in unaquolibet uirtute. Cogitet quanta soliditas tunc temporis ei fuerit in timore, quanta grauitas in compunctione, quanta stabilitas in spe, quanta integritas in caritate, quanta maturitas in iucunditate, quanta asperitas in seueritate. Cogitet quam austerus fuerit in abstinentia, quam robustus in patientia, quam sollicitus in circumspeditione, quam assiduus in speculatione, quam certus in discretionem, quam quietus in contemplatione. Cum autem haec omnia plenè perspexerit, memoriaeque madauerit: tumulum qualem oportuit, erexit. In finitum negotij esset, & quod nemo omnino explere potuisset, si iuberet dominus omnes de omnibus tribubus lapidem suum tollere, eo quod nemo sufficeret seipsum dignè pensare, qualis sit ad omnia, non dicam in omni, sed una solummodo qualibet uirtute. Sufficit ergo unum aliquod preclarum & insigne astus sui desiderium per omnes has quas determinauimus uirtutes segregare, talisque memoriae usum firmare: & in eiusmodi recordatione sub omni diffidentiae periculo contra desperationis malum pugnare. Facile enim animum suum quantumlibet deiectum: quantumlibet tetatione pulsatum, ad spem diuinæ uisitationis, statumque confidentiae reparat: quae qualis aliquando ex diuina operatione fuerit, ad memoriam reuocat. Omnino, & absque dubio libenter se exercet in tali studio, cui datum est nosse quid ualeat, uel quod uilis sit haec huiusmodi lapidum studiosa collectio.

De soliditate timoris. Cap. XII.

Quam uilem quae so putamus illum lapidem quem primo loco posuimus soliditatem uidelicet timoris per quem mens fundatur in solido humilitatis. Quantum autem ualeat, dominica illa sententia probat quae dicit. *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremementem sermones meos?* Hic est lapis offensionis, & petra scandalum, nisi forte dubites hunc esse lapidem quem reproba uerunt aedificantes, & factus est in caput anguli. Superbae etenim mentes, & suam iustitiam statuere uolentes, nil solent molestius pati: nihil

Primus lapis timor domini.

Esa. 66.

nihil amplius indignari, quam apparere de specti, & uiles uideri.

De grauitate compunctionis. Cap. VIII.

Secundus grauitas compunctionis. Hiero. 9.

Sed & secundum lapidem, qui dictus est grauitas compunctionis, apud Hieremiam putato posse reperiri, qui petiuit capiti suo aquas ut lugeat interfectos populi sui, & datum ei non dubito ab eo qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupes in fontem aquarum. Hanc eandem petram apud Petrum inueniri posse, eo quod tactus dolore cordis intrinsecus egressus sit foras, & fleuit amare, percutiens bis filicem, & egressae sunt aquae largissimae, & factum est irriguum superius, & irriguum inferius.

De spei longanimitate. Cap. IX.

Tertius, spei longanimitas.

Tertiam petram, quae est longanimitas spei, apud Iob non dubito posse reperiri, de qua sibi fundebat riuos olei, unde & lenibat dolores corporis sui. Sperabat enim usque ad mane inter tot damna, dolorumque; vulnera, nunquam exhaustus oleo spei suae, nusquam diffidens de unctioe diuinæ misericordiae, *Etiamsi occiderit me, inquiens, in ipso sperabo.*

Iob 13.

De charitatis integritate. Cap. X.

Quartus, integritas charitatis. Marc. 16.

Quartam itidem apud Petrum, petram inuenio, cui dictum esse non dubitamus a domino. *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam*, eo quod diligeret Christum domini ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex tota mente sua, ueraciter agnoscens, quod ipse esset Christus filius Dei uiui. Vbi obsecro, inuenitur charitatis integritas si eam apud Petrum non reperias, qui coram domino inspectore audeat profiteri, & dicere, domine tu scis quia amo te.

De maturitate iucunditatis. Cap. XI.

Quintus, maturitas iucunditatis. Psal. 88.

Quintam autem petram apud populum illum esse dubitare quis audeat, quem propheta domini inter cetera prophetia dogmata beatificat? *Beatus*, inquit, *populus qui scit iubilationem.* Beatos utique esse quis neget, quos dominus cibauit adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Iucunditatem etenim, & exultationem thesaurizauit super eos. An immoderata uertis (ut arbitror) quale sit etiam hunc lapidem inter ceteros possidere, qui fluit iucunditatis melle, & satiat intrantem in gaudium domini sui interna dulcedine. Quale, quae so, erit quoties opportunum fuerit de petra melle saturari, & de torrente uoluptatis in uia bibere, & inebriari: Hic est quintus ille (ut dictum est) lapis, qui dictus est maturitas iucunditatis. Nil ergo leuitatis habeat, nil ei caducum, nil carnale fat

Richardi S. Vict. Pars I.

piat, ad magnam autem maturitatis grauitatem, animum componat, qui solum hoc esurit, & sinit, quod de hoc lapide manat.

De asperitate seueritatis. Cap. XII.

Sextus, asperitas seueritatis.

Sed ille (ut arbitror) dimicabat in lapide sexto, cui dictum est a domino: *Ecce dedi faciem tuam ualentiorum faciebus eorum, & frontem tuam duriorum frontibus eorum, ut adamantem, & ut filicem dedi faciem tuam.* Conterebat ergo Hieremias exasperatam domum Israel in adamante, & filice, eo quod esset attenta fronte, & duro corde, itansque in porta domini, annuntiabat eis scelera eorum, uerba eorum non timens, nec uultus eorum. Hic lapidem tenet in manibus rex ille fortis, & potens in praelio, in quo deiectus est fortis armatus, & uir bellicosus ab adolescentia sua. Praegualuit enim Dauid in Philistaeum in funda, & lapide in nomine domini. Vides certè qualibus armis ille adolescentulus, & contemptus, & statura pusillus deiecerit Goliath gigantem immanissimum, eo quod doctus esset a domino, doctas habere manus ad praelium, & digitos suos ad bellum. Habebat sane arma non carnalia, sed potentia a Deo ad destructionem munitionum, & erat in eis pugnans, & destruens omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigens omnem intellectum in obsequium Christi. Super omnes enim docentes se intellexit, & idcirco fiducialiter annuntiavit iustitiam domini in ecclesia magna, sicut & ipse de seipso de preterito perhibuit, & de futuro promittit: *Annunciavi, inquit, iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo domine, tu scisti.* In promptu itaque habes ulcisci omnem inobedientiam, arguebat elatos, corripiebat inquietos, & in asperitate increpationis lapide, & correptionis asperitate dei ciebat ueritatis aduersarios. Et cum esset uir mitissimus in populo suo, & mansuetissimus: *Memento*, inquit, *domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius*, cum esset inquam tantae mansuetudinis, nihilominus tamen in matutino interficiebat omnes peccatores terrae, ut disperderet de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Psal. 39.

Psal. 131.

De austeritate abstinentiae. Cap. XIII.

Septimus, austeritas abstinentiae.

Septimum lapidem diximus esse austeritatem abstinentiae. In hac petra patet Samson obtulit domino holocaustum, & obtinuit gignere de sterili uirum fortissimum uirorum, ad ignominiam getium, & gloriae plebis suae Israel. Prouidit sane eum tandem aliquandiu pauisse sterilem, & quae non parit, & ulterius noluit (sicut nec debuit) debitor esse carnis, ut secundum carnem uiueret, sed castigans corpus suum, & in seruitutem redigens, haedinaeque carnes in ab-

B 2 stinentiae

flinens: petra immolans, iusque carniū cū carnibus ipsis accepto cœlitis igne consumēs, fluxa que corporis restringens, noluit de cetero ire post concupiscentias suas. Sicque impetu carnis edomito, impetū spiritus roborauit, qui carnis infirmitate fit fortior.

*De robore patientiæ. Cap. XIII.*

Octauus, robur patientiæ.

**P**ost hos lapides sequitur robur patientiæ, quem lapidem me recolo octauo loco adnumerasse. Ecce lapis fortissimus, omniumque durissimus. Hunc lapidem tenet in manibus cœlestis militiæ signifer ille prothomartyr Stephanus, & factus est ei turris fortitudinis a facie inimici. In hoc lapide lapidum se præmentium sustinuit fortiter iustus, nec timuit lapidatum manus, nec eorum impetum, qui stridentibus dentibus in eum. O lapis fortis & durus, sed dulcedine plenus. O pectus robustissimū, sed pietate plenum. Miraris quilibet audis quomodo in patientia sua possedit animam suam, sed mirari potius debuisses quomodo animus sub tanta persecutionis amaritudine non amiserit dulcedinem suam. Ab inimicis premebatur, & pro inimicis precabatur. Sustinebat fatuitiam humanam, & suspiciebat gloriam diuinam: Ecce, inquit, uideo cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris uirtutis Dei. In terris premebatur, & de cœlis consolabatur. Affligebatur ex illata miseria, afficiebatur ex inolita misericordia, gratulabatur ex inspecta gloria. Ecce sub uno eodemque tempore uidebat inferius unde compateretur, uidebat superius unde iucundaretur. Ecce quomodo de eodem pectore manabat pietas cum iucunditate, iucunditas cum pietate. Ecce quomodo de eodem uase manat oleum cum melle, oleum pietatis cum melle iucunditatis. Quæ quæso est ista in lapide isto olei & mellis impermixta confusio, & inconfusa permixtio? Miror si non miraris, quomodo pugnator fortis sub uno eodemque momento fugebat mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Mira uirtus patientiæ, & quis dignè penset præcium huius petriæ, quæ in tanta copia distillat oleum cum melle? Quanta, quæso, olei & mellis copia inesse deprehenditur, ubi misericordia nulla malitia minuitur, ubi dulcedo nullo dolore attenuatur? Imo mirum in modū creuit ex dolore delectatio, & ex passione compassio. Martyr sanè cum lapidaretur, magis miserebatur inimicis suis, quàm mēbris suis. Postis enim genibus orabat, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Ecce quo ad positionem genuum effusum est oleum, & de cetero uelut oleum effusum factum est nomen suum. Siquidem ad miserationem inimici facta est effusio olei, intantum ut adolefens, qui eminus sedebat, resperfus sit ex odore unguenti. In curuato namque corpore, & inclinato lapide cepit oleum

effluere, & factum est sicut unguentum in capite, & descendit in oram uestimenti eius, qui uestimenta seruabat. Velociter ergo surgens, qui diu federat in tenebris, & in umbra mortis cepit currere in odorem unguentorum. Exultansque ut gigas ad currendam uiam suam, quocumque erat impetus spiritus, illuc gradiebatur, & de cetero factus est Christi bonus odor in omni loco.

*De solitudine circumspeditionis. Cap. XV.*

**N**onam petram inuenio apud Ezechiam, inuenio eam & apud amicum sponsam, sponsaque amicam, cui dicitur in Canticis: Surge amica mea, speciosa mea, & ueni, colūba mea, in foraminibus petriæ, in cauerna maceriæ. Sic & Ezechias ad sponsæ similitudinem quietem eligens, secretumque captans, sedensque in foraminibus petriæ, seu etiam cauerna maceriæ, sicut pullus hyrundinis, sic clamabat, meditabatur ut columba. O quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam, si forte possum euolare in id loci, ubi passer inuenit sibi domum, & turtur nidum ubi reponat pullos suos. Vbi quæso, quicquam tuti reperietur, si in foraminibus huiusmodi petriæ non inuenietur, ubi studiosa præmeditatio quæcunque pericula, antequam eueniant, præuidet, & uentura præueniens, ex præteritis futura colligit, & de dubijs rebus non dubios euētus sepe prænoscat? Quid enim est aliud circumspectio, nisi circumstantium malorum sollicita, sagaxque perscrutatio? Ad hanc pertinet præteritorum malorum retractatio, præsentium consideratio, futurorum præmeditatio, ut secundum nomen suum ueraciter sit circumspectio. Huius assiduitas hominem cautum efficit, & quantum possibile est tutum reddit.

*De assiduitate speculationis. Cap. XVI.*

**D**ecimus lapis dicitur est assiduitas speculationis. Iacob declinans a malo, dansque locum iræ, dum peregrè proficiscitur festinans, ne fuga sua fieret hieme, aut Sabbato, hunc lapidem in itinere inuenit, inuentumque capiti suo supposuit, ne non haberet ubi caput suum reclinaret, dum in uia obdormiret. In hoc lapide in pace, in idipsum obdormit, & requiescit, & in itinere requiem inuenit, quam nec in cubiculis, stratisque purpureis inuenire possunt, qui mollibus uestiuntur, & in domibus regum sunt. Reclinato itaque capite Iacob in hoc lapide, clausisque oculis concupiscentiæ (quos apertos legimus in primo parente) dū in hoc reclinatorio alta quiete sopitur, dum exteriorū omnium libenter obliuiscitur, animus eius ad interiora euigilat, uidetque quæ prius nigilans, & uidens uidere non poterat. Scala usque in cœli porrecta, ante eius oculos erigitur, dominusque innixus

Nonus, sollicitudo circumspeditionis. Cant. 2. Esa. 38.

Decimus lapis, assiduitas speculationis.

innixus scala conspicitur, ut per inuisibile fornam, inuisibilemque figuram, in intellectibili intelligentiam, speculatis animus subleuetur. Felix cui uisibilem scientia fit scala ad inuisibilia cognoscenda. Pulchrum spectaculum uidere huius scalæ scalaria modo congruo, proportionaliterque locata, & usque in summum ordinatæ distinctionis cōtinuatione producta, ut per multiplicem creaturarum differentiam, dignitatumque degradationem ordinatè distinctam, distincteque ordinatam, paulatim se animus ad superiora promoueat, profectionisque gradibus, semper ad altiora conscendat, donec inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea que facta sunt, intellecta conspiciantur, & dominus innixus scalæ uideatur. Quis, quæso, hoc nisi, in hoc reclinatorio dormiēs uideret, quis hoc eui gilas efficeret, ut ascensionis suæ scalam, usque in cœlum protederet, & uisibilem speculationem, speculationem inuisibilem continuaret? Quid quod in hoc ascensionis tramite, angelicæ occurrence alludium, spontè se ingerit, ut humanæ inuestigationi diuina reuelatio occurrat? Itaque uidentur angeli in hac scala nunc ascendere, nunc uerò descendere, & nunc ad summam, nunc ad ima animum erudire, ut in diuinis, & humanis multa, quæ per seipsum non poterat, ex diuina reuelatione cognoscat. Et possent quidè angeli sine scalæ ministerio prodesse sui arbitrio, siue in ima descendere, siue ad summam euolare, nec opus esset diuinæ inspirationi in uilla reuelationum suarum manifestatione uilius corporeæ similitudinis instrumentum querere, nisi uellet nos primo per speculum, & in enigmate, & non statim facie ad faciem uidere. Ascendunt itaque angeli in hac similitudinum scala, atque descendunt, atque alij post alios modo accedunt, modo discedunt, ut dum multiplicium reuelationum alia ingeritur, alia subtrahitur, speculantis animus multiformiter illuminetur, ut quæ simul pro intelligentiæ suæ exiguitate capere non poterat, succederet, & per morarum interualla sigillatim intelligat. Ecce quid inueniunt, qui in hoc lapide obdormiunt. Felices quibus uertitur in scalam, quod alijs solet esse in ruinam. Felices quibus exteriorum scientia fit scala ascensionis, non ruina deiectionis. Felices quibus scientia illa quæ inflat, non est ad inflationem, sed ad inflammationem eius quæ edificat. Felices quibus temporalium pulchritudo fit æternitatis instigatio. Oportet ergo, ut animaduertis caput in lapide reclinare, & in huius speculationis desiderio animum obdurare, & huic studio pertinaciter insistere, qui cupit hanc ascensionis scalam inuenire.

*De certitudine discretionis. Cap. XVII.*

Undecimus, certitudo discretionis.

**C**ertitudinem discretionis undecimum lapidem diximus, quam si diligenter quæ Richardi S. Victoris. Pars I.

rimus, citius apud Paulum inuenimus. Tantū siquidem de discretionis dono confidit, tantum de consilij sui certitudine præsumit, ut fidetè consilium det, ubi dominicum præceptum non habet. *De uirginibus*, inquit, *præceptum domini non habeo, consilium autem do.* Hinc est, quod alijs seipsum in exemplum conuersationis proponit, & uitam suam uiuendi formam sequacibus ostendit, cum dicit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Et rectè sanè eo quod statuerit dominus supra petram pedes suos, & direxit gressus suos. Huiusmodi (ut arbitror) lapidibus uiatorum illorum uia strata erat, de quibus propheta pro admiratione exclamat: *Quæ speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* His (ni fallor) lapidibus magnus ille patriarcha Ioseph, quem princeps populorum constituit dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, ut erudiret principem eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. His (inquam) lapidibus plateas Aegypti rectè creditur strauisse, intantum, ut non haberent filij Israel necesse seruire in luto, & latere omnibus diebus uitæ suæ. Horum adhuc lapidum penuriam propheta sustinebat, & sub magna discretionis inopia laborabat, cum adhuc fixus esset in limo profundi, eo quod nondum sibi constaret rati certitudo consilij, intantum, ut domino proclamaret, & diceret: *Quamdiu ponam consilia in anima mea?* Sed de hoc limo profundo, nunquam plenè emerisset, nisi hanc de qua loquimur petram, tandem aliquando inuenisset: *In petra*, inquit, *exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.* Qui de hoc genere lapidum uia sibi non sternit, nunquam mundè incedit, nunquam stabiles gressus figit. Qui uult ergo firmiter & honestè incedere, debet nil omnino inconsultè agere, & quali debuit lapide cōstat sibi uiam strauisse, & potest securè incedere. Omnia (inquit Sapiens) fac cum consilio, & nunquam pœnitebis.

*De quiete contemplationis. Cap. XVIII.*

**L**apidem duodecimum, omniumque nouissimū inuenire possumus (ut arbitror) apud dominicum sepulchrum. Dicitur est (ut superius est dictum) lapis is tranquillitas contemplationis. De hoc genere lapidum, Ioseph ille ab Arimathia sepulchra sibi incidit, sed Iesus in eo mortuus quieuit, quia quietem, quam prudentia sibi per meditationem quaerit, & per definitionem describit, sapientia per contemplationem inuenit, & per experimentum apprehendit. Semper uera prudentia quaerit, & semper quaerere debet illam, quam Christus docuit pacem, ut non turbetur, neque formidet. Semper studet ubi talem pacem inueniat, semper nititur ut uerā sibi securitatē defendat, sed semper inuenit quod de præterito doleat, quod

Duodecimus, oēs contemplationis.



quod in presenti oppugnet, quod in futurum caueat, atque pertimescat. Potest ergo animus hanc pacem per prudentiam solerter querere, & per meditationem subtiliter inuestigare, nunquam eam tamen nisi per sapientiam, & contemplationis gratiam poterit inuenire. Sed cum ceperit animus per puram intelligentiam semetipsum excedere, & in illam incorporea lucis claritatem totus intrare, & in his quae in intimis uidet quendam intimae suauitatis saporem trahere, & ex eo intelligentiam suam condire, & in sapientiam uertere, intantum in hoc mentis excessu pax illa, quae neque turbatur, neque formidat inuenitur, atque obtinetur, ut fiat silentium in caelo quasi hora dimidia, ita ut contemplantis animus nulla altercantium cogitationum, tum multitudine turbetur: nihil omnino inuenies, uel quod per desiderium petat, uel per fastidium arguat, uel per odium accuset. Ad summam itaque pacem componitur, qui in hoc lapide sepelitur, qui intra contemplationis tractu tranquillitatem totus colligitur, atque concluditur. Neque enim lapis iste sicut ille Iacob soli capiti opponitur, neque sicut ille posterior pedibus substernitur, sed toto corpori coaptatur, atque applicatur. Hic itaque lapis totum corpus ambit, totum includit, & ab omni parte comprehendit, eo quod pax illa, quae omnem sensum exuperat, omnem sensum humanum funditus absorbeat, & in diuinum quendam habitum puriore animae partem felici transfiguratione conuertat. Iacet hic corpus sine sensu & motu in hoc dominico monumento, nihil sensuualitas, nihil agit imaginatio, & omnis inferior uis animae proprio interitum induitur officio. Non enim hoc lapideum monumentum (sicut saxum illud patriarchae Iacob reclinatorium) suscipit corpus uiuum, quamuis sopitum, nec recipit corpus nisi mortificatum. Aliud est dormire, aliud est obire. Aliud spiritum suum torum in seipsum colligere, & aliud est supra se leuare, & seipsum deserere. Aliud est appetitum coercuisse, exteriorumque curam cordi excidisse, atque aliud est ipsum sibi in obliuione uenire. Oportet ergo antequam introire liceat in illud inuicem quietis secretum, & summam tranquillitatis arcanum, oportet inquam ut fiat illa ualde grauis, & uere mirabilis, non dissolutio animae & corporis, sed alia hac multo mirabilior, multoque gloriosior, illa denique, cuius ista est typus, diuisio uidelicet animae & spiritus. Hanc autem in nobis operari solet (sicut testatur Apostolus) uiuus ille Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animae, & spiritus. Quid quaeso uispiam creaturarum hac diuisione mirabilius cernitur, ubi id quod essentialiter unum est, atque indiuiduum in seipsum seinditur, & quod simplex in se, & sine partibus constat, a seipso diuiditur, atque separatur? Neque enim in homine uno alia essentia est

Heb. 4.

A eius spiritus, atque alia eius est anima, sed protus una eademque simpliciisque naturae substantia. Non enim in hoc gemino uocabulo, gemina substantia intelligitur, sed cum ad distinctionem ponitur gemina uis eiusdem essentiae, una superior per spiritum, alia inferior per animam designatur. In hac itaque diuisione anima, & quod animale est in imo remanet, spiritus autem, & quod spirituale est ad summa euolat. Quod corpulentum, atque feculentum quasi corpus mortuum deficit, & recidit in se, & sub se ipsum, quod subtile & defecatum est quasi spiritus efflatus ascendit, & transcendit intra, & ultra semetipsum. O alta quies, o sublimis requies, ubi omne quod humanitus moueri solet, motum omnem amittit, ubi omnis qui tunc est motus diuinitus fit, & in Deum transit. Hic ille spiritus efflatus, & in manus patris commendatus non (ut ille somniator Iacob) scala indiget, ut ad tertium (ne dicam ad primum) caelum euolet. Quid quaeso scala indigeat, quem pater inter manus baiulat, ut ad tertij caeli secreta rapiat, intantum ut gloriatur, & dicat: *Dextera tua suscepit me. Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Non ergo opus hic habet spiritus ille de medio sublati officio scala, nec eget in illa subtilitatis suae ascensione sustentari alicuius corporeae similitudinis adumbratione, ubi uidet faciem ad faciem, non per speculum, & in aenigmate. Mentior si ipsi de seipsis idem non afferunt, qui eiusmodi sunt: *Nos autem omnes, inquit, reuelata facie, gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate, in claritatem, tanquam a domini spiritum.* Vides certe quid agat, & intelligis (ut arbitror) quid ualeat illa diuisio animae, & spiritus, de qua superius iam diximus. Spiritus ab infimis diuiditur, ut ad summa sublimetur. Spiritus ab anima seinditur, ut domino uniatur. Qui enim adharet domino, unus spiritus est. Felix diuisio, & expectabilis separatio, ubi quod passibile, quod corruptibile dignoscitur, suis interim passionibus moritur, usque adeo ut nihil passibilitatis, nihil corruptibilitatis intem sentiat, ubi & illud quod spirituale, quod subtile, usque ad speculationem diuinam glorie sublimatur, & in eadem imaginem transformatur. Pars igitur inferior componitur ad summam pacem, & tranquillitatem, pars autem superior sublimatur ad gloriam, & iucunditatem. Sic faciem Moysi, superiorem sanè corporis partem) a confortio domini glorificatam agnouimus, ita ut non possent filij Israel intendere uultum eius propter claritatem ipsius. Quis (quaeso) digne dicere, quis explicare sufficiat, quid perfectionis in excessu sui glorificatione spiritus acquirat, quamuis peregrinationis suae protelationem, usque in diem tertium non extendat, etiam si silentij moram, usque ad dimidiam horam non producat, licet eat, & redeat in simili-

Psal. 17. et

72.

2. Cor. 3.

similitudinem fulguris coruscantis: Sic Moyses de confortio diuini colloquij, cum clarificato uultu, etiam cornua reportat, ostendens quid uirtutis, quid fortitudinis de eius contubernio contaxerit, qui dat uirtutem, & fortitudinem plebi suae benedictus Deus. Redit ergo tandem, & reuertitur ad se spiritus ille qui longe excesserat supra se, & quod passibile, & corruptibile posuerat, quasi impassibile, & incorruptibile ad prioris status comparisonem resumit, & in nouitate uitae resurgit. Quid tibi uidetur ad illam iniuriam hilarescere, ad obiectam contumeliam non erubescere, de tribulatione gaudere, nonne hoc est in nouitate uitae ambulare, & secundum aliquem modum seipsum impassibilem ostendere, & suis passionibus non subiaceret? Ecce quouique proficiunt qui in hoc

A lapide requiescunt. Multa sunt quae de hac materia dici potuissent, si hoc loco dici debuissent, & moderatè digressionis mensuram non excederent. Puto enim hoc nouissimum genus lapidum omnium esse dignissimum, atque pretiosissimum. Nullum tamen debemus spernere, sed singulos saltem de singulis querere, & in unum congregare. Notandum sanè hoc esse primum opus, quod in terra promissionis fieri praecipitur, ut diuitorum operum aeternum memoriale primo omnium constituatur. Sine hoc enim lapidum cumulo, dominica illa aeternae hereditatis promissio, nunquam fortiter acquiritur, nunquam securè possidetur. Qui enim beneficiorum diuinitus perceptorum, obliuiscitur, ad maiora obtinenda promoueri non meretur.

Tractatus de exterminatione mali, &amp; promotione boni finis.

## RICHARDI SANCTI VICTORIS DE STATU INTERIORIS HOMINIS LIBER.

### PROLOGVS.

**E**ro quidem misus, quod petenti promisi. Sed necessitatis, non uoluntatis uir amantissime fuit, quod prius non feci, quod prius quidem uolui, sed multis occasionibus intercurrentibus, propositumque, praepedientibus iussionem tuam explere non potui. Vnum quod mihi post tam multam promissionis meae procrastinationem uidebatur superesse: statui diuinae dilationis dispendia, saltem uerbiore debiti seruire recompensare. Inter hac amice amici animum libeat perpendere: cui dulce fuit dulcis amici obsequijs diutius inherere, & ut suus labor illius uoluntati (non audeo dicere utilitati) diutius militaret, compendiosum opus ex industria in longum protrahere. Sumpta igitur occasione scribendi, seu etiam regula dicendi ex illis Isaiæ uerbis, quae meo tibi munere exponi postulasti, quaedam de interioris hominis statu diffusius digessi. De ambulantis itaque, non itinerantis more breuis itineris compendia multiplici euagatione protraxi, non locorum amena, sed uerborum profunda, sententiarumque, sublimia curiosa curiositate, & ociosa curiositate perlustrans simul & admirans. Quis enim merito non miretur uetustatis nostrae statum, sub tam compendiosa uerborum breuitate plenè comprehensum? Perpendite obsecro, quam congruo ordine, quam miranda ratione prius uitia, postea peccata mystice describantur, ubi & remediorum contemptus annectitur, in quibus tribus, totius spiritualis corruptionis summa comprehenditur.

Richardi S. Victoris. Pars I.

B 4. III.

*itur. Triplex vitium, triplex peccatum, triplex remedium; impotentia, ignorantia, concupiscentia. Trihaec interioris hominis sunt vitia, quae cum consensum alliciunt, transeunt in peccata. Secundum hoc itaque triplex genus vitiorum est, & triplex genus peccatorum. Alia namque sunt peccata, quae per infirmitatem, alia quae per errorem contrahimus, alia uero quae ex sola peruersa voluntate ultrò committimus. Triplex remedium intelligimus in diuinis institutionibus, in diuinis comminationibus, in diuinis promissionibus. Haec itaque nouem in paucis Isaiæ uerbis hoc eodem ordine, sub summa breuitate comprehenduntur, & miranda ratione ex mystica descriptione designantur, quae suis in locis plenius exponentur. Verè aliquid magnum, uerè aliquid profundum, imò & saluberrimum esse debuit, quod ex ore Dei sonuit, quod de diuino oraculo manauit. Si contemnitur humana, nunquid saltem paruipendenda est doctrina diuina? Cum uerò meae legeris, multaque reprehendenda inueneris, facile mihi apud te veniam impetrabis. Nam si insipiens factus sum, tu me coegisti. Da veniam lector, non ego docere praesumpsi, sed petenti amico satisfacere uolui.*

## TRACTATUS PRIMVS.

## De statu interioris hominis post lapsum. Cap. I.

Ela. r.

**M**ne caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Nouit dominus figmentum suum, nec latere potest summum medicum multiplicitas, seu magnitudo morborum. Ecce describit tibi modum, & magnitudinem morbi, ut scias quid debeas plāgere, quid procurare, unde ipsi supplicare. Omne (inquit) caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis usque ad uerticem nō est in eo sanitas. Ecce mala innata, audi adhuc & alia; vulnus, & liuor, & plaga tumens. Ecce mala illata. Ecce qualia, ecce quanta. Alia innascuntur, alia insiguntur. Alia sunt quae pati mur intrinsecus, alia sunt quae offendimus extrinsecus. Illa generantur ex corruptione propria, ista inferuntur saepe ex insectatione aliena. Languor, mœror, infirmitas, ab intus procedunt. Vulnus, liuor, plaga tumens, de foris adueniunt. Ad cumulum autem malorum sequitur contemptus remediorum, in quo uerè est desperatio ægrotorum. Non est (inquit) circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Ecce quantis malis premimur, ecce qualibus incommodis quotidie urgemur. Disce homo, & si ab homine dedignaris, disce saltem ab eo qui docet hominem scientiam, disce inquam,

A & dole, & desse tantam molestiam, talemque miseriam. Attende & cognosce magnitudinem morbi, ut anxius concupiscas, attentius requiras, ardentius diligas remedia medici. Vide ergo quomodo secundum qualitatem hominis exterioris describitur tibi status hominis interioris, ut per mala exteriora, quae qualia, uel quanta sint, non ignoras, discas quid de interioribus timere debeas. Quis enim non uideat hoc ad literam omnino stare non posse? Nunquid aliquando uisum, uel auditum est omnium capita languere, uel omnium hominum corda mœrere? Omne (inquit) caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Quaedam hic membra hominis exterioris designantur ex nomine, ut cum caput, cor, pedem audimus nominare, ad ea quae oportet de interioribus nosse compellamur ex his ad interiora aliquam similitudinem contrahere.

## De tribus principalibus in homine. Cap. II.

**S**cius autem quia in humano corpore caput tenet summum locum, pesimum, cor, medium & intimum. Caput liberum arbitrium. Cor consilium, pes carnale desiderium. Caput toti corpori supereminet, & liberum arbitrium omni actioni praesidet. Cor medium, & intimum locum tenet, & salubre consilium vix de occulto erui, & in secreto inueniri ualet. Pes in imo iacet, & carnale desiderium per appetitum infimis inheret. Liberum arbitrium praesidet omni actioni,

actioni, imò & appetitui, quia etiā cum male egeris, cum iam foribus peccati affuerit, subter te, tamen erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Quid est erit subter te, nisi sub arbitrio tuo, eo quod quibus appetitus in actum non prodeat sine nutu spontaneo, & consensu voluntario? Consilium quaeritur in secreto, & eruitur ab intimo, eo quod sapientia trahitur de occulto. In imo iacet carnis concupiscentia, quoadi adhaerit pavimento anima mea, quamdiu conglutinatus est in terra ventris noster.

## De dignitate liberi arbitrij. Cap. III. B

**I**nter omnia creationis bona nihil in homine sublimius, nihil dignius libero arbitrio, nihil utilius, nihil occultius salubri consilio, nihil inferius, nihil infirmius carnali desiderio. Quid quaeso in homine sublimius, quid dignius inueniri potest, quam illud in quo ad imaginem Dei creatus est? Habet sanè libertas arbitrij imaginem non solum aeternitatis, sed & diuinae maiestatis. Quatum putamus in hoc incommutabili aeternitati praeter ceteris omnibus liberum arbitrium vicinius accedit, eiusque in se imaginem expressius gerit, quod nulla unquam culpa: nulla demum miseria non dicam destrui, sed nec minui poterit? Vultis & maiestatis similitudinem in ipsa perspicere, & quomodo eius imagine impressa sit euidenter agnoscere? Deus superiorem non habet, nec habere potest, & liberum arbitrium dominum non patitur, nec pati potest, quia violentiam inferre ei nec creatorem decet, nec creatura potest. Totus infernus, totus mundus, totus denique militie caelestis exercitus in vnum concurrat, in hoc vnum concurret, vnus ex libero arbitrio consensus in qualicunque re inuito extorqueri non valet.

## De utilitate consilij. Cap. IIII.

**S**icut hac arbitrij libertate in homine nihil est excellentius, sic & prudenti consilio, consultaque prudentia nihil salubrius. Beatus enim homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri. Preciosior est enim cunctis opibus, & omnia quae desiderantur huic non valent comparari. Nihil autem hoc sapientie dono possidetur utilius, nihil inuenitur difficilius. Est enim thesaurus absconditus in agro, quia (secundum quod dictum est) sapientia trahitur de occulto. Sed quod est hoc occultum, vel quem dicimus hunc esse agrum qui occultat hunc thesaurum? Sapientia enim ubi inuenitur, & quis est locus intelligentiae? Queramus cum Beato Iob locum sapientiae, & intelligentiae, & inueniemus eum cum Salomone. Ego sapientia, inquit, habito in consilio, & eruditus intersum cogitationibus. Queramus ergo eam quae habitat in consilio apud cor nostrum, quod iam diximus

esse consilium. Omni ergo custodia custodi cor tuum, quisquis concupiscas hunc tam desiderabilem thesaurum, ne si nolueris custodire, cogaris cum propheta plangere, & dicere: Cor meum dereliquit me, dolens, & deslens, quod interim non habeas ubi debeas thesaurum hunc quaerere, uel ubi ualeas inuenire. Illos (ut arbitror) cor suum reliquerat, & omne eis consilium exciderat, quibus dominus per increpationem dicebat: Ephraim columba seducta non habens cor, Rectè ergo ipsis dicitur, gens absque consilio, & sine prudentia, utinam saperent, & intelligerent, & nonissima prouiderent. Quanta ergo cautela cor custodiendum est in quo ille thesaurus inuenitur, quo nihil ditius, nihil tutius possidetur? Si enim intrauerit sapientia cor tuum secundum sapientis testimonium, & scientia animae tuae placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te.

## De infirmitate carnalis desiderij. Cap. V.

**S**icut nihil utilius prudenti consilio, sic nihil inferius, nihil infirmius carnali desiderio, eo quod iuxta pedis similitudinem in simum locum teneat, & per delectationem carnis terrenis inhaereat. Quid quaeso infirmius, quid abiecius, quod nec illis qui dem plene resistimus in quibus erubescimus? Quanta quaeso vilitas, quanta ue infirmitas mente quidem consentire legi Dei quia bona est: quotidie tamen uide re aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem in lege peccati? Vides ex his adhuc quam rectè intelligatur per caput, liberum arbitrium, per cor, consilium, per pedem, carnale desiderium?

## De principatu liberi arbitrij. Cap. VI.

**A**capire totum corpus regitur, a corde totum uiuificatur, a pedibus totum circumfertur. Caput totum regit, & liberum arbitrium omnium quae in homine sunt regimen, & moderamen conditionis iure suscepit. Et sicut ex his omnibus quae extra hominem sunt nullum Dominum patitur, sic & his omnibus quae in ipso sunt libertatis suae dignitate principatur. Siquidem & si aliquis motus in homine contra uel praeter hominis uoluntatem surgit, sicut nunquam ei nisi ex arbitrij libertate consentit, sic nunquam nisi ex ipsius permissione in actum prorumpit. Imperat sanè per saepe motui corporis motus sensualitatis, imperat frequenter & animi affectus non solum sensibus, uerum & appetitibus. Nihil tamen horum omnium ad conatus sui exit effectum, nisi ad liberi arbitrij nutum, uoluntariumque consensum. Principatur itaque omnibus liberi arbitrij yltroneus consensus. Quia secundum sapientie documentum, excelso, alius excelsior est, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vnuerse terrarum rex

ra rex imperat feruienti. Vniuersa itaque terra rex iste imperat, quia cum per cetera omnia corporis membra motus omnis ei ad nutū deferuiat, illud etiam quod solum ei pro uoto nō obtemperat, sed in magna saepe contradictione rebellat, potest & praeceptis ab actu refranare, & effrenatum graui ultione percutere, & animositatis eius audaciam forti castigatione frangere, & emollire. Sic itaque nec ipsum eius potestatem plenē effugit quod ei impudenter contradicit, fortiterque resistit. Recte ergo (ut arbitror) capiti assimilatur, quod ceteris omnibus principatur.

*De uirtute uilis consilij. Cap. VII.*

**S**ed idem corpus cor uiuificat quod (re dictū est) caput gubernat. Nam ut (secūdam philosophos) de his aliquid loquar, sicut sedem habet in capite spiritus animalis, & in hepate spiritus naturalis, sic sedem fortitur in corde spiritus uitalis. Et sicut per spiritum animale corpus sensificatur & modificatur, & sicut per spiritum naturalem vegetatur, sic per spiritum uitale uiuificatur. Est itaque omnis sensus, omnisque motus uolūtarius a spiritu animali, uel vegetatio autem a spiritu naturali, uita uero a spiritu uitali. Quod autē est corpus sine uita, hoc est opus sine intentione bona. Quae libet ergo actio (quamuis bona uideatur) quasi mortua iudicatur, nisi per consilium ad intentionem bonam animetur. Sicut uita a corde procedit, & se per omnia membra diffundit, sic & intentio bona de consilio surgit, & uirtutum opera ad meritū ueritatem animare consueuit. Recte igitur per sapientem praecipitur. *Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso uita procedit.* Vita ex ipso procedit quando per consilium intentio deprauata corrigitur. Nam mors potius quam uita ex ipso procedit: quando ex consilio intentio bona deprauatur. Quid enim iuuat bonorum operum prolem gignere, & eam per intentionis deprauationem necare? Et quale (quae so) erit si liberorum nostrorum interfectores conscientia propria nos esse conuincit? Alij in ipso proposito ex mala intentione opera sua corrumpunt, alij post exercitia uirtutum ad oblationem uanae laudis a pristina intentione inanesunt. Quid illi nisi abortiuos foetus faciunt, isti quasi iam natos, seu etiam adultos occidunt. Nonne melius est nō gignere, quam abortiuū facere, satisque utilius prolem non parere, quam uel dormiendo opprimere, uel ex consilio necare? Nonne melius est ut uadam absque liberis, quam immolare filios meos, & filias meas demonijs? Nonne multo felicior est sterilis & quae non parit, quam filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores uiscerum hominum, & deuoratores sanguinis, & auctores pariter animarum in auxiliatarum? Memēto semper quia et si in tuo arbitrio sit uiuentēs

Opus sine bona intentione tantumquam corpus sine uita.

Prover. 4.

**A** occidere, non tamen & aequē in tua potestate est mortuos resuscitare. Solus ille hoc potest qui potēs est de lapidibus suscitare filios Abraham. Sanē ad praeceptum Domini uaticinante filio hominis, ad ossa quae arida in agro inuenta sunt ingressus est spiritus in ea, & uixerunt. Quid quae so intelligitur per ossa arida, ossa sine anima, & mortua, nisi fortia opera sine intentione bona, & ob hoc uirtutum merito uacua, mercedisque retributione frustrata? Veruntamen quae eiusmodi sunt ad Domini iussu spiritum accipiunt, & reuiuiscunt, & ad inspirationis eius gratiam intentione correctā in spem aeternae retributionis reuertuntur. Sed quia intentio ex consilio accipit ut recta & bona sit, quae si de corde spiritus procedit, qui ad corporis uiuificationem exiens per omnia se uirtutum membra diffundit. Recte ergo (ut arbitror) per cor consilium designatur cuius similitudinem imitatur.

Ossa arida, opera fortia sine bona intentione.

*De inquietudine carnalis desiderij. Cap. VIII.*

**S**ed & illud quod de pedibus diximus, quam carnali desiderio iuxta affectum, uel appetitum aptetur facile ostendimus. Sicut enim a pedibus corpus circumfertur, sic a carnali desiderio animus exagitur, atque circumducitur. Dum enim animus carnali desiderio illectus, & abstractus nūc affectum suum, nunc appetitum sequitur, nunquam quietus, nusquam tranquillus esse permittitur. Quamdiu enim uiuit uagus, & profugus super terram, quotidie currit post concupiscentias suas, repletusque multis miserijs nunquam in eodem statu permanet, dum semper nititur uel apprehendere, quod concupiscit, uel effugere quod odit.

*De inquietudine humani affectus. Cap. IX.*

**Q**uis quae so dignē exponere possit quot modis se affectus humanus variare consueuit? Multis modis se uariat, & iuxta unamquamque uariationis suae alternationē permutatur, & penē per innumera impetum suum relaxat, de uno semper in aliud tendens, & unum post aliud fastidians, & ad id quod prius desperat maiori saepe auiditate reuertens. Hinc est quod per Salomonem dicitur: *Lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Recte sanē lustrando uniuersa in circuitu pergere dicitur spiritus, quia (ut iam dictum est) per diuersa rapitur, & multiformiter variatur cordis affectus. Nam quoniam nusquam sufficientem delectationem inuenit, de uno semper in aliud tendit. Nunc hoc, nunc illud amat, nūc hoc, nunc illud desiderat, & quae prius amauerat, iterum despicit, & diu, multumque desiderata iterum fastidit. Sed saepe post fastidium ad abiectas concupiscentias suas audivior

Eccles. 1.

Inquietudo humana affectus quantitas.

**dior** redit, & in hūc modum in circuitu pergit, & cursum suum in circulum flectit. Sic amor, sic timor, sic spes, uel dolor, sic caterorum quilibet affectus per diuersa ducitur, multipliciterque uariatur. Sed per omnes affectionum suarum motus, monitionūque modos animus semper in circulos suos reuertitur, dum circa eandem rem uel similem iterum eodem modo afficitur. Nec illud adeo mirum quod spiritus concitatus, & in unam quamlibet partem impulsus per diuersa rapitur, & per uaria oblectamenta ad satienda desideria fertur, & quasi uniuersam superficiem terrae lustrando ad consuetas, atque antiquas delectationes iterum reuertitur. Sed illud ualde mirabile, dignumque admiratione quod contrarijs saepe & subito flatibus actus, nunc in istam, nunc in oppositam partē agitatur, ita ut quod prius ardentē amauerat, in satiabili postmodum odio persequatur. Est autem hoc elementum quod spiritum, uel aerem nominamus praeter ceteris omnibus elementis mutabilis, uarijsque subiacens passionibus. In momento, in ictu oculi incalcescit, & iterum eadem facilitate refrigescit, intantum ut ab uno ore, & penē sub eodem tempore uel tenuiter exhalatur, uel fortiter impulsus, nūc calidus exeat, nunc frigidus prorumpat. Sic spiritus ille spiritualis, affectuque passibilis facile afficitur, leuique permutatione in contrarias passiones mutatur. Quis nescit quomodo homo ad tenuem spiritantis fauoris auram totus statim inclinatur ad gratiam, & si ex eodem ore, & sub eodem tempore uentus detractionis eruperit, statim affectum in alteram partem flectit, & in odium, & in furorē uertit. Mirabile sanē imo & miserabile, nobilem illam, creaturam ad imaginem Dei creatam, & omni creaturā praelatam ad modicum uerbum, tenuemque flatum, ad linguam sonitum aerisque ictum, a reuerentia suae statu quasi uolenter excuti, mox que mirum in modum huc, illucque raptari, & turbinis more in vertiginem agitari.

*De inquietatione carnalis appetitus. Cap. X.*

**S**ic sanē & appetitus carnis semper in motu, semper in transitu est, & nunquam in eodem statu permanere potest. Accedit, & recedit, crescit, atque decrescit, & sic semper recedit, atque decrescit ut iterum redeat, & crescat, & sic semper redit, & crescit ut iterum recedat, atque decrescat. Veruntamen non eodem discursu, uel pari impulsu appetitus quo & affectus animū exagitat, uel inquietat. Neque enim ad uentorum similitudinem quotidiana permutatione per multiplices discursus uariatur, nec alternis uicibus in contraria contrarijs flatibus agitatur, sed fluminis more impetus sui tractum sequitur, donec desiderij effectum consequatur. Non enim momentaneis alternationibus consuetudinis suae alieum commutat, ut succeden-

**A** tium desideriorum succedenter pōnitate etiā priusquam id quod concupierat apprehendat. Neque enim concupiscentiae suae cursum compefcit, uel in cōtraria diuertit, donec desiderij suum satietur, sicut affectus qui se uarijs qualitatibus per momenta singula indit, & impetus sui flatum sub uno saepe momento in contraria flectit, dum amorem suum sub mira quādoque celeritate in odiū uertit. Aliud est enim, uaria oblectamenta querere, & quasi de loco ad locum transire, & postquam satietus fuerit, alia post alia fastidire, & quasi unum locū post alium deserere, & aliud est cursum suum in cōtraria flectere, & post pronos decursus in montana redire, quod nec aqua potest, nec appetitus solet facere. Currit tamen semper, & trāsit, & semper in idipsum redit, unde & Salomō dicit. *Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant.* Appetitus carnis est abyssus illa magna unde exeunt tot flumina, unde tot surgunt, & tam infinita desideria. Videamus ergo locum unde huiusmodi flumina exeunt, locū quo currēdo perueniunt. Videamus qua currunt, uideamus qua recurrunt, locus unde carnalis appetitus profluuium exit, necessitas. Locus quo tendit, satietas, uia qua transit, uoluptas, uia qua redit, cupiditas. Locus unde excurrit, est defectus nostri detrimentum, locus per quem decurrit, oblectamentum, locus ad quē percurrit, fastidiū, locus per quem recurrit, desiderium. Post multum sanē satietatis suae fastidium, iterum ex magno concupiscentiae suae desiderio omnis appetitus ad locum suum (ut iterum fluat) reuertitur, quia ad renaranda corporis sui detrimenta uoluptatis suae oblectamenta repetere eadem qua prius necessitate urgetur. Et sicut omnis aquarum decursus in superficie terrae, & per uisibiles meatus pertransit, & item per subterraneos inuisibilesque meatus recurrit, sic omnis appetitus per inuisibilem actionem, desiderijque expletionem paulatim expellitur, & iterum occulta quadam naturae operatione, ueritatemque ad insolitos cōsuetudinis suae refluxus reuocatur? Quale quae so, & quā miserum est sub hac vertigine semper agi, & hac tanta inquietationis exagitatione semper inuolui? Quam expetenda, imo quā detestanda sunt illa desideriorum nostrorum oblectamenta quae semper & ex defectu generantur, & in fastidium uertuntur. Sed cur nos dicimus ea in fastidium desinere quae constat semper (scriptura id attestante) in amaritudine cursum suū terminare? *Omnia flumina (ait scriptura) intrant in mare, & mare non redundat.* Scimus quia flumina dulcem faciunt aquam, sicut maria amaram. Quid igitur est flumina intrare in mare nisi omnem delectationem carnalem terminari in amaritudine? Omne ergo flumen mare intrat, quia extrema gaudij luctus occupat. Omnis dulcis in mare decidens in amaram uertitur, quandoquidē risus dolore miscbitur.

Eccles. 1.

Miseria hominis ab appetitu carnis exagitati.

Eccles. 1.

Flumina intrare in mare quod.



misceretur. Omnia flumina in mare feruntur, & omnis aqua dulcis in amarā mutatur, quia oblectamentum (ut dictum est) in fastidium vertitur, & omnis delectatio carnis in amaritudine terminatur. Quia enim humana prauitas bonis suis bene uti nescit, uel contemnit, super na iustitia hoc cuique postmodum in flagellū vertit: vnde prius iniuste delectando deliquit. Sed flumina in mare intrant, & mare non redū dat, quia in omni afflictione nostra, quia in omni percussione sua, diuina æquitas modum seruat, quia in omni eo quod nos ad vltionem, vel ad correctionem percutit, iustitiæ metas non excedit. Mare ergo non redundat quia malitia nostræ meritis, miseriam nostræ quantitas non exuperat. Ex his itaque perpendere licet quomodo nos illi concupiscentiæ pedes (de quibus iam dictum est) seu per affectum, seu per appetitum distrahunt, vel quo sine discursus sui extrema concludunt.

*De triplici incommodo hominis, Cap. XI.*

**S**ed quia satis iam dictum esse credimus quid de capite, corde, uel pede sentiamus, videamus nunc quid de huiusmodi interioris hominis membris ex diuino documento sentire debeamus. *Omne, inquit, caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas.* Caput languet, cor mœret, pes cum toto corpore dolet, quia a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Caput (ut dictum est) liberum arbitrium, cor consiliū, pes carnale desiderium. Caput ergo languet, quia liberum arbitrium ad omne bonum torpet. Cor mœret, quia malum quod patitur, consiliū sicut, nec ignorare, sic nec dissimulare ualet. Pes cum toto corpore dolet, quia concupiscentiæ malum undique ferret. Capitis læguorem ostendere nobis uoluit qui dixit. *Sine me nihil potestis facere.* Quid lægudius eo quod ad quodlibet bonum per se, & quantumlibet minimum minimè potest conualescere? Non enim est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei. Cor mœret, nam & hoc ipsum consiliū docet, quia melius est ire ad domum luctus quam ad domū conuiuii: profecto homo quanto proficit ad consiliū, tanto amplius crescit & ad luctum, eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, & qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Quanto enim quisque per consiliū melius agnoscit malum quod mœretur, tanto uehementius suis prauitatibus indignatur, & quanto perfectius perspexerit malum quod patitur, tanto acriori doloris stimulo urgetur. Pes cum toto corpore dolet, quia dolorem in singulis membris propria infirmitas extorquet. A plāta enim pedis usque ad uerticem (ut dictum est) nō est in eo sanitas. Quia ergo infirmitas totum possidet, quid mirum si undique dolet. *Non est* (inquit propheta) *sani-*

Esa. 1.

Ioan. 15.

Psal. 37.

*tas in carne mea, nō est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum.* Quanta attritio obsecro ubi nec caro sanitate, nec ossa possunt habere pacem? Sic & Iob percussus est vlcere pessimo, ita ut a planta pedis usque ad uerticem non esset in eo sanitas. Quis quæso de corporis sui sanitate gloriatur: quādo & prophetarum præcipuus de sua infirmitate conqueritur: & vir ille cui non erat similis super terram, vlcere pessimo percutitur? Vnusquisque enim tentatur, a propria concupiscentia abstractus & illectus. Tentatio est uita hominis super terrā. In capite itaque languor, in corde mœror, in toto corpore dolor. Omne enim caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Consideremus itaque si placet, tria ista quæ posuit, languorem, mœrorem, sanitati que priuationem, languor est infirmitas perseverans, totumque corpus eneruans. Mœror est dolor intus acrius læuiens, & per lachrymas foras erumpens. Sanitas est integritas naturalis complexionis, humorumque omnium commensuratio proportionalis. Infirmitas autem nihil aliud est nisi sanitatis priuatio, integritatisque corruptio.

*De infirmitate liberi arbitrii, Cap. XII.*

**V**ide ergo quanta uel qualis huius capitis infirmitas sit, quam languori comparauit. Cum enim (ut dictum est) languor sit infirmitas perseverans, totumque corpus eneruans, cur caput languidum dicit, nisi quia eius defectus totum opprimit, & usque in finem uitæ ad plenum curari non possit: Quam rectè lægudum dicitur quod per seipsum nunquam ad quaecumque bonum mouetur? Quid enim boni faciat ex seipso, quando nec dicere potest Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto? Et quid mouetur sæpe ad bonum, nunquam tamen nisi per spiritum sanctum. Audistis quā latè infirmitas ista se expandat quæ totum occupat, totumque eneruat. Vultis & illud audire, quādiu oporteat sub hoc languore tabescere, male dictionisque sententiam sustinere? *Donec reuertaris, inquit, in terram de qua sumptus es.* Sed quomodo (inquiens) conueniunt tanta libertas cū tanta infirmitate, uel tanta infirmitas cum tanta libertate? Profecto aliud est esse liberum, aliud est esse robustum, & liber infirmus esse potest, sicut econtra, & sanus, & seruus esse potest. Qui sanus & robustus est, multa & magna facere potest. Sed qui liber est, ad aliquid cogi nisi iniuste non potest.

*Quid sit libertatis uel quid potestatis, Cap. XIII.*

**N**on autem arbitrium hominis idcirco liberum dicimus, quia promptum habeat bonum uel malum facere, sed quia liberum habet

bet bono uel malo non consentire. Possit quidem facere malū, est infirmitatis, posse facere bonum, est potestatis, neutrum autem, libertatis. Libertatis uero est quoddam consensus eius extorqueri, uel cohiberi non potest. Potest enim consentire, uel non consentire aspirationi diuinae, similiter & suggestioni diabolicae. Vtrunque quidem ex libertate, neutrum autem oportet ex necessitate. Aliud itaque est habere libertatem, & aliud est habere potestatem. Libertatis est quod ad aliquid uolendum cogi non potest, priuatio autem potestatis quod ad aliquid boni faciendum sufficiens non est. Potestatem itaque promerendi, peccando amittere potuit, libertatem uero arbitrii sicut nunquam non habuit, sic nunquam non habebit, quia nunquam (ut superius iam dictum est) qualicūque peccato, uel pœna amitti uel minui poterit. Amisit itaque potestatem, non libertatem. Sed qualem (inquis) potestatem? Audi qualem accepit, & intelliges qualem amisit. *Omnia, inquit, subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues uniuersas, insuper & pecora campi, uolucres celi, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.* Vultis autem nosse quomodo sit hæc sententia in contrarium uersa, qualiterque indulta potestas sublata? Attende quomodo ab his modo premittur quibus antea præponebatur, deuorant eos (inquit) oues morsu amarissimo, dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

Psal. 8.

Deut. 32.

*De potestate liberi arbitrii ante peccatum, Cap. XIII.*

**Q**uare obsecro in microcosmo, nam & sic dictus est homo, quare (inquam) in microcosmo, hoc est in minore mundo, quare in corde humano quid sit illud quod ad imaginem, & similitudinem Dei formatur, quod alijs omnibus dignitatis suæ priuilegio præferatur, cuius pedibus cetera omnia subijciuntur, & inuenies (ut arbitror) nihil aliud quam liberum, rationalemque consensum de quo hoc rectius intelligatur. Huiusmodi namque consensus cur non rectè dicatur ad imaginem, & similitudinem Dei factus, in quantum liber ad imaginem, in quantum rationalis ad similitudinem. Hic omnia sibi subiecta ante præuaricationem habuit, & omnino in sibi subiectis nihil contradictionis inuenit quamdiu se superiori sponte subiecit, sed debitam obedientiam suo superiori exhibuit ab inferioribus accepit. Nihil quod in homine erat eius imperio contradicebat. Omnia gubernabat, omnia disponebat, omnibus imperabat. Nihil mouebatur contra eius uoluntatem, nihil præter eius uoluntatem. Omnis motus corporeus, omnis sensus, omnis appetitus, omnis affectus, omnis cogitatus ad eius nutum mouebatur, dirigebatur, refrangebatur, reprimebatur. O quam subli-

mis potestas. O quam potens sublimitas, imperare bestijs terræ, uolucres celi, & pisces maris sub potestate habere. O dignitas sublimitatis, O sublimitas potestatis, tot uolatus animi, tot discursus bestiarum, tot natatus piscium, in tot studijs, tot exercitijs, tot oblectamentis sublimium inuestigationum, multiplicium affectio num, variarum uoluptatum, sub arbitrii sui iure possidere, & pro uoluntate disponere, & ad imperij sui nutum inclinare.

*De priuatione primæ potestatis, Cap. XV.*

**S**ed iam præuaricator hunc tantæ obedientiæ famulatum amisit, quia debita seruitutis reuerentiam suo creatori exhibere contempsit. Nam accipiens armaturam zelus creatoris armavit creaturam in uisionem inimicorū, & pugnat pro illo orbis terrarum contra insensatos, iam leo rugiens circuit querens quem deuoret, & catuli leonum rugientes ut rapiant. Sequitur draco cum furore trahētium super terram, atque serpentium. Vultis nosse quomodo nūc præuaricatorem ex præuaricationis suæ merito (iuxta uerbum Domini) deuorent aues morsu amarissimo? *Cogitationes meæ, inquit, dissipatae sunt, torquentes cor meum.* Dentes bestiarum propheta timebat, cum pro his Domino supplicabat. *Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam.* Sciebat sanè, quia stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia, nec experto latere poterat, quam timenda esset talium bestiarum seuitia. *Turbatus est* (inquit alibi) *a furore oculus meus.* Sed mirum in modū (iuxta humanæ industriæ usum) idem propheta bestias domabat ad uenationem, & edomitibus bestijs indomitas uenabatur ad mortem. *Rugiebam, inquit, a gemitu cordis mei.* Ecce quomodo rugitus gemētis suffocabat rugitum prius furentis. Ecce quid contradictionis, ecce quid rebellionis præuaricator inuenit in regno quod prius pacatum, & tranquillum possedit. Potestatem itaque pristinam perdere, acceptumque regnum amittere potuit, recuperare autem, uel retinere nunquam poterit nisi ex eius munere qui potens est suscitare de puluere inopem, & de stercore erigere pauperem, ut sedat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Siquidem Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Nouit hoc qui dixit. *Tua est potentia, tuum regnum Domine.* Nouit & propheta quod ipse sit Dominator Dominus, & in manu eius honor, & imperium, & cui uoluerit dabit illud, & idcirco ei humiliter supplicat, ut suum sibi regnum restituat, cum dicat. *Da imperium puero tuo.*

Iob. 17.

Psal. 21.

Psal. 6.

Psal. 37.

Psal. 85.

*De recuperatione primæ potestatis, Cap. XVI.*

**H**oc quotidie regnum paulatim, & per partes in suis electis rex regum restituit, nunquam

nunquam tamen in hac uita ad eam pacem, vel securitatem quam ante peccatum homo in paradiso habuit, eo quod languor capitis ad plenum curari non possit, & liberum arbitriū primi status uigorem perfectè recuperare nequiverit. Itaque liberum hominis arbitrium quod ex seipso nihil boni potest, incipit posse quando, & quantum uoluerit ille qui omnia potest. Quæ enim impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Incipit ergo posse ex diuino adiutorio quod non potest de seipso, & quod iam non potest per naturam accipit bonum posse per gratiam. Quotidie crescit ad bonum, quotidie roboratur contra malum. Crescit ab bonum, ita ut iam in potestate consistens, & habens sub se milites, possit dicere huic. Vade, & uadit, & alij. Veni, & uenit, & seruo suo, fac hoc, & facit. Roboratur & æquè contra malum ita ut iam nō regnet peccatum in hoc mortali corpore, sæpe autem a Deo ut iam sibi illud dictum credat. Absque imperio tuo non mouebit quisquam manum, aut pedē in omni terra Ægypti. Et quantum hoc esse potest omnes perfectè delere, & regnum suum ad plenam pacem reformare: Quamuis itaque nō possit omnes pacis aduersarios extinguere, nec omnium manus, uel pedes truncare, magnum tamen erit si nulli liceat sine eius imperio manum, uel pedem mouere, & potest qui huiusmodi est ueraciter psallere. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius.* Itaque liber ille arbitrij consensus totius terræ, tot cogitationum, tot affectionum, appetituum, sensuum, Imperator, & Dominus, non potest interim omnia scādala de regno suo auferre, nec plenam, perpetuamque pacem poterit firmare. Sed cum uenerit quod perfectum est, & euacuabitur quod ex parte est, cum nouissima destruetur mors in victoriam, tunc proculdubio supra modum multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. Tunc demum dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum, in diebus illis habitabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, eo quod non sit qui exterreat.

*De perturbatione internæ pacis & conflictatione uirtutum cum uitij.* Cap. XVII.

Sed quādiu caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, nō potest rex ille qui & spiritualibus, & carnalibus concupiscentijs præsidere, & præcipere debet, inuenire plenam pacem, perpetuamque securitatem. Hinc est quod ille princeps populorum (liber uidelicet animi consensus) inuenit in regno suo tot contradictiones, tot rebelliones, tot conflictationes, tot disceptationes, secundum quod cogitationes cogitationibus contradicunt, &

A affectiones affectionibus resistunt, & contrarij motus contrarijs motibus occurrunt, & surgit gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & insurgunt sæpe boni contra malos, & diuiduntur contra semetipsos, & facit Dominus cōcurrere, Ægyptios aduersus Ægyptios, imo quod his omnibus est mirabilis, boni insurgunt contra bonos, & pugnat uir aduersus fratrem suum, & uir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, & regnum aduersus regnum, & unusquisque carnem brachij sui uorabit, Ephraim, Manassē, & Manassē Ephraim, simul ipsi contra Iudam.

*Quomodo uitium uitio resistat.* Cap. XVIII.

Q Vis nesciat quam grauis sæpe contentio & quam lōga fiat disceptatio inter auitiam, & gulam, non dicam de talento, sed de vno solo nummo, cum quod una uult expendi altera præcipit referuari. Sic sæpe superbia luxuria aduersatur, & una ab altera uehementer infestatur, & multoties malum luxuriæ compefcitur, ut mens elata habeat unde gloriatur. Quam multa sunt quæ prohibet tenacia, quæ tamen præcepit, & præualeret uana gloria. Et in his omnibus diuiditur regnum aduersus semet ipsum. Quis tamē ignorat quam sæpe hoc fiat, ut cum superbia superbia obuiat, ut una alteri cedat, etiam hoc ipsum quod superbia uincitur, superbia militare conuincitur? Sic sæpe superbia exuias abijcimus, & de humili habitu amplius intumescimus. Sic honoris sublimitas contemnitur, ut de honoris contemptu quanto occultius, tātō altius sublimemur. Sed cum uideris in hunc modum. Ægyptios aduersus Ægyptios concurrere, noli mirari, neque time re, sed scito quia prope est desolatio eius. Omne enim regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Cum ergo audieritis prelia, & seditiones, & opinioniones bellorum, nolite terreri. Nam ille manu fortis qui de celo uenit, rex fortis, & potens in prelio, nō uenit pacem mittere in terram, sed gladium. Venit enim separare patrem aduersus filium, & filium aduersus patrem suum, & iustē quidem, eo quod bonus pater gignat sæpe malum filium, & filius bonus multoties habeat patrē malum. Cum enim mens de turpi delectatione confunditur, & humiliatur, & de tali parente humilitas nascitur, rectè talis proles aduersus talem patrem separatur. Similiter cum castitas superbiam gignit, rectè prolem suam talis parens derestatur, & odit, & se aduersus eam diuidit, & iuxta hunc modum pugnat sæpe uir aduersus fratrem suum, & uir contra amicum, & inimici hominis domestici illius.

Quid sit Ægyptios bella re aduersus. Ægyptios.

Quid sit uirtū punire cōtra fratrem suum.

Quomodo

*Quomodo uirtus uirtuti contradicat.* Cap. XIX.

Sed ad huius magnæ, & tantæ admirationis cumulum illud accedit, & nescio quid magni prodigij portendit, quod etiam contentio fit inter discipulos, & boni contendunt contra bonos, & fit magna contradictio, & uehemens disceptatio inter ipsos: & aliud sæpe loquitur iustitia, & aliud loquitur misericordia, & quod dicitur ab una, contradicitur ab alia, & fit inter huiusmodi conciuēs cœli contentio dura, & eadem frequenter culpam quam iubet iustitia puniri, misericordia mandat ignosci, nec patitur iustitia sæpe, uel parum quid se a suo rigore relaxari, nec sustinet misericordia uel minimum quid a sua se lenitate delecti. Sed imperat hæc ulcisci totum, illa nititur ad totum indulgendum, & unaqueque transgreditur possessionis suæ terminum, & molitur occupare alterius prædium, & cōtra instituta diuinæ sanctionis, & contra regulam discretionis non sinunt sibi diuidi terram in funiculo distributionis. Iuxta hunc itaque modum diuiduntur sæpe boni contra bonos, & insurgunt alij contra alios, & scinditur regnum Israel in duas partes, & concitant inter se sæpe prelia, & seditiones, & nunquam in hac uita quocumque statu, quocumque profectu inuenitur firma pax, aut plena requies. Sed unde quæso ista in corde humano multiformis altercatio, & infinita contentio, nisi de languore capitis, & defectu naturæ uirtutis, & priuatione antiquæ potestatis? Manet enim usque hodie omne caput languidum, & quāuis arbitrium hominis uerè sit liberum, perseuerat tamen infirmum, nec potest curari ad plenum, donec mortale hoc, induerit immortalitatem, & corruptibile hoc, induerit incorruptionem. Quomodo enim nō habet interior ille homo nolter caput lægidum, quod per seipsum nunquam uel erigit ad modicum, uel modicum sustinet etiam cum fuerit diuinę opitulationis manu subleuatum? Nunquam equæ ad bonum (nisi aliena manu) erigitur, & absque mora ad se, seu etiam sub seipsum relabitur cum subleuantis manus subtrahitur.

*De gratia & natura.* Cap. XX.

Sed nunquid (inquis) potuit homo aliquid boni de seipso etiam ante peccatum, & cū adhuc esset in paradiso? Quid enim habuit quod non accepit? Nihil sanè habuit quod ab alio non acceperit, & nihil omnino potuit nisi ex eo, & secundum id quod accepit. Sed alia potuit ex natura, & alia potuit ex gratia. Alia nāque bona naturæ, & alia sunt dona gratiæ. Veruntamen & hæc, & illa constat esse ex gratia: nam ex gratia utique est & ipsa natura. Prima itaque bona ex gratia præuenienti. Secunda autem bona ex gratia subsequenti. Rectè ergo

A & præueniens, & subsequens potest dici gratia, sed illa prima, ista secunda. Sed consuetudo habet commune nomen vni specialiter attribueret, & eius significationem circa unius tantum designationem refringere, & secundam gratiā ex usu, gratiam uocare. Nam primam gratiam uocamus potius naturam, quā gratiam. Cū ergo dicimus hominem ante peccatū aliquid boni potuisse per seipsum, nihil aliud dicimus quā potuisse per naturale bonum. Sic cum negamus eum aliquid boni posse ex seipso, sub intelligimus eum iam nil boni posse ex solo naturali bono. Sed nunquid dicemus eum nil boni potuisse ex natura (hoc est prima gratia) antequam natura esset corrupta? Sed si aliquid boni potuisset ex ipsa cōditionis suę natura accepit, hoc est quod peccando amisit. Amisit itaque potestatem, non autem libertatem. Nam bonum posse, est uere posse, sicut cogi non posse, est uere liberum esse. Si enim ad bonum seu ad malum ab alio cogi posset, iam omnino liber non esset, & si bonum facere, uel malum declinare posset, non solum liber, sed & potens esset. Sed si etiam eum ante peccatum aliquid boni sine adiuncta gratia potuisse negamus, tamē non mediocrem faciendi boni possibilitatem peccato amisisse negare non possumus. Quod enim per gratiam potuit, uerè potuit, & quidd magna per gratiam potuit, magna possibilitas fuit.

*De integritate gratiæ ante peccatum.* Cap. XXI.

Attende ergo qualem gratiam accepit, & quantum per illam potuit, & tunc intelliges quid potestatis amisit. Sanè absque duobio, & sine omni contradictione sufficientem gratiam habuit ante peccatum, non ad omne bonum faciendum, sed ad omne debitum soluendum, & ad omne malum cauendum. Quanta quæso hæc potestas ad bonum, & contra malum fuit quam ex cooperante gratia habuit? Quis gloriatur se hanc possibilitatis integritatem recuperasse, uel præsumat se posse in hac uita recuperare? Quis (inquam) gloriatur se uel totum fecisse quod oportuit, uel totum non fecisse quod non licuit? Quando quæso poterit homo omne debitum soluere qui (secundum sententiam Iob) non potest respondere vnum pro mille? Sed & illud scimus, quia in multis offendimus omnes, & si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Gratiam itaque (sed gratia) recuperare potest, & in recuperata gratia quotidie crescere potest. Veruntamen primæ possibilitatis integritatem recuperare non potest. Et si maiorem gratiam iuxta aliquid recuperare possit, integram tamen in hac uita habere non poterit. Puer semel truncatus maius corpus habere potest, integrū autem omnino habere

Gratia quam habuit homo ante peccatum quanta.

Gratia integra in hac uita ab homine recuperari nō potest.

Eccles. 7.

habere non potest gratiam sanè integram veraciter tunc haberet, si ad omne debitum solvendum, & omne illicitum cauendum sibi sufficeret. *Sed* (secundum Salomonis scientiam) *Nō est iustus in terra, & qui non peccet.* Integram itaque gratiam recuperare non potest, nec ad primæ possibilitatis integritatem post corruptionis suæ malum proficere potest, eo quod caput lægnum sit, & infirmitas eius plenam curationem non recipit.

*De stabilitate gratiæ ante peccatum.*  
Cap. XXII.

**H**VC accedit quoddam gratia quam homo semel accepit ante peccatum iustè subtrahi non potuit. Quam est præter meritum accepit, sine culpa tamen amittere non debet. Nunc autem omni hora potest iustè subtrahi, quia nunquam potest homo sine culpa inueniri. Et sicut non potest per se semel amissam recuperare, sic quidem gratis recuperatam non potest nisi ex aliena tutela custodire. Vide ergo quantum sit inter primum statum & secundum, inter illum videlicet qui fuit ante peccatum, & hunc qui est post hominis lapsum. Primo habuit gratiam integram, & stabilem, nunc autem nec integram, nec stabilem. In futura autem vita (postquam absorpta fuerit mors in victoria) habebit non solum stabilem, sed etiam immobilem. Stabilem enim ante peccatum gratiam habuit, quia semel acceptam semper seruare potuit. Sed quod immobilem non habuerit patet ex eo, quod eam postmodum amisit. Sed tunc eam immobiliter possidebit, cum eam ulterius amittere non poterit. Nunc autem quamdiu in corpore peccati mortaliter viuimus, non dicam immobilem, sed nec stabilem habere possumus. Sæpè negligentibus & torpētibus nobis ultrò offertur, & sæpe in multis, & magnis conatibus nostris subito & inopinatè subtrahitur. Quamdiu ergo gratiam amissam ad antiquam integritatem vel stabilitatem reparare non possumus, virtutem mentis ad primi vigoris firmitatem non reparamus, & acceptam primæ possibilitatis potestatem in bono ex integro non recuperamus, & languorem capitis in quacunque uirtutum profectu ex magna parte necessario sustinemus. Manet itaque infirmitas cum libertate, & libertas cum infirmitate, intantum, ut neutra præiudicet alteri, nec infirmitas libertati, nec libertas infirmitati, quia nec infirmitas minuit libertatem, nec libertas aufert infirmitatem. Cui igitur legis, uel audis liberum arbitrium esse captiuum, nihil aliud intellige quam infirmum, & naturæ possibilitatis uirtute priuatū, quod admonere nos uoluit qui hoc designat. per caput languidum. Alioqui contrarijs assertionibus sibipis contradicunt & seipsos conuincunt qui hominis arbitrium, & liberum uocant, &

**A** & captiuum affirmant. Sed forte qui captiuum dicunt, pro parte hoc intelligi uolunt, eo quod ex parte sit liberum, & ex parte captiuum. Sed quis nesciat quia si mille Dominos haberem & uno solo adhuc premente ceteris omnibus libertate donate (ut pote qui adhuc Dominum haberem) liber utique rectè dici non possem. Constat itaque quod hominis arbitrium liberum dici non potest, si uel ex parte libertatem amisit.

*De tribus gradibus libertatis, & quod summam libertatem habeat homo.* Cap. XXIII.

**S**ED si diligenter attendimus, puto quia inuenimus hominem non modo libertate non carere, sed magnam (imo summam) libertatem possidere. Primus siquidem libertatis gradus est nulli coactioni subiicere. Secundus autem nulli subijci debere. Tertius uero (& ipse summus) nulli penitus subijci posse. Quomodo ergo arbitrium hominis uerè (imo summè) liberum non est, quod sua libertate nulla vi, nulla potestate priuari potest. Nam hoc nec creatura ualet, nec creatorem decet. Sed quomodo uel creator hoc potest qui nihil quod non decet facere potest? Si igitur nulla uolentia arbitrii potest sua priuari libertate, constat illud summam libertatem habere. Nihilominus tamen (ut superius monstratum est) uoluntas uoluntati contradicit, & uoluntas uoluntati resistit, & alia ab alia impugnatur, & nunc hæc, nunc illa captiuatur. Sed in huius congressionis certamine sicut uoluntas est quæ oppugnat, & uoluntas quæ oppugnatur, sic uoluntas est quæ superat, & uoluntas quæ superatur. Sed in his omnibus manet libertatis integritas, quia semper triumphat uoluntas. Hæc itaque arbitrii libertas nec in bonis maior, nec in malis est minor, quæ nec per peccatum minuitur, nec per meritum augetur. Quæ enim in omnibus summum gradum obtinet, sicut nec crescere, sic nec decrecere habet. Sed sicut est miranda arbitrii libertas, ab alio cogi non posse, sic miseranda prorsus infirmitas in seipso ad omne bonum torpere. Quia igitur in homine illo interiori inter naturalia bona nihil hac libertate dignius, nihil sublimius inuenitur, rectè per caput designatur. Et quia cum assignata infirmitate omnis homo uiuit, & moritur, congruè sane languori comparatur.

*De ignorantia boni & mali.* Cap. XXIII.

**O**MNE (inquit) caput languidum, & omne cor mœrens. Et iustè quidem, quamdiu caput omne languet, omne etiam cor mœret. Dolor siquidem capitis est sufficiens causa doloris. Si igitur cor habemus, si omnino excordes non existimus, nisi omni consilio destituti sumus, tantum malum dissimulare nec possumus,

mus, nec debemus. Si enim per cor (ut dictum est) consilium rectè intelligi debet, qui huiusmodi cor habet, dolore carere non ualet, quia malum quod in se uidet, sine dolore non sustinet, imò quanto melius agnoscit, quanto consultius agit, tanto amplius plangit. Qui enim apponit scientiam, apponit & dolorem. Debet autem dolor noster, & acius nos urgere intus, & apparere exterius. Intus ad remedium, foris ad exemplum. Nam (uti iam dictum est) mœror est dolor intus acius sæuens, & per lachrymas foras erumpens. Si ergo columba seducta & non habens cor omnino non sumus, si absque consilio, & sine prudentia non existimus, probemus in opere quam uerè dolemus in corde, & appareat exterius quid patiamur intrinsecus. Ut autem inde dicam quod sentio, in his uerbis causam pro effectu positam existimo. In eo enim quod dicitur omne cor mœret, effectus ex causa (ut arbitror) tacitè innuitur. Sed cum causam pro effectu positam inuenimus, magis quid ex ipso sit, quam quid ipsum sit, quod ponitur per expositionem, uel distinctionem querere debemus. Secundum hanc itaque considerationem, quid aliud est mœros, nisi lachrymarum effusio, uisusque hebetatio? Alia enim lachrymarum effusio, aciem oculorum corrumpit, & citius caligare facit. Rectè ergo dicitur, quia omne cor mœret, quia ad omne consilium rationis acumen habet. Hinc est illud Sapientis præceptum, uel documentum: *Noli iniri prudentia tua.* Ignorat enim homo quid conducat sibi in uita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod uelut umbra præterit. Nisi enim interior ille oculus caligaret, toties proculdubio in ueritatis iudicio minime erraret. Vnde quæso contraria consilia tam sæpe, tamque diuersa sententiarum, non dicam de diuersis, sed de uno eodemque corde, & penè sub eodem tempore. Vnde (inquam) nisi de cordis caligine, & ueritatis ambiguitate?

*De gemino errore iudicij.* Cap. XXV.

**D**Vobis autem modis in iudicij nostri examine peccamus, dum adhuc frequenter sub tantæ ambiguitatis nubo uiam carpiamus. Erramus enim modo in discernenda qualitate, modo in examinanda quantitate. Qui dicit bonum malum, uel malum bonum, in rerum qualitate errat, & qui dicit quod maius est esse minus, & quod minus est esse maius, in quantitate peccat. Qualitas operum profecto eos fefellerat, quos propheta arguebat, cum diceret: *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* In quantitatibus examinatione error ille esse deprehenditur, qui per prophetam redarguitur, cum dicitur: *Mendaces filij hominum in*

Richardī S. Victoris. Pars I.

**A** *stateris, ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum.* Ad hoc sanè aliquid in statera appenditur, ut eius quantitas non ignoretur. Sic auri, sic argenti pondus quarimus, ut eorum pretium rectè æstimemus. Sed nemo in statera mendax esset, si nemo alium deciperet, si nemo ab alio deceptus fuisset, hinc est illud quod per Sapientem dicitur: *Statera dolosa pondus, & pondus, utrumque abominabile Deo.* Quo contra in lege præcipitur: *Sit iustus modius, æquisque sextarius.* Hinc est, quod filij Israel cum promissam hereditatem accipiunt inter se, illam in funiculo distributionis diuidunt, ut unaquæque uirtus in sua actione iustæ æquitatis mensuram teneat, & rectæ discretionis metas minime excedat. Quis mihi inueniat hominem, qui nunquam erret in æstimatione qualitatis, aut quantitatis, qui nunquam circumueniatur a negotio perambulante in tenebris? Optimus negotiator, qui in æstimatione rerum qualitate, uel quantitate, nunquam ualeat falli, nunquam uelit fallere. Sed quando hoc poterit homo inuolutus tenebris, habitans in regione umbræ mortis? Impossibile sanè est hoc omni homini, quamdiu tenebræ sunt super faciem abissi, donec ille, qui dixit de tenebris lumen splendescere, emit tens lucem suam, & ueritatem suam, incipiat lucem a tenebris diuidere, & fiat uespere, & mane. Emissa namque & accepta intelligentia ueritatis, incipit statim homo diuidere lucem a tenebris, & discernere primo quidem bona a malis, & mala a bonis, postea autem bona a melioribus, & mala a peioribus, tandem uero meliora ab optimis, & peiora a pessimis. In hunc sanè modum, secundum Sapientis sententiam, semita iustorum quasi lumen procedit, & crescit usque ad perfectum diem. Impleturque quod dicitur: *Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Lumen acceptum paulatim procedit, & usque ad perfectum diem excrescit, quando accepta ueritatis intelligentia paulatim proficit, & quandoque usque ad plenam discretionem pertingit. Alius (inquit Apostolus) iudicat inter diem, & diem, & alius iudicat omnem diem. Quale putas Dei donū date, iudicium facere ei qui filius hominis est? & primum quidem est, ut sciat homo iudicare inter diem & noctem, ultimum autem (& hoc ipsum summum) ut sciat iudicare omnem diem. Debemus itaque certis quibusdam cognitionis gradibus ascendere, si uolumus ab hoc infimo ad summum illud ascensionis culmen pertingere.

*De quinque gradibus discretionis.*  
Cap. XXVI.

**P**rimum itaque est (uti iam diximus) iudicare inter diem & noctem. Secundum autem inter noctem & noctem. Tertium uero inter diem & diem. Quartum est, iudicare omnem

C nem



nem noctem. Quintum iudicare omne diem. Inter diem & noctem iudicamus, quando bona a malis segregamus. Inter noctem & noctem iudicat, qui a malis peiora, a peioribus pessima discernere non ignorat. Similiter inter diem & diem iudicare, est ex bonis meliora, ex melioribus optima eligere. Omnem noctem diiudicat, qui unumquodque uitium digna examinatione pensat. Omnem item diem iudicare, est unamquamque uirtutem iuxta propriam dignitatem aestimare. Quisquis autem hac quinque ueræ discretionis, utilisque cognitionis talenta meruit de domini largitate percipere, studeat operari in eis, & lucrari alia quinque, ut ueritatis imago, quæ ex inspirante gratia impressa est cognitioni, per humanam industriam, & cooperantem gratiam imprimatur, & affectioni. Alioquin melius est regulam ueritatis non agnouisse, quam cognitam spernere. Ex acceptis ergo talentis dignum quidem lucrum facimus, & quasi ex quinque talentis alia quinque acquirimus, si iuxta regulam cognitæ discretionis studeamus informare qualitatem nostræ affectionis. Studeamus ergo diligere quæ diligenda cognouimus, & quæ dilectione nostra digna non sunt, minimè diligamus. Sed nec hoc nobis sufficere debet ascendisse uirtutis hunc gradum primum, nisi ascendamus & secundum, & de secundo ad tertium. Quæ igitur in malis deteriora sunt, maiori odio persequamur, & quæ in bonis meliora sunt, arctiori dilectione amplectamur, & per secundum ad tertium uirtutis gradum nos ascendisse gratulemur. Sed possumus absque dubio quod minus est, minus diligere, & quod melius est, magis amare, & tamen in utriusque dilectione congruum modum minimè seruare. Similiter & in contrariorum reprobatione contingit sæpe simili ignorantia peccare. Studeamus ergo per quantum gradum ad quintum ascendere, ut sciamus in omni malo, uel bono, odij uel amoris, congruam mensuram seruare.

*Quod discretionis gratia modo datur, modo subtrahitur. Cap. XXVII.*

**M**iraris fortassis quomodo cõcordet præmissa illa Prophetica sententia, cum hac assertionem Apostolica. Quomodo enim ueraciter dicitur omne cor mœrere, & ex mœrore caligare, si uerè inuenitur qui possit omnem diem iudicare? An fortè quia dictum non est omni tempore mœret, quamuis dictum sit omne cor mœret, utrumque rectè intelligi ualet? Est enim tempus flendi, & est tempus ridendi. Siquidem ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum læticia. Vespertinum tempus, tempus est tristitiæ; matutinum tempus, tempus est lætitiæ. Illud est tempus flendi, istud est tempus ridendi. Tempus caliginis, tempus est

**A**mœroris, tempus lucis, tempus est exultationis. Nouit hoc, qui dixit: *Quod mihi in gaudium esse potest, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non uideo?* Quare ergo omne cor mœret, nisi quia nullum cor perpetuum diem hic habet, quia lumen cœli semper præsens habere non ualet? Oritur enim Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, quia ueritatis intelligentia modo datur, modo subtrahitur, & post subtractionem iterum eadem, quæ prius gratia recuperatur. Quid ergo mirum, si omne cor mœret, quamdiu necessarias tenebras huiusmodi alternantium uicissitudinum sustinet? Quamdiu in terra uiuimus, quamdiu in terra sumus, has temporum uicissitudines necessariò sustinemus. In cœlo dies sine nocte, in inferno nox sine die, in terra, nec nox sine die, nec dies sine nocte. Itaque in cœlo gaudium sine perturbatione, in inferno dolor sine consolatione; in terra nec dolor sine spe, nec gaudium sine timore; in summo locus semper ridendi, in imo locus semper flendi; in medio tempus ridendi, & tempus flendi. Risus enim dolore miscbitur, & extrema gaudij lætus occupat. Necessè ergo habet omne cor ut doleat, ut lugeat, donec tenebras suas plenè euadat, donec solium gloriæ teneat, & fiat thronus eius sicut dies cœli. Quid ergo mirum, si ille etiam dicatur lugere, qui potest omnem diem iudicare, eo quòd non possit semper diem habere?

*De duobus gradibus deliberationis. Cap. XXVIII.*

**S**ed si adhuc diligentius consideremus quid sit iudicij, uel quid sit consilij, inueniemus quia sæpe consilium titubat, etiam ubi iudicium stat, & quia ubi consilium caligat, ibi sæpe iudicium clarè considerat. Sicut autem superius diximus, per cor consilium intelligimus, uide ergo utrum nam consilium caligare possit etiam ibi, ubi iudicium certum fuerit, ut rectè dicatur omne cor mœret, quamuis inueniatur qui omnem diem iudicet. Aliud est discutere quid sit bonum, uel malum in se, & aliud est deliberare quid expediat, uel non expediat cuique. Illud est iudicij, istud est consilij. Sicut enim non omnes omnia possunt, sic nec omnibus omnia expediunt. Sæpe enim quod in se est maius bonum, quibusdam expedit minus, & quod in se quidem est minus, magis tamen expedit aliquibus. Fit namque sæpe, ut quod alij est cumulus damnationis, alij sit occasio salutis, & quod quibusdam est augmentum coronæ, sit alijs causa ruinæ. Quam multos uidemus de sublimi grauiter corruisse, qui in inferiori gradu solebant, uel poterant fortiter stare. Quam multos uidemus in uirtutum ascensu, religionisque prouectu, firmos gressus figere, multumque propere, qui in sæcularis conuersationis planicie

*Differen-  
tia inter  
iudicium  
& consi-  
lium.*

segniter

segniter ibant, & sæpe cadebant. Idcirco ignorat homo quid sibi conducatur in uita sua, numero dierum peregrinationis suæ, & tẽpore quod uelut umbra præterit. Hæc sane est causa, cur omne cor mœret, cur consilij oculus caligat etiam in eo qui omnem diem iudicat. Vultis tandem apertius nosse quàm multa potest iudicium, quæ tamen minimè potest consilium? Quam multa quæso inuenimus de quibus indubitanter affirmare audemus quia sunt bona, & item quam innumera reperimus de quibus minimè dubitamus, quòd ueraciter sint mala. Inueni mihi unum aliquem, qui mihi unum aliquid ostendat quod cuiusquam mali causa fieri nequeat. Quid quæso tam bonum quod non possit fieri casus occasio, uel quid quæso tam malum quod fore nequeat cautelè communitio? Ecce quomodo omne cor ad omne consilium mutat, ecce quomodo omne consilium ad omnem prouidentiam caligat, ut rectè dici debeat, quia omne cor mœret, ut ex mœrore innuat caliginem quam sustinet. Vides certè quia facilius est iudicare quid liceat, quid non liceat, quàm eligere quid expediat. Illud est discretionis istud deliberationis, illud iudicij, istud consilij. Alia itaque est illa scientia, & longe alia ista secunda. Alia itaque sunt talenta cognitionis primæ, atque alia sunt talenta cognitionis secundæ; utraque rara, utraque preciosa. Secunda tamen multo rariora quàm prima. Sed quamuis rara, non tamen nulla. Quis enim neget multos ex diuina inspiratione nosse non solum uilia eligere, uerum etiam ex utilibus uiliora discernere, cum non possint ad omnia sufficere, & quid magis, quid minus, & quid minimè expediat, sagaciter deprehendere? Scias itaque te gemina ualde preciosa de domini commissione percepisse talenta, cum ceperis rectè distinguere inter uilia & inutilia, & item inter uilia quæ sint alijs uiliora. Cum igitur hæc geminæ deliberationis talenta de domini largitate acceperis, stude operari in eis & lucrari ex eis, ut & exterius exprimas in opere quod interius impressum est in cognitione, & duo ex duobus acquirens possis geminata talenta in dominica lucra reportare.

*De discretionis, & deliberationis norma, & quæ talenta, quomodo sint augenda. Cap. XXIX.*

**N**otandum itaque quòd priora illa quinque talenta augenda, & multiplicanda sunt in affectione, ista in actione. Quod enim ibi ex discretionem iudicij semel impressum est cognitioni studiosæ, postmodum imprimi debet & affectioni, hic autem quod ex consilij de liberatione præfiguratum est in cognitione ad eandem prudentiæ regulam reformetur in opere. Ex priori itaque prudentiæ regula debet

Richardi S. Victoris. Pars I.

**A**mus magis diligere quæ magis sunt bona, non tamen magis exercere, cum sæpe sint impossibilia, uel minus uilia. Sed sicut ex hac secunda prudentiæ regula docemur, illa magis exercenda sunt quæ magis expediunt, quamuis sæpe meliora sint quæ exerceri non possunt, uel minimè expediunt. Sic itaque studeamus quæ meliora sunt magis amare, ut tamen sciamus cum hoc expedit meliora minus exercere, & sic illa quæ magis expediunt, & minus bona sunt amplius exerceamus, ut illa quæ minus exercentur, & meliora probantur magis diligamus. In hunc itaque modum ab uno eodemque domino alij accipiunt quinque talenta in discretionem iudicij, alij autem duo in deliberationem consilij.

*Cur non sint quinque gradus deliberationis, sicut & discretionis. Cap. XXX.*

**S**ed fortè miraris cur hic in deliberatione consilij, sicut superius in discretionem iudicij quinque talenta assignata non sint, cum hic sicut & superius assignari possint. Sed quare diligentius, & inuenies citius de reliquis tribus, quia unum ex his querere erit inutile, aliud ex his habere, erit impossibile. Tertium ex his tam erit inutile querere, quàm impossibile habere. In his enim quæ constat esse inutilia, quid prodest querere, & inuestigare quæ sint ex eis magis frivola, cum constet omnia a nostris studijs amouenda? Et tamen per discretionem iudicij querimus inter mala quæ sint alijs peiora, ut sciamus quæ minus, quæ magis sint punienda, ne si ea nos hic minus dignè percutimus, in ultimo die punienda reseruemus. Singula autem eorum, quæ expediunt quid uel quantum utilitatis conferant, neminem puto posse comprehendere, nec hoc scientiæ talentum credo, quempiam in hac uita percepisse, quamuis multos constet de domini inspiratione & utilia dignoscere, & utiliora eligere. In his autem quæ inutilia sunt, & minimè expediunt, singulorum proprietatem querere, & assignare (ut ex duobus superioribus patet) tam erit inutile, quam impossibile. Cum ergo huiusmodi talenta de domini largitate percipimus, tanto in his instantius operari debemus ut ea cum lucro reportemus, quanto constat, quia alieno ea munere possidemus. Nemo itaque sibi attribuat cum rectè iudicat, uel uilia deliberat.

*Quod illuminantem gratiam non semper habemus præsentem, nunquam autem sufficientem. Cap. XXXI.*

**S**ed & ille quidem, qui iam hmoi talenta accipere meruit, non ita securus sit, quasi iam ulterius falli non possit. Nā sicut ille solus sapienter discernit,

C 2 scernit,

cernit, & prudenter sibi cōsulit, quē diuina gratia inspirat, & eius inspiratio illuminat, sic tūc solum vtrumque vtiliter valet cum aspirantē gratiam presentem habet. Sed quis est qui in hac vita semper gratiam presentem habeat, vel habere valeat? *Visitans eum*, inquit Iob, *diluculo, & subito probas illum*. Sed si ille prophetarum eximius diuinā reuelationis lucem semper presentem habuisset, Domino vtique minime proclamasset: *Illumina oculos meos*. & illud: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*. Diuinus itaque ille internae aspirationis radius quandoque subtrahitur. Posuit enim tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae siluae. Sed iterum, ad domini nutum ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Sole itaque occidente, & iterū oriente fit vespere & mane, vt sit tempus flendi, & tempus ridēdi, pro eo, quod ad vespere demorabitur flendus, & ad matutinum latitans. Quid igitur mirum si omne cor mœret, quod diuinam lucem semper presentem habere nō valet, sine qua nihil clarē perspicit, nihil rectē discernit? Plus aliquid adhuc audeo dicere, & quod nemo (vt arbitror) audeat negare, quia homo est gratiam semper presentem haberet, nec sic quidem mœroris causus plenē euaaderet. Nunquam enim homo in hac vita etiā pro hac parte habet gratiam sufficientem, quā uis tamen quandoque habeat gratiam presentem. Quod enim superius diximus de libertate arbitrij, hoc idem affirmamus de discretionē iudicij. Sicut namq; in hac vita nunquam habemus sufficientem gratiam ad bonum faciendum, sic nunquam hic sufficientem gratiam habere possumus ad verum discernendum. Attende nunc obsecro quanta sit multitudo bonorum innumerabilium a summo creaturatum vsque ad imum. Inueni mihi vnum aliquem ex omnibus qui vnum aliquod horum ad plenum comprehendat, de quo securē dicere, & veraciter affirmare audeat, quia hoc tantum valet, nec plus, nec minus, & quia hoc tantum diligendum est, nec plus, nec minus. Hoc sanē nec ille præsumere potest qui omnem diē iudicare dictus est, vt iuste mirari debeas, quomodo possit omnem diē iudicare qui nullum omnino possit comprehendere. Ecce quā tam ambiguū caliginem cor humanum sustinet, & quantam quamdiu hic viuatur sustinere habet, vt merito dicatur quia omne cor mœret. Mœret vtique propter mentis caliginem, & caligat propter mentis mœrorem. Quāto autem mœret, tanto & hebet, & quo amplius hebet eo & vehemētius mœret, quia & ex mœrore hebetatur, & ex hebetudine ad mœrorem renouatur. Superius agnouimus de infirmitate liberi arbitrij per languorem capitis, hic iam didicimus de ambiguitate consilij per mœrorem cordis. Restat adhuc audire, & agno-

Iob 7.

Psal. 12.  
& 42.

A scere de inquietudine desiderij per infirmitatem corporis.

*De concupiscentia mali. Cap. XXXII.*

**A** Planta (inquit) pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Per pedem (vt dictum est) intelligimus carnale desiderium, per caput autem liberum arbitrium. Plāta autem est imum pedis, vertex vero summum capitis. Sed quid inferius iacet quam id quod est in necessitate, & quid altius eminet quam id quod est in potestate? Plāta itaque pedis, necessitas infimi desiderij, & vertex capitis potestas liberi arbitrij. Pedis plāta, concupiscentia necessaria. Vertex capitis, potestas votina. Ad pedem pertinet necessitas concupiscendi, ad verticem vero facultas operandi. Pedis imum, necessitas concupiscendi malum, capitis summum, facultas operandi bonum. Bonum hic dico commodum, non meritum. Meritum autem ad sanitatem, non ad infirmitatem pertinet, & de tali vertice dici non deberet. A planta pedis vsque ad verticem nō est in eo sanitas, nisi fortē quis vsque exclusiuum hic, non inclusiuum dicat, & verticem solum a ceterorū membrorum lege excipiat. Sed vtinam homo tam haberet verum bonum in potestate, quā verē habet verum malum in necessitate.

*Quod totum hominis infirmitati subiacet. Cap. XXXIII.*

**S**ed est quoddam bonum quod est ad meritum, & est quoddam quod est ad reatum, & est quoddam quod neque est ad meritum, neque ad reatum. Sed illud quod est ad reatum, rectius dicitur malum quā bonum, quamuis ab his qui libenter committunt malum dicatur, & diligatur quasi bonum. Bonum autem quod non est ad meritum, sicut nec ad reatum, melius dicimus commodum. Huiusmodi autem multa habet homo, non solum in libertate, verum etiam multoties in potestate, sicut, & eorum quae sunt ad reatum multa habet saepe non solum in voluntate, sed etiam in necessitate. Eorum autem quae sunt ad meritum, nihil habet in libero arbitrio nisi ex diuino adiutorio. De difficultate illius quod est ad meritum, dicitur: *Sine me nihil potestis facere*, de facultate illius quod non est ad meritum, nec tamen ad reatum dicitur: *Si enim vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester caelestis dabit spiritum bonum petentibus se?* De necessitate illius quod est ad reatum legitur: *Quod enim nolo malum id ago*. Ex his itaque tribus rerum generibus quae distinximus, alia potes habere in potestate, alia in libertate, alia in voluntate, alia in necessitate.

Ioan. 15.

Matt. 7.

Rom. 7.

**C**essitate. Illud in potestate est, quod pro arbitrio voluntatis fieri, vel praetermitti potest. Illud in libertate habemus ad quod aliena violentia cogi non possumus. In voluntate autem est quod fieri velis, etiam si id efficere non possis, in necessitate vero habes cui etiam cum volueris resistere nō valet. Possemus adhuc hos quatuor differentiarum gradus ad inuicem conferre, alternatimque coniungere, & illud interioris hominis nostri corpus per multa membra distinguere, & ab imo pedis sursum, vel a summo capitis deorsum, cōsiderationis nostrae modum ordinare. Sed ne in his nimis immoremur illud quod hic de huiusmodi corpore dicitur, & quod praeteriri non debet intueamur. *A planta, inquit, pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas*. Si solum hoc ad sanitatem pertinet quod ad meritum valet, totum quod hominis est infirmitati subiacet, quia nec merito pollet quod est in potestate, nec vitio caret, quod est in necessitate, & vtrique incommodo subiacet, & quod est in voluntate, & quod est in libertate. A planta ergo pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Quomodo enim ad bonā valetudinem pertinet quod ad meritum non valet, quod in retributionis iudicio nihili est, & ad verum bonum adiuuare non potest, imo magis vero malum obnoxium reddit, & reum cōstituit? A planta ergo vsque ad verticem non est in eo sanitas. Totum infirmitas occupat a capite vsque ad verticem, quia potestas nec expellit necessitatem, nec explet voluntatem, nec explicat, sed implicat amplius libertatē. Quomodo enim plura valet, eo & plura sunt vnde & rationem reddere dicitur. Itaque totum occupauit infirmitas, & a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.

R. G. 1.

*Quomodo sit inordinatus, vel quā immoderatus affectus. Cap. XXXIII.*

**R**espice tandem ad similitudinem quae plenus nosse cupis spiritualem infirmitatē. Idcirco sanē exterioris hominis membra audis nominari, vt ex notis discas quae de interioris hominis statu non nosti. Considera igitur quae, vel vnde sit exterioris hominis infirmitas, & animaduertes quid de spiritali infirmitate aestimare debeas. Sicut superius autē iam diximus, sanitas corporis est integritas naturalis complexionis, humorumque omnium comensuratio proportionalis. Infirmitas autem est sanitatis priuatio, integritatisque corruptio. Quatuor ergo sunt humores ex quibus omne corpus conficitur, vegetatur, moderatur, nutritur, atque conseruatur. Hi omnes in omni corpore ad vnam legem sub rata sed dissimili in dissimilibus proportione concurrunt, & diuersam in diuersis complexionem constituunt. Debet itaque ordo congruus, congruaque mensura secundum naturae modum inelle singulis,

Richardi S. Victoris. Pars I.

**A** vt sit in eis (vt dictum est) comensuratio proportionalis. Quamdiu autem vnusquisque proprium locum occupat, modumque sibi congruum seruat, corpus in sua sanitate perdurat. Quod autem sunt quatuor humores in corpore, hoc sunt quatuor principales affectiones in corde, & quod est sensus in carne, hoc est intellectus in mente. Vnus etiam habet sensum cordis sicut sensum corporis nominare, vnde & sententiam a corde, vel a cordis non a corporis sensu solemus dicere. Amor itaque, & odium, gaudium, & dolor, quatuor principales affectiones sunt, ex quibus cetera omnia desideriorum, voluntatum, affectionumque originē trahunt. Vide ergo quā multa amamus, vel odimus, quae tamen amasse, vel odisse minimē, vel moderatius deberemus, & item quā multa sūt pro quibus inordinate, vel immoderatē gaudemus, siue dolemus. Quemadmodum autem humores in corpore, sic & affectiones in corde, secundum quod ordinem, modumque congruum perturbant, varias infirmitates procreant. Superius iam vidimus quā sit hebes cordis sensus. Videamus nunc quā sit infirmus cordis affectus. Ostendē ergo mihi vnum aliquid circa quod affectum tuum ita ad certā, legitimamque mensuram restringas, vt aliter omnino, aut amplius, aut minus circa ipsum extendere non debeas. Sed quomodo poterit animus affectum suum ad perfectam aequitatis legem vel in vna aliqua re restringere, quamdiu intellectus nullam rem poterit ad plenum comprehendere, nec dignitatis eius mensurā sub perfecta determinatione assignare? Quomodo enim fieri potest quod sciri non potest? Si enim nescitur certa mensura plenae & perfectae dilectionis, vel cuiuslibet alterius affectionis, quomodo custodiri potest mensura quae sciri non potest? Si itaque animi affectus in multis est inordinatus, & in nullo penitus ad summam aequitatis mensuram moderatus, non est quod mirari, vel dubitare debeas, cum legas, a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Omni hora (immo per singula penē momenta) in nostra aestimatione fallimur, & ruptis aequitatis loris ad nostra desideria effrenamur. Nusquam modus, nunquam certa mensura seruatur, dum animus semper ex carnis imperu turbis more, huc, illucque impellitur. A planta itaque pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Felix tempus, & expectabilis hora, vbi iam vltterius nulla cogitatio in sua examinatione fallitur, vbi nulla affectio in suo desiderio effrenatur. Hanc cognitionis integritatem virtutisque perfectionem nulla interim possumus cogitatione attingere, nulla animi industria seruare.

3 Quomodo

Quomodo homo ad legitimam integritatis mensuram perducitur. Cap. XXXV.

**H**æc est illa promissi denarii rotunditas, & veræ, summaque perfectionis integritas, quæ in domini vinea laborantibus promittitur, sed non nisi in fine diei postque operis consummationem tribuitur, domini vinea, humana conscientia. Hæc est vinea domini electa in qua plantavit omne semen verum. Pro huius vineæ cultura dominus exit, cum suam voluntatem per internam aspirationem innotescere facit, domini, itaque egressio eius est manifestatio. Iteratio egressiois augmentatio est cognitionis. Multiplex egressio, multiformis manifestatio. Diveritas horarum, varij gradus perfectionemque horarum dominus egreditur, quia secundum perfectionis profectum, virtutumque promotionem diuina cognitio augmentatur. Vineæ cultores, cogitationes, & affectiones. Huiusmodi cultores in vineæ cultura laborare habent, quia in conscientia emundatione vtri que desudare debent. Primi exercendi sunt in inuestigatione veritatis, secundi autem in excitatione virtutis. Ad illos pertinet in altum fodere, & occulta penetrare, ad istos spectat fermentorum superflua amputare, & motum inutilia refecare. Illorum labor est correctio errorum, istorum labor castigatio vitiorum. Introducuntur sane mane, hora tertia, sexta, nona, & vndecima qui laborant in vinea, & desudat in huiusmodi cultura. Mane primo lux incipit apparere, ad tertiam dies solet incallescere, ad sextam autem vehementius aestuare, ad nonam constat solem ad inferiora inclinare, caloremque temperare, ad vndecimam vero contingit calorem cum luce paulatim deficere. Quid itaque est ortus lucis, nisi illuminatio veritatis, & quid est inchoatio caloris, nisi acceptatio bonitatis? Aestuationem autem caloris, feruor est dilectionis. Temperamentum vero caloris, est abominatio vanitatis. Sed & subtractio caloris, & lucis quid aliud est quam refrenatio cupiditatis, seu etiam hebetatio prudentia carnalis? Mane itaque facit discretio boni & mali, tertiam appetitus veri boni, meridiem desiderium summi boni, nonam fastidium falsi boni, vndecimam verò efficit odium, seu etiã obliuio veri mali. Mane itaque illuminatur intellectus, ad tertiam corrigitur consensus, ad sextam inflammatur affectus, ad nonam restringitur, siue etiã hebetatur corporis sensus, ad vndecimam refrigeratur carnalis appetitus. Si enim corporis sensus a sua euagatione non restringitur, carnalis appetitus inquietudo non extinguitur. Sed cum corporis sensus viriliter domatur vigore abstinentia, & violenter restringitur rigore disciplina, incipit in assuetis oblectamentis minus minusque delectari, & ad pristinas delectationes magis magis-

Vinea domini, humana conscientia.

Cultores vineæ q.

A que hebetari. Hebetudinem autem sensum necessario sequitur lentitudo appetitum. In quantum ergo appetitus, vel careri hominis sensus ad æquitatis mensuram restringitur, eo citius retributionis denarius, perfectionisque forma percipitur, & ad integritatis rotunditatem appropinquatur. Nihil enim aliud est omnes in fine denarium percipere, nisi in omnibus sensibus nostris tandem perfectionis formam possidere.

Quibus gradibus ad integritatis plenitudinem perducimur. Cap. XXXVI.

**P**rimo igitur omnium est consilium querere, & eo inuento voluntatem corrigere, sicque animum ex virtutum exercitio ad celestium desiderium inflammare. Sed post æternorum desiderium debemus etiam alicitis sensus nostros cohibere, vt illicitorum possimus appetitum temperare, vel (in quantum possibile est) penitus extinguere. Cui dubium quin hæc omnia cooperetur ad spiritualis vineæ cultum, & restructio consiliorum, & correctio voluntatum, æstuatio celestium desideriorum, restrictio sensuum, moderatio appetituum? Norandum sanè de huius dominicæ vineæ cultoribus, quia quo quique veniunt tardius, tanto laborant & minus. Quo enim profectus nostri dies amplius crescit, eo vti que virtutum exercitium magis magisque dulcescit, & quo amplius desideriorum appetitus temperatur, eo vti que pondus diei & æstus minus minusque sentitur. Nam quantum crescit amor, tantum decrescit & labor. Per amorem si quidem fit iugum suaue, & onus leue, quod prius videbatur intolerabile. Illud quoque sciendum, quia quo profectus nostri diem producimus, quantum ad eius finem appropinquamus, tanto puriora, tanto perfectiora vota, seu desideria habemus. Hinc est quiddam hi qui tardius veniunt prius denarium accipiunt, quia in proficientibus quidem succedentia semper perfectæ integritati vicinior appropinquant. A nouissimis autem remunerationis ordo incipitur, quia prius peccati fomes tollitur qui appetitui principaliter dominatur, & ad legitimum modum, æquitatisque mensuram appetitus restringitur, integritatisque denario donatur, quam in ceteris sensibus homo glorificetur. Quemadmodum enim nunquam nisi per consilium bonum voluntas emendatur, & nisi voluntate correctæ nunquam sensus, vel appetitus restringitur, atque corrigitur, sic econuerso prius est (absque dubio) vt vitium appetituum, vel sensuum destruat, quæ voluntas bona ad veram pacem componatur. Et quoad voluntas inuenit vnde oportet erubescere, sepe cogitatio hæt quæ debeat accusare. Omnes autem vineæ cultores, ad uesperam denarium accipiunt, qui in vineæ cultura perseuerant. Quid est vespere, nisi diei finis,

C

D

E

Cur nouissimi cultores vulnes, primi denarium accipiunt.

Mat. 20.

nis, terminus laboris, hora quietis, tempus retributionis? Ad vesperam itaque denarius ab omnibus accipitur, quia post consummatum laborem, retributionisque tempore, omnis sensus hominis ad perfectionis integritatem (sicut dictum est) sublimatur. Vnum ergo, idemque tempus est finis laboris, & inchoatio quietis, terminus operis, & hora retributionis. Nunquam enim labor cultura finitur, nunquam inquietudo conscientia compescitur, nisi cum animi profectus ad perfectionis terminum perducitur.

Quod eadem perfectionis forma, futura, sit in cogitatione, & in affectione. Cap. XXXVII.

**S**ed quid illud dicimus, quod vna eademque retributionis mensura impeditur omnibus? Nihil additur primis, nihil minuitur nouissimis. Quis nesciat recta consilia in cultura vineæ, tam recta desideria, quam recta opera præcedere? Quod enim sine consilio concupiscitur, vel agitur, non ad vineæ cultum, sed ad vineæ detrimentum cooperatur. Prior itaque est in vinea labor cogitationum, quam affectionum. Quamdiu autem in hac vita sumus, quamdiu in vinea laboramus, plus vti que est, quod de perfectionis plenitudine attingere possimus cogitatione, quam quod interim possimus plenæ affectioni imprimere, vel opere explere. Quis enim totum hoc possit quod se debere, vel decere cognoscit? Sed cum retributionis tempus institerit, cum domini operarij mercedis, gratia perfectionis denarius redditus fuerit, nihil maius erit in consilio, quam in desiderio, nihil minus in affectione, quam in cogitatione. Proculdubio post acceptam retributionem quicquid vnusquisque se debere, vel decere cognouerit, totum & poterit, totam implebit. Ea dem igitur perfectionis forma, que fuerit in cogitatione, eadem prorsus, eadem penitus erit, & in dilectione. Eundem itaque denarium accipiunt nouissimi, quem merentur accipere & primi. Sed quis ille operarius est, qui primo introducit, sed nouissimè remuneratur, cui etiam per increpationem dicitur: *Tolle quod tuum est, & uade. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Quis ad ordis munditiam, cum tanta difficultate anharet, quis in huiusmodi cultura tantum laboris impenderet, nisi eum sua conscientia remorderet? Primus itaque operarius vineæ, cogitatio, accusatrix conscientia. Huius operarij oculus ratio nobis est nequior, tantoque molestior, quanto nobis dominus fuerit benignior, atque munificentior. Quanto maiorem gratiam a domino accipimus, tanto acriore remordentis conscientia stimulo urgemur quoties peccamus. Quamdiu in nobis aliquid imperfectionis inuenire poterit, eius nos respectus confundit, perturbat, & cruciat. Huius itaque operarij labor, nunquam finitur, do-

Richardi S. Victoris. Pars I.

A nec omnis imperfectio de medio tollatur, & ad integritatis plenitudinem homo reformetur, & perfectionis denario muneretur. Sed post remunerationis consummationem tollet quod suum est, & vadet, quia quod iure reprehendat, non inueniens redargutionis stimulus, quiescet, & euanescent. O qualis tunc erit cognitionis perfectio, o quanta virtus consummatio. Vbi nulla æstimatio, vel ad modicum fallitur, vbi nulla affectio vspiam effranatur. Sed quod tunc de omni affectione, & ad omnia speramus, hoc nunc de nulla, vel in qualicunque re præsumere audemus. Vide ergo quanta ibi erit nostra virtus, vide quantum hic sit noster defectus. O quanta tunc erit hominis firmitas, o quanta est interim eius infirmitas. A planta enim pedis vsque ad uerticem non est in eo sanitas. Summam siquidem æquitatis mensuram, quam in omni re tunc cognoscere, & custodire poterit, in nulla hic nosse, vel posse (nisi præsumptuose) confidit. Vides certè (ut arbitror) hanc infirmitatis humanæ corruptelam, quam latè grafatur, quæ omni affectui vsque adeo ad omnia dominatur, vt rectè de eo dicatur. A planta pedis vsque ad uerticem non est in eo sanitas.

## TRACTATUS SECVNDVS.

Hucusque de triplici uitio, nunc de triplici peccato. Cap. I.



**I**deamus autem nunc ea, quæ sequuntur: *Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo.* Triplex malum iam superius descripsit, ecce iam alia tria iterum adiungit, vulnus videlicet, liuorem, & plagam tumentem. Tria illa quæ superius posuit, quasi ab intus generantur, nam tria illa que modo adiunguntur, quasi a foris infliguntur. Languor capitis, mæror cordis, dolor infirmi corporis, quasi ab intus surgunt ex defectu naturæ. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, quasi de foris occurrunt ex superuenienti occasione. Per languorem capitis (ut dictum est) intelligimus debilitatem liberi arbitrij ad bonum, per infirmitatem corporis, inquietudinem desiderij ad malum, per mærorem cordis caliginem, & ambiguitatem iudicij ad utrumque discernendum. In languore itaque intelligitur impotentia boni, in vexatione infirmitatis, concupiscentia mali. In nubilo mæroris, ignorantia boni, & mali. Quis autem non uideat hæc tria mala ita inuiscerata esse, ut quantumcunque sibi prospiciat, quantumlibet cautè agat, non possit homo his malis carere, quæ ab intus surgunt ex defectu naturæ? Quis enim est, qui ad bonum agendum, (etiã inuitus) aliquando non torpeat? Quis in tene-

C 4 bras



bras ignorantia: contra uoluntatem quandoque non incidat? Quis concupiscentiæ laqueos ita penitus euadat, ut etiam quandoque sollicitè fugiens, & fortiter renitens non incurrat? Sed illa quæ per consensum admittimus, quasi ex propria negligentia, uel incuria toleramus. Ista igitur, quæ per consensum admittuntur, quasi quædam vulnera animæ naturæ infliguntur. Nam illa quæ inuiti etiâ toleramus, & quibus nulla prudentia, nulla industria resistere ualemus, potius (ut dictum est) naturæ innata, quam exterius sunt inflicta. Hæc itaque tria mala (quæ quasi a foris homini infliguntur) aut diu quomodo describuntur. **Vulnus**, & **liuor**, & **plaga** tumens non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo. Primo illud consideremus quid inter se differre uoluit plagam, & vulnus. Sed fortè quod querimus in eo innuitur, quoddam cum plaga ponitur, tumens ad iungitur, ut plaga intelligatur quæ tumet, & vulnus quod omni tumore caret. **Vulnus** itaque est, ubi membrum nõ læditur interius, nisi quantum aperitur exterius. **Liur** autem est, ubi ex vulneris similitudinem exterius aperitur. **Plaga** autem tumens est, ubi & latius conteritur intrinsecas, & tamen vulneris more in parte aperitur extrinsecas. Videntur autem singula proprias differentias habere, quibus tamen constat esse commune extrinsecas infligi ex superuenienti contritione, sicut illis primis ab intus surgere ex interna corruptione. Rectè itaque tria illa quæ primo loco posita sunt, generaliter referimus ad omnia, & sola uitia tria ista quæ modo adiunguntur ad sola peccata, sicut tria illa quæ ultimo loco ponuntur ad uitiorumque remedia. Per languorem itaque capitis, per macrorem cordis, per infirmitatē corporis, intelligamus triplex uitium, per vulnus, liuorem, & plagam tumentem, triplex peccatum. Per ligamentum, medicamentum, & oleum, triplex remedium.

*Quid sit uitium, & quid sit peccatum.*  
*Cap. II.*

**S**Anè sicut aliud est morbus, atque aliud est vulnus, sic proculdubio aliud est uitium, atque aliud est peccatum. Sicut in corpore uideamus, sic & de corde intelligere debemus, quia aliud est ex occulto prodies interna corruptio, atque aliud extrinsecas inflicta manifesta contritio. Sic aliud est quando malum in sola cogitatione (etiam ab initio) sentitur, atque aliud quod nutu spontaneo ex deliberatione committitur. Illud quasi ab intus nascitur, istud quasi extrinsecas infligitur. Vitium itaque est ipsa infirmitas naturalis corruptionis, peccatum uerò est ipsa praua assentatio tentantis infirmitatis. Vitium est quasi quædam passio naturæ, peccatum uerò est spontanea quædam

**Vulnus**,  
quid.  
**Liur**  
quid.  
**Plaga**  
quæ.

**Vitium**  
quid.  
**Peccatū**  
quid.

**A**ctio industria. Vitium est ipse appetitus mali, qui solet præcedere, uel prouocare consensum, peccatum autem ipse est consensus mali, qui solet sæpe subsequi, uel comitari appetitum. Profecto aliud est prauum motum in corde sentire, atque aliud prauo motui consentire. Quod prauum motum sentimus, uitium est, quoddam prauo motui consentimus, peccatum est. Vitium itaque est in sensu, & in affectu, peccatum uero est in solo consensu, seu etiam effectu. Quando quod uerum est, uidetur nobis falsum, & quod falsum uidetur esse uerum, uitium est in sensu. Quando quod iustum est, uidetur nobis amarum, & quod iniustum est, uidetur esse iucundum, uitium est in affectu. Sed cum falsæ opinioni fidem adhibemus, iam sensus nostri uitium transit in peccatum. Sic cum prauæ delectationi acquiescimus, affectus nostri uitium similiter transit in reatum. In hunc modum uitia in peccata transeunt, & consentientem reum constituunt. Vitium itaque sensuum, sit origo errorum, uitium uero affectuum, radix iniquitatum. Sensum autem non corporis, sed cordis hic intelligimus, unde & sententiam dici non ambigimus, hebes itaque sensus, & exordinatus affectus omnium malorum origo sunt, ut diximus. In hunc itaque modum uitium dominatur sensui, & affectui, & cum consensum alliciat, uel etiam in effectum transit, sit causa peccati. Consensum autem nõ semper effectus consequitur, sed cum necessitate præpeditur, solo consensu peccati culpa consummatur. Ecce iam distinximus quid a se distent uitium & peccatum, secundum quæm distinctionis modum ostendimus, triplex uitium, & triplex peccatum. Fastidium boni, desiderium mali, ambiguitas utriusque discernendi. Ecce triplex uitium, de quibus est superius iam dictum. In languore etenim capitis ostensum est homo quam sit torpens (imo quam sit impotens) ad bonum, in infirmitate corporis quam sit seruens, & inquietus ad malum. In macrore cordis, quam sit hebes & lippus ad utrumque discernendum. Ecce tria uitia impotentia, ignorantia, concupiscentia. Sed quoniam de his, quæ dicenda uidebantur, iam superius diximus, eadem hic replicare non debemus.

*Quod tribus modis peccata contrahimus.*  
*Cap. III.*

**S**ecundum autem hoc triplex genus uitiorum, est & triplex genus peccatorum. Alia enim sunt, in quibus incidimus per infirmitatem, alia quæ incurrimus per errorem, alia quæ committimus per solam iniquitatem. Peccata infirmitatis dicimus, quæ quamuis fortiter, & prudenter insistimus, ad plenum tamen uitare non possumus. Quando malum committimus, quia bonum putamus, per errorem, & ignorantiam peccamus.

**Peccare**  
in Patre,  
in Filio,  
& in Spiritu  
sancto, quomodo  
intelligendum.

**E**amus. Qui autem quod malum nouit, & vitare potuit ex industria committit, ex sola malitia, quia ex solo amore, & concupiscentia mali delinquit. Secundum hunc triplicem peccandi modum dicimus peccare in patrem, peccare in filium, peccare in spiritum sanctum. Nam quæuis una eademque sit potentia, sapientia, & bonitas, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, secundum quendam tamen modum loquendi in quibusdam scripturæ locis potentia Patri, sapientia Filio, benignitas Spiritui Sancto (quasi specialiter) uidentur assignari. Qui igitur per infirmitatem delinquit, ei utique ualde contrarius est, qui summa potentia est. Qui uero per ignorantiam peccat, ei utique ualde contrarius est qui summa sapientia est. Qui autem per solam malitiam offendit quomodo ei magis aduersari potest qui summa bonitas est? Secundum hunc itaque considerationis modum specialiter uidetur agere contra patrem, qui peccat per infirmitatē. Specialiter contra filium agit, qui per ignorantiam delinquit. Specialiter spiritui sancto aduersatur, quod per malitiam committitur. Rectè autem ei qui peccat in spiritum sanctum non remittitur in hoc seculo, nec in futuro, quia qui per malitiam peccat, si in presenti pœnitet, rectè ab eo exigitur plena satisfactio, non pœnitenti uero debetur plena damnatio in futuro. Qui uero peccat ex infirmitate, uel ignorantia, sicut aliquam excusationem habent in culpa, sic aliquid remissionis habere debent in pœna. Rectè cum eis uel in presenti satisfactio, uel in futura damnatione remissius agitur quorum culpa per impotentiam, uel ignorantiam excusationem leuigatur. Rectè nihilominus qui in culpa nihil habent excusationis, in pœna similiter nihil accipiunt remissionis. Miro itaque modo qui de uoluntarijs peccatis pœnitentiam agunt in hac uita, remissionem sine remissione accipiunt. Accipiunt namque plenam remissionem commissi criminis, sine uilla remissionis conditione satisfactio. Peccare itaque in patrem (ut dictum est) est peccare per impotentiam, peccare in filium, est peccare per ignorantiam, peccare in spiritum sanctum, est peccare per malitiam.

*Quid quibus peccatis sit proprium.* *Cap. IIII.*

**A**vdiamus ergo quomodo hæc eadem tria in Esaia ab eodem ueritatis magistro describantur, cum dicitur vulnus (inquit) & liuor, & plaga tumens. Per vulnus itaque intelligimus illud peccatum quod committitur per solam infirmitatem, per liuorem, illud, quod contrahitur per solum errorem, per plagam tumentem, illud, quod consummat per iniquitatem. Si enim per vulnus illam contritionem intelligimus quæ quidem exterius aperitur, intrinsecus autem in tumorem minimè uertitur, uide quam rectè per ipsum peccatū infirmitatis de-

**A**signetur. Quid enim est contritio exterius aperta nisi culpa manifesta sine simulatione, & contradictione aliqua? Quid est contritio sine tumore nisi culpa sine elatione, culpa cum humiliatione & confusione? Talia utique sunt peccata quæ per infirmitatem (& quasi inuiti) committimus, nulla enim amplius erubescimus, nulla amplius damnamus. Nam peccata ignorantia magis solemus negare, quam accusare, & peccata malitiæ magis consueuimus uel per impudentiam iactitare, uel contumaciam defendere. Tales utique illi esse describuntur qui per sapientiam arguuntur. De quibus dicitur: *Quod letatur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Liur est ubi contritio pelle obtenditur, & ne sanies profluat, eadem qua tegitur pelle prohibetur. Sic ignorantia peccatum ne in apertum prodeat sub ambiguitatis suæ obumbraculo se uelat, & ne per confessionis aperturam corruptionis suæ putredo erumpat, falsæ opinionis uelamento se palliat. Eiusmodi tamen mens sæpe quæ suo errori cedit falsæque opinioni acquiescit, nec sic quidem in suis tenebris quiescere sinitur, ut secura sibi esse uideatur. Sed variarum sententiarum alternatio, multiplicitateque ambiguitatis fluctuatio, mentem modo huc, modo illuc impellit, & eam quietam esse non sinit, sicque ad liuoris similitudinem trepidam conscientiam & per sollicitudinem excoquit, & in formidinis nigredinem uertit. Rectè autem per plagam tumentem peccatum malitiæ exprimitur, quod sine Dei contemptu minimè committitur. Peccatum enim quod facile uitare possumus, quod & peccatum esse indubitanter agnoscimus, quomodo quæso sine Dei contemptu perpetrare ualemus? Talia namque peccata, peccata malitiæ rectè dicuntur, quæ neque per ignorantiam, neque per infirmitatem, sed sola mala uoluntate committuntur. Quid itaque est tumor in percussuræ contritione, nisi contumacia in culpæ commissionem, Dei que contemptus in præcepti transgressionem? Rectè ergo (ut diximus) per vulnus quod in tumorem non uertitur, exprimitur peccatū infirmitatis, rectè per liuorem qui pelle tegitur, peccatum erroris, rectè per plagam quæ tumore inflatur, peccatum maliginitatis.

*De peccato triplici, actionis, cogitationis, consuetudinis.* *Cap. V.*

**V**el possumus per vulnus intelligere, mortuum extra domum, per liuorem, mortuum intra domum, per plagam tumentem, mortuum iam putrescentem intra tumulum: per vulnus peccatum actionis, per liuorem autem intelligimus peccatū cogitationis, per plagam tumentem, peccatum consuetudinis. Et notandum quia sicut nihil aliud est plaga tumens quam vulnus in tumorem uersum, sic peccatum consuetudinis nihil aliud est quam actio-

Prou. 2.

nis malum in consuetudinem ductum, peccati ergo per actionem manifestum, quid aliud est quam vulnus apertum, vel cadauer elatum? Et quid aliud est peccatum adhuc in cogitatione latens, nisi liuor sub pelle putrescens, vel cadauer domus suae latebras necdum deserens? Vel quid aliud est consuetudo mala, & iam per infamiam putrida, quam plaga ex putredine iam tumida, vel foetentis cadaueris membra iam tabida? Neminem moueat quod prius ponitur contritio vulneris, quam liuoris, cum per vulnus peccatum actionis, & per liuorem intelligi debet peccatum cogitationis. Rectius namque fortassis & quasi congruis incrementi gradibus ordinari, & distingui corruptionis nostrae modis cuiquam videretur, si primo loco liuor, secundo vulnus, nouissimo plaga tumens poneretur, vt post malum cogitationis, malum actionis, & post utraque haec malum consuetudinis describeretur. Sciendum tamen est quod quamuis peccatum actionis secundum aliquid sit maius peccatum, tamen cogitationis secundum aliquid est periculosius. Nam peccatum actionis quamuis forte maius sit ad reatum, peccatum tamen cogitationis vide ne forte difficilius sit ad sanandum. Peccatum enim manifestum quo magis erubescimus, eo saepe maturius corrigimus. Saepè etiam culpa per actionem manifesta, vel admonitione corrigitur, vel ultione percussa ab inuito deseritur. Hinc est quod in euangelio Lucae prius iuuenis mortuus extra domum elatus resuscitatus legitur, quam puella mortua quae adhuc intra domum inuenitur. Si ergo per vulnus peccatum actionis, & per liuorem peccatum cogitationis rectè intelligimus, quid miram si prius vulnus, & postea liuorem in mystica lectione inuenimus, cum peccatum cogitationis peccatum actionis videatur esse periculosius, & huius ordinis rationem euangelico exemplo approbemus? Rectè autem plaga tumens nouissimo loco, & quoddam quasi fastidium ponitur, per quam malum prauae consuetudinis designatur, eo quod ad reatum immanius, & ad sanandum difficilius ceteris omnibus inuenitur.

Quod praedicta singula tribus modis possunt accipi. Cap. VI.

VEL per vulnus quod est sine tumore, sed & nihilominus sine omni curatione possumus intelligere peccatum quod accusamus, nec tamen deserimus per liuorem, peccatum quod per hypocritam regimus. Per plagam tumens, peccatum quod per contumaciam defendimus. Tribus itaque modis peccati contritio aperitur, tribus modis obducitur, tribus modis inflatur. Aperitur, in modum vulneris, obducitur, in modum liuoris, inflatur, in modum plagae tumens. Vulnus apertum, peccati manifestum. Sed peccati vulnus aliter manifesta-

tur homini in seipso, aliter proximo, aliter Deo. Sibi, per cognitionem, proximo, per actionem, Deo, per confessionem. Quantum enim in nobis est, illud Deo abscondimus, quod coram ipso per propriam confessionem damnare nolumus. Tribus item modis peccati contritio absconditur, & ad liuoris similitudinem quadam occultationis pelle obducitur. Aliter enim absconditur nobismetipsis, aliter Dei oculis, aliter occultatur proximis. Nobis absconditur per errorem, Deo, per taciturnitatem, proximo, per simulationem. Similiter peccati macula tribus modis intumescit, & se in plagam tumens morem inflatione distendit. In semetipso putrescit per malitiam, coram proximo per impudenciam, contra Deum, intumescit per contumaciam. Homo enim prius per malitiam destruit seipsum, per impudentiam perdit proximum, per contumaciam impugnat Deum.

Quid quibus peccatis sit familiare. Cap. VII.

SED licet haec tria accidentia videamur generaliter omni peccato attribui, quoniam vnus idemque corruptionis malum in alijs, & alijs, vel in eodem homine, alio, & alio tempore, modo apertum, modo occultum, modo tumidum solemus inuenire, speciale tamen, vel potius familiare quibusdam peccatis solet esse cum quadam libertate, potius quam tumore in apertum prodire: quibusdam autem cum ingenti elationis inflatione erumpere, quibusdam vero nunquam deprehendi, sed semper latere velle. Quis enim nesciat quomodo tristitia soleat seipsum totam in verbis producere, & per querimoniam effluere, & iuxta vulneris modum, quasi quoddam sanguinis profluuium in planctu, & gemitu effundere? Inuidientia autem malum sub silentio se abscondit, quia liuida mens vitium suum manifestare erubescit, & idcirco dissimulationis pelle se palliat, ne si in apertum prodeat contemptui pateat, omnibusque vilescat. Solet tamen hoc malum semper seipsum (sed inuitum) prodere per manifestum indicium, eo quod habere solet toruum respectum, amarum responsum, pallidum vultum, & cetera latetis infirmitatis signa, in hunc modum, ita vt quamuis latere velit, penitus tamen

latere non possit. Sed iuxta liuoris similitudinem euidenter exterius appareat, quamuis sub dissimulationis pelle (vt dictum est) latens per verbum non erumpat. Ira vero ad illatam iniuriam indignatione intumescens, & pro plagae tumens more per minas & contumelias foras erumpens, dum pudore, aut timore saepe magna ex parte coerceatur, latius interius per votum, quam exterius per verbum in ultionis malum grassatur. Perpendis sanè (vt arbitror) quanta similitudo, tristitiae cum vulnere inuidiae, cum liuore iracundiae, cum plagae tumete. Quanta vero, quamve timenda sint haec mala docemur.

latere non possit. Sed iuxta liuoris similitudinem euidenter exterius appareat, quamuis sub dissimulationis pelle (vt dictum est) latens per verbum non erumpat. Ira vero ad illatam iniuriam indignatione intumescens, & pro plagae tumens more per minas & contumelias foras erumpens, dum pudore, aut timore saepe magna ex parte coerceatur, latius interius per votum, quam exterius per verbum in ultionis malum grassatur. Perpendis sanè (vt arbitror) quanta similitudo, tristitiae cum vulnere inuidiae, cum liuore iracundiae, cum plagae tumete. Quanta vero, quamve timenda sint haec mala docemur.

emur ex ipsa diuina scriptura. Quale enim tristitia malum esse creditur, quae (testante Apostolo) mortem operatur? Quid autem de inuidia, quid de iracundia sentire debeamus, sacrae idem scripturae testimonio approbamus: *Virum stultum, inquit, interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.* Attende ergo quam magna mala singula haec esse iure credantur, quae omnia secundum scripturae attestationem mortem operantur.

## TRACTATUS TERTIVS.

Hucusque de triplici peccato, nunc de triplici remedio. Cap. I.



DHUC ad augmentum mali & illud accedit, quod haec quae mortalia sunt, nulla penè arte, nulla sagacitate ad plenum vitari possunt. Quis quæso se cum tanta cautela, cum tanta uigilantia custodiat, ut nunquam morsus tristitiae, nunquam morsus inuidiae uel iracundiae sentiat? Sed si haec tanta mala plenè uitare non possumus, cur saltem remedia contemnimus? Remediorum sanè contemptus ostenditur in eo quod dicitur. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo. Tria sunt mala quae praemittuntur, & tria remedia quae subinferuntur. Vulnus & liuor, & plaga tumens. Ecce triplex malum, cui subiungitur triplex remediū, in ligamentis, curamentis, & fomentis. Et forte cui uidebitur singula singulis debere aptari, & ligamenta, ad vulnus, curationes, ad liuorem, fomenta, ad plagam tumens debere referri. Sed ne haec uerborum distinctionem sequamur ipsius literae ratione prohibemur. Cum enim circumligata (non circumligatum) ponitur, non hoc ad uulnus singulariter debere referri probatur. Similiter cum curata (non curatus lego) quomodo solummodo ad liuorem referri debeat, non ui deo. Cum ergo circumligata, curata, fota legamus, cogimur ut singula haec ad plagam referamus. Vt autem ad praemissa etiam duo singula referri quæant, nil obstat, cum hoc nec litera prohibeat, nec sententiae ratio obstat. Intel ligamus autem ligamenta, in mandatis, curamenta, in minis, fomenta, in promissis.

De triplici institutione. Cap. II.

CONGRUA satis similitudo uinculorum, & mandatorum uinculis siquidem coarctamur, & mandatis utique diuinis a nostris uoluntatibus coeremur. Vinculis trahimur, uinculis retinemur, hinculis astringimur. Vincula attrahentia, praecipiones, uincula retinentia, prohibitiones, uincula constringentia, admonitiones. Praeceptio est eorum quae fieri oportet, prohibitio eorum quae fieri non licet. Admonitio

eorum est quae quidem expedit fieri, cum tamen sine culpa possint praereri. Praeceptionibus sane illuc saepe argemur quo boni operis gressu sine difficultate non dirigimus. prohibitionibus autem inde saepe retrahimur, quo per desiderium properamus. Admonitionibus uero cordium nostrorum hiantia seu etiā fluxa arctius alligamus, cum uoluntates nostras a licitorum etiam usu saepe restringimus. Vincula itaque attrahentia sunt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Vincula retinentia sunt: non occides, non chaberis, non furtum facies. Vincula constringentia sunt: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quae habes, & da pauperibus; & illud quod a Domino de uirginitate proponitur cum dicitur: *Qui potest capere capiat*, unde & Apostolus. *De uirginibus autem praecipuum Domini non habeo, sed consilium do. Bonum est homini sic esse*, & alibi. *Bonum est homini mulierem non tangere.* Huiusmodi ergo uinculis uiciorum nostrorum uulnera hiantia, animeque contritiones constringimus & a foris munimus, quoties noxia desideria ab actu, seu etiam consensu cohibemus.

De triplici comminatione. Cap. III.

SED ad perfectae sanitatis reparationem non sufficit prauae assentionis malum, adhibitis mandatorum uinculis restringere, nisi satagamus pari sollicitudine noxios affectionum carnalium humores, uoluptatumque putredinem, adhibitis curationum congruarum medicamentis extirpare. Ecce triplex tibi item curationum genus ostendimus, in diuinis uidelicet comminationibus, sicut superius de uinculis docuimus. Comminatio correptionis, comminatio reprobationis, comminatio damnationis: de primo dictum est. *Quem enim diligit Deus corrumpit, flagellat autem omnem filium quem recipit.* De secundo autem scriptum est. *Ergo cui uult miseri tur, & quem uult indurat.* De tertio est illud: *Tunc dicit illis qui a sinistris eius erunt. Ite maledicti in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo, & Angelis eius.* Comminatio castigationis est. *Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec uolueritis audire me, addam plagas uestras in septuplum, propter peccata uestra, & illud quod paulo superius ponitur. Addam correptiones uestras septuplum propter peccata uestra, & conteram superbiam duritiae uestrae.* Comminatio obdurationis est. *Ecce ego indurabo cor Pharaonis.* Comminatio damnationis est. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Amarus utique est huiusmodi herbarum succus, sed ad noxios uiciorum humores desiccandos, efficacissimus. Quis enim tam effrenatus, qui non studeat concupiscentias suas temperare, si diligenter attendat, memoriterque retineat, quod soleat Dominus in quibusdam electis suis malas delectationes in



hac uita etiam septuplum punire? Quis non pertimescat peruersis consuetudinibus pertinaciter insistere? quisve non festinet prauum usum citius corrigere, cum audiatur quosdam etiam in hac uita in reprobam sensum dari, & iumentis insipientibus comparari, & propter obstinationem obligationemque peccati, irremediabiliter gehennalibus pœnis tradi, ne forte si respiscere uoluerint cum adhuc possint, iam ulterius omnino non possint? Restat adhuc tertia species omnium efficacissima, atque potentissima, & in huiusmodi morborum medelam præ cæteris omnibus præstantissima. Hæc est enim illa quæ inuenerat uiciorum morbos efficacissime solet curare, & penè desperatos morbos ad plenam sanitatē reformare. Quis enim tam infensata, tam obstinata mentis homo uspiam poterit inueniri, qui non expauescat, & omnino abhorreat transitoria carnis blandimenta tormentis æternis mercari, si diligenter inspiciat, indefinenterque attendat quàm sint modica, seu etiam momentanea ista omnia carnis oblectamenta quæ pertranseunt, & quàm sint immania, quàmve atrocia tormenta illa æterna quæ finem non habent, nec habere possunt? Vide ergo quia magna ex parte in nostra potestate est sanitatem nostram recuperare si studeamus morbis nostris huiusmodi medelam modo congruo adhibere. Vultus itaque, & liuor, & plaga tumens quæ non est circumligata, neque curata huiusmodi medicamine quid iam miramur, quidve conquerimur si non potest sanitatem recuperare? Iustè quidem in suis contritionibus deficit, & perit, cui cum abundat in huiusmodi speciebus suppeteret, morbis suis congrua curationum medicamenta adhibere noluit. An nescitis qui contemnitis huiusmodi curationum medicamenta, quia secudum sapientis sententiam, *Curatio cessare facit peccata maxima?* Sed forte prædictarum herbarum succum (utpote amarum, multumque mordacem) horretis, unde & uulneribus uestris huiusmodi adhibere forte pertimescitis. Sed si forte uidetur uobis earum amaritudo amarissima, illud quoque attendite, quia & medela efficacissima.

Medela efficacissima uitiorum,

Ecl. 10.

*De triplici promissione. Cap. IIII.*

Accipite tamè triplex adhuc olei genus in diuinis utique promissionibus, ut habeatis in quo possitis (cum opportuni fuerit) doloris acerbicatem lenire, & membra iam iam que conualescentia fouere, seu etiam iam sanata nutrire. Prima itaque olei species est, promissio uenię. Secunda promissio gratię. Tertia promissio glorię. Est enim prætabilis super malitiam misericors, & miserator Dominus, & non solum delictorum ueniam, uerum etiam gratiam & gloriam dabit Dominus. Nonne ad illam primam olei speciem (quam nos diximus

A promissionem uenię) uidetur illud pertinere si fuerint, inquit, peccata uestra ut coccinum, quæ si nix dealbabitur, & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Ad secundum autem (idest promissionem gratię) illud pertinere uidetur, de quo per Apostolum dicitur: *Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministratorum sunt, idem autem Dominus, & diuisiones operationum sunt, idem uero Deus, qui operatur omnia in omnibus unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem.* Alij quidem per spiritum datur sermo sapientię, alij sermo scientię secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Sed si tertię olei speciem in promissione glorię accipimus, non ne ad hanc illud tibi pertinere uidetur quod alibi in eodem Apostolo legimus? *Alia quidẽ, inquit, cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarum. Stella autem a stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.*

*De triplici uirtute triplicis promissionis. Cap. V.*

Ecce habes tres species olei, singulas utique non uilis, uel mediocris precij. Omnes sanè preciosę, & in diuersos usus necessarię, siue ad cibaria condienda, siue ad luminaria continuanda, siue ad uulnera medenda. Primum tamen præcipuum est, meliusque proficit in usum unctionis. Secundum in usum luminis. Tertium in usum refectionis. Primum siquidem fouet salubrius, secundum ardet clarius, tertium sapit dulcius. Illud sanè olei genus uidetur præ cæteris dulcius sapere, quod dici solet in scriptura oleum leticię, quod quid aliud est, quàm participatio glorię? Sed illud præ cæteris omnibus uidetur ardere clarius, & illuminare efficacius, de quo quidem legimus, quod unctio eius docet nos de omnibus, quia sicut sine gratię illustratione non possumus uiam ueritatis, uel ad modicum tenere, sic sanè sub eius ducatu non possumus uitæ uiam perdere, uel uspiam aberrare. Sic sanè præ cæteris illud genus olei uidetur melius proficere ad curam medendi, de quo habes, quod putreficit iugum a facie olei, eo quod diuinę remissionis miseratione pereat usus peccandi, seruitutisque peccati. Sed licet ista de singulis specialiter assignauimus, singulas tamen species ad doloris leuamen utiles, multumque efficaces usu quotidiano probare possumus. Quam enim (quæso) tantam doloris cuiusque acerbicatem

Oleum leticię quid sit. Psal. 44. 1. Ioan. 2.

Ecl. 10.

etatem poterimus inuenire, quæ tanta illa diuinarum promissionum dulcedo nõ possit lenire?

*De triplici leuamine contra triplicem dolorem. Cap. VI.*

Alij dolent ex infirmitate contritionis, & uulneris. Alij ex languore infirmitatis, alij ex defatigatione tribulationis, & laboris. Infirmitas uulneris commissio criminis. Languor infirmitatis defectus uirtutis. Defatigatio laboris, tedium expectationis, surgens ex multitudine tribulationis, & impatienti desiderio promissæ retributionis. Ex his sanè omnibus dolor surgit, animumque hominis multipliciter affligit. Sed contra triplicem dolorem habes triplicem olei speciem. Si itaque doles ex uulnere criminis, & commissioe criminis, habes oleum promissæ uenię ex Domini utique promissione. Si doles ex infirmitate, & defectu uirtutis tenuitate, habes oleum promissę gratię. Si doles fatigatus afflictione inungere oleo leticię in spe promissæ gratię. Si itaque penitentia dolor affligit cor tuum, & te urget acerbius conscientia peccatorum, accipe unctionem & recipe consolationem. Ad illam namque dominicam uocem (imo diuinę unctionis effusione) uiuio ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius, a uia sua, & uiuat. conuertimini autem a uis uestris pessimis, & quare moriemini domus Israel? Quæ quæso tam immanis est cuiuscunque contritionis penitentiaque amaritudo, quam lenire non possit huiusmodi diuinę unctionis infusio? Si doles de languore, & defectu tuo, insiste precibus, nec prius desistas, donec induaris uirtute ab alto, donec quiescas, penitusque cõualescas ab omnino dolore uel languore tuo, utpote delibutus preciosissimo illo euangelicę hydrice unguento. Si enim nostis, inquit, cum sitis mali bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Sed ut amplius miteris, in nostra relinquatur potestate ab eo qui dat, & non improperat, ut qui uis quatum uoluerit tollat, cum dicat. *Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur.* Noli itaque parcus esse in expendendo, nec auarus in erogando. Quanto magis erogas tanto amplius abundas: *Gratis, inquit, accipitis, gratis date.* Nescit sanè gratię effusio, olei que huiusmodi emanatio in uidię manibus cessare, nisi cum uasa uacua defuerint, quæ possit implere. Si in tribulationibus deficiis, nimio labore fatigaris, habes glorię unctionem, unde fatigationis tuę dolorem lenire possis, cum ab illo preciofo unguentario accipis quod audis. *Non sunt condignę passionis huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis, id enim quod in penitenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrę supra modum in sublimitate æternę glorię pondus operatur in nobis.* Audi adhuc eiusmodi unguentarium eandem olei spe

ciem, glorięque unctionem proferentem. Cum Colof. 1. enim, inquit, Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Assignatio triplicis promissionis. Cap. VII. Prima sanè olei species erat, quæ Samaritanus ille uulneribus eius infundebat qui in latrones inciderat. Qui etiam spoliauerunt eum, & plagis impostis abierunt semiuino relicto. Hoc genere unguenti peccatrix illa peccatorum suorum uulnera sanauit, dolorique nimietatem tandem aliquando mitigauit, quæ a Domino tandem audire meruit. *Dimissa sunt ei peccata multa.* Hoc unguento de Domini munere diues ad Domini pedes uenit, & nouissimis Domini membris largiter impendit pietatis unctionem, quam desuper se accepisse cognouit ut peccatrix, & penitens, peccatoribus, & penitentibus pietatis beneficium impenderet, quale de Dei misericordia gratis se accepisse meminisset. Hoc pietatis unguentum seruus ille nequam, in Domini pedes effundere noluit, quod tamen de Domini munere in tanta abundantia accepit, unde & id quod prius gratis accepit, reddere postea compellitur, cui ei per exprobatōem dicitur: *Serue nequam, omne ne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui miserus sum?* Secunda (ut arbitror) olei species fuit cuius debitor se esse recognouit, qui interroganti sibi respondit. *Quantum, inquit, debes Domino meo? & ille, Centum cados olei.* Attè de obsecro in quanta abundantia gratię olei acceperat, qui centum cados olei se debere nõ negat. Hoc olei debitum reddere compellebat, qui Domini sui debitores alloquendo instatè admonebat: *Uidete, inquit, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis.* Hoc olei debitum in seipso cognouit, & confiteri non erubuit, cum dixit: *Gratia Dei sum, id quod sum.* Quantum autem pro reddendo hoc olei debito laboret, ostendit in eo quod subsequenter adiungit, & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Tertia autem (ni fallor) olei species erat, quo prudentes illæ quinque uirgines abundabant, unde & earum lampades extingui non poterant, quæ olei defectum non timebant. Accurrunt itaque, & properant in abundantia huius olei, & fatuis uirginibus foris stantibus, cum fiducia intrant in gaudium Domini sui, & in letitia sempiterna recumbunt ad nuptias agni. Huius olei plenitudinem acceperat, quo & denique plenè delibatus erat, de quo & propheta ueraciter asseruerat. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus, oleo letitię præ cõfortibus tuis.* Rectè sanè præ cõfortibus, uel participibus suis, nec solū præ hominibus, uerum etiam præ Angelis. Tanto enim melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomè hereditauit. Gloria namque, & honore corona

Luc. 10.

Luc. 7.

Matt. 18.

Luc. 16.

1. Cor. 6.

1. Cor. 15.

Matt. 25.

Psal. 44.

tus,



tas accepit nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Dignus sane qui acciperet plenitudinem gloriae, qui prius acceperat plenitudinem gratiae: *Vidimus*, inquit, *gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae, & veritatis.* Nec dubium itaque est eum ueraciter accepisse omnem plenitudinem (iuxta unamquamque superius assignatam olei speciem) in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Est enim fons misericordiae, ab ipso flueta totius gratiae, in ipso abissus aeternae, & infinitae gloriae. Cur quae so adhuc huiusmodi olei inopia laboramus: Omnes enim de eius plenitudine accepimus, si uolumus. Tantummodo petamus, & accipiemus. Preciosissimum olei genus est illud, quod dictum est oleum laetitiae, seu gloriae quod tamen ipse praecipit nos postulare, promittitque se dare. Petite (inquit) & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Satis itaque ad manus habemus, quod cum integre uolumus, ad petitionem accepimus.

*Assignatio multiplicis utilitatis in diuinis promissionibus, & praedictorum recapitulatio.*  
Cap. VIII.

**H**abemus ergo tres olei species, omnes utique tam necessarias, quam utiles. Primam contra triplicem contritionem, uulneris, liuoris, plagae tumentis. Secundam autem contra triplicem dolorem, languidi capitis, aesti cordis, aegroti corporis. Tertiam uero contra triplicem fatigationem (etiam sani corporis) uidelicet laboris, egestatis, persecutionis. Habes oleum diuiniae misericordiae, in quo foueas uulnera peccatorum: habes oleum gratiae, in quo mitiges morbos uitiorum: habes oleum gloriae, in quo lenias fatigationes certaminum. Sicut aliud est morbus, & aliud uulnus (sicut superius docuimus) sic aliud est uicium, & aliud est peccatum. Vicium est ipsius naturalis boni etiam inuitus defectus, peccatum est tentantis mali spontaneus consensus. Vicium itaque est corruptio naturae ex qua fit prona, & cupida illius etiam mali saepe, cui tamen consentire non lit. Peccatum uero est peruersio industriae per quam saepe illi etiam malo sponte consentit cui facile resistere potuit. Prius itaque est sanare uulnera peccatorum. Secundum autem est curare morbos uiciorum. Tertium uero lenite dolores fatigationum. In peccatorum itaque medelam (ut dictum est) habemus oleum misericordiae. In uitiorum curam, oleum gratiae, in defectuum cautelam, oleum gloriae, in peccatorum sane medelam, habes utique confessionem illam prophetica ex prima olei specie confectam: *Beati*, inquit, *quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Mirabile sane misericordiae unguentum, quod non solum de infirmo sanum, sed & de misero efficit

Ioan. 1.

Discrimine inter uicium & peccatum.

Psal. 31.

**A** beatum: *Beatus uir*, inquit, *cui non imputauit Dominus peccatum.* Contra uitiorum morbos, corruptionemque naturae, accipe adhuc aliam unguenti confectioem ex oleo gratiae. *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius.* Accipe adhuc unctioem aliam eodem gratiae oleo confectam. *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Accipe & illud. *Beatus uir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* Beatus uir qui Dominum habet adiutorem, eruditorem, protectorem. Beatus quem Dominus adiuuat, erudit, & protegit. Adiuuat ad bonum, defendit contra malum, erudit ad utrumque discernendum. Adiuuare, erudire, defendere, totum est gratiae. Primum itaque est contra defectum fortitudinis. Secundum contra defectum ueritatis. Tertium contra defectum uirtutis. Omnia contra defectum boni naturalis. Primum contra debilitatem languidi capitis. Secundum contra caliginem merentis cordis. Tertium contra anxietatem infirmi corporis, inquietudinemque estuantis cupiditatis. Habemus adhuc tertiam olei speciem, & ex ipsa similiter triformem unguenti confectioem, contra triplicem corporis iam conualescentis defatigationem. Contra fatigationem laboris, habes illud: *Labores manuum tuarum quia manduca bis, beatus es, & bene tibi erit.* Contra afflictionem egestatis, habes illud: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Contra tribulationem persecutionis, habes illud: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Quis (quae so) inter tot tribulationum certamina non modo non doleat, imo etiam non exhilarescat, cum scripturae sacrae attestazione addiscat, & de quo dubitare non audeat, quoniam beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uitae, quam repromisit Deus diligentibus se. Hinc est quod Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quam recte hac olei tertiae species dicitur oleum laetitiae, quae facit etiam de tribulatione gaudere. Quis enim non laetetur (imo & gloriatur) in infirmitatibus, & tribulationibus suis, cum speret accipere in praemium certaminis quod oculus non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit quae praeparauit Deus diligentibus se? Hac de diuersis olei speciebus iam diximus, ut sciamus quas, in quales usus utiles, seu etiam necessarias habemus, nec nobis debet sufficere hoc de huiusmodi olei speciebus cognouisse, utilitatesque earum a se inuicem distinguere potuisse, nisi studeamus ex his secundum inuicem cuiusque utilitatem, atque uirtutem infirma nostra fouere, ne illa diuiniae increpationis sententiae uideatur nos ipsos arguere. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo.*

RICHARDI

Ibidem

Psal. 145.

Psal. 93.

Iere. 17.

Psal. 127.

Matt. 5.

Iacob. 1.

47  
RICHARDI SANCTI VICTORIS  
DE ERUDITIONE HOMINIS  
INTERIORIS;  
OCCASIONE ACCEPTA EX SOMNIO  
NABUCHODONOSOR,  
APVD DANIELEM LIBRI TRES.

Liber Primus.

*De mystico somnio regis Nabuchodonosor, & summa intentionis totius operis.* Cap. I.



**V**id illud Nabuchodonosor somnium iuxta literam designet, notissima illa Danielis expositio docet. Sed displicere non debet si tropologica discussio ex eadem materia eliciat quod ad ueritatis scientiam, uel morum disciplinam lectorem aedificet. Ut ergo summam intentionis eius paucis perstringam, uidetur propheta hoc loco ex mystica uisione designare, quomodo viros uirtutum contingat paulatim desuere, & quibusdam detrimentorum gradibus in ima corrumpere, & per uisitantem gratiam quandoque ad pristinum, uel potius potiorum animi statum resurgere. Hac autem permutationis corruptela, uel reparationis medela, accidere utique solet in utraque uita, tam actiua uidelicet, quam contemplatiua. Utriusque (ni fallor) in hac una uisione typus exprimitur, si recte pensetur. Quid enim est quod Nabuchodonosor mysticam uisionem accepit, amisit, & postmodum iterum cumulatus agnouit. Nam ipsam cum ipsius interpretatione ad ultimum recipere meruit. Quid (inquam) in his omnibus nobis innuitur, nisi quod contemplationis gratia quandoque diuinitus datur, interdum subtrahitur, tandemque multipliciter reparatur. Actiuae autem uitae detrimenta designantur in statua, quae inchoata ex auro, definit in testa, in summo aurea, in medio argentea, uel aerea, in imo ferrea uel testea. Ecce ut uides quanto inferior, tanto semper inuenitur seipsa deterior. In uaria permutatione metallorum signantur uaria detrimenta regnorum, & in utrisque multiformis defectus morum, uel metitorum. Sed ecce post multiplicem regnorum defectum, regnum illud suscitatur, quod non dissipabitur in aeternum. Sic saepe mens huma

Cur uisio mystica ostensa sit Nabuchodonosor &c.

Varia permutatio metallorum quid significet.

**A**na post multiplicem ruinam diuina inspiratio ne compuncta ad iustitiam redit, & ex ipso suo casu erudita, & humiliata, quanto eruditior, quantoque humilior, tanto & fortior resurgit. Illud quoque notandum quod contemplatiuae uitae gratia quam actiuae facilius elabatur, sed multo difficilius reparatur. Hinc est quod Nabuchodonosor somnij uisionem quam tam facile amisit, cum tanta difficultate recuperauit. Hinc est quod regnorum detrimentum latius describitur, & gradibus distinguitur, & in exterminabilis regni subintroductio paucis perstringitur, & subito quidem, & sine ulla degradatione subinfertur. Et forte quod de qualibet geminae uitae gratia dicitur de utraque intelligi datur: Nam scriptura sacra saepe unum dicit, & aliud innuit. Solet itaque uicissim utrumque contingere, & hominem uidelicet in actiua exercitatum subito, & inopinatum cadere, & item a contemplatiua deiectum per uisitantem gratiam miranda facilitate resurgere. Sed congrue satis hoc loco ubi de utriusque uitae lapsu uel reparatione agitur, congrue (inquam) utriusque proprietatem expressit, & qua sibi proportionem respondeant ostendit. Nam a contemplatiua facilius decidimus, & ad actiuam facilius resurgimus. Hac autem regis Nabuchodonosor uisio (sicut & caetera ipsius) satis euidenter ostendit quam apte tale nomen accepit. Nam somnium proculdubio quod uidit futurorum praesagium fuit. Et illud nihilominus quod per praesagium futurum prauidit rerum aliarum signum fuit, nam morum accidentia expressit. Vide ergo quam recte tale nomen sortitur. Nabuchodonosor quippe prophetas istiusmodi signum interpretatur. Nonne Nabuchodonosor per mysticam uisionem prophetauit, unde & eius uisio prophetia erat, quae uarios regnorum defectus portendebat? Quis autem nesciat quia omnia in figura contingebant illis? Ergo illa regnorum permutatio figura fuit, quia aliud aliquid per mysterium significauit, & rerum spiritualium signum

gnum fuit. Signum itaque prophetabat, qui in futurorum praesagio rerum spiritualium figuras praevidebat. Sed quale signum? Signum istiusmodi, hoc est signum tale quod, quale, uel quam uerum sit, potest experimento probari, & quasi ad oculum ostendi, uel signum istiusmodi quasi eius rei quae potest digito ostendi. Si enim in detrimento regnorum morum detrimentum dicitur intelligi, quo quae in loco, uel tempore hoc non possit ostendi, hoc non possit uideri. Et haec quidem illi nominis interpretatio satis congruit, secundum quod ei accidit. Nam est & alia non minus congrua secundum quod fecit: interpretatur namque Nabuchodonosor sessio in agnitione angustiae. Quid est sedere, nisi semetipsum humiliare? Attende autem quantum rex iste seipsum humiliavit, qui Daniele seruum sibi ex captiuitate additum adorauit, quando regni sui deiectionem (quam sine angustia nosse non poterat) ipso exponente agnouit. In agnitione itaque angustiae sedit, qui audito imminente periculo ad prophetantis se pedes humiliter prostravit. Haec autem quae dicta sunt de nominis interpretatione uidentur historiae alludere, sed nihil omnino & illud considerandum est, quomodo ualeant mysterio congruere. Quid enim aliud designat haec tanta persona quae pariter uideatur esse rex, atque propheta, nisi animum gemina praeditum gratia & plenae exercitatum tam uita actiua, quam contemplatiua? Nonne tibi uideatur animus humanus in se regiam quodammodo personam gerere, cum coeperit affectibus & passionibus (tum ex liberi arbitrii iure, tum ex gratiae collatione) fortiter praesidere, & cum auctoritate imperare, & illud quod intra nos est regnum caelorum uiriliter uendicare? Nonne tibi uideatur dono quodam quasi prophetiae pollere, cum iam ex providentiae munere acceperit imminetia pericula posse praevidere, atque praedicere, maxime autem cum iam coeperit per contemplationis gratiam mysteriorum profunda rimare, & per mentis excessum, & uelut per somnium diuinorum iudiciorum arcana mirari? Recte autem & Nabuchodonosor dicitur qui praevidentiae dono donatur, & tunc teraciter qui eiusmodi est signum prophetat, cum ex causis praecedentibus morum detrimenta praevideat. Nam semper detrimenta meritorum designant detrimenta praemiorum. Absque dubio namque quantum detrahitur merito, tantum semper detrahitur & praemio. Prophetat igitur signum, & signum istiusmodi, qui eiusmodi signum uel eius rei signum praedicat quae qualia sint, possunt quodammodo digito ostendi, & experimento probari. Saepem autem defectus bonorum desiderio praesignat defectum bonorum operum. Nam torpente uoluntate, necesse est animum postmodum a bono studio tepescere. Solet autem & econuerso contingere. Cui uero datum

Nabuchodonosor quid significet.

Mystica interpretatio.

Animi humani excellentia.

Praemium merito respodet.

est imminetia pericula, & mala adhuc futura posse praevidere, si curat, & satagit cum dolore, & animi angustia illa in considerationem adducere, & semetipsum in eorum expectatione humiliter, potest ei idem nomen secundum aliam interpretationem congruere. Nam Nabuchodonosor (ut dictum est) interpretatur sessio in agnitione angustiae. Nemo autem miretur quod per regem iniquum animus uiriliter, & uir uirtutum intelligi dicitur. Quis enim nesciat (nisi si sacrarum literarum imperitus) quam saepe in scripturis significetur Christus serpens animal uenenosum, & leo animal ferocissimum? Et si exponenti beato Gregorio credimus, in David ad altero per mysterium intelligitur Christus, & in in nocte Vria intelligitur perdidit ille Iudaeus populus. Quid igitur mirum si per regem iniquum quem improbamus, intelligimus rem iustam quam approbamus? Et quidem in re iniusta quam uis fuerit uoluntas inordinata, erat tamen ei potestas ordinata. Non est enim potestas nisi a Deo. Quae autem a Deo sunt (teste Apostolo) ordinata sunt. Recte itaque satis regia potestas uirtutum animam designat, qui regnum illud internum moribus sibi uendicat, siue liberum arbitrium per quod ex cooperante gratia affectionibus, & passionibus suis animus imperat.

Quomodo contemplationis gratia quibusdam modo datur, modo subtrahitur, iterumque amissa recuperatur. Cap. 11.

In anno secundo regni Nabuchodonosor, uidit Nabuchodonosor somnium, & ceteris est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Primum studium uiriliter animi esse debet, ut possit dominari affectionibus. Secundum ut possit imperare cogitationibus. Tertium ergo animum spiritualis quaeque, & uitorum suorum uictrix anima in regno suo ex tunc iam incipit habere, quando excessibus suis edomitis, iam praevalet non solum affectionibus, uerum etiam cogitationibus imperare, ut utrumque possit & illas ab illicita concupiscentia, & istas ab inepta euagatione restringere. Quid est autem somnium uidere & futurorum praesagia, seu occultorum mysteria praevidere, nisi gratiam contemplationis diuinitus accipere, & per mentis excessum iudiciorum diuinorum cognitionem ex diuina reuelatione percipere? Recte autem anno secundo rex iste somnium uidit, quia spiritualis quisque post edomitam concupiscentiam, cognitionumque disciplinam, tandem aliquando contemplationis studio uacare praevalet, atque affluet. Saepem autem fit, ut dum humanus animus ad diuinorum iudiciorum subtilitatem, seu etiam distractionem contemplandam ducitur, ex ea ipsa diuinae distractionis consideratione quam percipit, subito timore medullitus concutitur. Dum ei mens rudis, & caelestibus disciplinis minus erudita, de pro-

Quid David Vrias uel designet.

Rom. 13.

Dan. 2. Officia animi.

Somnium uidere quid sit.

Cur secundo anno uideatur.

Mens praesumptuosa.

Regium animi gerere, quid sit.

de propria industria, magis quam de gratia diuina, adhuc omnia praesumit, facile in hunc timorem ex diuinae seueritatis contemplatione, & equitatis illius consideratione cadit. Praesumptuosa namque mens, dum miranda subtilitate conspiciat, quam sit supra humanam uirtutem diuinis beneficiis respondere, & diuinae seueritatis pro aequitatis iure quam ualeat, uel debeat erga nos districte agere, saepe in immentem formidinem (immo penes usque in desperationem) solet seipsum praecipitare. Sed dum trepidus animus huiusmodi pauore confunditur (ut raceam quam iuste abique ulla dubitatione, tam misericorditer, quam utiliter) sub hoc necessitatis articulo, contemplationis gratia subtrahitur, ne a subtilitatis suae nimietate in desperationis foueam totus praecipitetur. Somnium itaque quasi ab eo fugit, dum illam quam per mentis excessum uidere consuevit contemplationis lucem amittit: Praecipit autem rex, ut conuocentur Arioli, & Magi, & Malefici, & Chaldaei, ut indicarent regi somnia sua. Regium profecto animum gerit, qui desiderijs suis imperare, & studia, & exercitia sua pro deliberationis arbitrio disponere consuevit. Eiusmodi itaque animus regium omnes sapientes Babylonis in unum conuenire facit, & diuersas quodammodo sectas in unum per scrutinium cogit, quando omnem sollicitudinem, & indagatiorem (quas per uaria studia, & exercitia dispergere consuevit) uni, & soli caelestis doctrinae negotio impendit. Ab eiusmodi autem sapientibus, & quasi in unum coeuntibus, quasi somnia nostra amissa requirimus, quando subtracta contemplationis nostrae spectacula, per multiplicem, & insatigabilem studiorum nostrorum instantiam reparare satagimus: Qui cum uenissent, steterunt coram rege. Ecce quid dicitur: Ecce qualis conuocatio coram rege stare perhibetur. Regium animum necdum te habere existimes, si subtilissima illa cogitationum tuarum acumina undecunque pro uoto colligere, & pro arbitrii libertate, cuiuscunque intentionis studio immobiliter figere necdum uales. Et dixit ad eos rex: Vidi somnium, & mente confusus ignoro quid uiderim. Sapientum nostrorum conuocationem alloquimur, quando per scrutationem nostrarum euagationem in intimis increpamus, uel ad sublimium inuestigationem inflammamus. Studeamus autem iuxta huius similitudinem profectuum nostrorum damna non negligere, quin potius studia nostra ad eorum reparationem incitare. Illud sane notandum quod superius dicit se esse conterritum, hic autem mente confusum. Sed sciendum, quia mens humana, dum ad diuinam aequitatis ardua impudens contemplanda, subleuatur ex infirmitatis suae reuerberatione sub uno, eodemque tempore unde terretur, inde confunditur. Nam proculdubio in diuinae iustitiae consideratione, inuolutum dicitur humanae comparatione ho-

mo infirmitate horescit, pariter & erubescit: Responderuntque Chaldaei regi, Syriace. Rex in sempiternum uiue. Sic somnium teruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Primo loco considerandum cui, & quomodo responderunt. Vtique Chaldaeis regi, Syriace quod quidem idem est (sicut Hieronymus super hunc eundem locum diffiniuit) quod Chaldaice. Quid itaque est regi in propria lingua respondere, nisi expresse, & manifeste quod sciri oportet insinuare? Cum enim cuilibet aliquid in aliena, & ignota lingua dicitur, strepitus quidem uocis ad aures, sed sensus eius usque ad animum non ingreditur. Quasi ergo in propria, & nota lingua responderetur, quando id, quod opportunitas exigit, conuenienter intimatur. Quod si ad nominis interpretationem recurrimus, in eandem proculdubio sententiam reducimus. Syria namque interpretatur sublimis. Quid itaque erit respondere Syriace, nisi sublimiter respondere? & quid erit respondere sublimiter, nisi respondere conuenienter & sufficienter? Nihil autem melius, nil certius, nihilque sublimius animus agnoscat, quam quod per experimentum didicit, & forte hic est proprius, atque praecipuus, & omnino sublimissimus humanae animae discendi modus, quando aliquid proprio experimento probamus. Nonne tuae tibi cogitationes, seu occupationes, tam proprie, quam aperte respondent, & satis sublimiter ad ueritatem eruditum, quando ex proprio defectu docent, & quasi per experientiam loquuntur, quam frustra, uel temere aliquid supra humanum modum de propria industria praesumitur? Tota sane istorum responsio hoc maxime uideatur continere (illud uidelicet) quod rex uolenter exigebat, omnino non posse. In eiusmodi ergo sapientibus, quales tibi superius ostendimus, hoc erit (ut opinor) eorum respondere suam impossibilitatem proprio experimento docere. Singula autem responsionis eorum pertractemus, & primum de primo uideamus.

Syriace respondere quid sit.

Quod in omne quod agimus, intentioni bonae studere, & gratiae diuinae imitari debeamus. Cap. 111.

Ex, inquit, in sempiternum uiue. Ut itaque adiuuicem conferamus exteriora cum interioribus, corporalia cum spiritualibus, utinam internam illam familiam, tam disciplinam habeamus, quam disciplinam istam exteriori agnouimus. Audiuius quid prima fronte suo regi respondeant, & forte hoc ipsum eos ipse docerat, doceamus & nostram (in omni uidelicet nostro conamine) simillima respondere: Rex in sempiternum uiue. Quid tamen hoc erit quaeis, exoptatio, an admonitio? Exoptatio, ut hoc ualeat, an admonitio, ut in hoc ipsum omne studium impendat?

Quæ est autem uita illius interni principis, & interna illius familiæ dominatoris? Quæ inquam est illius principalis in anima (humana uidelicet mentis) uita, nisi intentio bona? Quicquid homo agat (etiam si bonum sit) inutile tamen erit, nisi bona intentione fiat. Tunc autem mens hominis etiam inter bona opera moritur, quando intentio deprauatur. Veritatis attestatio est: *Quia si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosus erit.* Quid igitur erit in sempiternum uiuere, nisi in omni opere bono intentionem bonam habere? Vanam ad omnem conatum nostrum, ad omne incipit bonum, hæc nobis responsio primo occurrat, in hoc omnis nostra cogitatio suspiret, & fatagat, ut in æternum uiuamus, quod tunc quidem fiet, si nihil nisi bonum, & sine bona intentione agamus. Ut enim de cæteris taceamus, quoties ipsam ueritatem, non pro ueritate, sed pro uanitate quærimus, & inuētā ueritatem, non in ueritate, sed ad uanitatem diligimus, & quod miserimum est, in uerbis uitæ ad mortis lucra negociamur, uel certè interioris hominis uitam rectè intelligimus gratiam diuinā. Sicut enim corpus nihil potest sine uita sua (id est sine anima) sic interior homo noster, nihil boni potest sine gratia diuina: *Gratia Dei*, inquit Apostolus, *sum id quod sum.* Et ueritas ipsa de se: *Sine me nihil potestis facere.* Quid ergo est dicere, in sempiternū uiuere, nisi indefinenter gratiæ adherere? Quicquid disponas non de tua industria, sed de diuina gratia præsumas. Quicquid peragas, illi, non tibi ascribas, hoc utique regi illi, & eo maxime tempore dicendum erat, quod illud quod diuinitus acceperat, humanitus quærebat, & ad aliud quod sperabatur, humana potius industria, quam diuina gratiæ innitebatur. Sed illud est ualde mirum (imo supra humanum modum stupendum) quod sæpe cum hæc apud nosmetipsos tacite loquimur, & intus sentimus, nihilominus tamen, & sub eodem tempore propria industria innitimur, ac si cooperantem gratiam penitus ignoremus. Sæpe cum de diuina gratiæ commendatione, subtiliter aliquid apud proximos loquimur, de nostræ locutionis subtilitate apud nosmetipsos gloriamur. O infinita hominis stultitia, & rectè quidem dicis hominem nil posse sine gratia. Sed si ueritatem loqueris, unde gloriaris? Doceamus itaque occultorum persecutrices subtilissimas, illas uidelicet nostras cogitationes, ut in omni nostro studio, in omni negotio hoc primum, hoc præcipue fatagant, hanc nobis sollicitudinem primo ingerant, ut studeamus totum quod proponimus de gratia præsumere, totum quod efficiamus gratiæ diuinæ ascribere, & hoc pertinere ad sempiternum uiuere.

Matt. 6. In sempiternū uiuere quid sit.

1. Cor. 15.

Ioan. 15.

A *Quomodo secundum uarios studiorum suorum successus, quidam se, uel emeruerit deiciunt, uel inaniter extollunt. Cap. 1111.*

**D**icunt inquit somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Attende quid dicunt. Vnum exigunt, & aliud promittunt. Exigunt a rege uisionem, & eius pollicentur interpretationem. Et tamen quàm uana exigunt, tam falso promittunt. Vnum autè erat, quod ueraciter dicere possent, si uera confiteri uoluissent, uisionem uidelicet minime nosse, nec per se scire penitus potuisse. Qui ergo falsa profitentur, cur saltem non consentunt? Communis prudentia, generalis impudentia. Communis prudentia impossibilitatem suam celare, generalis impudentia ultra possibilitatem presumere. *Et respondens rex, ait Chaldeis, sermo recessit a me. Nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam eius, peribitis uos & domus uestra publicabuntur. Si autem somnium, & coniecturam eius narraueritis, præmia, & dona, & honorem multum a me accipietis.* Quis quæso regè Nabuchodonosor liberè non reprehendat, quod sapientes suos pro tali causa perditioni addicat, cum forte & ipse simile, uel peiora faciat? Quid enim est sapientes suos ultra perdere, nisi sapientiæ studia penitus omittere, & subtilissima illa ingenij sui acumina in doctrinæ alicuius inuestigatione ulterius exercere iam nolle? Quid autem est sapientum domos publicare, & ad communem omnium usum redigere? Domos autem, illum habitationis nostræ locum dicere consueuimus, ad quem semper post multiplices labores, atque discursus, quiescendi gratia recurrere solemus. Quid igitur per sapientum domos rectius datur intelligere, quàm priuata illa, atque secreta quietis suæ ocia, quibus solent studiosi quique doctrinæ studijs uacare? Sapientum igitur nostrorum domos, quodammodo publicantur, quando studiosa illa quietis nostræ ocia, ad omnem dissolutionis euagationem exponuntur, doctrinæque secreta penetrant ad omnem curam, uel curiositatem prostituuntur. Quam multos uidemus post præclara studiorum suorum insignia, scientiæque magnalia, cum forte ad qualemcunque honoris gradum promoti fuerint, uel forte admirationis cuiuscunque curam susceperint, omnem statim doctrinarum suarum disciplinam despiciere, sæcularibus negocijs solum semperque uacare, cunctos sapientiæ cultores sub uano die perdere, eorumque abdita secreta publicare? Quid isti facerent si Nabuchodonosor regnum acciperent? Quam multos itidem uidemus, post multam spiritualium exercitiorum instantiam, post acceptam denique contemplationis gratiam, cum forte ab illo sublimitatis suæ statu aliqua tentatione, uel qualicunque fatigatione deiectione fuerint, & ad illā celsitudinis suæ artem sine aliquo, uel forte sine magno

Dan. 2.

Sapientes perdere quid sit, & sapientium domos publicare

magno labore redire non posse perpexerint, omnem proinus spiritualium studiorum industriam deponere, uel damnare, & seipsum sub omni hora ad omnes uagos, uanosque discursus exponere? Videas illos non solum illa contemplationis suæ ocia non repetere, uerum etiam omnem meditationis, seu lectionis instantiam penitus omittere. Quid aliud isti, quàm sapientes suos occidunt, qui omnes spirituales intellectus in semetipsis uaria desideriorum suorum fluctuatione obducunt? Ecce audiuimus de minis, uideamus de promissis. *Si autem somnium, inquit, & coniecturam eius narraueritis, præmia & dona, & honorem multum accipietis a me.* Præmium est, quado illud accipimus, quod meruimus, donū quando illud accipimus, quod necdum meruimus. Honor autem quado & illud obtinemus, ad quod promerendum minus idonei sumus. Præmium itaque est, quod meritis redditur, donū quod gratis impenditur, honor quod ex sola dignitate confertur, præmia (inquit) & dona, & honorem multum accipietis a me. Nihil fratres uerius, quàm liberè sapientibus nostris stipendia meritorij impendimus, quàm grātanter eis honorem debitum, uel grauitur conferimus? Et ut inde quid sentia plenus absolua, nihil certius exspecto, nihil amplius timeo, quàm ut nimium honorem, & maiorem reuerentiam quàm oporteat eiusmodi sapientibus impendi, quisque fatagat, cum forte suis desiderijs satisfecerint, & uotis suis pro uoto responderint: Quis suis studijs, & disciplinis non amplius ascribat, quàm ipsa ueritas dicat? Quis quæso, opinionem scientiæ, & sapientiæ suæ, non solum iuxta æquitatis modū, sed & præter, imo supra æquitatis debitum nolit extendere? Quoties itaque animus studijs suis liberè insitit, & inde sibi famæ, & gloriæ dilatationem promittit, loquitur quodammodo sapientibus suis, & præmia, & dona, & honorem multum accipietis.

Qui nam sint, qui sapientes suos occidunt.

Discrimen inter præmium & donum.

*Quam multis modis animus seipsum decipit, & suum sibi uitium non inuitus abscondit. Cap. V.*

Dan. 2.

Ibidem.

**P**roposito præmio, statim rex subiungit, & dicit: *Somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi.* Duo quærit, somnium, & interpretationem eius. Aliud est diuinorum iudiciorū arcana ex diuina reuelatione cognoscere, & aliud est eorundem rationem perperdere, uel penetrare potuisse. Hoc ad somnij cognitionem, illud pertinet ad eius interpretationem. Quam multa diuinorum iudiciorum cognoscimus, quorum rationem nulla nostra discussione penetramus: *Responderunt secundo, atque dixerunt: Rex somnium seruis suis dicat, & interpretationem eius indicabimus.* Quid est iterum respondere, nisi impossibilitatem suam iterato conaminis sui defectu plenius, perfectiusque docere? **O Richardi S. Victoris. Pars I.**

quàm difficile humana impudentia, a sua præsumptione reprimatur. Ecce post plura experimenta adhuc impossibilia exiguntur, adhuc impossibilia promittuntur. Sed uideamus quid sequitur: *Respondit rex, & ait: Certè noui quia tempus redimitis scientes, quod recessit a me sermo. Si igitur somnium non indicaueritis mihi, una est de uobis sententia, quod interpretationem quoque fallacem, & deceptione plenam composueritis, ut loquamini mihi donec tempus pertraseat. Somnium itaque dicite mihi, ut sciam, quod interpretationem quoque eius ueram loquamini.* Ecce ex sua instantia rex non nihil profecit, qui tandem aliquando eorum duplicitatem deprehendit, & te quidem non putes parum profecisse, cum cordis tui duplicitatem poteris ad liquidum deprehendere. Quam multa sæpe simulamus, quàm multa dissimulamus. Infirma nostra liberè dissimulamus, & illa quæ omnino non possumus, posse uel habere nos bona simulamus, & miti ualde, quod liberè animus seipsum decipit, & suum sibi uitium non inuitus abscondit. Ecce utrumque uitium simulationis, & dissimulationis rex in suis subiectis deprehendit, & dissimulationis quidem in eo quod dicit. Certè noui quia tempus redimitis. Simulationis in eo quod post pauca adiungit, una est de uobis sententia, quod interpretationem quoque fallacem composueritis. Ignorantiam suam dissimulabant, & apertè fateri uolebant, & in hoc tempus redimebant, & tamen de somnij interpretatione falsa promittebant. Sed ecce dissimulationis malum in eis rex experiendo probauit, simulationis uero malum ex ratione cognouit, dum unum uitium ex alio collegit. Si enim nec illud poterant, quod minus erat, quomodo illud potuissent quod maius erat? Perperdis ex his (ut opinor) & animaduertis, quod alia in nobis experimento probamus, & alia utique ex ratione colligimus. *Responderunt ergo Chaldei coram rege, & dixerunt: Non est homo super terram, qui sermonem tuum rex possit implere.* Ecce iam tertio respondent, & tandem aliquando defectum suum manifestè docent. Et ut tres istas responsionis uicissitudines gradibus distinguamus, quide ne forte prima illa responsio sit dubitationis, secunda timoris, tertia desperationis. Et ad primum quidem conatum quando aliquid incipimus, nec tamen perficimus, incipimus sæpe de incepti nostri consummatione dubitare. Ad secundum autem amplius formidare. Ad tertium uerò conatum, cum nullum consequimur effectum, solemus penitus desperare. Et nota quod dubitatio, & formido habent responsionem ambiguam. Desperatio autem habet responsionem manifestam. Sic utique isti primo & secundo, ignorantiam suam magis minuunt, quàm loquantur. Ad tertiam autem, lucem iam palam profitentur. Audiamus tamen, quod falso uera loquantur. *Non est, inquit, homo super terram, qui sermo*

Nota.

Ibidem.

Ibidem.



*nem tuum possit implere.* Non dicit simpliciter, nos nō possumus (quod utique verum erat) sed non est homo super terram qui possit, quod absque dubio falsum erat. Nam & Daniel homo erat, & super terram erat, qui hoc potuit, si cur postea rei exitus probavit. Potuit tamen non ex propria industria, sed ex gratia divina. Quis eum dicat non posse quod orando potuit obtinere? Vide quot modis, & quam saepe seipsum animus humanus decipiat, sed quis hoc plenē explicare sufficiat? Quam multa saepe nos posse praesumimus quae tamen omnino non possumus, & quam multa quae omnino nō possumus, neminem posse putamus? Quid quae so est quoddam animus humanus secundum bonum quod in se probat alios omnino non praedicat, & tamē secundum malum quod in seipso inuenit, alios adiecit? Ecce sapientes isti quod de somnij interpretatione praesumebant, non tamen & eaque omnibus in commune attribuebant. Verum tamen quod de somnij recuperatione non poterant, neminem posse confirmat. Sed ut totum hoc secundum vnum eundemque animum consideremus, nihil sanē in nobis debemus vel temerē praesumere, vel temerē desperare. Nam saepe quod vno modo nō possumus, alio modo facile explicamus. Quae multa saepe quae non possumus aeternitate, obtinemus orādo.

*Quam temere, vel frustra ex humana industria praesumimus quod ex angelica solum, seu divina reuelatione expectare debemus.*  
Cap. VII.

**V**ideamus tamen quid isti adhuc addant, subtiliter discutientes quid vitiosē, vel quid forte veraciter dicant. Nam & incautē prolata ad nostram cautelam valent, & rectē prolata ad imitationis studium informare habent. *Sed neque regum quisquam, inquit, magnus, & potens verbum huiusmodi sciscitatur ab omni Ariolo, & Mago, & Chaldeo.* Rex recte dicitur qui ad regnū sublimatur. Sed quid ait rex ille, vere rex regum, & dominus dominantium? *Regnum caelorum, inquit, intra vos est.* Ad hoc sane regnum sublimari possumus si perfecte id volumus. Habet sane hoc regnū intra nos existens incolas multos, & habitatores infinitos. Quanto autem quisque eiusmodi regnum amplius dilatat, fidelius dispēsat, districtius regit, prudentius disponit, tanto potentior efficitur, tanto maior iudicatur. Ad hoc autem regnum magis prouehit, atque conducit paupertas spiritus, quam copia census: Beati enim pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Qui eiusmodi regnum accipit fiducialiter psallit, cum dicit: *Ego autem constitutus sum rex ab eo.* Bene autem de eiusmodi regibus dicitur. Sed neque regum quisquam magnus, & potens verbum huiusmodi sciscitatur omni Ariolo, & Mago, & Chaldeo. In hoc autem dicti reges magni sunt, & suam sibi potētiam defen-

Dan. 2.

Lucā 17.

Quis sit potentior in spiritali regno.

Psal. 2.

**A**dunt, quoddam nihil de propria virtute praesumunt, quanto minus ea quae supra hominē sunt? Certē illud verbum rex diuinitus accēperat, & omnino tale erat quod nisi ex Dei reuelatione sciri non poterat. Quod ergo sciri non poterat nisi a Deo, qua temeritate praesumitur ab homine Ariolo, Mago, vel Chaldeo? Quid igitur est huiusmodi verbum ab eiusmodi quouis sapiente sciscitari nolle, nec debere, nisi ea quae supra hominē sunt ex nulla humana industria, vel arte, debere praesumere? Hinc est quoddam additur, cum dicitur: *Sermo enim quē tu rex quarris grauis est, nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis, exceptis Dijs quorum non est cum hominibus conuersatio.* Certe quod supra hominē erat, rex ab homine exigere non debebat. Quid autem grauius, quidve molestius quam hominē ab homine, homini impossibilia exigere, & quae supra humanam modum sunt ab humana possibilitate extorquere velle? Sed quae impossibilia sunt apud homines, apud Deumabilia sunt. Exceptis (inquit) dijs, quorū non est cum hominibus conuersatio. Recte hoc loco satis per Deos sanctos intellegimus angelos. Si enim propter imaginis, seu etiam similitudinis participationem homines dicti sunt Dijs, quanto rectius angeli? Ego dixi Dijs estis, & filij excelsi, & angeli quidem omni hora, imo omni penē momento inter homines versantur, & tamen cum hominibus non conuersantur, quia & tunc quidem cum inter homines sunt, non humanitus, sed caelitus, & verē diuinitus degunt. Quis neget, vel nesciat angelos hominibus multa quae supra homines sunt reuelare potuisse, & reuelare solere? Sed ut adhuc de exterioribus ad intima nostra similitudinem trahamus, sic saepe quae nulla nostra inuestigatione penetramus ex diuini reuelationibus, & inspirationibus agnoscimus. Si autem per Deos quis intelligi velit non angelos, sed homines diuinitus aspiratos quorum conuersatio iam non sit cum hominibus (hoc est humana sapientibus) eo quoddam iam veraciter dicere possunt nostra conuersatio in caelis est, nihil verius dici potest. Multa enim ex diuina inspiratione agnoscunt, quae humanam inuestigationem excedunt. Si vero sententia illa superior ad hunc sensum accommodatur, nihil in ea nisi rectum sonare videtur vbi dicitur. Non est homo super terram qui sermonem tuum rex possit implere, quasi dicatur. Nemo eorum qui super terram sunt, nisi illi tantum qui caelesti conuersatione caelos ascendunt.

*Quomodo post praeclara saepe studiorum suorum insignia mens tam secularium, quam spiritalium doctrinarum curam deponit, & se totam ad sola exteriora negotia exponit.* Cap. VIII.

**Q**uo audito rex in furore, & in ira magna praecipit ut perirent omnes sapientes Babylonis,

Dan. 2.

Psal. 81.

Dan. 2.

**A**d huc intrinsecus est, quod adhuc nefatur, & latet in mente, & uelut iam exercitus esse incipit, quando iam apparet in opere. Sequitur: *quarebaturque Daniel, & socij eius ut perirent.* Ecce quomodo malum grassatur. Audiuimus superius quomodo sapientes Babylonis interficiebantur, ecce iam sapientes Iudaeorum queruntur, ut interficiantur. Ecce quibus gradibus studiosa mens saepe a sua viuacitate, & sagacitate resoluitur, & a summis paulatim ad deteriora relabitur, prius saecularium, postea spiritualium doctrinarum curam deponit, & se totā ad sola exteriora negotia exponit, & in se quasi omnes scientiae, & sapientiae cultores interficit, dum post humanarum artium despectum, contemplationis, meditationis, lectionis, & orationis instantiam penitus deserit. Notandum tamen, quod de sapientibus Iudaeorum dicitur, quia ad perditionem querebantur. Quid quae so, est locum ubi eiusmodi sapientes ad perditionem inueniri ualeant querere, nisi occasionem, seu etiam excusationis alicuius opportunitatē captare, quo tutius, atque liberius, & cum securiori conscientia sacrae etiam eruditionis studia, dissoluta mens possit abijcere? Saepē enim infirmitatem corporis praetendimus, cum spiritalia exercitia abijcimus. Saepē caritatem hoc esse fingimus, quod contemplatiuam uitā deferentes exterioribus negocijs nos ipsos funditus exponimus. In hunc modum occasio, & quasi loci opportunitas queritur, ubi Daniel cum ceteris sapientibus Iudaeorum ad interficiendum inueniatur. Si huius Danielis facta cōsulimus, quid rectius, quam cordis deuotionem in ipsa figurari inueniemus? Vide quomodo sub omni aduersitate, & qualicunque necessitate semper ad dominum recurrit, & consulit, auxilium diuinum implorat, & accipit. Quis autē nesciat uerā deuotionis esse sub omni necessitatis articulo, ad diuina praesidia confugere, & tam in ambiguis, quam aduersis hinc cōsiliū, illinc auxilium humiliter petere, & efficaciter impetrare? Scimus autem, quia intimē, & deuorē nunquam mens orat, quae se ad deuotionem studiosis praemeditationibus prius non excitat. Hi sunt enim uerā deuotionis socij inseparabiles, circumspectae, discretae, & prouidae cogitationes. Sine huiusmodi enim socijs, & cooperatores quaelibet nostra deuotio non nouit, uel ualet orare quomodo oportet.

*Quomodo in omni proposito, uel instituto, debeamus aequitatis regulam consulere, & improprie statuta ad sanioerem sententiam reuocare.*  
Cap. VIII.

**T**unc Daniel requisit de lege, atque sententia ab Ariocho principe militum regis, qui egressus fuerat ad inter-

Quid sit furor, quod ue ira.

Cur primo ponatur prius furor, & deinde ira.

Sapientes Babyloniorū, & Iudaeorū quid de nosent.

Sententia egredi, quid sit.

Nunquam mens quae te orat, nisi prius se praeparat.

Qui sunt deuotus socij.

ad interficiendos sapientes Babylonis, & interrogavit eum qui a rege acceperat potestatem, quia ob causam tam crudelis sententia a facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogavit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Sicut in Daniele intelligitur feruor deuotionis, sic per principem militiae recte (ut arbitror) intelligimus zelum rectitudinis, & rigorem districtae seueritatis. Certè sine rigore iusta seueritatis, nec illud quidè regnū licet in pace, uel securitate possidere, in quo solent hoies hoibus imperare, & in quo solent homines possidentium pacem perturbare. Quis imperantium unquam pace diutina frui, uel laetari potuit, qui pacis aduersarios cum potuit, & oportuit districtè iudicare, & fortiter ferire noluit? Quanto magis autem in illo utique regno, in quo non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiae in caelestibus, quanto magis (inquā) in eiusmodi regno oportet nos fortiter agere, & omnes perstreptentium cogitationū, uel affectionum tumultus, & quoslibet internae pacis perturbatores districta animaduersione ferire? Bonus sanè iste princeps militiae (rigor uidelicet, & seueritas iustitiae) cuius legibus, uel disciplinis quisquis non obtemperat, ab illa caelestis militiae societate se alienat. Rectè autem (ut arbitror) iste princeps militiae Arioch dicitur. Nam Arioch ad solitudinem redigens, interpretatur. Scimus quia regnum caelorum intra nos est. Debet itaque iste princeps militiae quodcumque regnum, uel regionem uidet contra hoc regnum exurgere, uel rebellare, & aeterni regis legibus non obtemperare, forti impugnatione euertere, & ad sempiternam solitudinem redigere, & si fieri potest, in aeternum delere. Si igitur per Danielem, deuotionem, per Arioch, zelum rectitudinis debemus intelligere, quid est Danielem ab Arioch de lege, & sententia regis quaerere, nisi compunctam mentem aequitatis iudicium consulere, & ex magna deuotione uehementer discutere, an forte iustum uel iniustum sit, quod meminit se prius per spiritus sui impetum statuisse? Multa enim tempore compunctionis, & orationis mens hominis mala, & iniusta esse inuenit, quae prius ex animi impetu, & quasi praecipitanter desiniuit, quae tamen iniusta esse tunc temporis non aduertit, & multa saepe ex eodem spiritus sui impetu homo contra conscientiam suam dicitur, & tamen eadem animi sui praecipitationem, postmodum sub orationis, & deuotionis suae tempore temperat, & ad sanio rem sententiam reformat. Debemus itaque ea quae praecipitanter, magis prudenter statuimus, & mala esse pertimescimus, postmodum diligenter discutere, & utrum iusta, an iniusta, utilia, an inutilia sint, sagaci retractione perquirere, & in hunc modum quasi per Danielem officium Arioch de lege, uel sententia data requiritur, dum de quolibet

In Daniele feruor deuotionis, in Arioch zelus rectitudinis intelligitur.

Quid Arioch significet.

Orationis utilitas.

Nihil temerè agendum.

minus consulto mentis proposito ex magna deuotione, tandem aliquando uerae aequitatis, & summae districtiois regula consulitur. Quid sit autem ad interficiendos sapientes egredi, ex superioribus facile potest perpendi. Sciendum autem, quod inconsultè sententiae diffinitionem, uel qualitatem, saepe tunc facilius deprehendimus, ampliusque formidamus, cum iam qualis sit, ex ipso opere, & quasi per experimentum probamus. Hinc est, quod Arioch hoc loco tunc primum de sententiae datione consulitur, cum ad eius executionem iam iam que egreditur.

Quod quicquid contra nos accidere solet, dispensante Deo, libero mentis arbitrio, iuxta meritorum qualitatem respondet. Cap. IX.

Sed si per Arioch districtio aequitatis rectè intelligitur, mirum fortassis (nec immerito) alicui uidebitur, quomodo eiusmodi sententiae executio ad Arioch officium spectare dicatur, cum eadem utique sententia, nec iuxta historiam, nec iuxta mysticam intelligentiam iusta iudicetur. An forte rex iuxta historiam furor turbatus iustum esse credidit, quod ueraciter iustum non fuit, eo quod tunc ueraciter dicere potuerit, turbatus est a furore oculus meus? Sic sanè quidam iuxta huius similitudinis typum, zelum quidem rectitudinis generantes, sed secundum scientiam non habentes, rectum credunt esse, uel fingunt, quod sapientes suos occidunt, maiora sibi meritorum lucra proponentes, uel promittentes ex corporalibus exercitiis acquirere, quam ex spiritualibus quidem, in quibus interim non possunt quantum, uel quam leuiter uolunt, proficere. Sed si adhuc profundius inspiciamus, & ad diuina iudicia recurramus, statim uidebimus, quia multa quae homo iniuste disponit, uel agit: Deus non nisi iuste fieri permittit. Cur ergo & illa non dicantur ad Arioch officium pertinere, quae iuxta hanc considerationem ex diuinae districtiois aequitate, nostris probantur meritis respondere? Et interrogauit (inquit) eum qui a rege acceperat potestatem.

Deus aliquando aliquid qua iuste permittit fieri, quae homo iniuste disponit.

Attende ergo quod Arioch iste a rege potestatem accepit, quia quicquid circa nos ueliter, seu inutiliter accidit, ex liberi arbitrii merito, uel uicio descendit. Accipit autem Arioch exercendae modo utilis, modo inutilis sententiae potestatem a rege, aliquando a sciente, & uolente, aliquando a sciente, & nolente, quandoque a non sciente, & uolente, quandoque a non sciente, & nolente. Quemadmodum enim dictum est, quod cuique accidere solet (dispensante Deo) libertatis arbitrio, iuxta meritorum qualitatem respondet. Quicquid ergo circa nos agitur pro meritorum retributione, aequitatisque iure, iusto Dei

sto Dei iudicio moderatur. Sed prouidus ille animi obrutus, saepe sub magna perturbationis suae impetu, omnipotentis beneplacitum, seu iudicium agnoscit, & acquiescit. Aliquando agnoscit, nec acquiescit, quandoque autem sic affectus est, ut uoluntatem Dei solam circa se fieri concupiscat, quamuis eam interim ad plenum non intelligat, modo autem sic afficitur, ut uoluntati Dei omnino acquiescere non possit, etiā si illam (quam interim scire non potest) ad plenum scire potuisset. Sed quid mirum si humanus animus non potest semper acquiescere etiam cognitae diuinae uoluntati, quando quidem saepe nec suae potest acquiescere utilitati? Saepè enim per patientiam sententiam dicitur quam suae utilitati esse contrariam penitus non ignorat. Non igitur tunc tatum dictus ille princeps militiae a suo rege exercendae sententiae potestatem accipit, quando eiusmodi rex aliquid iuste, & utiliter disponit, sed etiam nunc quidem, quando aliquid per impudentiam, seu etiam per impatientiam ordinat quod Dei dispositione praecedentibus eius meritis aequitatis retributione respondeat, imo etiam tunc quando aliquid agit unde odiosam (quamuis iustam) sententiam incurrit.

Cur humanus animus non acquiescit diuinae uoluntati.

Quibus considerationibus pensanda sunt quae circa nos accidunt. Cap. X.

Uideamus adhuc autem quid illud sit quod Daniel ab Arioch iterum inquitur. Quae ob causam tam crudelis sententia a facie esset regis egressa. Ordo congruus, & diligenter obseruandus, prius interrogatur de lege, & sententia, postea de eiusdem sententiae causa. Proculdubio diligenter inquirendum, & uehementer discutiendum (in rebus utique dubijs, & maxime periculosis) prius de qualitate actionis, & consequenter quidem de qualitate intentionis. Nam saepe culpa quae ex actione contrahitur, ex qualitate intentionis non nihil lenigatur. Quae tamen inquitur de causa sententiae, ad duo (ut arbitror) possumus imo & debemus referre, quae uidelicet intentione fiat, uel qua Dei dispositio fieri contingat. Et circa actionem quidem quaeritur utrum nam sit commoda, an incommoda, iusta, uel iniusta. Circa intentionem uero an forte sit pia, uel impia, discreta, uel indiscreta. Circa Dei autem dispositionem id maxime quisque in dicit, uel durae sententiae inuestigatione perquirat, utrum ad utilitatem, an ad utilitatem nos feriat. Nam sanè cum nos percutit, uel feriri permittit: modo ad nostram eruditionem, modo ad nostram correctionem, modo ad correptionem, modo ad damnationem, uel alio adhuc quolibet modo id agit. Haec omnia diligenter inquirenda, & subtiliter discutienda. Haec omnia uilem timorem incutiunt, & mentem in oratione compungunt. Haec omnia mentem humiliant, & nostram deuotionem excitant, &

Circa actionem, & intentionem, quid agendum.

ad supplicationem inflamant. Vides certè quam rectè, quam discretè haec omnia Daniel inquirat antequam precibus insistat, uel supplicationi incumbat. Hinc est quod dicitur, cum subditur, Cum ergo rem indicasset Arioch: Danieli, Daniel ingressus rogauit regem. Quid est autem praedicta illa Daniele ab Arioch discere, nisi diligenter, & deuotè consulta districtè aequitatis regula tandem aliquando post multam discussionem quaesitam sententiae, & causae qualitatem deuotam mentem plenius agnoscere.

Quomodo perturbationis nostrae tempore debeamus ad orationis remedia confugere, & eiusmodi suffragium in usum adducere. Cap. XI.

Restat modo illud quaerere quid sit Danielem ad regem intrare. Rectè fortassis per regem qui omnibus praesidet, & imperat, intelligimus hoc loco uehementem animi motum, & validum liberè uoluntatis impetum: cui facile qualibet alia affectio cedat, uel obediat. Et quam multis (cum sunt uehementer affecti, uel acriter commoti) omnino non occurrit rationem, uel discretionem consulere, quanto minus ad orationem confugere, uel ullam deuotionem admittere? Sed quid aliud hoc dicimus esse quam sapientum neminem coram rege audere apparere? Saepè tamen qui eiusmodi sunt, post sedatum animi impetum cum ad semetipsos redeunt, ad discretionis iudicium, & deuotionis officium recurrunt, satagentes corrigere in quibus perturbationis tempore excellerunt. Sed si circa cordis disciplinam studiosi sumus quemadmodum esse debemus, doceamus, & assuescimus animum nostrum sub quouis impetu, & perturbationis tempore ad discretionis consulti confugere, & hoc est sapientes ante conspectum regis amittere. Sed quia saepe contingit ut nulla rationis attestazione praecipitem perturbationis suae impetum lenire possit, debet mens sub eiusmodi necessitatis articulo ad deuotionis auxilia recurrere, & ad pacandam perturbationis suae uolentiam diuinae miserationis suffragia impetrare, & eiusmodi deuotionis remedium oportet in usum adducere, & hoc est Danielem ad regem intrare. Quasi. n. ad regem Danielem ingreditur, quando ad pacandum animi impetum, sub ipso etiā praecipitationis impulsu deuotio suffragatur. Notandum autem quod superius dicitur introductus, hic uerò simpliciter ponitur, quod sit ingressus. Puto autem quia aliud, & aliud sit ab alio introduci, uel per semetipsum ingredi, sicut ex superioribus patet, sub omni uehementi animi impetu deuota orationis suffragium praesto habere, hoc est Danielem in praesentia furentis regis non deesse. Sed ut oes cõiter nouimus, alia nostra sagacitate, & solitudine efficitur, alia oratio, & Deo supplicatio precibus obtinemus. Quia igitur humana sagacitate,

Quid sit Danielem ad regem intrare.

Tempore perturbationis animi quid agendum.

Introduci ab alio quid sit, quid uero per se ipsum ingredi.



citare, & exercitatione deuotionis, prelidium ad sedandum animi impetu affuecitur, ille nosse Daniel quodammodo ante dicti regis presentiam, alieno officio introducit. Quando autem hoc non tam meditando, quam oratio efficitur, Daniel proculdubio ad regem per semetipsum ingreditur. Debemus itaque studiosa, & sagaci premeditatione mentem nostram ad deuotionem excitare, & hoc erit Daniele alieno officio introducere. Item quia sepe etiam cum necessitas exigit, & vrget, deuote orare non possumus, diuina uisitationis, & nostre compunctionis tempore oremus, ut necessitatis tempore orare possimus. Si itaque orandi facultas oratione obtinetur, Daniel pro certo per semetipsum ingreditur. Sed nec illud quidem negligenter pratereundum, quod sub tempore regie perturbationis, & furoris legitur ingressus. Nam introductionis tempore nullum profecto regie perturbationis vel iudicium accepimus. Non enim credere oportet hunc regem semper esse iratum, atque aliquo furore turbatum. Aliud est animi impetum esse vehementem, aliud esse precipitem. Aliud (inquam) validum esse, atque inuictum, atque aliud esse ira, & infania plenum. Aliud denique inuincibile, & penes immobilem, aliud vero intolerabile, & plane irrationabilem. Sed quis quaso Daniele sub regis furoris tempore praesumeret, vel auderet ante regem adducere? Supra humana industriam, & virtutem esse iudico tanta, & tam intima perturbationis tempore orationi incumbere, cum vix, vel nullo potius modo tunc temporis contingat eius saltem meminisse. Oportet ergo (eo quo supra diximus modo) Daniele per semetipsum coram rege turbato intrare, si vult sub tanta necessitate articulo periculo repugnare.

Animi impetus dicitur.

Tempore tranquillitatis, impetranda est gratia orandi tempore perturbationis.

A sibi perit, donec quid faciendum sit tranquillitatis suae tempore rectius possit discernere, accipiendo quod petit, quid aliud tibi videtur efficere, quam inducias petere, & accipere? Daniel, inquit, ingressus rogauit regem ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Vides certe quia deuotio pie, & vtiliter de domini pietate saepe praesumit, quae nulla sua sagacitate humana industria efficere possit, & quam iuste de domini pietate magna praesumimus, si magnanimitatem nostram pro amore eius, cum eius adiutorio vincamus.

Qualibus meditationibus oportet animum ad deuotionem inflammare, vel quomodo oporteat studiorum nostrorum instantiam reformare. Cap. XII.

Sed videamus quid post haec Daniel fecerit, vel quid de eo scriptum sit. Et ingressus domum suam Anania, Misaeli, Azaria socijs suis indicauit negotium, ut querebant misericordiam a facie dei super sacramento isto, & non perirent Daniel, & socij eius, cum ceteris sapientibus Babylonis. Per tres istos Danielis socios indiuiduos, & comites inseparabiles, circumspectione, discretionem, deliberationem intelligimus, sine quibus vera deuotionis officium nullo modo posse expleri quotidiano experimento probamus. Si enim in timore, & deuote orare volumus, primum est ut vitam nostram circumspeciamus. Videamus quibus studijs, vel exercitijs occupari consueuimus, vel quibus adhuc occupati sumus, vel quale propositum in his de futuro habemus. Sed quod ista iuuat in considerationem adducere, nisi eadem sollicitudine satagamus singula quaeque forti examinatione discutere, & bona a malis vigili sagacitate discernere, ut sciamus pro quibus debeamus domino supplicare, seu etiam gratias agere: Cognitis autem seu bonis, seu malis nostris, restat adhuc prouida deliberatione perquirere qua occupatione, vel sollicitudine possimus, & pro praeteritis malis satisfacere, & de praesentibus se explicare, & de futuris cautela curiosus exhibere. Primum est circumspectionis, secundum est discretionis, tertium est deliberationis. Circumspectionis est morum nostrorum modum in considerationem adducere, discretionis est in his omnibus iudicium facere, deliberationis autem consilium querere, & inuenire. Circumspectio dicit: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Discretio fatetur, feci iudicium, & iustitiam, deliberatio loquitur: Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Ad circumspectionis studium reuocatur, cui dicitur. Leua in circum oculis tuos & vide nunc ubi prostrata sis meretrix. Ad discretionis examen animam nos voluit, qui dixit. Si nos ipsos diiudicauerimus non vti que iudicauerimur. Deliberationis officium praecipitur, seu etiam commendatur, cum per sapientem

Dan. 2.

Quid per Danielis & socios designet.

Circumspectio quid faciat, quod de discretionis, & deliberationis.

Esa. 49.

1. Cor. 11.

rem dicitur. Omnia fac cum consilio, & in aeternum non penitebis. Quis autem non videat horum officia verae uelique deuotioni quam sint necessaria: Quis enim unquam intumescit, & deuote orare potuit, si vitam suam circumspicere, discutere, disponere postposuit? Quoties igitur necessitas urget deuotae orationi vehementius incumbere, oportet nos ad circumspectionis, & discretionis, seu etiam deliberationis officia recurrere, & eiusmodi studijs, negotiosisque meditationibus animum nostrum ad deuotionem inflammare, & hoc est Daniele sociorum suorum suffragia in orationis suae usum asciscere. Daniel itaque quasi ad domum suam penetralia recurrit, & ad orationis suae negotia perfectius exploranda vel ut cooperatores querit, quando in stante iam orationis tempore, seu etiam vrgente necessitate articulo, deuota mens solitam, & in id officij necessarium quietis suae opportunitatem reperit, & prouidis quibusdam, & in eiusmodi usum idoneis meditationibus deuotionem suam animare, seu inflammare contendit. Socijs suis (inquit) indicauit negotium. Quasi a Daniele Danielis socijs negotium indicatur, quando ex deuotione agitur ut imminens negotium in considerationem, examinationem, consultationem adducatur. Misericordia autem impetranda proponitur, si compuncta mens in eo quod deuote exequitur non suis meritis, sed diuinis miserationibus innititur. Notandum sane iuxta historiam, quod Daniel propheta negotium illud sacramentum uocet, unde in eo mysticam rerum intelligentiam latitare quis dubitet? Et non perirent (inquit) Daniel, & socij eius cum ceteris sapientibus Babylonis. Iuxta huius rei exemplum cum uiderimus meram nostram post saecularium studiorum contemptum, ad spiritalia etiam exercitia torpere, & paulatim deficere, & sapientum nostrorum periculum imminere, debemus & nos modis omnibus illud a Domino petere, unde possimus consuetam studiorum nostrorum instantiam reparare, uel confirmare. Est autem (ut pariter nouimus) tam in studio orandi, quam meditationi labor pergrandis, & mentibus uagis, & inquietis penes intolerabilis. In contemplatione uero iucunditas est mirabilis, & penes singularis. Quando igitur contemplationis gratia studiosis mentibus conferuntur, labor ille ceterorum studiorum ex eius dulcedine, in quantum dulcoratur, intantum leuigatur, seu temperatur. Si ergo eiusmodi gratiam nondum accepimus, uel subactam dolemus, debemus illam ad studiorum nostrorum confirmationem, uel reformationem a Domino expetere. Cum igitur haec agimus, quid aliud quaso fecisse uideamus, quam diuinam reuelationem somnia querere, ut habeamus unde possimus nostros illos superius designatos sapientes in sua integritate conseruare? Tunc Daniele per uisionem nocte mysterium reuelatum est. Mysterij reuelatio quasi nocte percipitur, quando ueritatis illustratio tenuiter quidem, & ex parte, & uelut ad lunae lumen uidetur. Mysterij reuelationem quasi nocte percipimus, quando de aliquo diuinitatis arcano quid sentiendum sit ipsi quidem intelligimus, sed ratione qua illud, & alijs probare possumus in promptu necdum habemus. Reuelationis lumen quasi in nocte, & uelut in medijs tenebris apparet, quando quis mysterij declarationem quam per intelligentiam uidet, sermone explicare, & quasi in aperam lucem proferre non ualet. Sed cum per diuinam retractationem postmodum agimus, ut acceptam ueritatis intelligentiam quam ipsi prius uix, uel tenuiter uidere potuimus perspicua demonstratione alijs declarare possimus, quid aliud quam quod nocte percipimus sub diei luce proferimus? Recte ergo nulla postmodum fit mentio noctis ubi Daniel quod prius nocte accepit, tandem aliquando palam loquitur in praesentia regis.

Mystice quomodo dicitur Daniel ingredi domum suam, socijsque indicare negotium.

latio quasi nocte percipitur, quando ueritatis illustratio tenuiter quidem, & ex parte, & uelut ad lunae lumen uidetur. Mysterij reuelationem quasi nocte percipimus, quando de aliquo diuinitatis arcano quid sentiendum sit ipsi quidem intelligimus, sed ratione qua illud, & alijs probare possumus in promptu necdum habemus. Reuelationis lumen quasi in nocte, & uelut in medijs tenebris apparet, quando quis mysterij declarationem quam per intelligentiam uidet, sermone explicare, & quasi in aperam lucem proferre non ualet. Sed cum per diuinam retractationem postmodum agimus, ut acceptam ueritatis intelligentiam quam ipsi prius uix, uel tenuiter uidere potuimus perspicua demonstratione alijs declarare possimus, quid aliud quam quod nocte percipimus sub diei luce proferimus? Recte ergo nulla postmodum fit mentio noctis ubi Daniel quod prius nocte accepit, tandem aliquando palam loquitur in praesentia regis.

Quomodo semper ad inuolutionem intelligentiae debeamus non nostram industriam, sed Domini munificentiam magnificare. Cap. XIII.

Sed accepta mysterij reuelatione uideamus adhuc quid Daniel agat, uel dicat. Et Daniel benedixit Deo caeli, & locutus ait. Sit nomen Domini benedictum a seculo, & usque in seculum, quia sapientia, & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora, & aetates, transfert regna, atque constituit. Exemplo discamus quid ipsi facere debeamus, cum reuelantis gratiae lumen accipimus. Satagamus itaque iuxta Danielis exemplum illi gloriam, & honorem, & gratiarum actionem referre, a quo habemus sapere, & intelligere, & quicquid boni nos constat habere. Quod multum sunt qui cum lumen ueritatis accipiunt, statim hoc suis meritis, uel studijs ascribunt, seipsos magnificant, & attollunt, ceteros omnes sui comparatione despiciunt. Loquitur apud se anima eiusmodi, super omnes docentes me intellexi. Nititur illud Salomonicum ad se tam imprudenter quam inaniter trahere: praecessi sapientia omnes qui fuerunt ante me. Contra nos demus illi gloriam a quo accepimus intelligentiam. Studeamus semper statim in ipso exortu reuelantis gratiae, in ipsa inuolutione illuminatae intelligentiae, digna Deo laudum praeconia referre. Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solennitatis uestrae. Neomenia, noua luna. Noua luna intelligenti inuoluta, & diuinitus aspirata. Scimus quia luna lumen a seipsa non habet, sed a sole accipit ut lucere possit. Sic sane humana intelligentia diuinitus accipit, ut ueri luminis radijs tenitere possit. Quoties igitur nouos diuinae illustrationis radios accipimus, & aliquid quod humanam intelligentiam excedit ex diuina reuelatione cognosci-

Dan. 2.



**Pfal. 33.** gnoscimus, debemus statim in gratiarum actionem allurgere, & magnificentiae tuba in diuina: bonitatis praeconia reboare: *Magnificate, inquit, Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.* Ecce quomodo buccina personuit, ecce quomodo ad clangorem buccinae secum & alios animauit. Eiusmodi buccinae clangorem in noua luna fieri uoluit, uel se facturum spondit, cum dixit: *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.* Sic Daniel cum reuelantis gratiae lumen accepit, quasi ad nouae lunae, exortum magnificentiae tuba personuit, cum ait: *Sit nomen Domini benedictum a saeculo, & usque in saeculum, quia sapientia, & fortitudo eius sunt.*

*Quod triplex sit uerae deuotionis officium. Cap. XIII.*

**N**otandum sane quod triplex sit officium, uerae, & perfectae deuotionis. Primum est confessio criminis, secundum postulatio miserationis, tertium glorificatio miserentis, primum est accusatio culpae, secundum supplicatio ueniae, tertium magnificatio diuinae munificentiae. Haec omnia iste noster Daniel magnifice exequitur, sicut ex eius uerbis cognoscitur. Confessio & accusatio est culpae, ubi alio loco Domino loquitur in oratione. *Peccauimus, iniquitatem fecimus, impietatem egimus, & recessimus, & declinauimus a mandatis tuis ac iudicijs.* Supplicatio, & imploratio est ueniae, ubi legis eodem ipso dicente. *Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac.* Glorificatio & magnificatio sui creatoris sibi que miseretis est proculdubio quod hoc in loco legis. *Sit nomen Domini benedictum a saeculo, & usque in saeculum, quia sapientia, & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora, & aetates, & trasfert regna, atque constituit.* Sapientia, & fortitudo sane accipientis quidem bona, sed proculdubio largietis Dei bona sunt, quia ex eius utique munere acceperunt quicumque sapientiam, & fortitudinem habet, quicumque sapienter, & fortiter agere potuerunt. *Quid enim habes* (inquit Apostolus) *quod non accepisti? Ipse, inquit, mutat tempora, & aetates.* Scimus quia omnia tepus habent, & suis spacijs transeunt uniuersa sub caelo. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est. Iuxta hunc modum, & in alijs rebus considerari potest. Ex occasione itaque temporis opportunitatem accipimus, ut modo haec, modo illa utilius, uel expeditius agere ualeamus. Nostis itaque usibus tempora mutat, quando nunc harum, nunc illarum uirtutum exercitijs opportunitatem accommodat. Sed quid quaeso iuuat exercendorum accipisse opportunitatem, nisi ex eiusdem largitatis munere accipiamus & exequendi facultatem? Scimus autem quia gratiae diuersae alijs, & alijs effectibus sunt magis aptae. Certe quae in pueritia discimus, profundius retinemus, & ex

De diuersis gratiis

**A** peditijs proferimus. In iuuenili aetate est uirtus corporis robustior, & animus audacior, & idcirco ea aetas ad exercitacionis usum efficacior, usque ad proeectiorem aetatem tum multiplex doctrina, tum multa rerum experientia quotidianis proeectibus scientiam auget, & idcirco ea aetas praeter ceteris omnibus consilijs uiget, prudentia pollet. Prima itaque dictarum aetatum ad discendum, secunda ad exercitandum, tertia uero praeparat ad discernendum. Iuxta similitudinem annorum, & meritum, ut sic dicam aetates consideramus, & secundum diuersorum proeectuum differentiam, diuersarum uirtutum efficaciam nos habere cognoscimus. Differentes itaque efficaciae, facultates diuersae quodammodo sunt annorum graties. Temporibus ergo & aetatum modos meritorum ille optimus moderator alternat, qui nunc harum, nunc illarum uirtutum tam facultatem quam opportunitatem pietatis suae dispensatione adimistrat. Transfert regna, atque constituit, quando euerfa uiciorum tyrannide uirtutes regnare facit. De his uicijs, uirtutum uero populis, & tam de horum destructione, quam illarum exaltatione mystice scribitur cum per prophetam dicitur: *Vineam de Aegypto transfulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.* Vineam plantatur quado bonum propositum in bona intentione figitur. Gentes eijciuntur, quando confessionis edicto, professionis voto, interminatur peccatis, uicij abrenunciatur. In eandem sententiam currit, quod alios idem propheta de uiciorum extirpatione, uel uirtutum plantatione canit. *Eiecisti gentes, & plantasti eos, afflixisti populos, & expulisti eos.* Odiosus ille uiciorum populus afflictionis magnitudine expellitur, cum tandem aliquado tam contritione corporis, quam compunctione cordis a carnalium desideriorum dominatione anima diu, multumque oppressa liberatur. In hunc itaque modum saluti nostrae autor, & protector, dum uiciorum in nobis Dominium destruit, uirtutes uero in eorum locum restituit, transfert regna, atque constituit. Et recte quidem, quia Domini est regnum, ipse Dominabitur gentibus: *Dat, inquit, sapientiam sapientibus, & scientiam inucligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est.* Nemo ergo de suo ingenio praesumat, nemo interiorum, uel exteriorum scientiam suis studijs, uel meritis ascribat. Ipse est enim qui dat sapientibus sapientiam, ipse aequo qui dat scientiam intelligentibus disciplinam. In eadem proculdubio sententiam pergit qui dicit: *Omnis sapientia a Domino Deo est, & cum eo fuit semper, & est ante aeuum, utrique consentit, qui ait. Omne datum optimum, et omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum.* Ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta. Pro illis quae uere profunda sunt, & humanae intelligentiae modum excedunt, Apostolus exclamat

functionibus, & apertitudinibus.

Deus quomodo spiritaliter regna transferat.

Pfal. 79.

Quando plantatur vinea & gentes eijciuntur &c.

Ibidem.

Dan. 2.

Eccl. 1.

Iacobi. 1.

**Rem. 11.** *clamat cum dicit. O altitudo sapientiae, & scientiae Dei, quam incomprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius.* De his tamen ipsis sublimibus, & profundis reuelat utique per spiritum suum quantum sciri oportet, uel expedit nobis. Reuelat ergo profunda & arcana secreta sui, nec haec tantum, sed & occulta consilij alieni quae nobis aliena malignitas abscondit, ut facilius decipere nos possit. Audisti quid de eius reuelatione optare, uel sperare debeamus? Nouit in tenebris constituta. Nouit sane intima nostra, & qualibet cordis nostri occulta, & nec solum illa quae soli ipsi de nobis scimus, & alios latere uolumus, sed ea etiam quae in conscientiae nostra latebris ipsi penetrare non sufficimus. Reuelat ergo sua, reuelat aliena, nouit nostra. Reuelat arcana sua, reuelat fraudulenta aliena, nouit occulta nostra. Reuelat profunda dispensationis suae, reuelat abscondita fraudis diabolicae, nouit tenebrosa conscientiae humanae. Reuelat profunda sua, ut sciamus quid de illo credere, quid ab illo sperare debeamus. Reuelat abscondita aliena, ut sciamus quid timere, quid cauere debeamus. Nouit tenebrosa nostra, ne illum aliquid latere posse credamus, & nos ipsos spe uana decipiamus. Reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta. *Incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.* Ecce reuelatio profundorum, & alibi orat in idipsum. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* De absconditis alienis timebat qui dicebat: *Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi.* Ad idipsum respicit quod alias palliat: *Linguis suis dolos egebant, uenenum aspidum sub labijs eorum.* Nonne abscondere uolebant uenenum quod sub lingua portabant? Latebrosa nostra eum latere non posse credebatur qui dicebat. *Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis Dei.* Salomonis sententia est quod solus ipse scit omnia, uel sciat omnia corda filiorum hominum. Cuius sententiae concinit qui dicit: *Scrutans corda, & renes Deus.* Sed quid sibi uoluit quod dicit, *& lux cum eo est.* Absque dubio Deus lux est, & in eo tenebrae non sunt ulla. Cur ergo non dicit quod ueraciter dicere potuit, quia Deus lux est, sed ait, & cum eo lux est? An forte hoc docere nos uoluit, quia ubi ipse per inhabitantem gratiam manserit, necessaria cognitionis lumen deesse non possit? Na lumen quidem quod ipse est, prout ipsum est, in hac utique uita interim uidere non possumus, sed lumen quod cum ipso est, non solum ad solatium, sed etiam ad suffragium accipere consueuimus. Quale autem hoc lumen esse dicimus, per quod quid agere, quid uitare, quid diligere, quid odio habere, quid credere, uel sperare debemus agnoscimus? Qualis quaeso est lux ista quae nouit profunda, & abscondita ipso utique reuelante, ipso denique inspirante, qui dat sapientibus sapientiam, & scientiam in

Quando Deus reuelat arcana sua.

Pfal. 50.

Pfal. 118.

Pfal. 30.

Pfal. 13.

Hebr. 4. Sap. 9.

Pfal. 7. Cur in Danielis propheta non dicitur Deus lux est, sed cum eo lux est.

**A** telligentibus disciplinam? Hucusque Daniel glorificauit Deum pro communi bono, nunc autem pro speciali beneficio sibi sociisque suis specialiter impenso. *Tibi, inquit, Deus patrum meorum confiteor, teque laudo, quia sapientiam, & fortitudinem dedisti mihi, & nunc ostendisti mihi quae rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis.* Superius dixit dat sapientiam sapientibus. Hic autem dicit. Quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & item, *Quia sermonem regis aperuisti nobis.* Praecipuus ordo caritatis bona communia praeferre priuatis. Caritas enim non quaerit quae sua sunt, sed quae aliorum. Qui ergo communia bona caritatis instinctu proprijs anteposuit, quid mirum si prius hostiam laudis obtulit pro illis quae plus dilexit? Notandum autem quod tria illa quae Danielis officio superius assignauimus in hoc uno uersu pariter notare possumus. Nota uocem confessionis, & glorificationis in eo quod legis. *Tibi Deus patrum meorum confiteor, teque laudo.* Supplicationis autem preces se obtulisse ostendit in eo quod dicit: *Et nunc ostendisti nobis quae rogauimus te.* In his autem tribus (ni fallor) uerae deuotionis officium continetur, uel expletur.

*Quomodo debeamus aequitatis regulam arctius consulere, eo maxime tempore quo oportet quodlibet subimitatis officium explere. Cap. XV.*

**P**ost haec Daniel ingressus ad Arioth, quem constituerat rex ut perderet sapientes, Babylonis sic ei locutus est. *Sapientes Babylonis ne perdas, introduce me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo.* Si per Danielem recte feruor deuotionis, per Arioth intelligitur districtio aequitatis, quid erit aliud ad Arioth uelle intrare, nisi secretiora aequitatis arcana profundius quaerere, & quid districta iustitia exigat, intima perscrutatione perspicere uelle? Hoc autem negotium Danieli tunc recte ascribitur, quando mens humana in idipsum ex magna animi deuotione urgetur. Daniel itaque ad Arioth intrat, quando aequitatis consulta deuotio quaerit. Est & alia adhuc intrandi ad eum causa (nec forte minus necessaria) quando ei scilicet medullitus infundere uolumus, quod ex diuina reuelatione in eius sensibus corrigendum agnouimus. Ibi ad eum intramus, ut ex multa inuestigatione, iustitiaeque examinatione, quid sit rectum agnoscimus, hic ad illum ingredimur, ut rectum diuinitus agnitum rectitudinis zelo arctius imprimamus. Ibi itaque intramus causa discendi, hic causa docendi, uel illic causa quaerendi, hic causa persuadendi. Sed ingressionis causam citius aduertimus, si quid dicat attendimus. *Sapientes Babylonis ne perdas.* Ecce quod rex turbatus fieri praecipit, Daniel diuinitus illuminatus fieri prohibuit, & fit saepe, ut quod turbati, & per impetum animi uelut rectum discerni-

Dan. 2.

cerni-

cernimus, & quasi Arioth officio fieri posse, & orationem conuersi, & inter cōpunctionis nostræ lachrymas diuinitus illuminati, iniustū esse inuenimus, quod prius rectū putabamus. Sic deuotio sæpe iniquum esse inuenit, fierique defendit, quod violentus animi impetus quasi sub regio furore, fieri decreuit. *Sapientes*, inquit, *Babylonis ne perdas*. Et addit. *Introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo*. Quid que hoc loco ab alio se introduci petit, qui iam superius ante regis conspectum per semetipsum intrauit? Sed superius intrauit, vt regi supplicaret, hic uero, vt regem doceret. Illud fuit humiliatis, istud magnæ sublimitatis. Magnæ (inquam) sublimitatis fuit illud regem docere, quod ab alio nemine poterat didicisse. Ad humilitatis ergo obsequia libenter seipsum in gessit, ad celsitudinis officia impudenter se ingerere declinauit. Exemplo discamus quid in eiusmodi facere debeamus. Cum locum magisterij siue ex præcepto, siue pro officio suscipere oportet, prius mens ad Arioth introeat. Iustitiæ consulta requirat, & ut bonum opus benè & iustè exequatur, sollicita examinatione preui deat. Fac(inquit) benè, bonū. Bonum tum fit, quando opus bonum ex bona intentione surgit, & modo congruo procedit. Facile est vt ambitio, uel cenodoxia ad conspicuum, & præclarum nos opus impellat. Facile est ut fermentū Pharisæorum, totā boni operis nostri massam corrumpat. Nullo modo ab Arioth introducimur, quando ad opus bonum sinistra intentio ne impellimur. Quoties igitur docendi locum suscipimus, præuideamus quā iustè, quā ordinatè susceptum officium expleamus. Videamus ne aliquid falsum, uel friuolum, ne aliquid ineptum, uel inordinatū dicamus. Hæc (ni fallor) discendi, uel docendi regulam custodit, cui illud psalmistæ conuenire potuit: *Incedus homo qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio*. Et forte hoc erit Arioth exterius consulere, contra sermonis, uel operis uicia nos ipsos rectitudinis consilijs præmunire. Tunc autem quasi intrinsecus consulitur, quando de interioribus queritur, & contra cogitationum, uel afflictionum corruptelam, iustitiæ institutis animā præmunitur. Maxime eo tempore debemus ad Arioth intrare, & eius manu ductionem querere, & nihil sine iustitiæ præmeditatione, uel munitione agere, maxime (inquam) eo tempore ubi debemus celsitudinis loco apparere, uel sublimitatis officium ex plere. Introduc me (inquit) in conspectu regis, & solutionem regi narrabo. Tunc autem Daniel noster ueraciter dicit Arioth manu ductione utitur, quando ex recordatione diuinæ districtionis, ueræque iustitiæ cōsideratione, animus compungitur. Et tunc quasi ante regiam præsentiam ab eiusmodi duce introducitur, quando sub quouis animi impetu, & quasi sub regie

Quid faciam cum locum magisterij suscipere oportet.

Psalm. 111.

A potestatis præsentia, per districti examinis respectum cor hominis ad deuotionem facile inflammatur.

*Quibus gradibus mysteriorum cognitio proficit, & ad quantam scientiæ perfectionem animus sepe merito deuotionis ascendit.*  
Cap. XV I.

**E**T solutionem, inquit, regi narrabo. Quæ est ista mysticæ uisionis solutio, nisi sacramentorum mysteriorumque diuinorū facilis enodatio, & prompta explicatio? Si autem per regē recte liberi arbitrij potestatem oportet intelligere, quid aliud erit eiusmodi solutionem ad regiam notitiam peruenire, quā mysteriorū diuinorum rationem palam, & in promptu habere? Si igitur liberum, & promptum, & in potestate nostra habemus occultorum enodationem in commune proferre cum uoluimus, iā mysteriorum diuinorum scientiam, & enodationem in nostro arbitrio esse, & quasi ad regiam potestatem iam peruenisse non dubitamus. Hæc autem tanta scientiæ, uel doctrinæ dilatio Danieli tunc rectè ascribitur, quando eiusmodi gratia merito deuotionis acquiritur, & possidetur. Videamus ergo quibus promotionis gradibus diuinorū cognitio dilatatur. Primo omnium Daniel mysticæ uisionis notitiæ ex diuina reuelatione accepit. Postea etiam eius utique socijs res eadem innouit, tandem autem eiusdem rei scientiā usque ad regis notitiam peruenit. De primo dicitur. *Tunc Danieli per uisionem nocte mysterium reuelatum est*. Post modum autē tam pro se, quā pro socijs suis Daniel proficitur. *Quia sermonem, inquit, regis aperuisti nobis*. Et nunc de propalāda regi eiusdem rei notitiā idem ipse pollicetur. Introduce me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo. Et ut breuiter ab soluam quid super his sentiam, alij in sua oratione, alij in sua meditatione, alij autem in ipsa sua sæpe locutione, reuelationem diuinam accipiunt, & sublimia, qualibet, atque profunda ex diuina inspiratione cognoscunt. Veruntamen non solum illud quod orando, sed & illud etiam quod meditando uel loquendo subtiliter penetramus, tunc etiam rectè Danieli attribuiamus, quando horum quodlibet merito deuotionis acquirimus. Quidam itaque sunt qui nunquā nisi post intimam compunctionem, & quasi post cordis emundationem ad sublimia contemplanda, uel penetrāda ascendere possunt, qualium per sonam Iob in seipso expressit, cum dicit. *Antequam comedam suspiro, & tanquam inundantes aquæ sic irruitus meus*. Antequam comedat suspirare habet necesse, qui nisi per compunctionis gratiam, & post lachrymarum effusionem, ad intimam animæ refectionem, ueritatisque pabula nullo modo potest peruenire. Alij in suis meditationibus diuinis reuelationibus copiose

Dan. 2.

Ibidem

Iob. 3.

sè affluat, & forte adhuc tales sūt, qui sine præmeditatione, uel subtilia penetrare, uel subtiliter differere omnino non possunt. Priores itaque illi suis orationibus, isti autem suis meditationibus ignem sibi diuinæ reuelationis accendunt. *Et in meditatione mea exardescet ignis*, ait psalmista. Ignis in meditatione exardescit, quando animus & proprijs inuestigationibus ad diuinæ reuelationis lucem, arcanorumque manifestationem proficit. Ignis in meditatione exardescit, quando ex propria inquisitione ad ueritatis cognitionem, & amorem animus incandescit. Quosdam autē constat ad tantam eruditionem profecisse, ut possint omni hora de subtilibus quibusque subtiliter differere, & ad qualibet interrogata (sine præmeditatione aliqua) penè semper sufficienter respondere, parati semper (quemadmodum scriptum est) ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in nobis est fide, & spe. Quidam autē ex eis qui eiusmodi sunt diuinæ reuelationis lucē tam familiarem habent, ut multa eis etiā inter loquendū reuelentur, ex illis quæ ipsi prius ignorabant. Quamdiu igitur per solam cordis compunctionem diuinam reuelationem animus obtinet, quasi solus Daniel usque adhuc mysteriorum notitiam habet. Quando autem meditationibus nostris etiam diuina reuelatio occurrit, iam mysticæ uisionis agnitio, usque ad Danielis socios peruenit. Cum autem iam cœperit mens illustrantem gratiam tam familiarem, & quasi ad manū habere, vt pro arbitrio, & uoluntate possit cum placuerit ad qualibet discutienda, astruenda, defendenda sub omni penè hora sufficere, iam occultorum enodatio incipit se usque ad regiam notitiam dilatare. Nōne regio quodam iure in facultate profundiorum scientiæ, uel eruditionis possidetur, quando pro uoluntatis arbitrio de quibuslibet mysticis, & profundis, facile, & absque ulla difficultate differitur? Ecce ad quantam scientiæ perfectionem sæpe animus merito deuotionis perducitur, ecce qualis fructus sæpe ueram deuotionem sequitur. Hunc deuotionis suæ fructū pronida mens antequam obtineat sæpe, & prudenter præuidet, & sidenter expectat. Vnde fit maxime, ut deuotionis studijs uehementius incumbat. Solutionem (inquit) regi narrabo. Et additur. Tunc Arioth festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei. Inueni hominem de filijs transmigrationsis Iudæ qui solutionem regi significet. Ecce (vt audis) accepta promissione solutionis illius quam rex multum desiderauit, Danielem Arioth ad regem introduxit. Vt superius dictū est, Daniel ad Arioth manu ducitur, quando ex conspectu districtæ æquitatis feruor deuotionis inflammatur. Multis autem modis atque respectibus humanus compungitur animus. Optimus autem penè modus compunctionis qui surgit ex cōsideratione districti examinis. Daniel itaque non a quouis, sed

Psalm. 38. Ignis in meditatione exardescit.

1. Pet. 3.

Optimus modus compunctionis.

quasi ab Arioth tunc introducitur, quando ex cōsideratione ueræ iustitiæ minus setuata, animus intimè compungitur. Ad regem introducitur, & quasi regie potestati assilitur, quando uera deuotio ex uirtute possidetur, & ea animus pro arbitrio utitur. Festinus introducitur, quando facile, & absque mora cum oportuerit, ad cordis contritionem animus emollitur. Studeat ergo eiusmodi facultatem, seu facilitatem compunctionis, & deuotionis habere, qui ad eam quam superius assignauimus scientiæ dilatacionem cupit attingere. Prius est enim vt Daniel per Arioth, & cū festinatione introeat, quā regi sermo desideratus innotescat.

*Quod ille summum deuotionis culmen attingit, qui quicquid sibi molestiæ etiam præter meritum accidit suis meritis ascribit.*  
Cap. XV I.

**I**nueni inquit Arioth, hominem de filijs transmigrationsis Iudæ qui solutionem regi annunciet. Ab Arioth inuenitur, quod æquitatis iudicio iustum, & rectum esse deprehenditur. Inuenit itaque Arioth Danielem idoneum, & dignum qui tantam acciperet gratiam, qui mysteriorū reuelationem diuinitus perciperet, qui solutionem regi annunciarer. Et forte quod de filijs transmigrationsis Iudæ fuit, quā longam captiuitatem patienter sustinuit, Danielis meritū in idipsum adiuuit, & eum ad tantæ gratiæ susceptionem aptiorem exhibuit. Iste Daniel utique de Hierusalem in Babylonē captiuatus fuerat, & fortassis nihil tale commiserat, unde eiusmodi captiuitatem incurreret, nisi cum cōmunis casus inuolueret, & aliena malitia iniuste opprimeret. Nihilominus tamē meritis suis ascribebat captiuitatem quam sine culpa sustinebat. Peccauimus (inquit) iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus, & declinauimus a mandatis tuis, ac iudicij. Recte ergo de filijs transmigrationsis Iudæ dicitur, qui etiam inter immeritæ oppressionis flagella Domino humiliter confitetur. Nā & Iudas confitens interpretatur. Vide ergo quā rectè diuinitus glorificari meruit qui diuinam gloriam (non propriam) in tanta, & tali afflictione uiuendo, & confitendo quæsiuit. Quam multi non tam propria culpa, quā aliena malitia notam suspitionis incurrunt, & quasi de Hierusalem ad Babylonem, & ueluti de loco pacis, & quietis ad locum confusionis, & captiuitatis transeunt. Hierusalem namque uisio pacis, Babylon confusio interpretatur. Quid itaque est de Hierusalem in Babylonem iniuste captiuum transire, nisi sub sinistra (sed tamen falsa) suspitione laborare? Prauorum est semper bonorum uitam lacerare, & cum uera non possunt, falsa tamen criminatione impetere, & cum ad operū infamationem deficiunt, simplicem illum intentionis eorum oculū nota (si possunt) sinistra suspitio-

Dan. 2.

Dan. 9.

Diuinitus glorificatur qui in afflictione diuinam gloriam quærit.



suspitionis obducunt. Velut igitur in modum Danielis mens iusti sui iniusta captiuitate apud Babylonem tenetur. quādo falsa suspitione laborans, iniustae confutionis opprobrio tā impudenter quā inreuerenter affligitur. Nonne sub Babilonica (ut sic dicā) afflictione gemitur, qui dicebat? *Tota die uerecundia mea contra me est, & confusio faciei meae cooperuit me.* Cogita tamē illam confutionis suae captiuitate quā tunc sustinuit, quam sine culpa tunc temporis portauit, qui secunda conscientia dicere potuit.

**Ibidem.** *Haec omnia uenerunt super nos, nec oblitus sumus te, & inique non egimus in testamento tuo.* Sed cum inter instantia flagella praesentem in nobis culpam minimē deprehendimus, nec tunc quidē securi esse debemus. Ad hoc nos suo exemplo erudit, qui ait. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Saepe etenim pro praecedenti, saepe pro praesenti (sed latenti) culpa percutimur, & pro tali quidē quam omnino nullam, uel forte satisfactione deletam credebamus. Et quidem (quod omnino fatendum est) non semper ad correptionem, seu ad purgationem percutimur. Sed modo ad eruditionē, modo ad probationem, seu alio quolibet modo flagellamur. Sed uerē, & perfectae deuotionis est penam quam patitur suis semper meritis ascribere, & culpam quam in se minimē deprehendit, ex occulto timere. Ille itaq; deuotionis feruor quāsi summum perfectionis culmen iam attingit, qui quodlibet iniustum confutionis opprobrium, & quicquid sibi etiam praeter meritū accidit, suis meritis ascribit, qui in omni afflictione sua Dominum glorificat, & semetipsum in omnibus sine similitudine accusat. Quam recte ille deuotionis feruor inter filios transmigratorum iudae deputatur, qui inter quolibet iniustae exprobrationis ignominiosa semper Domino humiliter confiteretur. Saepe autem qui eiusmodi sunt qui diuinam praeter ceteris gloriae quaerunt, qui se ipsos in gloriosos uident, & uideri non refugiunt, supra ceteros gratiam diuinitus percipiunt. Inueni (inquit) hominem de filiis transmigratorum, qui solutionem regi annunciat.

Psal. 43.

Ibidem.

2. Cor. 4.

Signum perfectae deuotionis.

*Quod de uirtute deuotionis saepe minus praesumimus quā debeamus, & quod aliud est minus mysticae intelligentiae, & aliud minus mysticae doctrinae. Cap. XIII.*

**R**espondit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Balthasar. Putas ne uerē potes indicare mihi somnium quod uidi, & interpretationem eius? Regem Danieli respondere, suamque diffidentiam ostendere, nihil aliud est quā eiusmodi animi uitium, ueram deuotionem nō posse latere. Saepe enim uitia quaedam quae alio tempore non possumus, compunctionis nostrae hora, & inter deuotionis nostrae lachrymas facile deprehendimus. Perfecta siquidem deuotio om-

nia discutit, omnia diiudicat. Spiritualis enim diiudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Notandum sane quod Daniel dum profunda & mystica requirit, cum sublimia & subtilia pollicetur, Balthasar appellatur, quod capillus capitis interpretatur. Est autem capillus capitis (ut notis) longus admodum, atque subtilis. Quid itaq; capillus capitis, nisi subtilis profunditas, & profunda subtilitas mentis? Et perfecta deuotio profecto mentem & ad profunditatem illuminat, & ad omnē subtilitatem exauiat. Est autem capillus & capitis ornatus, & mens utique hominis ex uera deuotione in quantum a uicijs purgatur, in quantum ad ueritatem illuminatur, in quantum ad uirtutem inflammat, in quantum ad uirtutem decoratur, uel ornatur. Nota ergo quod & ille de Balthasar promissione diffidit, qui ei tale nomen imposuit. Nam a rege utique eiusmodi nomen accepit. Et fit quidem ut mens ad miram subtilitatem ex multa deuotione exaui se sentiat, atque intelligat, & tamen sub tempore necessitatis minus quā ualeat, uel debeat de uirtute deuotionis praesumat. Putas ne uerē (inquit) potes indicare mihi somnium quod uidi, & interpretationem eius? Et Daniel superius Introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narabo. Ecce unde Daniel praesumat, fidenterque promittit, regia sollicitudo diffidit. Totum hoc saepe apud unum eundemque animum agitur, & penē quot affectibus tangitur, tot sententijs uariatur. Vnam eandemque rem modo sperat, modo desperat, & secundum uarios effectus siue respectus, sententias suae aestimationis alternat. Sed ista alternantiū uicissitudinū fluctuatio, tandem utili exitu optimoque sine concluditur, quando quod de humana industria desperatur, tandem aliquando deuotionis magisterio totū de gratia diuina praesumitur. Quid enim est responsio Danielis, nisi magisterium uerae deuotionis? *Et respondens Daniel coram rege ait. Mysteriorum quod rex interrogat sapientes magi, & arioli, & aruspices nequeunt indicare regi. Sed est Deus in caelis reuelans mysteria, qui indicauit tibi Nabuchodonosor quae uentura sunt nouissimis temporibus.* Sed quia Daniel mysticam iam uisionem agnouerat quam adhuc regia sollicitudo quaerebat, cupit sibi quis fortassis apertius ostendi quomodo una, eademque res ab eodē animo possit iuxta aliquid sciri, & iuxta aliquid nesciri. Sed aliud est mysteriorū profunda per solā intelligentiā capere, aliud est autem potius uolueris facile explicare, & explanare posse. Vide quā rari sunt qui mystica scripturarum sine aliena opera, & expositione penetrare ualeant, multo tamen pauciores qui earum explanationē uerbo, uel scripto ad aliorū notitiā propalare queant. Perpendis ergo (ut arbitror) quia aliud est munus mysticae intelligentiae, atque aliud est munus mysticae doctrinae. Alij in uno, alij in alio praepollent, alij autē in utro-

Nota

Capillus capitis quid designet.

Mutabilitas animi humani.

Responsio

que

que eminent. Si super hoc Moyse dicta consilius, ipsum sapientia, fratremque eius eloquentia praeminere cognoscimus. Si ad Dauid respicimus, in uno utriusque inuenire poterimus: *Incerta, & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.* Ecce de uno. Itēque pro alio. *Aperta in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Quidā autem iam primum perceperunt, & de secundo quidem penitus diffidunt. Mysticam iam uisionem Hieremias cognouerat, qui super hoc ipsum interrogatus, dicebat: *Virgam uigilantem ego uideo, & item. Ollam succensam ego uideo, & faciem eius a facie aquilonis.* Ecce iam audis de uo munere proficere, audi eundem de alio adhuc diffidentem. *A, a, a, Domine nescio loqui.* Eiusmodi sanē diffidentia exprimitur, cum cognoscenti uisionem iam dicitur, putas ne uerē potes indicare mihi somnium quod uidi? Talis diffidentia redarguitur, & unde eiusmodi gratia desperari, uel sperari debeat ostenditur, cū dicitur. *Mysterium quod rex interrogat sapientes, Magi, & Arioli, & Aruspices nequeunt indicare regi.* Sed est Deus in caelis reuelans mysteria. Doceritque nos in his uerbis Daniel noster, ea quae supra hominem sunt, & humanū sensum excedunt, de humana industria penitus desperare, & de sola Domini reuelatione expectare. Quod autem dicit ostensa sibi quae futura sunt nouissimis temporibus, ad illud proculdubio respicere uidetur, quod in fine uisionis post cetera adiungitur. Lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terram. Quam sint magna, quā uerē profunda, & quanta ueneratione digna ea quae uisio ista iuxta allegoricū imo penē iuxta historicum sensum loquitur, nemo scripturarum sanctarum peritus ignorare permittitur. Sed sic ista ad nostram, seu aliorū edificationem iuxta morale sensum discutimus, ut de tanti mysterij autoritate iuxta sacratoriē intelligentiam, nihil minuire uel attenuare praesumamus. Illud itaque stupendum, & multa admiratione dignum occurrit, quomodo contemplationis oculis tā late pateat, qui diuinae reuelationis cooperatione se usque ad ea quae in nouissimo sunt perlustranda dilatat. Qui in dicauit tibi rex Nabuchodonosor quae uentura sunt nouissimis temporibus, non ait quae uentura sunt tibi, sed quae uentura sunt nouissimis temporibus. Quarendum itaque est, ne forte aliquid in his uerbis lateat quod non uni alicui tantum, sed pluribus, seu etiam perfectis penē omnibus iuxta aliquid conuenire queat. Neque enim alibi quā apud electos regnum caelorum suscitatur. Regnum quoddam (secundum Danielis sententiam) in aeternum non dissipatur, regnum quod intra nos esse dicitur. *Regnum (inquit Dominus) caelorum intra uos est.* Hoc profecto regnū in electis suis Dominus in nouissimis eorum suscitatur, qualicūque modo eos in primordijs suis per uaria tētamēta fluctuare permittat.

Psal. 50.  
Psal. 77.

Ierem. 1.

Luc. 17.

**A** Quod amissam contemplationis gratiam, melius de uotione, quā inuestigatione recuperamus, & quod id quoque gratis obtinemus quod merito deuotionis acquirimus. Cap. XI X.

**S**ed ecce iam Daniel ad uisionis narrationē, uel expositionem accedit, cum adiungit. *Somnium tuum, & uisiones capitis tui in cubili tuo, huiusmodi sunt.* Quia per somnium sopitus sensus corporeus, recte per illū mentis excessum intelligimus, & per somnium, ea quae per mentis excessum uidemus. Caput est summum, & praecipuum membrum corporis, & mens est principale hominis interioris. Visiones itaque capitis sunt contemplationes mentis. In cubili autem quiescere consueuimus, & idcirco in ipso quietis otium recte intelligimus. In hoc cubili quasi ad quiescendum interior homo non ster locatur, quando animus ad summam tranquillitatem componitur. In hoc cubili tunc quodammodo somnium uidetur, quando inter intima quietis suae, summāque tranquillitatis otia, mens ad sublimia contemplanda subleuatur. Somnium (inquit) tuum & uisiones capitis tui huiusmodi sunt. Nihil aliud est Danielē nostrum ista dicere, amissumque somnium retractare, regemque docere, quā deuotam mentem saepe post amissam contemplationis gratiam, qualis in ea aliquando fuerit, ad memoriam reuocare, & per multam compunctionis instantiam iterum eam reparare, firmiusque tandem atque perfectius possidere. Firmius nāque atque perfectius rex per Danielis officium uisionem suam cognouit, quam prius per semetipsum accepit. Ad hoc namque saepe eiusmodi gratia quibusdam in suis primordijs datur, atque subtrahitur, ut per experientiam agnoscant, quid cū quāta auaritate expetere debeant. Ad hoc iterum (nec tamē sine magno labore) datur recuperari, ut ex eo melius innotescat, quā stricte oporteat custodiri. Sed ut ad sequentia transeamus, ecce Daniel antequā uisionē explicet, duo quidem praemittere studet, quomodo uidelicet eam rex prius obtinuerit, uel ad eam postmodū ipse Daniel recuperare possit. Et de primo quidem. Tu rex (inquit) cogitare coepisti in stratu tuo quid esset futurum post te. Et qui reuelat mysteria ostēdit tibi quae uentura sunt. Ac si aperte dicat. Quia de futuris studiosē quaesisti, futurorum reuelationem accipere meruisti. De secundo quoque adiungit. Mihi autem quoque non in sapientia quae est in me plus quā in cunctis uiuentibus, sacramentū hoc reuelatū est, sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuae scires. Ac si regi apertius dicat. Mihi quoque ipsum est reuelatū, non per sensum propriū, non ob meritū meum, sed ad profectum tuū. Palam autem omnibus puto hoc ipsum (quantū iuxta historiam placeat) quod aliud quidē quod precibus obtinuerat industria, uel meritis suis nul-

Dan. 2.

Visiones capitis q.

lo



Io modo ascribat. Tu rex (inquit) accepisti. Et tu cogita, & excogita si uales, quantum futurorum cogitatio apud Deum ualeat, quae futurorum reuelatione diuinitus remunerari solet. Audi hominem de futuris sollicitum, & in eiusmodi cogitationibus nehementer occupatum. *Nunquid in aeternum proiecit Deus, & non apponet ut complacitor sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet a generatione in generationem? Audi eum denique de eiusmodi edoctum, & de his quae quaesierat profundè illuminatum. Miserator, & misericors Dominus, longanimis, et multum misericors, non in perpetuum irascitur, neque in aeternum cominabitur.* Forte tunc futurorum reuelationem amiserant, & amissile dolebat, cum diceret. *Iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius.* Et item, *Et lumen oculorum, & ipsum non est mecum.* Ad pristinam (ni fallor) gratiam aspirabat, qui dicebat. *Quis mihi det, ut sim iuxta dies pristinos?* Solitam mysteriorum reuelationem repetebat, qui a Domino postulabat. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia, de lege tua.* Tu quoque qui haec audis, uel legis, si ab eiusmodi gratia excidisse te sentis, attende diligenter quid tecum tacitus agis, cogita quibus cogitationibus uehementer occuparis. Si sola uana, sola instantia meditaris, quid mirum si profundorum, si futurorum reuelatione fraudaris? In initio conuersationis tuae, quando sola aeterna, sola spiritalia, & futura cogitasti, quando sola sublimia suspirasti, quid mirum si secundum desiderium tuum consolari meruisti? Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Desisti iam ad Domini pedes sedere, & quiescere, ad similitudinem Mariae, Turbaris iam erga plurima, ad similitudinem Marthae. Memento ergo unde excideris, & age poenitentiam, & priora opera fac. Si pristinam illam gratiam cupis reformare, si uisiones capitis tui in cubili tuo quaeris recuperare, recurre ad Danielelem, renoua deuotionem. Ad cordis sane renouationem, ad amissam gratiam reformationem melius proficis, citius promoueris in tua deuotione, quam profunda inuestigatione, nisi forte inuestigatio tua sit circa detrimenta tua, detrimentorumque remedia. Consonat in haec uerba Danielis illa sententia. *Mihi quoque non in sapientia quae est in me plus quam in cunctis uiuentibus, Sacramentum hoc reuelatum est. Certe omne uerbum sapientiae, & intellectus scicntias rex, decuplum super omnes ariolos, & magos in Daniele inuenit. Verumtamen uir tanta sapientiae non tam inuestigatio ne, quam prece, quod quaesuit obtinuit. Nemo ergo quareat per humanam sapientiam ea quae sunt supra humanam intelligentiam. Ad profundiotem fortassis intelligentiam nos uocat, quod nec illud sibi Daniel ascribat quod merito deuotionis obtinuerat. Sed ut interpretatio (inquit) regi manifesta fieret. Forte & illud gratias obtinetur, quod merito deuotionis acquiritur. Nam & ipsam deuotionem quidem non a*

Psal. 76.

Psal. 101.

Psal. 73.

Psal. 37.

Job. 29.

Psal. 128.

Nota.

nobis habemus, sed ex munere largientis accipimus. *Quid enim habes* (inquit Apostolus) *quod non accepisti?* Ergo & deuotione, & gratis quidem *Gratis, inquit, accepistis, gratis date.* Si igitur deuotione gratis accipimus, gratuitum est & id quod eius merito obtinemus. Quando gratia pro gratia impenditur, sicut primū, ita & secundū munus gratis obtinetur. Non ergo dona Dei percipimus, quia meruimus, sed ut ex eis proficere, uel prodesse possimus. Et ueritatis quidem intelligentiam accipimus ad profectum nostrum. Veritatis autem doctrinā ad profectum aliorum. Ex utraque autem liberum abitrium ad bonū adiunatur, & ad boni cooperationem utraque illi diuinitus impenditur. Per regē uero (ut diximus) arbitrij libertatem accipimus. Danieli itaque perplexorū interpretatio, diuinorū iudiciorū rō, quasi ad hoc datur, ut regi manifestetur, quando ad hoc deuotio ad ueritatē illuminatur, ut liberū arbitriū habeat, & agnoscat in quo se exercere, quid cauere, quid eligere deat. *Compendiosa recapitulatio praedictorum cum similitudinis attestazione. Cap. XX.*

**I**uat hoc loco in considerationem adducere quomodo ista lectio, & euāgelica uideatur sibi mystica locutione concinere. Refert Lucas Euangelista quomodo uoluerit Dominus itinerantibus discipulis praesentiam suā in peregrina specie exhibere, & postmodum subtrahere, sed cū rogātibus manere, ad cōpellentes intrare, & tandē aliquando inter epulas speciem quā recognoscerent ostendere. Quid itaque est Christū (hoc est Dei sapiētiam) in peregrina specie praesentē habere, nisi ueritatē nō in sua simplicitate, sed per speculū, uel in enigmate uideret? Extra domū autē & quasi in itinere haec uisio ostēditur, quando sublimiū contēplatio per mētis excessū & uelut in trāitu uidetur. Quasi duo exeutes sunt, qui & ambulantes eiusmodi cōspiciunt, quādo ratio, & intelligentia humanū modū excedētes furtim quidē, & raptim sublimiū spectacula percurrunt. Tunc autē Dominus longius se ire fingit, nec tamē penitus recedit, quādo contēplationis gratiā quā misericorditer impēdere cōsueuit, nō minus utiliter ad tēpus subtrahit, ut melius per experientia doceat cū quāta auuiditate requiri, uel retineri debeat. Manere autē, & ad eos intrare cōpellitur, quādo multa praecū instātia amissā gratia reparatur, ut uisionē exterius oblatā introrsum trahat, & per excessū uisā, animus ad seipsum reuersus memoriter retineat, & ad cōtēplationis gratiam de cetero familiaris possideat. Cibos quales Dominus amat, & delectari solet, apponimus, quādo eum pro recuperatione, uel accumulatione gratiae in uoce exultationis & cōfessionis laudamus honoramus, magnificamus. *In uoce, inquit, exultationis, & cōfessionis sonat epulātis.* Inter hos saepe exultationis & cōfessionis nostrae hymnos sinus mētis dilatat, sēs uis acuit, & ad mystica penetranda, & usq; ad diuinitatis arcana

1. Cor. 4.

Matr. 10.

Dona Dei cur accipiamus.

Lucr. 24.

Christum in peregrina specie uidere quod sit.

Quando Dominus se longius ire fingit.

Et quomodo cōpellatur intrare. Quales cibos Dominus amat.

Psal. 41.

arcana saepe rimanda, intelligentia illuminatur. *Sacrificium, inquit, laudis honorificabit me, et illic iter quo ostendam salutare Dei.* Panis corā nobis proculdubio a domino frangitur, quando mysteriorum profunditas mystica interpretatione aperitur, ipsoq; reuelate cognoscitur. Ex hac panis fractione, mysteriorumq; reuelatione agitur, ut dominus in propria specie recognoscatur, & ipsa ueritas (utpote figurarum uelamine amoto) in sua simplicitate perspiciatur, dominique praesentia ex gratia ipsius in fusione perpendatur. Dominus autem (qui & Dei sapientia) ab oculis intuentium euanesceat, quando ex contemplatione, & admiratione diuinæ sapientiae contemplantis, & admirantis animo innotescit, quantum eius incomprehensibilitas omnem humanam intelligentiam excedit: *O altitudo, inquit, diuinarum, sapientiae, & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius.* Humanus siquidem animus, quanto subtilius ad Dei sapientiam contemplandam illuminatur, tanto ualidius in semetipsum luminis illius immensitate reuerberatur, quod est ab intuentis oculis euanescente, & seipsum quasi ostendendo subducere. Ex his itaque licet perpendere, quanta similitudinis proportione haec gemina lectio uideatur sibi respondere. Quod n. dominus se in peregrina specie ostēdit, hoc est, quod Nabuchodonosor ueritatis reuelationem sub mystico uelamine accepit. Quod ibi dominus longius iter se finxit, hoc est, quod uisio regi ostēta ad modicum, se ab eius memoria elongauit. Quod ibi qui apparuerat remanere, & intrare cōpellitur, hoc est, quod hic elongata uisio multa instantia quaeritur, & tandem Danielis sollicitudine multo profundius, multo perfectius percipitur, uel retinetur. Quod ille qui illic apparuerat, tandē aliquando manifesta uisione cognoscitur, hoc est, quod hoc in loco oblatā uisionis obnubilata ueritas prophetica demum interpretatione manifesta tur. In his, & alijs quibusdam, hanc geminam lectionem sibi inuicem concinere uidebit, si quis est, qui haec altius perscrutari uelit. Habet tamen illa lectio sua quaedam propria, sicut & ista, de quibus non est modo dicendum per singula. His itaque per excessum excusis, & pro similitudinis attestazione collatis, ad uisionis explicationem, seu explanationem redeamus.

Psal. 49.

Quando Dominus euanesceat

Rom. 11.

Collatio similitudinibus.

Quomodo oporteat unumquemque a praesumptionis suae altitudine detumescere, qui cupit in uera stabilitate quandoque fixus manere. Cap. XXI.

Dan. 2.

Tu rex uidebas, & ecce quasi statua una grandis statua illa magna, & statua sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius statuae caput ex auro optimo erat. Pedes autem & brachia de argento. Porro uenter, & femora ex ere. Tibia autem ferrea. Pedum quaedam

**A** pars erat ferrea, quaedam fictilis. Videbas ita, donec abscessus est lapis sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contra sunt pariter ferrum, & cetera, & argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam aestiuae arcae, quae raptim sunt uento, nullusque locus inuentus est eis. Lapis autem qui percussit statuam, factus est mons magnus, et impleuit uniuersam terram. Hoc est somnium. Ecce (ut uidere potes) imago illa, quae per uisionem cernitur, uaria permutatione semper in deteriora ducitur, & quae in somno a preciosissima materia incipit, per multiplicia detrimenta decurrens, tandem in uilisissimam materiam definit. Quod n. inchoatur ex auro, ad ultimum consumatur in luto. Ut igitur breuiter perscringam quid super his (iuxta generalem quandam considerationem) sentiam, unumquemque oportere puto (iuxta propositam ostensae uisionis formam) apud semetipsum a propria aestimatione decrescere, & a sui confidentia magis magisque deficere, praesumptioneque temperare, si regnum celorum intus apud semetipsum optat aedificari, & illud utique regnum, quod nunquam possit finire. Omnis homo naturaliter seipsum amat, & approbat, & sanè in quantum diligit, intantum & magni pedit. Semper autem ex magnitudine dilectionis, pedit mensura aestimationis, & quia modus dilectionis est sine modo, sine mensura est aestimationis suae magnitudo. O quam rarum ut homo inueniri possit, qui contra Apostoli sententiam non se putet aliquid esse, cum nihil sit. Sed nunquid saltem aliquid paruum? Imo uerè magnum, & ualde magnum supra modum, & (ut figuratè loquar) penè plus quam aureum, cum ueraciter sit uile lutum, ut quid superbis terra, & cinis? *Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sydera caeli posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus.* Oportet itaque eum qui adhuc apud se in immensum tumet, ab enormi illa aestimationis propriae altitudine detumescere, & ad uerè humilitationis ima gradatim descendere, & tandem aliquando seipsum uelut nihilum, & inane reputare, uelut uile lutum despiciendo calcare, & quasi fauillam, & cinerem omni hora aspicere, si illud aeternae stabilitatis regnum cupit in seipso consurgere. Concinit in hanc sententiam cui non erat similis super terram. *Cōparatus sum luto, & assimilatus sum fauillae, & cineri.* Vultis autem adhuc apertius audire quam omnino ab omni confidentia sui deiectus fuit ille qui inter omnes orientales magnus apparuit? *Desperavi, inquit, nequaquam ultra iam uiam.* Desperasse se dicit, sed dubitas forte de quo, de domino, an de se ipso? Audi ergo quid alibi dicat, & agnosce quam fortiter in domini confidentia fixus manebat. *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.* Sperabat itaque, sed de domino. Desperabat nihilominus, sed de seipso. O quam peruersitas de seipso praesumere, & de domini pietate desperare? Si multum de tua uirtute

Ex mensura dilectionis, pendet mensura aestimationis.

Abdiaz B.

Job 30.

Job 7.

Job 13.

Sperandū de Deo, desperandū de nobis.

E uirtute

virtute confidis, ibi te in alta m erigis, & quasi ad instar montis in aemulis, ubi te submittere, & velut vallem facere debuisses. Bonum est ergo dicere huic monti tollere, & mittere in mari. Propter eiusmodi montes cōturbatur terra, & transferentur montes in cor maris. E contra si de domini protectione diffidis, ibi proculdubio satis prauè, atque perversè vallem efficis, ubi collem, imo montem, & montem excelsū valde habere debueras. Ut igitur sint praua in directa, & aspera in vias planas, eiusmodi omnis uallis implebitur, omnis mons, & collis humiliabitur, & tunc temporis eleuabitur mons domus dñi, supra uerticem montium. O quanta mentis altitudo, o quanta fortitudo, uel firmitas, in sola domini pietate confidere, & in eiusmodi confidentia fixum manere. Hic est ille mons qui post statuam deiectionem, propriaq; confidentia extenuationem, uel exterminationem ex modico in immensum crescit, ut in æternum moueri non possit: *Qui confidit, inquit, in domino sicut mons Syon, non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem.* Hic est mons quem oportet uniuersam terræ superficiem implere, ut ut nihil audeat hō de sua industria, nihil omnino nisi de domini uirtute præsumere. Puto, quia non potest abscondi ciuitas supra hunc montem sita. Si mihi credis, edificabis tibi in hoc monte struaturam illam, quæ edificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsū, ut sit firmamētum in terra in summis montū. In hoc sanè eminenti metropolim, & sedē imperij habere debet regnum caritatis, & regni eius non erit finis. Regnum siquidem caritatis (ni fallor) est illud regnum secundum Danielis sententiam quoddam in æternum non dissipabitur. Ecce quid tibi statuam huius erectio, uel deiectione proponat, ecce qualia, uel quanta tibi per similitudinem representat.

*De modo conditionis, uel corruptibilitatis humane, & quod in quolibet uirtutum culmine oporteat morum uinam timeve.*  
Cap. XXI.

**Q**uid est statua, nisi effigies humana? Quid itaq; est statuam, hoc est similitudinem humanam per uisionem cernere, nisi humane uitæ modum, uel ordinem, quasi per speculum, & in ænigmate oculo contemplationis aspiciere? *Tu rex, inquit, uidebas, & ecce quasi statua una grandis.* Si modum, uel qualitatem humane uitæ per scrutari uelis, si ad dignitatem conditionis, si ad facilitatem reparationis, ad quodlibet horū te uerteris, uidebis te in singulis deficere, & nihil horum ad plenum posse comprehendere. Vide ergo in intuentis oculis quod grande est, quod ab ipsius aspectu omnino comprehendere non potest. *Statua, inquit, illa magna, & statua sublimis, stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis.* Bene autem postquā ma-

Psal. 124

Dan. 2.

gnam dixit, & sublimem, forte adiungit. Si quidem aliud est esse magnum, & aliud est esse altum. Nam & ager magnus dicitur, qui tamen nulla altitudine atollitur. Sic sanè quadam penè incomprehensibilia sunt, quæ tamē multa inuestigatione, uel admiratione digna non sunt. Sed quoddam statuam grandem, sublimem, terribilem aadiuimus, ad triplicem considerationem rectè accommodare possumus. Humanæ si quidem uitæ conditio, quæ in hac statua figuratur, quamuis unumquodque secundum aliquid in singulis inuenitur, specialius tamen, & expressius, ex uno grandis, ex altero sublimis, & ex alio inuenitur terribilis. Vna itaque humane conditionis consideratio & immanis est, ex ea parte qua subiacet corruptioni, & sublimis est ex ea parte, qua reseruat reparationi, & terribilis, ex ea parte qua patet perditioni. Vultis audite quanta immanitas corruptionis? *Cui comparabo te, uel cui affimilabo te filia Hierusalem, cui exequabo te, & consolabor te uirgo filia Syon? Magna uelut mare contritio tua. Quis medebitur tui?* Vultis agnoscere quanta sit sublimitas reparationis? *Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & magnificauit.* Vultis & illud nosse quanta sit terror diuine percussiois? *Quis, inquit, nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Reuelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent. Attende ergo magnitudinem statuam nostram in consideratione culpæ, altitudinem, in consideratione gratiæ, terrorem, in consideratione pœnæ. Quare culpæ magnitudinem, & secundum culpam originalem, & secundum culpam actualement. Et pro culpa originali audi quid de homine dicitur homini. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Et de culpa actuali, accipe uocem imperij. *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* Vnde est, quod ei dicitur: *Leua in circuitu oculos tuos, & uide ubi nunc prostrata sis meretrix.* O uerè gratiæ altitudinem, tam secundum gratiam iustificatam, quam secundum gratiam confirmantem, quam secundum gratiam glorificantem. Metire si uales sublimitatis celsitudine, secundum gratiam iustificantem: *Nam quantum distat ortus ab occidente, longè fecit a nobis iniquitates nostras.* Suscipe & eminentiæ altitudinem, secundum gratiam confirmantem. Quoniam secundum altitudinem cœli a terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. *Æstima si potes dignitatis sublimitatem, secundum gratiam glorificantem. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi filij sum Dei.* Si autem

Aliud est esse magnum, & aliud altū.

Thren. 2.

Rom. 8.

Psal. 89.

Psal. 48.

Hiere. 2.

Psal. 102.

Rom. 14.

tem filij, & heredes. *Heredes quidē Dei, coheredes autem Christi.* O statuam nostram aspectum uerè terribilem, secundum pœnæ additionem. Terribilem, secundum iudicium corruptionis, terribilem, secundum iudicium reprobationis, terribilem, secundum iudicium damnationis. O aspectum terroris, secundum iudicium corruptionis. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus, cōprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. O aspectum plenum horrois secundum iudicium reprobationis, & sicut non probauerunt (inquit apostolus) Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia. O aspectum plenum horrois, plenum horrois, secundum iudicium damnationis. Terribilis enim (secundum eūdem Apostolum) quoddam expectatio iudicij, & ignis æmulationis quæ consumptura est aduersarios. Ignis enim eorum non extinguetur, & uermis eorum nō morietur. Eorum utique qui ducunt in bono dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ex his omnibus (ut arbitror) pendens quam sit horredum incidere in manus Dei uidentis. Quid his terribilius dici, quid his horribilius potest excogitari? *Et intuitus, inquit, eius erat terribilis.* Quod autem de statua dicit, stabat cōtra te, nō multa eget expositione. Tūc proculdubio cōtra unum quemlibet huiusmodi statuam erigitur, quando speculantis animi feditas, infirmitas, calamitas oculis ei ingeritur, & qualis sit, uel qualis adhuc esse possit, ei per reuelationem ostenditur, ut eius impudētia, superbia, duritia confundatur, humilietur, conteratur. *Arguam te, inquit, statuam cōtra faciē tuā.* Diuinitas arguitur, quando diuina inspiratione iam tactus animus conscientia propria aculatione confunditur. Et quasi contra faciem propriam præuaricatrix anima statuitur, quando in fœditatis suæ consideratione cōtra semetipsum per increpationē seruire uidetur. Contra speculantis itaque animum statuam quodammodo statuitur, quādo ad sui ipsius confusionē, & humiliationē diuino quodam nutu suæ corruptibilitatis imago proponitur. Disce itaque homo, disce confidentiam tui (si subito, & semel non potes, gradatim saltem, & per temporū interualla) deponere stude, fatage de te humiliaiora semper magis, magisque sentire, ut ad ueram, perfectamque humilitatem possis uel fero pertingere. Hæc sunt consummatæ charitatis inconcussa fundamenta, hæc sunt æternæ securitatis regnantis animæ firma munimenta. Depone arrogantiam, deprime superbiam, cōtere perversam illam de tua uirtute fiduciam, iacta in domino curam tuam. Omnem uirtutem, omnem fortitudinem, omnem industriam tuam reputa uelut cinerem, & fauillam. Quid aliud nouit fauillam quam omni turbini cedere

re, imo ad quemlibet, uel tenuem statum diffilire, quietique suæ locum deserere? Congrua satis corruptela nostræ forma, & imago conuenienter expressa, in cinere & fauilla. Vide quisquis es ne forte oporteat uelis, nolis, quādoque interius, uel exterius talē fore, interius apud te in tua existimatione, uel exterius etiam coram alijs in tua actione. Interius inquam ex proposito, & studio uolūtatis, uel exterius ex defectu, & fluxu humane corruptibilitatis, & quā multi sunt quō nullo modo ab altitudine propria estimationis descendunt, nisi tunc primū cum exterius in actione turpiter cadūt. Ad hoc nāque proculdubio nonnulli permittuntur in actione deformiter cadere, & aurum suum in argentum, argentum in æs, æs in ferrum, ferrum in testam mutare, ut ex proprio defectu, & quasi per experimentum discat, quid de propria uirtute, & fortitudine sentire debeāt. Videamus ergo quomodo quōsdam contingat (iuxta ostensam imaginis formam) quasi de summis bonis penè usque in extrema mala, per uarios corruptionum defectus cotruere, & uelut aureum caput in testes pedes terminare, ut discamus, in quolibet uirtutū culmine morum ruinam timere, ut fatigamus semper, & ubique ueræ, & perfectæ humilitatis formam, modumque tenere.

*Quod de magno sepe uirtutum culmine solet mens humana gradatim in ima corruere.* Cap. XXIII.

**Q**uamlibet celso fastigio facile potest in ima corruere, uel in profundum demergi, imo proculdubio quanto gradus altior, tanto casus deterior. Debet nos semper istud Nabuchodonosor omnium, & cautos reddere, & sollicitos efficere. Vide obsecro uisionis eius statuam, uide (inquam) a quanta sublimitate incipitur, & in qualem tādē finem deducitur. Habet sanè caput aureum, & sinem testem, Quid auro carius, quid testa uilius? Attende & illud quomodo gradatim ad deteriora uergit, & quandoque in fœditissimo sine finem facit. Prima pars aurea, secunda argentea, tertia area, quarta ferrea, & quinta describitur testea. In auro, intelligitur charitas, in argento ueritas, in ære, similitas, in ferro crudelitas, in testa fœdilitas, fragilitas. Testa enim facile frangitur, & per eam rectè impatiētia fragilitas figuratur. Ferrum quod cetera omnia metalla comminuit, & domat, competēt quidem crudelitatis uolentiam designat, quæ resistentia quæque premit, ut opprimat. Æs autē argentum imitatur in sono, sed multum dissonat in precio. Sic simulatio suauē adulationis tinnitū habet in sermone, & suauiter reboat, & dulciter resultat in opere, sed quātū per uerbum, & exercitiū demulcet extrinsecus, tm̄ per consilium, & desiderium pallet intrinsecus. Argentum quoque quo frequentiori usu atteritur, eo uique elatior redditur, sic ueritas, uel ueritatis discussio, quo magis eo melius cōmendatur, sic ueritatis consilia experientia usu, quo certio-

Rom. 1.

Quando statuam cōtra nos erigitur.

Psal. 49.

Quando præuaricatrix anima statuitur cōtra faciē suā.

1. Cor. 10.

Quo gradatim statuam ad deteriora uergit.

De similitudine adulationis.



ra, eo clara redduntur. Caritatis claritatem auri fulgor exprimit, quae celestis desiderij igne flammescit, & sicut aurum ceteris metallis praefertur, sic charitas ceteras virtutes supergreditur. Quod est inter testam, & aurum, inter statuas finem, & statuae principium. Statua, quae ex auro incipit, testam definit. Puto, quia nemo repete fit turpissimus. Sed quae minima negligit, paulatim defluit. Sicut quibusdam profectum gradibus ad alta conceditur, sic rursus gradatim ad ima descenditur. Attende quomodo in hac statua prius aurum, postea argentum, post haec mediate aere, sequitur & ferrum. Quod differantia auri & ferri. Quod autem in se differunt charitas, & crudelitas.

**Matt. 24.** Quid tunc de his ait ueritas: *Abundabit, inquit, iniquitas, & refrigescet charitas multorum.* Vide quomodo, unde quo peruenitur, de abundantia charitatis, ad abundantiam iniquitatis. Charitas ad aurum, iniquitas pertinet ad ferrum. O mirabile (immo detestabilem) commutationem, de charitate, ad iniquitatem: *si auerterit, inquit, iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iniustitias quas fecerat, non recordabuntur.* Opus detestabile, & dignum confusione, quod inchoatur ex auro, & consummatur in testa, & ferro. Sic namque describitur pedum pars ferrea, & quaedam testea.

**Nota.** O confusibiles operarios, qui in initio conuersionis suae, opus suum inchoant ex auro, & tandem consummant luto. Scimus, quia saepe cum imundus spiritus exierit de hoste, qurens requiem, & non inueniens, assumptis seculi septem spiritibus nequioribus se, reuertitur in domum suam, & ingressus habitat ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Quam multos uidemus in initio suae conuersionis spe gaudentes, spiritu feruentes, in tribulatione patientes, sollicitos in opere, studiosos in lectione, deuotos in oratione. Quid isti uir tibi nisi in auro operari, & in charitate initiari? *Charitas enim* (ut scriptum est) *pauca est, benigna est, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Nonne operari tibi uis in auro, cui dictum est a domino: *Non uis opera tua, & charitatem, & fidem, & ministerium, & patientiam tuam?* Sed sunt multi qui ad tempus credunt, & in temptatione recedunt. Nec tamen qui homini sunt, statim se in infima demergunt, sed prius de bono in peius, dehinc de minus bono in malum, & demum de malo in deterius corrumpunt. Moyses n. cadens paulatim defluit, & terra alluione consumitur. Siquidem quae homini sunt, paulatim incipiunt a pristino desiderio tepescere, & a priori feruore magis, magisque deficere. *Quomodo uel quibus corruptionis gradibus de summis in ima corrumpat saepe animus humanus.* Cap. XXXIII.

**N**ec statim tamen inchoata deserunt, sed agunt adhuc bona quae prius. Refrigescit namque charitate, operantur sane bona ex deliberatione. Quid putamus tamen interesse inter priorem illum statum, & istum finem? Multum per oem modum. Aliud est bonum sequi ex desiderio, atque

**De gradibus diuersis.**

**Matt. 24.**

**Ezech. 18.**

**Nota.**

**1. Cor. 13.**

**Apoc. 2.**

aliud ex solo consilio. Aliud (inquit) est bonum operari cum magna delectatione, atque aliud ex sola deliberatione. Istud bonum, sed illud optimum. Istud ad argentum, illud pertinet ad aurum. Preciosum quidem metallum in argento, licet longum uilius sit auro. Studeat ergo in argento operari, cui forte deest copia auri. Si non potes bona agere ex delectatione, age tamen saltem ex ueritate, & ueritas liberabit te. Uultis autem nosse opus quod fit ex homini argento, quomodo luceat, uel quomodo placeat, & possessorem suum quomodo diuitem, uel securum reddat? *Omnis, inquit, qui facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quoniam bona sunt.* Bonum est itaque; argento homini abidare, sed nec minus stultum aurum suum in argentum mutare. Ois n. homo mittens manum suam in aratrum, & respiciens retro, non est aptus regno Dei. Uultis autem nosse quomodo diuinus est sermo per increpationem feriat, qui aureum opus in argentum commutat? *Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam.* Ecce opus bonum, ecce brachia, ecce pectus argenteum. Sed uideamus quid sequitur, cum postmodum subinfertur: *Sed habeo, inquit, aduersum te; quod charitatem tuam dereliquisti.* Arguitur ergo qui adhuc bonum agit, quod charitatem primam reliquit, & aureum caput in pectus argenteum deiecit. Quicumque homini te esse perpendis, memor esto unde excideris, & age prius, & prima opera fac. Alioqui time illud quod sequitur, quod minime respicienti diuinus sermo minatur: *Sin autem, inquit, uenio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi prius egeris.* Time ergo nisi ad priora bona citius redeas, ne adhuc in deteriora cadas. Elige quid malis, ascendere, siue descendere. Non enim potest homo in eodem fixus, diutius stare. Fugit enim uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Memoriter tene, nec mediocriter time, quomodo qui ad primam charitatem non reuertitur, cito eius candelabrum de loco suo transfertur. Quid per candelabrum gestatorum lucis, nisi opus bonum, opus ueritatis? Homini candelabrum stat in loco suo, quoniam bonum opus surgit ex proposito bono. Sed homini candelabrum de loco suo transfertur, cum bona boni operis intentio in mala commutatur. Sic opus argenteum transit in aereum. Et est quidem frequens hoc malum inter filios hominum. Saepem enim quod prius quis agebat ex ueritate, ad laudem hominum resolutus, postmodum accipit pro humano fauore. *Popule, inquit, me qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant.* Qui igitur blandum se exhibet in sermone, benignum in opere, primum autem atque peruersum in cogitatione, & uoluntate, iste profecto abiecto argento iam operatur in aere. Acri n. more suauiter tinnit extrinsecus, sed uoluntatis deprauatione pallefcit intrinsecus. Numquid nam tibi non tale uis opus illorum, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. In homini opere (ut arbitror) defudabat, quod dominus increpando arguit, cum dicat: *Scio opera tua, quia nomen beati, quod uiuas, & mortuus es.* Sed quisquis homini es, non te existimes

**Ioan. 3.**

**Luc. 9.**

**Apoc. 2.**

**Esa. 9.**

**Apoc. 3.**

**Abd. 1.** existimes diu posse latere. *Sed si exaltatus fueris ut aquila, & inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahant te dicit dominus.* Quandoque oportet te prophetica immodice uocem audire: *Denudata turpitudinem tuam, discooperi humerum, & uelut crura, transi flumina, et tunc reuelabitur ignominia tua, & uidebitur opprobrium tuum.* Denudata autem turpitudine tua, cum iam ceperint uenter, & femora aerea apparere, incipies mox laudatioribus tuis, imo iam derisoribus tuis sordescere, & de die in diem magis, magisque uilescere. Iam tunc illis incipies irasci indignari, illos detestari, & crudeliter persequi, quibus antea multum placeat stultum. Et quod blandus eras prius, tunc eris postmodum asper, & durus. Sic ergo tuum mutabitur in ferrum, diciturque tibi: *Quo conuersa es in amaritudinem uitis aliena?* Haud dubium est opus aereum mutasse in ferrum. Lenitatem in ueritate, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, qui prius linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labijs eorum. Qui prius uos tam blandos, tam benignos exhibuistis, unde iam bella, & lites in uobis? Iam zelum amarum habetis, & contentiones in uobis. Occiditis, & zelatis, litigatis, & belligeratis, & unde haec tam saeva crudelitas, & ferri duritia in uobis? Quid putas causa est, quod sunt tam ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, nisi quod tibias, & plantas ferreas habent, qui letantur cum male egerint, & exultant in rebus pessimis. Sed hoc est in istis praeter omnibus mirabile, immodice supra omnia miserabile, quod sicut sunt prompti & audaces ad mala inferenda, sic sunt pusillanimes, & supra modum impatientes ad toleranda illata, ut recte mirari possis quomodo modo conuenire possit ferrum cum testa, tanta crudelitas, cum tanta impatientia. Ecce statua nostra in quale finem definit, quae post caput aureum fictiles plantas accepit. Filij Sion incliti, & amici auro primo, quo reputati sunt in uasa testea, opus manuum figuli? Quid auro pretiosius, quid testa uilius? Quomodo ergo obscuratum est aurum, mutatum est color optimus? Quid auro tractabilius, quid testa fragilius? Quomodo charitas se attrahit, quomodo attenuare permittit, quae omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet? Quid autem uoluptate contemptibilis, quid delicata mente deiectus, quae seipsum & in prosperis per concupiscentiam resolutur, & in aduersis per impatientiam frangitur? *Vae illis, qui perdidit fundamentum, qui dereliquerunt uias rectas, & diuerserunt in praeuas.* Contritio enim, & infelicitas in uis eorum. Contritio propter testem corruptibilitatem, & infelicitas propter ferri rigorem, eo quod pedum pars quaedam sit testea, pars uero quaedam sit ferrea. Quid autem est, quod huiusmodi homines ad sua iterum desideria conuertuntur, quod post opera eris, & ferri, ad opus figuli trahuntur, nisi quod non habent praeterquam in concupiscentijs suis ubi delectentur, eo quod per simulationem prius perdidit gaudium bonae conscientiae, & postmodum per crudelitatem gloriam famam. Yt autem

**Hiere. 2.**

**Nota.**

**Eccl. 1.**

ea quae diffusius iam diximus, ad compendium uocemus, in capite aereo, intelligitur deuotio, in membris argenteis, discretio, in aereis, simulatio, in ferreis, indignatio, in testibus, dissolutio. De praedictorum differentia graduum, & qualitate singulorum. Cap. XXV.

**N**otandum sane, quid de quibus membris dicitur, & qualia quaeque, describantur. Describatur autem caput aureum, pectus argenteum, brachia autem argentea, uenter, & femora aerea, tibiae ferreae, pedes ferrei, uel testes pro parte. Capite totum corpus regitur, unde per ipsum recte intentione designatur, quia per ipsam operationis nostrae corpus, siue in bonum, siue in malum finem deducitur. Consilium ad cor pertinet, & cor sub pectore latet. Brachia opera nostra explicamus, cum aliquid a nobis fieri uolumus. Uenter tenior pars corporis, & uelamentum feroris, obsequium portendit compassionis. Femur pudendij subijcitur, & perfectam uideri se uult humilitas, quae ad uilia, & indigna inclinat. Tibia ceteris membris ossa longiora, & robustiora portant, unde & recte seueritatis rigorem designant. Pedibus terram tangimus, et cum erecti stamus, & quantumcunque mens se ad caelestia extendat, sine huius uitae subsidij necessitatem suam non sustentat. Per caput itaque (ut dictum est) intelligitur intentio, per pectus, deliberatio; per brachium, exercitatio; per uentrem, compassio; per femur, humilitas; per tibia, seueritas; per pedem, necessitas; per caput, desiderium intentionis; per pectus, studium deliberationis; per brachium, exercitium actionis; per uentrem, obsequium pietatis; per femur, seruitium subiectionis; per tibia, flagellum seueritatis; per pedem, subsidium necessitatis. Si ergo caput intentio, & aurum deuotio, quid aliud est aureum caput, nisi deuota intentio? Si pectus, deliberatio: brachium actio, argenteum uero, discretio: quid aliud erit pectus, & brachia argentea, quam consilia, & opera discreta? In uentre, compassio: in femore, subiectio: & in aere, simulatio. Quid itaque aliud est uenter, & femora aerea, nisi pietas, & humilitas ficta? Si per tibia, seueritas, si per ferrum, crudelitas, quid aliud intelligitur in tibijs ferreis, nisi seueritas crudelis? Pes, necessitatem, testem, uoluptatem. Planta ergo testea designat uoluptuam superfluitatem. Pes autem ex parte ferreus, & ex parte testeus describitur, quia delicata mens nunc in eorum odium obduratur, per quos forte a suis desiderijs restringitur, nunc uero cum concupita suppetunt, in eorum luxu resolutur. Quid itaque est fulgor capitis aurei, nisi feruor caelestis desiderij? Claritas pectoris argentei, & brachij argentei, certitudo recti consilij, & rectitudo operis certi. Sonoritas aerei uentris, & femoris, blandimentum falsae pietatis, & fictae humilitatis. Robur ferreae tibiae, rigor immoderate disciplinatus, fragilitas testei pedis, effrenatio superfluitatis. Caput itaque aureum, sancta desideria faciunt, pectus, & brachium argenteum, consilia & opera

**Caput aurum, & cetera membra alijs nominibus nominantur.**

**Quid per caput intelligat, & cetera membra.**





recta. Ventrem & femur æreum, obsequia, & seruitia ficta: tibiae ferreas, flagella saua: plantam testeam, subsidia delicata.

Dicitur est quomodo defluat homo saepe de bono in malum, nunc dicitur quomodo corrumpat saepe de malo in malum, & vitio in vitium. Cap. XXVI.

SI quis autem torum quod de statua dicitur velit accipere in malo, eius assertioni absque dubio facile cedo. Sed sic tamen sensum suum qui eiusmodi est, studeat approbare, ut praedictum minimè audeat condemnare, eo quod spiritus sanctus solet saepe in vno quod loquitur, plura designare. Nam sicut aliquid est in hac scipione quod facilius accommodatur ad lectionem illam, sic & aliquid inuenitur in eadem quod leuius applicatur ad istam. Nam aurum sanè huius statuae cum optimo legatur, accommodatius in meliorem partem accipi posse videtur. Sed sicut hoc secundum praedictam lectionem rectè accipitur iuxta rei veritatem, sic in hac lectione quidem conuenienter satis referri potest ad suam de se superbiētis animae estimationem. Sic quod statua nō animal describitur hoc quod per reuelationem cernitur, huic secunda lectio ni alacrius arridet, vbi totū quod dicitur in ma-

Statua quod significat

lam partē accipere placet. Quid enim aliud est huiusmodi statua nisi humana figura, siue humana vita? Et quod aliud est humana figura sine rationabili anima, nisi actio congrua sine intentione recta? Toties itaque non dicam animal nutritur, sed statua iuxta humanam effigiem fabricatur, quoties homo in ordine conversationis suam secundum carnis prudentiam (quae inimica est Deo) moderatur. Videamus itaque huiusmodi statuē qualia quaecunque membra diuini sermo describat, cum dicat, huius statuae caput ex auro optimo erat, & cetera. Secundum hanc itaque acceptionem qua totum referimus in malam partem, per aurum potest intelligi arrogantia, per argentum, iactantia; per aes, pertinacia; per ferrum, saeuitia; per testam, impatientia. Aurum siquidem omnia metalla precij sui dignitate praecedit, & superba mens ceteros omnes in sui comparatione despiciat. Argentum suauem, & admodum dulcem sonum habet, & iactantia in sui laudis preconio blandam iucundamque se exhibet. Aes eo quod valde durabile existat, rectè satis pertinaciam figurat, quae a suo consilio, vel proposito vix vel nunquam deflecti queat. Ferrum quod caetera solet metalla domare, conuenienter satis saeuitiam designat, quae solet ceteros premere. Per testam autem quae facile frangitur, rectè satis impatientia designatur. Aureum itaque sibi caput fabricat, qui sibi sanctitatem arrogat. Pectus argenteam, & brachia argentea, circūferre videtur, qui de consilij & operis sui rectitudine gloriatur. Quasi ventrem, & femora quodammodo aerea habet, qui in his etiam pertinax permanet quae propter vilitatē despiciere, vel propter inhonestatē eru-

Aurum & reliqua metalla, quod significat

berescere deberet. Tibias ferreas habere se ostendit, qui & contra superiores se per audaciā erigit, & inferiores per saeuitiam premit. Testeis plantis innititur qui terrenorum amori immoderatius incumbens ad impatientiam effrenatur. Notandum sanè quibus corruptionis gradibus defectus nostri malum incrementum accipiat, quomodo gradatim ad deteriora deurgens vsq; in ima descendat. Vide quō arrogantia sequitur iactantia, iactantia pertinacia, pertinaciam saeuitia, saeuitia impatientia. Iactantiam sane arrogantia praecedit, quae nisi prius elata mens de se alta sentiret, nunquam tam impudenter de scientia, vel sanctitate iactaret. Cum autem quod in semetipsa de sua scientia, vel sanctitate sentit alijs etiā persuasum esse credit, quid iam mirum si in suo consilio, vel proposito, pertinax persistit? Nisi vero in suo consilio, vel proposito prius pertinaciter persisteret, nunquam pro eorum defensione in alios tam improbè saeuiret. Saeuitia impatientia generat, quia quo quisque proximū suū minus amat, eo utique minus infirma molestius tolerat. Scimus autem, quia amoris alueus quo amplius erga proximū obstruitur extrinsecus, eo altius erga semetipsum intumescit intrinsecus. Et quanto quisque miserabilis per priuatum amorem in semetipso languet, tanto utique molestias suas molestius sustinet, tantoque difficilius desideria sua cohibet. Hinc est, quod erga alios seuerus, & in semetipso resolutus, dummodo in alios furit, modo in semetipso torpescit, pedibus ex parte ferreis, & ex parte testis incedit. Et quidem saepe quadam adeo ex magnis conatibus, quos in principio conuersationis audacter praesumpserunt, tam enormiter inanescent, ut in tanta dissolutione qua tandem tam eneruiter viuunt, nec tenue quidem non dicam exprobrationis, sed nec correctionis, imò blandam admonitionis uerbum, patienter audire possunt. Vae miseris. Quid quales, iam de his poterit fieri, uel quae iam spes ulterius haberi, qui propter arrogantiam nullo modo possunt a suo tumore deijci, nec propter pertinaciam de suo errore conuinci, nec propter ferri duritiā a suo rigore deflecti, nec propter testam fragilitatem de suo torpore redargui.

De gradibus deflectionis.

Quibus reparationis gradibus mens saepe ex diuina operatione resurgit, quae de magnis bonis in ima cadit. Cap. XXVII.

ED nec horum tamen ferrea, seu lapideā duritiā debemus despiciere, potens est enim dominus de lapidibus istis suscitare filios Abrahā. Quae enim impossibilia sunt apud homines, apud Deū possibilia sunt. Vide enim quod sequitur: *Videbas, inquit, ita, donec abscessus esset lapis sine manibus, & percussit statuā in pedibus eius ferreis, & scissilibus, & comminuit eos.* Ecce lapis sine manibus absconditur, unde ferri duritiā cōteratur, & qui dē rectè. Quae enim manus talem lapidē cōcidere, seu et abscondere posset, qui ferrū cōterere, uel cōminuere ualeret? Sed quod non potest humana opera,

Dan. 2.

opera, uel quilibet humana industria, sit in sola uoluntate diuina. Solus utique Deus est, qui sine aliquo conatu, sine aliquo sui motu, quoties, & quaecunque uoluerit, potest operari, stabilisque manens, dat cuncta moueri. Sed quid quae so est, qui hoc potuit, & uoluit facere manibus, minimè uoluit hac perficere? An forte in huiusmodi ferreis, & obduratis mentibus melius operatur inspiratione, quam percussione, corrigiturque saepe interna illustratione, quem non possunt flagella corrigere? *Percussit, inquit, filios uestros, & non doluerunt, renuerunt recipere disciplinam.* Sed cum multo sit leuius apud nos dicere, quam facere, saepe tamen in his etiā membris, in quibus uidetur percutientis manus opera defecisse, operatur quidem miro, & incomprehensibili modo interno suo uerbo, uel sibi loquitur: *Verbum, inquit, quod egredietur de ore meo, non redibit ad me uacuum, sed faciet quaecunque uolui, & prosperabit in his ad quae misi illud.* Sic & Spiritus sanctus ubi uult spirat. Verbo enim domini, caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Lapis itaque sine manibus abscessus, timor domini diuinitus inspiratus, in ictu huius lapidis statua deijcitur, & monstruosum opus destruitur. Sicut per timorem mens deijcitur a proposito bono, sic per timorē sanè excutitur a proposito malo. Sicut enim initiū omnium peccati superbia, sic initium sapientiae timor domini. In huiusmodi itaque lapide statua concutitur, ut confusibilis mens confundatur, & humilietur. Quid est huiusmodi percussio, nisi interna compunctio? Quid autem est percussio statuē comminatio, nisi compuncti cordis cōtritio, & humilitatio? Sed scimus, quia cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Melius itaque sanè conteri in hoc lapide, quam erectum stare, & superbum sapere. Percussit, inquit, statuam in pedibus eius ferreis, & scissilibus, & comminuit eos. In inferioribus, & deterioribus suis utique statua concutitur, quando mens elata, atque peruersa per spiritum timoris domini, ad iniquitatis, & infirmitatis suae considerationem reuerberatur. Haec pia domini percussio, tam misericorditer intentatur, quae uiliter in hac uita in nobis completur, cum dicitur: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* In hunc utique modum redargutus, & in infirma sui parte percussus fuerat, & per eiusmodi percussione seipsum contra seipsum exererat, qui dicebat: *Quoniam iniquitatem meā ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Sed postquam ferrum, & testa concutitur, etiam caetera conteruntur. *Tunc contrita sunt, inquit, pariter ferrum, testa, aes, argentum, & aurum.* Vidisti superius, quibus gradibus bonitas defecit, creuit peruersitas. Vide nunc quomodo gradatim proficiat totius bonitatis fundamentum, humilitas, prius erubescimus uera mala, postea ficta bona. Nouissimè etiam uera bona cum sint imperfecta, & in consummata. Sic sanè primū con-

Hiere. 5.

Eccl. 55.

Lapis sine manibus abscessus.

Percussio statuē, quod significat

Sal. 49.

Psal. 50.

Dan. 2.

teritur ferrum, & testa, deinde membra aerea, nouissimè argentea, & aurea. In malis facilius erubescimus iniquitatem, quam infirmitatem. In bonis autem citius erubescimus imperfectionem, quam intermissionem. Hinc est, quod in infirmis membris prius conteritur ferrum, quam testa. Superius autem citius comminuuntur argentea, quam aurea membra. Primo itaque in ferri contritione, damnamus mala, quae per iniquitatem commisimus. In teste autem contritione, ea quae per infirmitatem contraximus. Aetis autem contritio quid est, quam simulatū boni reprobatio? In argenteis membris hoc est, quod nobis minus placet, & quod minimè placere debet, non quod sint bona, sed quod non sint optima. In aureo enim opere hoc solum sanè reprehensibile cernitur, quod optimi operis inchoatio, usque ad digni, uel debiti finis talum non perducitur. In argenti igitur contritione, boni operis imperfectio. In auri autem contritione, arguitur optimi operis intermissio. Hoc nunc de huius statuē cōtritione iam diximus, secundum eam lectionem quam primo posuimus, ubi partim in bono, partim in malo accepimus.

Facilius erubescimus iniquitatem, quam infirmitatem.

In ferri contritione, damnamus mala, quae per iniquitatem commisimus.

Quibus promotionis gradibus, saepe diuinitus reparatur mens quae de magno malo in deteriora labitur. Cap. XXVIII.

Nunc autem secundum eam lectionem, quae secundo loco ponitur, aliquid loquamur. Sicut nihil facilius erubescimus, quam malitiā, sic nihil difficilius cognoscimus, uel erubescimus, quam arrogantiam. Arrogantia enim oculum mentis obnubilat, uel excaecat, ut nec seipsum agnoscere ualeat. Qualem enim seipsam mens elata per estimationem fingit, talem proculdubio ueraciter esse se credit. Vide ergo quod difficile sit illa nos in nobis reprehendere, & arguere, & per increpationem, & reprobationem contere, in quibus dudum credimus nos ueraciter debere, & alijs placere. Sed quoniam iactantia, dum gloriā suā foras dilatare studet, ueris falsa permiscet, & non solum ea quae de se uera, uerum etiam quae nouit falsa, alijs de sui estimatione persuadet sibi, proculdubio facilius in cōfusione deijcitur, ubi de falsa ostentatione conscientiae etiā proprio testimonio conuincitur. Unde utique est, quod iactantia argentū, quae aurū arrogantiae quo facilius, eo & citius atteritur. Sed sicut multo difficilius arrogantia, quam iactantia, sic multo laboriosius erubescimus iactantiā, quam pertinaciā. Ex iactantia siquidem famam nostrā saepe creuissē, semper autem ex pertinacia decreuissē non dubitamus. Nam nihil aliud pertinaciam dicimus, nisi cum in nostra sententia contra aliorum consilia impudenter persistimus. Quis autem illud malum facilius non erubescat, in quo & alijs se multum displicuisse minimè ignorat? Rectè igitur prius aes, quam argen-

Arrogantia quod efficiat.

Pertinacia quod significat

et cōtritum esse describitur, quia facilius (vt dictum est) incens de pertinacia, quàm de iactantia confunditur. Pertinet autem ad contritionem reſta, confuſio de propriâ infirmitatis, & impatientiæ conſideratione. Cum autem per uerſa mens ad tantâ infirmitatem, & impatientiam peruenit, vt paſſionibus ſuis etiam cum uoluerit omnino reſiſtere non poſſit, quis non uideat quàm facile in hac fragilitatis ſuæ conſideratione erubeſcat? Facilius autem (vt ſuperius dictū eſt) illa excuſamus quæ per infirmitatem contrahimus, quàm quæ ex ſola malitia committimus, vnde & illa citius erubeſcimus. Rectè ergo (vt legitur) prius aminuitur ferrum, quàm reſta, ſicut & poſt iſta æs, argentū, & aurum rectè deſcribuntur comminuta. Huiusmodi ergo contritionis ordo deſcribitur, cum dicitur: *Tunc contrita ſunt pariter ferrum, reſta, æs, argentum, & aurum.* Vbi & additur, & *redacta quaſi in fauillâ æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento, nulluſque locus inuentus eſt in eis.*

Quomodo vel ad quantam perfectionem ſape homo poſt multiplicem lapſum ex diuina operatione reſurgat. Cap. XXIIX.

**Q**uid per æſtiuū tempus, niſi feruorē ſpiritus, & quid per aream, niſi prudētiā ſpiritus intelligimus? Quid itaque eſt iua area, niſi ſpiritalis intelligentia? In hac area ueritatis grana a figurarū paleis uehementis diſcuſionis trituratione excutiuntur. In hac area uirtutis annona a uictorum ariſtis diſtrictè examinationis uentilatione ſeparatur. In huius areæ tritura laboramus, & quaſi grana a paleis ſeparamus, quoties uera & æterna bona a falſis & tranſitorijs ſecernimus. Nec nobis ſufficiat paleas excutere, ſed ſtudeamus etiam ærū cumulum igne ſuppoſito in fauillam uertere, & tranſeantium nitorem in nigredinem mutare, & affectum noſtrum in eorum contemptum, uel odium transformare. In hac area deſudat quicquid ſpiritalis eſſe deſiderat. ſpiritalis enim iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur. Audi quendam ſpiritalem in hac area laborantem. *Propoſui,* inquit, *in corde meo quaerere, & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ ſiunt ſub ſole.* Ecce area, ecce tritura, & ubi eſt palea, ubi eſt ariſta? *Vanitas,* inquit, *vanitatum, & omnia uanitas.* Ecce palea, & *uidi quod in omnibus,* inquit, *eſſet uanitas, & afflictio ſpiritus.* Ecce palea cum ariſta. Sed ubi eſt fauilla? *Quem ergo* (ait apoſtolus) *fructum habuiſtis in quibus nunc erubeſcitis?* Quid eſt nigredo fauillæ, niſi confuſio uerecundiæ? Vide ergo quomodo ſtipularum nitorem in abominationis nigredinem uerterant qui iam erubeſcebant in quibus aliquando delectari conſueuerāt. Audi & illum qui uanitatū paleas non ſolum in nigredinem, ſed etiam in fatorem uerterat, cum dicebat: *Omnia arbitratus ſum ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifacerem, Do-*

Eccle. 1.

Philip. 3.

lor autem pœnitentiæ eſt ignis ille quo ſolent ſpirituales uiri uanitatū ariſtas cōburere, & in abominationum fauillas uertere. Has utique fauillas in conſcientiæ noſtræ adhuc area tolleramus, quamdiu de præteritis culpis confuſi, uel ſuſpecti ſumus. Sed ſtante nēto fauillæ tolluntur cum ad ſpiritus ſancti inſpirationem reatus noſtri formido omnis, atque ſuſpicio abſorbetur, & per ſpem ueniæ, ab omni cōfuſionis nigredine conſcientiæ noſtræ area mundatur, ita ut ueraciter Domino pſallere poſſimus, proieciſti poſt tergū omnia peccata mea. Nonne in fauillam, non dicam membra cetera ferrea, uel area, ſed & caput eius aureum redactum erat, cū propheta dicebat, & *confuſio faciei meæ cooperuit me.* Nonne pro fauillarum euētilatione Domino ſupplicabat, cum Domino in oratione proclamaret? *In te ſperauit, non confundar in æternum.* Nonne nigra illæ confuſionum ſuarum fauillæ uēto raptæ, atque ſublatae fuerant, cum per ueniæ præſumptionem culparum ſuarum maculis emundatus in laudis conſeſſionem erumperet, dicens: *Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius, qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis.* Vide ergo quia corruptionis opibus in fauillâ redigitur, & poſtmodum uento raptatur, & tollitur, quia niſi præuaticatrix anima prius confuſiones ſuas cognoſcat, & erubeſcat, & diſcno pœnitentiæ dolore exurat & abſumat, conſcientiæ ſuæ aream a culparum ſuarum maculis non emundat, & ad plenam ueniæ ſecuritatē nunquam ſe ſubleuat. Raptis autem uento nullus locus eis inuenitur, quia poſt diu ſiſtam, uixque impetratam ueniā contra ſimiles tentationes mens non ſolum cautiōr, ſed & robuſtior efficitur, imo contra ſimilium corruptionum detrimenta inſuperabilis redditur. Nullus ſanè locus eis poteſt inueniri cum ad ſimilem corruptelam nec ſenſus decipi, nec affectus poteſt corrūpi. Sed quid illud ſibi uult quod lapis ille in quo ſtatua percutitur, percuſaſque comminuitur, quid inquam eſt quod lapis non creſcit in rupem, ſed mutatur in montem, nec lapis in lapidem grandem, ſed potius excrescit in montem magnum, & eminentem? Sed ſcimus quia perfecta caritas foras mittit timorem. Neſcit enim perfectio caritatis augere formidinem, ſed mutat & magnificat in cōfidentia montem. Qui cōſidit in Domino ſicut mons Syon non cōmouebitur in æternū, qui habitat in Hieruſalē. Vides ne quaſo quomodo concurrūt ſibi propheticæ ſententiæ, quomodo concordet Dauid cum Daniele, ueritas cum figura, prophetæ ſententia, cū uisione prophetica? *Lapis autem* (ait) *qui percuffit ſtatuum factus eſt mons magnus, & impleuit uniuerſam terram.* Quam magnus quaſo mons qui impleuit uniuerſam terram, qui nō commouebitur in æternū? Vultis audire quàm magnus quā firmus, quā grandis, quā immobilis? Audi alium

Pſal. 43.

Pſal. 30.

Pſal. 102.

Prius neceſſe eſt, ut confuſio cognoſcat, quā erubeſcat.

Quid eſt, quod lapis percussus ſtatua nō creſcit in rupem, ſed mutat in montem.

Dan. 2.

Rom. 8.

alium hunc confidentiæ montem tenentem, & de eius magnitudine, ſeu immobilitate proponēt: *Certus ſum,* inquit, *quia neq; mors & c. rſque, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Qualem libertatem naturali habemus, & qualem poteſtatem ex gratia accipimus, & quid ſi libertatis uel poteſtatis. Cap. XXX.

**E**cce ſomnium audiuiſimus. Sed nunquid adhuc interpretatione indigemus. Sicut ſuperius iam dixit, aliud eſt diuino iudicio ſuper arcana, & diuina reuelatione cognoſcere, & aliud eſt eorundem rationem perpendere, uel penetrare potuiſſe. Aliud eſt (inquam) perſpicua contemplatione uidere quid in rerum uniuerſitate ſoleat, uel oporteat accidere, atque aliud eſt quid cui perſone, quali de cauſa, quæ uel illius cui accidit utilitate debeat contingere. Vnū quaſi ad ſomnij uisionem, aliud pertinet ad ſomnij interpretationē, & qui regi Nabuchodonosor datū eſt ex diuina reuelatione per ſimilitudinē uidere, ex quāto ſublimitatis falſigio contingat hominē in ima corruere, & iterū ad integritatis ſtatū perfectioniſque culmē reſurgere, ſed nō aqua accepit qualitatē perſonæ agnoſcere cui debeat tale aliquid accidere. Sed quod per ſemetipſū uidere nō potuit, ab alio accepit, cū per Danielē audit. Tu eſ caput aureū, & poſt te cōſurget aliud regnū minus te. Alia itaque eſt gratia per quā cognoſcimus iudicia diuina, atque alia eſt illa per qua diu dicamus merita propria, uel aliena. Illud eſt cōtemplationis, iſtud eſt meditationis, ſeu potius deuotionis. Nā illa ſanè meditatio deuotioni rectè aſcribitur, per quā uite noſtræ modus, meritorūque qualitas diiudicatur. Et quidē infirmitatis noſtræ corrupelā nunquam melius cognoſcimus, niſi quāto plenius deprehendimus, quā cū inter cōpunctionis lachrymas totum cor noſtrum Domino effundimus. Si ergo per Danielē deuotio rectè intelligitur, merito illi gratia illa aſcribitur per quam uitæ noſtræ ſtatus, uel corrupela deprehenditur. Cōtingit autē ſape unū in una illarū quas dixi, & alium in alia gratia perfectū eſſe, & quod quiſque per ſemetipſū non poteſt, ab alterutro diſcere. Quādoque uero unus idemque homo utriuſque gratiæ plenitudinē accipiet, & tamē in uno eodēque animo quaſi unus aliū conſulit, quando illud quod per unum mentis ſtatū non potuit, per aliū addiſcit. Nam multa quæ ex cōtemplationis gratia non poſſumus, merito deuotionis obtinemus. Hoc eſt quod Daniel a rege conſulitur, hoc eſt quod rex per Danielem eruditur: *Hoc eſt,* inquit, *ſomnium, interpretationemque eius dicemus coram te rex.* Felix cui eo adhuc tēpore uifio hac oſtēditur, eiſque interpretatio reuelatur. Dū adhuc rex eſt, paſſionibus ſuis Domini nari poteſt. *Tu,* inquit, *rex regū es.* Scimus quia

Eccleſ. 5.

mortuo corporis præſidet corporeus ſenſus, ſenſus ſui, appetitus, appetui, affectus, & his oibus rationalis conſenſus, ſecundū quod ſcriptū eſt, quia excello alius excellior eſt, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij. In ſuper & uerſa terra rex imperat ſeruienti. Rex itaque regū eſt rationalis conſenſus qui omnibus cordis, corporiſque motibus præſidet, & intra ditionis ſuæ iura, (accepta tamen diuinitus poteſtate) coerceat. Audi enim quod dicitur, & intellige a quo poteſtas hæc datur. *Tu,* inquit, *rex regum es, & Dominus eſt tibi regnum, & fortitudinē, & imperium, & gloriam dedit tibi.* Liberū arbitriū hominis in eo regnū accepit, & habet, quod alijs omnibus quæ in homine ſunt præſidere debet, fortitudinē accepit, & habet, quamdiu paſſionibus ſuis fortiter reſiſtere uolet, imperium accepit, & habet, quamdiu actiones & uoluntates, cogitationeſque in bono exercet, uel exercere uolet. Gloriam accepit, & habet, quamdiu adhuc de bona conſcientia gaudet. *Gloria,* inquit, *noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Scimus quis dicat, *Sine me nihil poteſtis facere.* Tantum ergo poſſumus, quātū poſſe accepimus. Quid enim habes quod non accepit, niſi nihil aliud eſt habere huiusmodi poteſtatē, & fortitudinem, quā habere gratiā cooperantem. Poteſtās tua, cooperatrix gratia. Quātū habes gratiæ, tantū habes & potentia, & quantum gratia accepta creſcit, tantum & potentia tua proficit, & quātū gratia miuuitur, tantum & potentia tua detrahitur, & ſi quando ſubtrahitur gratia, ſimul perit & potentia. Patet itaque ex his, quia aliud eſt arbitrij poteſtas, atque aliud eſt arbitrij libertas. Aliud eſt enim magna poſſe, atque aliud eſt liberū eſſe. Et liber, & infirmus eſſe poteſ, ſicut eſt e contrario, & ſanus, & ſeruus eſſe poteſ. Si ſanus & robuſtus es, & multa, & magna facere poteſ, ueruntamen ſi liber es, ad nihil cogi poteſ, uel debes. Et ſi amittis ſanitatē, amittis priorem poteſtatem, non tamen & libertatem. Poteſtatis itaque eſt quoddam bonum facere poſſumus quādiu id facere ualemus. Libertatis autē quod ad nullū ſeu bonū, ſeu malum inuiti cogi poſſumus. Quam multi in definitione liberi arbitrij errant, quia inter poteſtatē, & libertatē diſtinguere ignorant, uel diſſimulant. Vide tamen quid interſit cū poteſtatē homo ſape amittat, libertatē uero nunquam amittere poſſit. Itē nemo ad omnia bona accipit poteſtatē, ſed omnis homo ad omnia bona, uel mala accipit libertatē. Nā (uti iā dictum eſt) ad nullum bonū, uel malū inuitus cogi poteſt. Se cū ſit liber omnium, non tamen omnium poteſtatē habet, alioqui omnipotens eſſet. Multū eſt autē per omnē modum cū ad illa accipit poteſtatem, quæ ſibi ſufficiunt ad ſalutē. Quid autem cū & illa ſuperant quæ ſufficiunt ad perfectionē. Quemadmodū hic dictum eſt, & omnia in quibus habitant filij hominū, & beſtias agri, uolucresque celi dedit in manu tua, & ſub ditione tua uniuerſa.

Rex regū rationalis cōſenſus.

De libero arbitrio.

2. Cor. 1.

Ioan. 15.

Diſerimē inter arbitrij poteſtatē, & libertatē.



sa constituit: Omnia in quibus habitant filij hominum quasi in manu sua tenet, cum ad illa gratia cooperantem habet, quae ex eius adiutorio humanis consilijs, & studijs subiacere solent. Bestias agri intra potestatis suae iura possidet, cum secularium desideriorum imperus intra equitatis terminos fortiter coercere valet. Volucibus caeli potenter imperat, qui cogitationes suas quoties uoluerit bonis meditationibus, spiritualibusque thesaurijs occupat. In hunc itaque modum sub ditione sua uniuersa constitui meruit, qui ad singulorum quae diximus gratia diuinitus accepit.

*De diuersis corruptionis gradibus, eorumque proprietatibus descendendum de bono in malum. Cap. XXXI.*

**Dan. 2.** **S**ed quæramus quid illud sibi uult quod ad ista subiungitur. *Tu es ergo, inquit, caput aureum, & post te consurget regnum aliud minus te.* Attende quæso quid dicat, quid sua nos interpretatione docere proponat. *Tu es, inquit, caput aureum.* Ut enim de cæteris taceam, hoc uel solum puto in quo interprete opus habemus, & utinam interpretantem intelligere, & hoc uel per interpretationem nosse possimus. Nōne statua una unius hominis personam representat, & illa (ut exposuimus) cuiuslibet de summis in ima ruentis prauaricatione designat? Si unus est qui eiusmodi est, habens caput aureum, pectus argenteum, cætera autem membra ærea, uel ferrea, cur quæso si ipse cui hoc dicitur, est caput aureum, cur non & idem ipse sit pectus argenteum, & cætera in hunc modum? An forte in ea parte qua aureus es, ipse es, & ipse non es, in ea parte qua aureus non es? Quisquis ergo es cum post caput aureum iam cæperis pectus argenteum habere, uide quæso, & diligenter attende ne forte ipse, iam non sis ipse. Si post multam caritatem, magnamque animi deuotionem desideris esse deuotus, destiteris quæ esse aureus, nunquid ipse eris qui prius? *Homo inquit, cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Simile esse Deo, mirabile decus, simile esse pecoribus, miserabile dedecus. Ergo alius, & alius similis Deo, & similis pecoribus. Homo bonus factus est, & ad bonitatem creatus est. *Solummodo hoc inueni* (inquit Ecclesiastes) *quia fecerit Deus hominem reatum, & ipse immiscuerit se in finibus stationibus.* Si ergo caritate ferues, & in boni ditione permanes, aureum caput habes, & tu ipse es, quia id quod, & ad quod factus es, & quod esse debes. Sed (caritate in te refrigescente) cum iam cæperis a pristino feruore deficere, nunquid adhuc eris ipse, & non potius alius minor te? *Tu es, inquit, caput aureum, & post te consurget regnum aliud minus te.* Nunquid non es iam minor te ipso cum cæperis facere ex solo consilio, quod prius actitabas ex magno consilio, & multo desiderio? *Et post te, inquit, consurget regnum aliud minus te.* Nonne aliud regnum est cum mens regitur

**A** solo consilio, quam cum agitur etiam boni desiderio? Nonne est minus regnum sine desiderio solum consilium, quam cum prudenti consilio feruens desiderium? Nonne minus est bonum facere ex sola deliberatione, quam etiam ex magna ditione, seu delectatione. Recte ergo dicitur. *Et post te consurget regnum aliud minus te.* Et postea de tertio regno subinfertur, cum dicitur. *Et regnum tertium aliud erit quod imperabit uniuersam terram.* Sicut ad aurum pertinet quod fit ex dilectione, & sicut ad argentum quod fit ex sola deliberatione, sic ad æs pertinet bonum quod fit ex simulatione. In primo regnat caritas, in secundo ueritas, in tertio regnat simulatio. Vide ergo quæso quam recte uidetur huic tertio regno conuenire quod imperare describitur uniuersam terram. Neque enim habet huius regni Imperator forte in regno caelorum qui in bono opere exercet corpus suum, sed negligit in bona uoluntate nutrire cor suum: *Regnum caelorum, inquit, intra nos est.* Intus sanè, intus in corde regnat caritas, intus regnat ueritas, nec his tam finibus contenta per bonum opus erumpunt foras. Vide ergo ne forte duo illa prædicta regna pertineant ad regnum caelorum, si omnino regnum caelorum intra nos est, eo quod utriusque illorum intra nos inueniri potest. Sed ille tertij regni rex, & Imperator, non habens partem in regno caelorum, de summo depulsus, & foras eiectus, quia in celo non potest, regnum sibi uendicat in terra. Proiecit enim intrinseca sua in uita sua, & non potest dicere, nostra conuersatio in caelis est. Quam magis ergo eius Dominatio in caelis esse non potest? Imperat tamē uniuersam terram exercens caritatem in bono opere, mentem relinquens uacuum bona intentione. *Et quartum regnum, inquit, erit uelut ferrum. Quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet hæc omnia, & conteret.* Quid est quod dicit hæc omnia, nisi quod hoc regnum conterit cætera regna prædicta. Quomodo cætera metalla comminuitur ferri, ea uidelicet, aurum, & argentum? Sicut in auro caritas, in argento ueritas, in ære simulatio, sic (ut superius dictum est) in ferro signatur crudelitas. Quis autem nesciat quomodo rigor crudelitatis dissipare, & destruere soleat sanctum desiderium, quod pertinet ad aurum: uerum consilium, quod pertinet ad argentum: pium sed simulatum obsequium, quod pertinet ad opus aureum? Bene ergo dictum est, & regnum quartum erit uelut ferrum.

*De diuersis corruptionis gradibus, eorumque proprietatibus, descendendum de malo in malum. Cap. XXXII.*

**S**ed oportet nos item paululum ad superiora redire, & quomodo hæc interpretatio aliam lectioni etiam conueniat ostendere. Secundum autem eam lectionem, primum regnum est arrogantia, secundum est iactantia, tertium pertinaciam, quartum seuitiam. Arrogantia siquidem pertinet ad opus

**opus aureum.** Iactantia, ad opus argenteum, pertinacia, ad opus aureum, seuitia, ad ferreum. Videamus quid interpretes noster de auro capite dicat, quid uel sentiat, uel quomodo illud ei conueniat. *Tu, inquit, rex regum es, & Deus caeli regnum, & fortitudinem, & Imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestias agri, uolucresque caeli dedit in manu tua, & sub ditione tua uniuersa constituit.* Sepè cum tale, tantamque gratiam accipimus qualis hic descriptam, uel superius expositam audiuius, fit ut inde contra Deum superbiamus unde deuotio res uel magis obnoxij Deo esse debuimus. Sed illud quæso quam piū, quam tæue est admiratio ne dignū, quod cum tumida mens nostra contra Deum superbit, non statim nos districta animaduersione percutit, nec gratiam suam illico subtrahit. Sed prius nos pia admonitione conuenit, modo interius, modo exterius, intus, per diuinam reuelationem, exterius, per humanam exhortationem. Intus, per internam aspirationem, exterius, per humanam rationem, sicut hic prius in occulto per somnium, postea in manifesto per uerbum. *Tu, inquit, rex regum es, quia fortibus, fortioribusque fortior, fortissimus Dominari potes, quia adhuc gratiam adiutricem habes, poenitentiam ergo age dum potes, dum gratia adhuc cooperantem habes.* Adhuc rex regum es, & principibus etiam uitijs adhuc principari, passionibusque, tuis adhuc dominari potes. Quia gratia licet deferens, nondum ab illa desertus es. Noli (inquit) superbire, noli altum sapere, cordis tui arrogantiam citius deponere, & quod de Dei munere potes, noli tibi ascribere: Deus enim caeli, regnum, & fortitudinem, & imperium & gloriam dedit tibi. Adhuc in cordis uel corporis tui motibus habes regnum, quia bonos disponere: habes fortitudinem, quia malis resistere. Imperium, quia negligentius urgere, gloriam, quia potes rebelles reuincere. Non est tamen unde superbias, non est quod tibi scribas, Deus enim caeli dedit omnia ista tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestias agri, uolucresque caeli dedit in manu tua, & sub ditione tua uniuersa constituit. Quod bestijs agri, quod uolucris caeli præsidet, quod appetitibus carnis, quod cogitationibus mentis dominari potes, quod bona operari, quod utilia meditari uales non de tua uirtute, sed de diuino munere habes. Omnia enim in quibus filij hominum habitant, & quæ rationi, rectisque consilijs obrerant; ex eius munere fiunt, eius cooperatione in actum prodeunt, bene proueniunt, prospere succedunt. Quicquid ergo uiliter potes, ex ipso, & per ipsum potes, qui nihil non potest, quia omnia potest. Omnia itaque possibilitas tua ex eius munere uenit, qui sub ditione tua hæc omnia constituit: *Tu ergo, inquit, caput aureum es, qui adhuc comitate gratia, & mala corrigere, & bona exercere potes.* Preme ergo superbiam, ne perdas & gratiam, Deus enim superbis resi-

**A** stit, humilibus autem dat gratiam. Scimus autem quia initium omnis peccati superbia. Qui autem facit peccatum, seruus est peccati. Quid ergo? Nunquid nā iam non erit aliud regnum cum iam cæperit dominari peccatum, & tu exhibere famularum, quam tunc erat cum tu poteras peccatum premere, ita ut non regnaret in tuo mortali corpore? Puto ergo quia cum cæperis gratiam per superbiam amittere, & te ipsum perdere, sine qua nihil poteris facere, puto (inquam) quia iam consurget aliud regnum minus te, secundum quod scriptum est. *Tu, inquit, caput aureum es, & post te consurget regnum aliud minus te.* Sed quia arrogans quisque gloriatur in seipso, iactantia autem in fauore alieno, recte secundum aliquid de auro capite (hoc est de arrogante) dici potest, quia adhuc ipse est, eo quod seipsum necesse deseruit qui gloria suam in seipso constituit. Recedit autem a seipso cum gloria ponit in altero. Cogita autem quanto minus sit gloriari in sibilo alieni oris, & laudibus falsis, quam in proprijs bonis & sapere ueris, quamuis ab alio acceptis. Recte ergo dicitur. *Tu caput aureum es, & post te consurget regnum aliud minus te, & additur, & regnum aliud tertium erit quod imperabit uniuersam terram.* Æs eo quod ualde durable existat, recte (ut superius diximus) pertinaciam designat. Ventris itaque, & femora quæ pudendis adiacent quasi creta quis tunc habet, quando his etiam pertinaciter inhaeret quæ etiam erubescere deberet. Vide ergo quam apte uideatur huic regno congruere quod dicitur imperare uniuersam terram. Quomodo enim uniuersa terra non imperat quod usque, ad ignominiosam imperanda tyrannidem suam dilata? *Et quartum, inquit, regnum erit uelut ferrum. Quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet omnia hæc, & conteret.* Si in ferro sauitiam debemus intelligere, quomodo (quæso) huiusmodi regnum regna cætera queat comminuit, atque conterere? Absque dubio quantumcunque mens impudens sit, gloria tamē quæ in seipso per arrogantiam, uel in altero per iactantiam habere consuevit omnino (nec mirum) perturbat, atque confundit. Quis enim inter tot sauitie suæ tam apertas insanias uel sanctum se credat, uel ab alio hoc posse credi cõfidat? Regnum autem pertinaciam adeo solent uolenta illa sauitia iura conterre, atque confundere, ut in nullo proposito (quæuis recto, quamuis honesto) furoris sui tempore mens possit perseverare. Sed quicquid tranquillitatis tempore mens de pace, seu patientia, etiam cum uoto, uel sacramento deliberat, atque disponit, perturbationis suæ tempore furor superueniens dissipat, atque dissoluit. Ea quæ de uisionis huius expositione huc usque iam diximus, secundum duplicem considerationem, iuxta intelligentiam nostram modum pertractauimus. Cætera autem quæ sequuntur utramque lectionem in eandem sententiam concurrunt geminam expositionem (ut ea quæ præmissa sunt) non requirunt. Quid



Quid enim est seuitia nisi crudelitas? Sic & im-

Quomodo mens in semetipsam scinditur, laceratur, confunditur, cum ad corruptionis extrema peruenitur. Cap. XXXIII.

Dan. 2. Nunc ergo sequentia consideremus. Porro inquit, quia vidisti pedum, & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orientur. Sed si per pedem necessitas, per ferrum intelligitur crudelitas, quid sibi vult quod pedum

Cur quaedam pars pedum ferrea sit. pars quaedam ferrea esse describitur? Nunquid nam quisque erga proprias necessitates durus, & immitis seu etiam inflexibilis inuenitur? Scimus quia auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis, & tamen laborare non cessat, nec fatiantur oculi diuitijs, nec recogitat dicens. Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? Nonne tibi videtur incedere ferrea planta qui cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in erumna, atque in tristitia? Verè (vt scriptum est) auaro nihil est scelestius, qui nec proximo compatitur, nec sui miseretur. Quid iam miramur eiusmodi hominem habere tibias ferreas, cum iam habet plantas? Quid iam conquerimur quod immitis est erga proximos, qui iam obduratus est erga vsus proprios? Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Notate tamè quod qui eiusmodi est, prius in tibijs ferreis obduratur erga proximum suum. Postmodum etiam in ferreis pedibus obduratur erga semetipsum.

Nota. Vide ergo quisquis hæc legis, ne forte post amorem, studiumque sapientie reuertaris ad amorem, lucrumque pecunia, hoc est aureum caput in ferreos pedes desistere. Viscera auari crudelia pone nunc ante oculos tuos, & confidera quoslibet auaros. Vide (quæso) quàm sint solliciti, quàm laboriosi, quàm parci, quàm austeri sibi. Quid tamen sæpe idem facere consueuerunt, vel adhuc quoque facturi sunt, si ab alieno gratis nutriantur, vestiantur, protegantur? Videbis utique eos mollibus vestiri velle, crapula, & ebrietate madere, somno & ocio torpere, irasci, & indignari cum sibi videat aliquid de assuetis deesse. Nunquidnam tibi non videtur eiusmodi pedibus ex parte ferreis, & ex parte testibus incedere, cum videas vnum eundemque in suis tam parcum, in alienis tam prodigum esse, modo austeritati, modo luxui deseruire? Porro, inquit, quod vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orientur. Pes in quinque digitos diuiditur. Sed cum sensuum oblectamenta studiosè quæ-

De auaritia. De auaritia. De auaritia.

De auaritia. De auaritia. De auaritia.

De auaritia. De auaritia. De auaritia.

Pes in quinque digitos diuiditur. Sed cum sensuum oblectamenta studiosè quæ-

rimus, vel cautè declinamus, quid aliud quàm duobus pedibus hinc inde, a dextris, & a sinistris nitimur, & inter prospera & aduersa per desideriorum nostrorum iter gradimur? Sed sæpe videas hos vni, illos alij sensui vehementius indulgere, & propter vnius alicuius sensus delicias, aliorum sensuum molestias libenter sustinere. Quàm multi malto tempore magnoque labore acquirunt quod sub vnius diei, vel horæ crapula, vel ebrietate expendunt? Quot timores, quot honores, quot algores hostis, noctis, & frigoris adulteri sponte tolerant, vt ad momentanea fædæ voluptatis blandimèta pertingant? Nonne huiusmodi omnes pedum, vel digitorum partem testeam, partem ferream habent: qui in vno tam patientes, & penè insensibiles, in altero tam impatientes existunt? Porro quia vidisti, inquit, pedum, & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum diuisum erit. Verè diuisum erit quod huiusmodi fuerit. Nam vt aliqua in vnum ex pluribus exempli causa ponamus, cum vnus idemque sæpe sit auarus, & gulosus, quanta quæso rixa uel contentio fit frequenter in corde illius, cum vnum eundemque nummum sæpe gula expèdere, auaricia iubeat referuare. In hunc itaque modum multoties leui ex causa regnum in seipsū diuiditur, perturbatur, atque confunditur, donec funditus desoletur. Omne enim regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Notandum sane quod de hoc regno dicitur, quod tamen, inquit, de plantario ferri orientur, Cum enim præuaricatrix mens primo ad secularia desideria reuertitur, ad tolerandos mundi labores animus obduratur, & tunc temporis (secundum sententiam Iob) esse sub testibus delicias computat, dum ad desideriorum suorum sine qualicūque modo pertingat. O quam felices essent si ea quæ sustinent pro amore pecunie, vel alicuius adipiscendæ secularis pompæ vel gloriæ, patienter sustinerent pro amore iustitiæ. Sed qui tot molestias, tot iniurias, tot contumelias, sæpe tam patièter tolerant pro lucro cupiditatis, nec vnū, vel leue correctionis verbum æquanimiter audiunt pro amore virtutis. Hoc esse puto quod sequitur, cum statim subinfertur. Secundum quod vidisti ferrum mixtum teste ex luto, & digitos ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte erit solidum, & ex parte erit contritum. Fortes enim, & patientes (vt dictum est) eiusmodi homines sunt in ea parte quæ eorum labor posset militare virtuti. Quod autem dicitur ex testa, ex luto, quid aliud est huiusmodi testa nisi fæda cōsuetudo? Quasi enim lutum in testam duratur quando fæda actio in cōsuetudinem ducitur, sed ex fædæ cōsuetudinis obduratione homo ad impatiètiā deijcitur, & testæ more leniter nunc per iracundiā frangitur, nunc in concupiscentiam resolutur. Sed sicut de auaris ostendimus, videntur multi suis uoluptatibus libenter tunc satisfacere, cū hoc possunt

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

De auaro guloso. De auaro guloso.

possunt sine dispendio pecunie, cum autem sine lucri damno non possunt, uehementer contrahere. Nonne tibi videntur isti ferrum, & testam ex luto pariter commiscere? Quia autem vidisti, inquit, ferrum mixtum teste ex luto, commiscebuntur quidem humano semini, sed non adhaerent sibi, sicut ferrum non potest misceri teste. Quæ sunt humana semina nisi carnalis prudentiæ consilia? Docet nos prudentia carnis propter vsui necessaria pecuniam querere. Docet nos eadè multa de uitæ necessarijs detrahere, & pecunie parcere, ne uideatur in necessarijs usui deficere. Ecce quomodo adherent humano semini cum uideatur unum quasi ex consilio alterum requirere, non tamen permiscetur, quia unum alteri uidetur sæpe contradicere. Aliud imperat amor diuitiarum, atque aliud amor deliciarum: Aliud æstus uoluptatis, aliud quæstus cupiditatis. Sed cum in hunc modum diuersa uitia hominem per diuersa rapiunt, uel ad contraria impellant miserabiliter affligunt, nec diu, nec ote quiescere sinunt, & modo mirabili, atque miserabili qui eiusmodi sunt, damnationis sue tēpora præueniunt, dum interna animi anxietate, uel exteriori afflictione erga semetipsum desæuiunt, & nisi superna eos clemètia respiciat, per temporalia tormenta ad aeterna uadant.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

Humana semina quid significet.

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

Quomodo charitas omnia comminuit & consumit.

Rom. 5.

Destru-

ctio regnorum ubi nam incipiat.

Quomodo diuinitus promouetur homo quandoque de profundo iniquitatis ad summum fastigium charitatis. Cap. XXXIII.

Matt. 24.

Dan. 2.

1. Cor. 13.

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

de quo non communicat alienus. Comminuet, inquit, et consumet uniuersa regna hæc. Vultis autem nos scire quomodo caritas uniuersa regna hæc comminuet, atque consumit? Caritas (ait Apostolus) patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Adhuc additur de hoc regno, quia ipsum stabit in aeternum, & Caritas (ait Apostolus) nunquam excidit, secundum quod vidisti, inquit, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Scimus quia regnum Dei a timore inchoatur, sed in caritate consummatur. Per lapidè itaque timoris dei iicitur opus confusionis, & fundatur regnum caritatis. Sed lapis sine manibus abscinditur per quæ caritatis regnū fundatur: timoris enim incussio, caritati que inspiratio fit in spiritu sancto, non opere humano. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Comminuet (inquit) atque consumet uniuersa regna hæc, secundum quod uidisti, quod lapis abscisus est sine manibus, & contriuit testam, & ferrum, & es, & argentum, & aurum. Destru-

Qui

Qui igitur timidiore sunt facilius compunguntur ex consideratione propria crudelitatis, quam uoluptatis. Qui uero uerecundiores, familiaris ad penitentiam emolliuntur ex recordatione fide uoluptatis, quam iniquitatis. Si igitur per ferrum crudelitas, per testam recte uoluptas intelligitur, quid mirum si alias, alio & alio ordine ferrum & testa comminuta leguntur, cum pro qualitate animorum, uel morum in alijs & alijs intima compunctionis, & uere contritionis ordo, uel occasio uarietur?

*Que sit nimis fera, uel que sit utilis, & certa prudentia. Cap. XXXV.*

**P**rosequitur adhuc Daniel, & addit, *Deus magnus, inquit, ostendit regi que futura sunt postea.* Deus (inquit) magnus, forte in eius cogitatione, & dilectione creuerat cui tantam mysterium profunditatem reuelauerat, ut eius magnitudinem non immerito præ ceteris magnificare debeat. Deus magnus ostendit regi, non cuiilibet homini, sed regi ista Dominus ostendit, ut regia libertate, & autoritate illud suum regendum, atque disponendum agnoscat, qui ad futurorum prænoticiam, & eiusmodi gratiam anhelat. Deus magnus ostendit regi que futura sunt postea. O quanta Dei pietate agitur, ut cum adhuc futura est, dum adhuc præcæneri potest, sua homini ruina reuelatur, ut tanta sollicitudine præuideat, & agnoscat quid timeat, quid canere, cui periculo repugnare debeat. Tarda quidem & nimis fera prouidentia est, cum iam imminens periculum uitari non potest. Deus magnus ostendit regi que futura sunt postea. Felix ille qui imminetem ruinam præuidere potest dum adhuc rex est, & passionibus suis Dominari & instans adhuc periculum declinare potest. Videamus autem quid post hæc omnia subiungitur, cum dicitur. Et uerum est somnium, & fidelis interpretatio. Multa sæpe diuinorum mysteriorum profunda insita nobis rationis uiuacitate penetramus, & nonnulla de futuris prudenter oculo antequam ueniat cauta sollicitudine præuidemus. Sed in his sæpe constantia titubat, & quid per certitudinis securitatem inconcusse teneat haud plene comprehendit. Cogitationes enim mortalium timidæ, & in certæ prouidentia nostræ. E contra autem, quod in lumine Dei cernimus, quod ex eius reuelatione cognoscimus, tanta certitudine fiducia tenemus ut nullo super hoc ambiguitatis ancipiti pullari possimus. Hoc est quod psalmista figuraliter exprimit, cum dicit *Præfulgore in conspectu eius nubes transierunt.* Domini respicere, est illuminare. Cum enim sit lux uera, motu utique solis eo ipso quo respicit, & illustrat, accendit, & illuminat. Ad diuinum itaque respectum tanto sæpe diuini luminis splendore replemur, ut in eo quod diuinitus reuelatur omnis mox ambiguitatis, uel hæsitatio

tionis obnubilatio de medio tollatur. Nubes itaque transeunt cum illa quæ animum obnubilare consueuerant dubitationes recedunt. Nubes transire est ueritatis perspicaciam, & intelligentiæ serenum sine ulla percunctatione tenere. Eiusmodi certitudinē, certitudinisque securitatem in sententiæ suæ assertionem habere se docuit qui fiducialiter asseruit. Et uerum est somnium, & fidelis interpretatio eius. Sed quid ad hæc rex fecerit, scriptura subiungit.

*Quod humiliatio instabilis, & indiscreta sit quidem reprehensione digna. Cap. XXXVI.*

**T**unc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam & Daniel adorauit, & hostias, & incensum præcepit ut sacrificaretur ei. Multum, nec mirum, seipsum humiliauit, & merito humiliari debuit postquam tale, tantumque sibi periculum imminere cognouit. Sed in hoc eum quis non iure reprehendat, quod illi qui soli Deo debetur honorē homini mortali exhibeat? Sed forte illum, quia uerum Dei templum esse deprehendit, tali honore dignū iudicauit. Sed ad edificationem nostrā oportet nos ista diligenter discutere, uel quid in nobis iuxta horum similitudinē actitari soleat subtiliter inquirere. *Cecidit, inquit, in faciem suam, per faciem homo cognoscitur, & ea pars in homine ceteris decerior, uel dignior habetur. Quid itaque aliud est in faciem cadere, quam illud etiam quod in se præcipuum, uel optimū est alta consideratione depicere, & illud utique unde alijs innotescere, & uelut uenerandus apparere consueuerat, tantumquam infimum, & penes, uel penitus nihilum reputare? Attende quomodo in faciem suam cecidit, quomodo seipsum humiliauit, uel humiliari nos uoluit, qui omnes iniustitias nostras panno mulieris menstruata comparauit. Sed nec ualde magnum, nec admodum mirum si eo nos repore abijcimus, quo periculum nostrum imminere iam cernimus. Tunc, inquit, rex cecidit in faciem suam. Tunc cecidit cum Daniele doceret periculum suum agnouit. Sed sciendum quod illa humiliatio quæ sine perseverantia est, imminenti periculo repugnare non potest. Illud quoque notandum quod sæpe quo se quis inconcussius, & immoderatus abijcit, eo ad infaniorē, & enormiorē postmodum superbiæ etumpit. Attende in rege humiliationem instabilem, & indiscretam, & postmodum superbiā plus quam humanam, Nam qui prius Danielem adorauit, idem ipse postmodum statuam suam adorare præcepit.*

*Quod in nulla nostra uirtute debeamus confidere uel gloriari ualle. Cap. XXXVII.*

**H**ostias, inquit, & incensum præcepit ut sacrificarentur ei. Animalia pro Daniele occiderit,

*Quando transeant nubes, & quid sit quid intantant.*

*Dan. 2.*

*In facie cadere quid sit.*

*Esaia. 54.*

**B**rutalis caro maceratur. **Q**uasi igitur uiua, sed bruta caro maceratur quæ do quilibet irrationabilis appetitus, uel affectus in nobis carnis contritione mortificatur, & tunc uelut incensi odorem latius spargitur, quando cuiuscunque uirtutis opinionem dignis laudum præconijs dilatamus. Ex his itaque quæ in nostris appetitibus, uel affectibus adhuc bestialiter uiuunt pro Daniele nostro macerare, & eiusmodi mortificationem in deuotionis nostræ usum & utilitatem exercere absque ulla contradictione non erit inutile. Cum autem Danielis officium multiplici laude commendamus, & de uirtute deuotionis, bonæ opinionis fragrantiam sermonis nostri commendatione circumquaque diffundimus, bonum opus quid facimus, si in his omnibus Danielis nostri non tam gloriam, quam utilitatem querimus. Et ut apertius dicam quid sentiam, bonum est utique ob deuotionis gratiam, & orationis instantiam uitam nostram restringere, bonum est uirtutem orationis commendare, & laudibus efferre, si tamen ab hoc fiat ut nostra deuotio in melius exerceatur, & feruentior exurgat, non ut gloriosior appareat. Quam multi sunt qui cum per orationis instantiam aliquam se obtinuisse gratiam credunt, multum iam de sua deuotione uel sanctitate præsumentes magna & ab alijs de ea æstimari uolunt. Hoc est quod Nabuchodonosor postquam per Daniele ad uoti sui desiderium peruenit, tam ineptum, quam uano eum honore cumulauit. Hoc autem quod circa hanc de qua loquimur uirtutem reprehendimus, in qualibet uirtute, uel gratia cauere debemus. Audi apertè, diligenter aduerte, memoriter retine si in aliqua gratia, in aliqua industria, si in aliqua uirtute tua confidis, præsumis, gloriaris, diuinum quidem & satis improbè honorem ei impendis, ne dicam Deum tibi facis. Qui gloriatur in Domino gloriatur. Maledictus homo qui confidit in homine, ergo qui confidit in se, uel aliqua sua uirtute. *Gloriam meam, inquit, alteri non dabo, nec laudem meam sculptili.*

*Brutalis caro maceratur.*

*Quando nobis diuinum honorem tribuimus.*

*Esaia. 42.*

*Quam multi querunt uirtutum scientiam, morumque doctrinam ad ostentationem, non ad utilitatem. Cap. XXXVIII.*

**Q**uam multi gloriatur, & gloriosi in oculis hominum esse uolunt, non dicam de eo quod uirtutes, uel sanctitatem habeant. Sed quod de uirtutibus quidem prudenter differere, & disertè disputare sciant. O quanto satius

**A**o quanto utilius tibi esset aurum scientiæ, & argentum eloquentiæ non habere, quam inde tibi idolum facere. Simulachra genitum a genitum, & aurum, opera manuum hominum. Virtutum modum, & formam solam per intelligentiam, & doctrinam depingere, & memoria retinere, earum autem effectu carere, quid aliud est quam quedam simula. Hæc corde gestare? Scientia sanctitatis sine intentione bona, quid aliud est quam imago sine uita? Scientia sola sine sanctitatis effectu, & bonitatis effectu, quid aliud est quam simulachrum uanum sine motu, & sensu? *Os, inquit, habent & non loquentur, oculos habent, & non uidebunt, aures habent & non audiunt, nares habent & non odorantur. Manus habent, & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Os (ut omnes nouimus) est instrumentum loquendi, oculi, instrumentum uidentium, aures, instrumentum audiendi, & in hunc modum debet & de alijs intelligi. Quid itaque est os, oculos, aures, uel alium quælibet habere, & ea in nullos usus exercere, nisi officiorum instrumenta habere, & instrumentorum officijs carere? Legis quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ad os itaque pertinet confessio, ad oculos circumspicere, ad aures obauditio, ad nares discretio, ad manus operatio, ad pedes promotio, ad guttur supplicatio. Ecce illa tua scientia inanis optime fortassis nouit quæ sit uirtus confessionis. Nouit quia omnia in confessione lauantur. Nouit fortassis quomodo confiteri debeat, nec tamen confitetur. Os igitur habet & non loquitur. Nouit fortassis quomodo uitam suam circumspicere debeat, eam tamen quomodo oportet circumspicere dissimulat. Vident quodammodo instrumentum habes, sed uidentis officio cares. Nosti forte quæ sit uirtus obedientiæ, & qualis debeat esse, nec tamen uis obedire. Hoc est aures habere, & non audire. Per scientiam discernendi instrumentum fortassis habes spiritualis odoramenti. Sed dum in moribus discernendi nullum studium impendis, de inutili instrumento inaniter gloriaris. Scis quomodo te oporteat in bono opere exercere, nec tamen uis fructum boni operis per experientiam capere, hoc est manus habere, & non palpare. Quid enim est manibus palpare, nisi operum fructus experiendo probare? Profectuum pedes per scientiam accepisti, si quomodo in anteriora extendere oporteat didicisti. Sed pedes habens minime incedis si ad profectum non tendis. Supplicandi doctrinam accepisti, & non uis supplicare, hoc est guttur habere, & non clamare.*

*Scientia sine bona intentione est imago sine uita.*

*Psal. 113.*

*Rom. 10. Quæ ad singulos sensus pertineant.*

*De confessione.*

*Manibus palpare quid sit.*

*Quod*





nulla occupatio, nulla sollicitudo, nulla suggestio, vel suasio possit in nobis eius studium, non dicam dissipare, sed nec quidem interrompere, & illud immobile apostolicum impleatur sine intermissione orate, utinam cetera quolibet officia ita disponantur, vel ordinentur, ut deuotionis nostrae visibus & utilitatibus militare, seu etiam subservire probentur.

Quod etiam in necessitate nostrae visibus nihil improvidè, nihil inconsultè agere debeamus. Cap. XLIIII.

Daniel autem postulavit a rege, & constituit super opera provinciae Babylonis, Sidrac, Misach, & Abdenago. Petenti Danieli, rex absque dubio consentit, quando mentis arbitrium facile acceptat, & recipit quicquid ei conscientia sub tempore intimae deuotionis suggerit. Sed quae quae, dicta est illa Babylonis provinciae, vel quae illius provinciae opera? Certè circumadiacentem Babylonis provinciam Deus fecit, nam muros utique, & aedificia humana industria explevit. Si ergo Babylō rectè confusio interpretatur, si eius quaelibet confusio ni subiacere videntur, quomodo quae, ad Babylonem pertinere, vel confusio subesse potuit, quod Deus fecit, & instituit? Scimus autem, quia Deus hominē multiplici necessitati subiecit: nam comedendi, bibendi, & quorumlibet eiusmodi necessitatem, ex ipso conditionis suae iure accepit. Sed si in primo illi conditionis suae statu perstitisset, ista homo nullo modo erubesceret, quia sine omni peccato exercere potuisset. Nunc autem eadem ipsa necessitatis officia iuste erubescimus, quia corruptionis nostrae vitio deiectioni, sine culpa exercere non ualeamus. Rectè ergo Babylonicæ possessioni deputatur lata illa, & uerè multum dilatata infirmitatis nostrae corruptela, quae confusio subiacere non dubitatur. In huiusmodi itaque provincia, & necessitatis nostrae officio, uel opera, erit omnino perutile praedictos illos uiros praefecisse, & sub eorum dispositione omnia redegisse. Sicut superius iam diximus, per istos tres uiros, circumspeditionem, discretionem, deliberationem intelligere debemus. Debemus itaque non solum in studijs, & exercitijs spiritalibus, uerū

Omnia circūspicte agenda.

etiam in negotijs secularibus, & necessitatis visibus nihil incircumspectè, nihil indiscretè, nihil improvidè facere. Et hoc erit Sydrach, Misach, & Abdenago, super omnia opera provinciae Babylonis constituisse. Itaque in his etiā, in quibus humanae necessitati consulimus, uel communi infirmitati deseruimus, nihil sine modestia, nihil sine mensura, nihil sine intentione bona, nihil praeter ordinem, nil praeter rationem agamus, & quale Daniel magisteriū in Babylonica provincia habere nos uoluit, obtinemus. Denique (secundum Sapiētis sententiam) omnia fac cum consilio, & tale magisteriū habes quale tibi propheta designat ex mysterio. Omnino namque opus est circumspectione, discretionem, deliberatione, si uolumus nihil improvidè, nihil inconsultè agere.

Quod quicquid animum per cogitationem pulsatur, mentis deuotionem excitare debeat. Cap. XLIIII.

Ad ultimum autem in conclusione sermonis infertur. Ipse autem Daniel erat in foribus regis. Scimus autem, quia per fores aditus ad interiora patet. Daniel denique, quasi in regis foribus obseruat, quando deuotio nostra circa quaslibet suggestiones cautè inuigilat, & contra quaslibet maligni machinationes in ipso tentationis aditu oratione repugnat, ne in cautam mentem ulla infestatio, uel uolentia opprimat, uel fraude circumueniat. Felix animi status, & omni studio expetendus, quando omne quod animum per cogitationem pulsatur, & statim absque ulla mora mentis deuotionem excitat. Debet itaque deuotio mentis omnem arbitrij consensum studiosè praenire, & oratione praenunire. Et hoc erit Danielem regis foribus praesidere. Ad omnem suggestionem, ad omnem emergentem cogitationem petamus a domino ne nos inducat in tentationem, & habeamus Danielem ciuitatis nostrae foribus praesidentem. Audi quid secundum hanc Sapiens admonet, cum dicat: *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo ut uias tuas dirigat.* Ad ueram autem uitam uias nostras dirigat, qui sine fine uiuit, & regnat. Amen.

Quo Daniel praesidens foribus. Tob. 4.

RICHARDI SANCTI VICTORIS DE EXERCITIO SPIRITUALI,

ACCEPTA OCCASIONE EX SOMNIO DANIELIS.

Liber Secundus.

De conscientia securitate, uel profectuum inuolutione. Cap. I.

Dan. 4. Per domum, conscientia intelligit.



Go Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & flores in palatio meo. Quid per domum intelligimus, nisi conscientiam, & quid per palatium, nisi conscientiae securitatem, securitatisque fiduciam? Nam & palatium domus est, quaelibet tamen domus, palatium dici non potest. Palatium namque est domus quaedam fortis, sublimis, atque regalis. Si per domum, conscientiam debemus intelligere, rectè per palatium intelligitur securitas conscientiae. In domo itaque sua quietus sedet, quem sua conscientia non remordet: Quietam conscientiam facit praeteritum malorum condigna satisfactio, & instantium malorum cauta, prouidaque declinatio. Quietus itaque in domo manet, quem conscientia sua, nec de praeterita, nec de praesenti culpa remordet. Quietus in domo erat, qui ueraciter dicebat: *Neque enim reprehendit me cor meum in omni uita mea.* Quietus in domo sua extitit, qui ueraciter dicere potuit: *Nihil enim mihi conscius sum.* Quietus sanè tunc temporis in domo erat, & in palatio suo florebat, cum dicebat: *Gloria nostra, haec est testimonium conscientiae nostrae.* Quia in flore fructus speratur, rectè per florem certa futurorum bonorum expectatio figuratur. Quia flos est inchoatio futurorum fructuum, rectè nihilominus per florem intelligitur inuolutio profectuum. In flore ergo figuratur, uel certa praemiorum expectatio, uel noua meritorum promotio. In palatio itaque suo ille ueraciter floret, qui sub bonae conscientiae suae testimonio coronam gloriae securus expectat. Audi in domo sua quiescentem, & in palatio suo florentem: *Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.* Quod dicit in iustitia apparebo, pertinet ad domum quietem. Quod dicit satiabor cum apparuerit gloria tua, pertinet ad efflorescentiam. In palatio suo nihilominus florebat, qui cum magnae securitatis conscientia dicebat: *Bonum certamè certauit, cursum consummaui, si dem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.* Nonne & ille tibi in palatio Richardi S. Victoris. Pars I.

atio suo florere uideretur, cuius sensus de die in diem renouatur? In palatio suo sedet, & floret, qui inter magna opera sua quae libenter facit, adhuc maiora, & meliora in corde proponit.

De intellectualis sensus illuminatione, uel quomodo contemplationis nostrae spectacula, menti soleant utilem timorem incutere. Cap. II.

Somnium uidi, inquit, quod perterruit me, & cogitationes meae in stratu meo, & uisiones capitis mei conturbauerunt me. Prius dormimus quam somnium uideamus. Quia per somnium corporis, sensus corporeus sopitur, rectè per somnium mentis alienatio intelligitur, per quam exteriorum omnium memoria funditus intercipitur. Somnium autem uidere, est in diuinae contemplationis arcanum mente transire. Dormit itaque, & somnium uidet, qui per mentis excessum in sublimium contemplationem ascendit: *Somnium, inquit, uidi, quod perterruit me.* Huiusmodi somniorum alia deterrent, alia demulcent, alia contristant, alia letificant. Letificat sanè (ne mirum) contemplatio aeternorum gaudiorum, terret uerò speculatio diuinorum iudiciorum. Quis enim dignè exprimere possit, quae letum, quam iucundum sua eum uisio, siue reuelatio facit, cui Deus per spiritum suum reuelauit, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Sed quomodo est contra sua uisio terret, qui mentis subleuatione per contemplationem uidet, quam miro, quae occulto Dei iudicio, quae de carcere catenisque interdum, quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia consumatur? Quem quae somnium diuinorum iudiciorum abyssus non terreat, cum diuino lumine tactus mentis intelligentia perspicat, nec uelocitè esse cursum, nec fortium bellum, nec sapiētium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus, ca sumque in omnibus? Viderat utique propheta, quae iudicia domini abyssus multa, & perterruerat eum uisiones capitis sui, cum diceret domino: *A iudicijs enim tuis timui.* Solent tamen huiusmodi uisiones pertertere, non tam eo tempore quo per excessum mentis uidentur, quam tunc temporis cum post excessum somnum ad memoriam reuocantur, quae subtili examinatione secum tacita mente retractantur. Hinc est illud quod

Somnium uidere, quid sit.

Quid sit a somnio perterri.

Psal. 118.

Dan. 4.

quod sequitur, cum dicitur: *Et cogitationes meae in stratu meo, & uisiones capitis mei conturbauerunt me.* Ex duobus siquidem se asserit conturbari, ex cogitationibus suis, & uisionibus capitis sui. Cum enim mens ex diuina reuelatione mirandū, imō & formidandū aliquid considerat, & postmodum ad se rediens, secumque retractās seipsam fortē examinatione diiudicat, ne fortē digna sit, cui tale aliquid cōtingat ex proprijs nimirum cogitationibus secum agitur, ut sua eam uisio perterreat. *Cogitationes*, inquit, *meae in stratu meo.* Quid hic intelligitur per stratum, nisi

Ibid.

intimae quietis oclū, uisio uerō capitis, illuminatio sensus intellectualis: *Et uisiones*, inquit, *capitis mei conturbauerunt me.* Cogitationes suae itaque in stratu suo, & uisiones capitis sui unūquemque tunc perterret, terrendoque conturbat, cum ex eo, quod secum post diuinam reuelationis arcanum meditationis suae negotioso ocio pertractat, ad salubrem solitudinem, utilemque formidinem euigilat. Cum enim quis ex diuina reuelatione cognoscat quomodo soleat alius de bono in melius proficere, alius de malo in deteriora uergere, uel quomodo contingat alios de sumis bonis in infima mala corruere, uel de infimis malis ad uirtutum summa ascendere, quid quāso mirum, si sua eum uisio cogat formidare? Nescit namque homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cū eis extemplo superuenerit.

Ecd. 9.

*Quod alia sit gratia per quam cognoscimus iudicia diuina, alia per quam discernimus merita propria.* Cap. 111.

**V**ide autem quae sit stupendum, quam uel formidandum, quae sepe mens diuino lumine irradiata, per contemplationem uideat quid tali homini, qualis ipse est, dignē debeat contingere, & tamen talem se tūc tempore esse nesciat, cui tale iudicium ex diuina sententia merito incumbat. Nōne Nabuchodonosor regi hoc idē contigit, qui diuinam sententiam de arboris abscissione ex Dei reuelatione cognouit, uerum tamen ostentat arboris similitudinem ad seipsum trahere ignorauit: Vidit quid tali homini ex diuina sententia incumberet, qui eiusmodi arboris imaginē, uel similitudinē in seipso gestaret, & tamen quae talis ipse extiterit, quia per seipsum non potuit, per alium cognouit. Vide ergo quia alia est gratia, per quam cognoscimus iudicia diuina, & alia illa per quam discernimus merita propria. Illa namque contemplando, ista inuenimus meditando. Illud itaque posse accepimus ex gratia contemplationis, istud uerō ex studio meditationis, & gratia discretionis. Et sepe unus idemque homo, utramque simul gratiam accipit, quibus sub uno eodemque tempore, simul utramque exercere non possit. Quasi itaque alius alium consulit, quando quod unum,

**A** eundemque, mentis statum, plenē non potuit ex alio statu, alioque tempore discit, quod ad plenam sui cognitionem interim sufficere possit. Hinc est, quod Nabuchodonosor per Danielē eruditur de his, quae ipse in sua uisione dubitare uideatur. Mirumque in modum dum rex prophetiae suam uisionem narrat, ignorans docet alium, quod ab eo discat, & Daniel ab interrogatē, & ignorante discit, quid discitē docere debeat. Sic utique, sic saepe mens prudenter inscia de contemplationis lumine reportat, quod postmodum per meditationem inueniat, pleniusque cognoscat. Accipitque meditatio de praecognita reuelationis luce, unde nodos dubitationis dissoluat. Sicut superius iam diximus per regē liberum arbitrium, per Danielē deuotionē intelligimus. Ad eiusmodi itaque regē illa contemplatio pertinet, quae mentis arbitrio subiacet, quando eam animus iam ad manū habet, & uelut ex potestate exercet. Sic & illa meditatio ad Danielē uidetur pertinere, quae ex deuotionis studio religiosa mens circa motū suorum circumspiciōne solet exercere. Designatus ergo rex apud Danielē quasi somniorum suorum interpretationem quaerit, & inuenit, quando animus, quae inter liberos contemplationis suae uolatus prospexit, postmodum meditando, & circumspiciendo in moribus suis legit, & altius intelligit. Sed uideamus modum, quam instanter Nabuchodonosor quaesuit quod nesciuit.

De fructu meditationis.

*Quomodo oporteat secularia studia deponere, & ad spiritualium inuestigationem conuertere.* Cap. 1111.

**I**nter haec autē, quos capitis uisiones, & subsequentes cogitationes conturbant, discant regis Nabuchodonosor exemplo quid facere debeant: *Et per me*, inquit, *propositū est decretū, ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & ut solutionem somnij indicarent mihi.* Ecce quae diligenter, ecce quae instanter quaerit, quod nescit, nec prius desistit, donec somnij sui solutionem inueniat, quā quaerit. Hinc est, quod Iob de semetipso dicit: *Causam quam nesciebam, diligenter inuestigabā.* Decretū proponere, est aliquid firmiter statuere, & quod omnino nō liceat temerare. Vide ergo quae uehemēter fieri uoluit, super quo decretum proponit. Ad sapientes Babylonis pertinet sapientia huius mundi, quae stultitia est apud Deum. Ad sapientes Babylonis pertinet prudentia carnis, quae inimica est Deo. Sapientes itaque Babylonis sunt peracuta scrutinia mundanae philosophiae. Sapientes Babylonis sunt peracuta consilia carnalis prudentiae. Quid itaque erit eiusmodi sapientes introducere, & ad interiora reuocare, nisi pacuta illa inuestigatiois nostrae scrutinia, quae solebamus secularibus negocijs impedere, ad spūalia studia conuertere? Quasi enim exterius sūt, quae sensu exteriori percipi

Dan. 4.

Iob 29.

Decretū proponere quid.

Sapientes Babylonis qui.

Quando introducantur sapientes Babylonis.

Psal. 76.

percipi possunt. Illa autem uelut intus sunt, quae nisi interiori sensu omnino comprehendi non possunt. Intus ergo spiritualia, foris corporalia. Sapientes itaque Babylonis introducimus quando secularia, & qualibet exteriora studia ad spirituales intelligentiam, & spiritualium inuestigationem conuertimus. Sapientes Babylonis introducere, est exteriorum curam postponere, & solis spiritualibus exercitijs studium impendere. Sapientes suos in intimis tenebat, qui dicebat: *Cogitauit dies antiquos, & annos aeternos in mente habuit. Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritū meū.* Notandum autem, quod sapientes nostri, modo intus, modo foris sunt, & tamen in conspectu nostro non sunt. Quasi in arbitrij nostri conspectu habetur, quod per intentionem, & ex de liberatione agitur. Saepē autē contingit ex multa studiorum nostrorum consuetudine animū ad inolita scrutinia incidenter recurrere, & ansequam aduertat quid intendat, multā ibi moram inuectere, hoc est sapientes suos ante conspectum suum non habere. Sed ille absque dubio sapientes suos ante conspectum suum sistere facit, qui studia sua ab omni euagatione restringit, & iuxta deliberationis suae propositum solis utilibus, & necessarijs impendit. Sapientes suos mens quasi in conspectu suo tenet, & obseruat, quando circa studiosas meditationes suas tanta cura inuigilat, ut inuestigationis suae pedem nusquam diuertere liceat, nisi quo eas ex deliberatione direxerat, intantum, ut sagacitatis suae industriam, nulla perscrutationum suarum euagatio, uel ad modicum praeterfugere queat.

*Quomodo insistere oporteat, qui ad diuinorum mysteriorum enodationem anhelat.* Cap. V.

**S**ed uideamus modo cur sapientes suos in unum cogat, uel ad interiora cōpellat, ut solutionem (inquit) somnij indicaret mihi. Sicut in alterius uisionis expositione iam diximus, aliud est diuina iudicia oculo cōtemplationis, & quasi per somnium cernere, & aliud eorundem rationem perpendere, & qua equitate, uel utilitate proueniant discretionis suae uita citate diiudicare. Illud ad somnij uisionem, istud pertinet ad somnij interpretationem. Somnium ergo quodammodo uidemus, quando occulta Dei iudicia in contemplationem, & admirationem adducimus. Somnij nostri interpretationem quaerimus, quando post contemplationis nostrae spectacula eorum, quae per mentis subleuationem uidimus: rationem, modum, & ordinem inuestigamus. Nonne ad somnij uisionem pertinet stupenda illa, quae in scripturis legitur diuinorum iudiciorum magnalia in considerationem adducere, & eorum admirationi diutius, & diligentius inherere? Nōne ad somnij interpretationem pertinet mysticā eorum Richardi S. Victoris. Pars I.

**A**rum intelligentiam quaerere, & per expositionem explanare posse? Nonne ad huiusmodi somnia anhelabat, qui in oratione dicebat: *Illumina oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Quam autē pro magno haberet eiusmodi somniorum interpretationem diuinitus gratiam accipere, potestis ex illa eius sententia perpendere. Cum enim de domino premiserit: *Qui annunciat uerbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel,* statim annectit. *Non fecit taliter omninationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Veluti somnium iam uiderat quae ex contemplationis suae luce deprehēderat, quod uniuersa quae eueniāt iusto & impio, bono, & malo, mundo, & immundo, immolanti uictimas, & sacrificia contemnenti. Somnij interpretationem quaesierat, sed necdum inuenerat, cū alio loco dicebat: *Ecce hoc inueni* (dixit Ecclesiastes) *unum & alterum, ut inuenirem rationem, quam ad huc quaerit anima mea, & non inueni.* Oportet ergo sapientes suos in unum congregare, & ad interiora reuocare, qui cupit ad eiusmodi, quae iam determinauimus somniorum interpretationem gratiam obtinere. Tunc ingrediebantur Arioli, Magi, Caldai, & Aruspices. Tūc, inquit, *ingrediebantur.* Quid est tunc, nisi post decretū, post deliberationis propositum? Multi enim sepe multa proponunt, minimē tamen faciunt, quia quāsi facillē aliquid statunt, tam facillē rursum statuta reiciunt. Primo itaque obseruandum nobis est, ut utilia statuamus. Secundo autē, ut utiliter statuta firmiter teneamus. Attende quāsi firmiter statuit, quod optimus ille deliberator, optimum esse perpendit: *Inueni, inquit, & statui, custodire iudicia iustitiae tuae.* Audisti de uoti institutione, audi & de uoti executione. *Vota mea reddam in conspectu omnis populi eius.* Tunc ingrediebantur Arioli, Magi, Caldai, & Aruspices. Superius generaliter de Babylonis sapientibus proposuit, hic quosdam specialiter expressit. Arioli, (inquit) Magi, Caldai, & Aruspices. Sed quia ueraciter constat huiusmodi sapientes non uerē sapientes esse, nusquam pene scriptura sacra dicit eos sapientes nisi cum determinatione, sed modo Babylonis, modo dicit eos rex sapientes regni sui, uel aliquid huiusmodi. Si igitur per Ariolos, Magos, Caldaios, & Aruspices, studia praua, studia frivola, inepta, & uana intelligimus, uide quā uoliter, uide quā salubriter eiusmodi studia ad spiritualia exercitia conuertimus. Sapientes itaque Babylonis ad interiora cōpellimus, cum curam, & solitudinem quam rebus superuacuis impendere solebamus, solis spiritualibus impendimus. Sapientes Babylonis uelut in somniorum interpretatione occupamus, quādo studijs superuacuis omnino sepositis in diuinorum mysteriorum, seu iudiciorum enodatione singulariter insistimus.

Psal. 118.

Psal. 147.

Ecd. 7.

Nota.

Psal. 118.

Psal. 115.

Nota. Per Ariolos, Magos, &c. quid desinetur.

Quam sit inane mysterium profunda rimari, sine magisterio Spiritus sancti. Cap. VII.

Quid sit somnia in conspectu sapientum narrare.

Sed sapientibus introductis adhuc rex addit, & dicit: Et somnium narraui in conspectu eorum, & solutionem eius non indicauerunt mihi. Quid quæso, est somnia nostra in conspectu sapientum nostrorum narrare, nisi post cõtemplationem, cõtemplationis nostræ spectacula ad memoriam reuocare, sagaci meditatione retractare, studiosis cogitationibus discutere, & ex earum rerum collatione quas nouimus quaestio-nem nostrarum nodos dissoluere, & iuxta afflu-tum perscrutationum nostrarum modum spiri-tualium rerum inuestigationem uelle forma-re: Nonne in conspectu sapientum nostrorum somnia nostra narramus, & solutionem quæri-mus, quando ea quæ de humanis scimus, & ea quæ de diuinis scire cupimus, mutua collatio-ne conferimus, quando iuxta doctum tradita-rum disciplinarum modum, & ordinẽ diuino-rum mysteriorum, uel iudiciorum perplexa di-scutere, & penetrare præsumimus? Sed quicquid in diuinis secretis de humana industria præsumitur, frustra attentatur, & quamdiu in hunc modum quaeritur, in uanum laboratur. Iuxta quod de hoc somnio legitur, & solutionẽ eius non indicauerunt mihi. Somniorum sanẽ diuinitus ostensorum solutionem sapientes nostri minime inueniunt, quia scientiarum nostrarum disciplina, uel quælibet traditiones humanae, ad diuinorum secretorum discussionem, & inuestigationem sufficere nõ possunt. Quis enim altitudinem illam consilij diuini de suo sensu rimari præsumat, cum domini prophetam cla-mantem, & reclamantem audiat: Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quis profunditatem illam mysteriorum, & scriptu-rarum diuinarum de sua penetrare sagacitate confidat, cum Petrum Apostolum legat, quomodo pariter omnes ab eiusmodi præsumptio-ne compescat? Hoc, inquit, primum intelligentes, quia prophetia scripturæ propria interpretatione nõ fit. Absque dubio nunquam proprie scriptura-rum sacrarum interpretatio fit, sine eius magi-sterio, qui eas inspirauit.

Esa. 40.

1. Petri 1.

Quod ad mysteriorum enodationem melius proficimus deuotione, quam inuestigatione, & quod uera deuotionis sit omnia discutere, & possit omnia diiudicare. Cap. VII.

Dan. 4.

Si itaque ad mysticam diuinarum scriptura-rum intelligentiam, si ad diuinorum iudi-ciorum scientiam erudiri uolumus, melius in hoc ipsum orando, quam inuestigando profici-mus, altius deuota compunctione, quam pro-funda perscrutatione illuminamur. Vnde est, quod ad ea, quæ præmissimus, statim subnectitur: Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Balthasar secundum nomen Dei mei, qui

habet spiritum sanctorum in semetipso. Ecce spiritum Deorum sanctorum habere dicitur, qui ad somnij interpretationem idoneus inuenitur. In eo sanẽ, quod Dij isti, Dij sancti dicuntur, illi profecto excluduntur, de quibus in psalmo canitur: Omnes Dij gentium, demonia. Sed profecto qui hoc loco designantur, Spiritum sanctum habere creduntur, quia si Spiritum sanctum non haberent, Dij sancti non essent. De horum numero Deorum esse deprehenditur, ad quæ uoce dominica dicitur: Ecce constitui te Deum Pharaonis. Eiusmodi itaque Deos Psalmista exprefit, cum alio loco dixit: Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Eiusmodi Deorum spiritum omnis sanctus accipit, ut factus esse possit. Omnis enim nostra iustificatio, omnis nostra sanctificatio, absque ulla dubitatione est a spiritu isto. Sine hoc spiritu nescimus quid oremus, quomodo oportet, ipsum enim esse (docete Apostolo) didicimus qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vt ergo deuotio nostra possit uera esse, oportet hunc spiritum habere. Si igitur per Danielem uera deuotio intelligitur, recte de eo per Nabuchodonosor dicitur: Qui habet spiritum Deorum sanctorum in semetipso. Sed cum superius expresserit quosdam sapientes, & quales ueraciter constat, uerẽ sapien-tes non esse, mirum, quomodo dicitur Daniel hoc loco eorum collega esse. Nisi enim cum eis aliquid commune habeat, nescio quomodo eorum collega existat. Illud autem scio, quod spiritus ille quem Daniel secundum scripturam testimonium accepit, spirituales efficiat. Spiritus autem diiudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Spiritus enim solet omnia scrutari, etiã profunda Dei. Si spiritualis diiudicat omnia, si spiritus scrutatur omnia, ergo eadẽ ipsa, quæ mundana philosophia, ergo eadem ipsa quæ carnalis prudentia. Si omnia, ergo & ipsa quæ quælibet peruersa doctrina. Solet namque, qui spiritualis est omnia discutere, ut possit omnia iudicare. Audi denique, quomodo spiritualis ille omnia in sapientia sua tentauerit, ut omnia diiudicare possit: Dedit, inquit, cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroremque & stultitiam. Vides quomodo iste rimatur, quomodo scrutatur, non solum bonos mores, uerum etiam errores, non solum prudentiam, uerum etiam stultitiam. Vera itaque deuotionis est tam bona, quam mala in cõtemplatione ad-ducere, omnia inuestigare, omnia discutere, ut subsequenter & possit omnia diiudicare. Habet itaque uera deuotio ex inuestigatione, & perscrutatione cum Babylonis sapientibus aliquid commune, ut merito dicatur ex eo eorum collega esse. Differunt tamen ex intentione. Nam uera deuotio doctrinas uanas, atque peruer-sas non ad hoc inuestigar, ut eis inhaereat, uel in eis ullam fiduciam ponat, sed ut eas diiudi-cando conuincat, confutet, atque condemnet. Daniel itaque, noster, & mundi sapientes per inuestiga-

Psal. 113.

Exo. 7.

Psal. 81.

Eccl. 1.

Propriũ uerã deuotionis. Et discrimen inter illam, & falsam.

uestigationem eadem uia currunt, quãuis per intentionem ad eundem exitum non pertinunt. Recte ergo Daniel eorum collega dicitur, quibus in studiis suorum discursibus, nonnulla ex parte communicare uidetur.

Quibus deuotionis studiis insistere debeat, qui occultorum reuelationem diuinitus expectat. Cap. VIII.

Quid sit Danielẽ intus morari.

De diligentiã sanctorum, factorum, & deuorum, uel disculsiõne.

Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel. Perpẽdis ex his (ut arbitror) quo Daniel iste modo ingreditur de exterioribus, ad interiora, modo egreditur de interioribus ad exteriora. Exterior est, quando deuotio nostra meditando, diiudicando, orando, sollicita est de rebus exterioribus. Interior est, quando eisdem exercitijs, uel studijs occupata est, & sollicita, pro rebus interioribus. Necesse enim habet prouidere bona coram Deo, & corã hominibus. Coram hominibus in sermone, & opere, coram Deo in cogitatione & uoluntate. Facta itaque & dicta nostra ad iudicium reuocare, & pro his domino supplicare, hoc est Danielem exterius esse. Cogitationes, affectiones, uoluntates, intentiones alta perscrutatione rimari, & pro eiusmodi in oratione compungi, hoc est Danielem intus morari. Vel hoc est Danielem exterius esse, tam interiora, quam exteriora nostra secundum humanum iudicium pensare, & hoc est Danielem interioris esse, tam ista quam illa, secundum iudicium diuinum estimare. Quando inter bona etiam opera quæ agimus, quando inter uilia quæ dicimus, subtili examinatione pensamus, quid de nobis homines sentirent, quid sentire deberet, si nostras intentiones, si fordidas cogitationes, si prauas affectiones uiderent, quando inquam hoc agimus, quasi Danielem exterius tenemus. Quando autem studiose discussione quaeritur, qualiter opera, uel dicta nostra in conspectu Dei iudicentur, etiam tunc cum secundum iudiciũ humanum bona uidentur, quando huiusmodi studio, cum magna deuotione insistitur, Daniel noster intus inuenitur. Quid itaque est Danielem ad interiora intrare, nisi ex intima deuotio-ne in his, quæ discutienda sunt, uel quaerenda, tam de exterioribus, quam de interioribus, ad diuinum iudicium recurrere? Et sit saepe, dum sapientes nostri in somniorum interpretatione deficiunt, dum studiosæ meditationes, dum intima perscrutationes diuinorum iudiciorum arcana, diuinorum mysteriorum profunda pe-netrare præsumunt, nec possunt, fit inquam se-pe ut mens post huiusmodi defectum, ex ipso suo defectu admonita, ad semetipsam redeat, infirmitatem suam diligentius attendat, & sine Dei adiutorio, quod nihil possit plenius agnoscat. Incipit tunc ex infirmitatis suæ considera-tione gemere, suspirare, præsumptiones suas arguere, & de proprijs studijs prius inaniter præ-

sumpta iam de sola domini reuelatione sperare, & deuotionis studio penitus insistere. Et hoc est Danielem post sapientes intrare.

Quanta uirtus ueræ deuotionis sit, quæ filium Dei facit, quæ animum humanum Deo coniungit. Cap. IX.

Donec collega, inquit, ingressus est in conspectu meo Daniel, cuius nomen Balthasar. Balthasar capillus capitis interpretatur. Recte ergo Daniel Balthasar dicitur, quia mens nostra ex uera deuotione adornatur, ex uera deuotione ad omnem profunditatem subtiliatur. Sed in hoc loco cum Daniel Balthasar dicitur, aliquid adhuc latere adiungitur, unde (ut arbitror) ad profundiorẽ intelligentiam prouocamur. Daniel (inquit) cuius nomẽ Balthasar, secundum nomen Dei mei. Illud autem hoc loco præmonere iam uolumus, quod multa scripturarum loca ineptam aliquid, uel peruersum sonant, iuxta historiam, quæ tamen mysticè discussa, rectum aliquid loquuntur, iuxta spiritalem intelligentiam. Nam quod Daniel a rege, secundum nomen Dei sui Balthasar dicitur, quid aliud, quã idololatriam, iuxta litteram sonare uideatur? Sed sicut Beatus Gregorius dicit: Sa-pientes quælibet per historiam uirtus est, per significationem culpa, sicut aliquando res gesta in facto causa damnationis est, in scripto autẽ, prophetia uirtutis. Nam cum de regis Dauid culpa, dum de Virginitate tractaret, dum per adulterantem Dauid Christum, per Virginitatem populum Iudaicũ interpretari uoluit, quid (inquit) per effectum istũ Dauid scelestus, quid Virginitas dici potest? Sed rursus per mysteriũ, quid Dauid sacrarius, quid Virginitas infidelis inuenitur, quando & ille per uitæ culpam prophetia signat innocentiam, & iste per uitæ innocentiam in prophetia exprimit culpam? Virtus namque sacri eloquij sic transacta narrat, ut uentura exprimat. Sic in facto re approbat, ut ei in mysterio contradicat. Sic gesta dant, ut hæc mysticè gerenda persuadeat. Sic & hoc loco sanẽ, quod iuxta historiam est reprehensibile, iuxta mysterium potest commendabile aliquid exprimere. Cuius nomen, inquit, Balthasar secundum nomen Dei mei. Si per regiam personam, regium recte intelligimus animum, quem quæso, dicit Deũ nisi Christũ? Nam quis Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ueraciter sit unus idemque Deus, Christũ tamen, secundum quendam dicendi modum, recte religiosus quisque suum esse dicit, cuius nomine insignitũ, cuius gratia prauentũ se meminit, cuius denique personam agnoscit familiariter inhaerere per incarnationis mysteriũ ex communionem naturæ. Si uerò Balthasar capillus capitis interpretatur, uideamus modo quomodo hoc nomen Christo congruere uideatur, uel quomodo secundum hoc Dei sui nomẽ mysticũ Daniel merito nũcupetur.

Christus quomodo noster esse dicatur.





nitus subleuatur, & in huiusmodi contemplatione, contemplationis que dulcedine delectabiliter figitur, mirabiliterque reficitur, uidet se p̄ in diuino lumine quot, uel cuiusmodi rerū genera oporteat esse, inconcussūque tenet nihil horum omnium quæ summæ dispositionis ordo, uniuersitatique pulchritudo exigit penitus posse deesse. Verbi gratia uidet oportere esse bonos, similiter & malos, & in bonis, alios alijs meliores, alios optimos, sic & in malis, alios alijs peiores, alios pessimos. Videt nihilominus, quia oportet alios malos esse & malos perseuerare alios, malos esse & malitiam in perpetuum deferere. Alios autem ad tempus deferere, & iterum ad malitiam redire. Sic e diuerso, uidet alios bonos esse & bonos perseuerare, alios irreuerabiliter cadere, alios post lapsum ad bonitatem redire. De hoc sexto rerum genere esse uidetur quem Nabuchodonosor in Dei lumine contempletur qui ei per similitudinem ostenditur, quem etiā postquam ad seipsum redijt secum mirabatur, seu etiam miserebatur. Videbat uniuersitatis pulchritudinem talem exigere, talemque omnino deesse non potuisse, & tamen nesciuit seipsum talē esse, uel talis hominis imaginem in seipso gestare, qui de tanta sublimitate subito caderet, & in imis diu iaceret, tandem tamen ad pristinum statum rediret. Hoc est quod arbor magna prius in altū erigitur, postmodum abscinditur, & tamen radices eius in terra reseruantur unde iterum reparatur. Videamus ergo & nos, & discamus ab ipso qualis sit arbor quam ipse uidet, uel quomodo cecidit, uel cadere potuit quæ tanta uel talis fuit.

De magnitudine gratie mentis postmodum casura, & in tanta plenitudine gratie, quid soleat esse causa ruine. Cap. XLIII.

Magnitudo arboris quid significet. Act. 6.

Videbam, inquit, & ecce arbor magna in medio terræ, & altitudo eius nimia. Quid intelligimus per magnitudinem arboris nisi imensum robur uirtutis? Nonne & magna illa arbor fuit quæ plenitudinem gratiæ, & fortitudinis accepit? Stephanus (inquit) plenus gratiæ, & fortitudine. Ecce arbor magna in medio terræ, & altitudo eius nimia. Ergo hæc arbor magna fuit, alta fuit, & in medio terræ fuit. Ad multa, & magna se dilatabat per uirtutem, ad alta se erigebat per subtilitatem, & in intimis stabat per intentionem. Ad fortia se extēdebat, ad summa se erigebat, & in intimis fixa manebat. In magnis fuit per exercitium, in summis, per studium, in intimis per desiderium. Quia ergo fortia agebat, magna arbor erat, quia in ma bona desiderabat, in medio terræ erat, quia de sublimibus subtiliter sētiebat, altitudo eius magna erat. Magna (inquit) arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cœlum. Ecce arbor magna, arbor robusta, arbor procerā. Magna

ad bona agenda, fortis ad mala toleranda, procerā ad sublimia contemplanda. Magna in actionibus, fortis in tentationibus, sublimis in inuestigationibus. Attende quā alta erat cuius proceritas etiam cœlum tangebatur. Proceritas eius cœlum tangebatur, quia inuestigationis eius sublimitas cœlestia penetrabat. Proceritas itaque eius alta fuit, & altitudo eius procerā fuit. Vel è magna altitudo fuit quæ se summis, & cœlestibus immerfit. Elige itaque in huius consideratione arboris quod amplius mireris, magnitudinem, fortitudinem, seu proceritatem. Magna (inquit) arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum. Magna arbor fuit, quā ueraciter dicere potuit. *Vbiq̄ & in omnibus in fructus sum, Scio humiliari, scio & abundare, & penuriam pati. Omnia possim in eo qui me confortat.* Fortis arbor fuit quæ sidenter dicere potuit. *Non timebo quid faciat mihi homo. Si constiterit aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me praelium in hoc ego sperabo.* Præ cæteris arboribus procerā fuit quæ dicitur de se non dubitauit, & præcessit sapientiam omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem & mens mea contemplata est multa, sapienter & dicitur. Proceritas eius cœlum tangebatur qui ueraciter dicere poterat. *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam uero non huius sæculi nec principum huius sæculi qui desiruntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est quam prædestinauit ante sæcula, quæ nemo principum huius sæculi cognouit.* Sed uide quisquis hæc audis, uel legis si forte altitudo tua est magna, uide (inquam) & diligenter attende ne forte sit & nimia. Hoc fortassis in hac descripta arbore repræhensibile fuit, hoc fortassis succissionis causa extitit quod eius altitudo nimia fuit: & altitudo, inquit, eius nimia. Forte Nabuchodonosor ambulabat in magnis, & mirabilibus super se, & hoc ei fortassis extitit causa ruine. Fortassis Nabuchodonosor alta sapiebat, & idcirco altitudo eius nimia erat. Noli (inquit) apostolus *altum sapere, sed time.* Sicut enim qui mel multum comedit non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis opprimeretur a gloria. Altiora igitur te ne quaesieris, ne forte proceritas tua sit alta nimis. Scrutator maiestatis opprimitur a gloria, & sententiam succissionis meretur arbor cuius altitudo est nimia. Nonne eiusmodi arbores altæ fuerunt, & iuste succidi meruerunt, quæ cum cognouissent Deum, nõ sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: *Sed enauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum.*

De autoritatis magnitudine mentis postmodum ruitura. Cap. XLV.

Sed audiamus quid adhuc de hac arbore dicitur in eo quod sequitur. *Aspectus illius erat usque ad terminos uniuersæ terræ.* Aspectus eiusmodi

Philip. 4.

Psal. 55.

Psal. 26.

Eccles. 1.

1. Cor. 29.

Rom. 1.

Dan. 4.

modi arboris usque ad terminos uniuersæ terræ porrigitur, quando nominis eius dignitatē qui eiusmodi est, morum similitudine propinqui & morum dissimilitudine longinqui pari ter ueretur, a ueritateque eius tam a bonis diligitur, quā a malis timeatur. Nonne illius aspectus usque ad terminos uniuersæ terræ prominebat de quo illius sententiæ ueritas constabat. *Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui sunt, & in his qui perierunt. Alijs quidem odor mortis in uentem, alijs autem odor uite in uitam.* Nonne & illarum arborum aspectus usque ad terminos uniuersæ terræ dilatatur de quibus ueraciter dicitur. *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra uerba eorum.* Sed & secundam aliam quandam sententiam arboris nostræ aspectus in nobis sanctis usque ad terminos uniuersæ terræ patet, cum iam unumquēque nostrum propriæ uirtutis experientia, nec in magnis nec in minimis lateret. Si enim per arborem uirtutem, per aspectum arboris noticiā uirtutis accipimus, cum iam quid in singulis rebus possumus multo studio, multo exercitio didicerimus, quid aliud quā arboris nostræ aspectum usque ad terminos uniuersæ terræ propalauerat, & uirtutis suæ experientiam per omnia iam ceperat qui de seipso illud quod & superius iam posuimus ueraciter asseuerat. Ego enim didici in quibus sufficiens sum Scio humiliter, scio & abundare ubiq̄, & in omnibus instructus sum.

1. Cor. 2.

Psal. 81.

Philip. 4.

De multitudine scientie mentis ruitura, & in tanta scientie plenitudine quid esse soleat causa ruine. Cap. XLVI.

Quid in singulis arboris partibus significetur. Prou. 15.

Iob. 29.

Sapient. 7.

Adhuc additur de hac arbore. *Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & effusa uniuersorum in ea.* In folijs uerba, in fructu scientia, in esca doctrina. Folijs fructus uestitur, & uerbis compositis sententia ornatur. *Os enim sapientis ornatur scientiam.* Fructus bonus sapit, & pascit, & scientia spiritalis spiritalem esurientem per sacram admonitionem suauiter reficit. Folia itaque pulcherrima, sunt uerba diserta, fructus copiosus, sensus eruditus, multiplex intellectus. Esca uniuersorum est plena eruditio omnium, discreta admonitio singulorum. Folia uerborum pulchra (ut arbitror) illa arbor habebat, & bonorum sensuum, uiliumque cōfiliorum fructibus abundabat quæ ueraciter dicere potuit. *Qui me audiebant expectabant sententiam, & intenu tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.* Fructum copiosum illa arbor habuit, quæ in ueritate dicere potuit, *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, ipse enim mihi dedit bonum quæ sunt scientiam ueram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, & uirtutes elementorum, initium & consummationem & medietatem*

temporum, uicissitudinum permutationes, & consummationes temporum, morum mutationes, & diuisiones temporum: anni cuius, & stellarum dispositiones: naturas animalium, & iras bestiarum, uim uentorum, & cogitationes hominum; differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa & improuisa, didici. Esca uniuersorum nonne in illo fuit qui in hoc ipsum se debitorum cognouit, cum dixit: *Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.* Nonne esca uniuersorum in ipso est qui doctrina sua omnes edificare potest? Nonne esca uniuersorum in seipso habet qui per spiritum consilij qui menti eius præfidet, & per gratiam discretionis qua pollet, quacunque tribulatione oppressos, salubri consilio instruere, & blanda admonitione erigere sufficienter ualet? Nonne similiter & ille quantum ad semetipsum attinet omnium esca in seipso inuenit, qui quælibet sancta desideria nutrire, & ad quælibet bona opera animum suum inflammare proprijs meditationibus & spiritalibus theorijs nouit, quoties, & quantum uoluit? Sed sicut superius in uicibus de arboris altitudine, uideamus ne forte & hoc in ea sit repræhensibile quod dicitur fructum nimium habere. Non enim dicitur quod fructus eius multus, uel fructus eius copiosus, sed fructus eius (inquit) nimius. Fructum nimium arguit qui dicit, in rebus superuacuis noli scrutari multipliciter. Aliud est importune quaerere impossibilia, quam uis forte sint utilia, atque aliud curiose inuestigare inutilia, quàm uis & ipsa sint possibilia. Illud pertinet ad altitudinis nimietatem istud pertinet ad fructuum superfluitatem. Præsumptio incomprehensibilium prohibetur cum dicitur. *Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus &c.* Curiositas superuacuarum rerum repræhenditur in eo quod dicitur, in rebus superuacuis noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Uultis audire de arboribus quæ eiusmodi sunt, quæ præsumptionis, & curiositatis audaciam temperare nolunt, quomodo sapere sententiam succissionis incurrunt. *Multos enim, inquit, supplantauit suspicio illorum, & in uanitate detinuit sensum illorum.*

Rom. 1.

Nota. Quid sit, esca uniuersorum habere.

Eccl. 3.

De præsumptione & curiositate.

Eccl. 3.

De rigore discipline quem solet ruitura mens sepe erga alios exercere. Cap. XLVII.

Adiuimus ex præcedentibus cuius fuerit scientiæ qui designatur ex hac arbore, audiamus adhuc ex sequentibus cuius fuerit disciplinæ. Audiuimus quomodo per doctrinam potuit uel indoctos erudire, uel inconcultos instruere, audiamus quomodo per disciplinam soleat & carnales premere, & spirituales sublimare. *Subter eam habitabant animalia, & bestie, & in ramis eius conuersabantur uolucres*



Quid per bestias, & uolucres intelligatur.

aves cœli, & ex ea uescitur omnis caro. Per animalia, & bestias, intellige homines animales, mentes carnales, & seculares, per uolucres accipe spirituales, bonorum studiorum, & sanctorum desideriorum alis ad cœlestia nolantes. Duo autem genera carnalium solemus uidere. Vnum quidem quod seruit concupiscentiæ, alterum quod cedit iracundiæ. Per animalia itaque intelligimus mentes uoluptati deditas, per bestias mentes iracundas. Si per bestias non nisi fera animalia congruè intelligere possumus, relinquatur ut nomine animalium sola hic mansueta intelligere debeamus. Recte ergo uoluptuosas mentes designantur per animalia quæ solo uentri deseruiunt. Recte nihilominus mentes iracundæ designantur per bestias quæ dente, & ungue deseriunt. De talibus ergo recte dicitur. Subter eam habitabant animalia, & bestia, eo quod huiusmodi mentes per concupiscentiam uel iracundiam dissolutæ iuste quidem premi debeant rigore disciplinæ: Recte in ramis, & quasi in sublimioribus conuersabantur uolucres cœli, eo quod spirituales uiri, & cœlestibus desiderijs accensi merito debeant, & in autoritatem erigi, & digno honore sublimari. Subter eam, inquit, habitabant animalia, & bestia, & in ramis eius conuersabantur uolucres cœli. Ergo bestiales in imis coarcebant, spirituales uero in alta subleuabat. Discant prælati nostri, discant hic quid facere debeant, discant (inquàm) indisciplinatos mores premere, bonos attollere, & honorare. Quid quæso hoc genus monstri est, quod nostri temporis arbores uros, & leones, uel alias huiusmodi quaslibet bestiales mentes portant in ramis, uolucres uero cœli, & quaslibet uolatilia pennata contra conditionis iura, creatorisque instituta premunt in imis: Quoties ipse ego uidi, uidentisque ingemui impium superexaltatum, & eleuatum, super cedros Libani: Quid quæso est quod facitis, qui eiusmodi bruta, & bestialia corda in sublime attollitis, & uelut in aere suspenditis? Si uere eos diligitis, cur eis non parcitis? Quid quæso eis aliud quam ruinam paratis, dum eos ad alta suspenditis, & quasi in ramis portatis? Quid aliud quisque suo sublimatori, uel potius subuersori dicturus est in fine in ipso confinio ruinæ, nisi quia eleuans allisisti me? Conuersentur uolucres cœli in ramis, locumque teneant in summis quos subleuat penna sanctitatis: Bestiæ sub ramis locum teneant in imis, & qui pronos uultus habent per appetitum carnis, distinctionem sentiant pietatis, & iuste humiliationis. Subter eam habitabant animalia, & bestia, & in ramis eius conuersabantur uolucres cœli, & ex ea uescitur omnis caro. Ex illa sane omnis caro uescitur, cuius uirtutum exemplis omnes edificantur, cuius consolationibus omnes fouentur, cuius beneficijs omnes recreantur, cuius consilij omnes roborantur, & doctrina reficiuntur. O qualis arbor,

o quantæ sublimitatis, cui conuenit tantæ præconium laudis.

De rigore disciplina quem solet ruitura mens apud seipsam exercere. Cap. XV III.

Ed hoc ipsum quod de hac arbore dicitur in nobis ipsis implemus, si carnales affectiones sub rigore disciplinæ restringimus, & cogitationes nostras in morum circumspectione occupamus & per spirituales meditationes omnes sensus nostros in bonis desiderijs nutrimus. Quid enim per uolatilia intelligimus nisi subtiles cogitationes, & quid per quadrupedia, & terrestria, nisi carnales affectiones? Per animalia, illa desideria quæ surgunt, præter rationem, per bestias, illa quæ nituntur contra rationem, præter rationem uana, & frivola, contra rationem peruersa, & noxia. Per arborem (ut dictum est) accipimus robur fortitudinis, & recte per ramos arboris opera intelligimus, & exercitia uirtutis. Et huiusmodi ramis meritorum bonorum fructus tempore suo colligimus, secundum quod per prophetam audiuius. Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Ex huiusmodi ramis salubrium consiliorum subtiliumque intellectum fructus prodeunt, cum per multa experimenta uirtutum exercitia hominem ad discretionis & scientiæ perfectionem erudiunt. Multa enim quæ per inuestigationem non possumus, per experientiam plenius & certius ad discimus, hinc illud Psalmista. A mandatis tuis intellexi. A mandatis intelligit qui ex eo quod agit ad maiorem intelligentiam proficit. Hinc est quod aliàs scribitur, In intellectibus manuum suarum deduxit eos. Intellectibus manuum suarum alium deducit, qui ad uiam ueritatis quæ per operum experimenta didicit certis profectuum gradibus dirigit. Parua & parum certa est illa scientia, quam non adiuuat & confirmat rerum experientia, hinc est quod per Sapientem dicitur. Qui non est expertus, pauca recognoscit. Non solum autem ex bonis quæ agimus, uerum etiam ex malis quæ sustinemus ad discretionem erudimus, & ex ipsis tentationibus prudentiores efficiuntur. Hoc nos illa uox Sapientis admonet, quæ dicit. Qui non est tentus quid scit? Vir in multis expertus cogitauit multa, & qui multa didicit enarrabit intellectum. Ex ramis itaque arboris fructus colligitur, quia ex multo uirtutum exercitio scientia multiplicabitur. Et quo quisque perfectior, atque probatior, eo uberior fructus gignit delectabiliusque reficit. Perfectiorum autem (ait Apostolus) est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Boni sane & bonæ arboris rami qui talem fructum ferunt, cibumque animarum gignunt, qui uolatilia cœli suscipiunt, & sublimes cogitatus ad alta suspendunt, qui be-

Psal. 127.

Psal. 118.

Psal. 77.

Quid sit in intellectibus manuum deducere.

Eccl. 34. ibidem.

Hebr. 5.

1. Cor. 9.

Nota.

Colof. 3.

Quid significet uolucres ad suos ramos redire.

Eccl. 1.

stias protegent, & carnis impetus deorsum premunt. Puto quia & Apostolus sub huiusmodi ramis animalia deorium premebat cum diceret. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Qui autem uoluerit uolucres cœli huiusmodi arboris ramis afflescere, sit in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditetur die ac nocte. Caueamus ergo quarundam auium nidum nobis in terra facere, uel in aquo sis degere, ramosque arboris deserere, pudeatque nos curis secularibus, carnisque desiderijs assiduarum importunitate cogitationum inharere. Quæ sursum sunt (inquit Apostolus) sapite, non quæ super terram. Debent itaque aues nostræ, pro tempore ad cœlestia eleuari, & in æternorum contemplatione suspendi, & iterum post sublimes uolatus ad arboris suæ ramos reuerti ibique immorari, imo & conuersari. Quid enim aliud est uolucres cœli ad ramos suæ arboris semper redire, & ibi inhabitare nisi cogitationes cordis sui ad morum, operumque suorum considerationem frequenter reuocare, & eorum circumspectioni crebrius insisteret, & uehementius incumbere? Hinc est quod per Salomonem dicitur. Orius sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, intelligentiæ enim sol post ortum suum, & sublimis contemplationis ascensum iterum ad locum suum reuertitur, & ad sui circumspectionem oculus cordis reuocatur, ut iterum ad altiora subleuetur. Cor enim quod ad sui conseruationem obdormit, cito contemplationis gratiam quam acceperat amittit. Recte ergo de hac arbore dicitur & in ramis eius conuersabantur uolucres cœli, eo quod circumspectiones mentis præcipuè in uigilare debeant circa custodiam sui. Ecce iam audiuius quid de huiusmodi arbore sentire debeamus. Nemo tamen putet me credere Nabuchodonosor regem talem fuisse qualem me audit ex mystica significatione describere, neque enim in sua persona talis fuit sed ex sua persona talem uirum præfigurauit, & in uisa arbore talem designauit. Sed mysticam interim descriptionem prosequamur, & inueniemus fortassis in ea quod iuste miremur, nec solum quod admirari debeamus, imo dignè desileamus, & merito de nobis timere debeamus.

Quod in quolibet uirtutum culmine oporteat semper morum ruinam timere. Cap. XI X.

Dan. 4.

Adiamus ergo quid adhuc de hac arbore dicat, & quid quisque timere debeat discat & ingemiscat. Videbam in uisione capitis mei super stratum meum & ecce uigil & sanctus de cœlo descendit: & clamauit fortiter & ait sic. Succidite arborem: & præcidite ramos eius: excutite folia eius: & dispergite fructum eius. Fugiat bestia quæ subter eam sunt, & uolucres de ramis eius. Væ filijs Adæ, uæ conditioni humanae. Quis quæso, quantumcunque profecerit, quantumcunque af-

cenderit de reliquo poterit securus esse si tantus vir tamque perfectus & quasi sub unius horum momento potuit de tanta sublimitate cadere? Reuolamus ergo qualis superius ex mystica arbore describitur qui hic præcidi iubetur, & tunc melius agnoscimus in qualicunque uirtutis fastigio constitutis morum ruina quam iuste timeretur. In magnitudine arboris miramur modum fortitudinis, in eius altitudine profunditatem subtilitatis, in aspectus dilatatione, magnitudinem autoritatis. In pulchritudine foliorum, facundiam sermonis, in nimietate fructuum, multitudinè eruditionis, in esca uniuersorum, doctrinam adificationis in subiectione bestiarum, rigorem seueritatis, in cohabitatione uolucrum, prouidentiam circumspectionis. Quis ergo nisi insanus in tanto mutabilitatis ancipiti sibi securitatem promittit, si uerè aliquando talis fuit qui postea succisus cecidit? Verè (ut scriptura dicit) Beatus homo qui semper est pauidus. Nescit enim quid futura pariat dies.

Prou. 28.

Quod quicquid circa nos agitur Dei dispositione, & angelica administratione dispensatur. Cap. XX.

Nemo tamen existimet Deum humana non curare, nemo audeat timere eius iudicia reprehendere, cum uideat, uel audiat aliquid præter existimationem, uel contra rationem (ut sibi uideretur) accidisse. Ecce de cœlo descendisse & sanctus fuisse dicitur a quo successione sententia datur seu dispensatur. Ecce (inquit) uigil sanctus de cœlo descendit. Cum igitur audias huius operis ministrum de cœlo venire, intellige Dei dispositione id agi, & cum sanctum legas crede eum quod iustum est iuste exequi. Ecce uigil & sanctus de cœlo descendit. Circa hominum curam tam boni angeli, quam mali perpetuam sollicitudinem impendunt, & nec nocte nec die ab hac sollicitudine se uel ad modicum subtrahunt, sed mali ad impugnandum, boni ad protegendum inuigilant, ita ut utriusque rectè satis uigiles dici queant. Sed quod bonus angelus sit qui huiusmodi sententiam, uel de cœlo cognouit uel in terra disposuit: satis ostenditur ex eo quod sanctus & de cœlo descendisse perhibetur. O quam rectè hoc nomē bonis angelis conuenit quibus somnus erroris uel obliuionis circa nostræ salutis negocia nunquam subrepat. O celsitudo angelicæ pietatis. Qui securi sunt de seipsis, adhuc sollicitudinem gerunt pro nobis. De hac angelorum circa nostram salutem uigilia, uigilique custodia est illa apostolica sententia. Nonne omnes administratorij spiritus sunt in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Quid itaque aliud est eiusmodi uigiles de cœlo descendere, nisi salutis nostræ ministros terrena curare, & secundum quod in summis diuinitus discunt, in imis humana

Cura spirituum erga homines.

Hebr. 1.



mana disponere? Recte ergo dicitur. *Ecce uigil, & sanctus de celo descendit, & clamauit fortiter, & ait sic. Precidite arborem.* Alia itaque sunt quae boni angeli per seiplos faciunt, alia quae fieri permittunt nulla omnino sine eorum dispositione usquam fiunt. Bona itaque sunt eorum cooperatione, mala autem eorum permissione. Bona ergo per bonos angelos, mala administrantur per malos. Quoniam ergo rectitudinis statum subuertere malum esse cognouit, bonus Angelus arborem praecidere noluit ueruntamen quia hoc uis meritum, uel uis ueritatis bonum exigere cognouit, fieri permittit. Quod enim dicit praecidite arborem, permissionem intellige non autem praecisionem. Neque enim in hoc est spiritibus malignis obedientia iniuncta, sed licentia indulta. Hoc siquidem eos tandem aliquando facere permittit, quod eos diu, multumque desiderasse non ignorauit. Hinc est quod a Domino Iudae traditori dicitur. *Quod facis fac citius.* Non enim ei in hoc praecceptum iniungitur, sed agendi facultas conceditur. Notum autem est omnibus quod magna uocis clamore uti solemus quoties longe positus aliquid innotescere uolumus. Quid autem abinuicem distat longius quam spiritus angelicus, spiritusque malignus, non tam loci longinquitate quam uoluntatis diuersitate? Hinc est quod prodigus ille filius qui omnem substantiam suam uiuendo luxuriose cum meretricibus dissipasse legitur, in regionem longinquam abiisse in euangelio perhibetur, eo quod a patris summi beneplacito uoluntatis deprauatione elongatus alienatur. Secundum hunc itaque modum multum utique sunt inter se longinqui tam uaria, tam contraria sorte distincti, atque distincti Angelus confirmatus in bono, & Angelus confirmatus in malo, Angelus deputatus gloriae, & Angelus adductus gehennae. Recte ergo uigil ille & sanctus fortiter clamasse perhibetur, ut ex eo aperte daretur intelligi cuiusmodi Angeli & a bono Angelo quam remoti esse uiderentur, quibus uigilam sententia celitus dictata non sine forti clamore intimatur. Est tamen & inter bonos quosdam Angelos magna distantia non contrariae uoluntatis sed supereminentis dignitatis diuinitus decenter ordinata differentia. Vnde nec incongruum uidetur si inter eos aliquis clamor describitur, per quem dignitatis eorum differentia denotetur. Recte ergo Angelus qui hic malignis spiritibus tentandi licentiam concessisse introducit, non solum clamasse, sed & fortiter clamasse perhibetur. *Ecce, inquit, uigil, & sanctus de celo descendit & clamauit fortiter, & sic ait. Succidite arborem.*

*Quod nihil in nos possunt spiritus maligni nisi permissione Dei. Cap. XXI.*

**D**uo sunt quae ex praesenti possumus patienter colligere. Primum, quod non pos-

sunt nos maligni spiritus nisi quantum permittuntur tentare. Secundum quia si iuxta omnem uirtutem suam ad nostram impugnationem relaxarentur, nemo posset eorum impetum tollerare. Qui enim arborem succidere possunt, & uolunt, & tamen non nisi permitti succidunt, patet profecto quia sine Dei permissione nil in nostra intentione praesumunt. Sed quid in hominibus praesumerent sine Dei permissione qui (attestante euangelio) nec gregem porcorum sine diuina licentia ausi sunt in uadere? Tantum itaque in electorum impugnatione eis licentia relaxatur, quantum utilitas eorum exigit, uel iustitia meretur. Quae enim humana uirtus eorum impetum posset sustinere, si talem, tantamque arborem (accepta diuinitus licentia) statim potuerunt euertere? Sed consolatur nos in hoc Apostolus Paulus: *Fidelis, inquit, est Dominus, qui non sinit uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum ut possitis sustinere.* Nisi ergo arbor ista nimis alta fuisset & de sua uirtute intumesceret, nimisque praesumeret, sententiam succisionis diuinitus non acciperet. Attende modo grandem arborem, & de fortitudinis suae abundantia nimis praesumentem: *Ego dixi, inquit, in abundantia mea, non mouebo in aeternum.* Sed statim ex subtractione gratiae superuenientique tentatione didicit quid, uel quantum de se ipsa potuit, *Auertisti, inquit, faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.* Arbor itaque succiditur, quando constantiae uirtus tentationibus paulatim attenuatur, tandemque funditus tollitur. Nonne arboris illius robur succisum fuit quae dixit, *Dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Nonne uirtus eius subtracta arborque succisa ad ima ruit quando ad unius concupiscentiae respectum in adulterium, & de adulterio in homicidium cecidit?

*Quomodo, uel quo ordine ad subtractionem gratiae soleat mens humana corrumpi. Cap. XXI.*

**S**uccisa arbore etiam rami praeciduntur, quia uirtute animi deficiente, bona opera paulatim subtrahuntur. Arbor succiditur, & ramus praeciditur, quando uirtus in occulto, & uirtutis opus deficit in aperto. Prius igitur subtrahitur uirtus animi, postmodum etiam tollitur facultas, & occasio bene agendi, & succiso robore arboris ramisque praecisis, folia excutuntur, fructusque dispergitur, quia deficiente uirtute proposito, uirtutumque exercitio, prius gratia bene loquendi tollitur, tandem etiam gratia recte intelligendi subtrahitur. Recte quidem postquam deficit studium bonae operationis, subtrahitur facundia sermonis, quia scandalizare magis quam aedificare audientes potest omnis castigatio uel exhortatio deprauati praedi-

Ioan. 13

Distantia inter spiritus bonos & malignos.

Luc. 15

Math. 8. Marc. 5. Luc. 8.

1. Cor. 10.

Psal. 29.

Psal. 37.

2. Reg. 11.

Arbor, quando succiditur.

predicatoris, cum ei loquenti quibus tacite respondeat, cur ergo hac ipse non facis? Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum. Foliorum gratia excutitur, quando ex infami suspitione prius habita, loquendi fiducia, uel auiditas amittitur. Fructus dispergitur, quando eius doctrina contemnitur, quae quamuis per sensum, seu consilium utilis forte uideatur, propter tamen prauum uitae exemplum facile conculcatur. Fructus dispergitur quando importuna uariarum concupiscentiarum incursum studium meditationis dissipatur, & subtilitas inuestigandi, intelligendique faciltas cogitationum euagatione confunditur. Ecce quam facile, ecce quo ordine mens ab alto deicitur quae meritis exigentibus a gratia diuina deseritur, quae malignis exactoribus ex diuina permissione exponitur. Recte ergo de hac arbore dicitur: *Excutite folia eius, & dispergite fructum eius.*

*Quomodo mens post sedam deiectionem sui, solcat postmodum & ab alijs contemni, & in semetipsam resolui. Cap. XXI.*

**S**ed cum cepit homo uirtutum ramos, consilique fructum amittere, & tam uita, honestatem, quam doctrinae autoritatem omnino non habere, quis iam ei, uel carnalium obedienciae, uel spiritualium per familiaritatem dignetur inhaerere? Recte ergo adiungitur quod adhuc de hac arbore dicitur. *Fugiant bestiae subter eam sunt, & uolucres de ramis eius.* Bestiae siquidem quae prius subter eam erant diffugiunt, quando subiecti ipsius eius obedienciam detrectant, & carnales quique magisterium eius contemunt. Volucres caeli de ramis eius fugere, est spirituales quosque uiros uitae illius infamiam horrere, consortiaque declinare. Nonne illius magnae arboris cui (secundum Dominum testimonium) non erat similis super terram, eo quod uere esset uir magnus inter omnes orientales, & inter praecipuos primus, nonne inquam magnae illius arboris umbracula iuniores abominabantur, & iam subter eam esse bestiae dedignabantur cum de se ueraciter protestatur: *Nunc autem derident me iuniores tempore quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum uirtus manuum erat mihi pro nihilo, & uita ipsa putabantur indigni.* Quid quae maiores faciebant si iuniores, & tam uiles eum deridebant, eo quod arbor tanta esset ex Domini permissione succisa, & a planta pedis usque ad uerticem ulcere pessimo percussa? Quam magna & illa arbor erat cui Dominus testimonium perhibebat, quod hominem secundum cor suum inuenerat. Nonne conuersabantur in ramis eius uolucres caeli, cum ueraciter de se protestetur, *Quia innocentes, & recti adhaeserunt mihi?* Nonne & tunc tempo-

Bestiae fugiunt.

Iob. 30.

Psal. 24.

ris de ramis eius auferantur cum iterum in oratione proclamabat. *Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi, & iterum. Elongasti a me amicum, & proximum, & notos meos & miseria.* Sed tunc apud quemlibet uirtutis uirum impletur quod scribitur de hac arbore, ut ligni robore succiso, fugiant subter habitantes bestiae, cum uigore animi fracto tentationibusque exhausto, iam non ualet mens carnalis impetus cohibere, uel quaelibet irrationabilia desideria sub rationis magisterio coercere. Animum caeli cohabitationem amittimus, cum sublimium inuestigationem iucunda spectacula tot phantasmatum occurrione turbati exercere non ualemus. Ramis suis in habitantes uolucres arbor amittit, cum meditationes suas circa alluetam morum suorum circumspersionem exercere iam nequit. Contubernia talium uolucrum nos amississe saepe dolemus, cum cogitationes nostras ab inepta euagatione restringere non ualemus, ita ut unusquisque nostrum illud beati Iob recte apud se dicat, cum suas aues non sine suo dolore euolasse iam uideat. *Cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum.*

*Quod turpiter lapsos, & a sublimi deiectos diuinamiseratio saepe & ad penitentiam reseruat, & ad correctionem expectat. Cap. XXI.*

**I**llud autem quam piuum, & quanta admiratione dignum quod diuina miseratio nec tales homines saepe funditus deserit, nec post talem lapsum tantamque ruinam penitus destituit, sed adhuc tales saepe ad correctionem expectat, & ad penitentiam reseruat. Ve tibi quisquis talem te esse deprahendit, si diuitias bonitatis eius & patientiae, & longanimitatis contemnis. An ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit, qui spei tuae radices nondum praecidit, sed in iudiciorum suorum arcano, & quasi in sinu terrae abscondit. Audiamus ergo quomodo illa diuina pietatis altitudo seueritatis suae sententiam temperat, cum post tantae dissipationis uastitatem ad nostram consolationem aliquid adhuc de hac arbore adiungat. *Veruntamen, inquit, germen radicis eius in terra sinite.* Hoc est quod sine diuinae benignitatis admiratione nec possumus, nec debemus transire, qui iubet germen radicis eius in terra sinere, unde possit iterum reparari, & ad pristinam plenitudinem reformari. *Veruntamen, inquit, germen radicis eius in terra sinite.* Tunc arbor quasi radicitus auellitur, quando post perpetrata mala etiam in desperationem praecipitur. Quasi enim radices suas arbor amittit, quando omnem correctionis spem perdit, & in desperationem cadit. Arbor illa radicitus auulsa erat, & sine reparationis gemine corruendo remanserat, quae ad Dominum

Quando arbor radices amittit.

Gen. 4.

minum loquens, & de uenia desperans dicebat. *Maiores est iniquitas mea quam ut veniam merear.* Quid enim aliud sunt germen, vel radix huiusmodi arboris nisi propositum correctionis & spes diuinæ propiciationis? Omne enim opus bonum ex bono proposito germinat ut in effectum erumpat & ad bonæ consuetudinis robur conualescat, & frustra uirtutis arbor ad alia nititur, quæ in spe diuinæ propiciationis non radicatur. *Non enim uolens neque currentis, sed miserentis est Dei.* Quid itaque aliud est huiusmodi arbori germen radicem post rui nam remanere, nisi quemlibet post peccati lapsam penitentia propositum habere & penitentia fructum de diuina pietate sperare, intantum ut sentiens de Domino in bonitate audeat, & dicat, *Non in eternum irascetur, neque in eternum comminabitur? Cum enim iratus fuerit, misericordia recordabitur.* Quam multos quotidie uideamus qui inter flagitia quæ assidue committunt spem, & propositum respiciendi non amittunt, & non solum peccata dimittere, imo etiam omnia quæ mundi sunt relinquere, & ad ordinem, & religionem uenire proponunt. Quid aliud isti quam boni germinis radices retinent? Vnde cum tempus miserendi pro diuino beneplacito aduenit, ad bonum studium pullulant: Alij autem cum de conuersione admonentur nunquam se ad ordinem, uel religionem uenire etiam cum iuramento affirmant, & cum de peccatis corripuntur, se a suis uoluptatibus non posse cohibere cum sacramento asseuerant. Qui ergo eiusmodi sunt qui correctionis spem, propositumque perdidit, nonne cum uirtutis arbore etiam radicem germen amiserunt? Quo contra dicitur hic de hac arbore. *Veruntamen germen radicem eius in terra sinite.*

*Ad quam prauitatem, mens quandoque obdura tur quæ tamen diuinitus ad ueniam reser uatur. Cap. XXV.*

**M**irum sanè quomodo ad unum statim flagitium multi saepe in desperatione cadunt. Alij nec post multa, & maxima, & diuturna mala spem, uel propositum respiciendi amittunt. De quo & illud rectè intelligitur quod hic de hac adhuc arbore subinfertur, quæ alligetur uinculo ferreo, & areo in herbis quæ foris sunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei. Ex his certe (ut arbitror) perpensis quanta mala, sed audi adhuc quàm sint diuturna. *Et septem,* inquit, *tempora mutantur super eum.* Quid enim intelligitur rectius in uinculo ferreo & areo, quàm peruersitatis indomabilis consuetudo? In ferro audacia, in are pertinacia, in herbis terræ bona infima, bona terrena. Quid enim nisi quædam herba terræ sunt bona ista terrena? quæ

Quid in uinculo ferreo & areo intelligitur.

**A** nobis sunt cum bestijs communia? De quibus rectè dicitur quæ foris sunt. Eo enim ipso foris existunt quo corporalia, & carnalia non autem spiritalia sunt. Interna namque bona sunt spiritalia, exteriora autem sunt corporalia. Illa pertinent ad hominem interiorem, ista ad hominem exteriorem. Illa itaque inuisibilia, ista autem uisibilia, illa æterna, ista temporalia: *Quæ enim uidentur (ait Apostolus) temporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna.* Illa autè ad mentem, ista uero pertinent ad carnem. Sed omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Cū ergo deprauata mens cœperit ad huiusmodi infima bona seipsam inclinare, & quasi in herba terræ carnalia desideria satiare, & eiusmodi oblectaméta in usum ducere (præua consuetudine paulatim inualescente) sit tãdem saepe ut tã appetitum suum ab eorū amore, uel usu non possit tēpetare. Quasi ergo uinculo ferreo in herba terræ mens deprauata alligatur, quando in carnalium uoluptatum amore ex praua consuetudine obdatur. Quia ferrū cætera omnia metalla domat, rectè (ut dictū est) audaciam designat, quæ neminem ueretur, ne minem formidat. Et quoniam as ceteris omnibus est durabilis, rectè per ipsum pertinaciã designari iam diximus. Quasi ergo in ferri, seu etiam aris rigore praua consuetudo obdurefcit, quando deprauata mens tã pertinaciter, quàm audaciter assuetis desiderijs insistit? Nonne ferreo, & areo uinculo alligatur quæ nullius unquam terrore, nullius unquam admonitione ab assuetis concupiscentijs aueritur? Nonne uincula ferrea, uel creta ita sentit, quæ nec minis cedunt, nec consilijs acquiescit? Cōstat ergo eiusmodi mentes omnino corrigi non posse, nisi in eius utiq; potestate qui quoties uoluit cōtuit portas areas, & uectes ferreos cōfregit. Portis sanè procedentium transitum obstruimus, uectibus autè ipsam clausuram munimus, atque obfirmamus. Quid itaque per portam accipimus nisi cōtradictionē, & quid per uectem nisi rebellionē? Et scimus quidē quia non sufficit quibusdam prelatorū suorū monitis, uel mādatis contradicere, sed cum non possunt eorū instituta dictis refellere, uel auertere, nituntur etiã factis obistere, & operibus rebellare, & quasi cōtradictionum suarum portas rebellionū uectibus munire. Si ergo (ut superius iam dictum est) per as pertinacia, per ferrum rectè intelligitur audacia, quid aliud erit porta areæ, nisi cōtradictio pertinax, & quid uectis ferreus, nisi rebellio audax? Quid itaq; aliud est Dominum portas areas, & uectes ferreos confringere, quàm per tinacem cōtradictionē, & audacē rebellionē interna aspiratione, & cordis cōpunctione coercere? Solius itaque Dei est (ut dictū est) hanc tantā cordis duritiã conterere, & ad penitentiam, & humiliationem emollire. Cum igitur aliquis (iuxta prædictum modum) uinculo ferreo, & areo in herbis quæ foris sunt alligatur,

2. Cor. 4.

De eruditione hominis interioris.

tur, tantæ obdurationis, & obligationis resolutione de sola Dei misericordia expectetur.

*Quomodo mens, quæ moribus deprauatur, postmodum ad errores, uel fraudes imbuatur. Cap. XXVI.*

**S**ed adhuc ad augmentum mali additur, quod adiungitur: *Et rore cæli tingatur.* Quid intelligimus per rorem cæli, nisi subtiles, & iuxta intelligibiles suggestiones diaboli? Si enim per terram conuenienter satis designatur corpus, cur non eque per cælum rectè designetur spiritus? Corporum itaque comparatione spirituales illæ in dæmonibus substantiæ, cæli dici possunt. Et in euangelio uolucres cæli dictæ sunt, non propter iustitiam, non propter gloriam, sed propter angelicam, spiritalemque naturam. Rore itaque cæli mens deprauata intingitur, quando per suggestiones diaboli diuersis erroribus imbuatur. Ex concupiscentiarum enim suarum exultatione, tantam saepe incurrit caliginem errorum, ut dicat malum bonum, & bonum malum, ponens tenebras lucem, & lucem tenebras, ponens amarum in dulce, & dulce in amarum. Qui igitur in herbis terræ foris alligatur, oportet ut rore tingatur, nam post deprauationem morum, etiam sensus deprauatur, & multis erroribus facile implicatur. Hinc est, quod in euerfione Hierusalem rex prius filios, postea oculos amisit. Spirituales utique filios perdit, qui uirtutum soboles, quas diu nutrierat, amittit. Sed filijs amissis lumen oculorum eruitur, quia saepe ex deprauatione uoluntatum acumen intelligentiæ obducitur, & obnubilatur. Qui celestia itaque desideria amittit, qui terrenorum se amore inuoluit, quem quasi herbarum pastu, uinculum cupiditatis astringit, necesse est quod errorum caliginem incurrere, & stillantibus uelut cæli nubibus, quodam se seductionis rore inficere. Nonne & ille tibi rore cæli intingi uidetur, qui spirituum malignorum suggestionem ad omnem fraudem instruitur, ut ad eorum similitudinem libenter nelit, & facile possit proximos suos decipere, & fraudibus circumuenire? Absque dubio enim cum nimis amor terrenorū regnare incipit, paulatim quidem fraudulentiam inducit, ad extremum autem ad uolentiam, & rapinam impellit. Vnde est quod subiungit, & cum feris pars eius in herba terræ.

Cur dicitur uolucres cæli?

Quando rore cæli mens intingitur.

4. Reg. 15.

Quis rore cæli intingatur.

*Quomodo mens ad omnem crudelitatem quandoque effrenatur, cum tamen diuinitus ad penitentiam reseruetur. Cap. XXVII.*

**E**T mirum quidem, nec tamen minus uerum, quod quosdam diuina dispositio ad summam crudelitatem effrenari permittit, quos tamen ad uitam æternam præordinauit. Dicitur Richardi S. Vic. Pars I.

**A**tur ergo de huiusmodi homine: *Et cū feris pars eius in herba terræ.* Per feras quæ dēte, & ungue læuiont (unde & a feritate, feroces dictæ sunt) rectè satis crudeles quique intelligi possunt. De qualibus Psalmista: *Filij hominum,* inquit, *Psal. 56. dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Per herbam terræ, intelligimus oblectamenta carnis morituræ, & gloriæ transeuntis uitæ. Omnis siquidem caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Partem igitur cū crudelibus, & quasi cum feris in herba terræ habere uidentur, qui propter auaritiã, & ambitionem, ad rapinam, & fraudem, & ad omnem crudelitatem effrenantur. Quid enim est cum crudelitatis ministris, talibusque feris partem habere, nisi cum talibus socijs, sicut in morum similitudine, sic & in retributionū debito sortem accipere? Ecce autem propheta talium consortia habere, uel cum eis partem accipere summo opere declinabat, cum dicebat: *Odium ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.* Vnde & alias: *Non adhaesit mihi cor prauum.* Cor eius ab humano commutetur. Cor animæ prauaricatricis, & in ima ruentis, ab humano commutatur, quado totius humanitatis, & pietatis affectus omnino amittitur, quando temporarium amore, & ex auaritiæ uisio ad opera misericordiæ medullitus obduratur, secundum illud: *Viscera avari crudelia.* Post tot autem corruptionis gradus, adhuc in augmentum mali & illud additur, quod subinfertur, & cor feræ detur ei. Cor feræ datur, & accipitur, quando proximus, proximum suum sine alicuius commodi respectu, solo malignitatis instinctu, tã inaniter, quàm crudeliter prosequitur. Audi quid sentiat propheta de talibus: *Vinum sanguinum,* inquit, *& dolosum abominabitur dominus.* Psal. 5.

Psal. 56.

Psal. 100.

Quomodo cor ab humano mutetur.

Psal. 5.

*Quomodo malum grassatur in his, qui semper in deteriora labuntur. Cap. XXVIII.*

**A**t tēde obsecro, quomodo malum grassatur. Prius amittuntur bona, postea committuntur & mala. In excussione foliorum, & dispersione fructuum, intellige detrimenta bonorum. In alligatione in herbis, & obduratione cordis, intellige incrementa malorum. Illud autem notandum, quibus gradibus accrescat accumulatio uitiorum, prius in auaritiã dei citur, tãdem autem per multiplices corruptionis gradus ad omnem crudelitatem effrenatur. Primo itaq; uinculo ferreo, & areo prauaricatrix anima ligatur, quado cum forti labore, & pertinaci sollicitudine circa terrenorum acquisitionem infatigabiliter occupatur. Rore cæli tingitur, quando maligna suggestionem ad fraudem imbuatur, ut ad auaritiæ instigationem, quod non potest per industriam, acquirat per fraudulentiam. Fit autem tandem cū feris pars eius in herbis terræ, quando id quod non potest per industriam, neque per fraudem acquirere, G cupit,

Prius amittuntur bona, postea committuntur mala.

De gradibus ituit.

cupit, ac fatagit per uolentiam, & rapinam A obtinere. Ecce quomodo morbus auariciae crescit, & malum crudelitatis inducit. Est autem primus gradus fauitia, quando pro aliqua sui commoditate praesumit, vel sustinet (non tamen sine conscientiae remorsu) in proximum suum fauit. Cor ab humano commutatur, quando nulla compassione mouetur, nulla humanitate mollitur, quando exercendis rapinis nullo diuini timoris respectu, nulla pena, vel nulla penitus conscientiae stimulatione mordetur. Cor fere accipit qui gratis etiam fauit, qui sine causa aliqua ad a-

Quod sepe contingat mentem omniformiter corrumpi, quam tamen constat ad penitentiam ex diuina miseratione reseruati. Cap. XXI X.

Dan. 4. Septem tempora, quando mutantur.

NUM autem adhuc, & velut, vltimo loco additur in quo seueritatis sententia consummari videtur. Et septem, inquit, tempora mutantur super eum. Mutantur septem tempora, quando varijs corruptionis gradibus infirmitatis nostrae qualitas variatur, dum semper in deteriora vertitur. Nonne tunc aliud tempus, & velut priori contrarium incurrimus quando vitio cui prius, resistere potuimus, iam omnino non posse praualere incipimus? Tempus itaq; circa quemlibet multipliciter mutatur, quando corruptionis eius modus multiformiter variatur. Vitiuorum siquidem dominatio animum paulatim emollit, & semper magis magisque debilem reddit, & gradatim ad deteriora impellit. Septem autem diebus (vt in commune nouimus) totum tempus euoluitur, & idcirco saepe ipse septenario vniformitas figuratur. Item capitalia vitia septem esse leguntur. Hinc est quod in euangelio legimus immundum spiritum septem spiritus secum introducere, & domum suam quam ad tempus reliquerat inhabitare, quia vnum quodlibet vitium saepe cum dominati iam ceperit, solet totum illud detestatum vitiorum collegium pedetentim subintroduce. Hinc e contrario mulier peccatrix a septem demonijs purgata describitur, quae ab omni vitiorum tyrannide per septiformem gratiam liberatur. Septenaria itaque temporum mutatio est multiformis, imo vniuersalis morum deprauatio. Quasi enim septem super eum tempora mutantur qui omniformiter corrumpitur, & ad omnem vitiorum seruitutem tandem aliquando eneruiter inclinatur. Sed vide modo quod mirabile quoddam diuina misratio solet quandoque huiusmodi hominem ad penitentiam reseruare.

Septennario vniformitas designat. Mat. 12.

Quomodo soleat multorum vtilitati deseruire quod quosdam contingat de sublimi corrumpere. Cap. XXI X.

IN sententia vigiliu decretum est, & sermo sanctorum, & peritio, donec cognoscant uiuentes quod dominatur excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eo. Vt superius iam diximus, per vigiles hoc loco sanctos Angelos intelligimus. Apostolo autem doctore didicimus, quia omnes administratorij spiritus missi sunt propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Salutis itaque nostrae cooperatores Angeli, & diuinae ordinationis ministri humana disponunt, prout communi hominum vtilitati congruere Deo reuelante cognoscunt. Solet autem sepe multorum vtilitati militare quod quosdam contingit ex magno sublimitatis culmine corrumpere, vt discant ceteri non altum sapere, sed de semetipsis semper humiliata sentire, & in quolibet uirtutum culmine morum ruinam timere, & veraciter agnoscat quia solus Dominus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Hanc eiusmodi ruinae vtilitatem propheticus sermo innuit dicens. Donec cognoscant uiuentes quod dominatur excelsus in regno hominum. Diuina itaque dispensatione (cum communis vtilitas hoc exigit) magna autoritatis viri permittitur cadere, eoduntaxat tempore quo inueniuntur de sua magnitudine superbire. Fit itaq; circa eandem personam vnum idemque iudicium tam iustum, quam pius, quantum ad ipsam quidem iustum, pius vero in quantum proficit ad cautelam aliorum. Iustum namq; valde est, ut qui ex diuinis muneribus insolenter intumescit, ex propria ruina discat quam nihil sit, et per semetipsum quam nihil possit. Sermo autem sanctorum idem decretum idcirco esse dicitur, quia quod in lumine Dei futura quibusdam prauidetur, in commune confertur. Petio uero sanctorum est, quia non solum fieri uolunt, uerum etiam cum desiderio expetunt quod multis utile, & diuinae gloriae militare praenoscent. Erit itaq; eiusmodi iudicium sanctorum decretum, quia misericorditer iustum, sermo sanctorum, quia veraciter futurum. Petio, quia iuste pius.

Vigiles sancti Angeli intelliguntur.

Dan. 4.

Quomodo addiscant quidam ex proprio, quidam ex alieno casu quod nihil suis uiribus tribuere debeant. Cap. XXI I.

Donec cognoscant uiuentes quod dominatur excelsus in regno hominum. Ecce vtilitas, ut cognoscant uiuentes. Affectus in nobis sanè secundum Deum uiuunt, dum in bono fortes sunt, & ad uirtutum opera conualescunt, dum gratia cooperatae habent, & in studijs spiritualibus se exercere valent. Tunc proculdubio moriuntur, cum in eis gratia cooperatrix subtrahitur. Subtrahitur autem cum de suis bonis & diuinis donis mens improba superbit, & sua sibi merita ascribit. Sub-

Quando subtrahit gratia.

Quid sit supernae maiestatis Dominium in regno hominum agnoscesse.

tracta gratia: affectus boni deficiunt, & ad omnem bonum languescunt, & sic de uiuentibus mortui fiunt. Quid enim aliud est uirtutum defectus quam quasi quidam illarum interitus? Qui igitur infirmitatem suam, gratiamque diuinam tunc primum attendunt cum iam in bono deficiunt, isti post mortem, & quasi per mortem diuinae dominationis, & moderationis magistrum, vel beneficium discunt, & agnoscunt. Quid igitur est supernae maiestatis Dominium, principatum in regno hominum uiuentes agnoscere, nisi vnumquemque eo etiam tempore dum adhuc in bonis operibus uiuit infirmitatem suam attendere, & nihil sibi, nihil suis meritis ascribere, & inter qualibet uirtutum exercitia humilitatis custodiam non deserere, sed ueraciter, & absque simulatione quicquid mali, sibi ipsi, quicquid boni, diuinae gratiae ascribere: Et solet quidem pietas superna viros etiam uirtutum in quibusdam humiliare, & gratiam subtrahere, donec discant inter qualibet morum insignia nil altum sapere, nihil de propria uirtute praesumere. Felices qui alieno casu potius quam proprio, humanae fragilitatis infirma ad discunt, & ad humilitatis gratiam proficiunt. Sed & cum eis quidem bene agitur qui ex propria ruina ad humilitatis custodiam euigilant, cum tandem aliquando post infirmitatis suae lapsum fortiores resurgant. Vtriusque rei typus in regis Nabuchodonosor ruina, vel reparatio ne exprimitur, quia & idem ipse post ruinae ad maiorem gloriam reparatur, & multi per eius ruinae ad circumspeditionis cautelam erudiuntur. Donec cognoscant, inquit, uiuentes quod dominatur excelsus in regno hominum. Viuentes itaque est eiusmodi cognitionem habere, iustum quolibet, & celestem uitam ducentem in bono studio perseverare, & nihil sibi de suis bonis attribuere. Viuentes utique eiusmodi cognitionem habent, quando & in bona intentione perdurant, & nihil de sua uirtute praesumunt, sed totum quod uolunt possunt, Domino adscribunt, eo quod ipse sit qui solus dominatur in regno hominum, quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentibus. Sane & illud regnum exterius quo homines hominibus praesesse solent, & illud item interius quo uitijs, & passionibus suis principari debent ab ipso disponuntur, & dispensantur, & utrumque ex eius munere possidetur. Sed illud utique uirtute, & fugere omnino oportet, sicut magistra ueritas proprio exemplo nos docet. Istud autem debemus desiderare, & quaerere, & cum summo desiderio postulare, & cum propheta supplicare. Da imperium puero tuo. Nunquid nam quae animam prophetalem tantae ambitionis credere oportet, ut regnum Israeliticum a Domino peteret, & ab eiusmodi eum petitione nec saltem pudor cohereret? Sed si non potuit cohibere linguam ne hoc peteret, cur non saltem prohibuit manum ne tale aliquid scriberet? Sed absit de anima tanta Richardi S. Victoris. Pars I.

Psal. 85.

sancta, & anima prophetae tale aliquid suscipi. Sed tale utique, regnum, vel imperium de Domini pietate postulabat, unde salutis suae prouentum, vel prouectum sperabat. Da imperium, inquit, puero tuo, & saluum fac filium ancillae tuae. Pete ergo & tu tale imperium, uel regnum a Domino Deo tuo, ut pro hac parte praesallere possis. Ego autem constitutus sum rex ab eo. Vera namque satis sententia, cuiusque uoluerit dabit illud. Non est enim uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Si enim nihil habes quod non accepisti, quanto magis regnum?

Psal. 2.

Quod ex modo humilitatis pendet mensura magnitudinis. Cap. XXI I.

ET humillimum, inquit, hominem constituet super eo. Superbis namque resistit, humilibus autem dat gratiam, & certe quanto humilioribus, tanto sublimiorem. Absque dubio si illud internum regnum cogitemus, eris in hoc regno quanto humilior, tanto sublimior, & tanto sine ambiguitate maior, quanto in oculis tuis fueris minor. Cui nam quae dubium esse queat quod in illo exteriori regno multo aliter, seu e contrario etiam saepe contingat? In illo autem interiori regno semper ex mensura humilitatis pendet mensura magnitudinis. Quia humilem in eo, & humillimum coaeruat super eo. Humilis est qui seipsum apud semetipsum ueraciter contemnit, humilior autem qui se contemni etiam ab alijs non refugit. Humilimus uero qui contemptum suum non solum contemnit, sed & admodum concupiscit. Quid itaque quae in illum superbia possit, cui despectus suus in despectum? Cum igitur attestante scriptura initium sit omnis peccati superbia, quid quae contra illum possit peccatum cui ex uictoria superbia lege est omnis peccati initium? Qui igitur eiusmodi est, uide quam fortis & potens in illo regno inuenitur, quod contra peccatum statuitur, quod a solo peccato destruitur, vel dissipatur. Ecce iam ex fine uisionis manifeste colligimus quod longe superius praes locuti sumus, quia commune bonum, & uniuersitatis uilitas exiibat talem hominem forte qualis designatur in arbore, talem inquam hominem qui iuxta similitudinem arboris de sublimi quodam statu caderet, & iterum resurgeret, ut ex sui ruina, instantibus metum cadendi incuteret, & ex sui reparatione iacetes ad spem resurgendi reformaret.

In regno Dei, quo humilior, eo sublimior.

Verè humiliss qd sit?

Eccl. 10.

Quod aliud sit diuina iudicia per contemplationem cernere, atque aliud eorum rationem perpendere. Cap. XXI I.

Ecce somnium quod Nabuchodonosor uidebat, sed adhuc eius interpretationem requirit, unde & dicit: Hoc somnium uidi ego rex Nabuchodonosor. Tu ergo Balthasar interpretationem narra festinus, quia omnes sapientes regni mei nequeunt solutionem edicere mihi. Tu autem potes, quia spiritus

Dan. 4.

spiritus



*spiritus Deorum sanctorum in te est.* Sicut in superioribus iam dixi, aliud est iudicia diuina perspicacia, vel prouidentia: oculo cernere, atque aliud est eorum rationem discretionis iudicio, & intelligentia: viuacitate penetrare, atque cognoscere. Illud ad somnij uisionem, istud pertinet ad somnij interpretationem. Ad somnij uisionem pertinet ex diuina reuelatione cognoscere quid contingere oporteat, ad interpretationem aut somnij pertinet intelligere qualitatem personae, cui hoc accidere debeat, causam uidelicet pendere quae ad eiusmodi casum qualemcumque personam impellere soleat. Hoc est quod Daniel inuestigando inuenit, & regi interpretando aperuit, cum dicit: *Tu es arbor illa quam uidiisti.* Quid enim est dicere, *tu es*, nisi talem te esse perpendo, talem in te causam inuenio, unde tale aliquid tibi accidere debere non dubito? Vis autem adhuc apertius nosse quomodo post ostensam diuinitus uisionem solemus, imo & debemus eius interpretationem querere? Ecce forte quis per contemplationis lucem uidet quomodo quorundam sublimium uirtutum lapsum, & reparationem communis uirtutis requirat. Videt quomodo hoc ipsum ad gratiam Dei commendat, quomodo hoc ipsum stantes adhuc ad cautelam informat, quomodo lapsos ad spem reparat, quomodo ex hoc uirtutis pulchritudo mirabilior appareat, & certum habet quia fieri oporteat, eo quod omnipotens bonitas commune bonum impedire nolit, nec debeat. Sed ecce iterum mirari incipit quomodo possit summam iustitiam, conuenire, vel quomodo possit iustum esse, ut vel propter uirtutis utilitatem permittantur aliqui cadere. Nam sicut uirtutis debitor est qui singula instituit. Et sicut pium est commune bonum non impedire, sic & iustum esse oportet, semper aliquam causam lapsu inesse propter quam merito debeat imminenti patere ruina. Qui igitur eiusmodi causam nosse concupiscit, & diuinorum iudiciorum rationem summopere querit, quid aliud quam ostense uisionis interpretationem inquirat? Tunc autem eiusmodi interpretationem quasi a Daniele exigit, quando quod per inuestigationem non potest, praecipuo, & summam deuotionis studio a Domino extorquere non desistit. *Hoc somnium*, inquit, *uidi ego Nabuchodonosor. Tu ergo Balthasar interpretationem eius narra festinus.* Perpedis (ut arbitror) quia alia rex per seipsum uidet, & alia a Daniele extorquet: quia alia sunt quae animo liberè & ex facili occurrunt, alia quae sine magno labore, & ingenti sollicitudine sciri non possunt. In illis animus prouocatur ut ad maiora assurgat, in istis exercetur, & humiliatur, ne praesumat. Innuitur autem quod in his quae rex uiderat, sine timore non fuerit qui interpretationem cum festinatione requirit. Admonemur autem & nos eius rei absolutionem

A cum omni festinatione querere, ubi periculo suspicio potest metum incutere.

*Quod eorum notitiam saepe merito deuotionis acquirimus quae nulla nostra sagacitate, nullo nostro studio penetrare ualemus.*  
Cap. XXXIIII.

Notandum sanè quod Daniel Balthasar, hoc est capillus capitis uocatur, ubi ad subtilem & sublimium absolutionem inuitatur. In humanis etenim membris quid capite sublimius, quid capillo subtilius? Recte ergo capillus capitis dicitur, a quo subtilitas sublimis intelligentiae exigitur. Et uera mentis deuotio ab effectu rectè (ni fallor) capillus capitis dicitur, quia per ipsam absque dubio ad omnem subtilitatem acuitur. Per effectum itaque ipsa est capillus capitis, ipsa subtilitas mentis. Audiamus adhuc quid ad haec subiungat. *Quia omnes sapientes regni mei nequeunt solutionem edicere mihi.* Qui sunt quae sapientes illius interioris regni nisi acerrima acumina, & peracuti sensus cordis humani? Attende ergo quae sit uirtus deuotionis: quam rectè dicitur capillus capitis si per ipsam mens potest quod per omnes regni sui sapientes non potest. Cum igitur mens quod supra suam intelligentiam multiformiter querit, quarendo insilit, insistentio deficit, deficiendo diffidit, quid aliud quae iam apud se tacita per diffidentiam loquitur nisi hoc quod rex Nabuchodonosor palam profiteretur? Quia omnes sapientes regni mei nequeunt solutionem edicere mihi. Sed cum ueritas dicat. *Amen dico uobis quicquid orantes petetis, credite quia accipietis, & fiet uobis.* Si igitur mens credit quod audit, si se ad orationem conuertit, si per ueram & intimam deuotionem se posse obtinere non diffidit quod per inuestigationem non potuit, quid aliud quae pro spei fiduciam, fideique constantiam apud semetipsam asserit, nisi idem ipsum quod rex ad Danielem. *Tu autem potes inquit.* Et causam quoque adiungit. *Quia spiritus Deorum sanctorum in te est.* Scimus quia in scripturis sanctis homines sancti dicti sunt Dei, & potest eadem ratione & hoc de Angelis dici. Quis ergo est istorum Deorum spiritus nisi spiritus sanctus? Ipse profecto est qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ipse est qui suggerit nobis quid oremus. Ipse qui docet quomodo orare debeamus. Sine isto spiritu deuotio nostra uera esse non potest, quod cum ipso, & per ipsum attentauerit incassum iri non potest. *Tu autem*, inquit, *potes, quia spiritus Deorum sanctorum in te est.* Notandum autem quod rex Nabuchodonosor non inutilia & superuacua per Danielis officium quaesuit, sed quae ad declinandi periculi cautelam sciri oportuit. Dabitur autem & nobis quod petimus, si iuxta illius exemplum cum fide & ex uera deuotione

Mar. 11.

A deuotione querimus quod sine periculo ignorare non possumus.

*Quod animus dum ex multa consideratione infirmitatis suae humiliatur, saepe ad sublimem intelligentiam diuinitus illuminatur.*  
Cap. XXXV.

Dan. 4.

Tunc Daniel cuius nomen Balthasar, capit intra semetipsum tacitus cogitare quasi hora una, & cogitationes eius conturbabant eum. Puto quia ad Danielem pertineat, & quia uere deuotionis officium existat ad semetipsum redire, exteriorum obliuisci & interiora cogitare, eo maxime tempore cum debet propria, uel aliena saluti consulere. Aliud est tempus inuestigandi quae sunt supra se, atque aliud est tempus discutiendi quae sunt intra se. Omnia enim tempus habent. Tempus itaque est contemplandi magna lia diuina, & est tempus considerandi infirma nostra. Istud est tempus ridendi. Nam & ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum letitia. Cur non sit tempus ridendi in matutino diuine reuelationis & contemplatione aeterni luminis? Cur non sit tempus fletus in uespertino horreda uisionis, in considerandis humanae conscientiae tenebris? Uespertinum tempus est quando ante contemplantis oculos lumen reuelantis gratiae emergit & in sui admirationem conuertit, & saepe extra semetipsum per mentis excessum rapit. *Exitus*, inquit, *matutini, & uespere delectabis.* Qui sunt isti matutini exitus, nisi ad ueri solis irradiationem humanae mentis excessus? Dicit ergo quia delectantur exitus matutini, cur non & uespere, uel introitus uespertini? Nam mane solemus ab interioribus ad exteriora exire, & uespere ab exterioribus ad interiora redire. Quis autem dignè miretur quam sit dulce, quam uere delectabile feruente iam caritate, & quasi sub arctico tempore ad matutinam lucem radiantis diuinitatis se a somno excutere, & extra humanae mentis angustias in auram libertatis eripere, & in latum illum diuinorum spectaculorum campum mentis alienatione transire? Delectant itaque exitus matutini, contristant autem introitus uespertini, eo proculdubio tempore cum animus reuertitur ad considerationem sui. *Ad me ipsum*, inquit, *anima mea conturbata est.* Sed in horrore uisionis nocturnae, in consideratione horridae conscientiae unum est certum leuamen animi, memoria uidelicet Dei sui, & hoc est quod additur ibi. *Ad me ipsum, anima mea conturbata est, propterea memor ero tui.* Hoc est quod alius dicit: *Memor fui Dei, & delectatus sum.* Et hoc in loco. *Exitus matutini, & uespere delectabis.* Tu (inquit) delectabis non ipsa hora, non ipsi introitus uespertini temporis. Nam quae quae potest esse delectatio in consideranda tenebrosa illa humani cordis abyssu? Prauum si quidem est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognosceret illud? Hoc est quod Daniel

Quando est tempus uespertini, & matutinum. Psal. 64.

Delectantur exitus matutini, & contristantur introitus uespertini. Psal. 41.

Psal. 76.

B niel dum diu cogitat, apud semetipsum cogitationes suae conturbat eum. Sed qui infirma sua libenter considerat, diligenter retractat, & se in eorum consideratione humiliat, dum illud studiosè discutit quod in seipso per semetipsum deprehendere potuit, sepe & ad id diuinitus illuminatur quod per seipsum scire non potuit. Hoc est quod Daniel dum apud se diu tacitus meditatur, ad praenoscendam regiae potestatis ruinam eiusdemque ruinae causam diuinitus eruditur.

*De uera mentis deuotione quomodo debeat semetipsum discutere.* Cap. XXXVI.

Debet autem non mediocriter & quasi in transitu interiora sua meditari, qui uult ad profundam, & plenam sui cognitionem erudiri, qui suae uel alienae saluti necessaria optat sibi reuelari. Sic Daniel quasi hora una apud semetipsum cogitauit, & causam quam quaesuit obtinuit. Inuestigationis hora tunc demum debito fine concluditur, quando iam inuenitur quod queritur. Et nos itaque articulo necessitate urgente, studeamus orare, querere, pulsare quantum necessitas cogit, uel opportunitas finit & studij nostri continuatio instantem horam compleuit. Sed si per Danielem, deuotionem oportet intelligere, forte hoc erit Danielem intra semetipsum cogitare, deuotionem nostram semetipsam discutere, semetipsam examinare, quam feruens, quam frequens, quam supplex sit apud semetipsam inquirere. Aliud semetipsum cogitat, cum studij, & exercitij sui qualitatem, modum, & intentionem pensat. Cogitat apud semetipsum dum diligenter inquirat si hoc ipsum quod bene intendit non de suis uirtutibus, sed de sola pietate Domini praesumit. Deuotio itaque nostra sepe cum hoc secum agit, arroganti uirtutum quod in se prius latebat deprehendit. Sed absque dubio uirtutum arroganti cum ceperit menti praualere, semper solet esse causa ruinae. Cum igitur hoc uirtutum ad eam enormitatem deuotio excreuisse inuenitur, futuram animi ruinae imminere colligit, & per timefcit. Scit enim quod ante ruinam exaltabitur cor, & quia Deus superbis resistit.

*Quomodo deuotio quandoque totum interioris hominis statum deprehendat, & tam praesentem perspiciat, quam futurum prouideat.* Cap. XXXVII.

Respondens rex ait: Balthasar, somnium, & interpretationes eius non conturbent te. Quod Danielem rex turbare prohibuit, quid aliud est nisi quod mens seipsam deludit, & spe inani saepe utilem timorem tollit? Sed ecce Daniel facit quod imminente periculo a nobis fieri uoluit, & quod uera deuotionis est, se ad orationem conuertit. *Respondit Balthasar, & dixit.*

**D**omine mi somnium his que te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. Maligni spiritus sunt qui odio extinguibili in nos exarserunt. Vicia veri animæ hostes sunt, quæ eam ad æternum interitum impellunt. Horum ruinam imprecari docemur in eo quod dicitur. Somnium his qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. Cum igitur mens spiritu superbie, & eiusmodi vitiolorum incentoribus impugnatur, cum arrogantiâ, & vana gloria opprimatur, debet ad orationem confugere, & iuxta Danielis exemplum eorum ruinam exposulare. Sed cum animi deuotio contra arrogantiam, & vanam gloriam per orationem præualere non possit, sæpe ex eo ipso altius intelligit, certiusq; colligit quoddam animi tumor, nisi per sedam & erubescendam ipsius deiectionem sanari nequiverit. Et hoc est quod Daniel per misterium loquitur, cum dicit. *Eijcient te ab hominibus, et cum bestiis, ferisque erit habitatio tua.* Audiamus nunc quid dicat, & ex eo colligamus quo totum sepe interioris hominis statum deuotio deprehendat, & tam præsentem describat quam futurum prouideat. Dicit ergo iam imminente ruina, quid animus interim sit per gratiam, qualis futurus sit per culpam, nouissimè autem addat ruinæ ipsius, vel reparationis suæ causam. Hæc (ni fallor) ordinem in verbis Danielis ad regem inuenies si recte examines. *Arborem*, inquit, *quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram, & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimis, & esca omnium, in ea, subter eam habitabunt bestie agri, & in ramis eius commorantes aues cæli, tu es rex qui magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua creuit, & peruenit usque ad cælum, & potestas tua in terminos vniuersæ terre.* Quomodo in his verbis describatur quidam magne perfectionis status superius iam diximus, & hic replicare non debemus. Nota autem illud quod dicitur. *Arborem quam vidisti, tu es.* Si per eiusmodi arborem magnum quoddam admirandæ virtutis robur oportet intelligere, si per visionem diuinitus ostensam contemplationis reuelationem debemus accipere, quid quæso erit dicere, tu es arbor quam vidisti, nisi quia talem gratiâ accepisti qualem prius per contemplationem vidisti, & magne perfectionis virum qualem esse oportere per contemplationis gratiam intellexisti, talis, & tantus ex diuino munere esse meruisti. In arbore igitur mysticè describitur gratia diuinitus accepta sequentibus autem verbis exprimitur arrogantis animæ superneniens ruina. *Quod autem*, inquit, *vidit rex vigilans, & sanctum descendere de cælo, & dicere. Succidite arborem, & dissipate illam, attamen germen radicis eius in terra dimittite, & vinciatu ferro, & erit in herbis foris, & rorè cæli conspergatur, & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora commutentur super eum. Hæc est interpretatio sententiæ altissimi, que peruenit super Dominum meum regem. Eij-*

Quid faciendum cum vicia nos impugnant.

Dan. 4.

Ibidem.

**A**cient te ab hominibus, & cum bestiis, ferisque erit habitatio tua, & fenem vt bos comedes, & rorè cæli infunderis. Septem quoque tempora mutabuntur super te. Quomodo in his verbis animæ de sublimi quodam statu in immanitatis typus exprimitur, in superioribus habetur. Nota quod hic quoque quemadmodum superius prius sit diuinitus per contemplationem ostensum, postea autem opere explendum. Quod autem uidit rex hoc pertinet ad contemplationem, quod in sequentibus addit eijcient te ab hominibus, hoc pertinet ad visionis executionem, ac si dicat. Secundum hoc quod per contemplationem vidisti talem ruinam de tam sublimi statu posset, & solere contingere, simile periculum tibi video imminere, quia in te inuenio causam ruinæ. Ruinæ autem causâ innuitur in eo quod nouissimè infertur. Donec scias quod dominetur excelsus super regnum hominum, & cuiuscunque voluerit det illud. Quod dicit donec scias, norat quod hoc ipsum prout oportuit nondum agnouerat. Sequentibus autem verbis exprimitur qualis tandem aliquando futurus sit per gratiam, & cur, vel quomodo reparandus sit post ruinam. *Quod autem præcepit*, inquit, *vt relinqueretur germen radicis eius, id est arboris, regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris potestatem esse cælestem.* Hæc autem omnia per Danielem audire, est per deuotionis nostræ studium, arrogantiam nostre enormitatem deprehendere, quæ semper solet esse causa ruinæ, & causa ruinæ inuenta, at que per sepe, violentissimum cadendi merum incurrere, spem tamen firmissimam respicienti, & resurgendi inconcussè retinere. Quomodo vero hæc omnia debeant plenius intelligi, ex superiori expositione facile potest agnosci.

Quomodo imminente periculo repugnare oporteat, vel quantum elemosyna valeat si simplici intentione fiat. Cap. XXXVII.

**I**mminente periculo iam cognito, & in medium prolato nouissimo Daniel loco adiungit quid sub tanta necessitatis articulo fieri, vel quomodo instanti periculo repugnari oporteat. *Quamobrem*, inquit, *rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis.* Quid quæso consultius, quod ue commodius quam urgente periculo ad diuinam protectionem confugere, eiusq; propitiationem querere cui nihil est impossibile? Iustum est autem valde ut qui in sua necessitate suffragium a suo expetit superiori, opem quam valet, & oportet suo exhibeat inferiori, vt qui si bi misereri desiderat, misericordiâ libenter impendat, ut fiat quod scriptum est. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Recte ergo dicitur peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Forte in hac gemina clausula est repetita

Mat. 5.

petita sententia, ut idem sit redimere iniquitates, atque peccata. Possimus tamen in peccatis intelligere prauaricationes operis, in iniquitatibus uerò prauitates uoluntatis. Monet namque illud nos psalmi aliquam in his distinctionem debere, uel posse fieri: *Tu remisisti, inquit, impietatem peccati mei.* In elemosynis nihilominus rectè intelligitur pietatis affectus, in misericordijs pietatis affectus. Et uide quàm rectè expietur opus opere: actus ex affectione. *Peccata tua*, inquit, *elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Pauperes facit indulgentia bonorum exteriorum, multo magis autem pauperes reddit inopia bonorum interiorum. Pauper est, qui discretionem caret, qui consilium non habet, qui uirtutum diuitiis caret. Sed ubi paupertas est, ubi & elemosyna esse potest. Et quanto paupertas est uerior, tanto elemosyna maior. Magna elemosyna suo cibo reficere carnem quandoque morituram, maior autem sui generis alimento saginare animam in æternum uitam. Elemosyna nudum uestire, maior autem indisciplinatum morum disciplina ornare. Optimum elemosynæ genus corrumpere inquietos, consolari pusillanimes, patientem esse ad omnes. Misericordia magna alienæ afflictioni compati, maior autem pro alienis erratibus compungi, præclarum genus misericordiæ, delinquentes desistere, penitentibus indulgere, aliena delicta propriis lachrymis delere. In his misericordiæ operibus nos exercitare debemus, qui exteriores diuitias non habemus: *Forsitan*, inquit, *ignoscet delictis tuis.* Quid est, quod forsitan dicit, & quasi sub dubitatione ponit, nisi, quod nec in his misericordiæ operibus potest animus plenam fiduciam habere, quando superbiæ, & inanis gloriæ tabe corruptus, non potest hæc pura, & simplici intentione exercere?

Psal. 84.

Qui sunt pauperes.

Genus elemosynæ pauperum.

Quam patienter, uel misericorditer correptionem nostram, Dei longanimitas expectat, uel quomodo peruersa mens eius patientia abui soleat. Cap. XXXIX.

**O**mnia hæc uenerunt super Nabuchodonosor regem. Omnia (inquit) uenerunt super regem, & regem talem. Omnia uenerunt, omnia uenire possunt super regium animum, & qualem regia persona designat per misterium. *Post finem mensum duodecim in aula Babylonis deambulabat. Respondit rex, & ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego edificauit in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Quis quæso, diuina pietatis uiscera dignè pensare sufficiat, quod contempsum suum nõ statim uindicat, sed correptionis nostræ satisfactionem expectat, & propitiationis suæ tempora prolongat? *Post finem*, inquit, *mensum duodecim, in duodenario fenarius duplicatur, & in se*

**A**nario propter sui perfectionem, perfectio figuratur. Quid itaque est, quod diuina moderatio in expectationis suæ mora fenarium duplicat, nisi quoddam uisionis suæ dilationem, secundum iustitiæ, & misericordiæ suæ plenitudinem dispensat? Parum namque ei est ut nostram correptionem expectet quantum exigat, nisi & illud superaddat quod misericordia requirit, ut expectatio sua sit tam iusta, quàm pia, & tam equitate perfecta, quàm pietate plena. Sed multi Dei benignitate abutuntur, & unde corrigi debuerant, deteriorantur. Ecce Nabuchodonosor dum satisfaciendi tempora diuinitus data accipit, unde se corrigere debuit, altius intumuit. In aula Babylonis deambulabat. Forte palatiũ, & firmissimum habitaculum humilitas uera, & custos uirtutum. Sed pertinet ad Hierusalem huiusmodi habitaculum: *Hierusalem*, inquit, *que edificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.* Sed sicut ad Hierusalem pertinet humilitas uera, sic ad Babylonem humilitas ficta. Quid enim aliud ficta humilitas quàm ignominiam parat, quid aliud quàm confusio-nem expectat? Aula igitur uel Babylonica humilitas ficta. Aula Babylonis sine humilitate disciplina humiliationis. In aula Babylonis non sedet, non iacet, sed deambulat quem sua conscientia dum remordet inquietat. In aula Babylonica deambulat quem de ficta humilitate sua conscientia accusando fatigat. Est autem deambulare, non in vnam partem ire sed passim huc illacque vagari. Ille ergo deambulat, quem conscientia stimulus undique exagitat.

Psal. 121.

De humilitate uera & ficta.

De ambulare quid sit.

De typo arrogantis animæ, uel quomodo soleat semetipsam magnificare. Cap. XL.

**R**espondit rex, & ait. Quæ quæso est ista responsio ubi nulla præcedit interrogatio? An forte alienæ cogitationi respondebat, & forsitan cogitationi quæ nulla erat, sed esse credebat? Forte eorum cogitationi respondebat quos suam magnitudinem, & auctoritatem admirari estimabat. Habet autem hoc proprium, arrogans animus, ut celsitudinem suam omnes admirari credat, quam ipse omni hora apud semetipsum magnificat, unde sit ut & apud alios in uerba iactantiæ fiducia liter prorumpat, & idem quod Nabuchodonosor (quamuis alijs uerbis) exprimat. Consideremus modo quam altè intumuit qui in ea quæ superius posuimus uerba prorupit. Nonne hæc est Babylon magna quam ego edificauit? Ecce ostentatio. In domum regni. Ecce ambitio. In robore fortitudinis meæ. Ecce arrogantia. Et in gloria decoris mei. Ecce uana gloria. Hæc est Babylon magna quam ego edificauit. Idem dicimus sonare Babylonem quod confusio-nem. Animæ superbienti, & dupliciter in-



gredienti est Babylon edificare, ad omnem se humilitatem inclinare, & quasi pro religionis obtentu ad omnem se utilitatem, & abiectionem exponere, & ad qualibet in quibus solent homines erubescere, qualis est uilis habitus, humilis gestus, tenuis cibus, uoluntaria seruitus. Dicit ergo hæc est Babylon magna, humiliatio profunda, hæc est deiectio uoluntaria, hæc est confusio uotiuua, quam ego edificauit, quam obseruare decreui. Sed quo fine, qua utilitate? In domum (inquit) regni. Nōne tibi adificare uidetur quasi in domum qui agit ad obtinendam auctoritatem, & artem magistrerij, ut talis, tantusque omnibus apparet qui dignè debeat promoueri, alijque præferri, & dignitate, seu etiam potestate sublimari? *In robore*, inquit, *fortitudinis meæ*. Ecce quanta arrogantia sibi ipsi attribuere, quod totum pendet ex gratia diuina. Nā dicit in munere miserationis diuinae, sed in robore fortitudinis meæ. O quā aliter ueritas ipsa & sensu, & docuit, cum dicit: *Sine me nihil potestis facere*. Sed quod se mens improba efficere æstimat per fortitudinem suā, consequenter retorquet ad gloriam propriam: *In robore*, inquit, *fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei*. O quā aliter huiusmodi gloriator agit, quā Apostolus præcipit, quā aliter, quā magistra ueritas instituit. *Qui gloriatur*, ait, *in domino gloriatur*, & illa: *Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est*. Sed iste in gloria inquit decoris mei.

1. Jean. 15.

1. Cor. 1. Mat. 5.

Quam subito, sepe, & quam profundè labuntur, qui patientia Dei abutuntur. Cap. XLII.

Vox de celo ruit.

**C**um esset adhuc sermo in ore regis, uox de celo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, regnum transit a te. Vox ruit, cum adhuc sermo esset in ore, sub ipso uidelicet adhuc gloriandi tempore. Sæpe namque impudens animus, dum gloriatur in immensum, inter ipsum gloriandum remordente conscientia, subito cōsternatur, & diuino quodam nutu subitaneo horrore concutitur, & cadendi metu in non euadendi desperationem præcipitatur. Vox de celo ruit, quando quod aure cordis percipit ab intimis animæ sensibus uenit. Velut terra audit, quicquid per sensum corporeum uenit. De celo uenit, quod per spiritū agnoscit. E celo discit, quod intellectualiter comprehendit. Tibi dicitur Nabuchodonosor. Tibi tam inaniter superbiens. Tibi tam inaniter gloriant. Regnū transijt a te, & ab hominibus te eijcient, & cum bestiis, atque feris erit habitatio tua. Regnum ab uno quolibet transit, quādo gratiam diuinitus sibi collatam amittit, per quā desiderijs, & passionibus suis dominari consuevit. Ab hominibus te eijciēt. Quāntū te supra homines extulisti per arrogantiam, tātum infra homines deijciētis per culpam, & cum bestiis, & feris erit ha-

bitatio tua. Ab hominibus eiectus ad bestias, & feras descendit, & degit, qui rationales mores deferens, de cetero irrationabiliter uiuit, ut bestialiter degens, & feraliter agens cum bestialiter uiuentibus sit ad omnem carnaliterem resolutus, & cum feraliter agentibus ad omnem crudelitatem effrenatus. Addit adhuc, fenum quasi bos comedes. Bos cū fenum accipit pro summis delicijs ducit, & nil lautius requirit. Cum sit ergo omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos sceni, fenum quasi bos comedit, qui omne gaudium suum in temporalis gloria, & carnalibus oblectamentis ponit, & spirituales delicias omnino, nec per studij, nec per desiderium requirit. Ecce in quam profundum labitur, qui patientia Dei abutitur. Ecce ad quem exitum uenit, qui respiciendi tempora in uanum accipit.

Quis nā fenum quasi bos comedit.

Quod una, eademque sententia per contemplationem prænoscutur, per timorem intentatur, per desperationem confirmatur. Cap. XLIII.

**E**t septem tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuiuscunque uoluerit dei illud. Ita iam superius exposuimus, & eadem iterum replica re non debemus. Illud sanè notandum, quod unum, atque idem sapius repetitur, & una, & eadem diuinae seueritatis sententia tertio repliatur. Et ut tibi proprijs differentijs distinguā, primo animus per cōtemplationem, quasi per uisionem agnoscit quid euenire soleat; secundo, per deuotionem, & quasi per Danielis officium inuenit, quid de seipso timere iā debeat, nouissimè ad subtractionem gratiæ desperatione iam fractus, manifestè deprehendit, quid iā euitare non ualeat. Vna itaque, eademque sententia per contemplationem prænoscutur, per timorem intentatur, per desperationem confirmatur.

Quod sine diuina protectione nullus ualeat suis passionibus, uel malignis suggestionibus resistere. Cap. XLIII.

**E**adem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, ex hominibus abiectus est. Quid est eadem hora, nisi statim ad subtractionem gratiæ tentationibus cedere, & tentantibus malignis spiritibus non posse resistere? Eadē hora, non quod concepta nequitia, statim in actum prodeat, cum peccandi occasione nō semper ad manum habeat. Sed mens deijcitur, & cadit ex quo peccato consentit. Deijcitur, & cadit ex quo occasione quaerit. Ex hoc loco (ut arbitror) possumus patenter colligere, quod nullus sine diuina protectione possit, uel passionibus suis, uel suggestionibus malignis, uel ad modicum resistere. Eadem itaq; hora ab hominibus abiectus est, & fenum ut bos comedit, & rore caeli corpus

si corpus eius infectum est. Hæc omnia iam superius exposuimus. Sed addit adhuc quod in superioribus non legimus. *Donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & unguis quasi unguis auium.*

De quanto uirtutum culmine contingat in ima uiciorum corruere. Cap. XLIIII.

**S**unt autem capilli subiles, & longi, & rectè in eis profunda, & peracura cōsilia possunt intelligi. Corpus uero aquilarum multa tegitur densitate plumarum, Solent autem & aquilæ ceteris cunctis animantibus uidere perspicacius, & uolare sublimius. Capillos itaque quasi in similitudinem aquilarum habet, qui multa prudentia, qui plurima astutia caller, qui in fraudibus inueniendis, qui in dolis ne-ctendis nullo iam segnior nullo inuenitur inferior. Rapaces autè aues (ut omnes nouimus) unguibus deseriunt, omnes uero aues in commune lacerant, & lædunt quod unguibus apprehendunt. Quid itaque est unguis uelut auium habere, quā quoscunque lædere quibus possit præualere? Sed si sub unguium typo crudelitatis officium rectè intelligitur, nonne id ipsum superius sub alia figura exprimitur ubi dicitur: *Et cum feris erit habitatio tua*. Sed feræ aues non aucupant, nec habent omnino quid auibus faciant. Qui igitur sæculares, & carnales quosque, & quasi terræ inebantes libenter opprimunt, quid aliud quam ferarum more in animalia deseriunt? Nonne rectè animalia dicendi sunt quæ soli ventri deseruiunt, quod Deus uenter est, & gloria in confusione? Qui autem spirituales uiros persequuntur, quid aliud quam auium more auibus insidiantur, & uelut unguibus debachantur? Nonne tibi aues celi uidentur esse qui ueraciter possunt dicere, nostra autem conuersatio in caelis est? Nonne celi aues dicendi sunt qui se in alta contemplationis penna suspendunt? In priori igitur sententia habemus quomodo infecti fiunt carnalibus: in hac autem habemus quomodo tādē aliquando penitus non parcunt uel ipsis spiritualibus. Dicit ergo de huiusmodi homine, dicit. *Donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & unguis eius quasi unguis auium, ut sit tam promptus ad circumueniendum etiam circumspicos, quā absque dubio est pronus ad opprimendum uiros etiam uirtute conspicuos. Hic efficax ad fallendum, hic procax & impudens ad persequendum. Os tuum, inquit Psal. msta, abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Ecce quomodo fallacem arguit. Audi, & quomodo procaces confundit. Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Nonne in caeli uolantia, & uelut unguibus deseriunt, qui iusti animam captant, & innocentem condemnant? Vel per aues dæmones possunt intelligi, sicut*

Quisnam habeat capillos in similitudinem aquilarum.

Celi aues qui sunt dicendi.

Psal. 49.

Psal. 93.

Luc. 8.

habemus ex lectione euāgelij. Quid igitur erit unguis ad eiusmodi auium similitudinem habere, nisi bonos quoslibet solo malignitatis instinctu infestare? Ecce iam habemus de quā alto perfectionis culmine contingat uirum uirtutum in ima uiciorum corruere, ut discat homo in qualicumque sanctitatis celsitudine semper morum ruinam timere. Recole qualem superius ex mistica arbore descripsit, simul & attende ad quem exitum tandem aliquando uenit. Et de arbore quidē legis, quia in ramis eius cōuerfabantur uolucres celi, & ex ea uescebatur omnis caro. Erat itaque bonis ad protectionem, omnibus autem ad consolationem. Quia uolucres celi cōuerfabantur in ea, & omnis caro uescebatur ex ea. Ecce idem ipse post omnes dentes, & ungue in omnes sequit, quia & pars eius cum feris extitit, & unguis ut auium accipit.

Quomodo interim etiam ad maiorem gloriam quandoque resurgit qui prius de sublimi cecidit. Cap. XLV.

**L**ætificat ualde quod sequitur cum post ista subiungitur. *Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuauit, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, & uiuentem in sempiternum laudauit, & glorificauit, quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generatione. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt. Ecce iterum resurgit, ecce ad priorem imo ad potiorem potius gloriam redit qui de tam sublimi in tam profundum ruit. Quis non miretur, quis non obstupescat? Quis diuine pietatis uiscera dignè pensare sufficiat? Quis quæso quantumlibet peccator de diuina miseratione non præsumat, & ad spem ueniæ non reuiuifcat? *Post finem*, inquit, *dierum leuauit oculos meos ad cælum*. Finis dierum, completio diuinorum iudiciorum. Si lumen est iustitia, uel iudicia humana, cur non multo magis iudicia diuina? *Et educet*, inquit, *quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquā meridiem*. Si dies (imo meridies) potest esse iudicium tuum, quāto magis iudicium diuinum? Iudicia Dei dies sunt, quia in lumine ueritatis, quia in lucē cōtitudinis fiunt. Siquidem iudicia Domini uera iustificata in semetipsa. Eiusmodi dierum numerus super quemlibet afflictum finitur, quādo diuinorum iudiciorum seueritas in eius percussione completur? Taliura dierum finis completur, quando diuina seueritatis animaduersio in misericordiā cōmutatur. Horum dierum finem in sua Nabuchodonosor attritione accipit, quando eum iam diuina misratio respexit. Nam si non respiceret, nec ipse quidem oculos suos ad cælum leuaret. Oculos ad cælū leuare, est cælestia, & æterna cogitare & cura, & solitudine sæcularium semota sola spiritua-*

Dan. 4.

Psal. 37.

Oculos ad cælum leuare quod sit.



lia præ oculis habere. Cælum respicere, & regionem lucis præ oculis habere, est in illud æternitatis lumen intelligentiæ oculos tota intentione figere. Illic oculos iam fixerat qui dicebat. *Cogitavi dies antiquos & annos æternos in mente habui.* Sed ecce qui oculos in cælum leuauit, sensum quem amiserat recepit. Attende ergo quàm sit utile oculos in hunc modum ad cælum leuare. *Ego, inquit, Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuauit, & sensus meus redditus est mihi.* Sensus utique carnis, suus est animalis. Sensus uero mentis, suus est hominis. Sensus animalis quo percipit cæcidum & nigrum, sensus uero suus est hominis quo discernit inter bonum & malum, uerum & falsum. Hunc sensum cum Nabuchodonosor perdidit, uel nunquam habuerunt, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes amarum dulce, & dulce amarum; ponentes tenebras lucem & lucem tenebras. Hunc sensum ex magna parte recipiant qui iudicant inter diem & diem, plenius autem qui iudicant omnem diem. *Alius* (inquit Apostolus) *inducat inter diem & diem, alius autem iudicat omnem diem.* Suum itaque sensum recuperat, qui ad discretionis iudicium quandoque euigilat. Non autem dicitur sensus suus datus, sed redditus, unde & constat quod prius sit habitus, sed amissus. Sensus itaque amissus cuique tunc redditur, quando illa quam habere cõserat discretionis in eo gratia reparatur. Sensum autem recipit dum oculos leuat, quia animus dum cælestia & æterna cogitat ad discretionis iudicium euigilat. Dū enim cælestibus uehementer intendit uidet quàm nihil sit quicquid terrenum, & transitorium amauit. Qui igitur ad gratiam discretionis anhelat cælestibus intendat, ut lumen oculorum suorum recipiat, & cum receperit domi no suo proclamet, & dicat, *Quid enim mihi est in cælo, & a te quid uolui super terram?* Sensum autem suum Nabuchodonosor quàm non in uanum acceperit subsequentiis uerbis ostendit.

*Quomodo solum Deum glorificat qui seipsum prius tam impudenter magnificabat.*  
Cap. XLVI.

**E**T altissimo, inquit, benedixi. Ecce qui seipsum superius tam impudenter magnificabat, modo eum solum glorificat, qui secundum quod Apostolus ait est super omnia bene dictus in sæcula, *Et uiuentem in sempiternum laudauit, & glorificauit.* Viuentem in sempiternum, uita uique que est ipse, cui non est aliud esse quàm uiuere, nec uiuere quàm esse. Quia potestas eius potestas sempiterna, quia quod semel potest, semper potest qui omnipotens est. *Et regnum eius in generatione & generationem,* quia ei ex tempore nihil accedit, nihil recedit, apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis

Psal. 76.

Dan. 4.

Rom. 14.

Roma. 9.

**A** obumbratio. *Et omnes habitatores terre apud eum in nubium repositi sunt.* Habitatores terræ amatores terrenorum intellige, qui nesciunt quæ sursum sunt querere, nec possunt cum Apostolo dicere. *Nostra autem conuersatio in cælis est.* Verè autem in nihilum reputantur, quæ perdidit uerum esse, quibus profecto melius esset omnino non esse quàm sic esse, nisi quis putet melius esse semper miserum esse, quàm omnino non esse. Iuxta uoluntatem enim suam facit tam in uirtutibus cæli, quàm in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius, & dicat ei quare fecisti. Eadem sententiæ congruit quod psalmista dicit. *Omnia quæcunque uoluit fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Cum in sequentibus idem Nabuchodonosor in Dei laude dicat quia omnia opera eius uera, & uia eius iudicia: quid est quod hic eum dicit omnia agere pro uoluntate sua? Certe si omnia opera eius uera sunt, omnia fiunt in ueritate, certe si omnes uia eius iudicia sunt omnia fiunt in æquitate quomodo ergo pro uoluntate? An forte fieri secundum æquitatem est fieri secundum uoluntatem, & eo ipso quo fit in æquitate, eo ipso inquam fit pro eius uoluntate? Sed si idem est omnino fieri secundum æquitatem, & fieri secundum eius uoluntatem, ergo idem est eius uoluntas quod æquitas, & æquitas quod uoluntas. Et non est qui resistat manui eius, & dicat quare fecisti. Quis ei resistat? quis contradicat? cum omnia tam potèter, quàm sapienter agat, cum nemo sit qui possit uel omnipotentiam cohibere, uel summam sapientiam arguere.

*Quid agat superba gloriatio, uel quid efficiat deuota gloriatio.*  
Cap. XLVII.

**I**n ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei decoremque perueni, & figura mea reuersa est ad me. In ipso inquit tempore. In ipso quo Deum benedixi, in ipso quo laudauit, atque glorificauit. Certe si dicta superius bene recolimus, ibi cecidit, cum superbè satis magnificaret seipsum. Ecce idem ipse resurgit cum deuotè glorificat Deum, & Dominum suum. Certe uides quid agat superba gloriatio, certe uides quid efficiat deuota gloriatio. Superba gloriatio meretur deiectionem, deuota gloriatio exaltationem. Ecce cum iam non in semetipso sed in Domino gloriatur, sensus eius ad semetipsum reuertitur. Quod superius dixit sensum sibi redditum, hoc modo dicit sensum ad se reuersum, uel forte sensus cuiusque ad semetipsum reuertitur, quando discretionis oculus ad sui considerationem reuocatur. Sensus ad se reuertitur, quando ad meritum suorum considerationem & cognitionem diuinitus illuminatur. Dum igitur animus humanus Deum suum glorificat, sensus eius ad semetipsum redit, quia dum ad illud diuinitatis lumen

Philip. 3.

Psal. 33.

Psal. 35. Quid sit lumen in lumine uidere.

*Quomodo per discretionem iudicij, uel circumspectionem sui solent morum disciplina reformari.*  
Cap. XLVIII.

**A**d honorem, inquit, regni mei decoremque perueni. Constat profecto liberum hominis arbitrium regnum diuinitus accipere atque tenere, quando iam potest malos cordis motus a malo cohibere. Hoc autem regnum tunc efficitur honorabile, quando ex Dei munere iam potest bonos cordis motus in bono exercere. Idem autem ipsum condigne decore superducitur, quando in eo quicquid boni agitur cum summo moderamine, & magna discretionem disponitur. Regnum itaque accipit, & obtinet qui rebelles animi motus fortiter domat, uiliterque coerces. Et tunc temporis qui eiusmodi est, iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conuassabit capita in terra multorum. Habet autem & honorabile tunc regnum, quando iam efficitur Dominus exercituum in tanta multitudine tam innumerabilium uirtutum, & habens sub se milites dicit huic uade, & uadit, & alio ueni, & uenit, & seruo suo, fac hoc, & facit. Decoratur hoc regnum inde, uel maxime cum modeste se agens moderatur omnia cum mansuetudine, & tranquillitate. *Fili, inquit, in mansuetudine fac opera tua, & super hominum gloriam diligere.* Regni itaque honor facere poterit, regni decor, facere sapienter, ita ut in illo regno suo qui possessor est regni attingat a fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia sua uiter. *Et figura mea reuersa est ad me.* Figura est qualitas extrinseca, exterior uidelicet corporis forma. Corporalis autem disciplina pertinet ad qualitatem extrinsecam, sicut compositio mentis ad qualitatem intrinsecam. In figura igitur quæ constat in corporalibus linea mentis, rectè intelligitur disciplina corporis, forma religionis, habitus & compositio exterioris hominis. Figura itaque reuertitur, quando iuxta

Eccl. 13.

lumen oculos aperit, & uehementer intendit infirmitatis suæ tenebras plenius agnoscit. *Accedite ad eum, inquit, & illuminamini.* Quid mirum si accedendo ad lumen illuminamur? quid mirum si ex lumine lumen accenditur? *Et in lumine, inquit, tuo uidebimus lumen.* Lumen uideatur in lumine quando ex cognitione & operatione claritatis diuine plenius illuminatur animas ad cognitionem infirmitatis humanæ. Solet tamen hæc gemina cognitio alterna sibi incrementa ministrare, & utraque profecto ex alterutra crescere. Nam & ex cognitione Dei proficit animus ad cognitionem sui, & eodem utique modo ex multa cognitione sui crescit ad cognitionem Dei. Sed ecce dū sensus qui amissus fuerat redit, regnum suum qui perdidit recepit. Proculdubio nisi discretionis gratia in eo reparatur, nunquam ad plenam uirtutis integritatem animus perducitur.

*Quomodo debeat deiecta mens semetipsam discutere, & ad pristinum feruorem inuouare.*  
Cap. XLIX.

**A**d huc Nabuchodonosor addit, & dicit. *Et optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnificentia amplior addita est mihi.* Ecce a quibus queritur, & in regnum restituitur. Et optimates mei, & magistratus mei. Quid est optimum in homine nisi intentiones bonæ? Qui uero debent magisterium exercere, uel illud in retinis regnū disponere, nisi deliberationes discretæ? In optimatibus ergo metis intentiones. In magistratibus uero intelligimus mentis deliberationes. Quid uero est huiusmodi optimates, & magistratus, amissum regni caput querere, & in suum locum restituere, nisi cum summa intentione, & deliberatione inuestigare, quomodo post ruinam uel sero possit amissum animi uigorem ad primam integritatem reformare? Debet autem anima eiusmodi diligenter querere, qualis aliquando fuerit, quàm constanter egerit, quātum perfectionis obtinuerit. Debet & consequenter deliberare, quomodo in statum pristinum restitui possit, & hoc erit (ut arbitror) regiam illam animi dignitatem per intentionem querere, & in suum gradū restituere uelle. Hanc regiam dignitatem in alieno corde quarebant, & in suum locum restitui cupiebant, quia deiectam putabant qui dicebat. *Vbi est timor tuus, & fortitudo tua, patientia tua, & perfectio uiarum?* Non solum autem illi qui in malum corruunt, uerum etiā illi qui a bono tepescunt debent semetipsos discutere, & pristinum illum religionis feruorem in semetipsis inuouare. Hinc est quod ad Angelum Ephesi in Apocalypsi scribitur. *Habeo aduersum te aliquid quod primam caritatem reliquisti. Memento unde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac.* Notandum tamen sane, quod rex iste a suis dicitur requisitus, non autem ab eisdem restitutus. Sed quis querat eum restituit nisi ad quem oculos leuauit, benedixit, glorificauit? Nam & si forte in nostra iam potestate sit, mentis nostræ statū, qualis modo sit, uel aliquando fuerit per deliberationem querere, nõ tamen & æque in nostra potestate est uirtutis nostræ detrimenta, pro arbitrio reparare. Sed si studiosè exequimur, quod iam posse ex diuino munere accepimus, forte & illud super addetur, quod nondum potuimus. *Et in regno meo, inquit, restitutus sum, & magnificentia amplior addita est mihi.*

Iob. 4.

Apoc. 2.

Quomodo

Quomodo ex virtute humilitatis animus in bono roboratur, & ad boni perseverantiam solidatur. Cap. I.

Magnificencia amplior post ruinam, ad plenam reparationem additur, quia ex ipso lapsu suo, homo sepe ad veram humilitatem eruditur. Et tunc veraciter magnificentia ampliatur, quando inter virtutum magna, virtus etiam humilitatis immobiliter custoditur. Ex virtute vero humilitatis, animi profectio & in bono roboratur, & ad boni perseverantiam solidatur. Constat itaque magnificentiam tunc veraciter ampliari, quando ad consummationem boni, datur etiam gratia perseverandi. Amplificatio itaque magnificentiae, est virtus perseverantiae. Amplificatio magnitudinis, ex virtute humilitatis adiuncta, diuinitus gratia confirmationis. Hanc magnificentiae amplificationem, propheta postulabat, cum psallendo orabat. Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Huiusmodi quotidie amplificationem petimus cum dicimus. Confirma Deus hoc quod operatus es in nobis. Perpendis ex his (vt arbitror) quia multi ad hoc, Deo dispensante, cadunt, vt fortiores resurgant, & qui prius ante lapsum, habuerunt solummodo gratiam adiuantem, post ruinam reparationem, accipiunt simul & gratiam confirmantem. Verè secundum quoddam scriptum est: Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Verè ipse est qui humiliat, & subleuat, ipse qui percutit vt sanet.

Quomodo vel qua utilitate oporteat Deum laudare. Cap. II.

Nunc ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem caeli, quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare. Superius (vt iam audivimus) benedixit, laudauit, atque magnificauit. Hic iterum laudat, magnificat, atque glorificat. Superius laudauit cum se solum accipit, & quia beneficijs diuinis ingratus non fuit, ad maiora prouehi meruit: Nam regnum amissum, cum magnificentie amplificatione accepit. Accepto autè regno, iterum laudat, iterum magnificat. Vnde & factum est, ne iterum contumeliosè amittat, quod & humiliatus recipit, & iam cum deuotione possedit. Accepto beneficio, lauda & tu, vt merearis ad maiora perficere, promotus ad sublimiora nihilominus lauda, vt merearis in ipsis perseverare. Si iuxta similitudinem Nabuchodonosor sensum tuum

Psal. 50.

Psal. 67.

1. Reg. 2. Job. 5.

recepisti, si que ageda sunt intelligere potuisti, lauda, glorifica, vt quod accepisti, ex reuelante gratia posse intelligere, detur ex aspirante gratia, posse implere. Si iuxta eiuſdem Nabuchodonosor similitudinem, regnum tuum recepisti, si passionibus tuis dominari potuisti, si bonos affectus in bono posse exercere accepisti, lauda, magnifica, glorifica, vt qua accepisti gratiam proficendi, accipias pariter, & gratiam perseverandi. Libèter ergo lauda summè bonum, glorifica summè beatum, magnifica maiestate immensum, eternitate infinitum. Quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia. Opera eius, viæ sunt eius. Viæ (inquam) per quas ad nos venit, viæ per quas nostræ se intelligentiæ ingerit, & innotescere facit. Ex operibus nãque ipsius, ad eius cognitionem proficimus. Omnia igitur opera eius, quia omnes viæ eius iudicia, & omnia eius vera, quia in veritate facta. Nos sepe in iudicijs nostris erramus vnde fit sepe vt nocentes absoluaus, & innocentes condemnemus. Sed absque dubio quem latere nihil potest in suo iudicio errare non potest. Sed cum scriptum sit, vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, nunquid & illa etiam iudicia sunt quæ ab ipso misericorditer fiunt? Sed absq; contradictione vlla, pietas illa diuina, in omnibus, que misericorditer impendit equitatis metas, non deserit. Nos sepe cū pietate mouemur, æquitatis limites transgredimur, & in eo sepe quod misericordiam impendere nos credimus, contra iustitiã actitamus, sed superna pietas, sic misericordie sue opera dispensat, vt in his omnibus nihil contra iustitiã agat, nihil iniquum comitrat. Viæ itaque eius iudicia sunt, quia ab equitatis tenore & iustitiæ rectitudine non recedunt, & gradientes in superbia, potest humiliare. Quid, que so, solum hoc eum posse dicit, de quo veraciter constat, quia omnia possit: Sed quia experto credendum est, fortè illud specialius exprimere voluit, quod tertius in seipso proprio experimento probauit. An forte illud præ omnibus voluit sensibus nostris imprimere, quod maximè expedit memoriter retinere? Scimus autem quia initium omnis peccatis superbia. Scimus quia ante ruinam exaltabitur cor. Qui igitur morum vigilare debet. Valet autem maximè ad contendam superbiã & ad verè humilitatis custodiam semper animo retinere, quia ille, qui solet superbis resistere, potest cum voluerit gradientes in superbia humiliare. Hoc nos Nabuchodonosor uerbo, hoc nos docuit exemplo, quod quomodo uel quando uoluerit, gradientes in superbia humiliare possit.

Cur laudandus Deus?

Psal. 24.

Eccl. 10. Prou. 16.

Quid ualeat ad superbiam de primedã.

RICHARDI

Liber Tertius.

De triplici vitio mutabilitatis, & inconstantia mentis. Cap. I.

Dan. 7.



Idebam in uisione mea nocte, & ecce quatuor venti caeli pugnant in mari magno, & quatuor bestie grandes ascendebat de mari diuerse inter se. Prima quasi leena, & alas habebat aquile. Aspiciebam donec euulsa sunt ala eius, & sublata est de terra. Et super pedes quasi homo stetit, & cor eius datum est ei.

Quid per mare figuratur.

Triplex mutabilitas.

Prou. 13.

Prou. 23.

Eccl. 3.

Videamus nunc quid sit hoc mare magnum, in quo propheta Daniel uidit hanc (quecunq; sit) pugnam ventorum. Quis autem nescit mare quàm sit instabile, & inquietum, quod semper mouetur ad omnem flatum, impulsuque ventorum? Rectè itaque in eo (ni fallor) cordis mutabilitas, & inconstantia figuratur, eo quoddam verè sit similis fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur. Est autè hoc malum triplex. Est enim mutabilitas propositi, & est mutabilitas promissi, & item mutabilitas voti. Propositum est quod quisque statuit apud semetipsum. Promissum est quod quisque statuit apud proximum, uotum est quod quisque statuit, sed quasi apud Deum. De mutabilitate propositi est illud, Vult & non vult piger. Audi & quomodo mutabilitas promissi arguitur in eo quod dicitur. Nubes & uentus, & pluuie non sequentes, uir gloriosus, & promissa non complens. Voti mutabilitatem præcauere nos voluit q dicit: Si quid uouisti Deo ne moreis redere, displicet enim Deo infidelis, & stulta promissio. Stulta promissio est quæ fit de eo quod fieri non licet, uel quod Deus facere prohibet. Stulta promissio est de eo quod fieri non expedit in eo quodd quis vel modestiæ metas excedit, uel aliquid contra obedientiam præsumit. De talibus uotis dicit scriptura, quia nota stultorum frangenda sunt. Nec tamen qui tali se noto obligauerunt, pro libitu eiusmodi vinculum abrumperere debent, sed ad eorum arbitrium absoluedi sunt qui potestatem ligandi, ac soluendi acceperunt, & habent. Infidelis promissio est quæ penitentia sequitur, uel cordis duplicitas comitatur. Bonum itaque est bona, & bene uouere, ne sit promissio stulta. Bonum est, & bene promissa plenè exoluere, ne sit promissio infida,

Vouete, inquit, & reddite domino Deo uero qui in circuitu eius offertis munera. Alioquin melius est non uouere, quam uota non reddere. In mutabilitate propositi, notatur vitium inconstantis animi. In mutabilitate promissi, scandalum proximi. In mutabilitate voti, contemptus & iniuria Dei. Mala itaque mutabilitas prima, sed peior secunda, tertia autem omnium pessima. O quàm amarum hoc vltimū præ ceteris malum, quàm timidam, quàm turbidam reddit humanam conscientiam. Hæc est procellosa illa maris aqua, & per timiditatem inquieta, & per amaritudinem falsa. Hoc est illud, quod quarimus mare magnum in cuius comparatione non reputatur quodlibet cæterorum. Tenemus mare, restat nunc de uentis, uentorumque pugna inquirere. Quæ est autem ista pugna ventorum, nisi fortis impulsus, & uehementia tentationum. Tentatio enim est uita humana super terram. Vnde & rectè præcipitur, uel admonetur. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in timore, & prepara animam tuam ad temptationem. Diuersitas uero uentorum caeli, contrarij affectus sunt animi. Aliter enim spirat concupiscentia, & aliter fit iracundia. Aliter autem & aliter confidentia, uel diffidentia. Quis autem per experientiam non agnoscat, quomodo concupiscentia spirat, & anhelat, quàm uehementer animum concutiat, quàm fortiter inclinet in id quod affectat? Vnusquisque enim tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus. Sed sepe inter fortes concupiscentiæ astus, uiolètosque impulsus animus ad semetipsum redit, atque redarguit, acriterque reprehendit. Sibi irascitur, sibi indignatur, & concupiscentiæ flatibus iracundia, ex aduerso stando fortiter resistit, & reluctatur. Hos iracundiæ flatibus, atque resultus fieri uolebat qui dicebat Irascimini & nolite peccare. In hunc itaque modum concupiscentiæ, & iracundiæ flatibus, sepe inuicem configunt, & in alterutrum consurgunt. Huiusmodi alternatiuum statuum conflictum unusquisque nostrum experiiri solet, & sustinere oportet quàm diu caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Nam quàmuis uideatur concupiscentia, quandoque uel ad modicum quiescere, incipit iterum, & iterum resurgere, & uehementius impugnat. Sicut (inquit scriptura) terra Iuda diebus paucis. Si terra, & terra Iuda, uix potest pau-

Psal. 75. Eccl. 5.

Quid in singulis mutabilitatibus denotetur.

Eccl. 2. De diuersitate uentorum.

Iacob. 1.

Psal. 4.

1. Mac. 7. cis

Quid per terra intelligatur.

Ventus vrens.

cis diebus filere, quanto magis mare? Quid nā que per mare, nisi cor instabile, & quid per terram (elementum scilicet solidum & corpus imobile) rectius intelligimus, quā cor firmū, & stabile. Si igitur stabile cor raro requiescit, & diebus paucis, quid mirum si cor inquietum, & lubricum, & quale denique designatur per mare magnum, quid inquam mirum si raro silet, & uix paucis momentis? Ventus itaque ille vehementer vrens (concupiscentia videlicet spirans, & feruens) post momentaneā saepe quietem uiolentior surgit, & solito ualidius impellit, & mentis statum penē euertit, intantum ut incipiat iam animus, lassescere & pene defecere, & de perseverantia desperare, & in diffidentia cadere. Flante itaque diffidentia uento, miserabilis saepe animus periclitari contingit, quā ullis concupiscentiā impulsibus potuit. Timendam est namque ualde, ne uentus iste uehemens repente irruat, e regione deserti, & concutiens conscientia domum totum mentis statū euertat. A facie enim frigoris eius quis sustinebit? Nisi forte (quod fieri solet) aspirante Deo ex aduerso contrarij status exurgant. Fit namque saepe ut post multam diffidentia trepidationem, nimiamque fatigationem, animus tandem aliquando redeat ad conscientiam, recurrat ad diuinam misericordiam. Iacet in Domino curam suam, reparet constantiam, & uix sero resumat fiduciam. Ex tunc incipit confidentia, & diffidentia mutuo rebellare, fortiterque impugnare, & aduersis flatibus impellere, & alternis vicibus modo hæc, modo illa, superiorē manum habere. Hæc illa uentorum pugna (ni fallor) quam propheta Daniel uidit, mysticoque sermone descripsit, & quam forsitan qualis sit nonnullos uelstrum, ipsa experientia docuit. Et utinam nossem, & possem eam tam uiliter describere quā ueraciter constat, me cuiusmodi sit per experientiam probasse. Sed uideamus quid hanc uentorum pugnam, nonnunquam sequi soleat. Videamus qualia illud, quod supra locuti sumus mare magnum monstra gignere contingat.

Qualis, uel quanta conflictio tentationis surgat ex inconstantia mentis. Cap. 11.

Quid sit bestia de mari ascendere.

Vitia sūt bestia.

Quatuor, inquit, bestie grandes ascendebant de mari diuersę inter se. Quid, quæso est, bestias post uentorum pugnam, de mari ascendere, nisi bestiales motus & irrationabiles imperus, post tentationum uolentiam, de cordis instabilitate exurgere & in apertum prorumpere? Quasi bestialem enim formā sibi induit, qui bestialiter uiuit. Nam proculdubio, qui irrationabiliter, & bestialiter degit, in quātū irrationabiliter, bestialiter. Quid nisi quædam bestie sunt, quilibet uitia? Quid nisi bestie sunt, quæ liber praua desideria? Eiusmodi bestia mores lacerant, uirtutes iugulant, animas suffocant.

A Eiusmodi bestiarum incurfus Psalmista metuebat, cum psallendo orabat & orando psallebat: Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Sunt bestie que corpus occidunt, animę autem non habent quid faciant. Verumtamen uisus sanctis, qui eiusmodi sunt, non sunt ualde metuenda, eis presertim, qui spontaneo nutu, mortificatur tota die, ne propheticum illud inproperiū videantur incurere. Illic trepidabant timore ubi non erat timor. Non tradas, ait, bestiis animas confitentes tibi. Non dicit corpus confitenti. tibi, non dicit carnes confitenti tibi, sed ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Illa ille utique bestie uerē timendę sunt, quæ animas occidere possunt. Talium bestiarum incurfus, cito incurrimus, cum exigentibus meritis diuine illustrationis lumen amittimus: Pofuisi, inquit, tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestia syluę. Talium bestiarum incurfus de semetipsis presumētibus, & de suis meritis gloriantibus, dominus minatur, cum in Deuteronomij cantico, per prophetam loquitur: Denes bestiarum immittam in eis, Restat autem nunc illud querere, cur quatuor tantum dicantur he bestie, uel quomodo diuersę inter se.

Quod bestialiter uiuendi modus sit quadripartitus. Cap. 11.

UT breuiter dicam quid sentiam, omnis bestialiter uiuendi modus uidetur mihi esse quadripartitus: Alij uidentur bona exercere, sed sine modo, atque mensura & absque omni discretionē. Et quamuis in eis fortassis sit bona intentio, hoc in eis bestiale est, quod uiuunt sine modo, & feruntur precipites, sine rationis iudicio & absque consilio. Et quamuis forte zelum rectitudinis habeant, sed secundum scientiam non habent. Alij autem mala exercent, sed timidē quidem, & ideo occulte, & idcirco, secundum uocem Psalmistę inhabitabunt, & abscondent eo quod argui timeant, uel deprehendi erubescāt. Alij item bona exercent in opere, sed per hypocrisim quidem, & sine omnī bona intentione, utpote, amantes primos rebitus in cœnis, & primas cathedras in sinagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi. Alij item mala exercent passim, palam, & liberē, & absque ullo timore, & pudore, ita ut uideantur esse sine fronte, eo quod frons meretricis facta sit illis, & nesciant erubescere. Vides ergo quā sint inter se diuersi huiusmodi operarij. Primi, & tertij exercent se in bonis, secundi, & quarti in malis. Primi, & tertij agunt bona, non benē, nam primi indiscrētē, tertij simulatē, & eo ipso diuersi inter se. In malis se exercent tam secundi quā quarti. Sed illi latent, isti tam patenter quā impudenter, & idcirco ipsi inter se ipsos diuersi. Primi sunt qui ambulāt in magnis & mirabilibus sub se. Secundi sunt, qui sedent in insidijs cum diuitibus

Psal. 73.

Psal. 13.

Cer non dicat nō tradas corpus confitentium tibi. Psal. 103.

Deut. 32.

Nota.

Psal. 55.

Psal. 130.

Psal. 10.

Matt. 23. Luc. 18.

Sup Ps. 63.

Eccle. 4.

Isa. 3.

Eccle. 2.

Isa. 33.

2. Cor. 13.

1. Ioan. 4.

De gradibus uel summ.

diuitibus in occultis, ut interficiant innocentem. Tertij sunt, qui omnia operam sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Quartj uero qui nec Deum timer nec homines ueretur. In primis itaque est religio indiscreta, in secundis prauaricatio occulta, in tertijs religio ficta, in quartis prauaricatio manifesta. Hi sunt quatuor status eorum, qui irrationabiliter & bestialiter uiuunt (si tamen status, & non potius casus dicendi sunt) qui semper hominem de malo in peius impellunt. Et notandum, quod in his quatuor corruptionum gradibus secundus est peior, quā primus, tertius quā secundus, quartus autem omnium est pessimus. Et forte quis dubitet de tertio quomodo sit peior secundo. Sed in tertio statu, quid aliud est quā simulata æquitas? Sed teste Augustino didicimus, quia simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas.

Quibus corruptionis gradibus corruiere solet, sepe animus humanus. Cap. 1111.

IN primo itaque statu est iustitia fatua, in tertio, iustitia ficta, in secundo, malitia infrenata, in quarto, malitia effrenata. In primo, regnat singularitas, in secundo impietas, in tertio, calliditas, in quarto, crudelitas. In primo inquam, regnat singularitas, & dicitur de eo: Vae soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem. Vae, inquam soli, hoc est de se solo, & suo consilio presumentem, & solitaria quadam presumptione uiuentem. In secundo, regnat impietas, & de eo dicitur: Vae impio in malū. In tertio regnat calliditas. Callidi autem prouocant iram Dei, & dicitur de eis: Vae duplici corde, et terram ingreditenti duabus uis. In quarto regnat crudelitas, & crudelibus dicitur: Vae qui prædabis, nonne & ipse prædaberis. Crudelitas est rapina, rapina est quādo qs tollit res alienas. Quid tibi uideatur, de eo, qui seminat inter fratres discordiam? Impiē quidem recum agit qui tibi aufert pecuniā tuam, quid ille, quid tibi aufert pacem tuam? Nūquid crudeliter agit, qui tibi aufert uestem, & non multo magis qui tibi aufert caritatem? Si uero crudele est, tollere homini bona exteriora, bona peritura, multo magis crudele erit, tollere homini bona interiora, bona in aternū mansura: Nam caritas est, que nunquā excidit. Absque dubio, qui homini caritatem tollit, & Deum tollit: Quia Deus caritas est. Vae, qui prædabis, nonne prædaberis? Quantum tollis, tantum perdis. Deum tollis, & Deum perdis. Cęlū tollis, cęlum amittis. Quid hac impietate crudelius? Quid hac crudelitate, uesanius? Ecce unde, quo peruenitur, ecce nihilominus, & qua descenditur, unde (inquis) & quo? De summa singularitate, ad summam crudelitatem. Sed qua (inquis) & quomodo? Per impietatem, & duplicitatem. A primo si quidem gradu, descenditur ad secundum, de secundo ad tertium, de

tertio ad quartum. Nam absque dubio presumpcio deiecta solet inducere emulationem, emulatione deiecta, simulatione, simulatio deiecta, mentis effrenationem. Ad primum namq; statum pertinet presumpcio. Ad secundum, emulatione. Ad tertium, simulatio. Ad quartum, mentis effrenatio. Ad primum, insolentia, ad secundum, inuidencia, ad tertium, fraudulentia, ad quartum, impudentia, & fortassis hæc sunt illæ bestia, quas oportuit querere.

De uitio insolentia. Cap. V.

IN descriptione igitur primæ bestia, intelligimus uitium insolentia. Insolentum quasi, non solum, uel contra solum dicimus, & inde insolentia dicitur, quando passim, & temerē, præter solum presumitur. Insolentia itaque est, uitium præcepti, & temeraria presumpcio, siue præcepti, & presumptuosa temeritas, præter solum. Est autem multiplex hoc malum. Insolentia si quidem, modo se erigit supra solum, modo cohibet infra solum, modo se opponit, cōtra solum. Sed uideamus nūc de prima bestia qualem eam scriptura sacra describat, uel quā conuenienter insolentia proprietatem exprimat. Prima, inquit, quasi leona, & alas habebat aquile. Dicitur leo tantæ feritatis esse, ut prouocatus nec mortem timeat, intantum, ut nec pro periculo mortis, a furoris sui impetu se cohibeat. Leo, inquit, fortissimus bestiarum, ad nullius pauabit occursum. Vides in leone quā stulta audacia, & quā audax stultitia. Nonne leoni ne uideretur audacia, & ad faciēdum sibi nomē, ambulare in magnis & mirabilibus supra se, omnia ueltra uires presumere spreto cōsilio doctorum, cōtrepso præcepto maiorum. Ieiunia, uigilias, & eiusmodi obseruantias ultra modū extendere, & nec saluti corporis parcere, nec animæ mortē in debite obedientie contempnere, horrere. Nota quōd non leoni, sed leonē assimilatur, quia hic sexus, in imperus sui uehementia proteruior, & pertinacior inuenitur. Vide ergo quā irrationabile, & bestiale, & uerē leoninū simile, nullius cōsilio, nullius præcepto acquiescere, sed in temeritatis suæ audacia pertinaciter perdurare. Vultis & hoc breuiter audire quid sentiam de eiusmodi bestia: alis? Videtur mihi una esse præcipitationis, altera presumptionis. Ecce alæ duæ, & ambæ aquilinae. Quis hoc de aquila nesciat quōd cæteris præne omnibus auibus celerius, uel celsius uolare soleat. In præcipitatione attende uolatus celeritatem. In presumptione perpende uolatus sublimitatem. Iam superius dictum est, quōd insolentia sit præcepti, & presumptuosa temeritas, præter solum. Ut igitur diffusius dicta, compendiosa breuiter succingam, agnosce leoninū simile in singularitatis temeritate. Aduerte in aquilinis alis uitium presumptionis, & uitium præcipitationis, Di-

De presumpcio, & emulatione, & simulatione.

Insolentia quid sit, eiusq; mala.

Dan. 7.

Prou. 30. In Leone quid signficatur. Psal. 130.

De Præcipitatione, & presumptione quæ sunt alę bestię.



nis. Dicitur aquila, rex avium, & leo bestiarum. Nunquid ergo non ille videtur aliquid habere leonæ, & aliquid aquilæ qui præsumit, tam in activa quam in contemplativa vita, cunctos præcedere, & in vtraque vita singularem, & summum locum tenere? In terra leonæ, in cælo est aquila, qui se præsumit cæteris omnibus incedere fortius, volare sublimes, incedere per actionem, volare per contemplationem.

Quibus insolentia gradibus paulatim corrumpitur animus humanus. Cap. VII.

**S**ed videamus nunc, quid Salomon de huiusmodi homine sentiat, qui omnia precipitanter, & presumptuosè actitat, qui in conatibus suis nec modum, nec modestiam servat. *Qui festinus est, inquit, pedibus, offendit.* Hinc est, quod alibi dicit: *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione cavebit.* Eidem sententiæ consonare videtur, quod de antedicta bestia adiungitur: *Aspiciebam donec cuncta sunt ale eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor eius datum est ei.* Ecce qui de semetipsum ultra modum præsumunt, quomodo gradatim amittunt, unde intumescunt, cæterisq; contemnant. Prius alas euelluntur, postea, & ipsius bestia corpus de terra subleatur, prius contemplatiua, postmodum actiua etiam vite gratia amittitur. Quid est enim alas suas perdere, nisi sublimes illos contemplandi volatus amittere? Cum enim post multos ieiuniorum, & vigilarum excessus, ceperit corpus tabescere, caput dolere, velis, nolis, oportet alas deponere, ad terram redire, & carnis curam agere, & melius est, ut sponte deponatur, quam inuito auellantur. Quid est alas anelli, nisi amittere, cum dolore ingenti, & sine vlla spe recuperandi? Alas euelluntur, quando præcipationis, & presumptionis audacia, uigente infirmitate, cogente necessitate, præciditur. Nonne eiusmodi alarum euulsionè, Dominus minatur, cum per propheta loquitur: *Si exaltatus fueris, ut aquila, & inter sydera cæli posueris nidum tuum, inde traham te dicit Dominus.* Post alarum euulsionem de terra subleatur, per mentis ergo elevationè, & propter metis elationem, de terra excutitur. Et merito, ut credo, eo quod per superbiam inflato, crepando, tabescendo, putrescendo, tandem aliquando, fiant tanquam puluis, quem projicit ventus a facie terræ. Sic itaq; post alarum amissionem, etiam terræ inhabitatio amittitur, quia post subtractam contemplationis gratiam (ut distans est etiam) etiam, bene operandi gratia, superbiæ animæ subtrahitur. Et qui prius præsumpsit omnes fortiter præcedere, iam incipiat post omnes sequi, & tandem remanere. Et qui prius per insolentiam se extendit ultra solitum, postmodum remanet citrà solitum, & sic iam de primo insolentia gradu decidit in secundum, futurum tandem quod timeo, ut de secundo re-

Prou. 19.

Prou. 20.

Quid sit perdere alas.

Quid sit alas auellere, & quando auellunt.

Abdia. 1.

Psal. 1.

**A**cidat in tertium. Sed ubi quæso, de cætero erit dicta iam bestia de cælo amissa alis delecta, & de terra subleuata? An forte illuc redibit unde venit, & iterum in mare descendet, quæ de mari ascendit? Sic vtiq; sic sæpe quod ex cordis leuitate præsumitur, post multam mentis fluctuationem, in amaritudine terminatur. Et hoc forte est terram perdere, omnem propositi sui stabilitatem amittere, & deiectionem suam indignè ferendo, nimiam cordis amaritudinem incurere. Sic de terra in mare transitur, sic motes in cor maris transferuntur. Quid enim est motes in cor maris transire, nisi de magni conaminis culmine, in intimam cordis malitiam cadere? Nam iuxta veritatis testimonium, abundantem iniquitatem, refrigeret caritas multorum. Nemo ergo in quantalibet virtutum celsitudine, debet quicquam de suis viribus, sed totum de Domino præsumere, & cum Psalmista cætare: *Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Tunc sanè motes transferuntur, quando illud Ioannis impletur: *Exierunt a nobis, sed non erant ex nobis.*

Vbi nam erit bestia amissa alis, & de terra subleuata.

Quid sit terra perdere.

Quid sit motes in cor maris transire.

Matt. 24.

Psal. 45.

1. Ioan. 2.

**C** Quomodo ex vitio insolentia cadat homo, in vitium inuidentiæ. Cap. VIII.

**S**ed si nullus iam locus remanet huic bestia præter mare, (nam & cælum, & terram videtur amississe) ntrum quomodo dicatur, supra pedes stitisse. An forte super cautes, vel rupes aliquam stitisse creditur, ubi & mari vndique cingeretur, & fluctibus marinis indefinenter tunderetur? O quam dura pena, sed presumptuosè singularitati cõdigna. Ecce, quæ prius omnes præcurrere præsumebat, & ex sua presumptione fatigabat, iam nõ habet quo eat, nec inuenit quomodo requiescat. *Et supra pedes, inquit, quasi homo stetit.* Et vtiq; vel sero desinat se Angelum credere, & tandem aliquando desinat supra hominem præsumere. Ecce iam Angelum exuens non iam volat in summis, sed ambulat in imis, immo iam non ambulat, sed stat, qui amorem, & spem proficiendi amisit. Nõ autem iacet, sed stat, ut nunquam requiescat. Assiduè ergo stat, quia sine intermissione laborat. Pedes sine incessu fatigat, sine fructu laborat. Stat itaq; sed quomodo? Supra pedes, ut homo. Græde spectaculum, sed sedum miraculum, videre quadrupedem bestiam, leoninam denique formam, se supra duos pedes contra cælum erigere, & contra naturam, erectam stare. Quæ est ista erectio motuosa, nisi enormis quædam, & nimis detestanda superbia? Contra super cælestem maiestatem intumescit. Nonne contra Deum intumescit, qui eius iudicia reprehendit? Quis autem nesciat, quomodo presumptuosè mentes soleat contra diuina flagella murmurare, aliorum profectibus inuidere, & gloria suæ detrimenta impatienter ferre? Murmurant autem, non solum contra iustitiam Dei, verum etiam contra bonitatem

Dan. 7.

Quæ sit ista erectio contra Deum.

**A**nitatem Dei. Cõtra iustitiam Dei in malis suis contra bonitatem Dei in bonis alienis. Insolens namque animus, & propria excellentia cupidus cum per nimiam superbiam cadit in inuidiam penè molestius fert aliorum profectum quam proprium defectum. O presumptionem monstruosam quæ inde murmurat cõtra maiestatem diuinam quod Deus supbis resistat, humilibus autem det gratiam. *An oculus tuus, inquit, nequã est, quia ego bonus sum?* Solèr autem qui eiuismodi sunt, querelas quasdam quasi rationabiles texere, & murmurationis suæ causas (cum verè sint irrationabiles) quasi iustas ostendere, & hoc est forte beluinanam formam ad hominis se similitudinem erigere, in irrationabili murmuracione contra Deum velut rationes quasdam velle prætere. Huic sententiæ concordare videtur quod adhuc de hac bestia dicitur. Cum enim premissum esset, super pedes stetit quasi homo statim adiungitur & *cor eius datum est ei.* Cuius eius? Aut cor hominis, aut cor leonæ. Sed cur dicatur leonæ cor suum accepisse quod nõ dicitur amississe? Accipit cor hominis & carnaliter sapientis cum permitte Deo incidit in prudentiam carnis, vel tunc veraciter cor hominis accipit quando per multam experientiam errorem suum intelligit & tam suum defectum quam aliorum profectum plenius agnoscit. Sed quod homini diuinitus conceditur ad bonum suum ipse homo sæpe abutitur ad malum suum. Et cognitis suis, vel aliorum meritis disparibus, unde deberet compungi ad pœnitentiam, inde excrescit ad maiorem inuidiam. Ecce enim postquam descripta leonæ, cor hominis accepit, ei nõ agnus sed vrsus succedit. Nam sæpe cor gloria cupidum, & liuidum aliorum inspecta gloria, propriaque ignominia, in inuidentiâ cadit. Sic vitium vitio succedit, in solentiâ pœdit, & inuidentiâ succedit, & quod adhuc peius est insolentia nõ recedit.

De vitio inuidentiæ. Cap. VIII.

**P**lus aliqd sonare videtur inuidentiâ, quam inuidia. Sicut legens non rectè dicitur nisi tunc temporis quando legendo occupatur, sic & inuidens tunc quidem rectè dicitur quando liuore vitur. Ab eo autem quod est inuidens, inuidentiâ dicitur. Inuidia itaque in inuidentiâ tunc veraciter excrescit, quando animus eiusque exagitat, ut eum nullo penè iâ tpe quiescere sinat. Inuidentiâ itaq; est inuidia frequens & animus quiescere non sinens. In secunda aut bestia rectè (ni fallor) intelligitur inuidentiâ. Sed ut hoc melius clarescat, audiamus quomodo eâ sermo propheticus describat. *Et ecce, inquit, bestia alia similis vrsi in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius & in dentibus eius, & sic dicebant ei. Surge, comede carnes plurimas.* Est autem vrsus (ut omnes nouimus) animal deformis, & quod in locis remotis, & abditis soleat habitare, & in hoc ipso formam gerit inuidiæ. Nam & ipsa quidem (ut pote scditatem

Iac. 4. Matt. 20.

Quæ inuidia ex crescat, & quid sit inuidentiâ.

Dan. 7.

**A** suam erubescens) semper studet latere. Vrsus autem est animal malitiosum, & saeuum, & forte eiuismodi est inuidiæ vitium. Inuidia est odium felicitatis alienæ, & quid magis malitiosum? Quid itaque aliud est inuidia quàm lucifuga, & latebrosa malitia? Inuidentiâ autem est malitia feruens & in occulto lauiens. Est autem vrsus animal inquietum valde, ita ut ad stipitem ligatus nunquã penè desinat vel in circuitum pergere, vel pedibus fixis caput nunc in hanc, nunc in illam partem iactitare, & in hoc habet formam non modo inuidiæ, sed inuidentiæ, quæ animum nullo penè momento sinit quiescere. Dicitur autem de hac bestia quæ in parte stetit. Nõdũ ergo homo in hoc statu funditus bona deserit, nec tamè (ut in superiori) ad omnia se extendit. Stat igitur in parte quia in quibusdã adhuc bonis videtur perdurare. Nemo enim repenit fit turpissimus, sicut è regione nemo repente fit summus. Quasi adhuc itaq; in parte consistit, quoniã ad aliqua bona agenda antiqua adhuc hominem cõsuetudo trahit. Ecce quæ in hoc statu aius nõdũ ad apertã malitiã effrãtatur inquitũ vel timore restringit, vel pudore cohibetur.

De malo inuidentiæ quibus soleat gradibus accrescere. Cap. IX.

**E**t tres ordines, inquit, erant in ore eius, & in dentibus eius. Ipsa scriptura determinat quomodo tres ordines essent in ore eius, id est in dentibus eius. Quid autè in dentibus rectius intelligimus quàm malitiã, & inuidentiã morsus? Quis autè nesciat quàm familiare, & domesticũ, & velut proprie proprium sit inuidiæ alienam vitam rodere & morsibus obtreccionum lacerares? Solet autem hoc malum quibusdam gradibus accrescere. Nam sunt in hominibus quidẽ quidam manifestè mala, quidam autè dubia, ita ut in ambiguum venire possit, vtrum sint bona an mala. Solet autè liuida mens semper manifesta mala multiplicius exaggerare, dubia quæ in deteriolem partem vertere, aperta autè bona (quia negare non potest) arte qua potest obfuscare, & de eis vel aliquid minuire. Primum est oblocutionis, secundũ derogationis, tertium detractionis. Oblocutio est quando mordax & reprehensoria locutio versatur circa id, vel fit propter id mali quæ verè in homine est. Qui scit quid sit rogare ex opposito potest agnoscere quid sit derogare, cum sic sibi per cõtrarium respondeant quæ ad modũ suadere, & dissuadere. Nõne tibi derogatio videretur cũ estimatione de alio aliquo bonã habenti dicitur noli sic credere, noli ita existimare, falleris, deciperis, longe aliter est quæ sentis, tenebras lucem credis, & amarum in dulce ponis. Hæc vtiq; in apertis bonis locum non habet, quia quæ manifesta sunt in alteram partem inflectere nõ valet. Detrahere autem est de apertis bonis, vel aliquid velle minuire cũ nõ possis penitus euacuare. Detrahit enim qui aliquid inde oblatrando retrahit unde hominis famã gloriosiorè credit. Oblocutio

Inuidia comparatur vrsi.

Quid per dentes intelligat.

De oblocutione. Quid sit derogare, & derogatio.

Detrahere quid sit.

itaque est male opinionis disseminatio. Derogatio bonae opinionis euacuatio. Detractio bonae opinionis attenuatio. Linguam obloquenter timebat psalmista cum diceret. *Tota die recundia mea contra me est, & confusio faciei meae cooperuit me a facie exprobrantis, & obloquentis.* Derogatores tangit quod aliis dicit. *Captabant in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabant.* Detractores exprimit cum dicit. *Qui retribuunt mala pro bonis, detrabebant mihi, quonia sequabar bonitatem.* Ecce habes tres ordines dentium in multiplicitate detractionum, derogationum, oblocutionum.

Quomodo ex vitio inuidientiae mens cadat in vitium fraudulentiae. Cap. X.

Nunc est facile videre quam recte conueniat huic bestiae, quod loco nouissimo ponitur dum dicitur: *Surge comede carnes plurimas.* Quid est enim carnes comedere, nisi aliena infirma dente maledico lacerare? Qui enim alienam vitam libenter rodunt, qui derogationibus studiosè deseruiunt, qui proximorum infirmitates delectabiliter carpunt, quid aliud quam carnes comedunt? Eiusmodi carniū corrosores, propheta iam per experientiam noverat, quoniam dicebat: *Appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas.* Sed quod dicitur: *Surge comede,* quid quaeso erit, praecipitio, an permissio, suggestio, an instigatio? Sed si a bonis angelis dictum putamus, consequenter & in eorum uerbis solam permissionem factam intelligamus. Tale est illud quod ad Iudam dicitur: *Quod facis, fac citius.* Si autem constat a malis angelis dictum fuisse, possumus in eiusmodi uerbis tam suggestionem, quam instigationem intelligere. Solent enim semper mali spiritus malignis mentibus maligna suggerere, & ad omnem malitiam instigare. Quid sit malitiosum, quae perniciosum detractionibus deseruire, & in hoc unumquemque vitio suo satisfacere, ex illa potes Salomonis sententia aduertere: *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahatur.* Nonne huic sententiae concinit, quod psalmista de eiusmodi dicit: *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, uentrum aspidum sub labijs eorum.* O malum execrabile, & tam loquenti, quam audienti exitiale: *Surge,* inquit, *comede carnes plurimas.* Et quid aliud uersus, quid aliud haec ferina belua nouit, quam uel suas plantas fugere, uel alienas carnes lacerare? Quid inquam inuidientiae monstrum aliud officij gerit, quam uel suas molestias glangere, uel aliena infirma carperet? Sed utinam solas carnes lacerarent, utinam uel ossibus parcerent. Nunc autem omnia laniant, omnia lacerant, unde fit ut tandem aliquando omnibus odiosi fiant. Qui enim loquitur inquam, non potest latere. Sed cum incipiunt agnosci, incipiunt pariter contemni, & odio haberi. Sed inuida mens, atque

Psal. 43.

Psal. 93.

Psal. 37.

Quid sit carnes comedere.

Psal. 26.

Ioan. 13.

Eccl. 10.

Psal. 5.

Quomodo inuida mens dolore uratur.

A Superba, quanto putas dolore uritur, quanto liuore torquetur, cum alios uideat de die in diem ad meliora proficere, seipsum quotidie in omni opinione decrescere, & magis magisque uilesceat: Unde fit saepe ut se ad callida argumenta conuertat, dum summo cum studio & sollicitudine quaerit, quomodo uel suam gloriam dilatare, uel aliorum obnubilare queat. Incipit itaque ex tunc sanctitatem simulare, & per hypocrisis paulatim se ad omnem fraudulentiam tradere. Sic pardus urso succedit, dum mens lubrica de nitio in uitium desluit, & per inuidientiam malum in fraudulentiam cadit.

De uitio fraudulentiae. Cap. XI.

Tunc proculdubio fraus in fraudulentiam mentis accidit, ut libenter omnino decipere uelit cum possit, & post multum usum, & exercitium, nihilominus per multam iam astutiam suppetit, ut decipere facile possit, cum uelit. Quid enim aliud est fraudulentia, quam astuta malitia, ad omnem fraudem tam prona, quam prompta? Rectè hypocrisis fraudulentia in parado figuratur, qui per totum corpus maculis quibusdam respersitur. Nam hypocrisis quidem sanctitatem opere praetendunt, sed peruersum est quod diligunt, & quod intus uiuit in affectione, necesse est quandoque erumpat, & appareat in opere. Agunt itaque qui eiusmodi sunt, bona in manifesto, & mala in occulto. Qui igitur ad dissolutionis opera furtiue erumpunt, uel quotiescunque excusabiliter id possunt, quid aliud quam actionis suae corpus quibusdam maculis respersunt? Videamus itaque qualis esse dicatur bestia haec, quae tertio loco describitur: *Post haec, inquit, aspicebatur, & ecce altera quasi pardus, & alas habebat quasi auis quatuor super se, & quatuor capita erant super bestiam, & potestas data est ei.* Attende quam rectè alas habere dicantur, quae in hac bestia designantur. Certè cum uolucres uolant seipsas, supra semetipsas leuant. Certè cum uolare uolunt seipsas per inane suspendunt. Nonne eiusmodi mentes se ipsas supra semetipsas attollunt, & per inane suspendunt, cum propter ambitionem & inanem gloriam durae distinctionis obseruantias penè ultra humanae possibilitatis mensuram extendunt? Virtutis enim studia exercere, & uirtutum merita, uel praemia non curare, nec querere quid aliud est, quam se per inane in alta suspendere? Et quid aliud est multa capita habere, quam nihil simpliciter agere? Nam sicut in alis occupationem, & exercitationem, sic in capite intelligimus intentionem. Nam caput totum corpus regit, & intentioni omnis nostra actio subseruit.

De malo fraudulentiae, quam sit multiforme in opere. Cap. XII.

Vltis adhuc pleni? nosse quales alas soleat fraudulentia habere? Vt igitur bene exprimam quid sentiam.

Pardus urso succedere qd.

Fraudulentia qd sit.

De hypocrisis.

Dan. 7.

Quid sit multa capita habere.

De propriis habitibus hypocritarum.

sentiam. Vna dicatur simulationis, alia dissimulationis, tertia ostentationis, quarta excusationis. Solent namque simulatorices mentes, & hypocrisis deseruientes, solent inquam, non solum iactare quae habent, uerum etiam simulare se habere bona, quae omnino non habent. Solent e contrario manifesta mala callidè excusare, occulta autem mala (ac si omnino non habeant) astutè dissimulare. Simulatio, & dissimulatio est de occultis. Sed simulatio de occultis bonis, dissimulatio uero de occultis malis. E contra autem ostentatio, & excusatio solent esse de manifestis, sed illa de manifestis bonis, ista de manifestis malis. Nam in his bonis quae manifesta sunt, & negari non possunt, locum habet ostentatio, sicut & in solis manifestis malis quaeritur excusatio. Sinistra nostra, quam dextera in medium rariis proferitur, & eo ipso rariis uidetur. Rectè igitur per sinistram occultiora, & rectè per dexteram intelligimus manifestiora. Videtur itaque alae simulationis, & dissimulationis pertinere ad sinistram, quemadmodum & alae ostentationis, & excusationis ad dexteram. Habes ergo in ostentatione & simulatione par alarum primum. Habes & aequè in excusatione & dissimulatione par alarum secundum. Nam ostentatio & simulatio est de solis bonis. Sed illa de ueris, & manifestis, quasi ala a dextris. Ista de fictis, quasi ala a sinistris. In his duabus alis uolant, & se proximis commedantes, opinionemque suam propalantes, gloriam suam circumquaque dilatant. Excusatio autem, & dissimulatio est de solis malis, sed illa de manifestis quasi ala una a dextris. Ista de occultis, quasi ala alia a sinistris. Sicut in superioribus duobus (ut dictum est) uolant, sic in istis posterioribus corpus suum uelant. Nam absque dubio simulatorices, & hypocrisis solent hinc inde sub excusationis, & dissimulationis obductione posteriora sua, & inhonestiora velare.

De malo fraudulentiae, quam sit multiplex intentione. Cap. XIII.

Excede numero alarum videamus & de pluralitate capitum. Scimus autem quia hypochritarum fraudulentia in omni eo quod actat ad honoris sui promotionem anhelat. Omne enim quod agit, uel agendo intendit, ambitioni deseruit. Nihil autem aliud est ambitio quam honoris affectatio. Prima autem species huius mali est affectatio libertatis, secunda affectatio dignitatis, tertia affectatio auctoritatis, quarta affectatio potestatis. Ecce quomodo ambitio in quatuor se capita diuidit, cui omnis (ut dictum est) hypochritarum actio subseruit. Libertatis affectatio est, quando iam quis subterfugit alijs subesse. Dignitatis affectatio est superiora ambiendo semper de gradu in gradum anhelare. Auctoritatis affectatio est, cum iam ambit quis uir magni consilij & sanctitatis omnibus apparere & statuenda quaeque, uel diffinienda ab eius consilio uel arbitrio pendere. Potestatis affectatio est, cum iam ambit alij praesesse. Videmus saepe illos etiam qui uoluntariam obedientiam professi sunt, quam libenter, quam desideratè molestas fatiis, & onerosas occupationes suscipiunt, ut exeuadi, loquendi, agendi maiusculam libertatem ex administrationis suae occasione obtineant. Quid agit hoc quaeso nisi libertatis ambitio? Videmus alios niti sepe de gradu in gradum, & qui inferioris gradus sunt aspirare ad subdiaconatum, subdiaconos ad diaconatum, diaconos ad presbyteratum & cum nihil ex eo fortassis maioris libertatis uel potestatis acqviserint, non nihil tamen arbitrantur tenere praeter ceteris saltem superiorem locum. Sed unde hoc in eis nisi ex ambitione dignitatis? Docet nos ille illius Achitophel loquens quid in quibusdam possit ambitio auctoritatis, docet nos proditor, & parricida Absalon quid valeat ambitio potestatis.

Quomodo ex vitio inuidientiae mens cadat in vitium impudentiae. Cap. XIII.

Notandum autem quod de hac bestia dicitur: *Quia potestas data est ei, & absque dubio dei occulto iudicio maiora sunt penè quae hypochritae facere possunt, & faciunt & districtioris uita obseruantias custodiunt, quam hi qui se propter Deum affigunt, & cum constet quia omnis caro senium, & omnis gloria eius quasi flos feni, plus tamen laborant saepe sectatores uanitatis pro gloria uana, & transitoria, quam ueri amulatores pro gloria uera & aeterna. Sed valde est difficile imò penè impossibile eiusmodi hoies diu posse latere. Audi quid hic Salomon sentiat cum dicat: *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter, qui autem deprauat vias suas manifestus erit.* Oportet ergo dupliciter & fraudulenter ambulantes, & uitarum suarum deprauatores manifestos fieri & illud in eis propheticum impleri. *Denudat turpitudinem tuam discooperi humerum, reuelat crura, transternit si flumina, reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.* Eiusmodi homines saepe cum in hoc fraudulentiae statu deprehensi fuerint, adhuc in deteriora ruunt, nam cum ulterius in suis prauiatibus posse latere diffidunt, cum uanicum illud gloriationis suae gaudium sine ulla spe recuperandi amittunt, statim ad aperta impudentiam erumpunt. Ecce quomodo per fraudulentiam precipitatur homo in impudentiam.*

De uitio impudentiae. Cap. XIV.

Attende obsecro quam sit bestialis, & plus quam bestialis uita, reiecto humano pudore, ad omnia se precipitem dare, & conspectum diuinum, uel uultus hominum, nec in erubescendis, erubescere, & tandem aliquando ad omnem se malitiam effrenare. Quid aliud est impudentia quam praecipitatio, & effrenata malitia? Audiamus nunc itaque quid de hac ultima bestia dicatur. *Post haec aspicebatur, inquit, in uisione noctis, et ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis & fortis nimis. Dentes ferreos habebat.*

Prou. 10.

Ista. 47.

Quid sit impudentia. Dan. 7.



habebat magnos, comedens, atq; comminans, & reliqua, pedibus suis concalcans. Dissimilis autem erat ceteris bestiis quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Ecce bestiam dicit, & tamen quæ bestia sit, vel cui bestia similis sicut in superioribus, nō dicit. Vide ergo quod genus mōstri in vitis sit, quod modo mysticè describitur cui nulla, in tot bestiarum monstris cōparabilis inuenitur. Scimus autem quia mens quæ in uidia, & impudentia corrupta fuerit, de cetero nulli omnino quæ nec sibi, nec alijs parcat. Nā inuidia quidem tollit homini amorem, & cōpassionem proximi. Impudentia uero, moderatā

Mēs inuidia corrupta, nulli parcat.

Quod per ferium designatur.

Plal. 74.

Decem modis animi impudens obdurefcit.

etiam, & circumspēctionem sui. Et sēpe qui eius modi sunt, multos labores, multos dolores patienter, imō & libenter tolerant, ut alios affligant, & malunt ipsi miseriam sustinere, q̄ alijs non inferre? Vide ergo q̄ sit mirabile, q̄ ue horribile, hominem humanitatis oblitum, hominē exuere, & cor beluinum, imō plus q̄ beluinum induere: Et ecce, inquit, bestia quarta terribilis, at que mirabilis, & fortis nimis. Nunquid nō est fortis, & fortis nimis, quæ ob mala proximis inferenda, tam patiens est ad mala toleranda? Dent autem & ungues ferreos habere dicitur, qui ad omnem crudelitatem effrenatur. Ferrum. n. quod cetera omnia metalla domat, rectè satis crudelitatem designat. Ferreos ergo dentes, & ungues accipit, qui uerbis & operibus in proximos sauit. De alia bestia dictū est, q̄ carnes plurimas comedat. De hac autē dicitur, q̄ omnia comminuat. Quæ ergo omnia comminuit, nō solum aliorum infirma, sed & fortia capit, damnat, annihilat. Omnia itaque per diffamationē lacerat, & quod infamare nō potest, per despectum calcat. Ut autem cetera taceā, in hoc maxime uidetur hęc bestia ceteris dissimilis esse, q̄ in hoc nouissimo statu nescit mēs improba erubescere. Dissimilis erat (inquit) ceteris bestiis quas uiderā ante eā, & habebat cornua decem.

Quomodo mens obduratur per impudentiam uitium, & primo contra Deum. Cap. XVI.

O cruenta belua, quæ & per despectum conculcat quosque inferiores, & rebellionis cornibus oppugnat superiores. Vtinam de huiusmodi cornibus impleatur, quod utiliter minatur qui in psalmo loquitur: *Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabo cornua iusti.* Quæramus ergo diligentius qualia cornua impudentia habeat in quibus repugnet, uel impugnare soleat. Illud autē nouimus, quia cornua a carne excrescūt, & supra carnis sensibilitatem obdurescunt. Decem autem modis (ut mihi uidetur) anima impudens obdurefcit, & illam quam habere decet cordis sensibilitatem amittit. Tribus namq; modis mens obdurefcit erga Deum, tribus apud semetipsum, quatuor autē modis contra proximū. Erga Deū per arrogantiam, per extollentiam, per contumaciam.

Arrogantia est, quā quod diuinitus accepit, sibi ascribit. Extollentia est, quando semetipsum supra id quod accepit, attollit, per arrogantiam in se gloriatur de eo, quod habet, per extollentiam de eo etiam quod non habet. Per arrogantiam, & extollentiam agitur, ut gratia diuina merito subtrahatur, & ad contumaciam obduretur, desertus autem præuicator efficitur. Nunquam autem est spontanea præuicatorio præcepti sine contemptu Dei. Contumacia itaque est, quando Deum & præcipientem despicit, & minantem contemnit. Per arrogantiam impugnatur bonitas Dei, per extollentiam ueritas Dei, per contumaciam potestas Dei. Pro certo scimus, & absque ulla hæsitacione, quia Deus est qui operatur omnia pro bona uoluntate. Ex sola itaque Dei bonitate est, quicquid in nobis boni est, uel esse potest. Qui igitur sibi arrogat unde Deum glorificare debuerat, quid aliud q̄ Dei bonitatem sua gloria spoliat? Qui se attollit supra id quod est, uult falsum credi quod uerum est, & uerum quod falsum est. Qui uerò falsitati innititur, ueritati Dei reniti conuincitur. Ad diuinæ autem potestatis contumeliam maxime spectat, quicquid improba mens per contumaciam præsumit.

Arrogantia quid sit, quid uerè extollentia.

Contumacia quid sit.

Ephes. 1.

Quomodo per impudentiam uitium, mens obdurefcit apud semetipsum. Cap. XVII.

Tribus nihilominus præcipitationis gradibus, solet animus humanus apud semetipsum obdurefcere, mentis obligatione, mentis obdurate, quando assuere eam delectatio, ita insolubiler implicat, ut se a peccati consuetudine explicare etiam cum uelit, non ualeat, cum iam omnino peccare non desistit, inquam eam impunitas sinit. Ecce quia quem arrogantia spoliat, extollentia eneruat, & quem extollentia eneruat, contumacia præcipitat, & quem contumacia ad peccandum præcipitat, peccandi consuetudo postmodum paulatim ligat. Tali animæ, taliterque ligatæ, clamat uox illa propheta: *Solue uincula colli tui captiua filia syon.* Talibus uinculis soluta & libera canere potest cum psalmista: *Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Cordis autem obduratio est quando nullius iam pœnæ timore, nulla uindictæ seueritate a suis excessibus coerceri potest, qui eiusmodi est. Et ut apertius utamur exemplis; sciunt flagitiosi qualem damnationem in suis flagitijs depræhensi sustineant, uel sustinere debeant, & tamen a flagitiorum perpetracione, nec se cohibere ualent. Aliud est desiderium suum cohibere non posse, cum impunitas blanditur, atque aliud est illud etiam cauere non posse, quod sine summo periculo non committitur. In superiori igitur gradu animus insolubiler ligatur ad culpam, in isto uelut insensibiler obduratur ad pœnam. In illo

Obligatio mentis quid sit.

Isa. 52.

Psal. 115. Cordis obduratio quid sit.

Quod aliud sit cohibere, & aliud cauere.

In illo pudor, in isto calcatur & timor. Audi quid de his dicatur, qui in hoc gradu ad pœnā obduratur: *Percussit, inquit, eos, & non doluerunt.* Mentis effrenatio est, quando absque ulla hæsitacione, vel retractacione animus se ad omnē præuacionem exponit, & pudoris chamo, frænoque timoris excussio, præceptis in omnia ruit, & sit de reliquo sicut equus & mulus quibus non est intellectus. In duobus superioribus, animus a suis desiderijs, etiam cum reluctatur, vincitur. In isto autem gradu, penitus non reluctatur, sed quouis tentacionis uento flante, quaquauersum raptatur, secundum quod propheta imprecatur: *Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem uenti.* Sicut autem in tribus primis, Deum impugnat, sic in tribus sequentibus, Deo repugnat. Nam obligatione, obdurate, effrenatione sui, mens male munita, fortiter resistit, ne uilius diuini timoris impulsus facile eam humiliare possit.

Jerem. 9. Mentis effrenatio quid sit.

Plal. 31.

Plal. 82.

Quomodo per impudentiam uitium, mens obdurefcit erga proximum. Cap. XVIII.

Quatuor adhuc restant de cornibus prædictis, cornu abiectiois, cornu obiectionis, cornu deiectionis, cornu subiectionis. His quatuor gradibus mens improba obduratur aduersus proximum suum, & quod peius est, aduersus eos quibus debet humilem famulatum. Nam sicut in ferreis uingibus conculcat inferiores, sic quatuor his rebellionis cornibus, armatur contra superiores. Impudens siquidē anima, quæ iugum timoris semel excussit, improba iam temeritate cōtra magisteriū suum insurgit. Cornu itaque abiectiois rebellat, quando iam dedignatur obedire, cornu obiectionis, quando prælatorum suorum conatibus conatur semper & ubique fortiter resistere, cornu deiectionis, quando prælatos suos nititur deicere, cornu subiectionis, quando iam nititur etiam sibi subijcere. Ecce quomodo malū grassatur, ecce quibus gradibus praua anima, ad summā impudentiam obduratur, ecce qualiter homo, in id usque producit, ut nec Deū timeat, nec hominem vereatur.

Isa. 19.

Dan. 7.

Quomodo mens cum in profundum malorum uenerit sēpe etiam in desperationem cadit. Cap. XIX.

Sed deprauata anima sēpe, cum in profundum malorum uenerit, post omnia mala, spem etiam respicendi amittit, & in desperationem cadit. Hoc est illud cornu nouissimū, desperationis uidelicet malum, cornu in quā, & per diffidentiam paruulum, & præ ceteris, per diffidentiam pertinaciam durum: *Considerabam, inquit, cornua, & ecce cornu aliud paruulum erat de medio eorum, & tria de cornibus prædictis erant de medio eorum.* Richardi S. Victoris. Pars I.

mis emissa sunt a facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia. Hoc cornu de medio aliorum oritur, quia cordis obligatione, cordis obdurate, & effrenatione ad desperationem mens maxime præcipitatur. Cum enim ex his tribus cœperit homo sui potestatem amittere, incipit, & pariter paulatim de salute desperare. Malum autem desperationis, animus, non tam tumidum, quā tumidum reddit, & in eo ipso contumacia cornu deijcit. Malum desperationis animū solet, non tam atollere, quā deijcere, & idcirco extollentia cornu, non potest ante faciem eius subsistere. Malum desperationis animus facit suis uiribus magis derogantem, quia plus semper cogit timere, quā oportet, unde est, quod arrogantia cornu, ante eius præsentiam subsistere non ualet. Anima de sua semel salute desperata, & a gratia diuina penitus destituta, cum sentit se inueteratæ consuetudini nō posse resistere, & a sua se prauitate, non posse cohibere, solet sēpe seipsam excusabilem ostendere, & culpam suam in creatorem refundere. Et hoc est, desperationis cornu, oculos quasi hominis, & os loquens ingentia habere. Solus homo, inter cetera animantia, ratione pollet, & prudentia callet. Cum igitur, post desperationis malum, cœperit quisque ad excusacionis suæ argumentum, quasi rationabiles causas, astute texere, argute prætere, uidetur oculos quasi hois habere. Oportet (inquiunt) esse, quomodo prædestinatum est, quis Dei uoluntati quis eius ordinationi resistere potest? Quales uero uoluit, tales nos fecit. Omnia enim quæcunque uoluit fecit in celo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Quid ergo nos possumus, quid nos sumus? Nunquid merita nostra nobis creare possumus? Non est utique uolentis neque currentis sed miseretis Dei. Cur ergo non miseretur? Cur in nobis, quod sibi placet non operatur, qui operatur omnia in omnibus prout uult? Os loquens ingentia, & tam uelana, quā inania. Ut te excuses, Deum accusas, ut te iustifices, Deum blasphemias. Nonne hoc esse uidetur, quod in sequentibus legitur, & sermone contra altissimum loquetur. Ecce, quibus gradibus, ad ima descenditur. Ecce unde, quo, quomodo, peruenitur de nimia animi leuitate, ad impudentem animi effrenationem, de multa cordis præsumptione ad ultimam desperationem.

Malū desperationis potius tumidum, quā tumidum cor reddit.

Et alia plura efficit.

Plal. 134.

Rom. 9.

Eph. 1.

Adiuimus quomodo mens de malo semper in peius corruens in profundum tantum malorum deducitur. Audiamus quomodo, uel unde, eadem ipsa quandoque, post multa, & ultima mala ad rectitudinis integritate reformatur. Si enim præcedentia, & subsequentia huius uisionis rectè censemus, puto quia in hac mystica descriptione recognoscimus, quod in Apostolo legimus. Quoniam ubi abundauit



dauit iniquitas, superabundauit & gratia. Ex hoc scripturæ loco facile auertere est, quod nulla nostra malitia, diuina misericordiam vincere potest. Quid enim est quod post succedentes sibi bestias, posito trono, antiquus dierum fedit, nisi quod post multa, sæpe vitiorum detrimenta, ille qui est ante omnia tempora, æternus, per visitantem gratiam, cor lubricum in firma propositi stabilitate figit, & sibi mansionem constituit? Et quid est quod bestiarum potestas auferitur, nisi, quod per visitantem gratiam (victorum tyrannide sopita) regnum peccati destruitur?

# RICHARDI S. VICTORIS,

## De præparatione animi ad contemplationem.

### LIBER DICTVS BENIAMIN MINOR.

#### De studio sapientie, & eius commendatione. Cap. I.

Psal. 67.

**B**eniamin adolescentulus in mentis excessu. Audiant adolescentuli, sermonem de adolescente, cuius gentem ad vocem prophetae Benjamin adolescentulus, in mentis excessu. Quis sit Benjamin iste, multi nouerunt, alij per scientiam alij, per experientiam. Qui per doctrinam nouerunt, audiunt patienter, qui per experientiam didicerunt, audiunt libenter. Qui enim eum, experientiam magisterio semel nosse potuit (sidenter loquor), sermo de eo (quamuis prolixus) illum satiare non poterit. Sed quis de eo dignè loqui, sufficiat? Est enim speciosus forma, præ omnibus filiis Iacob, & qualem Rachel generare dequit. Nam Lia quidem quamuis plures, pulchriores tamè liberos habere non potuit. Duas namque (vt legitis) vxores Iacob habuisse cognoscitur. Vna Lia, altera Rachel dicebatur. Lia fecundior, Rachel formosior. Lia facunda, sed lippa. Rachel fere sterilis, sed forma singularis. Sed iam, quæ sint istæ duæ vxores Iacob, videamus, vt qui sint earum filij facilius intelligamus. Rachel, doctrina veritatis, Lia disciplina virtutis. Rachel, studium sapientie, Lia desiderium iustitie. Sed scimus Iacob, septem annis pro Rachel seruasse, & tamen videbantur ei dies pauci, præ amoris magnitudine. Quid miraris? Secundum magnitudinem pulchritudinis, erat magnitudo dilectionis. Certè si in laudem sapientie aliquid retineo, minus erit quantumcumque dixerò. Quid enim sapientia, ardèntius diligitur, dulcius possidetur? Eius decor

**A** omnem superat pulchritudinem, eius dulcor, omnem excedit suauitatem. Est enim (vt ait quidam) speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionem: *Luci comparata, inuenitur prior.* Illi enim succedit nox, sapientiam; autem non vincit malitia. *Attingit ergo a sine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Etiam amauit, inquit, & exquisitum a iuuentute mea, & quasi sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum forme illius.* Quid ergo mirum, si Iacob in huiusmodi sponsa amore flagrabat, si talis ignis, si tanta dilectionis flammæ temperare non poterat? O quantum amabat, o qualiter in eius amore flagrabat, qui dixit: *Super salutem, & omnem pulchritudinem dilexi sapientiam.* Nihil enim, hac (vt diximus) sapientia, ardentius diligitur, nil dulcius possidetur. Hinc est enim, quod sapientes, omnes esse volunt, pauci tamen admodum sapientes esse possunt.

#### De desiderio iustitie, & eius proprietate. Cap. II.

**N**unquid de iustitia similiter dicimus. Nunquid aquè, iusti omnes esse volumus, sed iusti fortè esse non possumus. Imò omnes vtique, iusti esse potuissent, si esse iusti, perfectè voluissent. Iustitiam enim perfectè diligere, est iam iustum esse. Sapientiam, & multum amare potes, & ipsa carere potes. Omnino, & absque dubio, quanto amplius iustitiam dilexeris, tanto iustior eris. Sed videamus nunc, quæ sint iustitia vera iustitia, & inueniemus cur homines tantum derestantur connubia Lia. Quare enim namque est, cur fere omnes coniugia Liae tantopere abhorreant, qui in amplexu Rachel tantum suspirant? Perfecta iustitia, iubet inimicos diligere, parentes, propria quæque relinquere, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam vbique declinare. Sed ab huius mundi amatoribus, quid stultius, quid laboriosius esse reputatur? Hinc est, quod ab eis Lia, & lippa creditur, & laboriosa vocatur. Lia nãque laboriosa, interpretatur. Magnus nãque labor, sed non minor error videtur eis esse, in tribulatione gaudere, prospera mundi, quasi pestem fugere. Sed quia copiam mundi, ad necessitatem non respuit, & ad voluptatem nõ admittit, Lia lippam, non cæcam vocant, quam in rerum iudicio errare putant. Si igitur per Liam desiderium iustitie, per Rachel vero studium sapientie intelligitur, patet ratio, quare vel Lia, ab omnibus fere contemnitur, vel Rachel tantum diligitur.

#### De gemino totius boni fonte, ratione videlicet, & affectione. Cap. III.

**S**ed liber adhuc, de his duabus vxoribus Iacob, diligentius inquirere, & quicquid inde animus suggerit, manifestius aperire. Omni spiritui rationali, gemina quædam vis data est ab illo

**D**e ratione et affectione, earum que officijs, ministerijs, & effectibus. illo patre luminum, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Vna est ratio, altera est affectio, ratio, qua discernamus, affectio, qua diligamus. Ratio, ad veritatem, affectio, ad virtutem. Hæ sunt sorores illæ duæ a domino desponsatæ: Oolla, & Ooliba, Hierusalem, & Samaria. Hæ sunt, spiritus rationalis, geminæ vxores, ex quibus oritur generosa proles, & regni cælestis hæredes. Ex ratione oriuntur, consilia recta, ex affectione, desideria sancta. Ex illa, spiritualis sensus, ex ista, ordinati affectus. Ex ista denique, omnis virtus, & ab illa vero, veritas omnis. Sciendum itaque est, quod affectio, tunc veraciter incipit Lia esse, quando fatagit seipsam ad normam iustitie componere. Et ratio Rachel esse indubitanter asseritur, quando illius summæ, & veræ sapientie luce illustratur. Sed quis ignorat, quam sit illud laboriosum, quam sit istud incundum? Vtique, non sine labore magno, animi affectio, & ab illicitis, ad licita restringitur, & rectè talis vxor Lia, (hoc est laboriosa) vocatur. Quid vero dulcius, quidve incundius potest esse, quam oculum mentis, ad summæ sapientie contemplationem, erigere? Ad hanc itaque contemplationem, cum ratio dilatatur, merito Rachelis nomine honoratur. Rachel, videns principium, vel ovis interpretatur. Vt ergo, tali nomine digna sit, impleat quod scriptum inuenit. Sedit de Dño in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Vtiq, qui de Dño sedit in bonitate, iam illi, qui est principium omnium, fidei oculo certat. Sed & ovis veraciter est, si in simplicitate quærit. Vides ne quemadmodum nõ quælibet, sed summa sapientia simpliciter quæsit facit esse Rachel. Iam (vt arbitror) non miraris, quod Rachel tantam diligitur, cum eius etiam pedissequa (sapientia mundi loquor quæ in dominæ suæ comparatione, stultitia reputatur) tanto vt certimus amore, a mundi philosophis requiratur.

Rachel, ad signifi- cet. Sap. I.

#### Quomodo per studium sapientie animus latenter sepe inducitur ad exercitia iustitie. Cap. IIII.

**Q**uemadmodum autè Lia supponitur, dū Rachel speratur, facile recognoscunt, quod hoc quæ sæpe contingat, non tã audiendo, quæ experiedo didicerunt. Sæpe contingit, vt animus antequam cõuersationis sordibus minus mudatus, & ad cælestium contemplationem, nõdum idoneus, dū se in cubiculo Rachel collocat, dū se in ei amplexus, totum parat, dū illa iam sese tenere putat, subito, & inopinatè inter amplexus Lia se esse deprehendat. Quid n. scripturam sacrã, nisi Rachel cubiculum dicimus, in qua sapiam diuinã, sub de ceteri allegoriarum velamine latitare non dubitamus? In tali cubiculo, Rachel toties quæritur, quoties in lectione sacra spiritualis intelligentia indagat. Sed quid adhuc ad sublimia penetranda minimè sufficim?, diu cupit, diligenter quæritur Racheli S. Victoris. Pars I.

**A**chel nõdum inuenimus. Incipimus ergo gemere, suspirare, nostram cæcitatè, nõ solùm plãgere, sed & erubescere. Dolèntibus ergo nobis, & quærentibus vñ hanc cæcitatè meruimus, occurrunt mala, quæ fecimus. Quinimmo ipsa diuina lectio nobis nolèntibus, & aliud quiddam in ea molèntibus, scditatè nostrã, frequenter ingerit, & corda nostra, in eius cõsideratione cõpugit. Quoties ergo in diuina lectione, pro contèplatione, cõpunctionem reperimus in cubiculo Rachel, non ipsam, sed Liam, nos inuenisse nõ dubitemus. Nã sicut Rachelis est meditari, contèplari, discernere, intelligere: sic, pfecto, pertinet ad Lia, flere, gemere, dolere, suspirare. Nã Lia (vt dictum est), affectio est, diuina inspiratione inflãmata. Rachel est ratio, diuina reuelatione, illuminata. Lia, affectio ad normam iustitie seipsam cõponens. Rachel ratio, se in cælestis sapientie contemplationem, attollens. Sed de his hæctenus, Nunc de earum ancillis videamus.

#### Quomodo imaginatio, subseruiat rationi, sensualitatis, affectioni. Cap. V.

**A**ncepit ergo vtraque illarum, ancilla suam. Affectio, sensualitatis: ratio, imaginatio nã. Obsequit sensualitas affectioni, imaginatio famulatur rationi. In tantum vnaquæque ancilla dominæ suæ necessaria esse cognoscitur, vt sine illis totus mundus nil eis posse cõferre videret. Nam sine imaginatione, ratio nihil sciret, sine sensualitate, affectio nil saperet. Vt quid n. Lia circa labèntium rerum amorè tã vehemèter afficit, nisi, quia in eis, per ancillæ suæ (hoc est sensualitatis) obsequium, multiformiter delectatur. Itè, cū scriptum sit, *Quia inuisibilia Dei, a creatura mundi* per ea, quæ facta sũt, intellecta, cõspiciuntur, inde manifestè colligitur, quia ad inuisibilitium cognitionem, nunquã ratio assurgeret, nisi ei ancilla sua, imaginatio videlicet, rerum visibilibus formam representaret. Per rerum enim visibilibus speciem, surgit ad rerum inuisibilitium cognitionem, quod ex his, ad illam quandam trahit similitudinem. Sed constat, quia sine imaginatione corporalia nesciret, sine quorum cognitione ad cælestium contemplationem non ascenderet. Visibilia enim solus intuetur sensus carnis, inuisibilia vero solus oculus uidet cordis. Est ergo sensus carnis totus extrinsecus, sensus vero cordis totus intrinsecus. Ratio foras exire non potest, sensus corporeus ad illam intrare non ualet. Non enim decebat filiam delicatam, & teneram, & singulariter formosam, foris per plateas discurrere, sed nec seruum conueniebat dñæ suæ penetralia secretiora, in irre-renter irruptere. Discurret ergo imaginatio (ut pote ancilla) inter dñam, & seruum: inter rationem, & sensum, & quicquid extrinsecus haurit per sensum carnis, intus representat ad obsequium rationis. Sæpe ergo imaginatio rationi afficit, nec ad momentum quidè ab eius famulatu se subtrahit.

De sensu carnis, & sensu cordis.

Nora.

De sensualitate, & imaginatione.

subtrahit. Nam sensu etiam deficiente, ipsa mi-  
nistrare non desinit. Nam in tenebris positus,  
nihil uideo, sed qualibet illic imaginari pos-  
sum, si uolo. Sic semper, & in omnibus, imagi-  
natio praesto est, & eius obsequio, ubique ratio  
ui potest. Sed & sensualitas nihilominus sata-  
git, & sollicita est, circa frequens ministerium,  
& ipsa utique semper, & ubique ad dominae suae  
Lia parata obsequium. Hac est, quae illi solet,  
carnalium delectationum, cibos condire, & ap-  
ponere, & ad earum usum, ante horam inuitare,  
& ultra mensuram pronocare. Quae enim alia  
est, quam sensualitas, quae animi affectionem,  
carnalium uoluptatum desiderio inflammat,  
& earum delectatione inebriat. Hac est, quae la-  
boriosam illam dominam suam egredientem,  
praecedat, & huc, illucque circumducit. Nam  
quia Lia, sippa est, & parum uidet, illius manu  
ductionem sequi, eam non pudet. Hinc est, quod  
Lia, (animi uidelicet affectio,) nunc contentem  
da, diligit, nunc diligenda, contemnit: quia, dum  
eius oculus, in rerum iudicio caligat, carnis ap-  
petitum sequi non erubescit. Haec sunt duarum  
uxorum Iacob, ancilla duae, quas scriptura no-  
minat Zephiam, & Balam. Balam, Rachelis, &  
Zephiam, Liae.

De uitio imaginationis, & sensualitatis. Cap. V I.

Quid Ba-  
la, quod  
Zelpha si-  
gnificet.

Vidimus de earum obsequio, sed, nec de  
earum uitio, silendum puto. Est enim Ba-  
la, garula, Zelpha, temulenta. Bala namque lo-  
quacitatem, nec ipsa eius domina Rachel, con-  
pescere potest, sed & Zelphae quidem sitim, do-  
minae suae copia tanta, omnino extinguere non  
potest. Vinum quod Zelpha sirit, gaudium est  
uoluptatis. De quo quanto plus bibit, tanto am-  
plius sirit, nam ad satiandum sensualitatis ap-  
petitum, totus mundus non sufficit. Quia ergo  
quantumcumque bibat, semper ad bibendum  
inhiat, recte Zelpha, hoc est os inhians uocatur,  
sitis cuius nunquam extinguitur. Imaginatio  
autem, cum tanta importunitate in auribus cor-  
dis perstrepat, quatenus eius clamorem (ut dixi-  
mus) ipsa Rachel uix, uel omnino cohibere non  
possit. Hinc est, quod saepe deum psallimus, uel ora-  
mus, phantasias cogitationum, uel quaslibet ima-  
gines rerum ab oculis cordis, amouere uolu-  
mus, nec ualemus. Quoniam ergo huiusmodi  
perstreptentium cogitationum, tumultus quoti-  
die etiam in uiti patimur, qualis, uel quanta sit  
Bala garrulitas, quotidiano experimento doce-  
mur. Quaeque etenim uisa, uel audita quando-  
que, quae ipsi gessimus, uel diximus ad memo-  
riam reuocat, & quae ipsa iam enarrando expli-  
cauerit, eadem iterum, atque iterum replicare  
non cessat. Et saepe cum nulla uoluntas cordis  
ei audiendi assensum praebet, ipsa nihilominus  
(quamuis nullo quasi audiente) narrationem  
suam explicat. Sic utique decrepiti senes, uel  
inueterata anus, solent qualibet absque omni

Vn cause  
tur distri-  
ctiones.

De seni-  
bus, & ue-  
tulis.

Auditorum referre, & quasi aliquibus praesenti-  
bus cum eis sermonem conferre. Vnde non im-  
merito Bala (hoc est inueterata) dicitur, quae in-  
ueteratorum morem imitatur. Sed de garruli-  
tate Bala, & temulentia Zelphae quis nesciat,  
nisi forte qui seipsum ignorat?

Qui sunt affectus principales, & quo ordine, uel  
modo redigantur in uirtutes. Cap. V II.

Nunc de earum filijs, & prius de filijs Liae  
dicendum uidetur, nam & ipsa prior pe-  
perisse legitur. Filij Iacob ex Lia (ut diximus)  
nihil aliud sunt, quam ordinati affectus. Qui  
quidem si inordinati sunt, eius utique filij dici  
non possunt. Septenaria itaque Liae proles, se-  
ptem sunt uirtutes. Siquidem nihil aliud est uir-  
tus, quam animi affectus ordinatus, & modera-  
tus. Ordinatus quidem, quando ad illud est, ad  
quod esse debet. Moderatus, quando ratiis est,  
quantus esse debet. Principales ergo affectus,  
septem sunt, qui ab una animi affectione alter-  
natim surgunt. Spes uidelicet, & timor, gau-  
dium, & dolor: odium, amor, & pudor. Isti om-  
nes possunt esse ordinati, modo inordinati, sed  
cum fuerint ordinati, tunc tantum inter Iacob  
filios deputandi. Si non esset timor inordina-  
tus, sermo diuinus minimè dixisset: *Illic trepida-  
uerunt timore, ubi non erat timor*. Item si non esset  
timor ordinatus, scriptum non esset: *Timor do-  
mini sanctus permanet in seculum seculi*. Item si  
non esset amor modo ordinatus, modo inordi-  
natus, scriptura sacra nec hunc praecipere, nec  
illum prohiberet. *Diliges, inquit, Deum tuum ex  
toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota uir-  
tute tua, & proximum tuum sicut teipsum*. Et ali-  
bi: *Nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo  
sunt*. Similiter debemus & de alijs affectibus in-  
telligere, aliquando ordinatos, & idcirco bo-  
nos, aliquando inordinatos, & idcirco malos  
esse. De bonis autem quos & Iacob filios esse  
diximus, nunc quo ordine generetur uideamus.

Septē p-  
les Liae,  
qd signi-  
ficent.

Psal. 13.

Psal. 18.

Deut. 6.

1. Io. 2.

Quomodo, uel unde oriatur ordinatus timor.  
Cap. V III.

Scriptum est: *Initium sapientiae timor domini*.  
Haec ergo est prima uirtutum proles, sine qua  
ceteras habere non potes. Qui talem filium ha-  
bere desiderat, mala quae fecit, non solum frequen-  
ter, sed & diligenter attendat, hinc magnitudi-  
nem sui sceleris, illinc potentiam iudicantis. Ex  
tali consideratione timor nascitur, si filius ille  
qui iure Ruben, hoc est filius uisionis uocatur.  
Quodummodo etenim caecus est, & minimè ui-  
det, qui peccare non timet, qui futura mala non  
prauidet, qui non erubescit prauitatem suam, qui  
non expauescit potestatem diuinam. Sed si inci-  
piat ista uidere, incipiet pariter et timere, & quo  
perfectius cognouerit, tanto uehementius timebit.  
Vides (ut arbitror) quae iuste Ruben uocetur, qui  
ex tali

Psal. 110.

Ecccl. 1.  
Prima  
uirtutum  
proles ti-  
mor.

Ruben  
qd signi-  
ficet.

ex tali uisione generatur. Rectè eo nato, mater  
eius exclamat: *Vidit Deus humilitatem meam*, eo  
quod tunc ueraciter incipiat uidere, & uideri  
Deum cognoscere, & a Deo cognosci, uidere  
Deum per intuitum formidinis, uideri a Deo  
per respectum pietatis.

Quomodo oriatur, uel ordinetur dolor. Cap. IX.

Primo filio nato, & paulatim crescente, se-  
cundus nascitur, quia magnum timorem  
neceesse est, ut dolor sequatur. Quanto enim  
quis uehementius meruit poenam, quam me-  
ruit, tanto acerbius, plangit culpam quam fecit.  
Sed sciendum, quia quacumque hora pecca-  
tor conuersus fuerit, & ingenuerit saluus erit,  
secundum illud. *Cor contritum, & humiliatum  
Deus non despicies*. Quid tibi uidetur? Nonne  
merito talis filius Symeon, id est exauditio uo-  
catur. Qui ei uere poenitet, qui ueraciter dolet,  
absque dubio, & absque mora indulgentiam  
accipiet. Oratio quae ex corde contrito, & hu-  
miliato profertur, citius exauditur. Humiliato  
per timorem, contrito per dolorem. Per Ruben  
humiliatur, per Symeonem conteritur, & in fle-  
tu compungitur. *Sed boati qui lugent, quoniam ip-  
si consolabuntur*.

Psal. 50.

Math. 5.

Quomodo oriatur, uel ordinetur. Cap. X.

Sed quae quae solatio potest esse poeni-  
tentibus uere, & lugentibus amare, nisi una  
spes uenia? Hic est ille tertius filiorum Iacob,  
qui idcirco Laui, hoc est additus, uel additio  
uocatur, quia duobus illis prioribus prius datis  
hic superadditur. Non datum, sed additum ser-  
mo diuinus hunc filium nominat, non ante timo-  
rem, & condignum poenitentiae dolorem  
quis de spe ueniae praesumat. Qui enim post  
perpetrata scelera sine satisfactione sibi de im-  
punitate blanditur, non tam spe cognitur, quam  
praesumptione eliditur. Ex tali itaque nomine  
uoluit nos scriptura diuina certos efficere hunc  
nos uidelicet filium, nec ante duos illos prio-  
res posse habere, nec post illos praecedentes  
hunc tertium posse deesse. Verè ei & absque du-  
bio quanto quis frequentius, quantoque uehe-  
mentius de suo reatu interno dolore afficitur,  
tanto certior, tanto securior per indulgentiae  
uenia efficitur. *Secundum multitudinem, inquit,  
dolorum meorum in corde meo consolationes tuae la-  
uificauerat anima mea*. Hinc namque est quod  
Spiritus sanctus Paraclitus hoc est consolator  
dicitur, quia animam poenitentiae lacrymis affi-  
ctam, tam frequenter quam libenter conso-  
latur. Illam namque frequenter uisitat, illam  
libenter confortat, & ad ueniae fiduciam plene  
reformat, quam sua scelera flendo damnare, &  
damnando flere considerat.

Signum  
ueniae  
peccato-  
rum.

Psal. 93.

Quomodo oriatur, uel ordinetur amor. Cap. XI.

Incipit extunc quaedam familiaritas inter  
Deum & animam fieri, & amicitia confae-  
derari, eo quod haec se sentiat ab illo sepius ui-  
sitari, & ex eius aduentu non tantum iam con-  
solari, imo aliquoties quodam ineffabili gau-  
dio repleti. Hanc amicitiae confederationem  
(nisi fallor) Lia praesenserat, quando iam nato  
Leui cum magna exultatione proclamabat.  
*Nunc copulabitur mihi uir meus*. Verus animae  
sponsus Deus est. Quem tunc ueraciter nobis  
copulamus, quando ei per uerum amorem in-  
haeremus. Immo uero tunc sibi nos ille conne-  
dit quando nos quibusdam interius commercijs  
ad suum amorem accendit, & arctius astringit.  
Quod est enim cor tam durum & tam ferreum,  
quod diuina pietas sua praesentia non emolliat,  
& sua dulcedine non alluciat? Vnde fit ut quem  
prius consueuerat multum formidare, incipiat  
postmodum ardenter amare. Vides iam (ut ar-  
bitror) quod quemadmodum post crescentem  
quotidie timorem, necessario subortus est dolo-  
r, sic utique post spem natam, & per quotidia-  
na incrementa proficientem, nascitur amor.  
Hic itaque est illa filiorum Iacob, qui quarto  
loco nascitur, & Iudas (id est confitens) in scri-  
ptura nominatur. Cuius nominis si rationem  
querimus, citius inueniemus. Scimus namque  
quia quisque quod approbat, hoc amat, & quo  
plus amat, tanto amplius approbat. Et quid  
est approbare, nisi laudare. Illa, illa utique est  
uera laudatio, illa est pura confessio, quae ex ca-  
sta dilectione surgit, quae ex laudis admiratio-  
ne procedit. Vultis nosse apertius quae sit uox,  
exultationis, & confessionis quam nouit Iudas  
solus, uel ceteris omnibus excellentius?

Gen. 29.

Iudas co-  
fitens.  
Quod ap-  
probat quod  
amat, hoc  
amat.

Vera lau-  
datio &  
pura con-  
fessio.

Quid sit proprium amoris. Cap. XII.

Attende nunc animum aliquem nimium  
amantem, & nimio amore feruentem.  
Attende quid sentiat, quid secum loquatur de  
eo quem multum amat, quem ualde miratur.  
Quid ergo dicit? Quid secum tacitus loquitur?  
O (inquit) quam bonus, quam benignus, o  
quam suavis, quam dulcis, o quam amandus,  
quantum amplectendus, quam totus admira-  
bilis, quam totus desiderabilis. O beatum quem  
amat, o felicem, quem suo amore dignum iudi-  
cat, Me felicem si eo frui liceat, me beatum si  
eum possidere contingat. Haec (nisi fallor) est il-  
la uox exultationis, & confessionis qui semper  
ex ore Iudae resonat in auribus diuinae pietatis.  
Quid tu dicis Lia? Quid tu proclamas pro Iu-  
da? Quid tu reddis Domino? Quid retribu-  
is pro tali puero? Nunc (inquit) confitebor Domi-  
no. *Confitebor, inquit, Domino nimis in ore meo*.  
Verè utique & absque dubio non solum fre-  
quenter, sed etiam indefinenter Domino con-  
fitebis, si tamen perfecte diligis. *Benedicam, in-  
quit,*

Psal. 108.

Psal. 33.



quit, Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Semper quidem laudas, si semper amas, & semper desideras. Nam non amares, si non approbares. Quid est enim (ut dictum est) approbare, nisi laudare? Et ipsa laudatio, ipsa est confessio. Nec putes quod sufficiat Iudæ cõfiteri tantum corde, nisi etiam confiteatur & ore. Cupit enim Iudas & alijs commendare, & ad eius amorem accendere, quem omnium amore dignum iudicat, & ab omnibus amari desiderat. Hæc omnia dicta sunt de confessione laudis. Sed quid dicemus de confessione criminis. An forte Iudas istam ignorat, quàmuis illam tam excellenter agnoscat? Ego nõ sic existimo, quia & hanc, & illam ad honorem Dei multum pertinere cognosco: Et scio quia qui ueraciter diligit, libenter facit quicquid honori Dei militare cognouerit. Multum commendat bonitatem Dei non solum largitas sua, sed etiam iniquitas nostra. Si enim magnum est nil promerentibus gratis impendere multa, quale, quantum uerit tribuere bona promerentibus mala? O qualis pietas, quam nulla nostra superare potest impietas. Alia sunt quæ miser corditer ignoscit, alia quæ affluenter tribuit. Ignoscit mala nostra, largitur bona sua. Semper præsto ad ignoscendum, semper paratus; ad largiendum. Hic pius, illic largus, utrobique benignus, ubique bonus. Confiteamur ergo illi mala nostra, confiteamur illi bona nostra. Confiteamur a nobis esse mala nostra, ut pie ignoscat, confiteamur ab ipso esse bona nostra, ut conferuet, & augeat. Hæc Iudas incessanter adit, ne ingratus appareat, uel de indulta uenia, uel de concessa gratia. Rectè ergo (ut arbitror) hic filius Iudas (idest constans) uocatur, quia uerus amor semper confitetur. Denique cum scriptum sit: Quia Deus ueritas est, Deum non amare conuincitur quisquis ueritatem cõfiteri erubescit: Iustus (inquit scriptura) in initio accusator est sui. Habet ergo quid agat, qui se credit, uel cupit esse amatorem Dei, nisi forte putet aliud esse amare Deum, quàm amare iustitiam Dei. Ecce iam habemus de quattuor primis filijs Liæ. Primus est timor pœnæ, secundus dolor pœnitentiæ, tertius spes ueniæ, quartus amor iustitiæ, & post hæc desinit parere. Sufficere enim sibi posse existimat, cum se uera bona ueraciter amare considerat.

De cõfessione criminis.

Commen dat bonitatem Dei largitas sua, & iniquitas nostra.

Prou. 18.

Quomodo per inuisibilem amorem mens investigetur ad inuisibilem inuestigationem. Cap. XII.

Sed quid putas in corde Rachel agitur, quibus putas desideriorum estibus agitur, cū uideat Liam, sororem suam matrem filiorum legitantem, se autem sterilem permanentem? Audiamus quid dicat, & intelligamus quid doleat. Quid ergo dicit Iacob uiro suo. Da mihi, inquit, liberos, alioquin moriar. Absque dubio stua

Gen. 29.

dium sapientiæ si non proficit, citius deficit. Sed quæramus diligenter, quidnam esse possit, quod nato Iuda, Rachel ad amorem prolis solito amplius inardescit. Diximus superius, quia sicut ad Liam, id est animi affectionem pertinet diligere, sic Rachelis, id est rationis, est cognoscere. Ex illa namque oritur quilibet affectus ordinatus, ex ista sensus seu intellectus purus. Sed quid aliud per Iudam intelligimus, nisi amorem ordinatum, amorem celestium, amorem Dei, amorè summi boni. Nato itaque Iuda, id est, bonorum inuisibilium desiderio, exurgente, atque feruente, incipit Rachel amore prolis astuare, quia incipit uelle cognoscere. Vbi amor, ibi oculus. Libenter aspiciamus, quem multum diligimus. Nulli dubium quia qui potuit bona inuisibilia diligere, quin uelit statim cognoscere, & per intelligentiam uidere, & quanto plus crescit Iudas (affectus uidelicet diligendi) tanto amplius in Rachel feruet desiderium pariendi, hoc est studium cognoscendi.

Vbi amor ibi oculus.

Que sit prima uia omni ingredienti ad inuisibilem contemplationem, uidelicet per imaginationem. Cap. XIII.

Sed quis nesciat, quàm sit difficile, imo quàm pœnæ impossibile, mentem carnalè, & adhuc in studijs spiritualibus rudem, ad inuisibilem intelligentiam assurgere, & in illis contemplationis oculum figere. Nulla quippe nouit adhuc, nisi corporalia, nil aliud adhuc cogitanti occurrit nisi quæ cogitare consuevit sola uisibilia. Quarit inuisibilia uidere, & nil occurrit nisi formæ rerum uisibilium, desiderat intueri incorporea, & nil somniat nisi imagines rerum corporalium. Quid igitur faciat, quid agat? Nonne melius est qualicumque modo illa cogitare, quàm obliuioni, uel negligentia tradere? Immo si bene amat mens, ea non facile obliuiscitur, multo tamen difficilius ad eorum contemplationem subleuatur. Facit tamen quod potest, intuetur ea quomodo potest. Cogitat per imaginationem, quia necdum uidere ualet per intelligentiæ puritatem. Hæc (ut arbitror) est causa, cur Rachel prius liberos habeat de ancilla, quàm generet de seipsa, quia dulce est ei saltem imaginando eorum memoriam retinere, quorum intelligentiam nondum ualet ratiocinando apprehendere. Sicut enim per Rachel rationem, sic per eius ancillam intelligimus imaginationem. Suad et ergo ratio, commodius esse qualicumque modo uera bona cogitare, & imaginaria quadam saltem pulchritudine ad eorum desiderium animum accendere, quàm in falsis & deceptorijs bonis cogitationem figere, & hæc est ratio cur Rachel uoluerit ancillam suam uiro suo tradere. Hanc esse primam uiam omni ingredienti ad inuisibilem contemplationem nemo ignorat,

De difficultate cõtemplandi.

Cur Rachel prius liberos habeat de ancilla.

ignorat nisi forte, quem ad hanc scientiam nec dum experientia informat.

Quomodo infirmorum speculationi diuina scriptura alludant. Cap. XV.

Sed nec hoc prætereundum, quomodo scriptura diuina huic speculationi alludant, & humanæ infirmitati cõdescendant. Res enim inuisibiles, per rerum uisibilium formas describunt, & earum memoriam per quarundam cõcupiscibilem speculationem pulchritudinem metibus nostris imprimunt. Hinc est quod nunc terram lacte, & melle manantem promittunt, nunc flores, nunc odores nominant, nunc per cantus hominum, nunc per concentus animum, celestium gaudiorum harmoniam designant. Legite Apocalypsim Ioannis, & inuenietis celestis Hierusalem ornatum per aurum, & argentum, per margaritas, uel alias quaslibet gemas preciosas multipliciter descriptum. Et scimus quidè quia horum omnium nihil ibi est, ubi tamen nihil omnino deesse potest. Talium namque nihil ibi est per speciem, ubi tamen eorum est per similitudinem. In his omnibus habet Bala vnde Domina suæ utiliter deseruiat, quãdoquidem ei horum omnium memoriam ubi, & quando uoluerit pro uoto representat. Hæc enim statim cum uoluerimus imaginari possumus. Nunquàm imaginatio ratio nisi utilior esse poterit, quàm cum ei in tali obsequio deseruit.

Quod imaginatio alia sit bestialis, alia rationalis. Cap. XVI.

Sed ut de Bala filijs quæ dicenda sunt profequamur, sciendum est, quod imaginatio alia bestialis, alia rationalis. Bestialis autem inter filios Iacob annumerari non debet, nec talem aliquando Rachel adoptiuum sibi filium facere uolet. Bestialis itaque imaginatio est, quando per ea quæ paulo ante uidimus, uel fecimus, sine ulla utilitate, absque omni deliberatione huc illucque vaga mente discurremus. Hæc utique bestialis est, nam & hoc bestia facere potest. Rationalis autem est illa, quando ex his quæ per sensum corporeum nouimus, aliquid imaginabiliter fingimus. Verbi gratia. Aurum uidimus, domum uidimus, auream autem domum, nunquàm uidimus. Auream tamen domum imaginari possumus si uolumus. Hoc utique bestia facere non potest, solummodo rationali creaturæ hoc possibile. Huiusmodi imaginatione sæpè utimur, cum quæ sint futuræ uitæ bona, uel mala diligentius rimamur. Nusquam hic sola bona, nusquam hic sola mala, sed permixta simul & bona & mala. Et quàmuis in utroque genere sint multa, nunquàm tamen inueniuntur sola. Ibi inueniri possunt, & bona sine admixtione malorum, & mala nihil

De duplici imaginatione.

Bestialis imaginatio.

Rationalis.

lominus sine admixtione bonorum. Item hic sicut nec sola, sic nec summa inuenimus. Ibi, & summa & impermixta bona, & mala esse nõ dubitamus. Quoties igitur ex multis bonis, uel malis quæ in hac uita sensus corporeus experitur, quale, uel quantum esse possit illud futuræ uitæ summum bonum siue malum colligitur, & ex horum imaginatione, quadam futurorum imago figuratur, talis utique imaginatio rationalis esse facile conuincitur, & ad Balam, & ad Rachel pertinere uideretur. Ad Balam pertinet in quantum imaginatio est, ad Rachel autem in quantum rationalis est. Talis itaque proles, & imaginationis est per natiuitatem, & rationis per adoptionem. Huiusmodi enim prolem, una generat, sed altera educat. Ex Bala namque nascitur, sed per Rachel moderatur.

Quod cum imaginationem, rationem, uoluntatem, dicimus, diuersis modis id accipimus. Cap. XVII.

Neminem conturbet, quod & matrem, & prolem imaginationem appellem. Sed hoc uolo esse inter matrem & filium quod est inter instrumentum & actum, uel hoc est inter matrem & prolem eius, quod est inter genus, & speciem. Nam genus adiuncta sibi differencia ex se speciem generat, quemadmodum copula uiri feminam ad prolem fecundat. Et sæpè instrumentum & eius actionem uno nomine appellamus, nam illud quod uidemus, & illud quod uidemus, uisum uocamus. Sic cum ratio, uel uoluntas, uel intellectus nominatur, aliquando instrumentum aliquando eius actio intelligitur. Et scimus quidem quia instrumentum quàm eius actio semper est, & sine ipsa esse potest. Habet ergo ab instrumento actio esse, non instrumentum ab actione. Vnde nec incõueniens est, per instrumentum matrem, per actionem autem filium eius intelligere. Imaginatio ergo quando instrumentum significat, est uis illa animæ quæ cum uoluerit quodlibet imaginari ualet. Hoc instrumentum cum ad aliquid imaginandum mens utitur, actio proculdubio quædam efficitur, quæ similiter imaginatio nominatur. Hæc uolui breuiter commemorare, sed in his immorari diutius non est necesse. Sed nunc ad prosecutionis ordinem reuertamur.

De instrumento & actione.

Imaginatio ut instrumentum.

De gemina speculatione quæ surgit ex imaginatione. Cap. XVIII.

Diximus quia sola rationalis imaginatio ad Rachel pertinere uideatur, & quæ rationalis non est, eius adoptione prorsus indigna iudicatur. Sed rationalis imaginatio alia est per rationem disposita, alia intelligentiæ permixta. Illa utimur, quando secundum uisibilem rerum cognitam speciem uisibile aliquid

De duplici speculatione.



aliquid mēte disponimus, nec tamen ex invisibile aliquid cogitamus. Ita vero tunc utimur, quando per visibilibus rerum speciem ad invisibilem cognitionem ascendere nitimur. In illa est imaginatio non sine ratione, in ista intelligentia non absque imaginatione. Isti sunt duo filij Balæ, quorum primogenitus Dā dicitur, posterior Nephtalim nominatur. Ad Dan itaque specialiter pertinet, consideratio futurorum malorum, ad Nephtalim autem speculatio futurorum bonorum. Dan nihil novit nisi corporalia, sed ea tamen rimatur quæ longe sunt a sensu corporeo remota. Nephtalim per rerum visibilibus formam surgit ad rerum invisibilem intelligentiam. Infernalium tormēta longe a sensu corporeo remota non dubitamus, quia ubi, vel qualia sint videre non possumus, sed tamen hæc quoties volumus, per ministerium Dan præ oculis cordis habemus. Nemo fidelium cum infernum, flammam gehennæ, tenebras exteriores, in scripturis sanctis legit, hæc figuratim dicta credit, sed ista teraciter, & corporaliter alicubi esse non diffidit. Vnde fit nimirum, ut quàmvis quispiam hæc ante oculus cordis, per imaginationem ponat non statim eorum significationem per spiritalē intelligentiam quærat, quia hæc non tam figuratim, quàm hystorialiter dicta, non dubitat. Rectè ergo horum considerationem ad Dan specialiter pertinere iam diximus ubi sola imaginatione opus habemus, quàmvis eā in tali negotio non sine rationis dispositione tractamus. Sed cum terram lacte, & melle manantem, celestis Hierusalem muros, ex lapidibus preciosis, portas ex margaritis, plateas ex auro legerit, quis sani sensus homo hæc iuxta litteram accipere velit? Vnde statim ad spiritalē intelligentiam recurrit, & quid ibi mysticum contineatur inquit. Vides ne quomodo hæc talis futurorum descriptio ad Nephtalim tantum pertinere videatur, ubi sine intelligentia, sola imaginatio sufficere non posse minime ignoratur. Rectè ergo dictum est quòd ad Dan specialiter pertineat consideratio futurorum malorum, ad Nephtalim autem maxime speculatio futurorum bonorum. Multa tamen, & quæ de tormentis malorum scripta, sunt mystice accipienda sunt, & multa similiter de futura vite bonis (quàmvis corporalia describantur) simpliciter intelligenda.

*De prima speculatione & eius proprietate. Cap. XIX.*

*Quæ nā consideratio mediānti facilius occurrat.*

Illud autem sciendum est, immo nec hoc ignorari potest, quia illa consideratio mediānti facilius occurrit, quæ in sola imaginatione consistit. Nam illa quæ cum sola intelligentia permiscetur, quanto subtilior tanto difficilior invenitur. Vnde est quòd Dan prior, Nephtalim vero posterior nascitur. Hoc autem in

hac gemina consideratione, valde notabile, quòd Dan scilicet per præsentium rerum imaginationem veram repræsentat rerum futurarum imaginationem fictam, Nephtalim vero sæpè per descripta rei imaginationem fictam surgit ad intelligentiam veram. Neque enim licet de futuris, & invisibilibus bonis per spirituales intelligentiam, aliquid falsum fingere, quàmvis absque culpa sit, tormenta malorum multo aliter quàm sunt per imaginationem cernere. Quis enim ea omnino prout sunt in hac vita contemplari sufficiat? Sed quisque ea pro arbitrio mētis non qualia sunt sed qualia fingere novit, figurando describit. Vnde fortassis hic talis filius Dan (id est iudicium) vocatur, quia in tali repræsentatione non experientia documentum, sed suæ discretionis sequitur arbitrium. Nam quoniam Dan futurarum rerum, repræsentationem in cuiusque mente ex proprio iudicio format, rectè quis ut arbitror artificem talium Dan in iudicium vocat.

*De officio prima speculationis. Cap. XX.*

Est tamen huius nominis alia ratio, quæ forte quanto subtilior tanto etiam invenitur & utilior, Sancti etenim viri quoties se sentit turpibus cogitationibus pulsari, & ad illicitam delectationem incitari, toties solent, in ipso etiam tentationis aditu futura tormenta ante mentis oculos ponere, & ex tali consideratione, quicquid mens illicitum suggerit ante turpem delectationem extinguere. Hoc igitur modo in se statim, per considerationem, pœnæ ulciscuntur, & damnant blandimenta culpa. Quia ergo per officium Dan illecebras cogitationes deprehendimus, arguimus dānamus, castigamus rectè eum Dan, id est iudicium vocamus. Sed quid hoc de turpibus tantum cogitationibus loquimur, quando quidē uanas, & inutiles perfecti viri non leuiter abominantur, propter illud quod scriptum invenitur. *Ne qui cogitatis inutile.* Et illud. *Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu.* Quid ergo quæso fiet de his quæ sentimus non sine quodam illicito affectu, quando Spiritus sanctus auferet se ab his etiam quæ sunt sine intellectu? Sæpè fit ut in oratione constituti, quædam cogitationum fantasias cum importunitate se magna ingerentes corde roleremus. Sed nunquid eas sine nostra reprehensione negligere debemus? Nonne magis eas oportet acriter arguere, & (ut dictum est) per repræsentationem pœnæ reprimere irritationem culpa, & cogitationes cogitationibus castigare? Vnde scriptum est. *Dan iudicabit populum suum sicut alia tribus in Israel.* Ad filios quippe Zephæ pertinet disciplina operum, ad filios Lia, dispositio voluntatum. Ad filios Rachel sententia assertionum, ad filios vero Balæ, moderatio cogitationum.

*Quid faciendum in cogitationibus turpibus.*

*Mich. 2. Sap. 1.*

*Nota.*

*Gen. 49.*

*Cogitatio quæ libet, a simili corrigitur.*

*Multis se ipsos reprehendunt pauci se ipsos iudicant.*

*Mēs quæ præcedit cogitatio nem nou facile rapit in delectationem.*

*Nunquā malū per peccatum nisi uolentes.*

num. Quilibet ergo cogitatio quasi in sua tribu indicatur, quando omne erratum per suum simile corrigitur, quando uoluntas uoluntate emendatur, quado opus opere castigatur assertio assertionem corrigitur. Quoties ergo falsum aliquid sentimus, quoties iniustum aliquid uolumus, quoties inordinatum aliquid agimus, statim nos reprehensibiles esse minimè ignoramus. Sed nunquid æquè omnes reprehensione dignos se esse iudicant, quando aliquid inutile uel inordinatum cogitant? Multo rum est se ipsos reprehendere de peruerso opere, uel praua uoluntate, pauci sunt qui se ipsos iudicent de inordinata cogitatione. Sed quia perfecti uiri hoc faciunt, & facere eos oportet qui perfecti esse uolūt, idcirco Iacob prædicat, uel præcipit dicens. Dan iudicabit populum suum, sicut alia tribus in Israel.

*De utilitate prima speculationis. Cap. XXI.*

Si enim Dan populum suum districtè custodiat, si iudicium suum diligenter exerceat, fiet ut in cæteris tribubus raro inueniatur quod iure damnari debeat. Mens etenim quæ statim in ipsa suggestione præcidit illecebrosam cogitationem non facile rapitur in prauam delectationem, sicut & culpa quæ cohibetur ante prauum consensum nunquàm transit in actū. Debet ergo Dan præ cæteris omnibus uigil, & districtus in iudicio esse, ut detur alijs tribubus ex maiori parte absque lite & disceptatione uere. Semper inueniet Dan in sua tribu quod examinare debeat, quod iuste reprehendat, quàmuis in alijs possit fieri ut aliquando aliqua earum sine culpa ualeat inueniri. Aliarū namque culpa est in uoluntate, huius autem exordium sæpè est in necessitate. Nunquàm enim malum approbo, nunquàm malo cōsentio, nunquàm malum perficio, nisi ipse uolero, malum autem per cogitationem occurrere potest etiam inuito. Sed ad Dan pertinet exurgere malum statim, cum per cogitationem pulsatur in iudicium adducere, diligenter discutere, deprehensum damnare, & deceptoriam cogitationem ex alia consideratione percutere, & tentantia mala ex tormentorum recordatione extinguere. Vides iam (ut arbitror) quàm rectè hic filius Dan, id est iudicium uocetur, de quo solò dubitatur utrum nam populum suum iudicare habeat, cum solus si fieri posset ne cæteri habeant quid iudicent non solum assidue sed & districtè iudicare debeat.

*De secunda speculatione & eius proprietate. Cap. XXII.*

Sed sicut ad officium Dan spectat per repræsentationem pœnæ reprimere exurgentia uitia; sic ad Nephtalim pertinet per considerationem præmium inflammare desideria bo-

na. Mirabiliter enim animum nostrū Nephtalim ad eorum desiderium accendit, quoties aternorum bonorum imaginem ante mentis oculos adducit, quod tamen duobus modis facere consuevit. Vtitur namque aliquando translatione, aliquando autem comparatione. Comparatione quando ex præsentium bonorum, multitudine, uel magnitudine colligit illa futura uite gaudia, quor uel quanta esse possint. Verbi gratia. In specula sæpè (solis claritate corporeo uidelicet lumine) considerat quanta futura erit lux illa spiritualis, si tãta, tamque mirabilis est lux ista corporalis. Quanta namque putas erit lux illa quæ erit nobis communis cū Angelis, si tanta est ista quam habemus communem cum bestijs? Qualis erit lux futura beatorum, si talis est præsens lux ista miserorum? Item multipliciter bonorum invisibilium conijcit ex multitudine bonorum uisibilem. Quot ergo putamus ea esse? Sed quis ea possit dinumerare? Quot sunt oblectamenta oculorum, quot oblectamenta aurium, cæterorumque sensuum? Quot sunt colores, quot odores, quot saporis? Si ergo tot sunt delicia corporum, quot erunt delicia spirituum? Si tãta possidemus in tempore, quanta sunt quæ expectamus in aternitate? In hunc igitur modum utitur comparatione, utitur nihilominus (ut dictum est) translatione, quando rerum uisibilium descriptionem trãsfert ad rerum invisibilium significationem. Verbi gratia. Audit in scripturis nominari lucem, sicut de Deo scriptum est. *Quia habitat lucem inaccessibilem.* Quærit ergo quæ sit lux ista incorporea quam inhabitat invisibilis, & incorporea Dei natura, & inuenit quia lux ista est ipsa Dei sapientia quia ipsa est lux uera. Sicut enim lux ista exterior illuminat oculos corporum, ita illa absque dubio illuminare consuevit oculos cordium. Ecce quomodo Nephtalim per rerum uisibilium qualitatē surgit ad rerum invisibilium cognitionem. Pater ergo quàm rectè secundum utramque interpretationem Nephtalim dicatur. Nephtalim namque comparatio, uel conuersio interpretatur. Solet namque cognitam quamlibet rerum uisibilem naturam conuertere ad spiritalē intelligentiam. Quia ergo penè quicquid scriptum reperit, ad spiritalē intelligentiam conuertit, rectè conuersionis nomen accepit. Et item quia assidue (ut dictum est) comparatione utitur, rectè nihilominus Nephtalim (id est comparatio) nominatur.

*Quid sit familiare, seu etiam speciale speculationi secunde. Cap. XXIII.*

Sciendum autem, quia illud contemplationis genus, quòd in pura intelligentia, versatur, huiusmodi speculatione, quæ per Nephtalim designatur, quanto subtilius, tanto nimirum excellentius esse cognoscitur. Habet tamen

*Aliquando utendum est translatione ne aliquando uero comparatione.*

*Translatione quæ uedum.*

*1. Tim. 6.*

men huiusmodi speculatio, aliquid singulare, valdeque notabile. Est enim praeter ceteris rudibus quidem adhuc mentibus, minusque exercitatis, & ad intelligendum, facilius, & ad audiendum, iucundior. Siquidem haec meditati, facilius occurrit, & audientem, dulcius afficit. Est plane, & promptior in meditatione, & affabilior, in sermone. Vnde & per Iacob, de Nephtalim dicitur: *Nephtalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis.* Cervus namque dicitur, propter currendi facilitatem, emissus, propter currendi aviditatem. Cervus animal velox, nimis multum currere potest, & multum currere cupit, qui emissus est. Recte ergo (nisi fallor) Nephtalim, ceruus emissus dicitur, quia per contemplationis gratiam multa percurrere valet, & propter contemplationis dulcedinem, multum ei currere, placet. In tanta enim velocitate, Nephtalim iste contemplans animum (in huiusmodi tamen negotio aliquantum exercitatum) nunc ad summa erigit, nunc ad ima deponit, nunc per innumera rapit, ut ipse animus, qui haec patitur, semetipsum saepe miretur, felici magisterio edoctus, quam convenienter Nephtalim noster, ceruus emissus dicatur. Notandam sane, quam recte, non aui volanti, sed cervo currenti comparatur, nam avis quidem volando longe a terra suspenditur, ceruus autem ad dandos saltus, terra innititur, sed nec in ipsis suis saltibus, longius a terra separatur. Sic nimirum, sic Nephtalim, dum per rerum visibilibus formam, rerum invisibilium naturam quaerit, quosdam saltus dare, non autem ad plenum volatum conualescere consuevit, quia in eo quod se ad summa erigit, rerum corporearum secum umbram trahens ima omnino non deserit.

Quanta sit incumditas speculationis secundae. Cap. XXXIII.

Ecce quomodo sit ceruus emissus. Sed quomodo dans eloquia pulchritudinis fortassis hoc per exempla evidentius ostendemus persuadebimus plenius. Vultis audire eloquia pulchritudinis, eloquia suavitatis, plena decore, plena dulcedine, qualia Nephtalim formare consuevit, vel qualia eum formare convenit. *Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Fulcite me strobis, stipate me malis, quia amore langueo. Fanus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.* Quid, quaeso dulcius huiusmodi eloquijs, quam iucundius inuenitur? Quid talibus eloquijs libentius quid avidius auditur? Ista verba carnalia aliquid sonare videntur, & tamen spiritualia sunt quae per ipsa describuntur. Sic novit Nephtalim carnalia cum spiritualibus permiscere, & per corporalia incorporea describere ut utraque hominis natura in eius dictis inueniat unde se mirabiliter reficiat qui ex corporea & incorporea natura constat. Hinc est for

Gen. 49.

Cur comparetur ceruus & non aui?

Cant. 2. Cant. 4.

tasse quod homini tam suaviter sapiunt, quod quodammodo (ut dictum est) utraque eius naturam reficiunt. Illud autem in eius dictis est valde mirabile, dignumque admiratione, quod tunc fere semper delectabilibus blanditur, quando iuxta litteram sensum nihil sonare videntur quale est illud. Capilli tui sicut greges caprarum quae ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui sicut greges tonfarum, quae ascenderunt de lanacro. Nalus tuus sicut turris libani quae respicit contra Damascum, caput tuum sicut Carmelus. Haec & huiusmodi alia cum audiuntur, vel leguntur iucunda valde esse videntur & tamen in his omnibus si solum litteram sensum sequimur nil in eis inuenimus quod dignum remur. Sed forte in huiusmodi dictis hoc est quod tam libenter amplectimur quod ex iucunda quadam (ut ita dicam) littera suavitate ad spirituales intelligentiam confugere coarctamur. Si ergo dignum praesumamus iste noster Nephtalim quam sit expeditus in meditatione, quam sit iucundus in sermone, citius advertere licet quam recte de eo scriptura pronunciet *Nephtalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis.*

De gemina virtutum prole quae nascitur ex edomita sensualitate. Cap. XXXV.

Sed haec interim de filijs Balae dicta sufficere volumus, restat nunc ut de filijs Zelphae aliquid loquamur. Vides itaque Lia sororem suam Rachel de adoptiva iam prole gaudere, prouocatur & ipsa ancillam suam viro suo tradere ut possit & ipsa cum sorore sua de filiorum adoptione exultare. Si igitur, ut superius dictum est per Zelpham sensualitatem debemus accipere, quam aliam quaeso virtutis prolem potest ipsa gignere, nisi ut dicat & in rebus prosperis temperanter viuere, & in aduersis patientiam habere? Isti sunt Gad & Aser, duo filij Zelphae, rigor uidelicet abstinentiae, & uigor patientiae. Gad itaque nascitur prior, Aser autem gignitur posterior, quia prius est ut temperantes simus ad bona propria. Postea etiam ut fortes simus ad toleranda mala aliena. Haec est gemina uirtutum proles, quam Zelpha quidem parit in dolore, ueruntamen ad magnam beatitudinem dominam suam. Per abstinentiam siquidem uel patientiam caro quidem affligitur, sed ad magnam inde pacem & tranquillitatem animus componitur. Hinc est quod nato Gad, Lia exclamat dicens: *Feliciter, Et iterum Aser nascente pronunciat dicens: Hoc pro beatitudine mea, Mea (inquit) non sua.* Vnde enim sensualitas per carnem exterius atteritur, inde cordis affectio ad puritatis integritatem reparatur.

De rigore abstinentiae, & uigore patientiae, & eorum proprietate. Cap. XXXVI.

Quanta enim putas pax cordis est uel tranquillitas, nulla huius mundi oblectamenta,

menta concupiscere, nulla eius aduersa formidare: Quorum unum per Gad adipiscitur, alterum per Aser obtinetur. Quid enim de huius mundi oblectamentis concupiscat, qui oblata delectamenta amore abstinentiae recusat? Vel quid de huius mundi aduersis timeat, qui uirtute patientiae roboratus de illatis etiam malis triumphat? Sicut de Apostolis scriptum est: *Ibant Apostoli gaudentes a conspectu Concilij, quoniam iam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* & sicut per Paulum praecipitur, *In tribulatione gaudentes.* Quid igitur illius gaudium immineat, qui etiam de illata contumelia, uel qualibet praesura exultat? Ad beatitudinem ergo animi spectat, quicquid pro Dei amore caro durum tolerat. Vnde enim corpus atteritur, conscientia exhilaratur. Et quo exterius uidentur infeliciores, eo interius constat esse beatior. Duo enim sunt ex quibus constat gaudium beatitudinis, carene eo scilicet quod nolis, & habere quod uelis. Felicitatem siquidem dicimus, qui nil patitur quod nolit, & illum beatum iudicamus, cui suppetunt quae cupit. Qui igitur pro caelestium desiderio saeculi uoluptatem odit, profecto per abstinentiam hostem suum ubique declinare poterit. Recte ergo rigor abstinentiae Gad idest felicitas dicitur, qui ubique calcit saeculi blandimenta quae detestatur. Item qui pro amore Dei afflictionem corporis diligit, ubi quaeso non inueniat aliquid unde affligi possit. Si ergo iure beatus creditur, qui ubique inuenit quod amat, iuste uigor patientiae Aser hoc est beatus nominatur, cui undique obuiat quod desiderat. Ecce duo amatores, unus Dei, alter saeculi. Iste propter Deum diligit temporalem afflictionem, ille desiderat temporalium bonorum plenitudinem. Ille quidem ubique inuenire potest quod propter Deum diligit, iste nusquam apprehendere potest bonorum plenitudinem quam sitit. Quis horum beatior? Item ecce alij duo, quorum vnus odit mundum huius aduersitatem, alter autem detestatur mundanam uoluptatem. Sed ubi quaeso uel illa hostem suum declinare poterit, uel iste inimicum suum calcare non possit? Quis horum quaeso feliciores? *Beatus (inquit scriptura) qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia thesauris.* Et iterum, *Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae.* Isti sunt Gad & Aser, quorum prior calcit mundanam gloriam, alter propter Deum libenter patitur mundi praesuram. Valde itaque notandum, & profundè retinendum, quod scriptura sacra abstinentiae laborem non calamitatem, sed felicitatem appellare uoluit, & patientiae rigorem non miserum, sed beatum appellare decreuit. Hoc autem breuiter hic commemorare uolumus, quod per Gad non solum illam quae in cibo & potu est abstinentiam intelligere debemus, imò per Gad & Aser intelligimus omnis superfluae delectationis, aut cu-

Act. 5.

Rom. 12.

Corpus atteritur & anima exhilaratur.

In quibus consistat gaudium beatitudinis.

Qui pro amore Dei se affligit, semper affligendi occasionem inuenit.

Ecl. 31.

Iacob. 1.

iuslibet corporalis afflictionis abstinentiam, uel patientiam, in omnibus quae per quinque sensus carnem delectant, aut cruciant.

Quod sensualitatis appetitus non temperatur si imaginationis euagatio non restringitur. Cap. XXXVII.

Sed quando quaeso Lia ancillam suam, uiro suo traderet, uel tales filios adoptaret, nisi sororis suae exemplo prouocata fuisset? Prius enim semper est ut ancilla Rachel redigatur sub uiri potestate quam ancilla Lia. Si enim imaginationis euagatio quae fit per inutiles cogitationes prius non reprimatur, absque dubio sensualitatis appetitus immoderatus minime temperatur. Qui igitur uult corporalium uoluptatum desideria temperare, prius assuescat carnales delicias nunquam uel saltem raro cogitare. Profecto namque quanto talia rarius cogitaueris, tanto rarius, tanto tepidius nimirum ea desiderabis. Haec nisi fallor est causa, cur sub uirili Dominio prior incuruetur Bala, quam Zelpha. Patet nihilominus quod de Gad & Aser abstinentia uidelicet, & patientia nunquam adoptiuos filios faceret, nisi sororis suae Rachel adoptiuam sobolem assidue cerneret. Quis enim unquam affectioni cordis posset persuadere mundi huius prospera contemneret, & eius aduersa formidaret, nisi suggerentibus Dan, & Nephtalim futurae uitae tormenta, uel praemia aeterna non solum frequenter imò penè indefinenter cogereur aspicere? Nunc autem per assiduam considerationem futurorum malorum facile ei persuadetur, contemptus praesentium bonorum. Et iterum per iugem contemplationem aeternae felicitatis, inflammatur ad uoluntariam tolerantiam praesurae temporalis. Hoc est (ut arbitror) cur Dan & Nephtalim prius nascantur, & cur Gad & Aser posterius generentur.

Quomodo per abstinentiam, & patientiam animus roboratur ad omnem obedientiam. Cap. XXXVIII.

Natis itaque Gad & Aser, iam tempus instat quo Ruben mandragoras inueniat, si tamen eum foras exire non pigeat. Sed cur eum uelle exire dubitemus, quem iam ad exitum, uel introitum idoneum esse cognoscimus? Credendum est enim eum post tot natos matris suae, post tot liberos Balae, uel Zelphae, iam adultum, & posse, & uelle ad patris sui imperium exire & intrare. Sed si per Ruben (ut superius dictum est) timorem Dei accipimus, quid per eius introitum, uel exitum accipere debemus? Quid est eum uel intus esse, uel foras exire? Ruben intus est, quando in secreto cordis in conspectu Dei de nostra conscientia trepidamus. Ruben tunc foras exit, quando propter

Nota.

Præsens ad mundi conceptum remediū.

Quid significet introitus & exitus Ruben.



pter Deum hominibus etiam nos ad omnem obedientiam inclinamus. Timere itaque Deum propter seipsum, homines autem propter Deum est Ruben nunc intus morari, nunc foris inueniri. Exit ergo Ruben tempore messis triticeae, quando ex imperio obedientiae exercet se in operibus iustitiae. Sed quando putas Ruben ad perfectam obedientiam conualescere, nisi eum Gad & Aser (id est amor abstinentiae & patientiae) ad contemptum noluptatis, uel ad tolerantiam tribulationis animasset? Duo enim sunt quae solent imperfectionem obedientiae praepe- ditae, id est ne cogamur uel amata deserere, uel aspera tolerare. Sed si semel animus amore ab- stinentiae, uel patientiae perfecte incaluerit, pro- tinus Ruben ad omnem obedientiam absque ulla contradictione se subdit. Qui enim tam ad- uersa perpeti quam in prosperis non delectari apud semetipsum statuit, quae difficultas eius obedientiam ulterius minuere poterit? Si enim dura & aspera quae pro Dei amore etiam per memetipsum appeto, cur non magis haec ex ad- iuncta obedientia ad maioris meriti gloriam tolero? Recte ergo post natum Gad & Aser Ru- ben exire dicitur quia timor Domini ex uolun- taria abstinentia, & patientia ad omnem obe- dientiam roboratur.

Quomodo ex abstinentia humana laus surgit, & quam caute eius appetitus temperandus sit. Cap. XXXIX.

Sed quatus, qualisque bonae opinionis odor de ipso circumquaque spargitur, qui nulla molestia nulla inopia a studio obedientiae praepeditur? Haec sunt mandragorae quas Ruben inuenit, quas ab ipso mater eius Lia accepit. Quid enim per mandragoras quae odorem suum solent late spargere, nisi bonae opinionis fama debemus accipere? Quas quidem tunc Lia accipit, quando oblata laus, affectum tangit, quae in laudis suae praconijs animus afficitur, & in aura popularis fauoris peruersa delectatur. Harum partem Rachel petit, Lia concedit, ut uirum accipiat, quae proliis desiderio flagrat. Men- tem etenim quae suadente ratione appetitum uanae laudis non temperat, profecto Spiritus sanctus ad uirtutis prolem minimè fecundat. Vnus itaque spiritus est, qui utraque sororem proliis fecunditate ditat, quia idem spiritus & rationem ad ueritatis cognitionem illuminat, & affectionem ad uirtutis amorem inflammat. Suadet ergo affectionis ratio humani fauoris appetitum sub uno moderamine temperare, si ad multiplicandam uirtutum prolem caput de diuini spiritus copula gaudere. Mandragora- rum itaque possessio sub Rachel potestate redi- gitur, quando laudis appetitus sub rationis do- minio moderatur. Notandum sane quam tem- perate Rachel non mandragoras, sed mandra- gorarum partem petat, nam nec hoc rationem

Dno im- pedien- tia perfe- ctionem, obedienti- aze.

Per man- dragoras quid si- gnificet?

Nota.

Rachel cur non

latet ualde esse difficile ut animus quamuis re- nitens ex oblata laude non hilarescat. Debet itaque amor humanae laudis prius temperari, postmodum si posset fieri, debet etiam penitus abscindi. Vnde est quod Rachel partem mandra- gorarum petisse legitur: Lia uero postmodum ad Iacob loquens, non de sola parte gloriatur. Ad me (inquit) intrabis, mercede enim condū- xi te pro mandragoris filij mei. Pro mandra- goris (inquit) non pro parte mandragorarum filij mei. Absente adhuc uero uix Lia partem conce- dit, sed in eius aduentu eius desiderio uberius accensa, nihil sibi ex eis ulterius referari uo- luit. Sic nimirum mens hominis dum spiritua- li dulcedine tangitur, quicquid prius de huma- na laude concupierat libenter obliuiscitur. In hunc modum mandragorae uulter de possessio- ne Lia, rediguntur sub Rachel potestate. Nouit enim Rachel quam Lia mandragoris melius uti, nam quicquid affectio cordis usur- pat ad laudem sui, rectius sanè ratio retorquet ad gloriam Dei. Sed quid hoc dicimus esse, quod praeter ceteris filijs Lia, Ruben bonae opi- nionis mandragoras potuit inuenire.

Vnde maxime solcat laus surgere, & quod uera laus sit de reuera uoluntate. Cap. XXX.

Sed scimus quia uirtutum opera quae cete- ras uirtutes nutriunt, penè semper humili- tatem extinguunt. Solent enim quae per Gad, & Aser fiunt hominibus miranda abstinentiae uidelicet, & patientiae opera, operantem non ti- midum, sed tumidum reddere, non tam humi- lem, quam contumacem efficere. Quid igitur amplius mirandum, quid magis omnium lau- de praedicandum, quam cum unde in alijs saepe extinguitur, diuini timoris reuerentia non minuitur sed augetur? Quia ergo solemus sin- gulari laude efferre, quem uidemus etiam post uirtutum opera non solum de Dei, sed de ho- minum parua offensa non parum trepidare, rectè Ruben mandragoras post natos Gad, & Aser inuenisse dicitur, quia quemlibet ex ope- ribus praclaris ad timorem non ad tumorem profecisse miramur. Notandum sane quod haec de quibus locuti sumus mandragorae, nec post natos tot Lia, nec post geminos liberos Bala, sed post natiuitatem filiorum Zelphae statim leguntur inuenta. Ad filios namque Liae uoluntates, ad filios Bala cogitationes, ad filios Zelphae pertinent actiones. Voluntates itaque seu cogitationes quamuis rectas, quantumlibet utiles, quomodo miramur, uel quando lau- dabimus quas minimè uidemus? Et quamuis uera laus sit de reuera uoluntate, eam tamen non laudamus nisi appareat in opere. Per opus enim bonum bona uoluntas innotescit, ut iure bonae opinionis laudem, quasi quasdam late fragrantem mandragoras inuenire possit. Quasi ergo post partum Zelphae proles Lia mandra-

Compara- tio.

Vera laus est de re- uera uolun- tate quae per opus bonum in- notescit.

mandragoras inueni creditur, quando uolun- tas bona, per bonum opus manifesta, miris lau- dum praconijs uindique honoratur.

Quomodo uirtutibus praedictis muniatur, tam disci- plina cordis, quam corporis. Cap. XXXI.

Hoc autem de duarum istarum filijs ancilla- rum, non negligenter praeterendum, sed iugi memoria retinendum, quod ex eorum iugi uigilantia, uigilique custodia, conscien- tia nostra ciuitas mire custoditur, multumque protegitur. Primogenitus namque Bala, eam componit intrinsecus, primogenitus uero Zel- phae munit eam extrinsecus. Per Gad reprimuntur mala intus exurgentia, per Dan repelluntur mala exterius insurgentia. Omnes namque scimus, quia omnis tentatio surgit, aut exte- rius, aut interior. Interior, per cogitatum, exte- rius, per sensum. Modo enim intus per cogita- tionem pulsatus, modus exterioribus, per se- sus irrumperere parat. Solent nimirum inimicus nunc ab intus ministrare consilia erroris, nunc a foris, admouere incitamenta uoluptatis. Sed quia ad Dan pertinet disciplina cogitationum, ad Gad autem spectat disciplina sensuum, de- bet utique Dan, enigilare ad discretionis iudi- cium, Gad dimicare fortiter per abstinentiae exer- citium. Vnius est, sedare civilem discordiam, alterius est, repellere hostilem pugnam. Hic uigilat contra ciuium proditorem, ille contra hostium incursionem. Ille contra perfidiam, ille contra uolentiam; Dan namque negligente, mens facile decipitur, Gad segnius agente, subito ad turpem delectationem rapitur. Sed quid interest, utrum ciuitas cordis nostri, per vim, an per fraudem pereat, utrum discordia ci- uilis, an manus hostilis eam subuertat?

Quod disciplina cogitationum non possit custodiri sine disciplina sensuum. Cap. XXXII.

Hoc autem nosse oportet, quia disciplina corporis, sine disciplina cordis, absque dubio inutilis est, disciplina uero cogitatio- num, sine disciplina sensuum, omnino obseruari non potest. Vnde satis constat, quia sine adiutorio Gad, qui contra exteriora uigilare debet, Dan, in componenda ciuium pace, intus inaniter laborat. Quid enim iuuat, iudicante Dan populum suum, assidue causam discor- diae amputare, nisi studeat Gad, per portas sen- suum irritamenta uitiorum (quendam uideli- cet quasi hostilem exercitum) non admittere? Quamuis enim Dan assidue in throno iudicij resideat, quamuis tixas altercantium cogitatio- num indefinenter componat, frustra utique in componenda ciuium discordia, defudat, nisi eodem studio Gad ciuitatem nostram per sen- suum disciplinam munit, & hostilia uitiorum agmina, abstinentiae praelio acriter feriat. Vnde Richardi S. Victoris. Pars I.

etiam scriptum est Gad accinctus, praeliabitur ante eum. Tunc enim uiliter Dan contra pro- ditorum perfidiam intrinsecus uigilat, cum Gad extrinsecus occurrantes hostes excludit, & op- pugnat. Prius itaque Gad accingitur, ut forti- ter postmodum praelietur. Gad proculdubio, tunc se accingit, quando sensuum dissolutio- nem per disciplinam restringit. Tunc Gad for- ti praelio dimicat, quando desideria carnalia, per carnis mortificationem trucidat. Magna namque hostium strages efficitur, citiusque odio- sus ille uitiorum exercitus in fugam conuertitur, cum sensus corporis per disciplinam ab euagatione restringitur, & appetitus carnis per abstinentiam a uoluptate refranatur. In hunc itaque modum (ut omnes experiri possu- mus) Dan ciuitatem nostram, componit intrin- secus, Gad munit extrinsecus.

Quomodo in cordis custodia, uicissim sibi uirtutes praedictae cooperentur. Cap. XXXIII.

Assistunt autem & eis fratres sui, non se- gnes quidem ad auxilia ferenda, Nephtalim intus cum Dan in ciuium pace componenda, Aser exterius cum Gad in uolentia hostium expugnanda. Gad itaque & Aser uigilant contra hostes, Da & Nephtalim solliciti sunt circa ciues. Hinc ergo Dan minatur, illinc Nephtalim blauditur. Dan terret minis, Nephtalim, fo- uet promissis. Ille punit malos, ista remune- rat bonos. Vnus gehenna terrore corda perter- ret, alter spe felicitatis aeternae, animos demul- cet. Quantum ergo putas Nephtalim iste das eloquia pulchritudinis, fratrem suum, in tali negotio adiuuat, qui animos auditorum, dulce dine eloquij sui, penè absque mora, quo uult inclinat? Adiuuat & Aser: exterius nihilomi- nus fratrem suum, muniuntque ambo ciuita- tem contra hostium incursionem. Hic latus unum protegit, ille alterum defendit. Gad certat in dextro, Aser dimicat in sinistro. Gad insidiatur mundi huius prosperitas, Aser uero persequitur mundana aduersitas. Sed Aser hosti suo facile il- ludit, dum parte qua tueretur, alta patientiae rupe mu- nita conspicit, & idcirco de tuto stationis loco, hostes suos, tam inaniter, quam ab imo reuictan- tes deridet, ac despicit. Vnde fit ut eum ho- stes sui, sua impugnatione non tam vexent, quam triumphandi assidue materiam mini- strent. Hinc est, quod spretis suis impugnatore- bus (mundanis uidelicet aduersitatibus) in fra- tris sui persecutores (carnales scilicet delecta- tiones) totus effertur, & eos magna animaduer- sione persequitur. Tantus autem terror impu- gnatores Gad subito inuadit, cum ei se Aser in praelij sui certamine adiungit, ut omnes abs- que mora, ad fugam se conuertant, cum nec ad horam quidem, uicissim sibi fratribus auxi- lium ferentibus, resistere audeant. Veri utique animae hostes carnales sunt delectationes. Sed

Modus re- sistendi te- nationib.

Veri autem hostes.

Tentatio- nes unde, & quomodo oriuntur.

Discipli- na corpo- ris absque discipli- na cordis inutilis est.



quis quæso locus prauæ delectationi inter tormenta relinquitur, quæ iste noster Afer propter Deum non solum patienter ferre, sed etiam ardentè appetere, comprobatur? O quam rectè Afer id est beatus dicitur, secundum illam domini sententiam, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.*

Matt. 5.

*Quod perfectam patientiam, semper comitatur misericordia. Cap. XXXVIII.*

Luc. 6.

Quis illud dominicum præceptum: *Dimittite, & dimittetur vobis*, tam magnifice implere potuit? Quis tam facile, quis tam ex corde sibi illatas iniurias ignoscere valuit, quam qui de corporis sui cruciatibus exultare magis, quam contumaciter didicit? Ut quid enim inimicos non diligit, cur eis libenter nõ indulgeat, qui hoc ei inferunt, quod desiderat? Magis itaque quam suo corpori, suis miseretur persecutoribus ut sit iterum, atque iterum beatus. *Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* O virum gloriosum, o teique, quaterque beatum. Beatus, propter iustitiæ esuriam, beatus propter voluntariam passionem, beatus, propter mansuetudinem, beatus propter misericordiam compassionem. Sicut enim beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, sicut beati, qui persecutionem patiuntur propter ipsam, sic nihilominus, beati imites, beati misericordes. Et hic noster Afer, ut sit veraciter, multipliciterque beatus, iustitiam ardentè sitiens, propter ipsam libenter patitur, nesciens irasci facile miseretur. Quamuis enim multum esuriat panem iustitiæ, dedignatur tamen eum comedere, nisi sit confusus oleo misericordiam. Ex multa diuitiarum etenim affluetia quæ sibi superabundant, ex spolijs hostium pro frequentia victoria, multum est delicatus effectus, nec ei iam sapit panis vllus, quantumlibet nitidus, nisi sit oleo confusus, in tantum ut de eo scriptura manifestè denūciat dicens, quia Afer pinguis panis eius. Quis putas, sic delicijs affluit utripe, ut veraciter possit psallere in *viatesimo* *nostrum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs?*

Matt. 5.

Gen. 49.

Psal. 118.

*Commendatio perfectæ patientiæ. Cap. XXXV.*

Quantum namque putas Afer iste abundat diuitijs spiritualium consolationū, quantumve affluit delicijs spiritualium gaudiorum, cuius diuitias quælibet aduersitas non tam minuere quam augere solet, cuius delicias, quoduis tormentum, nec saltem interpolare valer. Nam quanto durius præmitur exterius, tanto delectabilius gloriatur interius. Hæc sunt illæ delicias, quas tantum sitiunt, quas tam graueranter accipiunt, non dico pauperes, & ignobiles, sed etiam ipsi reges, vel principes. Mentior si hæc de ipso ipsa scriptura non loquitur. Afer

(inquit) pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Quod enim putamus suauiter pacuntur, quam mirabiliter credimus delectantur, quam libenter reges, sed illi utique vere reges, quibus ille rex regum, & dominus dominantium restituit imperiū corporis sui, & quibus distribuit regnum patris sui, talibus inquam regibus, quam putamus dulce sit, quam intimè eis sapit, cum videant, hominem iustitiæ amore tormenta non timere, & inter ipsas persecutiones, pacem cordis, animique tranquillitatem non amittere. Si enim *gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente*, quanta tunc solenitas erit super quolibet iusto, pro iustitiâ libenter moriete? Verè Afer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. O qualis panis, panis eius. O quales delicias, delicias eius, quæ tantum sapiunt regibus, regibus talibus. Certè reges isti, iam ad nuptias agni introierunt, iam ad illud æternum cõuiuium sederunt, iam illò angelorum panis, delitijque æternis vescuntur, iam torrente voluptatis inebriantur, & adhuc huius Afer delicias insatiabiliter esuriunt, & usque hodie esurientes, & sitientes iustitiam, in tanta cælestium gaudiorum abundantia, hanc suam famem, vel sitim sedare nõ possunt. Afer, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Quam putas largus esse potest in necessitates pauperum, cui superabundat parare delicias regum? Quantum putas miratur, quantum gratulantur in eius constantia, quos viuentes, adhuc in valle lachrymarum premit infirmitas sua, si tantum delectantur in eius operibus, illi etiam quos iam absorbit felicitas illa æterna? Afer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Et unde ei tanta diuitiarum abundantia, tanta deliciarum copia, nisi (ut dictum est) de hostium spolijs, in tam frequenti victoria? Constat namque, quia quanto amplius atteruntur hostes iustitiæ, tanto verius cumulatur gaudia conscientie. *Gloria & diuitia in domino eius, ait psalmista.* Et apostolus de huiusmodi gloria & diuitijs, quasi exponendo loquitur ita *Gloria nostra, hæc est, testimonium conscientie nostræ.* Hæc est domus, vel ciuitas illa, conscientia videlicet nostra, in qua spiritualium bonorum diuitiæ abundant, cum eam prædictarum ancillarum filij, vigili sollicitudine custodiunt. Dã videlicet, & Nephthalim, satagētibus in cõfirmanda pace ciuiū, Gad & Afer viriliter agentibus in expugnatione hostium. Horum namque prudentia, ciues pacificatur, illorum constantia, hostes expugnantur.

Luc. 15.

Psal. 111.

2. Cor. 1.

*Quomodo, vel quo ordine oriatur verum gaudium. Cap. XXXVI.*

Hostibus itaque fugatis, ciuibusque pacificatis, nil iam obstat (ut arbitror) quin illa nostra ciuitas experietur, quæ sit illa Dei pax quæ exuperat omnem sensum: vel quam sit magna multitudo

Philip. 4.

Psal. 30.

*multitudo dulcedinis, quam abscondit Deus diligentibus se.* Abscondit inquit. Quid ergo mirum, eam si quilibet mudi amator nescit, quæ Deus diligentibus se, abscondit? Qui enim in bonis fallis, & deceptorijs spem figunt, quæ sint vera bona, inuenire non possunt, vade est, quod dicunt. *Quis ostendit nobis bona.* Est enim manna absconditum, & nisi gustantibus, omnino incognitum. Est namque huiusmodi dulcedo, cordis, non carnis, unde nec eam nosce potest, qui liber carnalis: *Deisti*, inquit, *letitiam in corde meo.* Corporales delicia, sicut & ipsum corpus, corporeo oculo videri possunt, delicias cordis, sicut nec ipsi cor, oculi carnis videre nequeunt. Qua ergo ratione, spiritualis delicias cognoscatur, nisi, qui ad cor suum intrare, & in tus habitare non dissimulat? Unde, & ei dicitur, *intra in gaudium domini tui.* Hoc itaque internum gaudium, spiritualis solis, illa dulcedo, quæ intus sentitur, est ille filius Liæ, qui ei quinto loco nascitur. Est enim gaudium (ut superius iam diximus) vnus de principibus affectibus. Hic autem cum ordinatus est, rectè inter filios Iacob, & Liæ annumerari potest. Ordinarum autem & verum gaudium veraciter tunc habemus, quando de veris, & internis bonis gaudeamus. Ad talis proles desiderium Apostolus nos animare voluit, cum dixit: *Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete.* Et propheta: *Letamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.* Pro tali prole Liæ mandragoras libenter contempfit, ut talem filiū habere possit. Mens etenim quæ in laude hominum delectatur, quod sit internum gaudium experiri nõ meretur. Rectè autem post natiuitatem Gad, & Afer, Liæ talem filiū genuit, quia nisi per abstinentiam & patientiam, mens humana ad verum gaudium non pertingit. Oportet ergo non solum falsam delectationem, sed etiã uanam perturbationem excludere eum qui vult de ueritate gaudere. Qui enim adhuc in infimis delectatur, interna utique iucunditate indignus est, & qui uano timore perturbatur, spiritali dulcedine non potest perfrui. Falsam lætitiã ueritas damnabat, cum dicebat: *Va uobis qui nunc videtis.* Vanam perturbationem extirpabat, eum auditores suos admonebat, dicens: *Nõlite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Horum autem unum abstinentiam superamus, alterum patientiam calcamus. Itaque per Gad extirpatur falsa delectatio, per Afer uana perturbatione. Isti sunt Gad & Afer, qui excludunt gaudium falsum, & introducunt gaudium uerum. Iam (ut æstimo) nulla erit deinceps quæstio, cur hic talis filius Isachar dicatur, si quidem Isachar merces interpretatur. Quid enim aliud tot tantisque laboribus quærimus, quid inquam aliud quam uerum gaudium, tam perseueranti longanimitate expectamus? Huius mercedis toties quasi quædam primitias, & uelut ar-

Qui non inueniant uera bona

Psal. 4.

Ibid.

Matt. 25.

Philip. 4.

Psal. 31.

Quis non inueniat gaudium æternū.

Luc. 6.

Matt. 10.

ram quandam accipiamus, quoties ad illud domini nostri gaudium internum intramus, & ex parte aliqua gustamus.

*Comparatio interioris, & exterioris dulcedinis. Cap. XXXVII.*

Hanc autem internæ dulcedinis degustationem, scriptura sacra nunc gustū, nunc ebrietatem uocat, ut quàm sit parua, uel magna ostendat, parua quidem ad comparationem futuræ plenitudinis, magna autem in comparatione cuiuslibet mundanæ iucunditatis. Præsens etenim spiritualium uirorum delectatio, futura uitæ gaudijs comparata, quantumlibet excrescens inuenitur parua, in cuius comparatione tamen omnis exteriorum delectationum suauitas est nulla. O dulcedo miranda, dulcedo tam magna, dulcedo tam parua. Quomodo non magna? quæ mundanam omnem excedis? Quomodo non parua? quæ de illa plenitudine uix stillam modicam decerpis? Modicum quidem de tanto felicitatis pelago mentibus instillas, mentem tamen quam infundis, plenè inebrias. Merito tantillum de tãto, gustus quidem dicitur, merito nihilominus quæ mentem a se ipsa alienat, ebrietas nominatur. Gustus ergo est, & ebrietas iure dici potest: *Gustate*, inquit propheta, *& uidete quoniam suavis est dominus.* Et Apostolus Petrus. *Si tamen gustatis quoniam dulcis est dominus.* Et de ebrietate idem propheta: *Visitasti terram, & inebriasti eam.* Audi hominem hac ebrietate madentem, & quid circa se agatur omnino ignoratem: *Sive in corpore*, inquit, *sive extra corpus nescio, Deus scit.* Quomodo putas inebriatus erat, quomodo mundus ei in obliuionem uenerat, qui seipsum nesciebat?

*Quid soleat impedire illud internum gaudium. Cap. XXXVIII.*

Hæc utique dulcedine inebriari non meretur, qui adhuc carnalium desideriorum fluctibus agitantur: *Visitasti*, inquit, *terram, & inebriasti eam.* Quid putas est causa, quod solam terram dominus dicitur inebriasse, cur nõ etiam & mare? Sed scimus quia mens quæ per varia desideria fluctuat, quam adhuc sæcularium curarum procella exagitat, ad illud internum gaudium non admittitur, & illo torrente voluptatis non potatur, quanto minus inebriatur? Scimus quia mare semper fluctuat, terra autem in æternum stat. Sic & cetera elementa semper in motu sunt, & sola terra stante, stare cetera nesciunt. Quid igitur per terram, nisi fixa cordis stabilitatem debemus accipere? Debet igitur fluctuationem cordis restringere, & ad unius ueri gaudij desiderium cogitationum, affectionumque motus colligere, qui se cupit, uel credit illo ueræ sobrietatis

Præsens delectatio spiritualis, quæ magna, futura comparata, est parua.

Psal. 33.

1. Pet. 2.

Psal. 64.

2. Cor. 12.

Psal. 64.

Cur dominus dicat solam terram inebriasse.

Quid per terram in telligat.

poculo inebriandum fore. Hęc est illa uerē beata terra, mentis uidelicet stabilitas tranquilla, quando mens in seipsa tota colligitur, & in uero aternitatis desiderio immobiliter figitur. Hęc est illa terra quam ueritas promittebat, cum dicebat: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Hęc est illa terra de qua Psalmista promittens admonēbat, & admonēs promittebat: *Inhabita, inquit, terram, et pascaris in diuitijs eius.* Hęc est illa terra quam iste Isachar asinus fortis uidit, & concupiuit, & in eius concupiscentias mirabiliter exarsit: *Isachar, inquit, asinus fortis habitans inter terminos, uidit requiem, quod esset bona, & terram, quod esset optima, & supposuit humerum suum ad portandum, & factus est tributis seruiens.* Oportet ergo nos transire de terra ad terram, de terra aliena ad terram propriā, de exilio ad patriam, de gente ad gentem, & de regno ad populum alterum, de terra morientium ad terram uiuentium, si uolumus experiri do nosse uerum, & internum gaudium. Concupiscamus & nos terram illam quā Isachar iste uidit, & concupiuit. Si enim non uidisset, non cognouisset, & si non cognouisset, non concupisset.

*Quomodo interna dulcedo soleat animum, & fortia roborare, & ad humilia inclinare. Cap. XXXIX.*

**P**RO hac terrā asinus factus, & fortis effectus, libenter supposuit humerum suū ad portandum, & factus est tributis seruiens. Multum sibi subito uiluerat, qui se asinum, animal uidelicet penē prae ceteris uiliū reputabat. Multum concupiuit terram quam uidit, pro qua ad omnem laborem fortis perdurauit. Viderat sanē, quod ad pulchritudinem terrae illius, omnes iustitiae nostrae erant ut pannus mulieris menstruatae. Viderat nihilominus, quod non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. In uno ergo sibi uilis, in altero fortis effectus, de uno humiliatus, de altero roboratus, fortitudinis suae humerum ad omnem laborem libenter inclinauit, & in acquirenda diuina gloria non sua, uero regi dignum tributū persoluit. Vultis autem audire, & alterum simili ratione sibi uiluisse, & ad omnem nihilominus laborem conualuisse: *Ut iumentum, inquit, factus sum apud te.* Et alibi: *Propter te, inquit, mortificamur tota die.* Ecce quam uilis, ecce quam fortis. Vilis ut iumentum, fortis ad se mortificandum. Isachar asinus fortis habitans inter terminos, uidit requiem quod esset bona, & terram, quod esset optima. Penē ergo non plenē hanc morientium terram deseruerat, penē non plenē illam uiuentium terram apprehenderat, qui inter terminos habitabat. Quia uilissimis, quia paucissimis huius uitae bonis contentus erat, huius terrae miserae extrema tenebat. Quia per frequen-

tes mentis excessus perennis uitae bona pregebat, illius beatae terrae initia tangebatur. Isachar asinus fortis, habitans inter terminos, quia huius uitae ad bona necessitatem non respuebat, hanc terram penitus non desererebat, quia futurae uitae non nisi nouissima quaedam capere poterat. Illam omnino non apprehendebat, & ideo inter terminos habitabat. Istam roborabat ad necessitatem, illam concupierat ad iucunditatem, & idcirco inter terminos habitabat. Satagebat penitus istam deserere, nec ualebat, ambiebat in illam totus intrare, nec ualebat. Fecit ergo quod potuit, inter terminos habitauit. Quotidiē ad illam nitabatur, quotidiē ad istam relabebatur, & in hunc modum inter terminos morabatur. Isachar asinus fortis habitans inter terminos, uidit requiem, quod esset bona, & terram, quod esset optima. Quid ergo mirum, quod eam uidit qui in eius confinio habitauit? Quid (inquam) mirum, quod uidit, quod uisam cognouit, quod cognitam concupiuit? Et idcirco supposuit humerum suum ad portandum, & factus est tributis seruiens. Vidit (inquit) requiem, quod esset bona. Requies ergo ibi est, & requies bona. Si enim ibi non esset, ibi eam minimē uidisset. Et si bona non esset, propter eam humerum suum ad portandū minimē supposuisset: *Manserunt autem, ait propheta, haereditabunt terram, & delestabunt in multitudine pacis.* Ecce qualis terra. Pax ibi est, requies ibi est. Pax plena, requies bona, pax quieta, quies pacifica. Vidit requiem quod esset bona, & terram quod esset optima. In illa labor non est, sed ad illam sine labore perueniri non potest. Propter ipsam laboratur, sed in ipsa non laboratur. Extra hanc terram non inuenitur requies uera, nullus penitus labor inuenitur in hac terra. Duo sūt, terra, & requies. Duo contra duo. Duo bona contra duo mala. Duo sunt magna mala, miseria, & concupiscentia, poena scilicet, & culpa. Duo magna bona, tranquillitas & stabilitas. Contra miseria, mentis tranquillitas, contra concupiscentiam, cordis stabilitas. Nullam molestiam sentire, est bene requiescere. Nullis concupiscentia fluctibus agitari, est proculdubio iam in terra morari. In terra tali, requies talis. Mens quae ad internum gaudium nondum tota colligitur, quae sit uera requies minimē experitur. Vae mihi misero, qui usque hodie uiuo uagus, & profugus super terram, uagus, sequendo concupiscentiam, profugus, declinando miseria. Semper deest quod concupiscam, ubique inuenio quod fugiam. Concupiscentia, me facit uagū, miseria me efficit profugum. Profecto terra mala, terra miseria, talis terra in qua taliter uiuo, terra miseria, & tenebrarū, ubi umbra mortis est, & nullus ordo. Est proculdubio terra talis non stabilitas cordis, sed duritia, & insensibilitas mentis: *Sed spiritus tuus bonus domine deducet me in terram rectam.* Et qualem denique Isachar

Isachar cur dicat asinus fortis.

Psal. 36.

Nota feclicitatem futurae uitae.

De duobus bonis, & duobus malis.

Psal. 142.

char uidit, & concupiuit, eo quod esset ibi requies bona, & ipsa terra optima. O felicem qui potuit, uel ad horam malorum omnium obliuisci, & illa in tanta pace, uel requie (saltem ad modicum) potiri. Felicem nihilominus, cui datum est dispersiones cordis in unum colligere, & in illo uerae felicitatis fonte desiderium figere. Illud utique bonum, uerum tamen hoc optimum. Iuxta quod Isachar uidit requiem, quod esset bona, & terram quod esset optima. Quia bonum quidem est longe esse ab omni malo, multo tamen melius, imò optimum in hāc uita summo bono. Nouit hoc Isachar, & idcirco a tali terra longius discedere nolebat, sed habitans inter terminos in eius uicinia manebat; cupiens, & ambiens eam raptim quidem & furtim per raras saltem excessus tangere, sed & de illius terrae fructibus frequentius comedere. Est enim (ut nosse potestis) fructus terrae illius sublimis, fructus mirabilis, fructus singularis. Huius si quidem terrae fructibus mens hominis saepius satiata, & aliquatenus impinguata, miranda subito contra omnia pericula fortitudinis accipit, intantum mox ad omnium uitiorum odium cōualefcit, ut parum iam ei sit nullum in seipso per consensum recipere, nisi studeat ea & in alijs uiciliter persequi, & forti animaduersione percutere.

Quid sit bonum.

*Quomodo, uel quo ordine oriatur in nobis odium uitiorum. Cap. XL.*

**S**IT ergo mox tam fortis contra omne periculum, quam ferox hostis uitiorum omnium. Hinc est, quod post Isachar, Zabulon nascitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur. Quid enim per Zabulon intelligimus, nisi odium uitiorum? Odium bonum, odium ordinatum, odium uitiorum. Hunc proculdubio in nobis affectum propheta ordinare cupiebat cum dixit: *Irafcimini, & nolite peccare.* Quid est enim irascendo non peccare, & non peccando irasci, nisi homines utiliter non ad oculū amando, eorum uitij indignari? Hunc habere se filium idem propheta significabat, cum aliā dixit: *Perfecto odio oderam illos.* Et alibi: *Omnem uiam iniquam odio habui.* Hic est egregius ille miles Dei, qui bella domini praefari nō cessat, & quem uisitato uocabulo scriptura sacra zelum domini, uel zelum reftitudinis appellat: *Zelus domus tuae domine comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Et iterum: *Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitus sunt uerba tua inimici mei.* Et Elias: *Zelo, inquit, zelatus sum propter dominum.* Et Phinees zelauit zelū domini, & accepit sacerdotium aeternum. Sed unde istis putas fortitudo tanta, tam mira constantia? Elias solus contra cētum quinquaginta prophetas Baal in surrexit, Phinees solus contra castra Medianitarum irrumpens, adulterantes gladio transuerberauit. Ecce quantum roboris accipiant, ecce quam fortes fiunt, qui de illius praedictae terrae fructibus comedunt, qui se interna suauitate reficiunt. Recte ergo post Isachar, qui merces interpretatur, Zabulon, id est habitaculum fortitudinis nascitur, quia post degustatam aeternae retributionis dulcedinem, animus contra tentationum argumenta mirabiliter roboratur, sua subito pericula paruipendens, domini iniurias fortiter ulciscitur. Hinc est, quod Moyses ille mitissimus omnium qui morabantur in terra post quadraginta dierum, ieiunium spiritualium deliciarum refectus facie mirifica, intantum subito zelum contra fabricatores, uel cultores idoli exarsit, ut statim adiunctis sibi qui domini erant, per medium castrorum, de porta ad portam percutiendo transiret, & hominum praearicatorū tria milia in mortē prosterneret. Sic sic post Isachar Zabulon gignitur, quia per internae dulcedinis degustationem odium uitiorum generatur, & uerae formidinis robor acquiritur. Iste est Zabulon, qui irascendo iram Dei placare consueuit, qui pietate seruando dum hominum uitia percutit, eis quasi non parcendo melius parcit. Absq; dubio nihil sic placet Deo, nihil sic placat Deum quomodo zelus animarum.

capiant, ecce quam fortes fiunt, qui de illius praedictae terrae fructibus comedunt, qui se interna suauitate reficiunt. Recte ergo post Isachar, qui merces interpretatur, Zabulon, id est habitaculum fortitudinis nascitur, quia post degustatam aeternae retributionis dulcedinem, animus contra tentationum argumenta mirabiliter roboratur, sua subito pericula paruipendens, domini iniurias fortiter ulciscitur. Hinc est, quod Moyses ille mitissimus omnium qui morabantur in terra post quadraginta dierum, ieiunium spiritualium deliciarum refectus facie mirifica, intantum subito zelum contra fabricatores, uel cultores idoli exarsit, ut statim adiunctis sibi qui domini erant, per medium castrorum, de porta ad portam percutiendo transiret, & hominum praearicatorū tria milia in mortē prosterneret. Sic sic post Isachar Zabulon gignitur, quia per internae dulcedinis degustationem odium uitiorum generatur, & uerae formidinis robor acquiritur. Iste est Zabulon, qui irascendo iram Dei placare consueuit, qui pietate seruando dum hominum uitia percutit, eis quasi non parcendo melius parcit. Absq; dubio nihil sic placet Deo, nihil sic placat Deum quomodo zelus animarum.

*Quam suuatum ex uero uitiorum odio, zelum reftitudinis habere. Cap. XLI.*

**Q**uam multi multas ceterarum uirtutum proles ex Dei gratia, mente cōceperunt, & de se genuerunt, qui hunc filium habere non potuerunt. Quam multos hodie uideamus spiritu paupes, spe gaudentes, caritate feruentes, multum abstinentes, admodum patientes, ad zelum tamen animarum nimis tepidos, multumque torpentes. Alij quasi ob custodiam humilitatis, delinquentes increpare non praesumunt, alij ne caritatem fraternam perturbare uideantur, peccantes arguere metuunt. Sic & alij alijs, & alijs adhuc modis quod zelare pro domino nolunt, uirtutis hoc esse finem, uel uirtutem esse credunt. Contra multi, quod absque dubio multi agunt in spiritu furoris, agere se arbitrantur zelo reftitudinis, & quae ueraciter exequuntur odio hominū, exercere se putant, uel simulant odio uitiorum. Sed quae so interrogent qui huiusmodi sunt qui Zabulon iam genuisse se credunt, seipsos quae so interrogent, vtrum in ueritate diligant (quos quasi instigante Zabulon) tam acerbè castigant? Forte adhuc quae sint illae spirituales deliciae per experientiam scire minimē potuerunt, ad quas eos quos arguunt, uel flagellant, suis inuitare flagellis, uel etiam increpationibus uideri uolunt. Illi enim pietate, potius quam crudelitate delinquentes, persequi credendi sunt, qui interna illa gaudia, ad quae eos tot doloribus inuitant, per experientiam nouerūt. Iudam, & Isachar, prius quam Zabulon

Zabulon quid sit.

Exod. 32-

Quomodo castigandi sunt delinquentes.



Ion Liam pepetisse legimus, & per Iudam caritatem, per Isachar spiritualium gaudiorum experientiam significari iata diximus. Prius Iudam, & Isachar nasci necesse est, quoniam mens quae caritatis, & internae suauitatis adhuc expers est, rectitudinis normam in suo zelo minime seruare potest. Caritas enim docet quomodo tractare oporteat quos Zabulon castigat. Spiritualium notitia docet quae sit illa suauitas ad quam inuitantur, vel etiam compelluntur quibus exterius iucunditas (carnalis videlicet voluptas) interdicitur, pro qua saepe Zabulon vrgente, durius arguuntur. Iudas itaque docere debet modum, Isachar autem causam correctionis, ut moderante Iuda fiat in spiritu lenitatis, & Isachar suggerente fiat nihilominus causa utilitatis. Vtilitatem tamen eorum Zabulon quaerit, non suam, ut quod delinquentes fecerit ad utilitatem sit, non ad vindictam.

Quod sit officium veri zelatoris. Cap. XLII.

**D**ebet autem Zabulon, non solum delinquentes corripere, sed eos etiam tempore tribulationis, contra persequentes defendere, alioquin verus zelus non est, nec Zabulon ueraciter dici potest, si paratior est ad feriendum, quam ad protegendum. Non enim frustra iste sextus, idemque nouissimus filiorum Lia habitaculum fortitudinis dicitur, nam Zabulon (ut superius iam dictum est) habitaculum fortitudinis interpretatur. Vide ergo quomodo domus inhabitantes quosque superius protegit, & ab omni parte cingit, & tamen nisi fortis & firmiter munita sit, habitaculum fortitudinis non erit. Sic nimirum sic perfectus zelus, ut Zabulon iure possit dici, imò ueraciter esse debet, infirmiores contra aereas potestates doctrina, & oratione protegere, & contra mundana pericula undique munire, & in utroque non solum infatigabilis, sed etiam insuperabilis perseverare, uigilare ergo oportet hinc contra insidias diaboli, illinc contra pressuras mundi. Proculdubio quisquis es in utroque fortis, habitaculum es fortitudinis, & dignè Zabulon dici mereris. Debet esse Zabulon promptior, immo semper paratior ad mala ferenda, quam ad mala inferenda. Et quia habet necesse pro culpa quandoque subiectis irasci, amplius utique dolet, cum cogitur eos pro culpa percutere, quam cum cogitur pro eorum defensione puniri. Libenter ergo se occurrentibus periculis obijcit, & contra saeuientium tempestatum procellas, se spontè opponit. Alioquin frustra in littore maris habitat, frustra in statione nauium habitationem parat, si contra marina mundanae pressurae discrimina trepidat, nisi tempestatibus diu fatigatos, & tandem littoribus eictos blandè excipiat, & benignè foueat.

**A** Quod ueri zelatoris sit uigilare, non solum contra saeuientiam, sed etiam contra fraudulentiam. Cap. XLIII.

**Z**abulon, inquit, in littore maris habitat, & in statione nauium, pertingens usque ad Sidonem. Quae ergo causa est, cur habitat in littore, nisi ut munit extrema terra, & utpote habitaculum fortitudinis protegat infirmiora membra Ecclesiae? Illorum ergo se periculis opponit, quos assiduis persecutionum procellis fatigari conspiciat. Ut enim naufragatibus semper paratus sit ad ferendum auxilium, manet (ut de eo scriptum est) in statione nauium. Diuturnis namque tentationibus oppressos, & quasi quaedam naufragia passos, & penè iam fractos seic blanda consolatione fouere, & ad statum securitatis erigere, & ad quendam quasi tranquillitatis portum reuocare. In hunc itaque modum Zabulon in littore maris habitat in statione nauium, pertingens usque ad Sidonem. Extendens ergo se latius per littora maris, & huc illucque discurrens, dum undique uigilat circa suorum protectionem, dum ubique se parat contra hostium incursionem, pertingit etiam usque ad Sidonem. Sidon uenatio interpretatur, per quam rectè satis deceptionum fraudulentia intelligitur. Satagit ergo Zabulon iste non solum imbecilles quosque erigere contra furorem persequentium, sed quoslibet etiam simplices eripere de laqueo uenantium. Ad Sidonem ergo usque pertingit, quoties uersuti hostis insidias detegit, quoties fratrum fallorum fraudulentia consilia deprehendit: Quasi sermo, rectè Apostolo, ut cancer serpit. Hic est enim ille laqueus uenatorum, & quasi quoddam rete spirituum malignorum animas simplices uenantium, lingua uidelicet adulantium, lingua detrahentium, seminantium inter fratres discordias, concitantium iras, rixas. Pertingit ergo Zabulon usque ad Sidonem, quoties prauenit insidiatorum dolosam machinationem, siue malignorum spirituum, siue perfidorum hominum. Scimus enim fieri huiusmodi uenationem animarum, aliquando per occultam suggestionem daemonum, aliquando per apertam persuasionem hominum. Verum tamen nouit utramque Zabulon cautè deprehendere, & incautis detegere. Figit ergo fortitudinis habitaculum è regione maris, in consinio Sidonis, ut hinc uigilet contra saeuientiam persequentium, illinc contra fraudulentiam insidiantium, & impleatur quod de eo scriptum legitur. Zabulon in littore maris habitat, in statione nauium pertingens usque ad Sidonem.

Quale sit, uel quantum habere perfectum zelum animarum. Cap. XLIII.

**C**ogitet qui potest qualis sit hic filius, quanta sit eius uirtus, cuius officio quisque non solum

Gen. 49.

Cur Zabulon dicat habitare in littore maris.

1. Tim. 2.

Quo, & quando Zabulon ad Sidonem pertingat.

Nota.

Maius esse quod peccatrice animam conuertere ad Deum, quam corpus ad uitam restituere.

Psal. 118.

Deus aliquando cadere eos permittit per quos alios post modum erigat.

solum seipsum contra uitia munit, sed etiam alios a peccati laqueis eripere contendit, & quorum non potest malitia in melius mutare, nititur saltem resistendo reprimere. Nescio si potest homo aliquid a Deo in hac uita maius accipere, ignoro an possit hac gratia interim maiore aliquam Deus homini conferre, quam ut eius ministerio peruersi homines in melius mutentur, ut de filijs diaboli, filij Dei efficiantur. An forte cuiquam magis uidebitur esse mortuos suscitare? Ergo ne maius erit suscitare carnem iterum morituram, quam animam in aeternum uituram? Ergo ne maius erit carnem renouare ad gaudia mundi, quam animam restituere gaudia caeli? Ergo ne maius erit restituere carni bona transeuntia iterum peritura, quam animam reddere bona aeterna in aeternum mansura? O qualis dos, quanta dignitas, talem gratiam a Deo accipere, non debuit Dei sponsa a sponso suo dotem aliam accipere, non decuit caelestem sponsum sponsae suae dotem aliam donare, quam ut per adoptionis gratiam possit multos Deo filios gignere, & de filijs irae, filijsque gehennae, regni caelestis haeredes ascribere. Merito ergo Zabulon nato exclamat mater eius Lia. Ditaui me Deus dote bona. Vides ne quale, quantum uel sit zelum iustitiae ueraciter possidere, & uitiorum ex corde gerere, in ueritate exercere. Qui talem filium genuit, cum Propheta fiducialiter psallit: *Omnem uiam iniquam odio habui.*

Quomodo, uel unde oriatur ordinatus pudor. Cap. XLV.

**S**ed nunquid post has sex uirtutum soboles, ut saltem dabitur cuius sine peccato uiuere, ut saltem post uitiorum odium possit sine uitio esse? Quis hoc praesumat? Quis hoc in hac uita uel sperare audeat cum Apostolus dicat: *si diximus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est?* Quis est (ut de ceteris taceam) qui ipsa saltem peccata ignorantia possit in hac uita plenè deserere, perfectè deuitare? Nunquid uel ipsi qui aliorum culpas corripunt se ab omni peccati contagio penitus exuunt? Immo eos saepe per quos Deus aliorum errata corrigere disponit ex magna pietatis dispensatione grauius cadere permittit, ut ex propria culpa discant quam misericordes in aliorum correptione esse debeant. Sed quantum putas erubescunt, cum quali se humilitate deijciunt cum se in id uideant alios corripiunt, uel forte in aliquid grauius lapsos conspiciunt, qui alijs in statu rectitudinis formam praebere debuerunt? Quis putas dignè pensare sufficiat quanta confusio corda eorum transfigat cum in sua uita uideant quod iure ualeat ab ipsis etiam reprehendi, quos pro culpa eorum remittuntur a se saepe & acerbius corripere & durius castigari? Hinc est quod post Zabulon natus Richardi S. Victoris. Pars I.

**A** scitur Dina, quia nimirum saepe nimium zelus interueniente culpa sequitur uerecundia. Nichil enim aliud intelligimus per Dinam nisi uerecundiam, sed ordinatam, solum peccatum erubescere est bonam, est ordinatam uerecundiam habere. Sed qui Zabulon nodum gignere meruit frustra Dinam se posse gignere credit.

Quis, uel qualis sit ordinatus pudor. Cap. XLVI.

**D**isce prius peccatum odisse, & tunc illud incipies ueraciter erubescere. Si ueraciter odis erubescis citius illud. Ille pudor uerus esse cognoscitur, quem uitiorum odium praecedit & comitatur. Alioquin si in peccato deprehenderis & deprehensus pudore confunderis non te credo erubescere culpam sed infamiam. Non enim uerecundia talis descendit tam ab ipso peccato quam de fama detrimento. Non est ergo unde gloriaris quasi Dinam generis. Habent utique etiam homines peruersi uerecundiam, sed uinam bonam, uinam ordinatam. Nam utique si bonam haberent peruersi forsitan non essent. Peccatum etenim si perfectè erubescerent non tam facile committerent. Qualis putas pudor est erubescere paupertatem, erubescere humilitatem? Illud non pudet eos erubescere ad quod docendum non puduit caelestem magistrum de caelo descendere. *Discite a me, inquit, quia mitis sum, & humilis corde.* At isti e contra magis abominantes quam sectantes humilitatem, multo amplius erubescunt habere sordidam uestem quam sordidam mentem. Quam multi hodie sunt, quos magis puderet in oratione fecisse barbarissimum contra regulam Prisciani, quam protulisse mendacium in suo sermone contra regulam Christi. Sed quid haec de istis loquimur qui saepe sua etiam crimina iactant quandoquidem illi etiam qui spirituales uidentur, hunc pudorem haud facile superant? Saepè dum in praedicationis officio proximorum utilitati deseruiunt, dum forte contra superbiam disputant, contingit eos saepe subtiliter differere. Et si forte inter loquendum (quod fieri solet) breuem accentum producerent, magis eos fortassis puderet de uitio orationis quam de uitio elationis. Crede mihi non est credendum hanc esse illam uerecundiam quam intelligere debemus per Dinam.

Quam sit uerum habere pudorem uerum. Cap. XLVII.

**V**ltis adhuc melius nosce quam sit rarum humanam uerecundiam perfectè calcaste, & hanc ueram, & ordinatam habere quodque est Dinam genuisse? Ecce de carnalibus omitto, cum spiritualibus tantum interim sit mihi sermo. Ecce quisquis es qui te credis iam Dinam gignere

Pudor uerus.

Si peccatum perfectè erubesceretur, non tam facile committeretur. Matt. 11.

Plures erubescunt de commisso barbarissimo, quam de mendacio.

Nota.



nuisse si cogeres corā multitudine nudo corpore transire, nunquid possēs non erubescere? Cogita ergo si tantum confunderis quādo immunda cogitatione in mente fordidaris. Cur te iactes amplius Dinam genuisse & ordinatam verecundiam habere, si minus erubescis pudēda cordis quāmodum corporis? Si magis vereris vultum hominum quāmodum conspectum angelorū? Siccine magis est erubescendum quod Deus fecit bene quāmodum quod tu male fecisti? Certe illas etiam corporis partes (quas pudēda vocamus) Deus fecit, pudenda autem cordis non nisi tu fecisti. Diligenter ergo consideranti, recteque discernenti quāmodum sit rarum, vel quāmodum sit paucum humanam verecundiam, plene vicisse, & solam illam quā ordinata est possidere, non erit (ut arbitror) vnde amplius qui admirari de beat cur talem prolem tam sero Lia concipiat, vel pariat.

*Quid sit proprium pudoris. Cap. XLVIIII.*

Sed ne de nominis ratione tacite praterisse videamur Dina iudicium istud interpretatur. Hoc itaque est illud iudicium quo quisque a propria conscientia conuenitur, conuincitur, condemnatur, & digna confusionis poena mulctatur. Si enim sibi conscius non esset, non esset utique vnde erubescere deberet. Et confusio quidem si nulla poena esset, non esset vnde eam quisquam tam detestari, vel tantū deuitare debuisset. Miro itaque modo mens cuiusque de propria conscientia conuicta, & condigna confusione deiecta, uno eodemque tempore ipsa contra seipsam dicitur sententiam, ipsa de se ipsa sumit vindictam. Hoc itaque est illud iudicium in quo unus idemque est ille qui iudicat, & ille qui iudicatur, idem ipse qui condemnat, & idem ipse qui condemnatur, unus idem qui punitur & ipse qui punit. Non ergo sine causa fuit quod hoc tale iudicium scriptura sacra non sine demonstratione nominare voluit. Istud enim demonstrationem semper significat, Et quid aliud hęc adiectio quāmodum animum audientis in admirationem excitat? Vere iudicium mirabile dignumque admiratione, digne que pronuntiandum cum demonstratione, in quo quidem iudicio quanto quisque seipsum ardentius diligit, tanto in seipsum acrius sequitur, & quo sibi parci uehementius cupit, tanto minus ipse sibi parcat, quia quo amplius suam confusionem formidat, eo acerbius sua quam que confusio uexat. Sed hoc fortassis cuiquam mirandum uidetur si hęc inter alias uirtutes dignè annumeratur, cur per foemineum & non potius per uirilem sexum exprimitur? Sed scimus omnes quia in foeminis quāmodum in uiris quāuis sit forma pulchritudinis maior, est tamen ad opera uirtutum constantia fortitudinis minor. Quis nesciat verecundia quāmodumlibet honesta cordis robur quāmodum emolliat, & quāmodum sa-

Homines ueremur, & nō Deū.

pe fortia opera prapediatur dum animus hominis ultra modum confunditur denitatur? Est itaque Dina non uir sed foemina, non filius sed filia.

*De uilitate & uenustate uerecundia. Cap. XLIX.*

ET forte non sine causa fuit, quod post natum Zabulon Deus Lia non filium, sed filiam donare decreuit, quā fratris audaciā blādē mitigaret, & furentis animos blandicijs deliniret. Habet enim (ut ex predictis apparet) Zabulon impetus uastos, & ingētes gerit animos. Sed sciunt (ut omnes nouimus) foemina, quāmodum uiri tumentes animos blandius alloqui, & irarum dulcius blandiri. Valdē ergo opportunum uideretur, quod post Zabulon Dina nascitur, ut ex fororis lenitate, fratris ferocitatem temperetur. Multum enim per omnem modum zelantis animi impetum temperat, cum in seipso inuenit quis unde erubescat. Hęc utique est ratio (ni fallor) cur post Zabulon Dina nascitur, ut eius modestia fratris sui impetus moderetur. Sed quia Dina nil utile, nil magnificum molitur, tribū in populo Israel facere non meretur. Imō etiam saepe (ut dictum est) dū plus iusto confunditur, ad fortia, & uirilia non solum non conualescit, sed ea etiam prapediatur consueuit. Sed quāuis pauca sit (utpote foemina) ad opera fortitudinis inuenitur, tamē prouida, & circumspicua ad custodiam honestatis, & quāuis nesciat placere per fortitudinem, nouit tamē placere per formam pulchritudinem. Est enim Dina admirandae pulchritudinis, & formae singularis, & quā intuentium oculos in sui admirationē facile trahat, & admirantium animos cito sua dilectione alliciat. Quis enim ignorat quomodo modestia uerecundia homines omnibus, & commendabiles reddat, & amabiles efficiat? Vnde namque est, quod uerecundos homines ferē semper ceteris carius amplectimur, nisi quod in eis dum uerecundia modestiam, modestiaque gratiam miramur, Dinae quodāmodo pulchritudine allicimur, & pulchritudinis suae magnitudine in eius amorem captiuamur? Quāmodum singularis huius Dinae pulchritudo, quā celebris huius dilectio, cuius pulchritudinem penē nemo nō miratur, cuius dilectione penē nemo non delectatur. Huius rei Sichem ille filius Emor testis sit, qui ei tam ardenti amore inhefit, ut mallet omnes mares suos absque mora circumcidere, quam illam non habere.

*Quomodo uerecunda mens, modestia metas transgreditur, cum per superbiam, & uanam gloriam corrumpitur. Cap. L.*

Quam multi usque hodie sunt, qui quod pro Deo facere noluerunt, sepe pro amore Dinae efficere nō differunt, & pudendorū supflua, quae Deo amputare debuerant, orta confusione nis oc-

Cur post Zabulon Dina nascatur.

Vnde nā sit, quod uerecundos hoies carius amplectimur.

Sichem quid signi ficet.

Nihil stultitius quam gloriari de eo quod nō habes.

1. Cor. 4.

Gen. 49.

occasione, pro euitando uerecundia detrimento amputare non tardant, & malunt in amputandis uitae suae superfluis circuncisionis molestiam subire, quāmodum impudentes uideri, & sine uerecundia esse. Sed quis est Sichem, uel quis pater eius? Vel quid sibi uolunt huiusmodi nomina Sichem quod interpretatur humerus, uel labor, & Emor quod sonat asinus? Sed si eorum facta consulimus, qui sint citius inuenimus. Qui enim sunt qui solent nō tā pro Deo quāmodum pro Dina, non tam pro conscientia, quāmodum pro uerecundia pudenda sua circumcidere, qui inquam alij erunt quāmodum amor propriae excellentiae, & amor uanae gloriae. Talis filius de tali patre, de amore propriae excellentiae amor uanae gloriae. Attende nunc ergo hunc Emor quāmodum sit stultus, & inuenies quāmodum recte nuncupetur asinus. Videamus ergo unde extollitur, unde gloriatur. Si de eo quod non habet sed habere se credit, hac quāmodo stultitia quid stultius excogitari poterit? Si autem habet, audiat quid ei Apostolus dicat. *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?* Et quidem accepisti, non accipientis sed ueraciter est gloria dantis. Quid enim habet homo proprium nisi peccatum. Et quale erit gloriari de malo proprio siue de bono alieno? Talis itaque gloriator, quāmodum uere est stultus, tam recte appellatur, & asinus. Sed & quod Sichem humerus, uel labor dicitur, ad idem pertinere uidetur. Humerus enim onera portamus, & hoc agendo utique laboramus. Supponit itaque Sichem humerum suum ad portandum, & libenter desudat, sed ad solum nomen sibi faciendum. Recolamus modo quod de Isachar legimus. *Isachar, inquit, asinus foris uidit requiem quod esset bona, & terram quod esset optima, & supposit humerum suum ad portandum.* Ibi Isachar asinum se reputat, & humerum suum ad portandum inclinat. Hic Emor asinus dicitur, & Sichem laboriosum humerum habere demonstratur. Videtis quia quicquid agitur pro laetitia uera, totum exercetur pro laetitia uana. Isachar laborat pro requie quam uidit, Sichem pro laudis uanitate, quam concupiscit. Recte tamen non laboriosus, sed labor appellatur, quia per suū laborem ad ueram requiem non perducitur. Quod autem recte labor dicitur, testatur labor hypocritarum, qui tantum laborant pro adipiscendo uano fauore hominum.

*Quomodo uerecunda mens ab intentionis suae ueritate deicitur. Cap. LI.*

Hic itaque est ille Sichem qui egredienti Dinae occurrit, oppressamque corrumpit. Integritatem ergo quam intus fortassis conseruare potuit, egressa amittit. Nam quoniam uerecundia uenustas ab omnibus fere commendatur, laudatur, amatur, Dina egredientem & intima sua deferentem, & quāmodum eam humilia-

re consueuerat infirmitatis suae memoriam cito obliuiscens, subito hominum laudes excipiunt, & eam dum fauoribus demulcent, corrumpunt. Dum enim in oblata laude delectatur, quid aliud quāmodum per Sichem (amorem uidelicet uanae gloriae) corrumpitur? Veruntamen tunc Dina corruptionis suae damna uolentia quadam potius quāmodum uoluntate patitur, cum blandienti prae delectationi quantum potest reluctatur. Toties enim Sichem quasi nolentem opprimit, quoties mentem corruptionis suae confusionem erubescens, & idcirco fortiter reluctans, etiam inuitam usque ad turpem delectationem trahit. Sed quid putas causa accidit quae eam sua intima deserere & ad exteriora uagari compulit? nisi quod saepe dum infirma nostra nimis erubescimus unde forte alij eisdem infirmitates in se sentiant, mirari incipimus, & uidetur nobis quoddam solatiij genus inuenisse si deprehendamus nos in nostra saltem deiectione, uel socios habere. Inde fit ut incipiamus aliorum studia curiosius querere, nunc uultum, nunc gestum, totiusque corporis habitum frequenter circumspicere, eorum occulta ex aliorum relatu libenter ad discere. Dum igitur Dina in alijs animarum statum ex signis exterioribus deprehendere nititur, quid aliud quāmodum sua deserens ad uidendas mulieres foras egreditur, forisque uagatur? Dum ergo Dina mulierum formas curiosē circumspicit, alias multum, alias minus pulchras mirum inuenit. Et dum secum tacita saepe comparat, quāmodum multas pulchritudinis suae magnitudine longe antecedit, quid mirum si appetitus eam uanae gloriae uehementius pulsar? Cuius impetum dum resistendo repellere non sufficit, quid aliud quāmodum uiribus Sichem uicta succumbit?

*Quomodo sub uno eodemque tempore unde una corrumpitur inde aliae uirtutes quandoque nutriuntur. Cap. LII.*

Notandum sanē quod uno eodemque tempore & Dina corrumpitur, & eius in suis pecoribus pascendis fratres occupantur. Mens etenim quae caritate, ceterisque uirtutibus pollet, sicut de suis malis dolere, sic & de proximorum bonis gaudere solet. Dum igitur proximorum uitam lustrando eorum bona considerat, suaque cum illorum bonis comparat, sicut nō potest suis saepe fauoribus non fauere, sic & de aliorum eam bonis congratulari erit necesse, Mens utique pia dum aliorum profectum, aliorum defectum, horum infirmitatem, illorum perfectionem diligentius intuetur, uarijs nimis rum nunc his, nunc illis uicissim affectibus tangitur. Incipit ergo pro alijs timere, pro alijs dolere, de his bona, de illis meliora sperare. Videt in alijs quae diligit pro quibus & gaudeat inuenit, & in quibusdā quae iuste abhorreat, pro quibus

De uarijs affectibus mentis.

quibus & iuste dolere debeat. In hunc itaque modum dum affectus boni simplicibus cogitationibus alludunt, quae ex inspecta & sibi com placita proximorum disciplina hinc inde occurrunt, quid aliud fratres Dine filij Lia quam pecora sua pascunt? Vides ne quomodo uno eodemque tempore aliud uerus amor proximi, atque aliud operatur uanus amor sui. Verus amor proximi pascendis pecoribus fratrum pascua praestat, uanus amor sui corruptionis Dinae occasionem administrat. Quod autem res patrem non latet etiam prius quam ad fratres sermo perueniret, quid aliud nobis insinuat, nisi quod corruptele notitia animi prius per cogitationem quam per affectum pulsatur? Sed cum res diutius in corde uersatur, sapientius per cogitationem replicatur quoadque usque ad cordis intima penetrat, cordisque affectum transuerberat. Cum igitur rei sollicitudine animus afficitur, uariisque affectibus uicissim tangitur, iam usque ad filios Lia fratres autem Dinae sermo peruenisse non dubitatur.

Cum quanta instantia, uel cautela corrigenda sit intentio deprauata. Cap. LIII.

Sed quomodo putas insaniunt, cum sororis suae corruptionem iam ignorare, uel saltem dissimulare ulterius non possunt? Quid enim de eis ait scriptura, Nisi quod irati sunt ualde, & iterum quod essent seueriores ob stuprum sororis suae? Docet utique nos haec fratrum ira, uel potius insania, quantum sibi debeat quisque irasci, qualiter indignari, quomodo seipsum arguere, quam acriter inceptare, cum se agnoscit conscientiam suam inani gloriatione fecisse. Debet ergo quicumque est ad sanandum mentis tumorem infirmitates suas ante oculos ponere, & culpas suas sine quibus nemo hanc uitam transigit, ad memoriam reuocare, quam inhonesta saepe in opere, quam indigna in ore, quam immunda uersetur in cogitatione diligenter attendere, ut inde manifeste colligat, quam multa in suis moribus inuenire, queat que iure debeant amputari, si uere uult, & non impudenter gloriari. Cum igitur huiusmodi conditionis retractatio mente reuoluitur, quid aliud quam cum filio Emor circuncisionis pactum statuitur. Nam quid est aliud dicere mortuorum pudenda abscinde, quam masculorum tuorum praepudia circuncide? Et quid est dicere alioquin non poteris non impudenter gloriari, quam alioquin non poteris Dinae copulari? Si enim Sicheu gloriatio, si digna uerecundia, quid aliud erit gloriatio impudens, gloriatio sine uerecundia, quam Sicheu sine Dina? Recte autem inueteratae consuetudines quae difficile superantur, per masculinum sexum designantur. Isti sunt mares quos fratres Dinae circuncidi uoluerunt, teste tamen scriptura hanc circuncisionis conditionem Sicheu in dolo

De amore uero, & uano, qui aliquando eodem tempore causatur.

Gen. 34.

Remedium efficax ad sanandum tumorem mentis.

proposuerunt. Ecce (ut facile aduertere possumus) nullo modo marito tali proforem suam dare disponebant, & quamuis proposito conditionis conuentionem explere potuissent, nullatenus tamen eum tali matrimonio dignum iudicabant. Et quidem etiam si possemus omnia inhonestia nostra de nostra penitus uita amputare, & ab omnibus omnino mundari, nihilominus tamen deberemus non de nostris meritis, sed tantum in Domino gloriari. Et idcirco fortassis fratres Dinae dura ei proponebant, ut eum de sororis suae copula omnino desperarent. Sed paratior est Sicheu qualibet, uel quamlibet aspera tolerare, quam adamatae Dinae diuortia sustinere. Et fit quidem saepe quod & superius praelocuti sumus, ut ea quae ab animo extorquere non potuimus quando pro Deo illa facere disponebamus, eadem nobis ipsa sit facile perficere, cum pro eis timeamus incurere detrimenta uerecundiae.

Quomodo, uel quam cautè oporteat intentionem mutare, & morum honesta non deserere. Cap. LIIII.

Quid ad ista dicemus? An forte melius erit tacite gemere quam aliquid respondere, qui ista negare non possumus? Illud sane dixerim quod digne fratribus merito displicuit, merito eos placare non potuit circuncisio, quae non tam pro Deo, quam pro Dina, non tam pro institutione diuina, quam pro uerecundia humana fuit facta. Malum tamen in eis fuit iusta seueritatis modum excedere, & in ulciscenda iniuria aequitatis mensuram minime seruasse. Merito ergo Iacob inconsultam eorum audaciam redarguit, seueritatemque tam indiscretam iuste reprehendit. O quanto satius erat uiros quamuis non tam pro Deo, quam pro Dina, circuncisos ad uerum Dei cultum paulatim perducere, quam inopinata, & repentina morte percutere. Hinc itaque colligat, hinc diligenter attendat, quomodo quisque debeat circuncisus suis parcere, quos tamen se meminere non propter Deum circuncidisse. Qui sunt istiusmodi circuncisi, nisi mores non bona intentione correcti? Nec tamen in talibus debemus morum honesta destruere, sed intentionem mutare. Errant ergo, utique errant, qui abiciunt opera bona, quamuis forte inchoata sint intentione mala. Erratum ergo suorum ultores huiusmodi quid aliud faciunt, quam super circuncisos cum Symeon, & Leui irruentes uiolenter occidunt?

Qua maxime consideratione debeamus intentionis deprauationem castigare. Cap. LV.

Operum precium est illud etiam diligenter attendere, quoniam modo tam pauci tantam potuerunt stragem efficere. Sed nimirum adiuuit

adiuuit eos electa oportunitas temporis, quando ipsos circuncisos, & ab istis occidendos operesserat, acerbitas doloris. Ad hoc electus est circuncisionis dies ille tertius, in quo (teste scriptura) dolor solet esse grauissimus. Sed qui sunt isti dies, uel cur tantum dicuntur esse tres? Si per noctem ignorantia, recte per diem inteligitur notitia. Primus itaque dies est cognitio eorum quae sunt extra nos, secundus dies, cognitio eorum quae sunt intra nos, dies tertius cognitio eorum quae sunt supra nos. Extra nos corporalia, intra nos spiritualia, supra nos diuina. Eorum itaque qui se circuncidunt, uerumtamen non propter Deum hoc faciunt, prima consideratio esse debet, uel potius esse solet, cum diligenter attendunt quid asperitatis extrinsecus pertulerunt. Secunda consideratio esse debet quid intus acquisierunt per tot cruciatus corporis, imò quantum intus ueraciter perdidit per neuum sinistrae intentionis. Tertia consideratio erit quid retributionis de Deo expectare debeant, quem simulatae seruitutis obsequio non tam placasse quam exasperasse non dubitant. Primo itaque die considerationis prima recurrit ad memoriam amputatae licentiae amatae consuetudinis, & absque dubio dolor efficitur, dolor utique grauis, quia non relinquitur sine dolore quod possidebatur cum amore. Secundo die considerationis secunda inuenit se animus per detrimenta corporis peruenisse ad damna mentis, & fit utique dolor quanto iustior, tanto fortassis & grauior. Tertio die considerationis tertia deprehendit se grauiam pertulisse de sententia propria, sed grauiora expectare debere de sententia diuina. Hic est ille dies tertius in quo (testante scriptura) dolor solet esse grauissimus. Quantus enim putas dolor mentem transuerberat cum diligenter considerat malum quod pertulit, malum quod commisit, malum quod promeruit, malum quod pertulit exteriori in cruciatus corporis, malum quod extraxit intrinsecus in reatu criminis, malum quod promeruit diuinitus in conspectu creatoris. Profecto non solum grauius sed etiam grauius doluit, quisquis inutiliter circuncisiorum ad hanc diem peruenire potuit.

De tribus diebus considerationis.

Vnde causari potest dolor peccatorum.

Quod mens in omni corruptione sua debeat & patienter dolere, & de sua correctione non desperare. Cap. LVI.

Debet tamen mens sui criminis conscientia & de sua infirmitate confusa, & patienter dolere, & de sua correctione non desperare. Oportet eam sane & dolere de corruptione & sperare nihilominus de correctione, ut per moderatum dolorem afflicta, & per spei fiduciam erecta, & satisfaciatur de praeterito, & prouideat de futuro. Superius autem iam diximus quomodo dolorem & spem per Symeonem, & Leui intelligere debemus. Isti sunt duo illi Di-

ne fratres Symeon, & Leui iniuriarum suarum ultores sui, sed utinam quam fortes, tam forment & discreti. Ad Symeon pertinet satis facere de eo quod malefactus est, ad Leui pertinet animum erigere ad id quod in posterum prouidendum est. Si ergo doles de corruptione, desperes autem de correctione, est ibi Symeon, sed solus. Si negligis de satisfactione praeteriti speres tamen de cautela futuri, est ibi Leui sed solus. Ad tantum ergo negotium necesse est ut uterque conueniat, & uterque alteri opem ferat.

Quomodo, uel quam cautè per exprobrationem peccati uel per exactionem debiti debeat corrupta mens flagellari. Cap. LVII.

Sed considerandum est iterum, quod saepe in eo quod fortiter agunt modum iusti libraminis excedunt, quod facile conuincimus ex hoc eorum opere quod inter manus habemus. Atreptis enim gladijs confederatos sibi societatis pacto, uiolenter occidunt, & pro unius pudicitia uiolata, tot uirorum tam subitam stragem fecerunt. Gladius Symeonis exprobratio, gladius Leui est exactio. Solet enim Symeon corrupta menti exprobrare uehementer malum quod fecit, Leui uero solet uehementer exigere bonum quod fieri oportuit. Quid igitur aliud est eos his gladijs pugnare, quam exprobrationis, & exactiois stimulis mentem flagellare? His stimulis quorundam mens uehementer accensa, saepe inconsolabiliter plangit ea etiam quae nullo modo potest euitare. His stimulis exagitata ea etiam saepe inchoare praesumit, quae nullatenus ualet consummare. Hinc illa quorundam immoderata tristitia, hinc illa etiam indiscreta abstinentia, quae non solum uires corporis, uerum etiam euacuant uirtutem mentis. Quosdam etenim saeuiente Symeone uidimus tam irrationabili tristitia absorberi, ut nullius possent aliquatenus consolatione releuari. Alios cognouimus per immoderatam abstinentiam tam grauius corruisse, ut nulla postmodum deliciarum copia, nulla coquorum diligentia posset eis satisfacere. Ecce bellatores isti (Symeon loquor, & Leui) quomodo pugnant, qualiter se uindictant. Quid est enim aliud eos arreptis gladijs Dinae amatores interficere, quam exprobratione ineuitabilem, uel exactioe impossibilem eo usque non solum uires corporis uerum etiam uigorem mentis attenuare, ut pro humana saltem uerecundia non possit se mens a suis excessibus temperare? Vnde eis recte per Iacob dicitur, Symeon, & Leui fratres uasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non ueniat anima mea, & in ceteris eorum non sit gloria mea. O quales bellatores, qui dum fortiter egisse uideri uolunt, pacis suae socios crudeliter, quam uiolenter occidunt. Vasa iniquitatis bellantia, sed in consilium eorum non ueniat anima mea. O uiros inconsultos, qui dum

Quid sit Symeon & Leui gladijs pugnare.



Ad hoc presumunt quod efficere non possunt, illud etiam amittunt quod efficere potuerunt. In consilium ergo eorum non ueniat anima mea, & in cœtu eorum non sit gloria mea. Non est bona gloriatio ambulare in magnis, & in mirabilibus super se, quo possit quasi de sua gloriari uirtute. Non est inquam huiusmodi bona gloriatio. In cœtu ergo eorum non sit gloria mea: Quia, inquit, in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum.

Quomodo per nimiam afflictionem mens quandoque usque ad impudentiam effrenatur. Cap. LVIII.

Vir amator Dinae quando occiditur. Quid per uirum nisi uigor mentis, quid per murum nisi disciplina intelligitur corporis? Vir itaque ille amator Dinae tunc ueraciter occiditur, quando per afflictionem nimiam uigore mentis exhausto usque ad apertam impudentiam animus effrenatur. Tunc amator Dinae absque dubio gladio perit, quando per afflictionis nimietatem uigore mentis eo usque deficit, ut a suis (ut dictum est) excelsibus pro humana saltem uerecundia se temperare non possit. Tunc murus destruitur, quando per immoderatam abstinentiam rigor prioris discipline penitus dissipatur. Sed hoc est in huiusmodi bellatoribus præ omnibus admirabile imò super omnia detestabile, quòd nullius unquam quamlibet prudentis uiri consilio acquiescunt, imò nec propriè saltem experientia cedunt, nec tunc quidem cum iam incipiunt & corpore deficere, & corde tabescere. Quorundam pertinacia maledictionis iaculo percutitur, cum ad illos per Iacob dicitur: *Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.*

Murus quando destruitur. Mirabilis pertinacia sed non minor infamia, ab impetu cursus sui, a deuio erroris sui, non nisi solo impossibilitatis freno posse retineri. Ecce quomodo preclari norunt uasa iniquitatis bellantia, ecce quanta faciunt, ecce quanta fiunt pro Dina, pro Dina masculi circumciduntur, pro Dina circumcisi perimuntur. Totum hoc fit pro Dina, totum pro humana uerecundia.

Gen. 49. Quod nec ordinata uerecundia sit bona, nisi sit & moderata. Cap. LIX.

Ed miraris forte cum humanam uerecundiam superius reprobauerimus, cur eam modo ad Dinam pertinere doceamus, cum per Dinam solam ordinatam uerecundiam intelligere debeamus. Sed aliud est homines erubescere propter Deum, & aliud eosdem erubescere propter seipsum. Sic luceat lux uestra, (dicit scriptura) ut uideant opera uestra bona, & glorificetur pater uester qui in cœlis est. Bonum est ergo erubescere infamiam, non tam ad nostram, quam ad gloriam diuinam. Et hoc est forte Dinam exire hominum infamiam propter Deum, erube-

Matth. 5.

scere. Nam tunc proculdubio Dina intus inuenitur, quando de occultis etiam suis coram Deo conscientia nostra confunditur. Homines itaque propter Deum erubescere est bonam uerecundiam habere, & qualem non dubitamus ad Dinam pertinere. Verecundia itaque talis & ordinata est, & iuxta aliquid rectè humana dici potest. Reuera tamen huiusmodi bona est, si non sit nimia. Certe si Dina adhuc paruula esset, uel intra thalami sui secreta seipsam cohiberet, corruptionis maculam non incurrisset, & tantorum malorum causa non extitisset.

Verecundia bona quæ.

De principalium affectuum numero, & ordinandi modo compendiosa recapitulatio. Cap. LX.

Hæc est Dina quæ post Isachar, & Zabulon nascitur, quia post degustatum internæ dulcedinis gaudium, & post uerum uitorum odium quanto uerius, tanto uehementius quisque de sua infirmitate confunditur. Per Isacharem enim intelligimus gaudium conscientie per Zabulon odium malicie per Dinam ueritatem uerecundie, & sunt quidem hi nouissimi tres liberorum Lia. Quos si cum quattuor superioribus annumeramus, septem esse absque dubio inuenimus. Principales enim affectus septem esse longe superius iam diximus, quos cum in nobis ordinamus in numerum uirtutum redigimus. Primo itaque ordinatur timor, deinde dolor, post hos spes, & amor. Post hos quattuor ordinantur letitia & ira, nouissimè autem omnium uerecundia. Itaque nihil aliud est Iacob huiusmodi liberos ex Lia genuisse, quam animum affectionis suæ motus ordinando dignam uirtutum sobolem de seipso procreasse. Per Ruben igitur primogenitum Iacob intelligimus ordinatum timorem, per Simeonem ordinatum dolorem, per Leui & Iudam ordinatam spem & ordinatum amorem. Per Isacharem autem intelligitur ordinata letitia, per Zabulon ordinata ira, per Dinam ordinata uerecundia.

Per Isacharem Zabulon & Dinam, quid intelligendum.

Quod affectus ordinati ueraciter sunt boni si sunt & moderati. Cap. LXI.

Sciendum autem quòd affectus isti tunc ueraciter creduntur boni, quando sunt non solum ordinati, sed etiam moderati. Sæpè namque cum discretionis moderamen excedunt, uirtutis nomen amittunt. Sed hoc fortassis melius per exemplum ostendemus, si de ipso fratrum primogenito exemplum sumamus. Certe si timor immoderatus periculosus non esset Iacob ad Ruben loquens minime dixisset: *Effusus es sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Si per Ruben debemus ordinatum timorem intelligere, cur quæso iubet eum Iacob non crescere, nisi quia malum est in quolibet ordinato timore modum æquitatis excedere?

Gen. 49.

Quibus

Quibus modis timor mensuram æquitatis supergreditur. Cap. LXII.

Dobus autem modis hic filius æquitatis mensuram sæpè supergreditur, aut quia circa unum aliquid minus extēditur, aut quia ad innumera, uel etiam inutilia passim dilatur. Quis Iudam neget post prodicionis scelus iure timere debuisse? Sed illud in eo quis non uideat supra omnia execrabile fuisse, quòd dum in suo timore modum seruare noluit, uel nesciuit semetipsum desperando malum quod corrigere potuit detestabili exitu quam exordio cumulauit? Sed illa timoris nimietas quæ se passim ad multiplicia rerum effundit facilius decipit, perfectis etenim uirtus quandoque subrepat. Quis namque prælatorum quamlibet perfectus dum subiectis suis uitæ necessaria prouidet ita sollicitudinis suæ curas temperet, ut pro aduersis rerum casibus nunquam plus iusto formidet? Pertinet autem ad Ruben tunc tantum timor huiusmodi cum surgit quidem, & non ex amore mundi, sed de dilectione proximi. Sed quis enumerare sufficit omnes ancipites incommodorum casus hinc indeque surgentium, pro quibus eum trepidare cogit, & si non sua suorum saltem infirmitas subiectorum? Et quis non uideat quàm sit difficile, imò quàm penè impossibile, iuste formidis metas nunquam excedere? Inde fit sæpè ut quanto quis prudentior tanto inueniatur & sollicitior, & quanto quisque nouit perspicacius circumstantiarum periculorum casus ancipites prospicere, tanto cogitur timide sollicitudinis suæ habenas multipliciter relaxare. De quo & illud conuenienter intelligitur, quod ad Ruben per Iacob dicitur: *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Solet enim per aquam quandoque carnis prudētia, sicut per uinum intelligi sæpè specialis intelligentia. Hæc aqua cuique tunc in uinum uertitur, quando aspirante Deo per exterioris scientie scalam ad inuisibilem intelligentiam subleuatur, quando inuisibilia Dei a creatura mundi per eam facta sunt intellecta conspiciuntur. Huiusmodi cuique aqua eo amplius abundat, quo eius animus in exteriorum scientia copiosius se dilatat. Hęc utique aqua quanto uehementius excreuit, dum omnia caute circumspicit, tanto proculdubio formidolosa sollicitudinis syluam densiorem gignit, & latius expandit, unde rectè hic dicitur: *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Cauendum itaque summopere est cum mundanæ scientie aqua abundat, ne multiplicis sollicitudinis timor ultra mensuram excreuat.

incestare non presumpsit, uel quia non potuit, uel quia minime ausus fuit. Adulter tamen in tantam (ut de ipso legitur) prorupit audaciam ut patris sui corrumperet concubinam, Balam uidelicet Rachelis ancillam. Sed si per Balam imaginatio intelligitur, quomodo putamus huiusmodi ancilla corrumpitur? Sed quæ est Balæ corruptio, nisi cogitationis, uel imaginationis inordinata, & impudens euagatio? Intantum enim quandoque timor superfluus imaginationem non dicam corrumpit sed prostituit, ut in tempore quidem orationis a suis se fornicationibus temperate uix, aut omnino non possit. Cū enim præ nimia solitudine inter orandum etiam sæpè mundanorum negotiorum fantasias mens per imaginationem recipit, quid aliud Bala quam ad fornicationes Ruben sinu suum expandit? Cogita nunc ergo quàm sit inaptum ut eo tempore quo debes pro æternis malis remouendis Domino supplicare incipias temporalia tantum pericula præ oculis habere, & illa sola corde reuolueres, illorum propter quæ ueneras obliuisci, illa quorum obliuisci debueras sola reminisci. Hinc est quòd mens sæpè quæ prius solebat per imaginationem sola sibi futurorum bona uel mala omni hora antepone, postmodum per superfluum timorem subacta non possit uel ad modicum curatum secularium incurfus a cordis secretario excludere. Quia igitur sæpè imaginatio per superfluum timorem ad ram impudentem cogitationem euagationem deducitur, rectè ad Ruben pater suus de corruptione Balæ ei improperando loquitur. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

Balæ corruptio quæ sit.

Nota de mentis euagatione tempore orationis.

De uis, uel efficacia timoris sine quo nec mala deserimus, nec bona inchoamus. Cap. LXIII.

Ed ut de hoc affectu aliquid loquamur apertius, maiorem præ cæteris siue ad bonum siue ad malum efficaciam habere uidetur. Siquidem ab illo frequenter a suo mens rectitudinis statu deiecitur, sed quolibet modo deiecta sine illo nunquam reparatur. Quis enim de quouis peccato quamlibet paruo sine timore liberatur? Sine timore mala nostra nunquam deserimus: sine timore bona operati, nec saltè inchoamus. Nonne de eo hoc illa uerba Iacob manifeste loquuntur si rectè intelligantur ubi dicitur: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, principium doloris mei, primus in donis maior imperio.* Vbi & illud sequitur, de quo aliqua iam diximus: *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Quomodo autem iste Ruben sit primogenitus, uel quomodo sit principium doloris, ex superius iam dictis satis (ut arbitror) manifestum est, quomodo autem sit eius fortitudo, & cætera quæ de eo dicuntur, facile ostendi potest. Tu, inquit, fortitudo mea. Quis enim in illo unquam prælio uictor

Ad quàm impudentem euagationem nimis timor mentem prostituit. Cap. LXIII.

Certe cum Ruben adhuc paruulus esset, & annos pueriles ageret patris sui cubile



Ita uictor extitit ubi spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum concupiscit? Quis inquam tam numerosum concupiscentiarum suarum exercitum debellauit, si sine timore pugnauit? Recte ergo primogenitus quia a timore Domini omne bonum inchoatur, recte fortitudo dicitur, quia per timorem Domini cor contra concupiscentias suas roboratur, recte principium doloris sui, quia timorem Domini utilis dolor comitatur. Ut enim animi dolor cuique suus sit, & sibi utilis existat, necesse est ut eum timor Domini præcedat.

De principalitate timoris, & alijs affectibus qui quibus principentur. Cap. LXV.

Primus (inquit) in donis, maior imperio. Inter omnia Dei dona quæ ad salutem hominis spectare uidentur primum & principale donum bona uoluntas esse cognoscitur, per quam in nobis diuinæ similitudinis imago reparatur. Quicquid homo agat, bonum esse non potest, nisi ex bona uoluntate procedat. Quicquid ex bona uoluntate fit, malum esse non poterit. Sine bona uoluntate omnino saluari non potes, cum bona uoluntate omnino perire non potes. O donum mirabile, o donum singulare. Hoc est illud primum, uel principale donum quod primogenito Ruben tribuitur, quia absque dubio per timorem Domini uoluntas mala in bonam commutatur. Cur itaque primus in donis non sit qui primum, & principale donum accipit? Primum quia a bona uoluntate bonum omne inchoatur: principale, quia bona uoluntate hominibus utilius nihil datur.

Quod nã sit primũ & principale donum.

Cur dicatur primũ & principale Ruben.

Primus in donis, maior imperio. Quis hunc Ruben præ cæteris imperio maiorem esse negat, qui cæteris omnibus fratribus suis per sapientiam etiam imperare solet. Ante eius conspectum Leui cedit, quia superueniente timore spes cadit, ad eius imperium sapienter Iudas secedit. Zabulon accedit, quia cogente timore sapienter caritas refrigescit, odium exurgit. Ad nutum ipsius Issachar egreditur, & Simeon ingreditur, quia subintrante timore, sapienter & gaudium excluditur, & dolor admittitur. Vidimus quomodo Ruben quandoque fratribus suis etiam imperare conseruit, uideamus quomodo imperium suum præ cæteris lauius extendit. Certè alia sunt quæ amamus, alia sunt quæ odio habemus, sed pro utriusque timere solemus, dum sapienter ista amittere, illa formidamus incurrere. Diuidit itaque Iudas, & Zabulon inter se regnum, sed Ruben se extendit ad totum, quia uerus amor ad sola bona, uerum odium ad sola mala, timor se effundit ad hoc, & ad illa. Zabulon in partis suæ partem fratrem suum admittit Simeonem. Pro aduersis siquidem dolemus, sed non pro omnibus, quia non omnia sustinemus. Leui quàm Iudas imperio est minor, multo tamen quàm Issachar imperio est maior. Plura enim sunt quæ

debemus diligere, quàm quæ audeamus sperare. Sed constat nihilominus copiosiore esse materiam sperandi quàm gaudendi, quia habita de quibus gaudemus pauca sunt ad ea quæ habenda speramus. Iudas itaque & Zabulon imperij sui magnitudine cæteros fratres uincunt, ueruntamen ad mensuram Ruben extendere se minimè possunt. Omnes itaque Ruben antecedit, qui cæteros primus longe post se relinquit. Omnia enim quæ constat homines amare, sperare, odisse, pro quibus dolere, uel gaudere solent, multiplicis timoris causas ex se gignere ualent. Sapienter etenim circa unam rem quæ diligimus, plures timendi causas inuenimus. Quot modis siquidem perdi potest, tot timoris occasiones dare potest. Multum itaque regnum suum Ruben iste dilatat, sed uires ei administrat, non solum multiplicitas occultorum, sed etiam mutabilitas apparentium. De quo enim securus esse possum, qui nil habeo quod perdere non possum? Quando hic ad scientiæ certitudinem pertingo, qui innumerabiliter plura nescio quàm scio? Quia igitur timor cæteris affectibus lauius diffunditur, rectè Ruben fratrum comparatione imperio maior esse perhibetur. Et ne crescat a patre suo prohibetur, sed eo uidelicet tempore quo sicut aqua diffusus erat, quando iam patris cubile ascenderat, stratumque eius iam maculauerat. Ruben, inquit, primogenitus meus tu fortitudo mea, principium doloris mei primus in donis, maior impio, effusus es sicut aqua, non cresces quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Ecce Ruben quatum malum præsumpsit, quia ultra modum excreuit. Cito magnum periculum incurritur, si timor noster per discretionem non moderatur.

Quomodo uirtutes in uitiis uertantur nisi per discretionem moderentur. Cap. LXVI.

Sic & de alijs affectibus credere debemus, periculosos quidem esse, nisi eos intra æquitas metas coerceamus. Certè quàm malum sit dolorem, & spem modum excedere, ex prædicto Simeonis, & Leui factis facile possumus aduertere, de quibus per Iacob dicitur. Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura. Caute ergo circa omnes debet custodi, ut non solum sunt ordinati sed etiam moderati. Timor enim nimius sapienter cadit in desperationem, dolor nimius in amaritudinem, spes immoderata in præsumptionem, amor superfluus in adulationem, lætitia superuacua in dissolutionem, ira intemperata in furorem. In hunc itaque modum uirtutes in uitiis uertantur si per discretionem minimè moderentur. Vides ne quemadmodum cæteræ omnes uirtutes discretionis requirant, ne uirtutis nomen amittant.

Gen. 49.

Quomodo,

Quomodo, uel quàm sero oriatur discretio cum sit prima proles rationis. Cap. LXVII.

De discretionis utilitate, uel eius proprietate. Cap. LXVIII.

Bona sine discretione nec acquiri, nec conseruari possunt.

Hic est ille Ioseph qui quidem sero nascitur, sed a patre plus cæteris amatur. Quis enim nesciat uera bona animi sine discretione nec posse acquiri, nec posse conseruari? Merito ergo illa uirtus singulariter diligitur sine qua nulla conseruitur, nulla consummatur, nulla conseruatur. Sed uix sero talem filium accipere mereremur, quia ad discretionis perfectionem non sine magno usu, non nisi per magna experientia erudimur. Prius nos oportet in singulis uirtutibus exerceri, & quid in unaquaque possimus experiri, quàm possimus de omnibus plenam scientiam percipere, & de singulis sufficienter indicare. Multa quidem de discretione legendo, multa discimus audiendo multa ex insito nobis rationis iudicio, ueruntamen nunquam de hac ad plenum erudimur sine experientia magisterio. Post omnes sequi oportet, qui de omnibus iudicare debet. Primum ergo est ut fatagamur singulis uirtutibus studium frequens impedere, quod dum facimus necesse est nos sapius cadere: oportet ergo nos sapienter resurgere, & per frequentem lapsum addiscere qua uigilantia, qua cautela oporteat uirtutum bona acquirere, uel custodire. Sic sic dum longo usu uirtutum disciplina addiscitur, quandoque mens diu exercitata ad plenam morum discretionem perducitur, & quasi de nato Ioseph iure lætatur. Ante huius natiuitatem eius fratres dum adhuc omnia sine discretione agunt, quanto ultra uires suas multa præsumunt, tanto sapienter deterius, atque deformius ruunt. Unde est (sicut iam diximus) quod post eos Dina nascitur; quia frequenter deformem lapsum pudoris confusio comitatur. Sed post natam Dinam & quasi per confusionis ignominiam fratres sui inueniunt, & per experientiam addiscunt, nihil melius esse quàm consilio regi: Quia melior est uir prudens uiro forti. Vir enim prudens loquitur uictorias, & qui cum consilio cuncta agit in æternum non peribit. Cum igitur consilij necessaria utilitas per experientiam cognoscitur, & per studium attentius queritur & inuenitur Ioseph quodammodo nascitur, per quæ uirtus discretionis intelligitur. Pater autem ratio cur ancillarum nulla, cur nec ipsa quidem Lia sed Rachel sola potuerit talem filium gignere, siquidem non est sensualitatis, non imaginationis, non denique ipsius affectionis, sed solius est rationis discernere, sicut & intelligere. Si igitur per Rachel rationem intelligimus, cur non nisi de Rachel Ioseph nasci possit citius inuenimus, quia quod de sola ratione discretio oriatur minime dubitamus. Talis proles de tali matre. Ioseph de Rachel, discretio de ratione.

Prou. 16. Prou. 21.

Hic est ille Ioseph qui solus inter fratres tunica talari uestitur, quia sola illa actio ad consummationis talum debite finis terminum perducitur, quæ per discretionis prudentiam moderatur. Hic est ille Ioseph qui a patre plus cunctis fratribus amatur, quia cunctarum uirtutum uirtus custos cæteris iure præfertur. Hic est ille Ioseph somniator somniorum que interpretator, quia uera discretio in ipsa tentationis articulo, inter ipsa suggestionum phantasmata ex eorum qualitate futura pericula deprehendit, & alijs quibuslibet ad cogitationum suarum confessionem imminenti malorum insidias detegit, & de futuris periculis cautos reddit. Hic est Ioseph quem emulantur sui, uenerantur alieni, quem uendunt Hebræi, emunt Ægyptij, quia citius consilio acquiescunt, faciliusque alienæ prudentiæ cedunt erroris sui tenebras cognoscentes, quàm de iustitia sua, uel prudentia præsumentes. Hic est ille Ioseph sponsus, uirginis amator, non uiolator castitatis, quia discretio custos non corruptor esse solet internæ puritatis. Hic est ille puer, & nuncius qui beato Iob in omni persecutione sua solus remanere potuit, qui ei per petrata damna statim renunciare studuit, quia nisi per discretionem uirtutum damna animus nec cognoscit, nec corrigit. Nescit puer ille cum pereuntibus perire, nescit discretio per rerum detrimenta, per tentationum augmenta deficere, sed proficere. Quanto enim acrioribus tentationibus urgemur, quanto crebrioribus periculis exercemur, tanto perfectius ad discretionem erudimur, & sapienter aliarum uirtutum damna discretionis sunt lucra. Nouit itaque Ioseph non solum cum crescentibus crescere, non solum cum proficientibus proficere, uerum etiam ex fratrum defectu ad profectum tendere, & ex aliorum detrimentis prudentiæ lucra acquirere. Merito talis filius Ioseph nuncupatur, Ioseph siquidem augmentum interpretatur. Unde rectè de ipso per patrem eius dicitur. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu. Rectè itaque augmentum nominatur, rectè filius accrescens dicitur qui semper augmentatur, cuius incrementum usque in finem non finitur.

De uera discretione.

Discretio custos internæ puritatis.

Quanto acutius retinamur tanto perfectius ad discretionem erudimur.

Gen. 49.

Gen. 37.

Quam sit utile & iem quàm sit difficile discretioni perfectè obtemperare. Cap. LXIX.

Quanta autem huius uirtutis sit excellentia testantur ipsa Ioseph somnia, restantur patris eius uerba, ubi legitur. Nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? Hunc Ioseph & pater, & mater, & fratres adorant, quia aut spontanea uoluntate, aut coacti necessitate quandoque discretioni obtem-

De proprietatibus discretionis.

obtemperat. Per discretionem siquidem sol ille mundi intellectus interior ille oculus cordis intentio uidelicet mentis dirigitur, per discretionem ipsa de qua oritur subtilitas rationis acuitur, per discretionem illa tota uirtutis fraternae germanitas modificatur, & uirtutum qualibet quae eius consilio non acquiescit, quae se discretioni non subdit, citius uirtutis nome amittit. Ipse est qui fratrum suorum negligentias non negligit, ipse est qui eorum excessus arguit. Ipse praesente non licet eis quicquam ultra uires praesumere, ipse praesente nihil per negligentiam praetermittere. In eius praesentia non eis licet siue ad dexteram siue ad sinistram declinare, nil segniter, nil praecipitanter agere, nil ante tempus praesumere, nil ultra temporis oportunitatem differre. Hinc illa inter ipsum & fratres discordia grauis, & ira penae implacabilis, de qua scriptura non tacet, cum manifeste pronunciet, quia oderant eum fratres sui, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Monita enim Ioseph uidentur eis ualde graua, dura instituta, consilia importabilia. Quid enim durius, quid difficilius, quam nil faciendum negligere, & in omni suo facto nunquam modum perturbare, nunquam ordinem confundere, nunquam mensuram excedere: Crede mihi, nihil a se animus difficilius extorquet, quam ut in omni affectione sua modum seruet. Saepetenim fratres Ioseph magnum aliquid molientes dum eis undique acclamatur euge euge, solent non solum ad inutilia, uerum etiam ad impossibilia conatus sui manus extendere. Frequenter siquidem animi affectus ex huiusmodi adulantium acclamatione ad immoderatam praesumptionum audaciam effrenatur, imo etiam multoties mentis intentione deprauata usque ad hypocritis ctimen deducitur atque deijcitur. Hoc est illud crimen pessimum & praecateris abominandum quia Deo praee omnibus odiosum, de quo Ioseph fratres suos apud patrem suum accusat, sicut scriptura ipsa manifeste declarat, cum dicit. Accusauit Ioseph fratres suos apud patrem crimine pessimo. Vitium quod Deus singulariter detestatur, nullum aliud quam hypocritis rectius intelligitur. Augustino namque attestante simulata aequitas non est aequitas, sed duplex iniquitas. Hoc uitium per Ioseph detegitur, quando insidians malum per discretionem deprehenditur, & arguitur. Hoc uitium tunc filios corrumpit, hoc uitium tunc pater corrigit, quando affectum tantens durius pulsatur, diutius occupat, ueruntamen animum usque ad consensum non inclinatur.

De multiplici officio uerae discretionis. Cap. LXX.

Pertinet itaque ad Ioseph non modo hoc uitium sed quodlibet insidians malum, & latens adhuc prouide circumspicere, caute pra-

Quodnam sit crimen pessimum.

Gen. 37.

Super Psal. 63.

uidere, callide deprehendere, citius detegere, acerbius arguere. Ad officium Ioseph spectat cura, & custodia omnium fratrum suorum, ad ipsum spectat disciplina singulorum, ad ipsum dispositio gerendorum, ad ipsum prouidentia futurorum. Ad eius officium pertinet diligenter attendere, frequenter discutere, quantum animus quotidie proficiat, uel quantum forte deficiat, quibus cogitationibus magis incursetur, quibus affectibus frequentius tangatur. Ipse Ioseph debet non solum uitia cordis uerum etiam inualitudines corporis perfecte cognoscere, & secundum quod unumquodque exigit, salutis remedia quaerere, quae sita adhibere. Ipsum nosse oportet non solum uitia sua, sed & gratiarum munera & uirtutum merita, sed & ipsa diligenter distinguere, & quae sint bona naturae, uel quae dona gratiae subtiliter pensare. Promptum habere debet quibus tentationum machinis malignis eum spiritus impugnet, quantis spiritualium gaudiorum consolationibus abundet, quam frequentem diuinum eum spiritus uisitet, quomodo ab ipso cum sit unus non tamen uniformiter, eodemque modo semper tangitur, sed nunc spiritu sapientiae, nunc spiritu intellectus, nunc spiritu consilij, uel alijs quibuslibet eius affectibus repletur. Et ut totum breuiter concludam, debet hic nos Ioseph totum interioris & exterioris hominis statum & habitum in quantum possibile est plene cognoscere, nec solum qualis sit, uerum etiam qualis esse debeat subtiliter quaerere, diligenter inuestigare.

De gemina prole rationis, gratia uidelicet discretionis, & gratia contemplationis. Cap. LXXI.

Per huc itaque Ioseph animus assidue eruditur, & quandoque perducitur ad plenam cognitionem sui, sicut per uterinum fratrem eius Benjamin, quandoque subleuatur ad contemplationem Dei. Sicut enim per Ioseph gratia discretionis, sic per Benjamin intelligimus gratiam contemplationis. Vterque de eadem matre nascitur, quia & Dei cognitio, & sui, ex ratione percipitur. Longe post Ioseph Benjamin gignitur, quia animus qui in sui cognitione diu exercitatus, pleneque eruditus non est, ad Dei cognitionem non sustollitur? Frustracordis oculum erigit ad uidentum Deum, qui nondum idoneus est ad uidentum seipsum. Prius discat homo cognoscere inuisibilia sua, quam praesumat posse apprehendere inuisibilia diuina. Prius est ut cognoscas inuisibilia spiritus tui, quam possis esse idoneus ad cognoscendum inuisibilia Dei. Alioquin si non potes cognoscere te, qua fronte praesumis apprehendere ea quae sunt supra te.

Cognitio sui ad cognitionem Dei perducit.

Quomodo

Quomodo per plenam cognitionem sui, subleuetur animus ad contemplationem Dei.

Cap. LXXII.

Rom. 1.

Gen. 1. 2. Cor. 5. 1. Cor. 13.

Tergat speculum suum, qui uult Deum uidere.

Psal. 4.

Prou. 13.

Præcipuum & principale speculum ad uidentum Deum, animus rationalis, absque dubio inuenit seipsum. Si enim inuisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, ubi quæso quomodo in eius imagine cognitionis uestigia expressius impressa, reperiuntur? Hominem secundum animam ad Dei similitudinem factum & legimus, & credimus, & idcirco quod diu per fidem, & non per speciem ambulamus, quoadiud adhuc per speculum, & in enigmate uidemus, ad eius (ut ita dixerim) imaginariam uisionem aptius speculum, quod spiritum rationalem inuenire non possumus. Tergat ergo speculum suum, mundet spiritum suum, quisquis sitit uidere Deum suum. Hoc itaque speculum non desinit uerus Ioseph tenere, tergere, & indefinenter inspicere: Tenere ne deorsum corruens terret per amorem inhareat, tergere ne inanium cogitationum puluere sordescat, inspicere, ne ad inania studia intentionis suae oculum reflectat. Exterio autem speculo, & diu diligenter inspecto, incipit ei quaedam diuini luminis claritas inter lucere, & immensus quidam insolita uisionis radius, oculis eius apparere. Hoc lumen oculis eius irradiauerat, qui dicebat: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine, deidisti letitiam in corde meo. Ex huius igitur luminis uisione quam admiratur in se, mirum in modum accenditur animus, & animatur ad uidentum lumen, quod est supra se. Ex hac inquam uisione uidentum Deum flammam desiderij conspiciunt, & fiducia sumit. Mens itaque, quae iam uisionis huius desiderio flagrat, si iam sperat, quod desiderat, iam se Benjamin concepit cognoscere. Sperando, non concipit, desiderando parturit, & quanto amplius crescit desiderium, tanto appropinquat ad partum.

Quam sit arduum, uel difficile gratiam contemplationis obtinere. Cap. LXXIII.

Sed scimus nihilominus (nam & hoc scriptura docente didicimus.) Quia spes quae differitur, affligit animum. Nihil enim sic afficit animum, quomodo impatiens desiderium. Quid autem huius uisionis dulcedine experitur salubrius? quid sentitur suauius? quid animus experitur iucundius? Nouit hoc Rachel, nam nec rationem hoc latere potest, quia in huius suauitatis comparatione, omnis dulcedo amara est. Hinc est, quod nec studium suum laxare, nec desiderium suum temperare potest. Hinc illa tanta patientis anxietas, & doloris immensitas. Unde namque putas tanta doloris magnitudo, nisi ex indefinente studio, & impatiens desiderio? Crescit quotidie, & ex desiderio labor, & ex labore dolor. Augmentatur assidue, & ex studio desiderium, & ex desiderio studium. Scit tamen Rachel hoc negotium supra uires suas esse, nec tamen ualet studium suum, uel desiderium Richardi S. Victoris. Pars I.

rium temperare. Ad tantam namque gratiam, nunquam pertingit mens per propriam industria. Dei est hoc donum, non hominis meritum. Sed absque dubio talem, tantamque gratiam accipit, nemo sine ingenti studio, & ardenti desiderio. Nouit haec Rachel, & idcirco studium multiplicat, & desiderium suum quotidianis incrementis acrius inflammat. In tanta namque quotidiani conatus anxietate, in huiusmodi doloris immensitate, & Benjamin nascitur, & Rachel moritur, quia cum mens hominis supra seipsum rapitur, omnes humanae ratiocinationis angustias supergreditur. Ad illud enim, quod supra se eleuata, & in extasi rapta, de diuinitatis lumine conspiciunt, omnis humana ratio succumbit. Quid est enim Rachelis interitus, nisi rationis defectus?

De illo contemplationis genere, quod est supra rationem. Cap. LXXIII.

Benjamin itaque nascente, Rachel moritur, quia mens ad contemplationem raptam, quantus sit humanae rationis defectus experitur. Nonne Rachel mortua tunc erat, & omnis humanae rationis sensus in Apostolo defecerat, cum dicebat: Siue in corpore, siue extra corpus, nescio Deus, scit. Nemo ergo se existimet ad illi diuini luminis claritatem, argumentando posse penetrare, nemo se credat humana illud ratiocinatione posse comprehendere. Si enim aliqua argumentatione adiri potuisset lumen illud diuinum, utique inaccessibile non fuisset. Denique Apostolus gloriatur, ad illud se non quidem isse, sed absque dubio raptum fuisse: Scio, inquit, hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, raptum huiusmodi usque ad tertium caelum. Sed quod est caelum hoc tertium quod est inter terram & caelum, hoc est inter corpus & spiritum. Sed alia est dignitas spiritus humani, alia autem spiritus angelici, & longe alia est excellentia spiritus diuini. Humani siquidem spiritus dignitatem qui subiacet penae & culpe longe supergreditur utriusque experte excellentia scilicet angelicae naturae, sed incomparabiliter, utrosque praecedat spiritus ille qui fecit utrumque. Ad horum igitur caelorum quodlibet cuiusuis animus, tunc ueraciter erigitur, quando terrenarum cogitationum ima deserens, in eorum contemplatione desigitur. Ad primum itaque caelum pertinet cognitio sui, ad tertium autem pertinet contemplatio Dei. Ad hoc itaque tertium caelum quis putas ascendit, nisi qui & descendit filius hominis qui est in caelo? Itaque & si sint qui ascendunt usque ad caelos, & descendunt usque ad abyssos, non tamen ascendunt nisi forte ad primum & secundum, non enim possunt usque ad tertium. Ad hoc utique caelum homines rapi possunt, nam ipsi ascendere omnino non possunt. Possumus tamen illa quae in hac uita haberi potest, Dei cognitionem, tribus gradibus distinguere,

2. Cor. 12.

Ibidem.

Quodnam sit hoc tertium caelum.

De primo caelo, & tertio.

Ioan. 3.

De tribus modis uidentum Deum.

K



guere, & secundum triplicem graduum differentiam per tres caelos dividere. Aliter siquidem Deus uidetur per fidem, aliter cognoscitur per rationem, atque aliter cernitur per contemplationem. Prima ergo uisio ad primum caelum, secunda ad secundum, tertia pertinet ad tertium. Prima est infra rationem, tertia supra rationem. Ad primum itaque, & secundum contemplationis caelum, homines sanè ascendere possunt, sed ad illud quod est supra rationem, nisi per mentis excessum supra seipsum rapti nunquam pertingunt. Quod autem per Benjamin illud contemplationis genus, quod supra rationem est, intelligere debeamus, ex matris eius morte conuenienter satis conijcere possumus.

De supereminencia spiritualium theoriarum. Cap. LXXV.

AD huiusmodi ergo contemplationis cel- situdinem quaelibet creaturarum cog- nitio angusta est, & in imo iacet, & terrae more in caeli respectu, uix puncti uicè tenet. Ad cog- nitionem siquidem creatoris, quantalibet cog- nitio creaturarum, quid aliud est, quod terra ad caelum, quod centrum ad totius circuli ambitum? Habet tamen haec terra, habet haec infe- rior inferiorum scientia, montes, & colles, cam- pos, & ualles. Secundum differentiam creatura- rum, erit & differentia scientiarum. Vt. n. ab imo incipiamus, magna est distantia inter corpus, & corpus. Si quidem sunt corpora caelestia, sicut & corpora terrestria. Maior tamen est distantia cuiuslibet corporis ad spiritum, quod quorūlibet, & quamlibet dissimilium corporum. Sed & ip- sorum spirituum alij sunt irrationales, alij sunt rationales. Oculos ergo quasi in imo defixos habere uisum, qui sola adhuc corporea mirantur. Sed iam quasi ad alta ascendunt, qui se ad spū- alium inuestigationem conuertunt. Aius qui ad sciam altitudinem nititur ascendere, primum, & principale sit ei studium seipsum cognoscere. Magna altitudo scientiae seipsum perfecte cognouisse. Mons magnus & altus, plena cog- nitio rationalis spiritus. Omnium mundanarū sci- entiarum cacumina mons iste transcendit, oem philosophiam, omnem mundi sciam, ab alto despicit. Quid tale Aristoteles, quid tale Plato inuenit, quid tanta philosophorum turba, tale inuenire potuit? Verè, & absque dubio, si hunc montem ingenij sui acumine ascendere potuissent, si ad seipsum inueniendos, eorum eis studia sufficerent, si seipsum plenè cognouissent, nunquid idola coluissent, nunquid creaturam collū inclinasset, nunquid contra creatorem ceruicem erexisset. Hic defecerunt scrutantes scrutatio. Hic iniqui defecerunt, & in hunc montem minimè ascendere poterant. Ascendat homo ad cor altū, & exaltabitur Deo. Disce hō cogitare, disce cogitare teipsum, & ascendisti ad cor altū. Quan- tum quotidie in tui cognitione proficis, tū ad altiora sp̄ tendis. Qui ad perfectā sui cogniti- onem peruenit, iam montis uerticē apprehēdit.

Quid faciendū sit cupienti contemplationis p̄fectionē attingere.

Psal. 63.

Quam sit rarum, uel quam iucundum, spirituales theorias in usum adducere, & in oblectamen- tum uertere. Cap. LXXVI.

QUAM rari sunt, uel qui nolunt, uel quae nequeunt qui hucusque ascendunt. Ra- rum ualdè in hunc montem ascendere, sed mul- to rarius in eius uertice stare, & ibi moram fa- cere, rarissimum autē ibi habitare, & mente re- quiescere. Quis, inquit, ascendet in montem domini, aut quis habitabit in loco sancto eius? Prius ascē- dere est, postea stare. In stando quidem labor, sed in ascendendo maior. Multi quidem in ipsa ascensione defecerunt, pp̄ nimium laborē ascen- dendi, multi ab arduo eius uertice oculi descē- derunt, pp̄ laborem standi. Hoc fortassis eis in- tolerabile uidebatur, qm̄ non solum in hunc montem, nisi per magnum laborem non ascē- ditur, uerumetiam sine magna difficultate ibi immorari non datur. Sed forte iam ascendisti, iam ibi stare didicisti, nec hoc sufficit tibi. Dis- ce ibi habitare, & mansionem facere, & quali- cunque mentis euagatione abstractus, illuc sp̄ redite. Absque dubio per multum usum quāq; uertetur tibi in oblectamentum, in usum, ut abiq; ulla laboris difficultate possis ibi assiduus esse, quinimo poena potius tibi sit alibi, quā ibi morā aliquam facere. Mira iucunditas in hoc monte sine labore morari posse, Petro attestante, qui tanta, & tam insolita suauitate allectus, exclam- at: Bonum est nos hic esse. O felicem qui potuit in hunc montem ascendere, & mētē requiesce- re? O quā magnum? O quā rarum? Domine quis habi- tabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in mon- te sancto tuo? Et quidem magnum est ascendere posse, & stare, maius tamē est posse inhabitare, posse requiescere. Ascendere, & stare, est uirtu- tis, inhabitare, & requiescere, est felicitatis. V- trumque utique magnum, utrumque admirabile, utrumque propheta miratur, sed illud pro magnitudine difficultatis, istud pro magnitudine iucunditatis. Admiratio difficul- tatis est illa exclamatio: Quis ascendet in montem domini, aut quis habitabit in loco sancto eius? Admira- tio iucunditatis est illa exclamatio: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Ascendere, & stare, o quā, qua- lisque fortitudo, inhabitare, & requiescere, o quā, qualisque beatitudo. Quis ad id opus ido- neus, quis hoc munere dignus? Domine quis a- scendet, domine quis habitabit in monte sancto tuo? Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Quod frustra nitimur ad summa sine praeueniente gratia. Cap. LXXVII.

Uides ne, quod non nisi ueritas in hunc mon- tem deducit, & adducit. Ipsa ducit, ipsa est quae perducit. Libenter sequor ueritatem, non habeo suspectū talē ducē. Nouit ueritas ducere, nescit ueritas seducere. Sed quid est ueritas? Quid tu dicis doctor bone, doctor Christe, quod est ueritas?

Psal. 23.

Matt. 17.

Psal. 14.

Psal. 23.

Psal. 14.

Psal. 42.

Ioan. 24. est ueritas? Ego sum, inquit, uia, ueritas, & uita. Sequatur ergo ueritatem, qui uult ascendere in montem, sequere Christū, quicumque cupis ascē- dere in monte isto. Docete euāgelista didicimus: Matt. 17. Quia a ihs̄ ip̄su Iesus discipulos suos, Petri uidelicet Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem excelsum seorsum. Ducuntur ergo discipuli Iesu sursum, & seorsum, ut possint apprehendere montem istum excelsum. Via ardua, uia secre- ta, & multis incognita, quae ducit ad montis hu- ius fastigia. Illi soli (ut arbitror) sine errore cur- runt, illi soli sine impedimento perueniūt, qui Christum sequuntur, qui a ueritate ducuntur. Quisquis ad alta properas, securus eas, si te praecedit ueritas, nam sine ipsa frustra laboras. Tā non uult fallere, quā non ualet ueritas falli. Christum ergo sequere si non uis errare.

Quis ad alta properas, si te praecedet ueritas.

Quantum ualeat plena cognitio sui. Cap. LXXVIII. Sed ne te perterreat, uel retrahat labor itine- ris difficultas ascensionis, audi, & attēde quae sit fructus peruectionis. In huius montis cacu- mine Iesus transfiguratur, in ipso Moyses, cū Elia uidetur, & sine indice uterque cognoscitur, in ipso uox Patris ad Filium auditur. Quid horū non mirabile? quid horū non desiderabile? Vis uidere Christum transfiguratum. Ascende in mō- tem istum, disce cognoscere teipsum. Vis uide- re & absque ullo indice cognoscere Moysē & Eliam, uis absque doctore, sine expositore intel- ligere legem & prophetiam? Ascēde in montē istum, disce cognoscere teipsum. Vis paterni secreti arcanum. Ascende in montem istum, dis- ce cognoscere teipsum. De caelo enim descen- dit, cū dicit: *ὁ υἱός ἐστις*, illud id est nosce teip- sum. Vides ne adhuc quantum ualeat montis hu- ius ascēditio, quā uilis sit sui ipsius plena cognitio? Quibus modis ad scientiae altitudinem pergi- mus. Cap. LXXIX.

Triplici studio ascenditur ad perfectionem cognitionis.

Nota.

Sed quid hoc esse dicimus, quod sine tribus dis- cipulis in hunc montem ascendere noluit, nec plus quā tres secū. Christus ducere quae fuit? Sed forte in hoc opere docemur, quod sine tri-plici studio, ad huius cognitionis celsitudinē, non perducimur. Per studiū operis, per studiū meditationis, per studiū orationis paulatim promouemur, & quandoque producimur ad perfectionem cognitionis. Multa enim experi- mur operando, multa inuenimus inuestigando, multa extorquemus orando, Innumera si- quidem, quae nec per experientiam operis, nec per inuestigationē rationis inuenire ualemus, per importunitatem orationis, edoceri mere- mur, ex reuelatione diuinā inspirationis. His tribus comitibus sibi adiunctis, ueritas in nobis proficit, & in alta se attollit, & eoque se, per quotidianā incrementa exaltat, donec praedicti montis uerticem, tangat. O quā multos ho- die uidemus, studiosos in lectione, desideriosos in opere, tepidos in oratione, praesumentes ta- men montis huius cacumina posse apprehē- dere. Sed quando quāso apprehēdent, qui Chri- Richardi S. Victoris. Pars I:

stium ducem non habent? Neque enim ducit eū Christus, qui ascendere non uult, nisi cum discipulis tribus. Iungatur ergo studio lectionis, studium operis, & orationis, qui Christū qua- rit habere ducem itineris ductorem ascensio- nis. Absque dubio sine ingenti exercitio, sine frequenti studio, sine ardenti desiderio, ad per- fectam scientiae altitudinem, mens non suble- uatur, qui Christi uestigia perfecte non sequi- tur, qui uiam ueritatis haud rectè ingreditur. Quomodo summis conatibus nostris, diuina reuelatio occurrat. Cap. LXXX.

Iungatur studio lectionis, studium operis, & orationis.

Sed nec hoc sileddum, quod multi montis hu- ius iam se credunt apprehēdisse suprema, cum contat eos eius uix tetigisse extrema. Sit tibi certum signum quia montis huius uerticem minimè apprehēdisti, si Christum clarificatū nondum uidere meruisti. Mox ut te dux tuus Christus collocauerit in summo, apparet tibi in habitu alio, & te coram induitur lumine sicut uestimento, & sicut euāgelista testatur, sicut mox uestimenta eius alba sicut nix, & qualia non potest fullo facere super terram, quia ille diuinā sapientiae splendor, qui ab alto specula- tionis uertice prospicitur, omnino diffiniri nō potest per humani sensus prudentiam. Aduer- te ergo quia aliam in ualle, & aliam uestē Chri- stus habet in monte. In ualle sanè habet uestem integram, sed in monte tantum, habet uestem gloriosā. Nescit penitus simplex ueritas schif- matum scissuras, & idcirco, siue in ualle, siue in monte, non induit Christus nisi uestes inte- gras. Sed multum interest inter uestem inte- gram, & uestem gloriosā. Vultis uestiū eius differentiam nosse, & inter uestem, & uestē di- stinctionem apertam accipere? Si terrena, in- quit, dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixerō uobis caelestia creditis? Distingue ergo inter do- ctrinam & doctrinam, & inuenies uestium dif- ferentiam. O quantum est inter doctrinā qua docentur terrena, & inter doctrinam qua docē- tur caelestia, & quidem non sine Christo, quia sine ueritate non cognoscuntur, uel ista, uel illa. Quid enim uerum scitur, ubi ueritas non lo- quitur? Christus ergo est qui docet utraq; sed terrena in ualle, caelestia in monte. Quamdiu ergo adhuc in ualle moraris, quamdiu ad alta non ascendis, non te docet Christus nisi de re- bus terrenis, & infimis.

Discrimē inter uestem integrā & gloriosā. Ioan. 3.

Differentia inter doctrinā, qua terrena & caelestia docentur.

Quam suspecta debeat esse omnis reuelatio, quam non comitatur scripturarum attestatio. Cap. LXXXI.

Sed si iam te existimas ascendisse ad cor altū, & apprehēdisse montem illum excelsum, & magnum, si iam te credis Christum uidere transfiguratum, quicquid in illo uideas, quic- quid ab illo audias non ei facile credas, nisi oc- currant ei Moyses & Elias. Scimus quia in ore duorum, uel trium, stat omne testimonium. Su- specta est mihi omnis ueritas, quam non cōfir- mat scripturarū auctoritas, nec Christū in sua Richardi S. Victoris. Pars I:



clarificatione recipio, si non assistant ei Moyses & Elias. Et in ualle, & in montis ascensione in montis uertice, uel in sua clarificatione. Si Christum saepe recipio sine teste, nunquam autem Christus docet me de rebus exterioribus, uel de intimis meis facile recipio, utpote in his quae comprobare possum proprio experimento, uerum ubi ad alta mens ducitur, quoniam de caelestibus quod uentilatur, ubi de profundis rebus agitur, in tanta sublimitatis uertice non recipio Christum sine teste, nec rata poterit esse quilibet uerissimilis reuelatio sine attestazione Moyses & Elias, sine scripturarum auctoritate. Adhibeat igitur sibi Christus duo testimonia in transfiguratione sua, si uult ut non sit mihi suspecta, claritate suae lux illa tam magna, & tam insolita. Ut ergo secundum huius rei documentum, in ore duorum, uel trium, suum confirmet testimonium, ad comprobendam reuelationis suae ueritatem, non solum figuratiue, sed et aperte scripturae exhibeat auctoritatem. Pulchrum spectaculum, ualdeque iucundum, cum in reuelatione ueritatis, hinc procedit manifesta ratio, & ad confirmationem reuelationis illinc occurrit tam aperta, quam figurata locutio. Alioquin ab altitudine dei timore, uerens ne forte seducar a demonio meridiano. Vnde enim tor hereses, unde tot errores, nisi quia spiritus erroris transfiguratur se in angelum lucis? Vides certum, quia uterque se transfiguratur, Christus uidelicet, & diabolus, sed Christus lucis suae ueritatem confirmat in duobus testibus. Apparent itaque Moyses & Elias cum domino in hoc monte, apparent autem in maiestate, non in obscuritate literae, sed in claritate spiritualis intelligentiae.

3. Cor. 11.

Quam sint incomprehensibilia, qua mens per excessum uidet ex reuelatione diuina. Cap. LXXXII.

Ecce quae magna sunt, quae in hoc monte geruntur, sed adhuc his maiora sunt ea, quae sequuntur. Hoc enim totum discipuli stantes aspiciunt, nondum in faciem cadunt. Nondum paterna uox auditur, nondum auditor prosternitur. Nondum Rachel moritur, nondum Benjamin nascitur. Mox enim ut paterna uox intonuit, discipulos prostrauit. Ad tonitruum itaque diuinae uocis auditor cadit, quia ad id quod diuinitus inspiratur, humani sensus capacitas succumbit, & nisi humanae ratiocinationis angustias deserat, ad capiendum diuinae inspirationis arcanum intelligentiae suum non dilatat. Ibi itaque auditor cadit, ubi humana ratio deficit. Ibi Rachel moritur, ut Benjamin oriatur. Idem itaque (ni fallor) per mortem Rachel, & casum discipulorum figuratur, nisi quod trium in tribus discipulis, sensus uidelicet, memoriae, & rationis defectus ostenditur. Ibi enim sensus corporeus, ibi exteriorum memoria, ibi ratio humana intercipitur, ubi mens supra semetipsam raptam, in superna eleuatur. Attendamus quam incomprehensibile sit, quod paterna uox insonuit, & intelligimus, quod recte auditor succumbit. Hic est, inquit,

Matt. 11.

Quid sit discipulos in faciem cadere.

A filius meus dilectus in quo mihi complacui. Aliud est dicere complacui, & aliud est dicere complacuit, & tamen hoc unus, illud alter euangelista posuit. Consequens est autem, ut si ibi ueraciter dictum est complacui, sensus qui ab alio euangelista ponitur, possit ueraciter intelligi, sed non potest conuerti. Verum, & absque contradictione, in ipso mihi complacuit, in quo ipse mihi complacui, sed non statim in quocumque mihi complacuit, in illo ipse mihi complacui. Si igitur complacui ibi dictum non esset, nullo modo euangelista hoc dicere auderet. Hic est, inquit,

B filius meus in quo mihi complacui. Certum si filius aliud quam pater esset, posset patri in filio complacere, sed ipse sibi pater in filio complacere non posset. Quid est dicere complacui, nisi quomodo placui mihi, in memetipso, ita placui mihi in filio. An forte in eo quod dicit, mihi complacui, in hoc suo beneplacito focum se habere ostendit? Quia quomodo pater complacet in filio, sic in filio complacet & spiritui sancto. Vel forte idcirco dicitur complacui, ut inde detur intelligi, quia quomodo pater, sibi complacet in filio, sic sibi nimirum complacet in spiritu sancto. Quid horum rectius dicitur? An potius totum hoc, quam unum horum aliquod singulariter intelligitur? Haec adhuc uerba aliter, atque aliter distingui possent, si ad misterij profunditatem intimidandam, minus ista sufficerent. Certum est autem, quia quicquid horum eligitur, unitatem substantiae in diuersis personis astruit, si recte intelligatur. Nam illud quod dicitur, hic est filius meus, personarum diuersitatem ostendit, unus enim, atque idem sibi ipse, & pater, & filius esse non posset. Sed quid sensus hoc capiat, quomodo unus ad alium sit, alius in persona, idem in essentia? Si exemplum quaeris, nullum creaturarum inuenis, quod tibi satisfacere ualeat, si rationem consulas, omnis humana ratio reclamatur. Intantum enim est ista assertio, supra omnem humanam estimationem, & praeter omnem humanam rationem, ut nunquam ei ratio acquiesceret, nisi ad huius rei certitudinem fides eam subleuaret. Merito ergo in huius misterij reuelatione auditor cadit, sensus deficit, humana ratio succumbit.

C Quod illa mens diuinas reuelationes percipit, qua in intimis stare consueuit. Cap. LXXXIII.

Merito talis reuelatio non est facta nisi in monte, neque enim misterij huius, tam profunda sublimitas, & tam sublimis profunditas debuit manifestari in ualle. Qui enim conuersione, uel cogitatione adhuc in imo sunt, huius muneris dignatione indignos se ostendunt. Ascendat ergo homo ad cor altum, ascendat in montem istum, si uult illa capere, si uult illa cognoscere, quae sunt supra sensum humanum. Ascendat per semetipsum supra semetipsum. Per cognitionem suam, ad cognitionem Dei. Discat prius homo in Dei imagine, discat in eius similitudine quod debeat de Deo cogitare. Montis ascensio (ut dictum est) pertinet ad cognitionem sui, ea quae supra

Quid sit dicere complacui.

De trinitate, & ueritate.

supra montem geruntur, prouehunt ad cognitionem Dei. Illud ad Ioseph, ista ad Benjamin, pertinere dubium non est. Anre Benjamin, Ioseph nasci necesse est. Mens quae se ad sui considerationem non subleuat, quando ad ea, quae supra ipsam sunt, penna contemplationis euolat? In hunc montem dominus descendit, Moyses ascendit. In hoc monte, de tabernaculi constructione, dominus docuit, Moyses didicit. Quid per tabernaculum foederis, nisi status intelligitur perfectionis? Qui igitur montem ascendit, qui diligenter attendit, qui diutius quaerit, qui tandem inuenit qualis sit, restat ut ex diuina reuelatione cognoscat qualis esse debeat, quale mentis edificium Deo preparare, quibus obsequijs Deum placare oportet. Mens igitur, quae adhuc per uaria desideria spargitur, quae uarijs cogitationibus, huc, illucque distrahitur, quando putas hanc gratiam accipere merebitur? Quae nondum potest seipsam in unum colligere, quae necdum nouit, ad seipsam intrare, quando poterit, ad ea quae supra seipsam sunt, contemplatione ascendere?

Mens distracta diuersis cogitationibus, non facile ascendit ad perfectionis montem.

Quomodo mens se ad interiora colligere debeat, quae in caelestium contemplationem anhelat.

Cap. LXXXIII.

Discat ergo dispersiones Israelis congregare, studeat euagationes mentis restringere assuescat, in intimis suis immorari, exteriora omnia obliuisci, qui ad caelestium contemplationem anhelat quae in diuinorum noticiam suspirat. Faciat ecclesiam non solum desideriorum, uerum etiam cogitationum, ut discat uerum bonum, solum amare, & ipsum solum indefinenter cogitare. In ecclesijs, inquit, benedicite Deo. In hac namque gemina ecclesia, cogitationum uidelicet, & desideriorum, in hac gemina unanimitate studiorum, & uoluntatum, Benjamin in excelsum rapitur, & mens diuinitus afflata, in superna eleuatur. Ibi, inquit, Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Vbi putas nisi in ecclesijs? In ecclesijs, benedicite Deo, domino de fontibus Israel. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Prius tamen est quicquid ut faciat de cogitationibus, uel desiderijs suis sinagogam, quam ecclesiam. Notis satis, quod sinagoga congregatio, ecclesia interpretatur conuocatio. A liquo est sine uoluntate seu contra uoluntatem, aliqua in unum cogere, atque aliud per seipsam ad nutum iubentis, sponte occurrere. Insensibilia, & bruta congregari possunt, conuocari autem non possunt. Sed & ipsorum quoque rationalium concursus, spontaneo nutu fit, ut iure conuocatio dici possit. Vides ergo, quomodo sit inter conuocationem, & congregationem, & inter ecclesiam, & sinagogam. Si igitur praesentis desideria tua circa exteriores delectationes affici, & cogitationes tuas, in eis iugiter occupari, cum magna sollicitudine compelle intrare, ut possis saltem ex eis interiri, sinagogam facere. Quoties enim euagationes mentis, in unum colligimus, & oes cordis motus

De sinagoga, & ecclesia, & quid significet.

Quando sinagoga facimus.

in uno aeternitatis desiderio figimus, quid aliud quam de illa interna familia, sinagogam facimus? Sed cum iam illa desideriorum nostrorum, cogitationumque frequentia, illius internae dulcedinis degustatione alleccta, ad nutum rationis, sponte occurrere, & in intimis fixa stare didicerit, ecclesiae utique nomine, uelut digna censeferi poterit. Discamus ergo sola interiora bona amare, discamus sola illa frequentius cogitare, & quales Benjamin diligere scimus, proculdubio ecclesias efficimus.

Quam sit iucundum, & dulce contemplationis gratiam familiare habere. Cap. LXXXV.

In huiusmodi siquidem ecclesijs Benjamin, libet immoratur, mirabiliter delectatur, & cum seipsum praeter gaudium iam capere non possit, supra seipsum ducitur, & per excessum mentis in summa eleuatur. Nisi enim in interiorum contemplatione, Benjamin noster delectabiliter, requiesceret, de eo proculdubio per Moysen scriptum non esset: Benjamin (ait) amantissimus domini habitabit in eo confidenter, tota die quasi in thalamo commorabitur, & inter humeros illius requiescet. Quid putas causa est, quod iste Benjamin tota die in thalamo moram facit, quod ibi iugiter requiescit, intantum, ut nec ad horam saltem exire uelit? Illud autem scimus quod in thalamis soleat sponsum, & sponsa simul morari, amoris obsequijs, in alterutrum occupari, mutuis amplexibus, & caritate alterna confoueri. Mirandae ergo pulchritudinis, & formae singularis (ni fallor) prerogatiua pollet, quae utique sit illa Benjamin nostri dilecta, & cuius contubernium nunquam fastidire uolet, & a cuius amplexibus, nec ad horam abesse uolet. Sed si iam uocem illam huius Benjamin, esse noscimus, quanta pulchritudinis sit eius dilecta minime dubitamus. Dixi sapientiae, soror mea es, & prudentiam uocauit amicum meum. Uultis audire, quod non possit fastidire huius dilectae suae pulchritudinem, quam sororem, & amicum uocat, propter castam & ardentissimam dilectionem? Intrans in domum meam, inquit, conuiesca cum illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec redium conuictus ipsius, sed letitiam, & gaudium, & in amicitia ipsius delectatio bona. Dicat quisque quid sentiat, ego aliam causam non inuenio, quae illum intrinsecus ita ligatum teneat, ut nec ad modicum quidem exire ualeat. Vnum autem scio, quia quisquis huiusmodi amicae desiderio flagrat, quanto eam familiarius nouit, tanto amplius amat, & quo frequentius eius fruitur amplexibus, eo vehementius eius desiderio estuat. Eius siquidem frequens contubernium, solet sane desiderium, non minuere, sed augere, & amoris in cedium acrius inflammare. Mirum ergo non est, cur iste Benjamin, tota die quasi in thalamo commoratur, qui talis sponsa dulcedine fruitur, & inter humeros illius requiescens, eius amore iugiter delectatur. Quam putas frequentes mentis excessus patitur, quam saepe in extasim raptus, supra seipsum ducitur, dum pulchritudinis eius

Deut. 33.

Prout. 7.

Sap. 8.

magnitudine attonitus, in eius admiratione suspenditur, & impletur abique dubio, quod de eo legitur. Benjamin adolefcentulus, in metis excessu. Notandum sane quomodo sibi occurrant testimonia scripturarum. Quod enim propheta per Rachelis interitum, quod euangelista designat, per casum discipulorum, psalmista exprimit in Benjamin, per metis excessum.

De duobus generibus contemplationum.

Cap. LXXXVI.

Possumus tamen per mortem Rachel, & per excessum Benjamin, diuersa contemplationum genera, non inconuenienter intelligere. Constat siquidem duo contemplationum genera, supra rationem esse, & utriusque ad Benjamin pertinere. Et primum quidem est supra rationem, sed non prater rationem, secundum autem & supra rationem, & prater rationem non sunt, quae quamuis ratio patitur esse, nulla tamen ratione inuestigari, vel conuinci possunt. Illa autem dicimus, & supra rationem, & prater rationem esse quibus videtur omnis ratio humana contraire. Qualia sunt ea, quae de Trinitatis unitate credimus, & multa, quae de corpore Christi indubitata fidei auctoritate tenemus. Quod enim in vna, & simplici natura triplex persona sit, vel quod vnum idemque corpus eodem in tempore, in diuersis locis esse possit, nulla humana ratio patitur, & huiusmodi assertionibus, omnis abique dubio ratiocinatio, reclamare videtur. Haec sunt itaque duo genera illa contemplationum, quorum vnum ad mortem Rachel, alterum pertinet ad Benjamin excessum. In primo Benjamin interficit matrem, vbi omnem supergreditur rationem, in secundo autem etiam seipsum excedit, vbi in eo, quod ex diuina reuelatione cognoscitur, humana intelligentia modum transcendit. Hoc autem non solum in Benjamin, sed & in omnibus fratribus oportet attendere, imo & in innumeris scripturarum locis, diligenter obseruare, quomodo soleat scriptura diuina, circa eandem rem, nunc significationem extendere, modo restringere, vel etiam mutare. Solet autem hos alternantium significationum modos, modo multis determinare, & modo per locum, modo per actum, vel alijs quibusque circumstantijs, sensum suum aperire. Per locum, determinatur sicut est illud, vbi Benjamin in Aegyptum descendisse legitur. Per actum, sicut ibi, vbi Ioseph, & Benjamin, in mutuos amplexus ruunt, & alterna oscula iungunt.

Quomodo contemplatio desinat in meditationem, vel quomodo meditatio surgat in contemplationem. Cap. LXXXVII.

Quid est Benjamin in Aegyptum descendere, nisi ab aeternorum contemplatione, ad temporalia contemplanda, intuitum metis reuocare, & ab aeternitatis luce, quasi de vertice caeli, vsque ad mutabilitatis tenebras, intel-

ligentiae radios deponere, & in tanta alternantium rerum confusione, diuinorum iudiciorum rationem perpendere, & ex magna parte penetrare? Et quid est quod Ioseph, & Benjamin conueniunt, & oscula iungunt, nisi quod meditatio, & contemplatio saepe inuicem sibi cum rationis attestante occurrunt? Nam quantum ad generalē considerationem pertinet, sicut per Benjamin gratia cōtemplationis, sic per Ioseph intelligi valet gratia meditationis. Proprie tamen, & expressius, per Benjamin designatur intelligentia pura, per Ioseph vero, prudentia vera. Per Benjamin, illud genus contemplationis, quod est de inuisibilibus, per Ioseph illud genus meditationis, quod est in moribus. Comprehensio siquidem rerum inuisibilium, pertinet ad intelligentiam puram, circumspectio vero morum pertinet ad prudentiam veram. Intelligentia puram dicimus, quae est sine admixtione imaginationis, prudentiam autem veram, ad differentiam eius quae dicitur prudentia carnis. Prudentia vera est de acquirendis, multiplicandis, conseruandis veris bonis, prudentia autem carnis est, de bonis transitorijs, secundum quam filij huius saeculi dicuntur prudentiores filijs lucis. Toties ergo Ioseph super collum Benjamin ruit, quoties meditatio in contemplationem desinit. Tunc Benjamin fratrem suum super se ruentem excipit, quando ex studio meditationis, animus in contemplationem surgit. Tunc Benjamin & Ioseph oscula iungunt, quando diuina reuelatio, & humana ratiocinatio, in vna veritatis attestante cōfesiunt. Vides ne, quomodo diuina scriptura, circa vnam, eandemque rem, significationis modum alternat, vbi tamen aliquid adiungit, vnde sensum suum, ex toto latere non sinat. In morte Rachel contemplatio supra rationem ascendit, in introitu Benjamin in Aegyptum, contemplatio vsque ad imaginationem descendit, in deosculatione Benjamin, & Ioseph, diuina reuelationi, humana ratio applaudit.

Quae sit pura intelligentia. Prudentia uera q̄ sit.

Luc. 16.

## DE GRATIA CONTEMPLATIONIS,

Opus in quinque libros partitum, occasione accepta ab arca Moylis, & ob eam rem haec genus Benjamin maior nuncupatum.

### LIBER PRIMVS.

De contemplatione, eiusq; commendatione. Cap. I.

**M**isticam Moyli arcam libet, si liceat ex inspirationis illius munere qui hēt clauē sciē lucubratiuē culē nrae expositione, uel ad aliqd referare, & si qd adhuc i hoc arcanorū diuinorū secreta rio, sciārūq; recōditorio repositū latet, qd a nra exiguitate

exiguitate ad aliquorū utilitatem erui possit, non nos pigebit in publicum exponere, & in commune proponere. Multa quidē de hac materia utiliter iā dicta sunt. Restat adhuc multa quae de eadem adhuc utiliter dici possunt. Quid iuxta allegoricum sensum haec arca mysticē designet, uel quomodo Christi significet, a doctoribus fuit iā ante nos dictū, & a perspicacioribus pertractatū. Nec idcirco tamē temeritatē incurramus nos suspicamur, si aliud in eadē adhuc materiam moraliter loquamur. Veruntū tū huic nobis materiae studiosa pertractatio amplius dulcescat, nostrūque desiderium in eius admirationē uehementius trahat, cogitemus quid ille prophetarū eximius de ea sentiat, qui eam arcā sanctificationis uocat. Surge, inquit, Dñe in requiem tuam tu es arca sanctificationis tuae. Arca sanctificationis, putamus an habeat nomē ex re, haec quae dicitur arca sanctificationis? Diligent attendendū, & profundē retinendū quae haec quae uocatur, sit dicitur arca sanctificationis uobis quibus doctor noster praecipit dicēs: Sancti estote sicut & ego sātus sum. Vos igitur qui sāctificamini hodie, & cras, in diē tertiu, nolite negligenter attendere quid sibi uelit quod dicitur arca sāctificationis. Sed si Moyli iure creditur, scimus quae quicūq; tetigerit eā sāctificabitur. Si omnino sic est, merito oīs populus querit eā tāgere si uirtus sāctificationis exit ab ea. O si quis inueniatur in uobis uir unus sicut ille de Ramataim qui indutus uestimētis gloriae sicut decet summū pontificē, dignus sit introire in sancta sanctorum, ut possit non solū uidere sed et tāgere hāc quae dicitur arca sāctificationis & emundetur ab immunditijs suis. Sed qd de illo dicā si cui forte data est clauis sciētiē ab eo qui aperit, & nemo claudit, ut possit uidere quid intus habeat haec arca sāctificationis? Puto. n. preciosum aliquid in hac arca repositū. Multum uellē scire quae sit haec arca quae possit sāctificare accedētes, ut merito dicatur arca sāctificationis. De sapiētiā autē nō dubito quin ipsa sit quae uincit malitiā. Scio nō hilominus quia quicūq; sanati sunt ab initio per sapiētiā sanati sunt. Sed & hoc satis constat neminē posse placere Deo nisi fuerit sapiētia cū eo. Quis dubitet ad sāctificationem pertinere hoīem mundari ab oī immunditia sua, mētē cuiuslibet purgari ab oī malitia, & nequitia? Haec. n. sunt quae coinquinant hoīem. Purgatur autē per sapiētiā qñ fortior superueniēs uincit malitiā utpote attingēs a fine usque ad finē fortiter, & disponēs oīa suauiter. Et hoc ipsum sic purgari est (ut arbitror) sāctificatē. Praecepturus Dñs Moyli de constructione tabernaculi, primo oīum instruit eū de arca fabricanda, ut ex eo ipso innueret pp illā cetera oīa esset faciēda. Praecipuū & principale sāctuarū arca fuisse puto quae nemo dubitat ex oīb; illis q̄ tabernaculū fēderis continebat. Querētū igitur quā gratiā significare possit illud sacrum, qd

cateris oibus dignius fuit, facillē occurrit, nisi forte quis dubitet quae Maria optimā partē elegerit. Sed quae est ista pars optima quā Maria elegit, nisi uacare, & uidere quā suauis est Dñs? Nā Martha (ut scriptura loquitur) sollicitudinē gerente Maria sedens secus pedes Dñi audiebat uerbū illius. Summā itaq; Dei sapiētiā in carne latitantē quā oculis carnis uidere nō poterat audiendo intelligebat, & intelligendo uidebat, & in hūc modū sedendo, & audiendo sumē ueritatis contemplationi uacabat. Haec est pars quae electis, & perfectis nūquam auferetur. Hoc sanē negotiū quod nullo fine terminatur. Nā ueritatis contemplatio in hac uita inchoatur, sed in futura ingi perpetuitate celebratur. Per ueritatis sanē cōtemplationē homo & eruditur ad iustitiā, & consummatur ad gloriā. Vides ergo quā rectē gratia cōtemplationis in eo sacratio intelligitur, quod ceteris oibus in Dei tabernaculo quadā sui dignitate praefertur. O quā singularis gratia, o singulariter praefertenda per quā in praesenti sāctificamur, & in futuro beatificamur. Si igitur per arcā sāctificationis rectē intelligitur gratia contemplationis, merito haec gratia expetitur per quam qui accipit, nō solū emundatur, sed et sāctificatur. Abique dubio nihil sic cor ab oī mūdano amore emundat, nihil sic animū ad cōlestiū amorē inflamat. Ipsa utique est quae emundat, ipsa quae sāctificat, ut per assiduam ueritatis contemplationem fiat mundus per contemptum mundi, & sanctus per dilectionem Dei.

Quod sit uilis, uel grata haec gratia proficientibus in ea. Cap. II.

Sed eadē ipsa, quae per David dicitur arca sāctificationis per Moylen uocatur arca fēderis. Sed cur arca, cur arca fēderis, nec conuincunt sed Dñi? Scimus autē quia preciosa quaeq; aurū argentū, & lapides preciosi soleāt in arca reponi. Si igitur sapiētiā & sciētiā thesauros cogitemus, qd sit illud eiusmodi thesaurorū reconditorū citius inueniemus. Quae erit arca in id negotij idonea nisi humana intelligentia? Haec autē arca diuino magisterio fabricatur, & deauratur, qñ humana intelligentia diuina inspiratione, & reuelatione ad cōtemplationis gratiā promouetur. Sed qñ ad hanc gratiam in hac uita proficimus, quid aliud quā arras quas dā futurae illius plenitudinis accipimus, ubi sempiternae contemplationi perpetuo inhaerebimus? Hanc itaque gratiam accipimus quasi arcam diuinā promissionis, quasi pignus diuinā dilectionis, uelut quoddam uinculum fēderis, & monumentum mutuae caritatis. Vides ne quā rectē arca fēderis Domini dicitur, in qua, & per quam, talis gratia figuratur? Quod libenter dēt, se ad omne laborē accingere, qui se cupit, uel credit tale, & tātae dilectionis pignus accipere. Non dubito quae quicūque est inter uos seruus Hebraeus, quin libenter pro huiusmodi

Luc. 10. Psal. 33.

Quid per arcam sāctificationis intelligendū.

Cur arca dicatur, arca fēderis Domini.

Psal. 131.

Eccl. 11. Exod. 19.

Exod. 30.

Psal. 131. Sap. 7. Ibid. 9. Ibid. 7.

Sap. 8.

Cur Dominus prius praecipit Moyli arcam fieri.



gratia seruiat sex annis, ut in septimo exeat liber gratis, ut deinceps liberè possit uacare contemplationi ueritatis. Si quis uero inuenitur in uobis qui Iacob sit, uel qui tali nomine dignè censerè possit, eo quod sit uir fortis, & potè in prælio, strenuus luctator, uitorumque supplàtor, ut alia superet fortitudine, alia supplàter discretione, qui huiusmodi est, profecto libenter seruiet annis septem, & septem pro tali gratia, in tantum ut uideantur ei dies pauci præ amoris magnitudine, dummodo possit ad amplexus Rachel, uel sero peruenire. Qui enim uult ad eius amplexus pertinere, necesse est eum pro ea annis septem, & septè seruire, ut discat requiescere, non solum ab operibus malis, sed etiam a cogitationibus superuacuis. Multi si quidem & si sciant, uacare corpore, minimè tamen præualent uacare corde, nescientes facere Sabbatum ex Sabbato, & idcirco non ualentes implere, quod legitur in Psalmo: *Vacate, & uidete quoniam ego sum Deus*. Vacantes siquidem corpore, sed uagantes ubique corde, nequaquam uidere merentur, quàm dulcis est dominus, qui bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde. Et hinc est, quod hostes derident Sabbata eorum. Sed uerus Iacob laborare non cessat, donec ad desiderij finem perueniat, seruiens apud uerum Laban, uerè decandidatum, quia glorificatum, quem Pater glorificauit apud semetipsum claritate quam habuit ante mundi constitutionem, quem oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam, ut seruili formæ superduceret candorem gloriae, & esset uerè decandidatus, super niuem dealbatus, gloria & honore coronatus, fieretque formosus non solum præ filiis hominum, uerum etiam præ spiritibus angelorum, & talis in quem desiderant angeli prospicere. Vides ne quanta sit hæc gratia, pro qua tam longanimitè, tam libenter laboratur, quæ cum tanto labore acquiritur, cum tanta iucunditate possidetur? De hac sanè gratia Moyses pluribus scripturarum suarum locis sub figurata locutione agit, sed hic eam plenius mystica descriptione distinguit, ubi eam per genera diuidit.

*De contemplationis proprietate, uel in quo differat a meditatione, uel cogitatione. Cap. III.*

**V**T autem ea quæ de contemplatione dicenda sunt, possimus commodius capere, rectiusque diiudicare, debemus prius quid ipsa sit determinando, uel diffiniendo quærere, & quomodo differat a cogitatione, uel meditatione. Sciendum itaque, quod unam eandemque materiam aliter per cogitationem intuemur, aliter per meditationem rimamur, atque aliter per contemplationem miramur. Multum a se inuicem hæc tria in modo differunt, quibus quandoque in materia conueniant. De una siquidem, eademque materia, aliter cogitatio, aliter meditatio longeque, aliter agit contemplatio. Cogitatio per deuia quæque lento pede, sine respectu

Discrimè inter contemplationem, meditationem, & cogitationem.

**A**peruentionis passim huc, illucque uagatur. Meditatio per ardua sapes, & aspera ad directionis finem cum magna animi industria nititur. Contemplatio libero uolatu quocumque eam fert impetus mira agilitate circumferatur. Cogitatio serpit, meditatio incedit, & ut arctum currit. Contemplatio autem omnia circumuolat, & cum uoluerit se in summis librat. Cogitatio est sine labore, & fructu. In meditatione est labor cum fructu. Contemplatio permanet sine labore cum fructu. In cogitatione euagatio, in meditatione inuestigatio, in contemplatione admiratio. Ex imaginatione cogitatio, ex ratione meditatio, ex intelligentia cõtemplatio. Ecce tria ista, imaginatio, ratio, intelligentia. Intelligentia obinet supremum locum, imaginatio inferum, ratio medium. Omnia quæ subiacent sensui inferiori, necesse est ea etiam subiacere sensui superiori. Vnde constat, quia cuncta quæ comprehenduntur ab imaginatione, ea etiam aliaque multa, quæ supra iam sunt comprehendi a ratione. Similiter ea quæ imaginatio, uel ratio comprehendunt, sub intelligentia cadunt, & ea etiam quæ ille cõprehendere non possunt. Vide ergo contemplationis radius, quæ latè se expandat, qui omnia lustrat. Et licet sapes circa eandem rem, alius per cogitationem, alius per meditationem, alius per contemplationem occupetur, quibus non dispari uia, dispari tamen motu feruntur. Cogitatio semper uago de uno ad aliud transit, meditatio circa unum aliquid perseveranter intendit, contemplatio sub uno uisionis radio ad innumera se diffundit. Per intelligentiam siquidem sinus metis in immensum expanditur, & contemplantis animi acies acuitur, ut capax sit ad multa comprehendenda, & perspicax ad subtilia penetranda. Nunquam. n. cõtemplatio potest esse sine quadam uiuacitate intelligentiæ. Sicut. n. ex intelligentia est, quod oculus mentis in corporeis figuratur, sic ex eiusdem ui esse constat, quod sub uno intuitu in rebus corporeis ad tam infinita comprehendenda dilatatur. Denique quoties contemplantis animus dilatatur ad ima, quoties eleuatur ad summa, quoties acuitur ad inscrutabilia, quoties agilitate miranda penè absque mora rapitur per innumera, ex quadam intelligentiæ ui hoc esse non dubita. Hæc propter illos dicta sunt, qui ista inferiora sub intelligentiæ aspectum cadere, uel ad contemplationem usquequaque pertinere, indignum ducunt. Specialiter tamen & propriè cõtemplatio dicitur, quæ de sublimibus habetur, ubi animus pura intelligentia utitur. Semper autem contemplatio est in rebus, uel per sui naturam manifestis, uel per studium familiariter notis, uel ex diuina reuelatione perspicuis.

*Diffinitio singulorum contemplationis, meditationis, cogitationis. Cap. IIII.*

**V**idetur itaque sic diffiniri posse. Contemplatio est libera mentis perspicacia in sapientia

Contemplatio quæ sit.

**A**do se quasi in girum flectit, modo autem se quasi ad unum colligit, & uelut immobiliter figit. Huius sanè rei formam si rectè perpendimus, in cœli uolatilibus quotidie uidemus. Videas alia nunc se ad altiora atollere, nunc se in inferiora demergere, & eisdem ascensionis, descensionis uæ suos modos sæpius reperere. Videas alia nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum diuertere, & nunc in hanc nunc uero in illam partem declinando in anteriora parum, uel penè nihil se promouere, & eandem discursuum suorum vicissitudines multa instantia multipliciter reiterare. Videas alia sub magna festinantia se in anteriora extendere. Sed mox sub eadem celeritate in posteriora redire, & sæpè idipsum agere, eisdemque excursus, atque recursus diutina frequentatione continuare, atque prorahere. Videre licet alia quomodo se in girum flectunt & quàm subito, uel quàm sæpè eisdem, uel similes nunc autem paulo latiores, nunc paulo contractiores circuitus reperiunt, & semper in idipsum redeunt. Videre licet alia quomodo tremulis alijs sæpè que reuerberatis se in uno eodemque loco diutius suspendunt, & mobili se agitatione quasi immobiliter figunt, & ab eodem suspensionis suæ loco diu, multumque herentia penitus non recedunt, ac si operis, & instantiæ suæ executione prorsus uideantur exclamare & dicere, bonum est nos hic esse. Iuxta hoc sanè propositarum similitudinum exemplar contemplationis nostræ uolatus multiformiter variatur, & pro personarum, negotiorumque uarietate uario modo formatur. Nunc de inferioribus ad summa, nunc de superioribus ad ima ascendit, & descendit, & nunc de parte ad totum, nunc de toto ad partem considerationis suæ agilitate discurrit, & ad id quod sciri oportet nunc à maiori, nunc à minori argumentum trahit. Modo autem in hanc, modo in oppositam partem diuertit, & contrariorum notitiam ex contrariorum scientia elicit, & pro uario oppositorum modo ratiocinationis suæ executionem uariare consuevit. Aliquando in anteriora currit, & subito in posteriora redit, dum modo ex effectibus, modo ex causis, & qualibuscunque antecedentibus, uel cõsequentibus cuiuscumque rei modum, uel qualitatem deprehendit. Quadoque uero quasi in girum speculatio nostra ducitur, dum unicuique rei quæ sunt cum multis communia considerantur, dum ad unam quamlibet rem determinandam nunc a similibus, nunc à similibus se habentibus seu communiter accidentibus ratio trahitur & assignatur. Tunc autem in uno eodemque loco cõsiderationis nostræ defixio quasi immobilis sistitur, quando in qualiscunque rei esse, uel proprietate perspicie da atque miranda contemplantis intentio libenter immoratur. Sed ne uerba nostra humanam philosophiam uideantur redolere, uel a catholica doctrina plano, simplicitatisque re-

Meditatio quid sit.

Cogitatio quid sit.

C

E

*Quod contemplationis modus multiformiter agitur. Cap. V.*

**S**ed cum perspicax ille contemplationis radius semper ex admirationis magnitudine iuxta aliquid suspendatur, non tamen uno modo semper nec uniformiter id agitur. Nam uiuacitas illa intelligentiæ in contemplantis animo mira agilitate modo it, atque redit, mo-

nore



nore discedere commodius fortasse dicemus, quia ascendere, & descendere, ire, & redire, nunc huc, nunc illuc declinare modo in circuitum pergere, uel tandem in uno harere nihil aliud sit quam summa agilitate nunc de imis ad summa, uel summis ad ima, nunc de primis ad nouissima, uel nouissimis ad prima, modo de disparibus ad disparia meritorum, uel pramiorum genera mete transire, modo circumstantia, uel coherentia cuiusque rei curiosa perustratione circumspicere, uel tandem aliquando in alicuius speculationis nouitate, nouitatisque admiratione animu fatiare. Vides certe quod & superius locuti sumus, quomodo contemplationis nostrae negotiu semper iuxta aliquid suspenditur atque protrahitur, dum contemplantis animus iucunditatis suae spectaculo libenter immoratur, dum semper studet, uel in idipsum saepe redire, uel in eodem diutius immobiliter permanere. Audi de illo contemplationis modo qui quodammodo fieri solet ante & retro. Ibant animalia & reuertebantur in similitudinem fulguris choruscantis. Accipe & de illo per quem animus, in diuersa rapitur, & nunc in hanc partem nunc in illam discurrunt mira agilitate in contraria agitatur. *Fulgurunt iusti & tanquam scintillae in arundineto discurrunt.* Illum qui quasi sursum & deorsum fit, paucis psalmista uerbis expressit. *Ascendant, inquit, usque ad caelos, & descendunt usque ad abyssos.* Ad illum contemplandi modum qui uelut in girum ducitur prophetica illa uoce. *admoneris qua dicitur. Leua in circuitu oculos tuos & uide.* Tunc autem contemplationis radius uelut in uno loco immobiliter figitur, quando illud Abacuc in semetipso quilibet experitur. *Sol & luna steterunt in habitaculo suo.* Ecce iam quid sit contemplatio determinando, uel diffiniendo docuimus. Superest ut eam per species diuidamus, & quot sint genera contemplationum consequenter uideamus.

*Quot sint uel qua contemplationis genera. Cap. VII.*

**S**Ex autem sunt contemplationum genera a se & inter se omnino diuisa. Primum itaque est in imaginatione & secundum solam imaginationem. Secundum est in imaginatione secundum rationem. Tertium est in ratione secundum imaginationem. Quartum est in ratione & secundum rationem. Quintum est supra rationem, sed non praeter rationem. Sextum supra rationem, & uidetur esse praeter rationem. Duo itaque sunt in imaginatione, duo in ratione, duo in intelligentia. In imaginatione contemplatio nostra tunc proculdubio uersatur, quando rerum istarum uisibilem formam, & imago in considerationem adducitur, cum obstupescentes attendimus, & attendentes obstupescimus, corporalia ista quae sensu corpo-

Primum genus contemplationis.

reos haurimus quam sint multa, quam magna, quam diuersa, quam pulchra, uel iucunda, & in his omnibus creatricis illius superessentiae potentiam, sapientiam, munificentiam mirando ueneramur, & uenerando miramur. Tunc autem contemplatio nostra in imaginatione uersatur & secundum solam imaginationem formatur, quando nihil argumentando quaerimus, uel ratiocinando inuestigamus, sed libere mens nostra huc illucque discurrit quo eam in hoc spectaculorum genere admiratio rapit. Secundum autem contemplationis genus est, quod in imaginatione quidem consistit, secundum rationem tamen formatur, atque procedit, quod fit quando ad ea quae in imaginatione uersamus, & quae ad primum contemplationis genus pertinere iam diximus, rationem quaerimus, & inuenimus, imò inuentam, & notam in considerationem cum admiratione adducimus. In illo itaque res ipsas, in isto earum utique rationem, ordinem, dispositionem, & unicuiusque rei causam, modum, & utilitatem rimamur, speculamur, miramur. Hec itaque contemplatio in imaginatione, sed secundum rationem consistit, quia circa ea quae in imaginatione uersantur ratiocinando procedit. Et quamuis iuxta aliquid in ratione etiam haec contemplatio consistere uideatur in qua uisibilem ratio quaeritur, redde tamen in imaginatione consistere dicitur, quia quicquid in ea ratiocinando quaerimus, uel inuenimus ad illa proculdubio accomodamus quae in imaginatione uersamus dum circa ea & propter ea ratiocinationi insistimus. Tertium contemplationis genus est, quod in ratione secundum imaginationem formatur. Hoc autem contemplationis genere ueraciter tunc utimur, quando per rerum uisibilem similitudinem in rerum inuisibilem speculationem subleuamur. Haec uero speculatio in ratione consistit, quia his solis quae imaginationem excedunt per intentionem & inuestigationem insitit quia solis inuisibilibus intendit his solis maxime, quae per rationem comprehendit. Sed secundum imaginationem idcirco formari dicitur, quia ex uisibilem imagine in hac speculatione similitudo trahitur, unde in rerum inuisibilem inuestigationem animus adiuetur. Et recte quidem haec contemplatio in ratione quidem, sed secundum imaginationem esse dicitur quamuis ratiocinando promouetur, quia omnis eius ratiocinatio, & argumentatio ab imaginatione fundamentum sumit, & firmamentum capit, & ab imaginabilium proprietate inuestigationis, & assertionis suae rationem trahit. Quartum genus contemplationis est, quod in ratione, & secundum rationem formatur, quod utique fit quando semoto omni imaginationis officio, solis illis animus intendit quae imaginatio non nouit, sed quae mens ex ratiocinatione colligit, uel per rationem comprehendit. Eiusmodi speculationi

Secundum genus contemplationis.

Tertium genus.

Quartum genus.

ulationi insistimus quando inuisibilia nostra quae per experientiam nouimus, & ex intelligentia capimus in consideratione adducimus, & ex eorum consideratione in caelestium animorum, & supremum bonorum intellectuum contemplationem assurgimus. Haec autem contemplatio in ratione consistit, quia sensibilibus semotis solis intelligibilibus intendit. Et haec quidem contemplatio ab illis utique inuisibilibus nostris uidetur & initiu sumere, & fundamentum capere, quae humanum animum consistat per experientiam nosce uel per commune intelligentiam comprehendere. Sed per hac tantum parte haec contemplatio etiam in ratione recte consistere dicitur, quia haec ipsa inuisibilia nostra a ratione comprehenduntur, & in eo ipso ratiocinationis modum minime supergrediuntur. Quae idcirco secundum solam rationem procedit quia ex inuisibilibus per experientiam notis alia & alia ratiocinando colligit quae per experientiam non nouit. In hac primum contemplatione humanus animus pura intelligentia utitur, & semoto omni imaginationis officio ipsa intelligentia nostra in hoc primum negotio seipsam per semetipsum intelligere uiderit. Nam licet illis prioribus contemplationum generibus uideatur non deesse nullam tamen inest penè nisi meditante ratione, seu etiam imaginatione. Illic quasi instrumentum utitur, & uelut per speculum intuetur. Hic per semetipsam operatur, & quasi per speciem contemplatur. Hic igitur se quasi ad imum inclinat, cum omnino non habeat quo per semetipsam inferius descendat. Quintum contemplationis genus esse diximus, quod est supra rationem non tamen praeter rationem. In hanc autem contemplationis speculam mentis subleuatione ascendimus quando ea ex diuina reuelatione cognoscimus, quae nulla humana ratione plenè comprehendere, quae nulla nostra ratiocinatione integre inuestigare sufficimus. Talia sunt illa quae de diuinitatis natura, & illa simplicis essentia credimus & scripturarum diuinarum auctoritate probamus. Contemplatio ergo nostra tunc ueraciter supra rationem ascendit, quando id animus per mentis subleuationem cernit quod humanae capacitaris metastas transcendit. Sed supra rationem nec tamen praeter rationem censenda est, quando ei quod per intelligentiam aciem cernitur humana ratio contraire non potest, quin potius facile acquiescit & sua attestatone alludit. Sextum contemplationis genus dictum est, quod in his uersatur quae sunt supra rationem, & uidentur esse praeter, seu etiam contra rationem. In hac utique suprema omniumque dignissima contemplationum specula, tunc animus ueraciter exultat atque tripudiat, quando illa ex diuini luminis irradiatione cognoscit atque considerat quibus omnis humana ratio reclamation. Talia sunt penè omnia quae de personarum trinitate cre-

Quintum genus.

Sextum genus contemplationis.

de re iubemur. De quibus cum humana ratio consulitur nihil aliud quam contraire uidetur.

*Quae, quibus sint communia. Cap. VIII.*

**D**uo itaque ex his in imaginatione consistunt, quia solis sensibilibus intendunt. Duo in ratione consistunt, quia solis intelligibilibus insistant. Duo uero in intelligentia subsistunt, quia solis intellectibilibus intendunt. Sensibilia dico quaelibet uisibilia & sensu corporeo preceptibilia. Intelligibilia autem dico inuisibilia ratione tamen comprehensibilia. Intellectibilia hoc loco dico inuisibilia, & humanae rationi incomprehensibilia. Ex his ergo sex contemplationum generibus quatuor inferiora uersantur maxime in rebus creatis. Duo uero suprema in rebus in creatis, atque diuinis. Item ex his quatuor duo superiora uersantur circa inuisibilia. Duo uero infima circa uisibilia, atque corporea. Infima namque duo proculdubio uersantur in rebus uisibilibus atque creatis. Duo autem suprema maxime uersantur in rebus inuisibilibus, & in creatis. Duo uero media maxime in rebus inuisibilibus atque creatis. Maxime idcirco dixerim quia circa inuisibilia atque creata quaedam sunt quae ab humana ratione nullatenus comprehendere possunt, & secundum hoc in intellectibilibus numerum currunt, & se secundum hoc ipsum ad duo suprema contemplationum genera potius pertinere ostendunt. Similiter circa summa illa, & increata uidentur quaedam esse humanae rationi peruia, & secundum hoc quidem inter intelligibilia deputanda, & ob hoc ipsum medijs illis duobus contemplationum generibus maxime accommodanda. Duobus itaque primis commune hoc esse uidetur quod utrumque eorum circa uisibilia uersatur. Veruntamen in hoc maxime uidentur differre, quod primum quidem solet sine ullo rationis officio impellente admiratione huc illucque discurrere. In secundo autem ad ea quae per imaginationem in mente uersantur ratio quaeritur, & assignatur, uel prius familiariter nota in admirationem adducitur secundum, & tertium hoc habent commune, sed praeter ceteris singulare, quod in utroque pariter sibi committeri uidetur imaginatio cum ratione, ratio cum imaginationem. Differunt autem in eo quod in secundo quidem ad uisibilia ratio (ut dictum est) quaeritur, & accomodatur, in tertio uero ad inuisibilem inuestigationem ratio à uisibilibus trahitur, & in illo saepe ex uisibilibus ad inuisibilia erudimur, & alia ex alijs conuincimus. In isto ex uisibilem inspectione ad inuisibilem cognitionem promouemur. Tertio & quarto constat esse commune inuisibilibus & intelligibilibus intendere, sed in eo utique differre, quod in tertio quidem miscetur ratio cum imaginatione, in quarto autem intelligentia pura cum ratione, in quarto,

ro, & quinto ratio & intelligentia in unum concurrunt, & in hoc maxime conveniunt. Sed in quarto ex ratione intelligentia promouetur. In quinto vero ratio nunquam intelligentiam praeuenit sed subsequitur, uel ut multum comitatur. Nam quod ex diuina inspiratione prius agnoscitur rationis postmodum attestatone firmatur. Quinto & sexto communiter accidit quod utrumque eorum intellectibilibus insitit. Sed quinto quidem humana ratio uidetur factis consentanea. Sexto autem omnis humana ratio uidetur esse contraria nisi fuerit fidei admixtione suffulta.

*Quae sint singulorum propria. Cap. VIII.*

Proprium est autem primae contemplationi simpliciter & sine ulla ratiocinatione uisibilem admirationi inhaerere. Proprium est secundae uisibilem rerum rationi ratiocinando insistere. Proprium est tertiae per uisibilia ad inuisibilia ratiocinando ascendere. Proprium est quartae ex inuisibilibus inuisibilia ratiocinando colligere, & per expertorum intelligentiam ad ignotorum notitiam proficere. Proprium est quintae in intellectibilibus intelligentia rationem admittere. Proprium est sextae in intellectibilibus intelligentia omnem humanam ratiocinationem transcendere & quasi ab imo calcare. Cum sit autem tribus primis contemplationum generibus commune sine imaginatione non esse, in primo imaginatio quasi infra rationem subsistit. In secundo rationem excipit. In tertio imaginatio ad rationem ascendit. Item cum sit tribus ultimis commune sine pura intelligentia non esse, in eorum primo (hoc est in quarto) ipsa intelligentia rationi se inclinatur. In quinto rationem ad se ipsam leuat. In sexto intelligentia rationem transcendit & quasi sub se ipsa deserit. Item cum sit quatuor, medijs commune sine ratiocinatione non esse, in secundo contemplationis genere ratio imaginationi quasi ad altiora trahit. In quarto intelligentiam quasi sub se descendente excipit, atque conducit. In quinto ratio quasi supra se ad intelligentiam ascendit, & ei in suis sublimibus alludit. In primo itaque imaginatio in se ipsa requiescit quemadmodum & intelligentia. In sexto se ad se ipsam colligit, & in se ipsa subsistit. In secundo ratio sub se ipsam descendit. In quinto eadem ipsa supra se metipsam ascendit. In tertio imaginatio supra se metipsam ascendit. In quarto intelligentia infra se metipsam descendit. In primo imaginatio tenet locum infimum & solitarium. In secundo ratio descendit ad imum. In tertio imaginatio ascendit ad summum. In quarto intelligentia descendit ad imum. In quinto ratio ascendit ad summum. In sexto intelligentia tenet locum solitarium & summum.

*Qua sibi quaeque proportionem respondeant, uel quomodo inuicem permisceri soleant. Cap. IX.*

Notandum sane, quod sicut nouissima duo ascendunt supra rationem, sic media duo ascendunt supra imaginationem. Et sicut illud sublimius nouissimorum nullam penes solet humanam rationem admittere, sic illud sublimius mediorum debet omnem à se imaginationem excludere. Et sicut illud inferius duorum nouissimorum & supremorum consistit supra rationem, non tamen praeter rationem sic illud inferius mediorum duorum ascendit supra imaginationem cum tamen non sit praeter imaginationem. Item sicut duo media infra puram & simplicem intelligentiam descendunt, sic duo prima, & infima infra ratiocinationem descendunt. Simplicem intelligentiam dico quae est sine officio rationis, puram uero quae est sine occurrence imaginationis. Sed sicut illud sublimius duorum mediorum infra simplicem intelligentiam descendit, non tamen infra illam subsistit, quia illorum in quibus uersatur alia simplici intelligentia comprehendit, alia ratiocinando colligit, sic illud sublimius duorum infimorum uidetur infra ratiocinationem descendere, nec tamen infra illam subsistere, quia alia solet per imaginationem repraesentare, & alia ratiocinando colligere. Item quae sicut illud inferius duorum mediorum solet infra simplicem intelligentiam descendere, atque subsistere, sic illud inferius infimorum duorum solet se ad rationem habere. Nam & illud solis illis intendit quae mens ex imaginatione ratiocinando colligit, & istud solis illis quae per sensum imaginationi impressit. Non autem hoc primum & infimum contemplationis genus idcirco infra rationem, uel potius ratiocinationem subsistere dicitur quasi irrationabile & omnino contra rationem esse uideatur cum per intentionem, seu etiam per dispositionem rationi consentaneum facile conuincatur. Sed quod in eo (ut dictum est) quantum ad eius proprietatem attinet nihil ratiocinando colligitur. Solent tamen haec quae distinximus contemplationum genera quandoque inuicem permisceri, & hic quem assignauimus proprietatum modus alterutra permutatione confundi. Notandum autem fuit hoc loco ad euentiam doctrinae singulorum propria docere, nihilominus quid commune, quid simile haberent ostendere.

*Quod vix soli perfecti, ad omnia sex contemplationum genera proficiunt. Cap. X.*

Ex ista contemplationum genera, oportet illum familiariter nosse, qui cumque cupit, scientiam culmen attingere. His sex sane contemplationum alis, a terrenis suspendimur, & ad caelestia

stia leuamur. Citra perfectum te esse non dubites, si usque adhuc aliquibus illarum cares. Mecum certe, & cum mei similibus, bene agitur, si unum tantum, si uel unum ex his trium alarum paribus datur. Quis mihi dabit pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescā? Scio tamen quia in duobus illis primis eiusmodi alis, non datur de terrenis ad caelestia euolare, & illa caelorum ad uia petere, uel penetrare. Nam (sicut superius iam dictum est) in illis sex contemplationum generibus, tota priorum duorum consideratio, circa terrena & corporalia occupatur, nihil in eis, de inuisibilibus agitur. Quamuis ergo sublimis, quamuis admodum sublimis, circa ista terrena uolatus, in primis illis duabus contemplationum alis habeamus, parum nobis esse debet, si ad illa sola sufficimus, in quibus mundi huius philosophos praepollere uideamus. Terrenum, & nondum caeleste animal, te esse conuincis, quamdiu duabus tantum alis, contentus fueris. Habes uide corpus tuum uelare, uide uolares. Certe si adhuc terrenum animal es, si usque in hodiernum corpus terrenum habes, & tale denique, quale a postulo describit, & mortificare praecipit, bonum perfectum erit in proprio habere, uide possis cum uolueris tale corpus uelare, & a recordationis tuae oculis abscondere. *Mortificate, inquit, membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam.* Quid est autem eiusmodi corpus, sub designatis illis contemplationum alis uelare, nisi mundanorum concupiscentiam, ex mundana mutabilitatis consideratione temperare, imò in obliuione adducere? Perpendis (ut astimo) quantum ualeat eiusmodi obductio, alarumque obductio. Habes item in his alis, uide cum uolueris uolare possis. Bonum sane est bene uolare, & quantum potes te ab amore mundi elongare. Bene utique in his alis uolant, qui mundanae mutabilitatis lubricum, quotidie considerant, assiduaque retractione, se ab eius ambitione alienant. Quamuis ergo, in his geminis alis, usque ad caelestia euolare non possis, tamen fortassis, tranquillumque stationis portum, in earum remigio inuenire poteris. Nitere in eis, quantum poteris, apprehende, saltem nouissima maris. *Si sumpsero, inquit, pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.* Extrema maris, mundi terminus, & unicuique propriae uitae defectus. Extrema itaque maris tenere, est mundi finem, mundanaeque uitae exitum, cum desiderio expectare. Extrema maris (ut arbitror) euolando iam apprehenderat, qui ueraciter dicere poterat. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Puto, quia duas has contemplationum pennas non in uanum accepisti, si hucusque uolare potuisti. Parum tamen, tibi esse debet, has duas alas accepisti, sed ut probes te caeleste animal esse, stude, & satage saltem duo paria habere, & tunc perfectum habebis in quibus possis ad caelestia euolare. Quatuor profecto alas habebat,

& se ex eo caelestia, non autem terrena esse ostendebant, quatuor illa animalia, quae propheta Ezechiel uidit, uisusque descripsit, *Quatuor, inquit, facies uiri, & quatuor pennae, uiri.* Duabus autem (ut ibi legis), corpus suum uelabant, nam caeteris duabus, proculdubio uolabant. Sic & tu cum caeperis iam quatuor alas habere, cum te putaueris, iam caeleste animal esse, & corpus caeleste iam gerere, nihilominus tamen, stude illud, sub dictis alis uelare. Sunt enim corpora caelestia, & sunt corpora terrena. Et alia gloria caelestium, & alia gloria terrestrium. Alia claritas solis, & alia claritas lunae, & stella a stella differt in claritate. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens in se aliquam partem tenebrarum, utile tamen erit, illud ab humana arrogancia oculis abscondere, & sub humana mutabilitate in certo, propriae estimationis claritate, temperare. Nescit enim homo finem suum, sed sic ut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in ipse malo cum eis extemplo superuenerit. Et idcirco bonum est homini, bona sua dissimulare, & nihil penitus de suis meritis presumere, & se sepe in humilitate custodire. In primo ergo alarum pari, uelut homo corpus suum, in secundo, uolet ad caelum. Cur enim media illa duo contemplationum genera, hominem ad caelestia, & inuisibilia, non leuet quae de solis inuisibilibus (ut dictum est) agere habent? Satagar ergo spiritualis quisque studio, & desiderio semper in caelestibus esse, ut possit cum Apostolo dicere. *Nostri autem conuersatio in caelis est.* Verum tamen si usque ad tertium caelum, cum eodem Apostolo, penetrare paras, nunquam id in duobus alarum paribus posse praesumas. Oportet absque dubio omnes illas superius designatas sex contemplationum alas habere, qui cupit & ambit usque ad tertium caeli secreta diuinitatisque arcana uolare. Has utique sex contemplationum alas soli perfecti in hac uita uix habere possunt. Has omnes in futura uita electi omnes tam in hominibus quam in Angelis habituri sunt, ita ut de utraque natura ueraciter possit dici quia sex alae uni, & sex alae alteri.

*Quomodo prima quatuor contemplationum genera mystice describantur. Cap. XI.*

De his itaque sex contemplationum generibus Moyses (ut mihi uidetur) sub mystica descriptione agit ubi materialem illam sed mysticam quidem arcam, ex Dominica preceptione fieri instituit. Primum itaque designatur in arcae fabricatione, secundum in eius deauratione, tertium in corona arcae, quantum intellegimus per propiciatorium. Per duo uero cherubin quintum, & sextum. Si autem ad figuram, & materialem facturam respicimus ex illis utique sex manufactis operibus solum primum fabricatur ex ligno, caetera omnia constant ex auro, Sic

Ezech. 1.

Eccles. 9

Philip. 3.

2. Cor. 12.

Esa. 6.



Sic sanè omnia illa vnde primum contemplationis genus constat per sensum corporeum haurimus, & per imaginationem representamus cum uolumus. Nam alia omnia unde cetera ordiuntur ratiocinando colligimus, uel simpliciter intelligentia comprehendimus. Cogita ergo quid sit inter lignum & aurum, & inuenies fortassis quam conuenienter ista designentur in ligno, illa uero figurentur in auro. In ligno quidem quæ subiacent imaginationi. In auro autem quæ solo subiacent intellectui. Aurum in se magna claritate resulget, lignum in se nil claritatis habet nisi quoddam ignem accendit, & ministrum luminis flammam nutrit. Sic sanè imaginatio nullum in se prudentiæ lumen, nil præclarum habet, nisi quoddam rationem ad discretionem excitare, & ad scientiæ inuestigationem dirigere solet. Rectè autem secundum illud contemplationis genus in quo rerum uisibilibus ratio quaeritur, in lignorum deuratione figuratur. Quid enim aliud est rerum uisibilibus, & imaginabilium assignata ratio, quam quædam (ut sic dicam) lignorum deauratio? Rectè nihilominus corona arcæ tertium contemplationis genus potest mystica designatione representare in quo solemus per uisibilia ad inuisibilia ascendere, & ad eorum cognitionem imaginationis manu ductione assurgere. Nam corona quidem in summitate arcæ lignis affigebatur, lignorum tamen suprema alia protensione supergrediebatur. Sic illud contemplationis genus quod in ratione secundum imaginationem uersatur imaginationi quidem innititur, dum ex rerum imaginabilium similitudine rationem trahit & quasi scalam erigit per quam ad inuisibilia speculationem ascendere possit. Propitiatorium autem ab omni parte, & usquequaque ligno superponitur, & idcirco conuenienter satis in eo illud contemplationis genus figuratur quod omnem imaginationem excedens in ratione secundum rationem uersatur. Et sicut propitiatorium (ut pote arcæ operculum) nusquam sub ligno descendit, nec ligno affigi sinit, sic hæc contemplatio omnem imaginationem supergrediens & nulli se permicere consentiens, sola inuisibilia respicit, solis inuisibilibus intendit.

Quomodo nouissima duo contemplationum genera mystice designentur. Cap. XII.

**D**uo autem nouissima contemplationum genera exprimuntur angelica figura. Et rectè quidem illa operis factura non humanam sed angelicam formam habuit quæ illa contemplationum genera per similitudinem representare oportuit quorum materia omnem humanam rationem excedit. Notandum sanè quod prædicta illa quatuor quodammodo sunt in unum coniuncta. Ista autem duo nouissima se paratim sunt & seorsum posita. Et in illis qui-

dem primis quatuor contemplationum generibus ex propria industria cum diuino tamen adiutorio quotidie crescimus, & ex uno ad aliud proficimus. Sed in ultimis istis duobus totum pender ex gratia & omnino longinqua sunt, & ualde remota ab omni humana industria nisi in quantum unusquisque cœlitus accipit, & angelicæ sibi similitudinis habitum diuinitus superducit. Et forte non sine causa hæc nouissima operis factura, angelicæque figuræ cherubin nomen accepit, eo fortassis, quod sine huius supremæ gratiæ adiectione quis ad plenitudinem scientiæ pertingere non possit. Sed quia à duobus cherubin unus dictus est stare ex parte una, & alter ex altera, ita ut unus intelligatur stare a dextris, alter autem a sinistris. Animaduerte obsecro quam aptè ex aduerso sibi opponuntur & ex opposito statuuntur in earum uidelicet rerum figuram quantum hæc rationi consentire, illæ rationi contraire uidentur. Sed forte quis quaerere pergat quod in quo specialiter intelligere oporteat. Vide ergo ne forte in illo cherub qui a dextris stabat, illud contemplationis genus intelligi debeat quod est supra rationem, non tamen præter rationem. In illo autem qui a sinistris illud quod est supra rationem, & uidetur esse præter rationem. Scimus autem quia sinistra sapius sub uestimentis & quasi in occulto tenetur, dextera uero frequentius in apertum profertur. Unde & rectè per sinistram occultiora per dextram intelliguntur manifestiora. Manifestiora autem sunt rationi consentanea, occultiora autem rationi aduersantia. Quintum ergo contemplationis genus rectè intelligimus in cherub dextro. Sextum nihilominus iuste intelligi potest in cherub sinistro. Et fortassis ista doctioribus animis sufficere possunt ad ea quæ de Moyse arca, uel contemplationis gratia dici debuerunt. Sed quia ociosi sumus & ociosis loquimur, propter pigriores quidem pigrum nobis esse non debet, adhuc eadem cum utile & forte quibusdam necessario supplemento repetere, & eidem materiæ liberius uacando in ipsam adhuc aliquid latius agere. Contemplantis itaque more, contemplationisque tenore de contemplatione agamus, nec tantæ iuuentutis studium & tantæ admirationis spectaculum in transitu uideamus. Occupatis ista cœpeditiosa breuitate succinximus, ociosis autem eadem repetendo latius explicamus, simul utriusque præcauentes, & festinos uiaiores contra propositum detinere, & curiosos nouitatum exploratores contra uorum urgere. Nunc ergo ad singula contemplationum genera redeamus & primum de primo dicamus.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

Primum contemplationis genus consistit in consideratione, & admiratione rerum uisibilibus. Cap. I.

**P**rimum itaque contemplationis genus est in consideratione & admiratione rerum corporalium in omnibus eis quæ per quinque sensus corporeos ingrediuntur ad animum. Et est quidem hoc omnium infimum & debet esse incipientium. Ab hoc enim debent adhuc rudis incipere, ut possint paulatim ad altiora, quasi quibusdam profectuum gradibus ascendere. Ad hoc itaque contemplationis genus pertinet omnis admiratio creatoris quæ surgit ex consideratione rerum corporalium, & designatur in hac arcæ descriptione per compagine lignorum. Et congrua satis distinctio per ligna designantur ea quæ pertinent ad imaginationem, sicut per aurum nihilominus ea quæ uidentur pertinere ad rationem. Non autem de quibuslibet lignis permittitur fieri hæc arca sed de lignis Setim tantum, quæ sunt ualde imputribilia. Pertinet autem ad ligna imputribilia quælibet rerum scrutinia honestatis & integritate plena. Ligna imputribilia sunt quælibet rerum considerationes, quælibet operum retractationes quæ nullam mentis corruptionem inducunt quæ sinceritatis, & ueritatis integritate custodiunt. In tanta itaque rerum uisibilibus copia; inter tot spectaculorum genera, uideat quisque quod eligat, caueat ne illud ante mentis oculos reducat unde cordis sui munditiam polluat. Debet ergo a considerationis suæ respectu uoluptatum irritamenta amouere qui cupit de internæ incorruptionis perpetuitate gaudere. Quicquid auaritiæ stimulat, quicquid gulam irritat, quicquid luxuriam inflammat, ab illa recordationum suarum frequentia secernat. Ille sanè mundum, & quæ in mundo sunt utiliter in contemplationem adducitur, qui per mundanorum respectum ad mundanorum despectum uenit. Hinc huiusmodi contemplationis fructum magnus ille mundialis contemplator quæsiuit & inuenit, scriptumque reliquit: Vanitates uanitatum (dixit Ecclesiastes) uanitas uanitatum, & omnia uanitas. Ille uanitatis contemplationem non inuanum assumit, qui ex eo quod in imo respicit in laudem creatoris assurgit, qui eum in omnibus operibus suis mirabilem, laudabilem, amabilem reperit. Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Ecce mirabilem. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini: ecce laudabilem. Iustus Dominus in omnibus uisibus suis, & sanctus in omnibus operibus suis ecce amabilem. Ligna ergo rigida, ligna robusta, ligna du-

Quid ad primum contemplationis genus pertinet.

rabilia quælibet considerationes sunt quæ mentis uigorem reparant, quæ ad constantiam roborant, quæ in perseuerantia confirmant. Ligna denique ab omni corruptione aliena sunt, quæ nec maculam sceleritatis, nec uitium falsitatis contrahunt. Pertinet itaque æquè ad ligna Setim ad ligna imputribilia de rebus corporeis quælibet assertio uera, sententia rata. Facienda est itaque hæc sapientiæ arca de lignis imputribilibus, de sententijs irrefragabilibus, ut sentiamus hæc omnia quæ uidentur in mundo facta ab uno Deo & creata de nihilo, nihil in his omnibus diffinientes quod dissonet a uero.

Quod sit copiosa huius contemplationis materia, uel quomodo philosophi se exercuerunt in ea. Cap. II.

**H**abet itaque materiam hæc contemplatio (ut iam dictum est) omnia quæ sensus corporeus contingere potest. Copiosa sanè materia, & Sylua non modica. Currant omnes, intrent singuli, nemo prohibetur, eligat quisque quod magis miretur. Superabundat satis cuique materia ad faciendam sibi arcam. Discat tamè quisque eligere ligna imputribilia, ut nihil sentiat contra traditionem ueram. De hac eadem sylua philosophi gentium studuerunt sibi fabricæ suæ materiam eligere cupientes & ipsi nihilominus sapientiæ sibi arcam fabricare. Cæperunt igitur ligna secare, dolare, compingere diffiniendo, diuidendo, argumentando multa inuenire, tenere, & tradere. Fecerunt itaque arcas multas tenentes sententias uarias, & constituentes sectas innumeras. Intra res ergo & in illud nemus umbrosum, & condensum in seruerunt se quæstionibus infinitis, & tradidit Deus mundum disputationi eorum, sed euauerunt in cogitationibus suis, & defecerunt scrutantes scrutatio, eo quod non possent inuenire homo opus quod operatus est Deus ab initio usque in finem. Reuelauit autem Deus per spiritum suum quibus uoluit, quando uoluit, quantum de his scire oportuit. Quid ergo mirum si potuerunt efficere opus admiratione dignum qui edocti sunt per spiritum Dei, nolentes sequi spiritum suum; nec incedere uolentes post cogitationes adinventionum suarum? Etiam temporibus nostris insurrexerunt quidam pseudo philosophi, fabricatores mendacij, uolentes sibi nomen facere, studuerunt noua inuenire. Nec erat eis cura tam ut afferrent uera quam ut putarent inuenisse noua. Præsumentes itaque de sensu suo, putauerunt se posse facere sibi sapientiæ arcam & euntes in adinventionibus suis, tradiderunt sententias nouas, arbitrantes secum ortam, morituramque sapientiam. Et ecce computruerunt horum omnium alta sapientium arcæ, eo quod non essent de lignis Setim, lignis uidelicet imputribilibus factæ.

Eccles. 7. Rom. 1. Psal. 63.

Eccles. 1.

Psal. 8.

Psal. 112.

Psal. 144.



facta. Et ecce stulti facti sunt omnes principes Taneos eo quod stultam fecerit Deus sapientiam huius mundi. Intantum enim infatuata est illa quondam gloriosa mundana philosophia ut innumeris quotidie ex eius professoribus fiant eius irrisores, & ex eius defensoribus fiant eius impugnatores, & illam detestantes nihil aliud profitentur se scire nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Et ecce quam multi qui prius fabricabant in officina Aristotelis, tandem seniori consilio discunt sedere in officina saluatoris, & qui prius fabricabant uasa contumeliae, nunc docentur fabricare uasa gloriae, quotidie consistentes Domino in uasis psalmi, eo quod peneat eos fecisse opus confusioe dignum & diu fuisse fabricatores mendacij. Vbi sunt nunc quae sectae Academicorum? Stoicorum? Peripateticorum? ubi sunt arcae eorum? Ecce iam omnes isti dormierunt somnum suum, & nihil inueniunt. omnes hi uiri diuitiarum in manibus suis, & reliquerunt alienis digitas suas, & sepulcra eorum domus eorum in aeternum. Et ecce computruerunt omnes cum arcis suis pereuntes simul cum doctrinis, & traditionibus suis. Sed arca Moysi manet usque in hodiernum diem nunquam firmiter nunquam fortior quam hodie, utpote confirmata per catholicae ueritatis auctoritatem, eo quod sit facta de lignis setim impuribilibus uidelicet, & incorruptibilibus lignis, & omnis eius narratio, atque doctrina contexta sit sententij ueris, & assertionibus ratis. Ecce uidemus de qua materia debeat fieri, consequens est ut discamus de mensura & modo faciendi, ut (iuxta Moysi exemplum) sequamur in his omnibus non nostrum sensum sed diuinae institutionis documentum. Redeamus itaque nunc ad illud con-templationis genus quod constat esse omnium infimum, & primum, & idcirco esse incipientium quod etiam figurari diximus in hac arcae descriptione ex sola compage lignorum.

*De triplici distinctione prima speculationis.*  
Cap. III.

**H**aec igitur speculatio triplici ratione consideratur. Prima est in rebus, secunda in operibus, tertia in moribus. Illa quae est in rebus pertinet ad arcae longitudinem. Illa quae est in operibus pertinet ad latitudinem. Illa quae est in moribus pertinet ad altitudinem. Scimus enim longitudinem latitudine naturaliter priorem esse. Similiter latitudinem altitudinis respectu locum priorem tenere. Nam longitudo sine latitudine & latitudo sine altitudine potest intelligi, quamuis in rerum essentia ab inuicem minime possint separari. Sed altitudo sine latitudine, uel latitudo sine longitudine nec ualeat esse nec licet intelligi. Simplex namque longitudo intelligitur quando quantitas de puncto ad punctum & per sola puncta dif-

**A**ccurrens in lineam sola saltem cogitatione protrahitur. Simplicem latitudinem dicimus quando quantitas de linea in lineam & per solas lineas mente distendimus & in superficiem dilatamus. Nam sicut linea est longitudo sine latitudine, sic superficies est latitudo sine altitudine. Altitudo autem est quando quantitas de superficie in superficiem distenditur, & corpus solidum reddit, quod tres dimensiones suscipit. Qui ergo haec recte considerat, satis ei (ut arbitror) constat, quod longitudo naturaliter sit prior latitudine, & latitudo altitudine. Sic sane illa consideratio quae est in rebus naturaliter prior est illa consideratio quae est in operibus, & illa quae est in moribus. Quis enim nesciat ipsas earum operationibus quandoque etiam tempore semper autem naturaliter priores esse, ex quibus, & in quibus quaelibet operationes habent nec aliter omnino existere? Similiter mores ipsi siue boni, siue mali circa opera quidem solent, & debent considerari. Nam opera utique hominum magna ex parte in quantum sunt ordinata, & moderata pertinent ad mores bonos in quantum uero sunt inordinata, & immoderata, pertinent nihilominus ad mores malos. Unde satis constat quod quemadmodum prior est consideratio rerum quam operum, sic naturaliter prior est consideratio operum quam morum. Recte itaque dictum est quod consideratio rerum pertineat ad arcae nostrae longitudinem, consideratio operum ad latitudinem, consideratio autem morum ad ipsius altitudinem.

*Quod primus gradus huius speculationis consideratur in materia, forma, & natura.* Cap. IIII.

**T**ripartitur autem trium illarum consideratio prima. Prima itaque huius subdiuisionis consideratio est in materia, secunda in forma, tertia in natura. Materiam & formam uisu corporeo facile deprehendimus. Nam lapidem a ligno, triangulum a quadrato sine errore discernimus. Illud autem quod ad naturam pertinet partim expositum sensui, partim autem profundius latens repositum erat rationi. Natura siquidem consideratur in rerum qualitate intrinseca, quemadmodum & forma consistit in qualitate extrinseca. Qualitas autem rerum interior ex magna parte corporeo percipitur sensu, sicut saporis gustu, odores olfactu. Illa autem natura uim quae rebus medullitus impressa profundius introrsum later nunquam homo sensu carnis adire posset etiam si minime peccasset. Veruntamen eam ingenij sui acumine facile perspiceret si rationis oculus peccati nube obductus sub erroris nebula non caligasset. Modo autem ignorantiae tenebris inuoluti quoties de ea aliquid quaerimus per experientiae argumenta palparamus potius quam uidemus. Patet itaque ratio cur arcae nostrae longitudo iuxta dominicum documentum non de-

beat,

beat, uel potius non ualeat habere nisi duos cubitos & dimidium. Ibi enim scientia humana cubitum plenum habet ubi certitudinem tenet, ubi ea quae sciri oportet sensu aliquo comprehendere ualeat. Habet ergo sensus corporeus cubitum in conspektione materiae. Habet aliam cubitum in consideratione formae, habet cubitum dimidium in perceptione naturae, quam non penetrat nisi ex parte. Partim enim (ut dictum est) exposita est sensui, partim reposita est rationi. Haec itaque tria materia scilicet, forma, & natura quia in substantia corporea finalia sunt & a se inuicem diuidi non possunt, se quasi in lineam extendunt, & ad arcae longitudinem se pertinere ostendunt.

*Quod secundus gradus consideratur in operatione naturae, & industria.* Cap. V.

Operatio naturae quae sit.

Opera artificialia quae sit.

**E**xercitata itaque mens secundum hanc triplicem considerationem, quae est in speculatione rerum debet se consequenter transferre ad speculationem operum, ut cum didicerit considerationem suam & ad opera naturalia & opera artificialia extendere possit arcae nostrae latitudinem praefinitae magnitudinis mensuram accipere. Alia est enim operatio naturae atque alia operatio industriae. Operationem naturae facile deprehendere possumus ut in gramini- bus quomodo crescunt, maturescunt. In arboribus similiter quod frondent, florent, fructificant, in animalibus quomodo concipiunt, & pariunt, quod alia nascuntur & alia moriuntur. Denique quoties attendimus quomodo omnia orta occidunt, & aucta senescunt, in naturalis operationis inspectione mentem nostram exercemus. Opus artificiale opus uidelicet industriae consideratur ut in celatatis, in picturis, in scriptura, in agricultura, & in ceteris operibus artificialibus in quibus omnibus innumera inuenimus pro quibus diuini muneris dignationem digne mirari, & uenerari debeamus. Opus itaque naturale, & opus artificiale quia sibi inuicem cooperantur quasi de laetere sibi alterius inuicem & sibi inuicem mutua contemplatione copulantur. Certum siquidem est, quia ex naturali operatione opus industriae initium sumit, consistit, & conualescit & operatio naturalis ex industria proficit ut melior sit. In opere artificiali scientia humana cubitum habet, quia si illud comprehendere non ualeret, ipsum utique minime inuenisset. Sed in opere naturali plenum cubitum habere non potuit quia ipsum non nisi ex parte comprehendit. Quid ex qua renasci soleat facile diiudicat, nam nec poma in uite, nec racemos in fegete, nec frumenta quaerit in arbore. Veruntamen quid horum, uel quaelibet alia res ex alia qualitate nasci soleat quando explicare

Richardi S. Victoris. Pars I.

**A** sufficiat? Quando ergo ingenij nostri acumen in hac gemina naturalis, & artificialis consideratione circumquaque se diffundit, & mira intelligentiae uiuacitate multipliciter huc illucque discurrit, arcae nostrae latitudo secundum diuinae institutionis modum congruam sibi mensuram accipit.

*Quod tertius huius speculationis gradus consistat tam in humanis, quam in diuinis constitutionibus.* Cap. VI.

**P**ost primam itaque considerationem quae est in rebus, & secundam quae est in operibus, sequitur tertia, quae constat in moribus, quam & ad arcae nostrae altitudinem pertinere iam diximus. Disciplina itaque morum partim ex institutione diuina, partim processit ex institutione humana. Ad diuina instituta pertinent obsequia diuina, & quaelibet ecclesiae sacramenta. Ad instituta humana pertinent humanae leges, consuetudines, urbanitates plebiscita, iura ciuilia, & huiusmodi alia multa. Humana institutio propter uitam inferiorem, diuina institutio propter uitam superiorem. Illa ad obtinendam salutem, & tranquillitatem uitae temporalis, ista ad capefendam salutem & plenitudinem aeternae beatitudinis. In humana institutione scientia humana cubitum habere potest, quia quod inuenire potest illud nec mirum comprehendere potest, in sacramentis diuinis duo esse non dubitamus. Aliud est enim quod exterius in re, uel in opere cernimus, atque aliud uirtus illa spiritualis quae latec intrinsecus. Rem itaque sacramenti quae intrinsecus latec credere potes, uidere autem omnino non potes, & idcirco scientiam tuam in hac parte, usque ad plenum cubitum extendere non potes. Haec autem ultima speculatio quae est in moribus ad arcae nostrae altitudinem pertinet, sicut superius iam diximus. Reuera siquidem quando humana institutio diuinae subseruit, ex utraque animus proficit, & ad alta tendit. Nam animus qui illis quae ad primam, uel secundam considerationem pertinent, inharet, absque dubio adhuc in imo iacet. Sed quanto his quae ad tertiam spectant, perfectius inhaerit tanto profecto semper ad altiora ascendit. Notandum sane, quod naturalis operatio, & diuina institutio plenum cubitum habent in re, sed non nisi semissem habere possunt in nostra cognitione. E contra autem artificialis operatio, & humana institutio uix semissem habent in re; plenum autem cubitum habere possunt in nostra cognitione. Cum igitur animus in hac triplici speculatione plene exercitatus fuerit, arcae nostrae mensura congruam sibi magnitudinem quaquaerisum accipit. In hoc contemplationis genere se ipsum propheta ostendit, cum dixit: *Meditatus sum in omnibus operibus tuis*; & alibi: *Quia delicta*

Psal. 142.  
Psal. 91.

L

Etasti

Ibid. & 103.

Primum est contemplationis genus per septem gradus distinguit.

Hasti me, inquit, Domine in factura tua, & alibi in eorum admiratione exclamat: Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, & multa de eisdem operibus in eodem psalmo explicando commemorat. Totum itaque hoc primum contemplationis genus recte quidem in septem gradus distinguere possumus. Primus namque consistit in illa admiratione rerum, quae surgit ex consideratione materiae. Secundus autem gradus consistit in illa admiratione rerum, quae surgit ex consideratione formae. Tertius vero consistit in illa rerum admiratione, quam gignit consideratio naturae. Quartus autem gradus contemplationis gradus uersatur in consideratione, & admiratione operum, circa operationem naturae. Quintus nihilominus uersatur in consideratione, & admiratione operum, sed secundum operationem industriae. Sextus uero gradus constat in considerandis, & admirandis institutionibus humanis. Septimus demum subsistit in considerandis & admirandis institutionibus diuinis. Hi septem ascensionis gradus primo occurrunt his qui montem domini ascendere, uel ad illud Ezechielis templum intrare contendunt. In septem gradibus ad exteriores portas in atrium exterius intratur. Et in septem (inquit) gradibus ascensus eius. Habes ergo quibus inchoationis gradibus debeas insistere quisquis cupis contemplationis arcem apprehendere. Quomodo autem hoc contemplationis genus in imaginatione subsistat, uel secundum imaginationem discurrat, superior liber perdocuit, & hic iterare non oportebit.

Quod secundum contemplationis genus constat in consideranda, & admiranda rerum uisibilia ratione. Cap. VII.

Deaurare arcam quid sit.

Nunc quoniam de primo contemplationis genere, quae interim dicenda uidebatur, quomodo potuimus iam diximus, ad secundum quod per arcae deaurationem designari iam dictum est, transeamus. Si igitur primum contemplationis genus recte intelligitur esse in consideranda specie rerum corporalium, consequenter (ut arbitror) intelligi oportet, secundum genus contemplationis esse in perspicienda ratione earundem rerum. Toties igitur in arcae nostrae deauratione occupamur, quoties rerum uisibilium rationem timamur, & in eiusdem rationis inuentu, & perspectae admiratione suspendimur, quoties attendentes intelligimus, & intelligentes attendimus huius mundanae machinae, quae uidentur omnia quam sint mirabiliter facta, quam conuenienter ordinata, quam sapienter disposita. Arcam nostram deauramus, quando cuiusque rei causam, modum, & effectum, utilitatem, & rationem consideramus. O quanto scientiae au-

ro abundabat, quomodo ei ad totius arcae suae deaurationem sufficere poterat, qui ueraciter dicebat: Mibi autem dedit Deus dicere ex sententia. Ipse enim dedit mihi horum quae sunt scientiam ueram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, & uirtutes elementorum, initium, & consummationem, & medietatem temporum, uicissitudinum permutationes & diuisiones temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, uim uentorum, & cogitationes hominum, & differentias uirgultorum, & uirtutes radicum. Denique audi quid ad extremum inferat, ut plenus intelligas in deaurationis suae opus, quanta ei eiusmodi census copia abundabat: Et quaecumque, inquit, sunt absconsa, & improuisa didici. Constat ergo arcae nostrae deauratio in contemplanda ratione diuinorum operum, iudiciorum, sacramentorum, & humanarum nihilominus actionum, uel institutionum. Simus denique parati (secundum documentum Petri) omni poscenti, reddere rationem de ea fide, & spe, quae in nobis est, & arcae nostrae suprema, uel extrema iam deaurauimus, qui diuinorum sacramentorum, seu etiam iudiciorum rationem, exponendo, commendare nouimus.

Quam sit copiosa huius contemplationis materia. Cap. VIII.

Qui igitur ad secundam contemplationis huius speciem iam profecit, in tanta materiae prolixitate, copiose satis inuenit, ubi speculationis suae uela pandat. Vbi disputationis suae nauigia exercent. Quis enim non uideat, quam late pateat huiusmodi considerationis pelagus, quam multipliciter se diffundat hoc mare magnum, & spaciosum manibus? In huius immensitatis admiratione exclamans Propheta: Iudicia, inquit, tua abyssus multa. Abyssus profecto multa, & magna iudicia Dei occulta, multa numerositate, magna profunditate, plane infinita, plene in scrutabilia. Hinc illa miranda spectacula eorum, qui uident mirabilia in profundo. Quanta enim mirabilia putas uident, in hoc profundo illi qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis? Multi sunt siquidem qui conueniunt ad hoc mare magnum, & spaciosum, sed alij ad transfretandum, alij ad piscandum. Ad transfretandum quidem illi qui cupiunt transire de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Sed qui inter eos sunt piscatores hominum, ueniunt sane ad piscandum, laxantes retia sua in capturam. Mittentes ergo nunc ad sinistram, nunc in dexteram nauigij rete ad domini preceptum, includunt saepe copiosam multitudinem piscium, uagos scilicet hominum sensus, affectusque lubricos concludentes, & extrahentes in siccum.

Sap. 7.

1. Pet. 3.

Psal. 35.

Retia euangelica.

Siccum. Sed nec eadem semper retia, sicut nec in eandem semper capturam mittunt. Nunc ergo argumentationum, hunc exhortationum retia laxant, aliquando ad probandum aliquid uerum, aliquando ad improbandum falsum, aliquando ad eliciendum aliquid occultum, aliquando ad persuadendum iustum, aliquando ad dissuadendum aliquid iniustum. Isti sane qui nouerunt facere huiusmodi operationem in aquis multis, isti (inquam) sunt, qui uident mirabilia in profundo. Ab istis etenim trahitur sapientia de occulto. Audi quid dicat magnus ille contemplator sapientiae: Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Omnia (inquit) in sapientia fecisti. Absque dubio miranda erant, quae uiderat, qui sic exclamabat. Viderat sane mirabilia in profundo, & sapientiam trahebat de occulto, qui omnia in sapientia facta deprehendit, & indubitanter agnouit, quod sapientia attingeret a fine, usque ad finem forrifer, & disponeret omnia suauiter. Ecce quomodo in omnibus operibus diuinis hoc aurum sapientiae apparebat, aurum sapientiae lucebat, quomodo in eius oculis sapientia diuinae claritas omnia operuerat. Iste profecto bene nouerat, facile poterat arcam suam deaurare, imò constat satis eum iam arcam suam ab omni parte auro obduxisse, qui sic admirationis suae magnitudine cogitur exclamare: Omnia in sapientia fecisti. Conemur & nos quantum possumus, & desudemus in arca nostra deauranda, ut appareant etiam nobis diuina opera omnia in sapientia facta, ut in quantum licet intelligamus, & quae intelligere non licet, saltem sine haesitatione credamus, omnia in sapientia facta, nec ea solum quae facit, sed & quaecumque fieri permittit, nunquam sine rationabili contingere causa, nec sine diuina, quamuis occulta astitit.

Psal. 103.

Ibidem.

Quomodo philosophi, se in huius contemplationis materia exercuerint. Cap. IX.

Doctrinae philosophorum exterius tantum, arcae deaurare poterant.

Sed neque hoc silentio praetereundum puto, quomodo huius mundi sapientes studuerunt arcas suas deaurare, ut uel sic pudeat nos in arcae nostrae deauratione non laborare. Sategebant itaque, & ipsi gentium philosophi sapientiam trahere de occulto, occultas rerum causas rimantes, & usque ad abditos naturae sinus, ingenij sui acumine penetrantes eruebant aurum de profundo. Caeperunt ergo latentis rerum causas inuestigare, inuenire, & in palam proferre, & dubia quaeque, non dubijs assertionibus probare. Inuenierunt itaque multa inuestigatione profunda, & admiratione digna, unde tremor terribis, qua ui maria alta tumescunt, & caetera multa in hunc modum inuenientes, scriptoque commendantes, ad posteros transmittere curarunt. Arcam itaque suam ex ma-

gna parte (sed exterius tantum) deaurare poterunt. Nam ut eam intrinsecus deaurarent, erat eis parua cura, possibilitas nulla. Cito siquidem eorum defecit pecunia, nec erat eis auri tanta copia, quo possent eam deaurare intrinsecus, quippe quibus pecunia defecerat ad eam ex integro deaurandam extrinsecus. Non enim erat eiusdem facultatis physicas rerum rationes inuenire, & occultas in his quae accidunt iustitiae causas diiudicare. Longe aliud est latentes rerum causas secundum physicam rationem inuestigare, & astruere, & longe aliud diuinorum iudiciorum rationem non ignorare. Inuestigatio naturae ad arcae nostrae deaurationem extrinsecam, assertio diuinae iustitiae pertinet ad deaurationem intrinsecam. Ad hanc utique penitus defecerunt putantes casu potius, quam diuino nutu omnia accidere, sacraresque aram Fortunae crediderunt Deam, res humanas minime curare pro eo, quod cernerent equè contingere bona, & mala, bono & malo, iusto, & iniusto, immolanti uictimas, & contemnenti eas, & ipse cuius palpebrae interrogat filios hominum, oriri faciat solem suum super bonos, & malos, & aequè pluuiam super iustos & iniustos. Nos autem quibus abundat iam aurum, tam de emolumento laborum nostrorum, quam de spolijs Aegyptiorum, arcam nostram auro uestire curemus, non solum exterius, uerum etiam interius. Attendamus quomodo in sapientia sua fecit haec omnia, quomodo sapientia sua fundauit terram, & stabiliiuit caelos prudentia, quomodo sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concreuerunt, & arcam nostram deaurauimus, sed exterius. Consideremus nihilominus quoniam uniuersae uiae domini misericordia & ueritas, quomodo sit iustus dominus in omnibus uijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis, & deaurauimus eam intrinsecus. Quomodo putas omnem lignorum pulchritudinem in arca sua auro obduxerat, qui manifestè deprehenderat, constanterque de domino affirmabat, quoniam miserationes eius super omnia opera eius? Studeamus & nos iuxta exemplum prophetae, auro huiusmodi omnia tegere, & eousque sub tali fulgore abscondere, quamuis in comparatione diuinae rationis, atque dispositionis per quam facta sunt, atque disposita exteriorum omnium pulchritudo, in oculis nostris appareat parua, uel nulla.

De distinctione secundae contemplationis. Cap. X.

Superius ubi de primo contemplationis genere locuti sumus, septem illud gradibus distinximus. Longum esset modo singulos percurrere, & quomodo per omnes cubitos, tam in longitudine, quam in latitudine, uel altitudine arca deaurari debeat ostendere. Sed



ne nimis id longum faciamus, his interim super sedere melius iudicauimus. Si quis autem fatagat se in hoc opus accingere & arcam suam ambiat auro superducere nihil obest exterioribus scientijs, & secularibus disciplinis, scientie aurum mutuare, dummodo sciat ipsum ab omni falsitatis, vel vanitatis scoria mundare & ad plenam, perfectamque puritatem & qualem huius operis dignitas exigit medullitus excoquere. Diximus autem arcam nostram deaurationem constare in assignanda rerum visibilibus ratione. Quis autem nesciat, quomodo tota penne mundana philosophia in hoc maxime laborat, ut latentis rerum visibilibus causas sagacitatis suae inuestigatione inueniat & in palam producat? Vide quam magnas quam multas doctrinae opes, scientieque gazas preclara illa philosophorum ingenia conquisierunt, reposerunt, tibi que in eiusmodi visus reliquerunt. Verumtamen haec omnia (ut dictum est) in solam extrinsecam arcae deaurationem sufficere non possunt. Si autem eam & intrinsecus deaurare cupis, melius tibi in eiusmodi visus Christianis theologis, quam a mundi philosophis materiam requiris. Verumtamen sicut illorum gazae ad arcae deaurationem extrinsecam, sic nec istorum sufficere possunt ad eius deaurationem intrinsecam. Nam nec illi occultam rerum naturam plenè perspicere potuerunt, nec isti occultam Dei iustitiam perfectè penetrare valuerunt. Sed ecce vnum adhuc tibi thesaurum ostēdimus quem in id negotij superabundantem & indeficientem esse cognouimus. Certe vbi intelligentiae aurum defecerit, fidei obrizum deesse non poterit. Sane si omnia philosophorum dicta, si omnia catholica pertractata perlegere, memoriaque commendare potueris innumera tamē in secretioribus naturae finibus, in diuinorum iudiciorum arcans inuenies quorum rationem penetrare nō valebis. Sed quidd intelligere non potes, credere potes. Quorum igitur rationem perspicere non vales nihilominus tamen ex fidei regula iusta, & ordinata esse nō dubites. Idcirco tibi in eiusmodi dicitur: *Si non credideritis non intelligetis.* Crede ergo cū beato Iob quia nihil fit in terra sine causa, crede quia iudicia domini vera iustificata in semetipsa, & deaurasti arcam tuam extra & intra.

Esa. 7.  
Iob 5.  
Psal. 18.

*De proprietate secundae contemplationis.  
Cap. XI.*

Dictum est autem hoc contemplationis genus hoc habere commune cum superioribus, in imaginatione videlicet versari & circa rerum visibilibus atque imaginabilium considerationem occupari. In hoc tamen maxime distat, quod in illo quidem nihil ratiocinando quaeritur, sed totum secundum imaginationem ducitur. Istud autem ratiocinatione textur.

**A**ur & secundum rationem formatur. Illud itaque est in imaginatione secundum imaginationem, istud vero in imaginatione secundum rationem. Notandum autem quod nec in ea quidem parte qua fidei innititur porius quam intelligentia textitur, nec in ea inquam parte proprietatis suae terminos vsque quaque transgreditur. Cum enim innumera Dei opera discretata, & ordinata, cum innumera eius iudicia iusta, & vera intelligentiae suae viuacitate perspiciat ex his qui recta esse intelligit, recta & illa esse perpendit quorum rationem penetrare non sufficit. Vides ergo quia haec speculatio nec ibi quidem vbi fidei vestigia sequitur a ratiocinationis suae tramite penitus abducitur. Adeo autem haec de qua modo loquimur speculatio secundum rationem agitur, ut ipsa etiam imaginatio in ea secundum rationem disponi, & ordinari videatur. Nam in prima quidem cogitatio quo eam ducit admiratio solam sequitur imaginationem, in hac autem ipsa inuaginatō formatur, disponitur, & moderatur per rationem. Dum enim quis rerum visibilibus rationem tacita inuestigatione quaerit, non solum eas sibi sub alio ordine proponit quam eas per sensum inuenit, verum etiam sub alia saepe forma depingit. Eo enim citius inuenit rationem cur ita fieri, vel ordinari debuisset quod videt mala quae sequerentur si aliter essent. Sicut itaque in priori imaginatione post se cogitationem trahit, sic in ista ratio imaginationem circūducit, atque disponit. Idcirco autem vtraque in imaginatione consistere dicitur, quia circa illa quidem vtraque per intentionem, vel inuestigationem occupatur, quae quoties volumus per imaginationem representamus. Quocunque enim animus in hac gemina speculatione per diuersa spectacula rapitur, semper speculantis obtutus per intentionis suae propositum, vel studium in imaginatione defigitur.

*De tertio contemplationis genere.  
Cap. XII.*

**N**unc vero de tertio contemplationis genere videamus. Ad hoc itaque genus pertinet quoties per rerum visibilibus similitudinem rerum inuisibilibus qualitatem deprehendimus, quoties per visibilia mundi inuisibilia Dei cognoscimus ut constet quod scriptum Rom. 1. reperitur, quia inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Recte autem haec contemplatio qui ut ad inuisibilia ascendat baculo se corporeae similitudinis sustentat, & quandam (ut ita dicam) corporalium proprietatum scalam se ad alta subleuat, recte (inquam) huiusmodi speculatione per coronam arcae designatur, quae ab inferiori quidem parte ligno affigitur, sed a parte superiori ligni mensuram supergreditur.

Rom. 1.

Corona itaque superiora arca ambit, & ex parte infra lignum descendit, ex parte tamen maiori mensuram ligni transcendit. Sic nimirum, sic ista speculatio, utque ad indagandas rerum corporearum proprietates, sponte se inclinatur, ut habeat unde ex istis ad illa similitudinem trahat. Verumtamen se latius expandens inferiorum angustias intra se includit, nec his contenta quae ex similitudine collegit, sed alia ex alijs argumendo conuincens, & ratiocinando colligens, consequentiarum executione omnem corpoream similitudinem longe post se relinquit, & arcae nostrae suprema alta consideratione transcendit. In hunc itaque modum arcae corona innititur, dum in altum erigitur, quia contemplantis animus ad inuisibilia comprehendenda ex rerum visibilibus similitudine non parum adiuuatur. Tunc autem corona, quam arca se & expandit latius, & erigit altius, quando subtilis contemplator manifestè deprehendit bona inuisibilia inuisibilibus, & multitudine ampliora, & dignitate excellentiora. Longe enim copiosior est bonorum inuisibilibus magnitudo, quam ut eam representare possit corporalium similitudinum tantam multitudinem. Habent tamen corporea omnia ad inuisibilia bona similitudinem aliquam, sed alia infimam quandam, & valde longinquam, & penè extraneam. Alia autem vicinior, & manifestior, & quanto propinquior, tanto euidentiorem, & supra haec alia ualde propinquam & cognatam (ut sic dicam) & penitus expressam, intantum ut uideantur inuisibilibus non iam appropinquare, sed inhaerere, & inhaereri potius quam accedere. Ab ipsis ergo quae ad illa uicinius accedunt, & quae inuisibilibus imaginem, euidentiorem gerunt, debemus utique similitudinem trahere, ut ad ea, quae per experientiam non nouimus, per ea quae cognouimus, intelligentia nostra possit ascendere, hinc est quod corona arcae, non usque ad eius inferiora descendit, quae tamen se ei in eius superioribus coniungit.

Bona inuisibilia, possunt multitudine corporalium similitudinum repraesentari.

Exod. 25. 30. & 37.

*Quomodo in hoc contemplationis genere incipiat homo fieri spiritualis. Cap. XIII.*

**I**n hoc primo statu deducetur homo esse animalis & discit effigi spiritualis, eo quod tunc incipiat spiritualia comparare, & formati in nouitate sensus sui, fatagens quotidie magis magisque sapere, quae factum sunt, non quae sunt per terram. Magnis utique labor consueta de segete, & inolitarum cogitationum, infima, in imo relinqueret, & alta perscrutatione de terrenis ad caelestia euolare. Hic primo illa quae docet hominem scientiam, Dei sapientia, lux illa quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, incipit se ingerere, & lucis suae radios nunc mentis oculis infundere, nunc subtrahendo iterum abscondere.

Richardi S. Victoris. Partis I.

**A** Crebro itaque animus uisitat, & nunc ad alta eleuat, & iterum ad ima deprimit, & sibi reliquit. Sed iterum inopinatè redit, & ubi non sperabatur occurrit, & se hilarem ostendit. Incipit hic demum quoddam mirae uisionis praedium ante intuentis aspectum formare, & sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos alliduo renouationum suarum euolatu, & renolatu, se ipsam in diuersa rapere, & contemplantis animus ad uolandi desiderium primo inflammare, & quandoque ad plenum uolatum perfectè informare. Hic primum, animus antiquam dignitatem recuperat, & ingenitum propriae libertatis honorem sibi uedicat. Quid enim spiritui rationali, tam alienum, quid indignè seruituti, tam obnoxium, quam ut illa creatura, quae uerè spiritualis est, spiritualia ignoret, & quae ad inuisibilia, & summa bona facta est, in inuisibilibus contemplationem nec saltem assurgere, quanto minus stare ualet? Hinc (ut arbitror) satis apparet huius speculationis, familiaris assiduitas, & assidua familiaritas, quae tertium locum tenet, quam rectè per coronam designatur, quam conuenienter corona nominatur, per quam uictor animus coronatur. Hanc utique spiritualis scientiae coronam accipit, quisquis ab huius exilij arumnis in inuisibilibus gaudiorum libertatem, mentis contemplatione transire potuit, ubi tandem spiritus ille rationalis, qui diu sederat in tenebris, & umbrae mortis, uinctus in mendicitate & ferro, discussis tandem tenebris ignorantiae, diruptis carnis concupiscentiae, in eius sanè uirtute, qui educit uinctos in fortitudine, contereatis portas aereas, & uectes ferreos confringens, in ueterata consuetudinis, & obdurationis angustias superans, per mediam infinitae multitudinis aciem infimorum desideriorum, & carnalium cogitationum undique occurrentium, & usquequaque obstitentium, uolenter erumpit, & uix tandem se in sui iuris palatium recipit, dum se in caelestis habitaculi solium totam colligit, ut de cetero cum suis comilitonibus, similibusque triumphatoribus, fiducialiter psallere possit: Nostra conuersatio in caelis est.

Varij effectus diuinitatis

*De distinctione eorum, quae ad hanc speculationem pertinent. Cap. XIII.*

**N**otandum autem, quod corona nostrae nulla mensura praescribitur, sed in eo ipso, quod corona nominatur eius mensura, ex maiori parte determinatur. Nam coronam nō nominaret, quod superiore arcae ab omni parte non cingeret, atque coronaret. Iuxta igitur longitudinem, uel latitudinem arcae, coronam extendi, uel distendi oportuit, ut ipsam cingere, atque coronare possit. Constat itaque eam secundum dimensionem arcae duos cubitos, & semisē in longitudine, cubitū autē unū, & semisē

L 3 sem



sem habere in latitudine. Non autem aqua ratione eius altitudinem aestimare possumus, nec altitudinem arcæ æquare debemus. Nequaquam enim coronam diceret, si totam arcam uestiret, & non potius eius solummodo suprema ornaret. Sicut autem (ut superius iam diximus) proprium huius speculationis est, a visibilibus ad invisibilia similitudinem trahere, & ex illorum consideratione ad istorum cognitionem, propositam similitudinis assignatione ascendere. Si una ergo utrobique mensura fuit, si eandem prorsus hinc arcam illinc corona, tam longitudinem, quam latitudinem habuit, quid in his aliud oportet intelligere, quam ut dicamus ex illis omnibus ad invisibilem inuestigationem, similitudinum rationem trahere, ex illis omnibus inquam, quæ diximus ad arcam nostram longitudinem, vel latitudinem pertinere? Pertinet autem (ut dictum est) ad longitudinem arcæ in speculatione rerum, consideratio materiæ, formæ, & naturæ. Ad eius vero latitudinem operatio tam naturæ, quam industria. Ex his itaque omnibus ad invisibilem inuestigationem congruas similitudinum rationes eruere possumus, & debemus, & eam eiusmodi industriæ usum in promptu habuerimus, quali oportuit, vel decuit arcam nostram corona circumduximus. Dictum est autem pertinere ad arcam altitudinem, in morum consideratione, tam humanam, quam diuinam institutionem, ita ut intelligentiæ nostræ arcæ plenum cubitum videatur habere ex institutione humana, semissem vero ex institutione diuina. Sed quid est, quod dicta corona videtur sola superiora arcæ tangere, nisi quia constat humanam instituta ad invisibilia & spiritalia ualde longinquam, & omnino peregrinam similitudinem habere? Quis illa nesciat inuenta in usum temporalium, non in typum æternorum? Creatoris autem opera qualibet visibilia ad hoc sunt creata, sic sunt disposita, ut & præsentis uitæ usibus ministraret, & futurorum bonorum umbram gererent, unde fit etiam ut operatio industria, in quantum imitatur naturam, in tantum in se gestet invisibilem, uel futurorum umbram. De cetero autem humana industria tanto ab invisibilem similitudine peregrina sunt, quanto eorum inuentores in illorum institutione nihil tale cogitauerunt. Quoties tamen in istis ad illa aliquid similitudinis inuenimus, uideamus ne forte in aliquam illarum considerationum cadat, quas superius longitudini, uel latitudini arcæ assignauimus. De diuinis autem institutis notandum, quod quædam debeamus simpliciter intelligere, & nihil in eis mysticum querere, quædam uero, & iuxta literam sensum exerceri debent, nihilominus tamen mysticum aliquid figurare habent. Quia ergo in præceptis sublimioribus, & ad intelligendum profundioribus, mystica intelligentia requiritur, dimidius ille cubitus, qui arcæ nostræ altitudini in diuinis institutionibus ascribitur, quasi in suis fu-

Opera Dei uisibilia, futuro sua iouibilia umbram gerunt.

terioribus corona aurea decoratur. Sed nec in hac quidem parte similitudinis accommodatio, ab illarum quinque supradictarum considerationum proprietate, penitus recedit, unde est, quod corona ibi se iuxta longitudinem, latitudinemque arcæ distendit, ut ipsam undique ambire possit.

Quod hoc contemplationis genus rectè in quinque gradus diuiditur. Cap. XV.

Rectè itaque tertium hoc contemplationis genus in quinque gradus distinguitur, secundum quinque dictos illos considerationum modos, ex quibus in invisibilem inuestigationem, similitudinum ratio quæritur, uel assignatur. Cum enim similitudo ex aliquo ad aliquid assumitur, secundum eisdem modis uario ordine formatur. Primus itaque modus est, quando similitudo sumitur ex eo unde ipsum est, uel potius ex eo quod ipsum est. Secundus & tertius similitudinem trahit ex eo, quod in ipso est. Quartus & quintus ex eo, quod per ipsum est. Et secundas quidem ex eo quod in ipso est, sed extrinsecus, tertius uero ex eo quod in ipso est, sed intrinsecus. Quartus uero ex eo, quod per ipsum fit, impulsu quodam necessitatis. Quintus autem ex eo, quod per ipsum fit, sed proposito uoluntatis. Primus ergo huiusmodi ratiocinationis modus in hac speculatione trahitur ex materiæ proprietate. Secundus, & tertius ex rei ipsius qualitate. Sed secundus ex qualitate extrinseca, quod diximus formam. Tertius uero ex qualitate intrinseca, quod superioris diximus naturam. Quartus autem modus colligitur ex eo, quod in re ipsa, uel ab ipsa fit, secundum motum naturalem. Quintus demum ex eo quod agitur secundum motum artificialem. Ex proprietate materiæ similitudo trahitur, cum dicitur: *Cyrua illius columna marmoræ, que fundabatur super bases aureas.* Qualitas extrinseca constat in colore, & figura. A colore similitudo assignatur in eo quod legitur: *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* A figuræ qualitate similitudo sumitur, ubi mystica descriptione sacræ scripturæ qualitas commendatur. A spectus earum, & opus earum quasi si sit rota in medio rotæ. Nota quod extrinseca qualitas pertinet ad solum uisum, quem admodum intrinseca qualitas ad quemlibet cæterorum sensuum. Ad auditum pertinet illa assignatio similitudinis, ubi audis: *Et uocem quam audiui, tanquam uocem citharedorum citharizantium in citharis suis.* Ad odoratum autem illud respicere uidetur, ubi sapientia de seipsa loquitur: *Sicut cynamomum & balsamum aromatizans, odorè dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* A delicijs gustus similitudo assumitur, ubi eadè ipsa de se metipsa fatetur: *Spiritus meus super me dulcis, hereditas mea super mel & fauam.* Delicias tactus redolere, quod aliàs habes. *Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam*

Cant. 5.

Ibidem.

Ezech. 1.

Apoc. 14.

Eccl. 24.

Ibidem.

Psal. 132.

barbam barbam Aaron. Hæc de qualitate intrinseca dicta sunt, pro ea uidelicet parte, qua eam corporei sensus attingere possunt. Naturalis operatio, pro similitudinis gratia, in considerationem adducitur, cum a domino prophetæ uoce promittitur: *Quomodo descendit imber, & nix de caelo & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti.* Sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. Ab artificiali operatione est illa similitudinis accommodatio, quæ audis ab Apostolo: *Superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Hæc tibi de similitudinum ratione, in coronæ nostræ fabricatione (quæ admodum superius, in arcæ de auratione) quasi quædam doctrinæ semine studiuimus spargere, ut habeas unde possis, cum uolueris, copiosam scientiæ segetem colligere. Nam ut hic locus plene, & sufficienter explicari possit, proprium tractatum requirit. Tanto hic locus maiori, & diligentiori inquisitione eget, quanto huic ratiocinationi, rota huius speculationis ratio incumbit. Constat autem in hac, & in subsequenti speculatione maximam & penè præcipua spiritalium uirorum, consolationem, nostris temporibus inesse. Nam pauci admodum sunt, qui ad nouissima illa duocōtemplationū genera, possint assurgere. Qui autem hæc plenius persecutari uoluerit, meminerit, quod iuxta modum arcæ coronæ ipsius, quatuor lata habuerit.

Esa. 55.

Ephes. 2.

Quam illa que ad hanc speculationem pertinent aliter adhuc distinguere possunt. Cap. XV 1.

Si autem adhuc aliud, quod in hac corona rectè notare possumus, si per illam invisibilem bonorum plenitudinem, intelligere debemus. Coronam quidem propitiatorium ab omni parte ambiebat, & intra seipsam totum includebat. Nam quantum ad compositionem arcæ pertinet, nihil aliud propitiatorium, quæ eiusdem arcæ operculum, esse intelligi debet, quædam uidelicet tabula aurea, ex auro purissimo, ex integro facta, quæ ab inferiori quidè parte, ab arcæ summitate excipiebatur, & ab omni (uti iam dictum est) parte, corona aurea cingebatur. Per hæc itaque duo, (coronam scilicet, & propitiatorium) duo intelligimus genera cōtemplationum, unum de invisibilibus bonis, alterum de invisibilibus substantijs, ut in spiritibus angelicis uel humanis. Quid est ergo quod corona totum propitiatorium intra se includit, nisi quod beatitudo in istorum omnium eorum desiderium intra se comprehedit. Nos quæ diu sub egenis huius mundi elementis uimus, desideria nostra ultra gaudia nostra extendimus, quia in finitè plura sunt quæ concupiscimus, quæ in hac uita apprehendere possumus. Beata autem illa supernorum spirituum, multitudine

do, desideria sua ultra gaudiorum suorum plenitudinem non extendit, quæ felicitatis suæ infinitatem, uel immensitatem comprehendere omnino non sufficit, quæ beatitudinis suæ coronam undique cingit, & usquequaque magnitudinis suæ sinu includit. Est autem eorum gaudium non solum de contemplatione creatoris, sed et in contemplandis eius creaturis. Dum enim Deum in omnibus operibus suis mirabilem inueniunt, quid mirum si ubique mirando uenerantur, uenerando mirantur magnalia eius, quæ diligunt. Inueniunt itaque non solum in creaturis incorporeis, sed et in creaturis corporeis unde mirentur, unde eorum creatorè dignè uenerentur. Alia ergo sunt quæ supra se, alia quæ uident in se, atque alia quæ uident sub se. Hæc omnia iugiter contemplantur, contemplantes mirantur, mirantes latantur. Letantur de diuina contemplatione, congratulantur de mutua uisione, delectantur in rerum corporalium speculatione. Pars infima coronæ, quæ sub propitiatorio descendit, & ligno affigitur, iacudum illud spectaculum designat, quod hinc in inferioribus creaturis, media pars coronæ, quæ propitiatorio iungitur, ardentissimè illud caritatis desiderium figurat, quod contrahunt de iucunditate mutue uisionis. Suprema pars coronæ quæ supra propitiatorium eleuatur, ineffabile illud gaudium exprimit, quod hauriunt, de iugiter contemplatione sui creatoris. Discamus & nos contemplantes mirari, & mirantes contemplari, quò illi supernæ beatitudinis ciues omnia quæ sub ipsis sunt, indefinenter aspiciant, omnium quæ quæ ab alto uident rationem, & ordinem comprehendant, quò de mutua societate, insolubilibus caritate in infinitum gaudeant, quò in illa diuinæ claritatis uisionem infariabiliter inaccessant, & arcam nostram coronauimus. Cogitemus quò egrediuntur, & ingrediuntur, & pascua inueniuntur, & arcæ nostræ coronam iuxta congruum sibi modum consummauimus. Vides certe, quod spiritalia pascua inueniuntur non solum in interioribus, uerum etiam in rebus exterioribus, in rebus corporalibus. Absque dubio corporalia bona in quantum bonis inuisibilibus, & incorporeis similia sunt, spiritibus (nec mirum) spiritalia pascua ministrare possunt. Nam si nulla omnino bona uisibilia ad inuisibilia similitudine habent, ad inuisibilem inuestigationem, nullatenus nos adiuuare ualerent, nec iam constaret, quod de ipsis legitur, quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Iterum uero si ista ab illis multa dissimilitudine non discrepant, proculdubio caduca, transitoria, & insufficientia non essent, in comparabiliter ipsi copiosior est hominibus ad illa dissimilitudo, quam similitudo. Infinita siquidè est in horum cōparatione futuræ plenitudinis superueniens magnitudo. Unde est, quia arcæ suprema coronam tangunt, eiusque inferioribus iunguntur, quia horum summa illorum imma, tot similitudinum suarum signis, non nisi ex parte loquuntur.

Rom. 1.

Quod in hac speculatione corpore & similitudinis manuductione utimur. Cap. XVII.

**H**oc autem inter secundum contemplationis genus & hoc tertium de quo modo loquimur interesse uidetur, quia illud (uti superius iam diximus) uersatur in imaginatione sed moderatur secundum rationem, istud autem constat in ratione, sed sequitur imaginationem. In hac ei speculatione per omnia que animus multipliciter scrutatur inuisibilibus intendit, & ad illa apprehendenda nititur. In eo itaque hac speculatione in ratione consistit, quod illis solis inuestigandis insistit que corporeus sensus omnino capere nequit. Sed quia huius speculationis inuestigatio ad inuisibilem cognitionem sine corporalium similitudinum adiutorio non perducitur, imaginationis manuductionem in hac parte ratio sequi uidetur, & inquisitionis sue cursu eam quasi ducem itineris habere conuincitur. Dum enim imaginatio rationi rerum uisibilem formas repræsentat, & ipsam ex earundem rerum similitudine ad inuisibilem inuestigationem informat, quodammodo illuc eam cõducit quo per se ire ne sciuit. Nunquam enim ratio ad inuisibilem contemplationem assurgeret, nisi ei imaginatio rerum uisibilem formas repræsentando exhiberet, unde ad illa similitudinem traheret, & inuestigationis sue modum formaret. Inde est quod ille interior homo noster, exteriorem hominem, ducem suum uocat, cum dicit: Tu uero homo, vnanimis dux meus, & notus meus. Certum namque est, quia nisi per corporeum sensum, animus ad exteriorum notitiam, peruenire non potest. Merito ergo exteriorem hominem, homo interior, ducem suum dicit, sine cuius ministerio, uel potius magisterio, ad uisibilem cognitionem non pergit. Sed nec ad inuisibilem quidem, cum ad illa cognoscenda sine horum notitia assurgere non possit. Quoties ergo, cognoscendarum rerum, per corporeum sensum, experientiam capere cogitur, toties (nimirum) interior homo noster, ducem suum sequi uidetur. Absque dubio sensus carnis, sensum cordis, in cognoscendis rebus præcedit, quia nisi prius sensibilia, per sensum corporeum animus caperet, omnino non inueniret quid de eis saltem cogitare potuisset. Sed forte mirum non est, si sensum cordis, sensus corporis illuc ducit, quo ipse ire potest. Sed illud ualde mirabile, quomodo illuc eum concludit, quo ipse ascendere non potest. Sensus quidem corporeus, in corporea non capit, ad que tamen, sine eius manuductione, ratio non ascendit, sicut iam supra monstrata ratio docuit. Certe & si homo minime peccasset, in cognitione rerum, sensus exterior, interiorum adiuuaret, nam eam suam in adiutorium accepisse Adam, quis neget? Aliud uero est, cursus sui comitem habere, & aliud est itineris sui ducem querere. Nam quoniam eua-

Psal. 54.

virum suum, semel contra Dei consilium, uel præceptum, post se traxit, & ad consilium sui consensum inclinauit, preuaticationis sue pena infirmatus Adam, iam eam sequi necesse habet, & usque nunc, quotidiano eius magisterio eger, uerum tamen tunc de adiutorio sui ducatur, non solum non confunditur, sed & gloriatur, quando interueniente eius obsequio, ad inuisibilem contemplationem, corporearum similitudinum calle producit. Homo (inquit) vnanimis dux meus & notus meus. Quomodo autem sit, homini interiori dux suus vnanimis, uel notus, facti? (ut arbitror) patet, nec multa expositione indiget. Cogita nunc quomodo motui cordis, motus corporis ultro occurrit, & citius inuenis, quæ vnanimis ei sit. Statim ut uult animus mouetur pes, uel manus. Ad nutum eius circumferitur oculus. Ad eius arbitrio, mouetur lingua, mouentur & labia, uel alia quilibet corporis membra. Quid quæso in rerum natura dissimilius quam spiritus & corpus? Verum tamen ubi obsecro tantam tam perfecte concordiam vnanimis inuenimus ut penè, imò penitus eodem tempore, sit fieri uelle, & fieri moueri uelle, atque moueri. Vnum solum quidem corporis membrum est (in ea uidelicet parte, quæ libido regnat) quod interioris hominis imperio non obtemperat. Cum uero hanc eius contradictionem, ex diuino adiutorio, per moderatam afflictionem poterit reprimere, iam deinceps audet eum unanimum dicere, & hominem pacis sue appellare. Homo (inquit) pacis meæ. Ecce quomodo unanimum. Sed quomodo notus? Illud quidem satis constat, quia quicquid afflicto, uel delectatio, sensum corporeum afficit & sicut motus cordis, absque contradictione statim exit per motum corporeum, sic omnis sensus corporis, absque mora intrat ad animum, & sicut in omni actione sua, corporalis motus, arbitrio cordis obsequitur, sic omnis passio corporalis absque repulsa ad animum ingreditur, & quam uerè nulla corporis iniuria, uel oblectatio animum lateat, illa tam subita compassio, uel congratulationis uelocitas probat. Nam sicut uno, eodemque est tempore, moueri uelle, atque moueri, sic uno, eodemque momento, est corpore pati, & corde compati, exterius delectari, interius congratulari. Elige quid magis mireris, aut corporis, ad animum tam celere obedientiam, aut animi ad corpus tam familiarem notitiam. Mira obedientia ubi omne animi desiderium, motus corporis penè præuenit. Miranda notitiæ familiaritas, ubi quicquid corpus sentit, animus penè præsentit. Et habet quidem ille interior homo noster, de hac domestici sui tam familiari noticiam, habet inquam, unde miretur, non tamen unde

Psal. 54.

Psal. 40.

Psal. 41.

Psal. 126.

Quid sit panem domus comedere, & cibum unanimitate sumere.

glorietur. Non magna gloriatio, animum nosse, que soleant corpus suum delectari, uel lade re. Sed illud proculdubio magnum erit, cum iam multis experientia documentis nosse ceperit, qua discretionem debeat appetitui carnis, & in necessarijs obtemperare, & in superfluis contrare, ne si minus forte, succideret sibi hostem, & nutriet rebellem. Vel si nimis asiligit, perimat ciuem, & opprimat adiutorem. Sane ad huiusmodi notitiæ perfectionem, animus, uix per multa argumenta, uix post multa experimenta, pertingit, sed ea semel adepta, ex illa nimirum, non parum proficit. Sine hac, nunquam poterit ad adiutorium suo bene uti, per hanc docetur exterior homo noster, delectari. Egypci paulatim fridire, tandemque oblitisci, ad uelutque nihilominus, spiritualibus alimentis delectari. Mirum hoc, uel potius incredibile alicui uidebitur. Sed si mihi inde non creditur, uel experto credatur. Audiamus illum quem hac experientia docuerat, & attendemus, quid dicat homo, inquit, pacis meæ in quo superabam, qui debebat panem meos. Et in hoc iterum loco. Qui simul mecum dulces capiebat cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Qui autem sunt panes, quos interior homo noster, exteriori apponit, uel quibus eum cibus reficit, manifestat scriptura quæ dicit: Fecit mihi lachrymæ meæ panes, die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie ubi est deus tuus? Et alibi de huiusmodi panibus, iterum ait. Surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Huiusmodi itaque panem, homo interior, aliquando solus comedit, aliquando etiam, ut secum comedat, domesticum suum, uix multa fatigatione compellit. Panem suum, spiritus solus comedit, quando animus quidem de peccatis suis dolet, uerum tamen lachrymas, nulla ratione extorquere ualet. Panem doloris pariter comedit, & cibum unum quasi unanimitate sumunt, cum interior homo, profundè ingemiscit, & ad eius gemitum exterior homo uertim lachrymas fudit. Prius autem, omnis homo, compungitur timore, postmodum uero, compungitur ex amore. Compunctio timoris, amaritudinem habet, compunctio amoris, dulcedinem habet. Qui igitur, adhuc solo timore compungitur, cibus quidem spiritualibus, minimè tamen dulcibus pacitur. Qui uero iam ex aternorum gaudiorum desiderio, lachrymas fundit, iste profecto, dulcibus cibus, spiritualibusque se reficit. Cum ergo ceperit homo ille interior, domesticum suum, talibus cibus reficere, potest de eo ueraciter psallere. Qui mecum dulces capiebas cibos. Talibus ergo studijs, quanto uerque homo, amplius ad puritatem proficiunt, tanto uerque alacrius currunt. Quod uero, post tantæ concordia perfectionem carnis & spiritus eorum pacem malignorum spirituum infestatio perturbet ex eo quod subiungitur rectè intelligenti liquide apparet. Quid est enim quod ille qui secundum Deum creatus est homo interior de homine,

pacis sue, de homine unanime plangit, & mox non in illum sed in alios maledictionis iaculum intorfit, nisi quoddam in illos per increpationem seuit quorum sententia pacis sue quietem amittit? Tu uero, inquit, homo unanimes dux meus, & notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo Dei ambulauimus cum consensu. Et subito statim, ueniat mihi super illos. Non dicit super te, sed super illos. De his ergo se vindicat quorum fraude pacis sue consuetem amiserat. Sæpè enim spiritus maligni proaci spiritus inuidentes dum carnem subita, & uehementi tentatione fatigant, spiritus pacem perturbant, & reddant ei de unanimitate hostem, de dace feductorem, & efficiunt de noto ignotum, & de domestico inimicum. Sed ecce dum unum scripturæ locum plenius perscrutati uolumus, circumadiacentia perlostrare compulsi sumus. Nam dum de exterioris hominis ducatu dicere aliquid rationis ordo ex postuloauerit, obscuritas circumadiacentium uerborum expositionem nostram paulo latius extendere cogit.

Psal. 54.

Quod hoc contemplationis genus constat in ratione secundum imaginationem. Cap. XVIII.

**N**unc uero ad id redeamus unde ingressi sumus, quomodo scilicet per rerum uisibilem imaginationem ad rerum inuisibilem inuestigationem. In eo enim exterior homo in inuestigationis sue cursu interiorum adiuuat, quo ei inuisibilem imaginem per rerum uisibilem imaginationem repræsentat. Et dum ducatus sui officium explet, illuc istum similitudinum calle perducitur, quo ille intrare non audet. Sic sæpè famuli Dominos suos in uia usque ad regias fores præeunt, & tamen istis intro usque ad interiora palatii properantibus illi exterius subsistunt. Patet ergo (ut arbitror) quod superius iam diximus, quomodo hoc contemplationis genus esse quidem in ratione & secundum imaginationem intelligere debeamus, quia & inuisibilia sunt quæ mente conspiciuntur, & tamen ex rerum uisibilem similitudine illa nobis formamus. Quid enim dixerim rerum uisibilem formam nisi quandam quasi rerum inuisibilem picturam? Sit modo aliquis qui nunquam leonem uisisse se dicat, quem tamen uidere desiderat, si ei leonis imago in pictura aliqua conuenienter expressa ostenditur, profecto qualem eum cogitare debeat ex eo quod uidet statim admonetur. Denique secundum lineamenta quæ superficie tenus expressa considerat, solida membra & uiuum animal sibi in mente format. Cogita nunc quantum sit inter illud quod uidet exterius, & inter hoc quod in sua cogitatione sibi fingit interius. Sic sanè in hoc contemplationis genere longe a se distant inuisibilia quæ in mente uersamus, & ea quæ per imaginationem cernimus, & tamen ad illa exprimenda

ex



ex istis similitudinem trahimus. Reddidimus quo modo potuimus rationem: cur hoc genus contemplationis uideatur esse in ratione, & secundum imaginationem.

*Quomodo ad permissionem, uel operationem Dei permeat quicquid radius contemplationis perlustrat. Cap. XXI.*

**P**ostulat rationis ordo de circulis & uestibus hoc loco aliqua uel breuiter dicere ut idem ordo seruaretur in expositione. quem auctor seruare uoluit in descriptione. Primo itaque considerandum est quae sint latera arcae, ut consequenter possimus agnoscere quos in quo latere circulos debeamus ponere, per arcam gratiam contemplationis accipimus uel superius iam diximus. Quia igitur radius contemplationis ab alto radiat, & se in omnem partem profleuat a mentis capacitate dilatat, omnia quae sub contemplationem cadere possunt ad haec se arcam pertinere euidenter ostendunt. Alia uero consideratio est qua attendimus eorum quae quotidie fiunt alia iusta, alia esse iniusta, & longe alia consideratio illa qua conspiciuntur humanis utibus alia esse comoda, alia uero incommoda. Erigitur ergo in arca nostra parietes duos sibi inuicem eduerso oppositos, hinc unum aequitas, illinc alterum iniquitas, duos uero alios parietes e regione se inuicem respicientes efficiunt nihilominus hinc unum prosperitas, illinc alterum aduersitas. Illud autem ualde admirandum & multa admiratione dignum quomodo uel uoluntas bona, uel qualiter uoluntas mala Deo omnia moderante, & iuste disponente hinc modo aduersitate repellitur, modo illic prosperitate religatur, ne haec, uel illa in infinitum excresecat, & diuinae dispositionis modum excedat. Cogita nunc quemadmodum in arca nostra parietes se in longum extendemus, & longitudinem arcae metientes hinc inde praecidant & ad certam mensuram restringant. Iuxta hanc utique similitudinem diuina dispensatio diuersis uoluntatibus nunc ad uerborum famulatur ut inueniat quomodo se extendant, modo eis aduersatur ne destinationis praefinitae modum excedant. Ne enim pereffluamus (uti iam diximus) hinc religamur uinculo cupiditatis illinc obstruimur repagulo necessitatis. Multa enim sapere dimittimus ne amittamus quod diligimus multa nihilominus ne incurramus quod odimus. Vbi ergo aduersitas, atque peruersitas se inuicem collidunt quodammodo in arca nostra angulum efficiunt. Vbi uero prosperitas atque peruersitas inuicem occurrunt, alterum angulum componunt. Occursio uero equitatis & prosperitatis tertium angulum constituit. Collisio autem aequitatis & aduersitatis quartum coniungit. Ad primum angulum corripuntur mali

**A**d quartum corriguntur boni, item ad secundum destituuntur mali ad tertium proteguntur boni. Per aduersitatem siquidem reprobi corripuntur non autem corriguntur. Si enim seiplos corrigerent utique reprobi non essent. Sed per aduersitatem boni a malis suis corriguntur, seu etiam ad meliora promouentur. Item per prosperitatem mali in seipsis resoluuntur & a Deo destituuntur. Boni autem per prospera & ad bona fouentur & a malis proteguntur. Igitur primus angelus est ad correptionem, secundus ad destitutionem, tertius ad protectionem, quartus ad correctionem. Patet autem quod illi parietes per Moysen latera arcae dicuntur, qui longitudinem arcae metiuntur. Horum duorum quam ceterorum parietum sicut in arcae compositione est quantitas maior, sic in rerum significatione, & ueritatis contemplatione est eorum dignitas sublimior. Quis enim nesciat quam sit incomparabiliter maior illa quae est iusti & iniusti quam illa discretio quae est commodi & incommodi? Prima autem pertinet ad parietes qui metiuntur arcae longitudinem. Nam illa quae est commodi & incommodi pertinet ad illos parietes qui metiuntur arcae latitudinem. Ad duo itaque latera arcae pertinet quorumlibet consideratio secundum quod sunt iuste seu etiam iniuste. Quae uero iniuste sunt quis ignoret fieri Dei operatione, quae iniuste sunt sola eius fieri permissione.

*Quod Dei sapientia cum sit simplex. & una diuersis considerationibus in contemplationem adducitur, & modo scientia, modo praescientia, modo dispositio, uel praedestinatio nominatur. Cap. XX.*

**Q**uia ergo iam quae sunt latera arcae habemus, quia eundem angulos quatuor iam expositione tenemus quaeramus adhuc qui sint illi quatuor annuli aurei qui iubentur singuli in singulis angulis poni. De auro satis constat, quod cetera omnia metalla claritatis suae magnitudine superat. Sed diuina sapientia quid clarius? quid lucidius? cui etiam nihil comparabile inuenimus? De hoc auro quasi ad diuersas operationes materiam sumimus quando illam quae in se simplex & una est, diuerso modo consideramus. Dei siquidem sapientia cum sit (ut dictum est) simplex & una, modo praescientia dicitur, modo scientia nominatur, nunc eam praedestinationem dicimus, nunc dispositionem uocamus. Sic res una a nobis diuerso modo distinguitur ut a nostra exiguitate qualicumque modo, uel ex parte capiatur. Scientia est qua omnia cognoscit. Praescientia qua ab aeterno omnia prauidit. Praedestinatio qua ab aeterno omnes siue ad uitam, siue ad mortem praordinauit. Dispositio qua omnia ubique incessanter disponendo nihil inordinatum relinquit. Hos nostrae considerationis modos quasi in circulum

culum flectimus, quando in omni diuina sapientiae ordinatione initium cum fine concordare uidemus. Nunquam enim diuina praescientia in sua prouidentia fallitur, nunquam diuina praedestinatio in suo proposito decipitur, nunquam eius scientia in suo iudicio errat, nunquam eius dispositio in suo consilio nutatur. Dum enim circulus in semetipsum ab omni parte reflectitur in ipso proculdubio sicut nec initium sic nec finis inuenitur. Illa itaque nihilominus consideratio ad hos circulos pertinet quod in omni diuina comprehensionis contemplatione initium, finem, uel modum mens nostra inuestigare non ualet. Horum circulorum ambitus ab omni parte ad unum medium punctum aequaliter circumfertur, quia omnis diuina examinatione nunquam in una re quam in alia ab unius & simplicis ueritatis diffinitione longius euagatur. Hi circuli in seipsis omnia comprehendunt & suo in sinu uniuersa concludunt. Hi sunt illi quatuor (ut arbitror) circuli, qui per Moysen per quatuor arcae angulos iubentur ordinari.

*Quod diuina sapientia secundum diuersos contemplationis modos in quibusdam uideatur mirabilior in quibusdam incundior. Cap. XXI.*

**H**orum autem circulorum duo sedem habent in latere uno, duo reliqui in latere alio. Singuli itaque certis locis deputantur quibus ad totius arcae euectionem pariter omnes cooperentur. Ibi enim quilibet huiusmodi circulorum sedem habere debet quo quisque in loco praeceteris mirabilior, seu incundior nostrae considerationi appareat. Nam ab eo quisque loco quasi amplius elongat ubi contemplantis admirationem minus excitat, ubi in admiratis animo minore iucunditate generat. Accipiunt ergo sedem duo in latere uno, & duo itidem in latere alio. Superius autem dictum est, quomodo ad latus unum pertineant quae sunt Dei permissione, uel quomodo aequae ad latus aliud pertinere uideantur quae sunt Dei operatione. Ordinentur itaque in permissionis latere circulus praescientiae & circulus scientiae. Similiter in latere diuinae operationis circulus praedestinationis, & circulus dispositionis. Vis autem scire quam recte, quam ordinate circuli qui dicuntur scientiae, uel praescientiae illis maxime praesident quae sunt Dei permissione? Cogita ergo si potes quanta admiratione dignum sit quod haec omnia potuit praescire ab aeterno quorum est tam innumera multitudo & tam multiplex uariatio. Sed haec eius praescientia cum sit in utriusque mirabilis, mirabilior tamen apparet in rebus malis quam bonis. Quae enim mala sunt quia iniuste sunt sola utique eius scimus fieri permissione nunquam autem eius operatione. Cogita ergo si potes quanta admiratione dignum sit quod illa etiam praescire po-

**A**uit quae alienae uoluntati reliquit, & uoluntati quidem quae nondum fuerat, & quam nunquam facturum erat. Voluntatem enim malam nunquam facit, quamuis eam esse permittat. Certè minus miramur ea ipsum posse ab aeterno praescire quae ab ipso erant faciendae quam uis sint tam multa & poene infinita quam ea quae posuit sub potestate aliena, & uoluntate contraria. Quid autem de eius scientia dicturi sumus quam omnium quae sunt qualitatem, modum ordinem, & locum, & numerum sub uno simplicis uisionis radio comprehendere scimus? **O** uere miranda, & uere stupenda. Si autem quae ris ubi mirabilior nostrae considerationi appareat, quae uere ubique est mirabilis, quis ea non uideat mirabilior in Dei rebus occultis quam in rebus manifestis? Quale quae est occulta hominum, secreta uidelicet cogitationum affectionum, uoluntatum, & intentionum indefinenter aspiceret, & quemlibet cordis motum ante diuinam scientiae conspectum non posse late re? Quoties uero bonas hominum cogitationes & uoluntates attendit quid pro his omnibus in cordium arcano aliud aspicit quam quod ibidem ipsemet reposuit? Bonos siquidem cordium motus quoslibet absque contradictione ipse operatur, ipsique cooperatur. Illud uero praeter omnibus mirum quod nihil omnium ignorare ualet eorum etiam quae cordibus humanis ipse non inspirat. Haec est illa in diuinae scientiae perspicacia uere summa & singularis admiratione, quod nihil eum omnino latere possit in cordium malorum tam profunda, & tam tenebrosa abyssus. Ecce cur prouidentia, & scientiae circuli in permissionis latere sedem accipiunt ubi (uti aperta ratio perdocuit) nostrae considerationi mirabiliores occurrunt. Ceteros autem praedestinationis uidelicet, & dispositionis diuinam circulos latus aliud habere debet, & cur hoc sit multa (ut arbitror) expositione non indiget. Ut enim taceamus eos in hac parte apparere mirabiliores, quis eos neget in his quae electorum salutem militant quae sola ad hoc latus spectant apparere incundiores? Diuinae siquidem praedestinationis & dispositionis rationem in saluandorum reparatione, promotione glorificatione quam in malorum iusta reprobatione, deiectione, damnatione carius amplectimur, iucundius ueneramur, ardentius diligimus, honorificentius magnificamus. In tantum enim praedestinatio specialiter & proprie ad hoc latus pertinere uidetur ut penes de sola praedestinatione ad uitam dici soleat, & ad aliam partem non nisi abusu, & improprie referatur. Diuina uero dispositio quamuis ad utralibet pertineat eo quod nunquam aliquid inordinatum relinquit, soli tamen electorum salutem omnis eius ordinatio militat. Ecce iam diximus quos in quo latere circulos ordinare debeamus.

Scientia Dei qua fit mirabilis.

Mala sunt Dei permissione tantum.



In qua speculatione diuina præscientia, uel scientia appareat mirabilior. Cap. XXII.

**F**ortè adhuc hoc animum pulsar in quo quisque angulo poni debeat. Attende ne forte quadam supereminentia singularitate specialius pertineant circulus præscientia ad angulum primum, circulus scientia ad angulum secundum, circulus prædestinationis, ad angulum tertium, circulus dispositionis ad angulum quartum. Collisionem aduersitatis & iniquitatis primum angulum facere superius iam diximus, & ad malorum correptionem non autem correctionem pertinere docuimus. Si igitur ad Dei præscientiam respicias quid quod in ipsa amplius mireris inuenies? Quid quæso reprobos per aduersantium malorum flagella corripit, si eos a suis malis nunquam uelle respicere prænoscit? Quid eis quasi paternitatis uerba adhibet, præceptis cohibet, minis terret quos æternis malis addictos esse præuidet? Si igitur in diuina præscientia quod amplius mireris non inuenis, non est cur eam hunc angulo arctius inharere mireris. Item superius monstratum est, occurrence prosperitatis & peruersitatis secundum angulum facere, & eum ad malorum destitutionem & delectationem maxime pertinere. Nunc quæso ad diuinam scientiam considerationem intelligentia oculos reflectere, diligentius obsecro intueri, mirare, obstupescere. Stupendum ualde quomodo mala hominum Deus indefinenter aspicit quæ tantum detestatur, & odit. Nunquid quæso non potest Dei omnipotentia tot & tanta mala cohibere quæ omnipotens sapientia nusquam potest ignorare, quæ omnipotens bonitas nunquam potest amare? Ad huius admirationis cumulum illud accedit quod malis etiam bona temporalia tribuit per quæ quodammodo in eis ea mala multiplicare uidetur quæ præ omnibus & super omnia detestatur. Nam per bona temporalia (ut superius dictum est) mali in seipsis resoluntur & a Deo destituuntur. Nunquidnam illa diuinæ scientia perspicacia quomodo mali suis donis abutuntur non considerat? An forte quid, quo animo gerant ignorat? Sed quis hoc dicere audeat. Attende ergo quàm sit difficile huius perplexionis inuolucrum digna admiratione venerari, & inuenies quàm iuste huiusmodi diuinæ scientia circulus huic angulo debeat uicinius iungi, firmitus aptari.

In qua speculatione diuina prædestinatione appareat incundior. Cap. XXIII.

**T**ertius item angulus (uti superius habetur) ex occurrence probitatis & prosperitatis coniungitur, & ad bonorum consolationem & protectionem pertinere comprobatur. Hinc nunc quæso ab hoc angulo ad oppositum ei angulum respice, & nunc hunc nunc illum

**A** diligenter attende, ut positionis rationem quæ quæris possis citius inuenire perspicacius penetrare. In hoc angulo boni mundi huius profperis fouentur, in illo mali mundana aduersitate flagellantur. Attende diligentius, examina frequentius hinc Dei pietatem, illinc eius seueritatem, pietatem in bonis, seueritatem in malis. Quod seuerum esse putamus quod illis nec in præfenti parcat, quod temporalem uitam sine pœna transire non permittit quos æternis pœnis addicit? Illud autem quàm pius erit quod bonos quidem quantum eis expedit bonis temporalibus fouere non desinit, quos tamen ad uera & æterna bona præordinauit. Dicitur si potes quale, quàm magnum quàm pius possit esse gratuito quidem istos (illis reiectis) ad æterna bona prædestinare, & tamen temporalia bona ad usum imò ad utilitatem non negare. Quid hac consideratione dulcius quid in Dei prædestinatione iucundius inueniri poterit? Rectè ergo in eo angulo diuina prædestinatione præminere describitur, ubi temporalis profperitas electis ad utilitatem famulatur. Rectè aureus ille circulus fixam illic sedem tenet ubi quanto clarior, tanto nimirum iucundior apparet.

In qua rerum speculatione soleat diuina dispositio incundior apparere. Cap. XXIII.

**E**t ut ad quartum eadem angulum ueniamus illum longe superius esse exposuimus ubi aduersitas ex aduerso occurrens probitatem exercet. Nam ipse (uti ibi dictum est) ad bonorum correctionem pertinet. Nam quia nec boni quidem hanc uitam sine macula pertransiunt, & semper quantumuis perfecti quo crescendo proficere possint inueniunt, habent ex hoc angulo unde purgantur, habent pariter & ubi exerceantur. Huic angulo circulus nostrorum ultimus familiaris præsidet, quia alias quo sedem singularem accipiat non habet. Hic iterum si hunc angulum cum ei opposito angulo conferimus rationem quam quærimus citius inueniemus. In illo mali prosperantur, in isto boni flagellantur ibi mali ex bonis quæ accipiunt erga Deum amplius tepescunt unde in eius amore acrius ignescere debuerunt. Hic e contra in bonis (disponere Deo) id agitur ut unde in eis extinguendus uidebatur, inde in eis amoris ardor acrius inflammetur. Quanto enim mundi malis acerbis urgetur, quanto grauioribus flagellis atteruntur tanto ad Dei amorem uehementius accendantur. Mirare obsecro, mirare & uehementer obstupescere uel quomodo in malis amor Dei deficiat ex beneficio, uel qualiter in bonis diuina dilectio crescat ex flagello. Absque dubio plus in Laurentio amor Dei conualuit ex incendio quàm in Nerone ex imperio, imò in Laurentio incanduit per incendium, in Nerone defecit

Electi quando magis ad amorem Dei accedunt.

**A** defecit per concessam potestatis imperium. Et quod adhuc est maius, & multo mirabilius pl<sup>o</sup> fortasse in martire amoris flamma conualuit ex tam acerba pœna quàm potuisse ex qualibet, & quantalibet temporali gloria unde quæso tale consilium, tam mirandum artificium? Vides quomodo ille summus artifex peritiam suæ artis ostendit, qui in electis suis contraria ex contrarijs gignit, fouet, ac nutrit. Inuat & hunc angulum adhuc & cum alijs conferre, & diuinæ dispositionis ordinem ex eorum comparatione commendare. In primo angulo (ut dictum est) mali puniuntur nec purgantur. In isto boni flagellantur & corriguntur. Quid quæso est quod eadem culpas eadem flagella in his corrigunt, in illis penitus corrigere non possunt, imò similis per omnia corruptelæ rubiginem parua penè temporalis flamma in electis ad plenum excoquit, quàm in reprobis tormentorū tanta acerbitas & illud gehennæ crudele incendium in æternum excoquere non sufficit? Cur quæso dissimilem effectum habet non dissimilis causa, nisi quod diuinæ dispositionis ratio cum sit utrobique mira in reprobis apparet iustior quàm pia, in electis uero pia potius quàm seuera. Ecce contulimus iam quartum hunc de quo loquimur angulum primo, cum secundo, secundo cum primo, tertio nunc loco comparetur cum tertio. In tertio itaque angulo boni beneficium ad consolationem accipiunt, in quarto de quo & modo agimus, flagellis fatigari se sentiunt, in illo fouentur, in isto exercentur, in illo suauiter pausant, in isto fortiter pugnant, in illo a rege suo quasi militaturi donatiua percipiunt, in isto pugnando uictoriæ & uincendo æternæ retributionis palmam acquirunt. In illo itaque angulo ex accepto diuino beneficio id in eis agitur, ut Dei sint fidei debitores, in hoc autem angulo ex patientiæ, & fortitudinis suæ merito id in eis efficitur ut Dei fiant (si dici fas est) iusti exactores. *Deuiliquo* (inquit Apostolus) *reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Reddet (ait) non dabit, & iudex iustus, non pius. Sed ut fieret postmodum tanti præmij iustus debitor, sponte prius factus est talis meriti gratuitus largitor. Cogita ergo quale sit Deum cum magno quodam quasi studio excogitare, cum multo quasi exercitio satagere, cum miro quodam artificio quandoque in electis perficere, ut fiant ex reis iusti, ex seruis liberi, ex miseris debitoribus meritis diuites, & regni cœlestis heredes. Hæc est (ut arbitror) sufficiens ratio cur diuinæ dispositionis circulus ille aureus singulariter præsideat huic angulo, ubi per modicorum laborum certamina subleuat hominem ad præmia æterna. Hoc est illud in quo huiusmodi circulus aureus resplendet amplius, ruilat clarior. Hoc est (inquam) in quo diuina dispositio in tribulatione gaudentibus, & sibi in contumelijs placentibus apparet gloriosior

**A** eoque incundior. Ex his itaque quæ de angulis, siue de lateribus arcæ iam diximus, satis (ut arbitror) euidenter ostendimus quomodo in latere uno circuli præscientia & scientia appareant mirabiliores, uel quomodo in latere alio circuli prædestinationis, & dispositionis appareant iucundiores.

Quod contemplationis spectaculum semper comitari debeat magna admiratio, & ingens exultatio. Cap. XXV.

**P**ro quia iam laboriosum non erit inuenire cuiusmodi uectes huiusmodi circuli debeat habere, uel quem in quo latere debeamus ponere. In his siquidem quæ magis miranda sunt, opus est (nec mirum) magna admiratione, in illis autem quæ iucundiora uidentur uti utile erit magna exultatione. Sit ergo magna nostra admiratio, sit uehemens nostra exultatio & quales exigit diuinorum operum contemplatio. Sit utraque magna, sit utraque fortis, sint amba robustæ in modum uectis, & quæ sufficere possint ad euectionem tanti oneris. Faciamus ergo de utraque uectem ligneam non baculum arundineum. Debet autem non de quolibet ligno fieri sed de Setim ligno uidelicet forti & incorruptibili, ut sint & per fortitudinem inflexibiles, & per longanimitatem incorruptibiles. Boni sanè huiusmodi uectes ambo magna scilicet & diuturna admiratio, ingens & perseverans exultatio. Ut autem formam habeant ad uectis modum, & possint uectium explere officium, sint utraque robusta, sint autem & utraque deaurata. Fiant ergo de robore constantiæ, dirigantur ad normam iustitiæ, operiantur ambe de auro sapientiæ, ut sint amba & per fortitudinem ualida, & per æquitatem directæ, & per discretionem splendida. Multum per omnem modum placet in his uectibus huiusmodi deauratio, quia multum in omnibus ualeat prudens & prouida discretio. Sit ergo discreta admiratio nostra, ut nihil in Dei præscientia, nihil in ipsius scientia admiremur quod falsum sit. Sit nihilominus discreta congratulatio nostra ut nihil in prædestinatione uel dispositione diuina ueneremur quod uanum sit. Scit utique utraque illarum esse mirabilis, sine patrociniis falsitatis. Scit quidem & utraque istarum esse dulcis sine condimento uanitatis. Nihil ergo in Dei præscientia, nihil in ipsius scientia miremur quod sit falsum, nihil in Dei prædestinatione, nihil in eius dispositione ueneremur quod sit uanum, & sapientiæ auro quo debuimus uectes nostros operuimus. Huiusmodi ergo uectes circulis aureis inserantur, & secundum dominicum documentum, uel præceptum nunquam foris extrahantur. Semper sit admiratio tua intra spectaculum diuinæ præscientia, & diuinæ scientia. Semper sit delectatio tua in consideratione prædestinationis

tionis & dispositionis diuina. Semper in illis inuenies quod mireris, semper in istis reperies unde delecteris. Quid ergo necesse erit alia pro alijs querere, & per uana huc illucque cogitationum euagatione discurrere. Nusquam copiosior materia admiranda, nusquam utilior causa gratulandi, sanè & in his & illis inuenies unde mireris, & in quo delecteris. Nā uterque uectis quāuis vno lateri uicinius inhaereat, neuter tamen a neutro multum se elongat. In his ergo semper sit admiratio tua, in istis semper sit delectatio tua. Sint ergo huiusmodi uectes in hunc modum inferti semper circulis aureis & dominicum præceptum te implese gaudebis.

*Quod secundum modum admirationis & exultationis uariatur modus contemplationis.*

*Cap. XXVI.*

**H**is uectibus arca nostra huc illucque circumfertur his uectibus in alta sustollitur, his iterum ad ima deponitur. Profecto in diuinorum operum ratione eiusque contemplatione, quanto amplius admirando delectaris & delectando admiraris, tanto libentius immoraris, tanto diligentius perscrutaris, profundiusque illuminaris. Quotiens ex admiratione tua animus tuus per diuersa rapitur, & ad singula delectabiliter afficitur toties arca tua circumfertur quia contemplatio tua dilaturatur. Si te admiratio tua ad altiora & profundiora rapit, & te in eorum inuestigatione delectabiliter suspendit, nimirum arca tua in altum surgit, quia intelligentia tua subtiliora capir. Quādo decrescit, seu etiam deficit speculationis admiratio & admirationis delectatio arca deponitur ad ima, quia cessat reuelatio diuina. In hunc itaque modum secundum qualitatem & quantitatem nostræ admirationis & exultationis arca nunc in girum fertur, nunc ad alta sustollitur, nunc ad ima deponitur, quia secundum desiderium æstuantis animi reuelatio formatur & intelligentia multiformiter illuminatur.

*Quod in omni rerum mutabilium contemplatione necesse sit diuina sapientia considerationi inhaerere.*

*Cap. XXVII.*

**N**unc illud consideratione dignum uideatur, quā conuenienter per Moysen de circulis, & uectibus statim subiungitur postquam de triplici contemplationis genere mystica descriptione digessit quod (uti superius monstratum est) de rebus uisibilibus surgit. Quis enim nesciat huius uisibilis machinæ tam uaria multiplicitas, & tam multiplex uarietas quāta confusioni subiaceat, cum uniuersa æquē eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas & sacrificia

contemnti: Sicut bonus sic & peccator, ut per iurus ita & ille qui uerum dicebat. Quis quæso est iste rerum ordo imò quanta confusio quod omnibus omnia æquē eueniūt, quod bonis bona & malis, quod malis mala & bona pari forte contingunt? Intantum enim huius confusio nis caligo imperitorum obtutum obnubilat ut Deum res humanas curare dubitet uel penitus diffidat. Hinc utique factum esse uiget, ut antiquitus fortunæ Fanū exigeret, altare consecraret? Certè si solis bonis sola bona, & solis malis sola mala contingere cernerent id rectè, id iuste fieri nec imperitū negarent. Si uero bonis tantummodo mala, & malis tantummodo bona accidissent, in huiusmodi dispositionis ratione assignanda minus fortassis laborarēt. Videretur forte diuinæ iustitiæ cōgruere non nisi multis laboribus probatos ad præmia aeterna prouehere. Nūc autē cum communis casus communiter omnes inuoluit, quantum putas in tanta diuinorum iudiciorū abyssō humana consideratio fluctuat? Si enim tantā morum diuersitatem diuina iustitia non ignorat, cur quæso moribus tam disparibus disparia non dispensat? Si Deus malorum omnium finē præuidit, si certos quosque ad uitam præordinauit, quid quæso est quod sapientiæ, cæterorumque spiritalium carismatū dona reprobus etiā quibusdam largiter tribuit, multosque electorum his uirtutū diuitijs uduatos in uitijs diu iacere permittit? Si uero in omni huiusmodi fluctuatione prædictos diuinæ sapientiæ circulos fidei manu fortiter apprehendimus, ad firmum certitudinis statū nos ipsos citius erigimus. Si his circulis fortiter inhaeremus, si Deum non modo omnia scire, omnia disponere, imò omnia ab æterno & præscisse, & præordinasse firmiter credimus, facile prauideri poterimus quomodo in his omnibus sapientiæ suæ peritiam commendat, quod in tam tenebrosa tanta confusione caligine nihil est quod ante præscientiæ, & scientiæ eius conspectū latere ualeat, quod prædestinationis suæ & dispositionis cursum in tanta tot perturbationum sylua nullum unquam alicuius offensionis obstaculum quantumcunque præpediat, quod inter tot mutabilitatis amfractus per æquitatis, & pietatis semitas absque ullo euagationis deuiō ad destinationem locum percurrat.

## LIBER TERTIVS.

*De materia quartæ contemplationis eiusque proprietate.*

*Cap. I.*

**P**ostquam ea quæ de circulis, & uectibus dicenda uidebantur executi sumus, postulat expositionis ordo, ut de quarto genere contemplationis aliqua loqui debeamus. Constat itaque hoc contemplationis genus (uti superius iam

iam diximus) in incorporeis & inuisibilibus essentijs utpote spiritibus angelicis, & spiritibus humanis. Digna sanè materia, digna plane eorum scientia. Hæc est enim nobilis illa imò nobilissima creatura ad imaginem Dei creata, omnibus creaturis prælarata, ad summum bonū facta ipso & de ipso honorum omnium creatore beanda. Cæterarum omnium profecto creaturarum scientia scientiam horū quasi ab imo respicit, & quantumcunque excresecat quāuis multum se erigat ad huius celsitudinis culmē non pertingit. Attende quā rectè designetur per propitiatorium quod erat quidem totum non deauratum sed aureum totum, de auro solo mundo, atque purissimo factum. Illud iubetur fieri de auro puro & mundo, tu doceris ex eo in hac consideratione uti debere intellectu subtili & puro. Quid hic facit phantasmatum corporalium creatrix, moderatrix, & reparatrix imaginatio? Recedat procul ab hoc negotio tot phantasmatum formatrix imaginatio, quæ tot corporalium formas quotidie nouas creat, antiquas reparat, & per tam multiplices uariosque modos pro arbitrio disponit & ordinat. Nihil hic profunt imò multum obsunt suorum simulachrorū tam copiosa multitudo. Quid te improbum huic operi ingeris? Quid te in huius contemplationis officinam cum tanta importunitate intrudis? Quid tu in hac officina, quid tibi cum pura intelligentiā? Nescis operari in auro nil tibi in tali artificio. Nescis purgare aurum qui semper turbas intellectum purū. Aurum tuum mixtum est scoria, imò auri tibi omnino nulla est copia. Faciendum est propitiatorium nostrum de auro mundissimo, non est tibi quod offeras, nō est omnino quod agas ad tale, & in tali negotio. Nihil in hoc opere opus habemus opera tua pauperula, & indisciplinata. Nec habes aurū, nec nosti aurificiū. Quicquid aliud est quā aurū quod paras offerre, nō interrim eo opus habemus, tolle quod tuum est, & uade. Nil in hoc opere opus habemus caprarum pilis, sed nec pellibus arietinis, seu etiam quibuslibet lignis. Quāuis multum sis diues, & si hæc, seu his aliquid amplius habes, aurum tamen habere non potes, nec est tibi in quo aurifices adiuues. Pili caprarum fordes concupiscentiarum ex carnis delectatione fœtida diligenter inspecta sepius retractatē adiuuare possunt compunctos in oratione. Exempla passionum & quæuis pelles arietum proprio sanguine rubricatæ iuuare possunt quauis afflictos tribulatione. Pietatis operationes & huiusmodi qualibet arbores per misericordiæ opera fructifera: a mundi sylua abscisæ & ad iustitiæ normam dolatæ prodesse possunt sedulis in administratione. Sed horum omnium, & huiusmodi quorumlibet memoria turbare potest potius quā adiuuare animos suspensos in huius contemplationis specula. Quanto enim corporalium phantasmatum perfectius obli-

*Spiritalis natura per propitiatorium designata.*

uiscimur, tanto profundius, tanto liberius super mundanarum essentiarum occulta rimamur. Munde ergo aurum suum, studeatque purgare intellectum ab omni incurfione phantasmatum qui anhelat ad faciendum sibi propitiatorium. Quis mihi det inuenire uirum diuitiarum, uirum plene eruditum, talem denique uirum cui non desit auri copia, nec artis industria ad faciendum propitiatorium quo operianda est arca? Quis ille est qui sciat aurum suum ab omni scoria mundare, qui nouerit cor suum ab omni phantasia adeo purgare quantum exigit dignitas operis, uel urget auctoritas præceptoris? Quis ille est qui sciat huiusmodi opus & ad diffinitum diuino documēto modum distendere, & ad certam mensuram restringere qui nouerit cor suum in simarum rerum cogitationibus in imo relictis in solo super mundanorum spectaculorum intuitu desigere, & quantum huius speculationis amplitudo exigit intelligentiæ suæ radios circumquaque diffundere? Quis inquam ille qui tantam apud se auri copiam inueniat, qui tanta intelligentiæ uiuacitate uigear ut sufficiat, & ad manum habeat unde, & quomodo possit propitiatorium suum in tantam longitudinem extendere, & in eam latitudinem expandere quo possit totam arcam operire, qui eouque in cælestium animorum cōcordiam, in spiritalium gaudiorum harmoniam intendat, ut omnem mundanam gloriam, omnem humanam prudentiam, & per despectum deorsum premar & sibi ipsi interim per obliuionem abscondat? Optimus mundator auri peritus artifex propitiatorij, qui tanta nouit intentione inhaerere cælestibus, querens sola quæ sursum sunt sapere, ut nihil infimorum omnium, uel per desiderium respiciat, uel per cogitationem aduertat. Quantum autem hoc contemplationis genus mira dignitatis suæ eminentia prædicta tria superet, diligentius intuentem, rectius intelligentem ratio manifesta latere non sinit.

*Quomodo differat, uel quantum emineat hoc contemplationis genus primo uel secundo.*

*Cap. II.*

**V**is scire quantum interfit inter primum & hoc de quo loquimur quartum? Dicitur si potes quantum a se distent aurum & lignum. Nam primum opus ex ligno, quartum ex auro conficitur: & prima per primum opus, secunda per secundū considerationis species figuratur. Quāto a se differre putamus spiritū & corpus. Si tantū a se distat corpus & corpus, quāta erit differentia corporis & spiritus? Cōparata si placet solē cum silice, & quæ sit summorum & infimorum corporum differentia facile potes aduertere. Longe tamen maior creditur cuiuslibet differentia corporis ad quemlibet spiritum quāto possit esse differentia quorumlibet, & quāto-

*Quid per pilos caprarum intelligentiū & quomodo nos iuuat.*



quàmlibet dissimilium corporum. Puto quia secundum distantiam essentiarum erit etiam differentia scientiarum. Quanta autem differentia sit harum quas hic adinuicem conferimus speculationum saltem te admonere utriusque instrumentum. Illa siquidem imaginationi, ista autem innititur rationi. Sed quantum interesse putamus inter imaginationem & rationem, nisi quantum est inter dominam & ancillam, inter inclytam & ignominiosam, eruditam & fatuam? Vidisti quantum hoc contemplationis genus supereminet primo, atque de nunc quantum differat a secundo. Compara adinuicem figuram amborum. Cogita quid sit inter arca deurationem & propitiatorium aureum, opus uidelicet secundum & quartum. Attende itaque utriusque situm & locum. Et illud quidem adheret, istud autem superponitur ligno. Sed & illud surgit ab imo, istud uero iacet in summo & quidem utrumque opus ex auro conficitur. Nam & in utraque harum speculationum rerum existentium ratio quaritur. Sed in illa rationem rerum uisibilibus, in ista essentiarum inuisibilium dignitatem aut occultam rimamur, aut prepalatam miramur. Ibi ergo ligna quadam uelut auri fulgore ornamus ubi rerum causam, modum, dispositionem, cum rationis assignatione discutimus. Sed artificiale illud propitiatorij nostri opus recte quidem lignis omnibus superfertur, quia calcatis undique corporalium phantasmatum occurribus sublimis huius inuestigationis libramine animus ad summa leuatur, & in eorum admiratione suspenditur. Ibi quidem arca nostra deauratio paulatim surgit ab imo, & dum sensum ad altiora proficit quadoque arca nostra summitatem apprehendit. Sic nimirum sic ex rerum inuisibilium cognitione ex uanitate, mutabilitateque consideratione cogitur animus ea ipsa quae minus miratur fugere, & de quodam quasi immensa fluctuationis diluuii in auram uerae libertatis effugere cui est periculum plene euasisse inferiora omnia per despectum calcare, & in summis & ueris bonis per desiderium requiescere. Nihil uerius, nihil certius utique & absque ulla dubitatione mundanorum mutabilitas quanto diligentius conspicitur, tanto melius, tanto manifestius, & per formidinem fugienda, & per despectum calcanda cognoscitur. Quamuis enim in ipsis sint innumera ex diuina dispositione miranda, sunt tamen eadem ipsa & pro sui mutabilitate contemnenda, & pro nostra utilitate fugienda. Quid est quod propitiatorium ne lignis immediate iungatur deurationis interpositione semouetur, nisi quod ex mutabilium cognitione, & mutabilitatis contemplatione ab eorum amore repellimur? Attendat ergo unusquisque nostrum in huiusmodi propitiatorium & tunc redeat ad seipsum. Ecce propitiatorium nostrum imis supereminet, in summis iacet. Supereminet ut presideat,

Mutabilitas mundanarum rerum fugienda.

iacet ut quiescat. Ascende ergo & tu ad cor altum, sige in summis desiderium tuum & inuenisti tam incundum, quam tranquillum reclinatorium.

Item quomodo differat, uel supereminet secundo. Cap. 111.

**P**ossimus tamen adhuc differentiam harum contemplationum propriam & specialem ostendere si in earum figuram uelimus diligentius intendere. Oportuit enim propitiatorium (utpote arca operculum) non nihil habere similitudinis, deauratio uero multoties imò penitus nihil uideretur habere non dicam crassitudinis sed soliditatis. Quid enim deurationem rectius appellem quam quandam sensus exterioris illusionem? Illud siquidem cui deauratio superducitur, totum aureum esse uisui exteriori inuenitur. Sic nimirum, sic scientia illa que inflat quorundam quidem alta sapientium, sed carnaliter desipientium oculos magis illudit quam illuminat. Quo enim tibi scientia exteriorum nisi forte te adiuerit ad scientiam interiorum? Alioquin sapientia tua stultitia est apud Deum. Quid tibi prodest cetera omnia scisse, & te ipsum nescire creatoremque tuum ignorare? Quid tantum gloriaris mundi philosophi? Si gloriari oportet, non in te, sed in domino gloriare. Profecto si hac tua sapientia insipida & doctrina indocta te ad cognitionem tui, seu etiam notitiam Dei proueheret, te non tam tumidum quam timidum redderet. Si sapias recte, si sapias uere noli altum sapere, sed time. Quid habes quod non accepisti? Gloriari oportuit in illo a quo accepisti, & glorificare illum a quo accepisti. Quid autem gloriaris quasi non acceperis? Si uolueris (inquis) gloriari non ero insipiens, ueritatem enim dicam. Vides certe quod nomen habeam ex re philosophus dicor, amator sapientiae eo quod dixerim sapientia, soror mea es, & prudentiam uocauit amicam meam. Falleris, falleris philosophi. Species enim decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum, hac quam tu sapientiam putas, sapientiam nominas, stultitia est apud Deum. Quis ergo (inquis) ei locus est in arca sapientiae, uel quid tale opus tui equit deurationem? Si superficiei tenus lucet, si nihil solidum habet, cur in tali opere locum aliquem tenet? Audi ergo si placet quid placeat in opere nostro, uel quid nobis displiceat in opere tuo. Arca tua non habet operculum, nescis facere propitiatorium. Sed sola contentus deuratione gloriaris de operis consummatione, facis & nescis opus continuare. Dignum sane omnium irrisione, eo quod ceperis edificare & non potueris consummare. Stulte & insipiens, nescis an dissimulas quia uas quod operculum non habet (iuxta diuinum praeceptum) facili occasione Num. 19. frangi oportet, dignum sane uas quod frangi debeat

Deauratio quid sit.

1. Cor. 1.

1. Cor. 4.

Ibidem.

2. Cor. 12.

Prou. 7.

Num. 19.

Captator fama, neglector conscientia philosophi mundi. Matt. 5. & 23.

Quatuor de nobis discutien da.

debeat, eo quod semper, & ubique; sordibus omnibus pateat. Mundas immunde philosophi, quod de foris est uasis tui, intus autem plenus est omni spurcitia, & sola contentus fama, nullum studium exhibes in emundanda conscientia. Arca tua exterius splendet, intus sordet, ut pote quae operculum non habet. Captator fama, neglector conscientia, nunquidnam non attendis, quia haec oportuit facere, & illa non omittere? Luceat arca tua exterius, luceat nihilominus & intus. Exterius luceat propter illud: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut & c. Intus autem, & nihilominus luceat propter illud: Pharisee caecae munda prius quod intus est calicis, & paropisidis, ut fiat & id quod de foris est mundum. Opus ergo habet arca nostra deuratione, sed non oportet eam sola deuratione contentam esse. Nam sine operculo non potest internam munditiam conseruare. Stude ergo iuxta diuinum documentum facere propitiatorium, & quale sapientia arcae faceret, accipe operculum. Philosophi immunde si uis habere sapientiae arcam intrinsecus mundam, si conseruare cupis cordis munditiam, ascende ad hunc quartum contemplationis gradum, qui designatur per arca propitiatorium. Superius iam diximus, quod haec illa est speculatio, quae habetur de substantijs inuisibilibus, humanis uidelicet, seu etiam angelicis spiritibus. Primum ergo in hac consideratione, ut redeas ad te ipsum, intres ad cor tuum, discas aestimare spiritum tuum. Discute quid sis, quid fueris, quid esse debueris, quid esse poteris. Quid fueris per naturam, quid modo sis per culpam, quid esse debueris per industriam, quid adhuc esse possis per gratiam. Discite ergo ex tuo spiritu cognoscere quid debeas de alijs spiritibus aestimare. Haec porta, haec scala, hic introitus, iste ascensus, hac intratur ad intimam, hac eleuamur ad summa, hac uia ad huius speculationis fastigium, hac fabricandi propitiatorij artificium, haec ars absque dubio per quam cordis mundi recuperatur, recuperata seruatur. Vides certe quam recte hoc opus arcae operculum dicimus, per quod mundorum munditiam munimus. Vtique si arca tua cum deuratione sua tali operculo huiusmodi propitiatorio subiaceret, si tua philosophia tali philosophiae subseruiret, utique nobis & ipsa placeret. Sed nonrunt ea uti melius nostri theologi, quam mundi philosophi. Denique audi quid nobis in nostro opere placeat, uel quid tibi in arcae nostrae deuratione iuste placere debeat. Primo quod ligno superponitur, secundo quod propitiatorio supponitur, tertio quod utriusque interponitur. Ligno superponitur ut emineat, & concupiscentiam oculorum tibi abscondat, & sit tibi in uelamen oculorum tuorum, ne forte aperiantur oculi tui, & uideant uanitatem. Propitiatorio supponitur, ut in alta attollat, ut inferat Richardi S. Victoris. Pars I.

riorum scientia superiori subferuiat, & mentis oculum multo exercitio, ad altiora capienda exacuatur. Propitiatorio & ligno interponitur, ut abinuicem diuidat, & animum humanum ab inferiorum amore suspendat, ne forte de sublimibus deiectus, & de loco uoluptatis a propria concupiscentia abstractus, & illectus post concupiscentias suas eat, & fiat uagus & profugus super terram.

Quomodo differat, uel quantum supereminet tertio. Cap. 1111.

**C**omparauimus iam quartum contemplationis gradum cum primo, & secundo, conferatur adhuc si placet, etiam cum tertio. Sed hoc forte melius facimus, si in utriusque figuram intendimus. Intendens itaque in amborum figuram, aureum uidelicet propitiatorium, aureamque coronam, multiplicem eorum inuenio differentiam. Taceo illud quod corona ligno affigitur, nam tertius contemplationis gradus (ut superius monstratum est) imaginationi innititur. Quartus uero (hic de quo modo loquimur) omnem imaginationem suae inuestigationis altitudine calcare contendit. Unde propter similitudinis expressionem propitiatorium nostrum nec ligno adherere, nec ligno affigi debuit. Transeo & illud quod corona stans in altum surgit, propitiatorium uero iacens, in magnam se circumquaque amplitudinem expandit, eo quod in huius contemplationis dulci suauitate, & suauis dulcedine animus sibi magnae securitatis locum, & mirandae tranquillitatis secretum primo inueniat, & tam insolita, inexpectataque incunditas, cordis desiderium ad quietem colligat, & ad pacem componat. Sed utriusque magnitudinem attendo, & eorum in hac parte differentiam sine diligenti consideratione non transeo. Ecce enim quod negare non ualeo, nihil differunt in materiae qualitate, sed multum est per omnem modum, quod abinuicem distant in materiae quantitate. Vtrumque ex auro formatur, quia utrumque in ratiocinatione uersatur. Sed perexiguum ualde est illud tantillum auri unde corona producitur, si ad propitiatorij magnitudinem comparetur. Denique huius mensura cum magna diligentia, tam in longitudine, quam in latitudine, diuino magisterio diffinitur. De illius autem magnitudine omnino taceatur, nec ulla eius mensura describitur, ac si diuinus sermo de corona fabricatione tacite innuat, quia qui potest capere capiat, & unusquisque quantum potest facere faciat. Puto quia si eius altitudo, uel usque ad dimidium cubitum se extendere potuisset, quod diuinus sermo hoc omnino tacite non praeteriret. Sed nouit dominus signentium suum, & eum qui docet hominem scientiam omnino non latere

M no latere



no latere non potuit, quantum adhuc in hoc opere humana paupertas auri inopiam sustineat, & quomodo eam in huius contemplationis specula, sensus sui exiguitas angustet. Quomodo enim modo eo loci sapientiae auro abundet, ubi ad ea quae intelligenda sunt omnino instrumento caret, uel si habet hebet. Quale quae homo inueniet instrumentum ad comprehendendam eam pacem, quae exuperat omnem sensum? Quo quae sensu comprehendat, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Nam cum Paulus, uel Paulus similis eleuatur supra seipsum, rapitur usque ad tertium caelum, profecto arcana illa, quae non licet homini loqui, non inuestigat per spiritum proprium, sed reuelat ei Deus per spiritum suum. Sed quicquid iuxta hunc modum per quendam mentis excessum, humana intelligentia attingit, huius tertiae considerationis specula, praeter nimiam exiguitatis suae angustia minimè capit. Denique ad aliud (non autem ad hoc) contemplationis genus pertinet, quicquid humana experientia, per mentis excessum raptim uidet. Quid ergo mirum si mentem humanam, scientiae suae exiguitas angustat in ea potissimum consideratione, ubi ad ea, quae inuestiganda sunt magna sensus inopia laborat? Quicquid enim de rerum inuisibilium cognitione, uel ratiocinando colligit, uel per rerum uisibilium similitudinem inuenit, in ueritatis comparatione, penè nihil esse depræhendit. Vnde est, quod coronae nulla mensura praescribitur, quando in propitiatorij descriptione, tam diligenter exprimitur. Puto quia ex his patenter datur intelligi, cur in hoc adhuc opere tanta sit inopia auri.

*Quantum ualeat fortiter insistere huic contemplationi, uel quomodo ad ipsam proficiat mens ex multa consideratione, & cognitione sui. Cap. V.*

**Q**ui autem quaerit sapientiae auro abundare, debet iuxta uires suas huic quartae contemplationi insistere, & in propitiatorio fabricando fortiter desudare. Placet enim multum per omnem modum huiusmodi opus, & offert in id operis sponte sua omnis ultroneus, non dicam quantum satis est, sed penè semper, plus quam necesse est. Nunquam auri copia illi deesse poterit, qui huic operi fortiter institerit. Si rationem quaeris, rationem accipe. Cum enim incipis spiritualibus theorijs insistere, & per spiritus tui considerationem in spirituum contemplationem assurgere, & in hunc modum ex spiritualibus spiritualia comparare, incipis & tu pariter spiritualis esse, imò absque dubio in hac contemplatione perficeris, quod in praecedenti incipis esse, uidelicet spiritualis. Et satis notis, quia spiritualis diiudicat omnia, & haec qua-

lis erit scientia, quantave auri huius copia posse diiudicare omnia? Vis adhuc tibi apertius ostendi unde tibi comparare possis hanc copiam auri? Nunquidnam menti excedit, quod regnum Dei intra nos sit? Ecce (inquis) intra nos est regnum caelorum, sed nunquid similiter intra nos est etiam aurum? Quidni inquam? Siccine oblitus es, quia simile est regnum caelorum thesaurum absconditum in agro? Ecce unde tibi copia auri copiose abundet, ad manum habes, effode si placet. Tantummodo uade, & uende quae habes, & eme agrum istum, & quaere thesaurum absconditum. Quaecumque in mundo concupiscis, quaecumque in mundo amittere metuis, impède libenter pro libertate cordis. Empto autem agro, fode in altum, exultans nimirum, sicut qui effodiunt thesaurum, gaudentque uehementer cum inuenerint sepulchrum. Quærere autem oportet thesaurum hunc in profundo, quia sapientia trahitur de occulto. Sed me miserum unde mihi aurum in deaurationem, coronam, & propitiatorium? Argentum & aurum non est mihi, & unde, uel quomodo possunt haec fieri? Qua arte quaeso aurum mihi comparo? Fodere non ualeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, uadam ad patrem meum, patrem misericordiarum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, eo quod sit diues in omnes, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Effundo itaque in conspectu eius orationem meam, & paupertatem meam ante ipsum pronuncio, & auri inopiam, & dicam ei: domine tu scis insipientiam meam, & substantiam meam tanquam nihilum ante te, da mihi intellectum domine, & aurum habeo, & diues sum. Custodi animam meam quoniam infirmus sum, & quale concupisco, habeo propitiatorium. O quanta illi copia auri extitit, qui in ueritate psallere potuit: *Super omnes docentes me intellexi. Super senes intellexi, quia mandata tua quaesui.* O quale propitiatorium habebat, qui coram domino fiducialiter psallebat: *Protexisti me a conuentu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem.* Sero quidem, uerum tamen tandem aliquando Paulus sibi fecerat propitiatorium, qui palam profiteretur: *Nihil mihi conscius sum.* Sine ingenti enim consilio conscientiae suae arcam mandare non nosset, & sine aureo propitiatorio, cordis arcana munda seruare non posset. Sed eo adhuc tempore quando persecutus est ecclesiam Dei, puto quia propitiatorio careret. Sed reputatum est ei ad indulgentiam, eo quod nescius hoc faceret, & aurum non haberet unde sibi propitiatorium faceret. Denique quoniam modo propitiatorium facere poterat, quando apertis oculis nihil uidebat? Sed postquam recepit lumen oculorum suorum, factus est uir uidens paupertatem suam, & de reliquo curam sui, curiosius agens reuersus est in semetipsum, & experimento didicit,

3. Cor. 4.

Iob 27.

Pro. 4.

Psal. 76.

dicat quoniam absque dubio intra nos sit regnum caelorum. Inuento namque thesauro abscondito in agro ditatus est valde, & factus inclutus super possidere substantiam multam nimis super millia auri & argenti. Denique audigloriantem non tam de auro quam de thesauro. *Habemus autem (ait) thesaurum istum in uasis fictilibus.* O uirum diuitiarum, o uere inclutum factum. Nunquidnam non erat uir ille ditissimus inter omnes orientales qui sapientiam loquebatur inter perfectos? Sed quid de illo dicari sumus, qui non sero quidem (sicut Paulus, sed ab ineunte aetate propitiatorium sibi fecerat, per quod & cordis sui munditiam seruauerat, unde & dicebat. *Neque enim reprehendit me cor meum in omni uita mea.* Denique si & tu cupis implere domini praeceptum omniscustodia serua cor tuum, & quale a te dominus exigit coepisti facere propitiatorium. Disce uel exemplo quid facere expediat. Audi Dauid quomodo tibi seipsum in exemplum proponat. *Meditatus sum, inquit, nocte cum corde meo & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Meditabatur ille cum corde suo, meditare & tu cum corde tuo, scopebat ille spiritum suum, scope & tu spiritum tuum. Exerce agrum istum, attende temetipsum. Absque dubio insistens huic exercitio, inuenies thesaurum istum absconditum in agro.

*Quomodo ex speculatione sui spiritualium intelligentia comparatur, seu etiam amissa reparatur. Cap. VI.*

**E**X hoc exercitio crescit auri copia, multiplicatur scientia, augmentatur sapientia. Ex hoc exercitio cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatur. Nihil rectè aestimat qui seipsum ignorat. Nescit quam sub pedibus suis omnis mundana gloria iaceat, qui conditionis suae dignitatem non pensat. Nescit omnino nescit quid de spiritu angelico, quid de spiritu diuino sentire debeat qui spiritum suum prius non cogitat. Si nondum idoneus es intrare ad teipsum quomodo ad illa rimanda idoneus eris quae sunt intra, uel supra temetipsum? Si necdum dignus es intrare in tabernaculum primum, qua fronte praesumis ingredi in tabernaculum secundum, hoc est in sancta sanctorum? Si nondum moliri potes gressus altos ut cum Domino Iesu, uel saltem cum Moyse ascendas in montem excessum qua praesumptione paras uolare in caelum? Prius redi ad te quam rimari praesumas quae sunt supra te. Prius sol ortus sui confinia irradiat quam ad altiora conscendat. Hinc etiam per Salomonè dicitur: *Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens &c.* Ergo sol ad locum suum reuertitur ut ibi renascatur, indeque renascens paulatim se ad altiora eleuat ut postmodum caeli verticem tangant. *Oritur, inquit,*

Recl. 1.

Richardi S. Victoris. Pars I.

*Sol & occidit, & ad locum suum reuertitur.* Sol ortitur quando ueritatis intelligentia cordi inspiratur, idemque sol occidit cum intelligentiae radius subtrahitur. Sed post occasum sol ad locum suum reuertitur ut iterum renascatur. Solis huiusmodi locus ipse est animus. Ex ipso enim animo intelligentia nascitur, quando a diuina gratia uisitur. Quid ergo est solem ad locum suum redire nisi mentis intuitum ad sui considerationem reflectere? Post occasum ergo sol ad locum suum reuertitur, quia per subtractionem gratiae ad defectus sui considerationem mentis oculus reuerberatur. Per hoc enim quod diuina gratia se ad tempus subtrahit cogitur homo cognoscere quam nihil sit, & quam per se nihil possit. Sed post loci sui reuersionem iterum renascitur quia per considerationem propriae infirmitatis amissa intelligentia reparatur.

*Quomodo ex speculatione sui accepta intelligentia ad omnia dilatur. Cap. VII.*

**I**N loco autem suo sol renascens paulatim ad altiora conscendit quia per sui cognitionem in caelestium contemplationem assurgit. Sed cum ad summum usque perducitur ibi libenter immoratur, quia mira illic supercaelestium spectaculorum iucunditate reficitur. Studiosè itaque in eo locorum moras innectit, ubi cursum suum in circulum flectit. Eapropter utique girat per meridem, neque eo desiderio fertur immo flectitur ad aquilonem. Iucunda sane admodum plaga meridiana a nimietate lucis, & seruore diei, eo quod dulce sit ualde & delectabile aspectu contemplari beatorum spirituum ordines hilarescentes in claritate & caritate Dei. Nihil proculdubio tale habet aquilonaris illa plaga perpetuis tenebris addicta & perenni frigore danata, eo quod talibus in regionibus dignè crucietur reproborum corda, & per malitiam frigida, & per ignorantiam caeca. Non ergo illuc usque percurrit, sed tantum flectitur, nam nullo desiderio puto ad tam inamabilem regionem trahitur, flectitur tamen ut quae illic sunt quasi a longe prospiciat, & quae mala qua cautela uitare debeat agnoscat. In oriente accipimus cognitionem morum nostrorum, discretionem uirtutum, & uitorum. In meridie contemplamur praemia meritorum bonorum, gaudia ciuium supernorum, arcana diuinorum secretorum, in septentrione cognoscimus retributiones meritorum malorum, finem malignorum spirituum, & hominum reproborum. Vides quantum ualeat homini plena cognitio sui? Ex hac siquidem proficit ad cognitionem omnium caelestium, terrestrium, & infernorum.

De sensu triplici, per quos discernere habet consideratio sui. Cap. VII.

SI ergo cupis euolare usque ad secundum, seu etiam usque ad tertium cælum, sit tibi transitus per primum. Spiritus siquidem omnia scrutatur, etiã profunda Dei. Si ergo & tu scrutari paras profunda Dei, scrutare prius profunda spiritus tui. Profundum siquidem, imò & primum est cor hominis, & inscrutabile. Inscrutabile sanè, nisi ei forte qui spiritalis est. Spiritus enim diiudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur, eo quod soli spirituales digni inuenti sunt qui uideant opera Dei, & mirabilia eius in profundo. In hoc sanè profundo inuenies multa stupèda, & admiratione digna, ibi inuenire licet alium quendam orbem, latum quidem & amplum, & aliam quendam plenitudinem orbis terrarum. Ibi sua quædam terra, suum habet cælum, nec unum tantum, sed secundum post primum, & tertium post primum, & secundum. Et ut hoc triplex cælum congrua possimus distinctione discernere, primum dicatur imaginale, secundum est rationale, tertium intellectuale. Tenet itaq; imaginatio vicem primi cæli, ratio secundæ, intelligentia uero uicem tertij. Et horum quidem primum cæterorum comparatione, grossum quiddam, atq; corpulentum, & suo quodammodo palpabile, atque corporeum, eo quod sit imaginarij, atq; phantasticum post se trahens, & in se retinens formas, & similitudines rerum corporalium, Reliqua uero duo huiusmodi comparatione admodum subtilia, & omnino incorporea, & ab eius crassitudine multum longinqua. Sic sanè cælum hoc exterius quod nos dicimus firmamentum, absque ulla dubitatione constat esse uisibile atque corporeum, & ipsum quidem primum & omnium infimum. Quod autem est terra ad hoc uisibile cælum, hoc est sensus corporeus ad illud internum, phantasticum, & imaginarij cælum. Nam sicut hoc uisibile cælum omnium quæ terra gignit, atque nutrit multitudinem, sinus sui magnitudine comprehendit, sic omnium quæ sensus attingit, appetitus suggerit similitudines intra sinum suum imaginatio includit. In primo itaque cælo continentur omnium uisibilia imagines, & similitudines. Ad secundum uero pertinent, uisibilia omnium rationes, definitiones, & inuisibilia inuestigationes. Ad tertium autem spectant spiritalia ipsorum, etiam diuinorum comprehensiones, & contemplationes.

De sensu intellectuali, quo solo possunt inuisibilia uideri. Cap. IX.

INtelligentia siquidem oculus est sensus ille, quo inuisibilia uidemus, non sicut oculo rationis, quo occulta, & absentia per inuestigationem quærimus, & inuenimus, sicut sæpe

causas per effectus, vel effectus per causas, & alia atque alia quocunque ratiocinandi modo comprehendimus. Sed sicut corporalia, corporeo sensu uidere solemus, uisibiliter, præsentialiter, atque corporaliter, sic atque intellectualis ille sensus inuisibilia capit, inuisibiliter quidem, sed præsentialiter, sed essentialiter. Sed habet sanè oculus hic intellectualis, ante se uelut magnum expansum ex peccati delectatione fuscum, & tot desideriorum carnalium uaria multiplicitate contextum, quod contemplantis intuitum a diuinorum secretorum arcanis arceat, nisi quantum diuina dignatio quemlibet pro sua, aliorum uel utilitate admiserit. Testatur hoc propheta qui domino proclamabat: *Reuela oculos meos*. Profecto uelatos oculos habere se probat, qui eos a domino relaxari postulat, uidet tamen anima isto oculo, quæ citra uelum sunt, hoc est inuisibilia sua, ea uidelicet quæ in ipsa sunt, non tamen omnia, quæ non omnia citra uelum sunt. Et oculo quidem quo sua quædam uidet, seipsam (id est animæ ipsius essentiam) uidere non ualet. Sed dubitari potest utrum nam eodem hoc intelligentia oculo uisuri sumus, ea quæ ultra uelum esse significauimus, an alius sensus sit, quo uentur ad uidenda inuisibilia diuina, & alius quo modo utimur ad uidenda inuisibilia nostra? Sed qui alium sensum intuitum superiorum, & alium intuitum inferiorum esse contendunt, uideant unde hoc probare possint. Hinc tamen esse credo, quod huius uocabuli, hoc est intelligentia significationem, toties confundunt, nunc circa superiorem tantum, nunc solè circa inferiorem speculationem eius significationem restringunt, nunc utrumque sensum sub unius huius uocabuli significatione comprehendunt. Verum tamen hunc geminum superiorum, & inferiorum intuitum, siue dicamus geminum quasi in uno capite sensum, siue duplex, eiusdem tamen sensus instrumentum, siue eiusdem instrumenti geminum effectum, quicquid horum uelimus eligere, nihil tamen impedit dicere, utrumque horum ad intellectualem cælum pertinere. Cur etenim hoc etiam cælum duo magna luminaria non dicatur habere, sicut & de cæteris oportet credere, ut in hoc supremo cælo speculatio sublimior, atque subtilior sit luminare maius, & speculatio inferior, atque subobscurior sit luminare minus.

De intellectuali specula, eiusque supereminetia. Cap. X.

HAbet autem hoc ultimum & summum cælum diem suam, habet nimirum & noctem suam, & si hoc cælum attendimus, quædiu in hac uita sumus, quid aliud, quam noctem habemus, uel habere possumus, donec nox in suo cursu iter peregerit, & aurora lucis rutilas noctis

noctis tenebras deterferit. Verum tamen hæc nox sicut dies illuminabitur eo quod quilibet inferiorum cælorum dies ab huius noctis claritate superetur. Si quidem fecit Deus lunam & stellas in potestatem noctis, & idcirco hæc nox illuminatio mea in delicijs meis. Habet enim lunam suam, luminare illud minus, quod superius assignauimus, habet & stellas expandentes lumen suum multiformes utique modos diuinorum reuelationum. Sed qui dormiunt, nocte dormiunt, nec possunt uidere cæli huius luminaria, nec coram domino psallere cum Propheta: *Quoniam uidebo cælos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti*. Sicut nec illud: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*. Quid dicam de homine eiusmodi eo quod frustra expectet diem & non uideat nec lucem surgentis auroræ. Profecto qui eiusmodi sunt, sicut cera quæ fluit auferentur, supercedit ignis & non uiderunt solem. Felices qui fiducialiter de huius diei mane psallere audent: *Mane astabo tibi & uidebo, quoniam non Deus uolens iniquitatem tu es*. Puto huius meridiem significasse qui dilecto suo dicebat: *Indicam tibi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Puto huius diei mane significare uoluisse eiusque desiderio diu æstuisse qui dicebat: *Sperabam usque ad mane*. Quis ex omnibus uobis exultauit ut uideret diem istum, uidit & gauisus est? Profecto magnus est quicumque ille est. Neminem tamen credo ad huius diei meridiem in hac duntaxat carne corruptibili posse pertingere, quæmuis negare non audeam de mane. Profecto quisquis uestrum ad huius diei claritatem poterit peruenire dum ortus fuerit sol de cælo, uidebit sententiæ illius ueritatem, quæm absque dubio dulce lumen, & delectabile oculis uidere solem. Sol huius diei habet ortum sed nescit occasum, sicut & ipse dies caret uespera quæmuis incipiat ab aurora. Non nouit illud cælum cælorum nisi unam tantum. Sed melior est dies una in atrijs eius super millia dierum inferiorum cælorum. Nam secundum profecto cælum habet dies multas & noctes etiam innumeras, secundum quod sol eius oritur, & occidit, & ad locum suum reuertitur. Sic & primum cælum accepit lunam in tempora, & sol eius cognouit occasum suum. Sed supremi cæli sol & luna steterunt in habitaculo suo. Cum enim cæli huius luminaria ad summum peruenierint, figunt cursum suum, nec de cætero unquam inclinantur ad occasum. Si omnino & absque dubio regnum cælorum intra nos est si in nobis ipsis illud inueniri potest, ubi quæso quàm in hoc cælorum summo rectius quæritur, citius inuenitur, tutius possidetur? Puto quia omnes illius regni regiones abundant auro, eo quod simile sit regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Nam si scientiæ aurum, si sapientiæ thesaurum quæris & diligis, ubi quæso abundantior cupiam quæ

Richardi S. Victoris. Pars I.

in hoc cælorum summo inuenire poteris? Vbi obsecro summæ sapientiæ claritas poterit tibi melius elucescere, quàm in expressa illius imagine, quàm in excellentissimo eius opere animæ uidelicet creatione, reparatione, glorificatione? Ex hac sanè specula quasi è vicino ualet & solet uideri qualis sit illa sublimitas spiritus angelici, quæ illa supereminens magnitudo spiritus diuini. Nusquam locorum apparet uicinus, cernitur limpidijs quàm è sublimi solij huius fastigio quæ sit illa supernorum ciuium summa, & sempiterna beatitudo. Nusquam locorum quàm ex hoc excellentissimo cælorum spiritus ille qui scrutatur omnia etiam profunda Dei, quæ per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Nusquam in omni eius opere quàm in animæ creatione, reparatione, glorificatione apparet eius, uel potentia sublimior, uel sapientia mirabilior, uel misericordia iucundior. Certè uides (ut arbitror) unde tibi illa copia auri quam tibi superius promisi, quomodo uidelicet ex multa consideratione, & agnitione spiritus tui subleueris ad cognitionem, & contemplationem spiritus angelici, & spiritus diuini.

De triplici distinctione quartæ speculationis. Cap. XI.

SEd quia iam per expositionem tenemus unde in tale, tantumque opus auro abundemus, uideamus quid dominus de propitiatorij nostri longitudine uel latitudine præcipiat, uel cur de eius altitudine omnino taceat. Si rerum naturam consulimus, in ipsis profecto corporibus discere poterimus, quomodo inuestigationis pedem in spirituales theorias ponere debeamus. Videmus sanè in rebus exterioribus quod omnis corporea crassitudo a longitudine incipit, ex latitudine crescit, in altitudine desinit. Longitudo itaque propitiatorij (ni fallor) desinat ea quæ in spiritali natura sunt ad inchoationem. Latitudo uero illa quæ sunt ad promotionem, altitudo autem illa quæ uidentur esse ad consummationem. Secundum hæc itaque tria quæ diximus triplicem in spiritalibus essentijs diuinorum donorum distinctionem facimus, Primo spiritalis natura creator ut sit. Secundo iustificatur ut bona sit. Tertio glorificatur ut beata sit. Per creationem itaque ad bonum initatur, per iustificationem in bono dilatatur, per glorificationem in bono consummatur. Bona creationis sunt ad inchoationem, bona iustificationis ad promotionem, bona glorificationis ad consummationem. Prima bona sunt creatoris dona, Secunda bona sunt creatoris dona, & creaturæ merita. Tertia bona sunt creatoris dona, & creaturæ præmia, consummatio donorum, & retributio meritorum. Prima itaque bona pertinent ad longitudinem. Secunda ad latitudinem, uel ad altitudinem.

M 3 nem.



nem, Nam in primis (ut dictum est) rationalis creatura ad futuram plenitudinem perfectionem initiatur. Ex secundis proficit, crescit, & dilatur. In ultimis autem sublimatur ad gloriam, & in gloria consummatur.

De subdistinctione primi gradus huius contemplationis. Cap. XI.

Videamus ergo primo de propitiatorij nostri longitudine, quam iubemur in duos cubitos & diuidiam extendere. Quoties itaque creationis nostrae bona illa spiritalia, quae superius assignauimus corde uersamus, diligenter inuestigamus, conuenienter distinguimus, sufficienter discutimus, toties propitiatorij nostri opus in longitudinem producimur, & ad certam mensuram extendimus. In hac itaque fabricandi propitiatorij productione, triplex nobis occurrit diuinarum donationum distinctio, circa quas solum, uel maxime uersari debet nostra considerationis frequens, diligensque retractatio. Ex ipsa creationis suae conditione, naturale est omni rationali creaturae esse, scire, & uelle. Cogita itaque, quam necessarium, quam iustum, & diuinae bonitati quam congruum, tam dignae creaturae, tam excellenti naturae boni ac mali discretionem dare, simul & arbitrij libertatem concedere, ut esset boni eius tam acceptum, quam uoluntarium, tam gratum, quam gratuitum. Quoties in huiusmodi discussione desudas, in propitiatorij tui productione laboras. Scutare, contemplare, mirare arbitrij libertatem, iudicij discretionem, essentiae sublimitatem, & propitiatorium tuum cum hoc facis secundum congruentiam ordinis, & modum quantitatis, in longum producis. Miror si per te ipsum non aduertis, quam sit utilis, quam ue necessaria horum omnium afflicta consideratio. Ex hoc enim mens illuminatur, inflammatur, & solidatur in bono.

Quomodo in primo huius contemplationis gradus mens exercere se debeat, uel quantum eiusmodi exercitatio ualeat. Cap. XIII.

Cogita ergo frequenter, considera uehementer, inuestiga diligenter uoluntatem, non solum tuam, sed & alienam, seu bonam, seu malam. Cognosce tuam, ut scias quid corrigere, seu etiam unde debeas gratias agere. Cogita etiam animos perfectorum, nec non & peruersorum, animos spirituum bonorum, & spirituum malignorum, ut ex contrariorum consideratione elucescat quid imitari, quid uitare expediat. Attende quid scias, attende quantum nescias. Agnosce quantum emineas per ingenium spiritibus brutis, agnosce quantum subiacetas per intellectum spiritibus angelicis. Si attendis quantum praecedas sensu spirituum brutum, cantabis praecordialiter: Benedicam do-

Psal. 119.

minum, qui tribuit mihi intellectum. Si cogites intelligentiam angelicam, clamabis profecto: Deus tu scis insipientiam meam. Discute ergo ignorantiam meam utile ualde, & per necessarium mihi, ut sciam quid desit mihi, & cum beato Iob dicere possim: Si quid ignorauit, ignorantia mea mecum est. Sed quoties in memetipso attendo quonam modo, uel quam saepe incerta, & occulta sapientia tua manifestauit mihi, profecto magnificat anima mea dominum, qui erudit nos super scientiam uoluerum, & iumentorum, eo quod ipse sit, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vides certe quanta sit utilitas huius geminae considerationis, attendere uidelicet a seculo rationalis uoluntatis, seu etiam sensum rationis. Sed de tertia assignatarum considerationum, quid dicam, in admirando contemplamur, & contemplando miramur animae essentiam, essentiae naturam, naturae excellentiam? Facile (ut arbitror) potest unumquemque propria experientia docere, quantum ualeat haec speculatio animum uel contra uitium erigere, uel ad bonum animare. Cognosce quae sit dignitas tua, cogita excellentem illam animae tuae naturam, quomodo fecerit eam Deus ad imaginem & similitudinem suam, quomodo sublimauit eam super omnem corpoream creaturam, & statim mirari incipies, quomodo inclita uirgo filia Sion proiecta sit de caelo in terram, & pariter domino clamare incipies, quid mihi est in caelo, & a te quid uolui super terram? Quid mirum quae sit, si in recordatione conditionis meae, si ad conspectum animae meae subito, & absque mora confusio faciei meae operuit me? Quem enim non pudeat dominam mundi, ciuem caeli, dilectam Dei, addixisse seruituti corporis, prostituisse spiritibus immundis, diu tenuisse sub iugo seruitutis, ad faciendam carnis curam in desiderijs? Mirabitur sane quisque, cum animae suae cogitauerit, cum bene attenderit quid sit, uel esse debuerit, unde, uel quo proiecta sit, mirabitur inquam, quomodo facta sit quasi uidua domina gentium, princeps prouinciarum, facta sit sub tributo. Ad hanc (ut arbitror) considerationem reuocare nos uoluit, qui dixit: Quid est Israel, quid in terra inimicorum es, inueterasti in terra aliena, co-

Psal. 68.

Iob 6.

Psal. 72.

Baruch 3

inquinatus es cum mortuis, deputatus es cum his qui in inferno sunt. In hac itaque triplici consideratione debemus (uti iam diximus) propitiatorij nostri longitudinem consummare.

Designatio eorum, quae in hac speculationis gradu comprehendendi non possunt. Cap. XIII.

Sed in prima & secunda consideratione scientiam tuam, usque ad cubitum extendere poteris, nam in tertia omnino non potes. Vbi enim ad id, quod sciri oportet instrumentum idoneum

neum habes, ibi proculdubio, quasi rarae certitudinis cubitum tenes, eo quod rei cognoscenda notitia, per experientiam capere ualeas. Quasi enim ad plenum cubitum scientia tua excrescit, cum ad certitudinis firmitatem, per experimentum attingit. Sed quem quae so non doceat propria experientia quid sit uelle, uel quid sit scire? Nonne legit hoc unusquisque, quoties uoluerit in proprio corde? Nunquid nam ignoras, quam infinita uelis, quam infinita nolis, quam innumera scias, quam innumera nescias? Sed nunc quomodo uides uoluntatem tuam, quomodo nosti cogitationem tuam, potes aequè uidere, uel nosse animae tuae substantiam? Quis inquam in hac adhuc carne positus animam suam, uel quamlibet spiritalem substantiam in sua puritate uidit, uel etiam uidere potuit? Proculdubio in hac parte humanus intellectus caecus est a natiuitate, & necesse habet quotidie domino clamare: Illumina oculos meos. Profecto si quis eiusmodi sunt in hac corruptibili carne uidere potuit, per metis excessum supra semetipsum ductus fuit, & in eo quod uidit intellectus humani metas, non propria industria, sed ex reuelatione diuina transcendit. Sed quicquid in hunc modum humana experientia potuit attingere, constat nimirum illud non ad hoc, sed ad aliud contemplantis genus pertinere. Quotiescunque ergo in hac consideratione ingenium tuum exercueris, quantumcunque studium tuum conuaueris, quantumcunque in hac parte sensum tuum dilataueris, scientiam tuam ad plenum cubitum extendere non poteris.

Psal. 12.

Quod nec illa negligere debemus, quae non nisi ex parte comprehendimus. Cap. XV.

Multa tamen sunt, minimeque spernenda, quae de spiritualis essentiae possumus proprietate, uel ex diuinarum scripturarum auctoritate colligere, uel rationis attestatione probare. Studeamus ergo scire quomodo uel quantum possumus, quamuis nos usque ad experientiae cubitum extendere non possimus. Modicum quidem, sed multum est, quod in hac consideratione sciri potest. Modicum sane ad plenitudinem, sed multum per omnem modum ad ueritatem. Noli ergo negligere, quod potes de hoc cubito habere, quamuis ipsum minime possis explere. Ut enim de ceteris taceam, quae pertinere uidentur ad speculationem istam, quantum putamus detrimentum incurris, si animae immortalitatem nescis, & omnino non credis? Si enim de animae immortalitate non constet, quis quae so ad futuram retributionem se praeparat? Quis obsecro uitam suam restringat, ne post concupiscentias suas eat? quis de perpetratis malis satisfaciat? quis se ad fortia opera accingat? quis inter tot diuinorum flagellorum tam acerba, patientiam habeat, si de futura uita

Detrimētum non eredis immortalitatem animae.

ta penitus diffidat? Totum quod de humani generis redemptione asseritur, totum quod de diuinis sacramentis creditur, quicquid de diuinis institutionibus praecipitur, quicquid de diuinis promissionibus expectatur, penitus destruitur, si de animae perpetuitate desperatur. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores omnibus hominibus sumus. Ecce reliquimus omnia, & secuti sumus ipsum, quid ergo erit nobis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid propter ipsum mortificamur tota die si nulla ab ipso speranda est corona uitae? Si omnino unus est interitus hominis, atque iumentorum? & aequa utriusque conditio, quid mihi proderit, si maiorem sapientiae, atque iustitiae operam dedero? Nonne multo melius faciunt qui comedunt, & bibunt, & ducunt in bono dies suos, qui epulantur quotidie splendide, quam qui mortificantur tota die? Nonne multo melius erit ire ad domum conuiuij, quam ad domum luctus, si post hanc uitam nihil habet homo iumento amplius? Cur non uadam & affluam delicijs, & fruam bonis quae sunt, si omnino mortui non resurgunt? Cur illam uocem libenter non audiamus, qua dicitur: comedamus & bibamus, cras enim moriemur? Vides certe quanta mala sequantur, si de animae immortalitate dubitemur. Minime itaque contemnere debemus, quae de hoc cubito efficere possumus, quamuis ad eius expletionem minime sufficiamus. Ab hac ergo triplici consideratione essentiae, uidelicet spiritualis, eiusque discretionis, ac uoluntatis propitiatorij nostri opus inchoatur, & ad diffinitam mensuram producit. Qui igitur animum suum in horum speculatione plenè exercuit, propitiatorij sui longitudinem expleuit. Haec de propitiatorij longitudine iam diximus, nunc ad eius latitudinem, inuestigationis manum uertamus.

Esa. 22.

De subdistinctione secundi gradus contemplationis. Cap. XVI.

Ad latitudinem spectant (ut diximus) ea quae sunt ad inchoationem. Bonum autem nostrum, quod ab opere creationis inchoat, iustificatio dilatat, & se ex hoc ad latitudinem pertinere demonstrat. Hoc autem opus sine duobus non consummatur. Nunquam enim perficitur, si creaturae suae creator non cooperetur. Et posset quidem si uellet, sine creaturae operae totum creator per seipsum explere, sicut potuit cum uoluit tot, & tanta de nihilo creare. Nos si sine eius adiutorio nitentes de nostris uiribus praesumimus, frustra laboramus. Testatur hoc qui in euangelio suo loquitur: Sine me nihil potestis facere, eo quod ipse sit qui operatur in nobis uelle, & perficere pro bona uoluntate. Non est enim uolentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Quid n. sine ipso per memetipsum potero, qui nec saltem dicere possum dñe Iesu,

Ioan. 15.

Philip. 2.

Rom. 9.



1. Cor. 12.

Ibidem.

Esa. 1.

Psal. 89.

Psal. 69.

Psal. 78.

Iesu, nisi in spiritu sancto? Iose utique est, qui operatur omnia in omnibus diuidens singulis proatvult. Verumtamen in iustificationis nostrae opus, uoluntariū consensum requirit, qui dicit: *Si uolueritis, & audieritis me, bona terra comedetis.* Libero arbitrio attribuitur, cum hoc opus praeprae dicitur, ubi dicitur: *Si populus meus audisset me, Israel si in uis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset, & super tribulantes eos misisset manum meam.* Si enim nos in huiusmodi opere omnino nihil facimus, frustra eius adiutorium imploramus, falsoque eum adiutorem uocamus. Aliud est enim facere, atque aliud adiuuare. Quid enim est auxiliari, nisi operanti cooperari? Adiutorē eum habere, & in bono cooperatorem intellexit, qui dixit: *Adiutor meus, & liberator meus es tu domine, ne moreris.* Quotidie eius adiutorium quaerimus, cum ei in quotidianis orationibus proclamamus: *Adiuua nos Deus salutaris noster.* Patet ergo quia hoc opus a duobus perficitur, in quo creaturae suae creator cooperatur. Opus itaque est in hoc opere propria industria, & diuina gratia. Frustra enim quisquam libero arbitrio innititur, nisi diuino adiutorio fulciatur. Perficitur autem iustificatio nostra ex deliberatione propria, & inspiratione diuina. Sola enim iusta uelle, est iam iustum esse. Ex sola siquidem uoluntate recte iusti, uel iniusti dicimur, quamuis ex opere in utrumque adinuemur. Duobus autem modis nobis cooperatur Deus, interior uidelicet & exterior. Interior per occultam aspirationem, exterior per manifestam operum suorum administrationem. Sed nil ad hoc contemplationis genus illa cooperatio, quae exterior fit, eo quod propitiatorium nostrum de auro puro fieri oporteat, & haec speculatio in pura intelligentia subsistere debeat. Haec itaque duo sunt, ex quibus perficitur propitiatorij nostri latitudo, propria uidelicet deliberatio, & diuina inspiratio.

*Quod quaedam similiter in secundo huius contemplationis gradu sunt, quae comprehendendi non possunt. Cap. XVII.*

**Q**uid sit autem deliberatio, quotidiano usu didicimus, & de eius certitudine post tot experimenta haesitare non possumus, & idcirco scientiam nostram in hac parte, usque ad plenum cubitum extendere possumus. Sed quis quae in hac dumtaxat uita comprehendere sufficiat, quoniam modo diuina gratia cor uisitare, & sua inspiratione ad omnem suam uoluntatem inclinare solet? Quantumcunque in hac consideratione laboremus, opus nostrum in hac parte ad plenum cubitum non extendimus. Quomodo enim diuinae inspirationis modum, humana intelligentia comprehendat, cum dominus in euangelio suo de eiusdem rei incomprehensibilitate admoneat?

A *Spiritus, inquit, ubi uult spirat, & uocem eius au-* Ioan. 3.

*dis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat.* Docemur itaque de gratiae diuinae adiutorio per auctoritatem scripturarum quoddam & ipsi probamus per quotidianum infirmitatis nostrae defectum, & per manifestum cooperationis ipsius effectum. Ad hoc siquidem toties eius nobis gratia subtrahitur ut quam per se nihil boni humana infirmitas possit, ex proprio defectu doceatur. Ad hoc iterum eadem quae fuerit subtracta gratia restituitur, ut per eius effectum, quid ex Dei munere sumus, experiamur. **B** quid unum idemque modo possumus, modo non possumus, nisi gratiam adiutricem modo habemus, modo non habemus? Patet itaque quod de diuina gratiae adiutorio minime nos liceat dubitare, quauis cooperationis eius modos minime possumus comprehendere. Cubitum itaque in huius nostrae considerationis opere explere non possumus, quia ingenium nostrum in huius inuestigationis latitudine, usque ad comprehensionis terminum non extendimus. Patet itaque ratio cur propitiatorij nostri latitudo, usque ad duos cubitos se extendere non ualeat, uel cur cubitum & dimidium, iuxta documentum diuinum habere oporteat. Si igitur animus tuum in hac gemina consideratione ad plenum exercuisti, propitiatorij tui latitudinem, iuxta modum congruum explisti.

*De prima & secunda distinctione huius contemplationis, earumque differentia. Cap. XVII.*

**N**emo putet eandem esse considerationem illam, quam superius posuimus uoluntatis, & hanc quam modo latitudini assignauimus deliberationis. Nam ad illam pertinet quod in mente agitur ex sola operatione naturae, ad istam autem quod in ipsa aeditur ex opera industriae. Ad illam spectat quaelibet animae uis ipsi naturaliter insita, ad istam quaelibet animae uirtus per industriam comparata. Ad illam denique quaelibet animae motus, qui naturali quodam impulsu agitur, ad istam quaelibet animi nutus, qui rationali quodam dispositionis moderamine ducitur. Et quidem solemus uim illam animae, quae se ualeat, & solet in tot affectus formare, & per eam multiplices modos variare, uim illam inquam animae, solemus uoluntatem nominare. Similiter eius motum, & eiusmodi (ut ita dicam) instrumenti actum uoluntatem dicimus, & ipsum uelle uoluntatem uocamus. Nec solum illud uelle quod solo naturali motu fertur, uoluntas nuncupatur; uerum etiam illud quod liber animi consensus ex deliberatione comitatur. Sed cogit nos utique uerborum inopia, uerborum significationes modo extendere, modo restringere, & pro necessitatis ingruentia, congruenter uariare. Sed ut sufficienter distinguamus quid

quid huic considerationi ascribere debeamus, **A** documentum uel in alio uidit, uel in seipso experiri meruit? Huius rei sanè homo in hac uita nec sufficiens habere argumentum, nec ualere ualeat capere experimentum. Rectè ergo dicti operis altitudini nulla mensura praescribitur, quia glorificationis nostrae modus (ut dictum est) nullo nostro sensu comprehenditur. Et quidem propitiatorium non nihil crassitudinis habere creditur sed in ceterarum dimensionum comparatione non reputatur. Sic utique sic glorificationis nostrae certitudinem fidei attestatione tenemus quamuis qualitatis, uel quantitatis eius modum per intelligentiam necdum capere possumus. Sed pro modico & paene pro nihilo reputat quicquid humana auiditas experimento non probat. Scimus autem quia post plenam emundationem conscientiae, post multa exercitia iustitiae, incipit tandem aliquando mens humana sperare quod prius uix poterat credere, & in hunc modum propitiatorij nostri mensura in altum surgit, & ad soliditatem crescit. Credo sanè pertinere ad soliditatem eius modi propitiatorij quando mens incipit in Domino gloriari, & pro bono conscientiae testimonio non modicum gratulari, intantum ut ueraciter audeat profiteri, quia gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Tu uero si uis ut propitiatorium tuum in altum proficiat, & congruam prout in hac uita fieri ualeat soliditatem accipiat, nunquam desistas, nunquam quiescas, donec futurae illius plenitudinis aliquas (ut ita dicam) arthas obtineas, donec aeternae felicitatis quantumcunque primitias accipias, donec diuinae suauitatis dulcedinem praegustare incipias. Ad huius sanè desiderium animare nos uoluit qui dixit. *Gustate & uidete quoniam suavis est Dominus.* Propitiatorij ergo tuum non nihil spissitudinis habere iam credimus, si iam gustasti quoniam dulcis est Dominus. Sed quantumcunque ad hanc gratiam creueris, quantumcunque in ipsa profeceris, debes semper modicum reputare, & pro futurae felicitatis magnitudine quasi pro nihilo ducere. Hoc est sanè quod scriptura sancta tacite innuit quae de propitiatorij nostri altitudine omnino nihil dixit, ac si per taciturnitatem ipsam altius clamer, longeque melius insinuet, quia quicquid mens humana in hac uita duntaxat de internae suauitatis abundantia capere ualeat, quasi pro nihilo reputari debeat. Tacendo clamat quod omnino indignum ducat de eius operis nos mensura instruere ad cuius inchoationem humana infirmitas in hac uita uix potest assurgere.

*Quod nullo sensu nostro comprehendendi ualeant quae ad tertiam distinctionem spectant. Cap. XIX.*

**S**ed illud nunc sanè dignum uidetur consideratione, cur de propitiatorij nostri altitudine omnino tacuit qui eius tam longitudinem, quam latitudinem adeo diligenter expressit, sed demonstratum est superius ad hanc pertinere considerationem illa proculdubio quae sunt ad glorificationem, sicut ad eius latitudinem ea quae sunt ad iustificationem. Sed glorificationis nostrae modum quis sensus hominum capere quae ratio potest comprehendere? Quis huius rei experimentum, quis eiusmodi euidetia

**B** documentum uel in alio uidit, uel in seipso experiri meruit? Huius rei sanè homo in hac uita nec sufficiens habere argumentum, nec ualere ualeat capere experimentum. Rectè ergo dicti operis altitudini nulla mensura praescribitur, quia glorificationis nostrae modus (ut dictum est) nullo nostro sensu comprehenditur. Et quidem propitiatorium non nihil crassitudinis habere creditur sed in ceterarum dimensionum comparatione non reputatur. Sic utique sic glorificationis nostrae certitudinem fidei attestatione tenemus quamuis qualitatis, uel quantitatis eius modum per intelligentiam necdum capere possumus. Sed pro modico & paene pro nihilo reputat quicquid humana auiditas experimento non probat. Scimus autem quia post plenam emundationem conscientiae, post multa exercitia iustitiae, incipit tandem aliquando mens humana sperare quod prius uix poterat credere, & in hunc modum propitiatorij nostri mensura in altum surgit, & ad soliditatem crescit. Credo sanè pertinere ad soliditatem eius modi propitiatorij quando mens incipit in Domino gloriari, & pro bono conscientiae testimonio non modicum gratulari, intantum ut ueraciter audeat profiteri, quia gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Tu uero si uis ut propitiatorium tuum in altum proficiat, & congruam prout in hac uita fieri ualeat soliditatem accipiat, nunquam desistas, nunquam quiescas, donec futurae illius plenitudinis aliquas (ut ita dicam) arthas obtineas, donec aeternae felicitatis quantumcunque primitias accipias, donec diuinae suauitatis dulcedinem praegustare incipias. Ad huius sanè desiderium animare nos uoluit qui dixit. *Gustate & uidete quoniam suavis est Dominus.* Propitiatorij ergo tuum non nihil spissitudinis habere iam credimus, si iam gustasti quoniam dulcis est Dominus. Sed quantumcunque ad hanc gratiam creueris, quantumcunque in ipsa profeceris, debes semper modicum reputare, & pro futurae felicitatis magnitudine quasi pro nihilo ducere. Hoc est sanè quod scriptura sancta tacite innuit quae de propitiatorij nostri altitudine omnino nihil dixit, ac si per taciturnitatem ipsam altius clamer, longeque melius insinuet, quia quicquid mens humana in hac uita duntaxat de internae suauitatis abundantia capere ualeat, quasi pro nihilo reputari debeat. Tacendo clamat quod omnino indignum ducat de eius operis nos mensura instruere ad cuius inchoationem humana infirmitas in hac uita uix potest assurgere.

*Quomodo hoc contemplationis genus possit in quinque gradus diuidi, & quae pertineant ad primum gradum. Cap. XX.*

**S**ed quoniam primam illam considerationem quae ad longitudinem pertinet in tria distinximus,

Anima  
rationalis  
excellentia.

ximus, secundam autem quæ ad latitudinem spectat in duo diuisimus, possumus totum hoc contemplationis genus in quinque partitiones secare, & per totidem gradus diuidere. In primo itaque gradu huius contemplationis consideramus ea quæ pertinent ad animæ qualitates, uel essentia ipsius proprietatem, quod uita quædam & perpetua sit, quæ nullis pœnis, nullis unquam tormētis extingui possit, quod non solum possit ipsa in perpetuum uiuere sed corpus etiā ad uitam & ad tenendum animare, quod nullo sustentamento egeat, quod sine subsidio sempiternè subsistat, quomodo sit per tot corporis mēbra diffusa, cum sit ipsa simplex, partibusque carens indiuidua essentia, quomodo in toto corpore suo quasi in suo quodam mundo sit, utique ubique tota quemadmodū Deus inuenitur ubique totus in omni creatura sua, quomodo in illo suo mundo sola uoluntate omnia mouet atque disponit, sicut in hoc mundo Deus solo uoluntatis nutu omnia regit qui eodem uoluntatis nutu omnia creauit. Inuenies in hoc spectaculo & alia multa consideratione digna, quæ nec sine admiratione speculari, nec sine iucunditate possis admirari. Quid tamen mirum si inuenimus in spiritu rationali miranda multa atque stupēda, cum sit præcipua Dei creatura & ad imaginem & similitudinem ipsius facta: Cum enim sit mirabilis Deus in operibus suis, magnus atque laudabilis nimis in omnibus magnalijis suis, ubi tamē obscuro apparebūt mirabilia uirtutū eius insignia quàm in imagine sua, quàm in similitudine sua? Absque dubio omnipotentis artificis industria quæ ubique mirabilis apparet in eiusmodi opere singulariter eminet.

*De consideratione eorum quæ pertinent ad secundum gradum. Cap. XXI.*

**I**n secundo huius contemplationis gradu considerantur illa quæ ad cognitionē sunt, uel ueritatis studio deseruire possunt, & quecūque in augmenta scientiæ concurrunt, atque conducunt. In hac sanè consideratione rectè miramur uolubilitatem cogitationis, agilitatē imaginationis ingenij acumen, discretionis examen, capacitatem memoriæ, uiuacitatem intelligentiæ, & circa hæc alia quælibet stupēda & admiratione digna. Quis enim dignè pensare, quis sufficiēter æstimare ualeat, quis in eius considerationis admiratione non expauescat, si diligenter attendat quæ sit illa tam multiplex cogitationis humanæ uolubilitas, quæ sit eius tam iniqua & infatigabilis uelocitas, quæ per tam multa, tam uaria, & tam infinita discurret, quæ nulla hora, nullo temporis momento quiescit, quæ tot spacia locorum, quæ tot uolumina temporum in tanta festinatione pertransit, cui undique patet tam facilis transitus, tam agilis discursus de summis ad ima, de imis ad summa de primis ad nouissima de no-

uissimis ad prima. Sed de imaginationis agilitate, facultatisque eius facilitate quid nos dicaturi sumus, uel quid inde digne dicere possumus quæ omnium eorum quæ animus suggerit in tanta uelocitate imaginē depingit? Quicquid a foris animus per auditum haurit, quicquid ab intus ex sola cogitatione cōcipit, totū imaginatio abique mora, & omni difficultate seposita per representationem format, & quarumlibet rerum formas sub mira festinatione repræsentat. Quale quæso est tot rerum atque tantarum in momento, in ictu oculi picturas clucere, & iterum easdem eadem facilitate delere, uel alio atque alio modo multiformiter uariare? Nonne per imaginationē animus quotidie nouum cælum nouam terram cū uoluerit creat, & in illo fantastico mūdo quasi alius quidam creator quælibet eiusmodi generis creaturas omni hora adicit, & pro arbitrio format? Nihilominus autem si ingenij acumen attendimus quod in illo mirari debeamus citius inuenimus. Vide quàm multa imò pœne infinita humano ingenio peruia sunt, quæ nullo unquam corporeo sensu attingi possunt. Vide quomodo illud humani ingenij acumen soleat profunda inuestigare, intima quæque penetrare, inuoluta, perplexa, obscura, & in tenebris posita, enodare, illustrare, & in lucem euocare. Intimos (ut ita dicam) latitantis naturæ sinus abditosque recessus uiuacitatis suæ subtilitate quotidie adit irrūpit atque pertransit festinās, & anhelans semper in ulteriora penetrare & altiora conscendere. Attende quot scientiæ disciplinas inuenierit, quomodo tot artes excuderit, & tunc incipies obstupescere, & ex nimia admiratione deficere. Sic sanè si memoriæ capacitatem eiusque amplitudinem attendas, inuenies absque dubio quod dignè mirari debeas. Quæso quæso est ille tam immēse amplitudinis sinus qui tot rerum substantias, tot substantiarum formas, tot genera rerū, tot species generū, tot indiuidua specierum, indiuiduorū uero tot proprietates, tot qualitates, tot quantitates, actiones, & passionēs, habitus, situs, loca, & tempora latitudinis suæ ambitu comprehendit, abscondit, atque custodit, diuque custodita iterum in medium producit? Cogita si potes quæ sint illa gazophilatia quàm multa, quàm lata, quàm ampla, quàm profunda, uel alta, quæ tot scientiæ thesauros, & sapientiæ gēmas possunt vndeunque colligere, & in confusè custodire. Miranda proculdubio memoriæ capacitas, sed non minus mirabilis intelligentiæ uiuacitas. Quod sit autem magna, uel miranda facilè est perpendere, & ex prædictis colligere. Quicquid enim sensus attingit, cogitatio parit, quicquid imaginatio format, ingenium inuestigat, memoria conferuat. Horum omnium notitiam intelligentia capit, & cum liberit in considerationem admittit, uel in contemplationem adducit.

De

*De consideratione eorum quæ pertinent ad gradum tertium. Cap. XXII.*

**I**n tertio huius contemplationis gradu consideramus rationalis animi uoluntatē multiplicemque eius affectionem. Quis enim dignè explicare possit quot alternationis modos momentaneis permutationibus induit, quàm multiformiter se alternantium uicissitudinum motibus uariare cōsueuit? Cogitet quisque quibus perturbationibus quotidie animus suus afficitur. Indeque colligat quàm multiformiter uariatur. Modo se in fiduciam erigit, modo in diffidentiam cadit, nunc per constantiam figitur, nunc subitaneo timore concutitur? Modo eum ira perturbat, modo ingens furor exagitat. Nec illud adeo mirum quod uarijs qualitibus diuersisque perturbationibus per singula momenta afficitur, sed illud supra modum stupendum quod sub eodem penè momento sæpè cōtrarijs affectionibus tangitur. Nūc odio, nunc amore ducitur, modo gaudio, modo mœrore distrahitur. Quod sæpè uidemus inter mira gratulationis nostræ tripudia, quomodo superueniens subitoque emergens tristitiæ causa animum uehementer cōcutit ac deiecit, & omnem illam exultantis animi solennitatem subito in mœrorem uertit. Nec tamen adeo mirū, quod pro diuersis rebus animus sæpè & subito cōtrarijs se qualitibus induit, sed illud multo mirabilius, quod propter unam eandemque rem cōtrarijs affectibus cōtrarios affectus superducit. Nam diu multūque dilecta nimio postmodum odio sæpè persequimur & uehementer approbata, atque desiderata subito detestamur. Sed ut adhuc amplius mireris, unum eundemque hominis affectum si diligenter attendere uelis, circa unam atque eandem rem multiformiter uariare uidebis. Nam modo de magno fit paruus, modo de paruo fit magnus. Quædoque autem de magno fit maior, quandoque de modico fit & adhuc minor. Idè itaque animi affectus circa eandem rem crescit atque de creſcit, & modo uehementer intumescit, & modo penè modo penitus deficit, & post plenum sæpè defectum iterum reuiuiscit. Attende & illud in humano affectu quàm sit magnus in magnis, & in sublimibus sublimis, quæ sit paruus in paruis, & in uilibus uilis, quàm sit inquam magnus & sublimis cum se in altum erexerit, quàm sit paruus & uilis cum se in ima deiecerit. Cum se in audaciam erexerit uidebis eum sæpè etiam mortem contemnere, & inter summa pericula nil trepidationis habere. Eundem autem ipsum uidebis postmodum inter nocturna silentia ad tenuem flatum, ad unius ramusculi motum seu etiam foliorum lapsum subito trepidare & animi constantiam perdere. Sed quis oēs humanæ affectionis qualitates enumeret? quis omnes uariationis eius modos explicare sufficiat? Penè quot sunt diuersitates rerū

tot sunt uarietates affectionum. Sicut enim in approbatione rerum de diuersis diuersa sentimus, sic in affectione rerum circa diuersa diuerso modo afficimur. Secundum iudicium enim approbationis uariari solet desiderium affectionis.

*De consideratione eorum quæ pertinent ad gradum quartum. Cap. XXIII.*

**I**n quarto huius contemplationis gradu uirtutem deliberationis contemplamur pariter & admiramur quomodo tot animi affectiones quotidie in uirtutes redigit, in quæ eas & per discretionem disponit, & in bona intentione figit. Cū enim nihil aliud sit uirtus quàm affectio ordinata, & moderata, ex intentione bona agitur ut sit affectio ordinata, & per discretionem efficitur ut fiat moderata. Debemus autem semper omne deliberationis nostræ studium circa hoc negotium uehementer impendere, & huic exercitationi tā fortiter quàm frequenter insistere, ut omnis nostra affectio ab illicitis transiens per licita discurret, & ut in licitis etiam desiderijs æquitatis modestiam ubique custodiat. Nonne ex uirtute deliberationis quotidie agitur ut affectus mali cohibeantur, minuantur, destruantur? Nonne ex uirtute deliberationis assiduè efficitur, ut affectus boni nutriantur, promoueantur, solidentur? Vide quomodo quosdam affectus in perpetuum dānat, alios uero in eternum exaltat, secundum quod eius officium est deponere potentes de sede & exaltare humiles. Itaque hūc humiliat & hūc exaltat suscitans de puluere egenum, & de stercore erigens pauperem. Nonne illius officium est, totam illam internæ familie turbam tot cogitationum tot affectionum pro arbitrio disponere, & imperantis more suis legibus subingere, quotidie iudicium & iustitiam facere, dominari a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum? Nonne ipsius est carnalia desideria forti castigatione percutere, fluctuantium cogitationum tumultus uiolenter reprimere, seque quotidie ad spiritalem pugnam accingere, ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis? Nonne ipsius est omnes rebelles animi motus elationumque fastus fortiter premere, hostilemque illum uitiorum exercitum uiliter opprimere ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis? Debet autē non solum uitia reprimere, uerum etiam uirtutes excolere, familiam Nabuchodonosor forti animaduersione ferire. Domum autem Dauid sagaciter disponere & diligenter enutrire. Iudicabit itaque in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum, sed & super folium Dauid, & super regnum eius sedebit ut confirmet illud & corroboret in iudicio, & iustitia. Quis autem dignè describat quæ

Varietas affectionum quantæ.

Officium animæ pfectæ.

uel

vel quanta sit illa virtutum turba terribilis ut castrorum acies ordinata, ipsius disciplinis instruenda, ipsius ordinatione disponenda? Quales quæso, uel quanta credenda sunt illa uirtutum phalanges quæ currus Pharaonis & exercitum eius euertunt, quæ Salomonis nostri currum undique cingunt & muniunt? Currus Dei decem millibus multiplex millia letantiū, Dominus in eis in Syna in sancto. Sed si tantis uirtutibus pollet in hac etiam uita quælibet anima perfecta, quanta quæso erit illa uirtutum summatio quam habebit in illa summa future plenitudinis gloria? Cogita si potes, quanta sit illa futurorum bonorum tam corporalium quam spiritualium copia, quæ sit eorum & quàm multiplex differentia, profecto secundum differentiam bonorum erit & differentia affectionum. Neque enim eodem modo afficiemur circa minora, uel maiora bona, ubi omnis nostra affectio sicut in omnibus erit ordinata, sic in omnibus absque dubio erit pariter & moderata. Quis tibi obsecro erit ille uirtutum numerus in tot ordinatis & moderatis animæ affectionibus? Si te in huius considerationis speculam atollere ualeas miror si non credas millia millium ministrare ei, & decies millies cetera millium assistere ei. Perpende ergo quale spectaculum sit, quàm uel in cunctis tot animarum sanctarum uirtutes quibus inter se pollent, uel in futuro pollere habent, in contemplationem adducere, & in eiusmodi admiratione animum suspendere.

*De consideratione eorum que pertinent ad gradum quintum. Cap. XXIII.*

**I**n quinto huius contemplationis gradu (sicut superius iam diximus) aspirantis gratiæ qualitate, uel modos cum attentione miramur, & cum admiratione attendimus. Absque dubio quicquid boni in bonorum cordibus agitur, septiformis ille spiritus per inspiratam gratiam operatur. Ecce unus atque idem spiritus tot mentibus semper & ubique præsidet, & gratiæ suæ munera multipliciter impendit. Ecce tot hominum mentes tot modis informat, & omnium uoluntates ad uoluntatis suæ arbitrium sine aliqua coactione inclinatur, ipso reuelante ueritas agnoscitur, ipso inspirate bonitas amatur. Nam sine cooperante gratia omnino non sufficimus uel ad cognitionem ueritatis, uel ad amorem uirtutis. Veruntamen quàm magnum, quàm mirabile illud esse creditur quod quicquid uirtutis in nobis operatur nobis ad meritum imputatur. Et miro quodam incomprehensibilique modo sic nobis suæ uoluntatis beneplacitum inspirat, ut iuste nobis ad meritum reputari debeat quicquid bonitatis eius in nobis gratia imprimit, uel reformat. Saluo enim humane uoluntatis arbitrio, & omnino absque ulla coactione quælibet bona uoluntas

**A**per inspirantem gratiam in diuine bonitatis consplacitum conflatur, & idcirco homini ad retributionem gloriam cumulatur quicquid ex libero mentis consensu in ipsa diuinitus agitur. Operatur autem illa studiorum bonorum cooperatrix gratia quadam in nobis quæ sunt ad augmentum debiti, quadam uero quæ sunt ad incrementum meriti, quadam autem quæ uidentur esse ad inchoationem præmij. Toties namque seruitutis nostræ debitum diuina benignitas auget, & sibi nos magis obnoxios reddit quoties in nobis scientiæ & sapientiæ dona accrescit. Hac itaque, & quælibet eiusmodi augmentum sunt debiti potius quàm meriti. Sed quicquid uirtutis diuina nobis bonitas inspirat, ad merita retributionum accumulatur. Quicquid uero intimæ suauitatis quicquid diuine dulcedinis mentibus nostris diuinitus infunditur ad præmij inchoationem quodammodo spectare uidetur. Hac omnia operatur unus atque idem spiritus. Nam & unctio eius docet nos de omnibus, & caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, & nihilominus constat esse ab ipso quodlibet gaudium in spiritu sancto.

**B**utis autem apertius nosce ad quem fructum solet spiritus iste spiritum nostrum fecundare? *Fructus autem spiritus est* (ait Apostolus) *caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas.* O quàm multa, o quàm magna sunt quæ spiritus iste operatur in nobis diuidens singulis prout uult. Diuisiones enim gratiarum sunt, idem autem spiritus. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanctorum, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, & cetera innumera in hunc modum. Perpende obsecro quàm sit spectabile, quàm uel salubre has & huiusmodi diuini spiritus operationes in speculationem adducere, & in earum contemplationem animum suum ad humilitatem & caritatem roborare. Multum enim per omnem modum animus tam ad dilectionem Dei quàm ad despectum sui proficit, cum sapere attendit, cum plenè agnoscit quàm per se nihil possit. Quod admiranda, quàm amplectenda illius gratia per quàm ita operatur in nobis omnia opera nostra, ut sint tam sua quàm nostra, & dona sua, & merita nostra. Superius iam assignauimus quàm sint multiplices, uel multiplices humani cordis affectus. Hos utique ille domini spiritus quotidie in electis suis paulatim temperat, & in unam harmoniam conformat, & gratiæ suæ plethra quasi cytharæ doctissimus hos extendendo, illos relaxando ad concordem quandam consonantiam cooperat donec reboet ex his in auribus domini Sabaoth melodia quadam melliflua & supra modum dulcis tãquàm cytharæ multorum cytharizantium in cytharis suis. Sed si tam mira harmonia & tam multiplex consonantia surgit

**C** Exod. 25. *Et stat adhuc de quinto vel sexto contemplationis genere tractare, quæ Moyse in his uerbis uidetur ex mystica descriptione designare. Duos quoque cherubim, inquit, aureos & productiles facies ex utraque parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero. Utrumque latus propitiatorum. Libet sanè huic descriptioni uehementer intendere & doctrinæ nostræ regulam ex proposito similitudinis sumere, & iuxta descriptionis huius formulam operis nostri formam, uel modum excudere. Peto enim quia aliquid magnum, aliquid præclarum in hoc nobis opere proponitur, quod nobis sub tali forma exprimitur, quod tali nomine censetur, quod angelorum formam imitatur. Duos, inquit, cherubim aureos & productiles facies. Verè aliquid magnum, uerè aliquid præclarum, aliquid utriusque supermundanum, & omnino aliquid plus quàm humanum esse debuit, quod sub angelica nobis forma representari oportuit. Certe Cherubin plenitudo scientiæ dicitur, & sub tali uocabuli præfatio magnum quiddam secretioris scientiæ proponere, uel polliceri uidetur. Sed & illud adhuc aduertere debemus, quod non quolibet angelos sed summos & Deo immediate coniunctos cherubin uocare solemus. Ad super mundana itaque, imò ad supercælestia huiusmodi operis forma nos prouocat, & ad summorum & diuinorum speculationem intelligentiam nostram sub hac propositione inuitat. Constat itaque supra hominem esse & humane rationis modum, uel capacitatem excedere, quæ ad hæc duo nouissima contemplationum genera uidentur pertinere. Unde oportuit ea ad similitudinis expressionem non tam humana quàm angelica effigie representare.*

*Gal. 5. Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas.*

*I. Cor. 12. Quam bene spiritus Domini temperet nos aspectus.*

**D** Quam bene spiritus Domini temperet nos aspectus.

**E** Quam bene spiritus Domini temperet nos aspectus.

**A** Nisi enim humane rationationis angustias harum speculationum materia excederet, humane potius quàm angelicæ similitudinis formam formandi operis exemplum habere oporteret. Oportet ergo nos supra nosmetipsos leuare, & ad ea quæ supra rationem sunt contemplatione ascendere, si ad angelicæ similitudinis instar cupimus intelligentiæ nostræ uolatum formare. Quæramus itaque quæ sint illa quæ supra rationem sūt, quæ humane rationis vim rationationisque nostræ modum transcendunt.

**B** Quod rationem humanam excedant, quæ ad has nouissimas speculationes spectant. Cap. 11.

*Quod rationem humanam excedant, quæ ad has nouissimas speculationes spectant. Cap. 11.*

**S**icut quadam esse constat, quæ sunt infra rationem, sic sunt quadam absque dubio, quæ constat esse supra rationem. Et inter hæc sunt alia quadam media, quæ utique rationi sunt perua, infra rationem sunt, quæ sensu corporeo percipimus. Secundum solam rationem sunt quæ ratione inuestigamus. Supra rationem sunt quæ per reuelationem discimus, uel sola auctoritate probamus. Candida, & nigra, calida, & frigida, dulcia, & amara, sensu corporeo discimus, non ratiocinando probamus. Vera & falsa, iusta, & iniusta, utilia, & inutilia, discernimus ratiocinando, non aliquo sensu corporeo. Deum autem in una substantia, personaliter trinum, & in tribus personis substantialiter unum, nec ullus sensus corporeus docet, nec aliqua humana ratio plenè persuadet. Sed hoc utriusque alij per reuelationem discunt, alij autem sola auctoritate conuincunt, & credunt. Infra rationem itaque sunt corporea, supra rationem uero diuina. Supra rationem utique est, quod nullus corporeus sensus attingere, nec ulla humana ratio potest penetrare. Supra rationem dicimus, quod ueraciter esse credimus, cum tamen illud, nec experimento probare, nec intellectu comprehendere possimus. Et quidem circa diuina eiusmodi sunt multa, quibus humana ratio facile acquiescit, quibus penitus contradicere nolit, sed pro ueris recipit, & rata esse consentit, cum tamen ea, nec per experimentum probare, nec per intellectum plenè comprehendere possit. Merito ergo eiusmodi quæque, supra rationem esse dicenda sunt, quæ capacitatis nostræ exiguitatem incomprehensibilitatis suæ magnitudine transcendunt. In his tamen, quæ nostra exiguitas comprehendere non ualet, angelicæ celsitudo liberos contemplationis uolatus exercet. Ut ergo in nobis angelicæ similitudinis formam qualicumque modo possimus excudere, oportet in eiusmodi rerum admiratione animum nostrum iugi celebritate suspendere, & ad sublimes, & uerè angelicos uolatus contemplationis nostræ pennas assuescere.

**C** Quod rationem humanam excedant, quæ ad has nouissimas speculationes spectant. Cap. 11.

## LIBER QVARTVS.

*De quinto & sexto contemplationum generibus. Cap. 1.*

**R**estat adhuc de quinto vel sexto contemplationis genere tractare, quæ Moyse in his uerbis uidetur ex mystica descriptione designare. Duos quoque cherubim, inquit, aureos & productiles facies ex utraque parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero. Utrumque latus propitiatorum. Libet sanè huic descriptioni uehementer intendere & doctrinæ nostræ regulam ex proposito similitudinis sumere, & iuxta descriptionis huius formulam operis nostri formam, uel modum excudere. Peto enim quia aliquid magnum, aliquid præclarum in hoc nobis opere proponitur, quod nobis sub tali forma exprimitur, quod tali nomine censetur, quod angelorum formam imitatur. Duos, inquit, cherubim aureos & productiles facies. Verè aliquid magnum, uerè aliquid præclarum, aliquid utriusque supermundanum, & omnino aliquid plus quàm humanum esse debuit, quod sub angelica nobis forma representari oportuit. Certe Cherubin plenitudo scientiæ dicitur, & sub tali uocabuli præfatio magnum quiddam secretioris scientiæ proponere, uel polliceri uidetur. Sed & illud adhuc aduertere debemus, quod non quolibet angelos sed summos & Deo immediate coniunctos cherubin uocare solemus. Ad super mundana itaque, imò ad supercælestia huiusmodi operis forma nos prouocat, & ad summorum & diuinorum speculationem intelligentiam nostram sub hac propositione inuitat. Constat itaque supra hominem esse & humane rationis modum, uel capacitatem excedere, quæ ad hæc duo nouissima contemplationum genera uidentur pertinere. Unde oportuit ea ad similitudinis expressionem non tam humana quàm angelica effigie representare.

*Cherubin quid significet.*

**E** Quam bene spiritus Domini temperet nos aspectus.

*Quod*



Quod ea que supra rationem sunt gemina distributione distingui possunt, & que cui generi subijunt. Cap. 111.

**D**VOS autē Cherubin facere diuinitus iubemur, unde in his que supra rationem sunt, duo contemplationum genera quare admonemur. Intendamus itaque in ea, que supra rationem sunt & inuenimus quia gemina distributione distingui possunt. Ex his enim alia sunt supra rationem sed non præter rationem, alia autem sunt & supra rationem & præter rationem. Præmonere in primis uolumus quia in summis & diuinis cū aliquid præter rationem, uel cōtra rationem esse asserimus de ratione humana non de ratione diuina hoc intelligi uolumus. Quicquid enim in illa summa & diuina essentia esse constitit summa & incommutabili ratione subsistit. Quod multa tamē de diuina natura indubitātē credimus, de quibus si rationem consulimus omnis nostra ratiocinatio repugnat, & omnis humana ratio reclamatur. Que enim humana ratio habet filium Patri cōternum esse, eique per omnia æqualem a quo habet esse, uiuere, & intelligere: In his ergo que supra rationem sunt multa in hunc modum inueniri possunt, que si humana æstimatione pensentur cōtra rationem omnino esse uidentur. Supra rationem illa esse dicimus quæ nullo experimento probare, nulla ratiocinatione ad plenum inuestigare sufficimus. Præter rationem autem ea uidentur esse quibus & exempla contraire, & argumenta solent contradicere. In illis siquidem & experimenta defunt, & argumenta succumbunt. In istis uero tam exempla, quam argumenta contradicunt. Illa sæpē & auctoritatibus probamus, & argumētis confirmamus, & similitudinibus persuademus, probata tamen, & persuasa nulla nostra intelligentia plenē cōprehendimus, quia nullo (ut dictum est) experimento, nullo euidenti exemplo ex his que per experientiam nouimus probare sufficienter ualeamus. Ista autem modo miraculis, modo auctoritatibus persuadentur, modo reuelationibus discuntur. In fidelibus etenim sæpē persuasa sunt multitudi ne miraculorum, fidelibus autem quotidie persuadetur auctoritatibus scripturaram, prophetis uero uicis sæpē ostensa sunt multiplici uarietate diuinarum reuelationum. Veruntamē eiusmodi sunt ut alijs omnino (nisi fide mediāte) probari non possunt etiam ab his qui ea reuelatione didicerint. Ad horum itaque attestatōnem opus est potius miraculis quam exemplis, auctoritatibus quam argumentationibus, reuelatione quam ratiocinatione. Illa autem superiora eiusmodi sunt, ut ad eorum inuestigationem nulla humana ratio sufficere possit nisi diuinis reuelationibus, uel autenticis attestatōnibus adiuta fuerit. Sed fidei menti cum fuerit eiusmodi auxilio submixta multæ undi-

**A** que rationes occurrunt; multa denique argumenta emergunt que eam in sua inuestigatione adiuuant, uel in sua inuentione confirmant, uel in sua etiam assertionem sententiam prolata defendant. Rectē itaque (ut arbitror) eiusmodi dicta sunt esse supra rationem, non tamē præter rationem. Ista uero posteriora eiusmodi sunt ut cum fuerint miraculis, uel auctoritatibus probata & credita, si super his humanam rationem consulimus eiusque consilij acquiescere disponimus, totum statim labefactari incipiet quicquid fidei ratio in his prius ratū tenebat. Et omnino in eorum inuestigatione, discussionem, assertionem nihil facit ratio humana nisi fuerit fidei admixtione subnixā. Rectē ergo que eiusmodi sunt (ut secundum hominem loquamur) non solum supra rationem, sed etiā præter rationem esse dicuntur. Prima autem quinto contemplationis generi rectē ascribuntur, posteriora uero ad sextum contemplationis genus pertinere uidentur.

Quod sint aliena ab omni imaginatione que pertinent ad hæc contemplationum genera. Cap. 1111.

**P**UTO autem quia iā nostra expositione negeat cur huius operis angelica factura aurea esse debeat. Si aurea & illa proponuntur que in ratione uersantur, & a ratione comprehenduntur quanto magis illa que rationem supergrediuntur? Si aurea sunt que excedunt imaginationem quanto magis illa que excedunt rationem? In hac gemina speculatione nihil imaginariū nihil phantasticum debet occurrere. Longe enim omnem corporeā similitudinis proprietatem excedit quicquid spectaculi tibi hæc gemina nouissimi operis specula proponit. Si enim quartum illud contemplationis genus quolibet corporea phantasmata soleant semper obnubilare potius quam adiuuare quāto magis ab his dignioribus, & multo sublimioribus debent longius abesse & penitus non comparare? Cedit itaque imaginatio interim, cedit, penitusque recedat, non est utique in quo hoc opus adiuuare ualeat. Quid enim imaginatio possit ubi ratio succumbit? Quid ibi faciat imaginatio ubi nulla est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio? Vbi pars non est minor sup̄ toto, nec totum uniuersalius suo indiuiduo, imō ubi pars a toto non minuitur, & totum ex partibus non constituitur, quia simplex est quod uniuersaliter proponitur, & uniuersale quod quasi particulare profertur, ubi totum singula, ubi omnia unum & unum omnia. In his utique & absque dubio succumbit humana ratio, & quid faciat ibi imaginatio? Absque dubio in eiusmodi spectaculo officere potest, adiuuare omnino non potest.

Qua

Que sit supereminetia harum nouissimarum contemplationum. Cap. V.

**Q**UANTA autem sit harum nouissimarum speculationum supereminetia inde facile colligitur, quod omnis earum consideratio atque perspectio circa summa & diuina usquequaque uersatur. Cogitet ergo qui ualeat, quantum humana scientia ascenderit, cum ad hos contemplationis gradus subleuari meruerit. Quæ enim in primis contemplationis gradibus ad perfectionem inchoatur, in his duobus nouissimis ad plenitudinem consummatur. In duobus nāque primis erudimur ad scientiam rerum exteriorum & corporalium. In duobus autem medijs promouemur ad notitiam rerum inuisibilium, & spiritalium creaturarum. In duobus nouissimis subleuamur ad intelligentiam supercelestium, & diuinorum. Debemus ergo a nouissimis & notissimis incipere, & scientiæ nostræ promotionem paulatim subleuare, & per exteriorum notitiam ad inuisibilium cognitionem ascendere. Cum enim exteriorum scientiam apprehenderit, & in eorum doctrina exercitatos sensus habueris debes ad altiora ascendere, & spiritalium creaturarum scientiam comparare. Sed cum in eiusmodi iterum plenē pro posse exercitatus fueris habes adhuc quo altius ascendere possis. Restant adhuc longe supra ista summa atque diuina nitere quantum potes & conare ad illa. Profecto si ad horum speculationem subleuatus fueris ultra hæc alia ad que adhuc ascendere habeas ulterius omnino inuenire non poteris. Profecto ultra Deum nihil est, & idcirco scientia altius, uel ulterius ascendere non potest. Si ergo cherubin plenitudo scientiæ dicitur uide quam rectē illa extrema operis nostri fractura cherubin nominatur in qua scientiæ omnis summi gradus figuratiter exprimitur. Certē in Dei notitia quotidie crescere potes, & in hoc sublimitatis uolatu quotidie altius altiusque sublimari potes. Sed supra hanc contemplationis speculam aliam adhuc excelsores omnino inuenire non potes. Aliud nāque est in hoc spectaculorum genere huc illucque discurrere scientiamque suam in Dei cognitione dilatare, & aliud est supra hæc alia & altiora querere uelle, cū nullo modo possis inuenire. Supra Deum nihil est sed nec esse, uel esse posse, uel cogitari potest. Non est quo scientia altius ascēdat, uel altius ascendere ualeat. Plenitudo itaque scientiæ Deum cognoscere, plenitudo autē huius scientiæ plenitudo est gloria consummatio gratiæ perpetuitas uita: Hæc est, inquit, uita eterna, ut cognoscam te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Cognoscere itaque eum qui uerus est Deus, omnis cōsummatio est terminus. Ad huius scientiæ plenitudinem hæc nouissimæ speculationes paulatim nos promouent & quādoque sanē perducere habent. Huius ple-

Ioan. 17.

**A** nitudinis perfectio in hac uita inchoatur, sed in futura consummatur. Rectē igitur huius operis figura cherubin dicitur in qua ad omnis scientiæ plenitudinem initiamur.

Quod sit arduum, uel difficile in hæc nouissima contemplationum genera gratiam sibi comparare. Cap. V 1.

**S**ED nunc illud consideremus quid sibi uelit quod hæc nouissima opera ductilia quidē facere iubemur. Ductile sanē feriendo producit, & crebris ictibus, multa que tunsiōne, ad destinatā formam, paulatim promouetur. Puto ergo, quia opus est in hoc opere, intima potius compunctione, quam profunda inuestigatione: suspirijs, quam argumētis, crebris potius gemitibus, quam copiosis argumētationibus. Scimus autem, quia cordis intima nil adeo purgat, mentisque munditiam nil adeo reparat: nihil, sic ambiguitatis nebulas dererit: cordisq; serenitatem, nil melius, nil citius, adducit quam uera animi contritio, quam profunda, & intima anime compunctio. Sed quid ait scriptura. **Beati, inquit, mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt.** Studeat ergo cordis munditiæ, qui cupit Deum uidere, qui in diuinorum contemplationem festinat assurgere. O quanta instantia, o quanta diligentia opus est in eiusmodi artificioso studio, studioque artificio, antequā terreni amoris scoriā animus plene detergat, uerique amoris incendio, consumat, antequā intelligentiæ suæ aurum ad eam puritatem decoquat, quo ad huius operis dignitatē, dignū, idoneumque reddat. Absque dubio, & sine omni cōtradictione, non est leue, uel facile, humanum animum, angelicam formam induere, & insuper mundanum quendam, & uere, plus quam humanum habitum transire, spirituales pennas accipere, & se ad summa leuare. O quoties necesse est aurum suum in ignem mittere & iterum extrahere, & nunc in hoc, nunc in illud latus uertere crebrisque ictibus undique tundere, antequā angelicam formam excudat cherubique producat, O quanta prudentia, o quanta prouidentia in formanda illa operis nostri materia. Hinc diuini amoris, hinc diuini timoris respectu est temperanda ne nimio diuinæ propiciationis respectu animus resolutus in nimiam sui confidentiam liquecat, uel immoderato diuinæ seueritatis intuitu obduratus usque in desperationem paulatim tepescat & de præsumpti operis cōsummatōne penitus diffidat. O quam prudētī circumspiciōne, o quam frequenti increpatione oportet inuigilare, uel insistere, ne ullus mentis excessus, uel cogitationis euagatio, discretionis perspicaciam lateat, nec sine redargutione, fortique castigatione pertransseat. Sed quis dignē describat qua arte, quauē sollicitudine opus sit, donec in se cœlestium & pennatorum animalium figuram

Contritio nis & cōpunctio nis effectus.

Matth. 5.

Diligentia maxima opus est in acquirenda animi puritate.

figuram transformet, & humanus animus in eorum se imaginem transmutet? Certe prius necesse est affuecat in celestibus cum cælicolis ambulare, & ad terrena negotia exteriorumque curam (nisi pro solo obedientie debito, caritative officio) nunquam descendere antequam angelicos illos excelsus in ardua diuina incomprehensibilitatis arcana audeat attentare.

*Quod frustra homo ad hos theoreticos excessus mittitur nisi diuinis reuelationibus adiuetur. Cap. VII.*

**H**inc ergo (vt arbitror) facile perpenditur, quanta superexcellētia prerogatiua huius nouissimi operis dignitas prædicta cætera supergreditur quæ supremæ illius hierarchiæ in Angelis Archangelicam sublimitatem ex quadam industria suæ emulatione imitatur. Cogita obsecro cuius sit excellentiæ illius ordinis in se similitudinem per imitationem trahere, qui summæ claritati immediatè adhaeret, qui facie ad faciem, & sine speculo, & sine ænigmate uidet. Quale quæso est quoddam intelligentia humana quotidie ad illos supercælestium animorum theoreticos excessus mittitur, & quandoque etiam pro diuinæ dignationis beneplacito ad illa summæ maiestatis magnalia contemplan- da subleuatur? Ad hæc ergo quis idoneus? Quis ad hæc opera dignus artifex inuenitur nisi eum diuina gratia preueniat, & subsequatur? Denique aliud est arcæ facere atque aliud est cherubin formare. Quid sit arcam compingere, aut que uestire, corona cingere, operculum superducere, & nosce possumus, & quotidiāno experimēto probamus, nec peregrina sunt a nostris sensibus. Sed cherubin quis uidit, quis e uidere possit? Et quomodo illam formam exprimere ualeam quam uidere non ualeo? Puto quia nec Moyses ad illam exprimendam sufficeret, nisi antea & ipse per reuelationem didicisset.

Exod. 27.

Vnde est illud quod ei dicitur. Vide ut omnia facias sicut tibi in monte monstratum est. Prius itaque Moyses in montem ducitur, prius ei per reuelationē ostēditur antequam nosce ualeat quid de eiusmodi operatione percipere debeat. Necesse est itaque ad cor altū ascendere, & per mentis excessum ex dominica reuelatione ad discere quid sit illud ad quod suspirare, uel studere oporteat, & ad qualem sublimitatis habitum animum suum componere, & affuecere debeat. Nam si semel ad lucifluam illam angelicæ sublimationis gloriam admittus fuerit, & ad illud diuinorum radiorum spectaculum intrare meruerit, quā in intus desiderijs, & profundis suspirijs, quā inenarrabilibus gemitibus eum qui eiusmodi est putamus insistere, quā assidua recordatione, quā iucunda admiratione inspectam claritatem credimus eū retractare, menteque reuoluere illam deside-

**A**rando, illam suspirando, illam contemplan- do nec tandem aliquando in eandem imaginē transformetur a claritate, & tranquillitate, & tranquillitate a Domini spiritu. A Domini (inquit) spiritu, non a suo. Optimus itaque in hoc negotio artificij modus (uti superius iam diximus) suspirijs, gemitibusque insistere, ut uult productile facere cherubinque formare. Quid namque aliud est opus suum feriendo producere quā multa cordis contritione de Domini pietate obtinere ad quod quisque non potest per seipsum sufficere? Nemo tamen hæc de quibus modo lo-

Quid nā sit opus suū feriendo producere.

**B**quimur & prædicta opera idcirco æquipendat, uel parum a se inuicē differre credat quod cōmunem materiam habeat & ex auro utraque fiant. Sanè si auro preciosius aliquod metallū inueniri potuisset ex eo nimirum hæc angelica forma fieri debuisset. Dignitatis itaque eius supereminētia quæ minus potuit ex materia plenius commendatur ex forma. Iudemur itaque cherubin producere, & non modo hominum non demum quorumlibet angelorum, sed superexcellētium spirituum imagines figurare, ut harum nouissimarum speculationū dignitas melius elucescat. ex eiusmodi figuratiua adumbratione.

*Quod quintum contemplationis genus similitudinem rationem admittit, sextum uero totius similitudinis proprietatem excedit. Cap. VIII.*

**P**uto autem illud non esse negligendū, nec sine diligētī consideratione prætereundū, quod de his duobus cherubin dominica uoce præcipitur cum dicitur. *Cherubinus sit in latere uno, & alter in altero.* Statuendi itaque sunt ex utraque parte oraculi tegentes utrumque; latus propitiatorij. Idē autē intelligimus per oraculū quod per propitiatorij. Quæramus igitur quæ sint ista duo propitiatorij nostri latera, ut cōsequenter inueniamus quō unus ex cherubin stare habeat ex parte una, & alter ex altera. Sicut superius iam satis ostendimus per propitiatorij illud contemplationis genus intelligimus quod habetur de spiritibus rationalibus. Credimus autem rationalem creaturam tam angelicam quā humanam ad imaginē & similitudinē

Exod. 25.

Quale genus contemplationis per propitiatorij intelligatur.

Gen. 1.

Ezec. 28.

Psal. 85.

Elai. 40.

**E**dei creatā, & de homine quidē scriptū est. *Creauit Deus hominē ad imaginem & similitudinē suā ad imaginem Dei creauit illū, & pro angelica natura dictū putamus quā aliās legimus. Tu signaculū similitudinis, plenus sapiētia & decore in delicijs paradisi Dei fuisti.* Ecce quoddam angelica natura signaculum similitudinis dicta sit etiam pro ea parte quæ in ueritate non stetit. Propheta tamen David manifestè proclamat, & dicit: *Nō est similis tui in Dijs Domine, & Iſaias apertè denunciat: Quoniam omnes gentes quasi non sunt, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputate sunt.* Quomodo ergo quasi nihilum, & inane

**I**neane, si diuinum habent aliquid simile? An forte quod unus dicit, alius contradicit? Absit. Nam ecce apud Dauid lego: *Deus quis similis erit tibi?* Sed item apud eundem inuenio: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Quid igitur aliud ex tam diuersis sententijs colligimus, nisi quoddam ueraciter, & absque dubio auctori nostro, ex aliquo similes, & ex aliquo dissimiles existimus? Imò quomodo ei in multis homo dissimilis non est, de quo ueraciter scriptum est: *Quoniam uniuersa uanitas omnis homo uiuens?* Ecce quomodo dissimilis. *Uenuntamen in imagine pertransit homo.* Ecce quomodo similis. Quis enim est homo ut possit sequi regem factorem suum? Sed nec Angelus utique in cælo illam creatoris sui similitudinem perfectè amulatur. Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia? Vide ergo ne forte illa in quibus similes sumus, pertineant ad latus vnum, & illa in quibus dissimiles sumus, pertineant æquè ad latus alterum. Dicatur itaque propitiatorij nostri si placet, latus vnum, diuina in ratione alibus substantijs similitudo, dicatur & alterum in eisdem essentijs diuinitatis summæ, multiplex dissimilitudo. Videamus ergo quomodo vnus de cherubin stet in vno, & alter in altero latere, vel quis in quo debeat stare. Superius iam diximus, quoddam ad vnum cherubin pertineat contemplatio eorum, quæ sunt supra rationem, non tamen præter rationem. Ad alterum autem eorum contemplatio, quæ sunt supra rationem, & videntur esse præter rationem. Constat autem quoddam illa prius dicta, reliqua multo sit facilior, & idcirco in vno nostro debet, & solet esse prior. Alia uero quāto est difficilior, tanto utique debet esse posterior. Prior itaque dicatur cherub primus. Secunda harum contemplationum dicatur cherub secundus. Huiusmodi ergo cherub stare debet in latere vno, & alter in altero. Ab vno sanè latere cherub stare videtur, quando in his contemplationis radius figuratur, ad quæ inuestiganda, vel confirmanda, qualiscunque similitudinis adaptatio, facillè accommodatur. Quasi ab altero latere cherub stat, quando ad illa contemplanda humana intelligentia se eleuat, ad quæ nulla similitudinis adumbratio se plenè coaptat. Ad vnum namque latus (vt dictum est) pertinet consideratio similitudinis, quemadmodum & ad alterum consideratio dissimilitudinis. Constat autem illa facilius posse comprehendi, & uiciniora, magisque propinqua, atque consentanea esse rationi, quæ se finunt ad aliquam similitudinem applicari. Nam cætera quidem tanto ab humana ratione longius recedunt, quanto cuiuslibet adiunctæ similitudinis rationem transcendunt. Primus itaque cherub stat in latere simi-

Psal. 82. & 4. Homo ex aliquo similibus, ex aliquo dissimilibus Deo.

Psal. 38.

Ibidem.

Exod. 15.

Quid significet cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero.

**A**litudinis. Secundus autem in latere dissimilitudinis, ut ea quæ præter rationem non sunt, & aliquam similitudinem admittunt, similitudinis latus, quasi è uicino tangant, eique per considerationem inhæreant. Similiter & illa quæ præter, uel contra rationem esse uidentur, omnemque adhibita similitudinis proprietatem supergrediuntur, dissimilitudinis latus quasi iuxta se habeant, ipsūque è uicino respiciant. Si autem quod dicitur latus vnum, & alterum ad dexteram, & sinistram quis referre velit, profecto huiusmodi considerationis similitudo, in eandem nos sententiam conducit. Dextra namque nostra operandi gratia sapius solet proferri, & idcirco constat eam frequentius uideri. Sinistra uero sapius, quā dextera sub uestimentis tegitur, & eo ipso utique rarius uidetur. Rectè ergo per sinistram occultiora, sicut per dextram congruè satis designantur manifestiora. Primus itaque cherub quasi a dextris assistit, quia in ea quæ rationi omnino aliena non sunt, oculum contemplationis infigit. Secundus autem cherub, quasi a sinistris figuratur, qui illa sola maximè contemplatur, quibus omnis humana ratio contraire videtur.

*Quomodo per hæc duo contemplationum genera temperatur cuique amor, & approbatio sui. Cap. IX.*

**M**ultum est autem per omnem modum, quoddam hæc duo contemplationum genera, nos uel contra mala roborant, uel ad uitam adiuuant. Vnde est, quoddam de eisdem additur, cum subiungitur: *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum.* Quando autem aliquid tegimus duobus id modis maximè facere solemus. Nam modo in absconsonem, modo ad protectionem, & sepe cum aliquod nobis umbraculum, contra solem superponimus, eius nobis tam calorem, quā claritatem temperamus. Si igitur in hæc duo contemplationum genera gratiam diuinitus accipimus, si secundum acceptam gratiam eis diligenter insistimus, credo, quoddam ipsa nobis erunt in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsonem a turbine, & a pluuia. Vtinam cum tanto studio & desiderio, in eorum aspectum raperemur, & in eorum admiratione, cum tanta animi abalienatione, supra nosmetipsos duceremur, ut interim mens nostra seipsam nesciret, dum in eiusmodi cherubin aspectum suspensa stupe- ret, intantum ut cum Apostolo dicere auderet: *Sine in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit.* Vide quā profundè sub dictorum cherubin alis lateat, qui seipsum interim ignorat. Sed si non potest hæc alarum adumbratio, mentis re-

Exod. 25.

2. Cor. 12.



speculum in eiusmodi excessu abalienare, debet tamen quod & semper solet aureum illum propitiatorij fulgorem obnubilare, & nostris aspectibus temperare. Propitiatorij nostri fulgor absque dubio superducta adumbratione obnubilatur, quando quicquid in nobis luce- re uideatur maioris, & supereminetioris clari- tatis comparatione despicitur. Propitiatorij nostri claritas, dignitatem quidem designat, spiritalis natura, superposita autem alarum ex- pansione, celsitudinem diuinae supereminetia. Quid ergo mirum, si huiusmodi obumbratio- ne propitiatorij nostri utrumque latus obdu- citur? Nam quicquid diuinum simile, uel diui- nis dissimile in nobis cernitur, diuinorum (uti iam dictum est) comparatione fuscatur. Solet autem (ut diximus) obnubilatio uolens claritatem, uerumetiam calorem temperare, & u- trumque tolerabiliorem reddere. Et fit saepe (quod omnes nouimus) ut in nostra gratia nos- met ipsos aestimatione, uel dilectione modum tenere nesciamus. Sed ex diuinarum utique re- rum assidua contemplatione, profundaque ad- miratione in nobis agitur, ut utriusque in no- bis nimietas, uel superfluitas, reprimatur. Nul- lum omnino, nullum inquam omnium ratio- naliu[m] spirituum credo priuatum illum pro- priae excellentiae amorem, uel opinionem ad- ueram & legitimam aequitatis mensuram pos- se restringere, nisi qui ueraciter seipsum nouit in eorum quae diximus comparatione despice- re. Recte ergo dicti cherubin utrumque propi- tatorij nostri latus tegere dicuntur, quia in no- bis nihil omnino reperitur, quod summis, & diuinis non sit, uel peregrinum in qualitate, uel incomparabile ex quantitate. Et nota quod quemadmodum arca propitiatorio tegitur, sic & ipsum propitiatorio dictarum alarum ex- pansionem tegi iubetur. Absque dubio sicut ex contemplatione spiritalis creaturae eiusque e- minentiae obducitur amor, & approbatio mun- di, sic ex contemplatione creatricis essentiae eiusque supereminetiae temperatur apud u- numquemque amor, & approbatio sui.

*Cum quanta animi auaritate debeant, uel so- leant spiritales uiri bis nouissimis con- templationum generibus in- hiare. Cap. X.*

Sed tunc proculdubio designati cherubin propitiatorij latera, sufficienter tegunt, si a- las suas sufficienter, & indefinenter expandunt. Quid est alas suas continua expansione disten- dere, nisi omni in loco, omni in tempore diui- nae contemplationi inhiare, & eiusmodi stu- dio, uel desiderio ubique insistere? Certè aues cum uolare uolunt alas suas expandunt. Sic sa-

Quinam sint illi, q[ui] amorem propriae excellentiae ad mensuram aequitatis restringunt.

Alas suas extendere quid sit.

A ne debemus & nos cordis nostri alas per desi- derium extendere, & diuinae reuelationis ho- ram, sub omni hora, imò sub omni momento expectare, ut quacunque hora diuina inspira- tionis aura mentis nostrae nubila deterferit, uerique solis radios, ad mota omni caliginis nube detexerit, excussis statim contempla- tionis suae alis, mens se ad alta eleuet, & auolet, & fixis obtutibus in illud aeternitatis lumen, quod desuper radiat in aquila uolantis impe- tu, omnia mundanae uolubilitatis nubila tras- uolet, atque transcendat. Illum sanè dixerim

B hoc dominicum praeceptum, uel documētum implere, & quasi expansis alis erectum stare, qui post acceptam gratiam in hac nouissima contemplationum genera semper studet, se quantum in ipso est ad huiusmodi uolatus promptum & paratum exhibere, ut cum tem- pus beneplaciti diuini aduenit, & aura aspi- rantis gratiae afflauerit, idoneus possit inueniri, qui ad illud diuinorum secretorum specta- culum debeat admitti. Debemus autem non solum ad hoc quod in hac uita habere possumus, uerumetiam ad illud diuinae contempla- tionis spectaculum, quod in futura uita speramus, animos nostros suspendere, & in eiusmodi expectatione uehementi desiderio anhelare. Ad hoc siquidem nobis datur huiusmodi gratia, ad hoc inquam infunditur aeternorum intelligentia, ut sciamus quid in defesse debeamus per studium quarere, uel per desiderium suspirare. Alioquin frustra in nobis diuinae cog- nitionis abundantia crescit, nisi diuinae in no- bis dilectionis flammam augetur. Debet itaque in nobis crescere semper, & ex cognitione dilectio, & nihilominus ex dilectione cog- nio, & mutuis incrementis, mutua incrementa ministrare debent, & alternis augmentis alter- na augmenta accrescere habent. Debet ergo anima perfecta, & assidue summorum con- templationi dedita, omni hora peregrinatio- nis suae terminum, ergastulique huius egres- sum, cum summo desiderio expectare, quo id, quod interim uidet per speculum, & in aenig- mate, mereatur facie ad faciem uidere. Hinc est, quod Abraham in ostio tabernaculi sui se- debat. Hinc est, quod Elias in spelunca suae ostio stabat, uterque ad egressum paratus, uter- que in domini aduentum suspensus. Vnum utique uterque praestolabatur, unus in spelun- ca, alter in tabernaculo, uterque tamen in ostio, sed unus stando, alter uero sedendo. Animad- uertis (ut arbitror) quia uita huius molestiam, unus miseriam, alter militiam reputat, & ean- dem temporis peregrinationem, hic carcerē, il- le expeditionē iudicat. Sunt qui seipsum quasi in spelunca uident, & carnem suam pro ergas- tulo habent, dum uita huius molestiam moleste sustinent. Alij de corpore suo quasi taber- naculum faciunt, & ad domini se militiam ac- cingunt,

Quis p[ro]p[ri]u[m] domi- nicum de alis exp[an]dendis adimpleat.

Frustra crescit in nobis cog- nitio di- uina, nisi flamma di- lectio- nis argumen- tetur.

Gen. 18.

cingunt, & patienter tolerant quod uiuunt, ut domini lucris deseruiant. Alius itaque impa- tienter, alius patienter uiuit, dum unus sibi me- ruit, alter dominicis lucris intendit. Alius ergo stans multumque laborans, alius autem se- dens, laboremque penè non sentiens, penitus- que non reputans, dominicum aduentum pre- stolatur, & uterque in ostio & quasi in ipso exitu inuenitur. Vt ergo de his interim tacea- mus qui libenter uiuunt & in tabernaculi ( ne dicam palatii) sui intimis delectabiliter iacen- tes requiescunt uterque illorum domini aduen- tum meruit, & is qui in ostio sedens, militi- aequae suae molestiam patienter sustinens ad do- mini occursum suspensus anhelabat, & ille qui in ostio stans uisitationisque suae horam praesto- lans sub expectationis suae desiderio penè im- patienter laborabat. Vultis audire, quam inui- tus uiuebat qui in spelunca suae ostio stabat?

3. Reg. 19 *Tolle a me, inquit, domine animam meam, neque enim melior sum quam patres mei. Quid autem quaeso est quod uultum suum operuit quando dominum transeuntem habuit qui in idipsum sic suspensus stetit? An forte sub dominica praesentia imperfectum suum perfectius agnouit & imperfectionem suam uideri erubuit? Vide- re tamen uoluit qui uideri timuit. O quam multi sunt qui iam se paratos credunt, & ta- men sub ipso uisitationis suae articulo illic tre- pidant timore, ubi antea non erat timor, & exi- tum quem prius anxie requirebant iam fieri formidant.*

*Quomodo post multam desiderij sui fatigationem alij soleant, alij non soleant ex uisitante gra- tia supra semetipsos leuari. Cap. XI.*

3. Reg. 19 **E**ce qui stando praestolatur, nec ostium exisse, nec Domino occurrisse legitur. De spelunca tamen sed uelata facie prospexit vo- cemque transeuntem in transitu audiuit, & iam ad requiem suspirauerat quid adhuc eum fa- cere oportet ex Domini reuelatione cognouit. Alius autem ad domini aduentum de taberna- culo profiliuit, & reuelata facie aduenienti oc- currit, introducit, pascit, & pro desiderij uoto dominicam promissionem accipit: Sabaoth que- stionibus pulsat, futurorumque praescientiam accipiens, in illud diuinorum iudiciorum secre- tarium intrat. Quid autem est de habitaculo suo in Domini transitum attendere, nisi ex his que circa se diuinitus geruntur diuinae disposi- tionis moderamen cooperationisque eius gra- tiam subtiliter intelligere? Dum eum spirituum uehementem commotio, commotionem ignis, ignem sibilus aurae leuis sequitur, transeuntem domini praesentia deprehenditur, quia dum- mens magnis, mirisque quibusdam perturba- tionibus subito saepe sentit se totam concuti, & modo nimio timore dei, modo nimio do-

Richardi S. Victoris, Pars I.

lore excoqui, uel pudore confundi, & iterum prater spem & aestimationem ad magnam ani- mi tranquillitatem seu etiam securitatem co- poni, uelit nolit uisitantis gratiae operationem perpendit & diuinitus haec acitari luce clarius agnoscit. Deum autem praesentem sed quasi transeuntem habemus, dum luminis illius con- templationi diutius inhaerere necdum suffici- mus. Admonentis autem domini, seu etiam in- struentis uocem audire est, que fit uoluntas eius bona beneplacens, atque perfecta ex eius in- spiratione cognoscere. Sed ille quasi de taber- naculo in aduenientis domini occursum egre- ditur, egressus autem quasi facie ad faciem in- tuetur, qui per mentis excessum extra semetip- sum ductus, summam sapientiae lumen sine ali- quo inuolucro, figurarum uel adumbratione de- nique non per speculum & in aenigmate, sed in simplici (ut sic dicam) ueritate contemplatur. Exterius uisum introsum trahit quando id quod per excessum uidit multa retractione, uehementique discussione, capabile, seu etiam comprehensibile sibi efficit, & tum rationum attestazione, tum similitudinum adaptatione, ad communem intelligentiam deducit. Tunc uero uitulus mastratur, unde dominus pasca- tur, quando mens hominis his promotionis gradibus roborata, aliquid de propria uolun- tatis beneplacito abscindit, quod prius libere fouit, atque custodit, quando id de proprijs studijs, uel uisibus amputat, unde diuinae con- templationi perfectius inhaerere, uel diuinae propitiationi altius placere se sperat. Domi- num pascimus quando uirtutum nostrarum uictimis, ampliatioque arctioris uitae propo- sito, caritatis eius in nos beneuolentiam nutri-

Quid sit Deu[m] praesentem, et a se uentem ha- bere.

Quid sit Domini pascere.

Apo. 3.

D mus, & accrescimus: *Ecce, inquit, pulso ad ostium, si quis aperuerit mihi, intrabo ad ipsum, & cenabo cum illo.* Cum domino sanè apud nosmetipsos comedimus, quando id eius obsequio libenter impendimus, & in eo eius beneplacito deserui- mus, unde illius in nos beneuolentiam, unde nostram in ipsum fiduciam augeamus. Ex hac fiducia accumulatione agitur, ut ad diu cupi- tam, multumque desideratam gratiam mens prater spem, & supra aestimationem subito a- nimeretur. Eredientem uero dominum prose- quimur, quando perceptae diuinitus intelligen- tiae diligenter insistentes, per id, quod de cog- nita diuinitatis luce miramur, ad altiora cõtem- planda supra nosmetipsos leuamur, & reue- lantis gratiae uestigijs inhaerentes praesentem dominum comitamur. Post egressum autem cum stante domino stare, est in illo celsitudi- nis statu reuelatae luci per contemplationem, diutius inhaerere. Stanti domino assistit, qui totum humanae mutabilitatis lubricum, am- biguitatisque incertum, alta mentis subleuatione transcendit, & in illo aeternitatis lumine defi- xus, inspectae imaginis in se similitudinem tra-

Quid est Domino stare.



2. Cor. 3.

hit: Nos, inquit Apostolus, omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. In hac mentis subleuatione humana intelligentia, saepe illam diuinorum iudiciorum abyssum ingreditur, & ad futurorum etiam (vni iam dictum est) praesentiam eruditur.

Quod ea quae per excessum mentis solent videri alia possunt, alia omnino non possunt ad communem intelligentiam inclinari. Cap. XII.

**N**Orandum itaque quod modo extra positi visum dominum introrsum trahimus, modo intus positi cum exeunte eximus. Nam hoc quod de domini claritate per mentis excessum cognoscitur quandoque etiam post modum a sobria mente comprehenditur, & saepe ex eo quod apud nosmetipsos sobrii timamur, praesentis admirationis magnitudine in mentis alienationem abducimur. Item & illud notandum qui extra positi visum Dominum modo introducimus, modo non introducimus. Nam & Abraham ad secundam egressionem dominum reduxisse non legimus. Quaedam namque eiusmodi sunt, quae humanam intelligentiam excedunt, & humana ratione inuestigari non possunt, & tamen (vni superius iam dictum est) praeter rationem non sunt. Cum igitur eiusmodi quaelibet per mentis excessum discimus cognitam exterius visionem quasi nobiscum reportamus si consona rationi ea ipsa postmodum deprahendimus, quae prius per reuelationem didicimus. Sed illa quae & supra rationem & praeter rationem esse videntur quando per reuelationem & quasi in extasi discuntur, quia eorum rationem postmodum ad nos reuersi nulla humana aestimatione comprehendere, vel assignare sufficimus cognitam visionem quasi extrinsecus relinquimus cuius tantummodo velut memoriam quandam retinemus. Quid enim ait scriptura: *Abijt, inquit, dominus postquam cessauit loqui ad Abraham, & ille reuersus est in locum suum.* Dominus recedit, & Abraham reuertitur, quando subtracta reuelationis gratia intellectualis sensus ad communem statum reuocatur. Ad primam itaque egressionem Abraham illum quem vidit multa fatigatione ad se intrare compulit. Ad secundam autem egressionem post diuinam visionem, longamque confabulationem omnino non reduxit. Exterius visum nobiscum introducimus cum theophaniam raptim perceptam ad communem intelligentiam ratiocinando postmodum paululum inclinamus. Exterius visus minimè introducitur, quando theorica reuelatio quanto magis iuxta humanam rationem discutitur, eo amplius omni humana opinio-

Gen. 18.

Quid sit Dominum recedere, & Abraham reuertit in locum suum.

**A**ni aduersari videtur. In eiusmodi enim speculatione antequam animus ad contactum redeat, dominus abijt, longiusque recedit, & incomprehensibilitatis suae magnitudinem visionis elongatione ostendit. Haec itaque duo rerum genera quae in hac gemina visione ex dominica reuelatione cognoscuntur, ad praedictos illos duos cherubin spectare videntur. Haec sanè illa & digna satis materia vnde excudenda est angelica forma, pennataque animalia. Ex hac nobis materia cherubin formamus, quando fidei nostrae arcana quae vel ipsi per reuelationem didicimus, vel a theologis viris accepimus, assuescimus in contemplationem adducere, & in eorum admiratione animum nostrum suspendere, & pascere, humiliare, & in diuinorum desiderium acriter inflammare. Debemus itaque iuxta Abraham & Eliae, exemplum in ipso habitationis nostrae exitu & velut in ostio dominicum aduentum expectare. Debemus iuxta diuinum documentum cherubin nostrorum alas expandere, & in reuelantis gratiae occursum rapidis desideriorum passibus festinare.

**C**Quod omni hora anima sancta & contemplatiua ad susceptionem gratiae debeat esse parata. Cap. XIII.

**S**emper debet anima sancta & veri sponsi amica ad dilecti sui aduentum summo cum desiderio inhiare parata semper & vocanti occurrere, & pulsanti aperire. Debet inquam semper in hoc sollicita esse, & parata inueniri, ne subito & inopinatè adueniens eam minus comparam minus ornatam inueniat vel diu exclusus diuinae praesentationis vllam molestiam sustineat. Molesta satis verba aestuantique desiderio multum onerosa. Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Verba sunt sanè animae pigrae, animae tepidae, minus citè spectatae, & nimis ingratae. Quid enim dicit huiusmodi anima & in suis sordibus inuenta cum se doleret inopinato diligentis aduentu praenuntii, & erubescit se minus compositam, minus ornatam inueniri? Certe (inquit) aduentum tuum praescire debuisses vt te solenniter susciperem, & ea qua deberem alacritate tibi occurrerem. De caetero ergo mihi aduentum tuum praenuntia, & nuntio praeeunte aduentus tui horam praemandanda. Nuntius itaque intercurrat, qui me quid me facere velis doceat. Nuntius inquam inter nos medius discurrat qui me de singulis instruat, doceat me non solum super statu meo, sed etiam de statu tuo. Doceat quomodo apud te sit, vel quid tibi de me placuerit. Manda itaque, atque remanda, nuntia, atque renuntia. Non decet amantes mutua studia, mutua in alterutrum desideria nescire, nec sufficit

Animae sanctae officium.

Esa. 28.

Verba in gratia animae ad Deum spiritum suum, eiusque responsionem.

Cant. 5.

Ibidem.

Ibidem.

Cant. 5.

sufficit aestuanti animo, ardenti desiderio semel audire. Obsecro ergo manda, remanda, manda, remanda. Forte multum amat multum aestuat quae sic instat, quae tam importunè internuntia quaerit. Videamus ergo quid faciat. Ecce iuxta verbum suum nuntius saepe mihi saepe remissis tandem aliquando nuntios suos subsequitur, ut cupitis amplexibus perfruatur, & mutua dilectione foueatur. Ecce iam praeforibus stat, ecce iam ad ostium pulsat. Ecce vox dilecti tui pulsantis: *Aperi mihi foror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, cincinni mei guttis nocturnis.* Quid obsecro, quid inquam profuit, quod nuntios praemisit, qui ostium clausum reperit? Ad uocem uerò dilecti, cur saltem non statim prosilis, aperis, introducis, & in amplexus ruis? Expoliam me (inquit) tunica mea, quomodo induat illa? *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Expectet tamen modicum si uult ut suscipiam illum, pulsat, & introitum postulat, & dicis expecta: ecce iterum pulsat, & dicis reexpecta. Et quid inquis est magnum, si expectat modicum? O quantum timeo ne istud modicum protrahas in longum, donec transeat, & declinet diu, multumque fatigatus discedat. Ostendit hoc illa uox tua, & nimis sera querela. Pessimum ostij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atque transierat. Sed ecce iterum rediens, priorisque contemptus iniuriam non reputas, stat post parietem, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Audi uocantem, quae uoluit suscipere pulsantem. En dilectus tuus loquitur tibi. Surge, propra amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Cur non statim exilis, occurris, apprehendis, & oscula iungis? Quid adhuc dicis expecta? Ecce adhuc expectat, ecce iterum uocat: *Surge amica mea, sponsa mea, & ueni in foraminibus petrae, & in cauernis maceriae.* Quid tu? Reexpecta adhuc modicum. O anima ingrata, o uiscera dura, usquequo affligis amicum tuum, usquequo fatigas dilectum tuum? Pulsat, & non uis aperire, uocat, & non uis exire. Pulsat semel & iterum, & tu eum expectare, tu eum reexpectare iubes modicum, & modicum. Vocat semel, uocat iterum, tu nihilominus eum expectare, & reexpectare cogis, modicum & modicum. Modicum in uno loco, & modicum in alio, modicum ibi, modicum ibi. Cogitur itaque dilectus tuus facere saepe, & multum, quod tu dicis modicum, & modicum. Nam modicum, & modicum protrahis in longum, & longum; & in hunc modum fraudas amicum tuum, & fatigas dilectum tuum. O quanto satius, o quanto rectius foret, ut praeforibus obseruares, ut cum Abraam, uel Elyae dilectoris tui aduentum expectares, aduenienti occurreres, & cum exultatione susciperes. Deberes sanè sicuti dilecti tui columba in foraminibus petrae, in cauernis maceriae suspensis alis, col-*

loque protenso foras prospicere, & unici tui aduentum, cum columbino quodam cantu, & gemitu quaerere, & expectare. Sed forte adhuc expansas nondum habent. Nondum fortassis opus nostrum ad plenum formauimus, nec ad formam illam angelicam ex integro, iuxta dominicam sententiam consummauimus.

Quam sit paucorum ad susceptionem gratiae, animum semper habere paratum. Cap. XIII.

**T**aceo de illis qui foris sunt, qui spiritualement dilectionem, necdum scire potuerunt, qui domini mandata, ex doctorum quotidie dictis, uel scriptis audiunt, nec tamen acquiescunt, quotidie peccantes, quotidie penitentiae tempora dari sibi postulantes. Ex quibus dum quidam uerba uita libèter audiunt, quid aliud per studium, quam manda, remanda dicunt? Et dum quotidie peccatis peccata accumulunt, quid aliud, quam expecta, reexpecta, per desiderium clamant, quotidie spacium penitentiae postulantes, & respiscendi tempus, quotidie proponentes, quotidie prolongantes? Certè ad satiuandum desiderium suum totum huius uita spacium carnali menti uidetur permodicum. Et dum eiusmodi anima modo in altera, multa tempora expendit, totumque tamen uelut momentaneum reputat, quid quaeso aliud in diuinae patientiae aure, quam modicum ibi, modicum ibi resonat? Sed de his interim tacentes quid de nobis obsecro dicturi sumus, qui habitum religionis suscipimus, qui spiritualibus exercitijs mancipati sumus, qui diuinae dilectionis assidue quaedam uelut arrhas accipimus? Maximè tamen nos quid quaeso dicemus, qui nil aliud iniuncti officij habeamus nisi legere, psallere, & orare, meditari, speculari, & contemplari, uacare, & videre, quam suauis est dominus? Nunquid nam nos non pudebit eadem dicere, & dilectum nostrum in huiusmodi uerbis fatigare? Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Quotidie (ni fallor) uos qui lectioni, uel meditationi insistitis eius nuntios suscipitis, mandata cognoscitis. Quoties ex abditis scripturarum recessibus nouos intellectus eruimus, quid aliud quam quosdam dilecti nostri nuntios excipimus? Huic sanè negotio subseruit omnis sacra lectio, sagaxque meditatio. Alij itaque legentibus, alij meditantibus diuinorum secretorum internuntij occurrunt, qui dilecti nostri ad nos mandata perferant, & de singulis instruant. Et saepe fit, ut una eademque scriptura, dum multipliciter exponitur, multa nobis in unum loquatur, moraliter nos docens, quid dilectus noster facere nos uelit, allegoriter admonens, quid pro nobis per semet-

Anima quae dicit Deo, manda, remanda, expecta, & reexpecta quae sit.

Esa. 28.

Religiosi  
quādo oī  
cūtur, mā  
da, & re  
māda, &c.

ipsum fecerit, anagogicè proponens, quid adhuc de nobis facere disponit. In hunc itaque modum nobis saepe mandat, & remandat & quasi per unum nuntium multa nobis denuntiat. Sape unum idemque mandatum sub varijs ænigmatibus & figuris proponitur ut mentibus altius imprimatur. Et dum idem nobis multis modis & multoties dicitur, quid aliud quàm idem saepe mandari, & remandari videtur, & quàm multi sunt qui huiusmodi nuntios quotidie accipiunt. De pristino tamen tempore vel negligentia parum, aut penitus nihil corrigere volunt. Sicut sanè vnde possint gloriari non autem adificari. Scientiam quidè non sanctitatem affectant, & non tam sancti quàm scoli esse desiderant. Dum igitur quotidianis nuntijs saepe superuenientibus alios aliosque adhuc quotidie importunè exigimus, & in auribus Domini Sabaorh fortiter in clamamus. Mandata, remanda, manda, remanda. Sed quanto magis copia ditorum nuntiorum abundat tanto sanè acerbius, tanto molestius propria nos conscientia accusat, & cruciat. Hinc fit saepe ut vitam nostram corrigere disponamus semper tamen differamus. Et dum hoc fieri in futuro proponimus, fit ut illud futurum semper sit futurum imò fortassis nunquam futurum. Sape autem aliquod certum futurum determinatur quo corrigatur vita nostra, & dicitur interim dilecto nostro expectata, & cum futurum illud in præsens vertitur item in aliud futurum transfertur, & dicitur reexpectata. Quàm multi saepe proponunt fortiterque apud se statuunt, ut si ex alienis affectibus, quibus interim implicentur, semel detur se posse explicare, nunquam amplius in eadem uelle recidere, & interim, modicum illud se postulant expectari, & cum eisdem fortè affectus amiserint, potius quàm abscederint, uehementer fatagunt resarcire quod perdidit, & itè adhuc modicum se uolunt, & petunt reexpectari. Sanè hoc dicunt modicum, & modicum. Quicquid namque non fatiat desiderium, quantumcunque sit, affectui videtur parum. Modicum itaque, & modicum se expectari, & reexpectari petunt, qui eiusmodi sunt. Modicum ibi, & modicum ibi, modicum & modicum saepe sub affectu uno, tempore tamè alio & alio, ibi & ibi sub affectu uno, & altero, & tempore tamen uno. Et in his omnibus dilecto nostro cantamus canticum odiosum. Expectata, reexpectata, expectata, reexpectata, modicum ibi, modicum ibi. Quando putas eiusmodi anima pigra, & tepida, poterit ductile illud opus formare, & angelicam formam excudere, præsertim cum opus sit in hoc opere alarum expansione, urgente in idipsum dominica utique iussione, intan-

rum, ut nunquam in huiusmodi studio liceat desideriorum nostrorum pennas ab intentionis elevatione deponere.

*Quòd sit arduum, uel difficile, cuius perfecte anime seipsam ad semetipsam totam colligere, & in solo diuinitatis desiderio requiescere.*  
Cap. XV.

**N**on dicam annua, non dicam mensura, uel diurna, sed permodica admodum morula, impatienti desiderio satis est molesta. Spes siquidem qua differtur, asiligit animum. Debet itaque ueri amici, dilecti, & ueri dilecti, amica (ut superius iam dictum est) prompta semper, & parata esse, & pulsantem amicum absque ulla dilationis iniuria suscipere, & uocanti cum omni alacritate occurrere. Scimus autem, quia singularis amor consortem non recipit, socium non admittit. Vide ergo ne tunc primum incipias perstreptentium turbas eijcere uelle, cum iam ipse coeperit ad ostium pulsare. Alioquin quid iam eris dictura cum apud te, tunc temporis fuerit eiusmodi turba inuenta, quid inquam eris dictura, nisi expectata, reexpectata? Expectandum sanè, itemque reexpectandum ad eijciendum turbam extraneorum, ad eijciendum familiam tuorum. Omnes cogitatus, tam uani quàm noxij, extranei iudicandi sunt, qui nulli nostræ utilitati deseruiant. Illos uero quasi domesticos, uel famulantes habemus, quos nostris usibus, uel utilitatibus implicamus. Quoniam uerò singularis amor, solitudinem amat, solitarij locum requirit, totam huiusmodi turbam nec solum modo cogitationum, uerum etiam affectionum, oportet eijcere, ut dilecti nostri amplexibus, quanto liberius, tanto iucundius liceat inharere. Quanta quæso in huiusmodi expectatione mora, quod tæpe repetendum, expectata, reexpectata, modicum ibi, modicum ibi. Modicum in uno loco, modicum in alio. Modicum in horto, modicum in uestibulo, modicum in thalamo, donec tandem aliquando post multam expectationem, post multam fatigationem cubiculum introeat, & intimum, atque secretissimum locum obtineat. Modicum in horto, dum tumultuantium turba digeritur, modicum in uestibulo, dum thalamus adornatur, modicum in thalamo, dum lectulus sternitur. Et cogitur dilectus omnibus his locis expectare modicum, & modicum, modicum ibi, & modicum ibi. Ex hortulo auditur, in uestibulo uidetur, in thalamo deosculatur, in cubiculo amplexatur. Auditur per memoriam, uidetur per intelligentiam, deosculatur per affectum, amplexatur per applausum. Auditur per recordationem, uidetur per admirationem, deosculatur per dilectionem, amplexatur per delectationem. Vel si hoc melius placet, auditur per reuelationem,

Quam  
cogitatio  
nes sint a  
nobis ex  
tranea.

Quibus  
modis di  
lectus sen  
tuntur a sp̄  
sa.

lacionem, uidetur per contemplationem, deosculatur per deuotionem, astringitur ad dulcedinis suæ infusionem. Auditur per reuelationem, donec uoce eius paulatim inualescente, tota perstreptentium tumultuatio sopiatur, solaque ipsius uox audiatur, donec omnis illa tandem tumultuantium turba dissipareat solusque cum sola remaneat, & solum sola per contemplationem aspiciat. Videtur per contemplationem, donec ad insolitæ visionis aspectum pulchritudinisque admirationem paulatim anima incalescat magis magisque inardescat, & tandem aliquando tota incandescat donec ad ueram puritatem, internaque pulchritudinem tota reformetur, & ille internæ habitationis thalamus purpura, & byssohiacyntho coccoque bis tincto undique perorretur, donec tandem aliquando thalamo ornato, & introducto dilecto, fiducia iam inualescente desiderioque perurgente, cum se ulterius iam cohibere non valeat, subito in oscularuat, & impressis labijs intimæ deuotionis oscula figat. Per deuotionem saepe, & multiformiter deosculatur, dum interim cubiculum sternitur donec intimum animæ sinus ad summam pacem & tranquillitatem componatur, donec tandem dilecto inter uera collocato ad ineffabilem quandam diuinæ dulcedinis infusionem tota in illius desiderium liquecat, & spiritus ille qui Domino adhæret vnus spiritus fiat. Puto quia experta tanta dulcedine, & tam intima suauitate de cæteris iam non possit anima illa pulsate dilecto aliquas moras innectere, uel ulla expectatione fatigari, nec ulterius pro hac parte dictura sit expectata, reexpectata, præsertim cum sibij ipsi omnis mora nimis longa & expectatio uideatur onerosa. Deinceps (ut arbitror) cum Abraam patriarcha seu etiam Elyapropheta ad habitationis suæ introitum libenter obseruabit, ut ad dilecti sui susceptionem semper parata sit. Sub hoc tempore (ut arbitror) illud opus nostrum ductile incipit, nõ me diocriter proficere & consummationi appropinquare, eo quòd illi nostri cherubin incipiant alas suas iam latius extendere, & sese iam quasi ad uolatum omni hora suspendere.

*Quam sit penè impossibile cuius anima seipsam extra semetipsam totam effundere, & supra semetipsam ire.*  
Cap. XVI.

**S**ed quàmuis iam prompta sit tunc temporis eiusmodi anima aduenientem suscipere, nescio si & æquè parata, & expedita sit uocanti occurrere. Timeo ne adhuc pro hac parte dilecto suo omnino sit dictura expectata, reexpectata, expectata, reexpectata, modicum ibi, & modicum ibi. Puto enim non esse eiusdem facilitatis suscipere uenientem & sequi uocantem. Aliud est cum ipso introire, atque aliud est ad ipsum exire. Ibi anima ad seipsam reuertitur

& cum dilecto suo usque ad intima cordis sui penetralia ingreditur. Hic extra semetipsam ducitur, & ad sublimia contemplanda subleuatur. Quid nãque est eius introire, nisi se totam in seipsam colligere? Quid uero est eius exire nisi seipsam extra semetipsam totam effundere? Nihil itaque aliud est animam cum dilecto suo in cubiculum ingredi, & solam cum solo morari, dulcedineque profui, nisi exteriorum omnium obliuisci, & in eius dilectione summè & intimè delectari. Se solam cum dilecto uidet quando exteriorum omnium oblita ex propria consideratione in dilecti sui delectationem desiderium suum resurget, & ex his quæ in intimis suis considerat animum suum in euismo di affectum inflamat, & tam ex bonorū quàm ex malorum suorum consideratione in gratiarum actionem affurgit, & hinc pro impensa gratia, hinc pro indulta uenia intimæ deuotionis uictimas persoluit. Usque in intimum dilectus perducitur, & in optimo collocatur quando ex intimo affectu & super omnia diligitur. Cogita quid sit quod in uita tua ardentius dilexisti anxius concupisti quod te iucundius afficiebat cæterisque omnibus profundius delectabat. Considera ergo si eandem affectionis uolentiam, delectationisque abundantiam sentis, quando in summi dilectoris desiderium inardescis, quòd in eius dilectione requiescis. Cui dubium sit, quòd intimum illum affectionis tuæ sinum necdum teneat si intimæ dilectionis aculeus animam tuam in diuinis affectibus min⁹ penetrat, tepidius exagitat quàm in alienis affectibus aliquando penetrare, uel exagitare solebat? Sed si tantam profus, uel forte validiorem dilectionis, uel delectationis uolentiam in intimis tuis circa diuinam perspexeris, quàm aliàs vnquã expertus fueris, uide adhuc si forte aliud aliquid sit in quo delectari, uel consolari possis. Certe quamdiu possumus ex aliena qualicunque re consolationem, uel iucunditatem concipere, nondum audeo dicere dilectum nostrum intimum ardentissimi amoris sinum tenere. Satage, festina trahere eum adhuc ad interiora & secretiora cordis tui penetralia, quæcūque es adhuc eiusmodi anima. Quis enim neget intimum illud cordis humani penetrale tales recessus habere, seu etiã obtinere posse, in quibus summi & singularis amoris uolentia cum aliquid per affectum infixerit aliena omnino delectatione auelli non possit? Certè si alienam aliquam consolationem, quæris uel recipis, Deum tuum quàmuis fortassis summè, nondum tamen singulariter diligis. Nondum ergo in intimum perducitur, nondum in optimo collocatur. Si ergo non fatagis introducere eum ad intima tua, quomodo te credam uelle, uel posse sequi eum ad sublimia sua? Certum ergo signum tibi sit quæcūque es anima quòd dilectum tuum minus diligis, uel ab illo minus diligeris si ad the-

Quãdiu  
consolatio  
nè ab ali  
quæ acci  
pimus,  
nondū di  
lectū per  
fectè tene  
mus.



ricos illos excessus nondum vocari, vel vocantem sequi nondum meueris. Quomodo enim perfectè diligis vel diligeris, si in summorum desiderio ad superna non raperis & in analogicos illos conatus mentis alienatione non transis? Vis nosce quia sublimitas diuinarum reuelationum sit manifestum diuinæ dilectionis indicium? *Iam non dicam, inquit, vos seruos sed amicos, quia omnia nota feci vobis quæ audiui a Patre meo.* Attende & illud quia ex magnitudine diuinæ dilectionis pendet modus diuinæ reuelationis. *Comedite, inquit, amici, & inebriamini carissimi.* Ecce qui amici & cari sunt comedunt, qui vero carissimi bibunt imò non solum potantur, sed etiam inebriantur. Certe qui comedunt dum sumptum cibum masticant, non sine mora, vel qualicumque labore illud in quo delectantur traiciunt. Qui vero bibunt cum summa velocitate, vel facilitate, illud quoddam siunt traducunt. Nunquid ergo non illi tibi videntur comedere qui cum multo studio & longa meditatione vix possunt ad veritatis delicias pertingere? Bibunt autem quodammodo qui ex diuinis reuelationibus summa cum facilitate & iucunditate hauriunt quoddam de intima veritatis suavitate ardentem concupiscunt. Cari ergo comedunt, sed carissimi bibunt, quia secundum mensuram dilectionis dispensatur & modus manifestatio. Ebrietas autem mentis alienationem efficit, & supernæ quidem reuelationis infusio eos duntaxat qui carissimi sunt in mentis excessum abducit. Talem prophetam ebrietatem designare voluit cum dixit: *Inebriantur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Si igitur concupiscimus hæc ebrietate madere, & hos metis theoreticos excessus frequentare satagamus, Deum nostrum in timore & summe diligere, & omni hora in diuinæ contemplationis gaudium summo cum desiderio anhelare, & hoc erit nostrorum cherubin expansas alas habere. Ecce iam quanto labore sudauimus, ecce quam multa in idipsum circumlocutione vsi sumus, ut cherubin nostri alas suas sufficienter expanderent, & propitiatorio nostro quale oportet obumbraculum obtenderent.

*De his quæ specialiter pertinent ad quintum genus contemplationis. Cap. XXII.*

**R**estat modo & illud quaerere, cur se debeat dicti cherubin mutuo respicere, & in respiciendo vultum in propitiatorium vertere. *Respiciam se, inquit, mutuo versus vultibus in propitiatorium.* Diximus autem superius quia ad primum cherubin pertinent ea quæ sunt supra rationem, nec tamen præter rationem. Ad secundum autem cherubin ea quæ sunt supra rationem & videtur esse præter rationem. Secundum hanc itaque distinctionem videte ne forte ad primum cherubin specialiter pertineant

ea quæ considerantur circa diuinæ illius summæ & simplicis essentia vnitate. Ad secundum autem cherubin ea quæ considerantur circa personarum trinitatem quam multa enim sunt quæ de personarum trinitate creduntur, asseruntur, & scripturarum auctoritate probantur quæ omnino videntur naturæ repugnare, & omni humanæ rationi contraire. Rectè itaque eiusmodi omnia ad secundum cherubin pertinere dicuntur, in qua illa quæ humanæ rationi repugnant in contemplationem adducuntur. Quæ autem circa diuinitatis vnitatem considerantur in vna & simplici natura, videamus quam sint humanæ intelligentiæ modum excedentia cum tamen nihilominus sint rationi consentanea, & idcirco maxime ad primum cherubin, hoc est ad quintum contemplationis genus pertinentia. Certè principale illud, & summum omnium credimus verè simplex & summe vnum, & in illo vno & simplici bono esse omne bonum. Quantum ad essentiam nihil illo simplicius, quantum ad efficaciam nihil illo multiplicius. Quantum ad essentiam quid illo simplicius, quod verè & summe vnum est quantum ad efficaciam, quid illo multiplicius quod verè & absque vlla dubitatione omnia potest? Vide quam sit difficile humana ratione comprehendere omne quoddam est & tunc intelliges quam sit incomprehensibile illud bonum in quo omne bonum est. Supra rationem est comprehendere quomodo bonum illud vere simplex & summe vnum omne bonum bonum sit. Verumtamen huic assertioni ratio humana facile acquiescit & sua attestatio alludit considerans, & affirmans, & veraciter attestans, quia plenum, atque perfectum, & omnino sufficiens non esset si in illo summo & sempiterno bono aliquid defuisset. Quomodo ergo comprehendere potest, quoddam immensum & infinitum est? *Magnus, inquit, Dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis.* Sed quis sensus potest capere, quæ ratio comprehendere, quomodo possit simul vtrumque esse & vere simplex si est immensum, & summe vnum si est infinitum? Er tamen ratio cum ratiocinatione attestatur, quia vere simplex est, quoddam compositum non est, quia omne quoddam compositum est naturaliter diuidi potest, & quoddam naturaliter est diuisibile secundum aliquid, est & commutabile. Consentit ergo ratio verè simplex esse, quoniam oportet incommutabile esse, quoddam constat optimum & summum omnium esse. *Apud quem, inquit, non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Si igitur bonum est incommutabile esse bonum & a quod erit simplex esse. Consequens ergo est quæ summe simplex est, quoddam summe bonum est. Si ergo illo nihil simplicius, nihil illo subtilius, & quo nihil subtilius, nihil illo profundius, & profundissimo nihil inscrutabilius, & consequenter nihil incomprehensibilius. Videamus adhuc

pertinent ea quæ sunt circa unitatem essentia. Ad secundum quæ sunt circa trinitatem personarum, & quomodo.

De simplicitate bonitatis potentia alijque Dei attributis, sua enarratio.

adhuc quod ex mutua collatione proueniat, simplicitatis, & immensitatis, unitatis, & uniuersitatis. Si omne bonum ibi est, & quicquid ibi est summa bonum est, ergo summa potentia, ergo summa sapientia, summa bonitas, summa felicitas. Vbi uero summa simplicitatis est, totum quod est unum idemque ipsum est. Vnum itaque idemque est ei esse, & uiuere, intelligere, & posse bonum & beatum esse, & uide quam hoc sit incomprehensibile. Non ergo est aliunde potens, aliunde sapiens, aliunde bonus, & aliunde beatus. Cogita ergo quæ sit illa potentia cui est idem facere quod fieri uelle. Attende quæ sit illa sapientia cui idem est posse quod scire. Pensa quæ sit illa bonitas, cui quicquid placet eo ipso decet quoddam placet, cui quicquid displicet eo ipso dedecet quoddam displicet. Considera quæ sit illa uita cui idem est esse, quod beatum esse. Item & illud attende quia si uere omnipotens est, & ubique potest. Potentialiter ergo ubi que est & ubi locus est & ubi locus non est. Si uero potentialiter, & essentialiter quia non est alia eius potentia & alia eius essentia. Essentialiter ergo est intra omnia, & extra omnia infra omnia, & supra omnia, si intra omnia, nihil illo secretius, si extra omnia, nihil illo remotius. Si infra omnia, nihil illo occultius, si supra omnia, nihil illo sublimius. Quid ergo illo incomprehensibilis quo nihil secretius, nihil remotius, nihil occultius, nihil sublimius? Item si in omni loco est, nihil illo presentius. Si extra omnem locum est, nihil illo absentius. Sed nunquid eo ipso absentius quo omnium presentius, & eo ipso presentius quo omnium absentius cui aliunde & aliunde non est esse omne quod est? Sed si absentissimo nihil est presentius, si presentissimo nihil est absentius, quid illo mirabilius, quid illo incomprehensibilis? Item si non est aliud eius potestas, & aliud eius felicitas, ubiqueque summa potestas ibi & summa felicitas. Summa ergo felicitas ubique est. Quomodo ergo uel in inferno summa miseriae locus esse potest, uel potest quisquam miser esse cui summa felicitas nusquam potest abesse, nunquam deesse? Hæc omnia mira & uere incomprehensibilia. Multa imò penè infinita circa diuinitatis unitatem, & uerè unitatis considerationem ratio approbat, cum tamen non comprehendat. Eiusmodi itaque omnia supra rationem sunt, nec tamen præter rationem sunt, & eo ipso secundum superius dictam determinationem ad primum cherubin se pertinere ostendunt.

*De his quæ specialiter pertinent ad sextum genus contemplationis. Cap. XXIII.*

**C**irca personarum autem Trinitatem, Trinitatisque speculationem quam multa firmiter creduntur, ueraciter asseruntur, quæ tamen non solum supra rationem sed etiam con-

tra rationem esse uidentur. Credimus unum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Patrem a nullo, Filium a Patre solo, Spiritum sanctum a Patre & Filio, Filium nascendo, Spiritum sanctum procedendo. Credimus itaque unum eundemque in personis Trinitatis & in substantia unum. Vnde alius est Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus nec tamen aliud est Pater quam Filius, nec aliud Pater, vel Filius, quam amborum Spiritus. Nam alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti, cum sit omnibus una substantia, eadem essentia, & sola natura. Hæc omnia credimus, hæc omnia profitemur & constant ueraciter esse, & tamen in his omnibus (si iuxta humanam estimationem persentur) uidetur humana ratio fortiter repugnare. Si Pater est ingenitus Filius unigenitus erit ne substantia Patris ingenua Filij genita? Et cum utriusque sit una eademque substantia, erit ne eadem ipsa genita & ingenua, hoc est genita & non genita? Nunquid eadem ipsa gignit seipsam & gignitur a seipsa? Nunquid ergo eadem ipsa gignitur & non gignitur, nascitur & non nascitur? Si Filium nasci dicimus quod de eius natiuitate dicemus. Nunquid eius natiuitas aeterna non erit apud quem non est trās, mutatio nec uicissitudinis obumbratio? Si eius natiuitas aliquando non fuit, quomodo Patri coeternus uel coequalis? Et si aliquando non erit, quomodo illa natura incommutabilis erit in qua aliquid transit? Si semper fuit, quomodo ab alio esse accepit qui nunquam esse incepit, sine quo pater nunquam esse potuit? Et quomodo eius natiuitas perfecta est, si adhuc futura est? An forte iteratur semper ut possit esse semper? Nunquid ergo iam non una sed multiplex & infinita erit quam in infinitum iterare oportebit? Quicquid uero de Filij natiuitate diximus, uide ne forte & circa Spiritus sancti processionem eadem ratiocinatione quaerere possimus. Ecce ista si iuxta humanam estimationem pensentur, humanæ rationi repugnare uidentur. Si Spiritus sanctus cum Patre eiusdem potentia est, nunquid & ipse potest quicquid & Pater potest? Nunquid ergo talem filium qualem Pater gignere potest? An forte Filium gignere potentia non est, & talem filium qui omnipotens est? An forte non uult esse possit? Quomodo ergo eandem cum Patre uoluntatis similitudinem similitudinisque plenitudinem possidebit? Multa in hunc modum & penè innumera circa personarum Trinitatem inuenies, quæ humanæ rationi non solum incomprehensibilia sed etiā dissona reperies. Multa inquam eiusmodi inuenies circa personarum Trinitatem, multa eiusmodi in uerbi incarnatione circa substantiarum unionem. Quid quæso est in quo humanitas & diuinitas unitæ sunt, ut una persona esse possint? Nunquid aliquid quod hominis est, uel aliquid quod Dei est, uel aliquid quod utriusque est? Sed si utriusque non est, quomodo

De sanctissima Trinitate.

Iacob. 1.

Yoa. 15.

Cant. 5.

Amici qui comedunt. Carissimi qui bibunt utrorumque differentia.

Psal. 35.

Psal. 144.

Iacob. 1.

Ad primū cherubin



modo in eo uniri possunt quod ab alterutro alienum est? Si aliquid quod hominis est ergo creatura est. Si aliquid quod Dei est supra creaturam est & ita creatura non est. Si aliquid quod Dei & hominis est nunquid ipsum utrumque erit & utrumque non erit creatura scilicet & non creatura? Sed questio ista ualde est intima & hucusque (quantum arbitror) non mota, & idcirco fortassis rectius supprimenda. Sed de anima Christi quid dicimus, quam omnem gratie plenitudinem accepisse negare non audemus? Nam quicquid Pater habet ex natura ipsa accepit ex gratia. Nam in ipsa habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si accepit omnem plenitudinem gratie ergo & plenitudinem sapientie, ergo & plenitudinem potentie. Si ergo aequalem sapientiam, aequalem potentiam habet cum Patre (quod negari non potest) nunquid Patri aequalis erit, & creatura creatori coequali poterit? quod omnino fatendum non est? Sed si aequalem potentiam, aequalem sapientiam absque dubitatione habet quomodo ei omnino coequali non ualet? Sed quid hoc de anima Christi dicimus, quando circa corpus eius iuxta fidei assertionem multa credimus atque tenemus quae humana ratio impugnat & impossibilia iudicat? Quando corpus suum Christus discipulis suis distribuere nunquid seipsum suis manibus portabat? Nunquid idem ipse erat qui portabat & qui portabatur. Idem ipse qui dabatur? Quando a discipulis sumebatur, dentibusque terebatur, nunquid laedebatur? An forte in eo quod dabatur impassibilis erat sicut & inuisibilis erat, quamuis secundum id quod dabatur sicut uisibilis sic & passibilis erat? Nunquid ergo unum idemque corpus uno eodemque tempore erat uisibile & inuisibile, passibile & impassibile? Et uide hoc quam sit incomprehensibile & uideatur esse impossibile? Vide quam multis in locis idem Christi corpus quotidie consecratur & habetur. Nunquid ergo per partes diuiditur ut in tam multis locis habeatur? Quomodo ergo ipsum erit uere impassibile & uere incorruptibile? An uero cum sit per tota loca dispersum ubique manet integrum, & incorruptum, & omnino indiuisum? Si igitur attendas in quam multis locis sit in quam multis locis per eandem sanctificationis uirtutem esse possit quo te quae rationa ducet cogitatio nisi ut unum idemque corpus uideatur tibi in infinitis locis esse posse & hoc sub tempore uno? Sed uide id ipsum quam sit non solum contra proprietatem corporum uerumetiam supra omnem proprietatem spirituum. Si igitur tam incomprehensibilia sunt tam incredibilia uidentur quae de corpore Christi ueraciter creduntur, quanto magis illa quae circa animam Christi considerantur omnem humanam rationem longe excellentius supergrediuntur? Incomparabiliter tamen sublimiora sunt quae circa personarum Trinitatem consideranda occurrunt.

Colof. 1.

runt. Eiusmodi itaque omnia quae uidentur humanae ratiocinationis angustias non solum excedere sed infatuare, recte quidem dicuntur ad secundum cherubin pertinere. Recte itaque dictum est quia ea quae maxime considerantur circa diuinam substantiae unitatem, pertinent ad cherubin primum, quae uero considerantur circa personarum Trinitatem maxime spectant ad cherubin secundum. Ad quintum itaque genus contemplationis pertinet consideratio prior. Ad sextum uero & ipsum ultimum consideratio posterior.

*De mutua collatione duarum nouissimarum speculationum. Cap. XIX.*

Hoc autem de hac gemina consideratione (de quinto uidelicet & sexto contemplationis genere) caute obseruandum, & diligentem obseruationem praecauendum, ut sic asseramus ea quae pertinent ad unum ut non illa destrua mus quae pertinent ad alterum. Sic in summis illis & diuinis astruamus substantiae unitate, ut tamen non euacuemus personarum Trinitatem, & sic confirmemus personarum Trinitatem ut tamen non dissipemus substantiae unitatem. Debent itaque dicti illi cherubin seipso mutuo respicere, nec ulla intelligentiae suae consideratione a mutuo concordiae consensu speculationis suae oculos in contraria diuertere. Quod multi in eo quod de summa diuinitatis unitate sentiunt ueram trinitatis fidem euacuare contendunt, & item quam multi in eo quod de Trinitate asserunt diuinam essentiae unitatem dissipare uolunt. Arrius dicit. Aliud est Pater, Aliud est Filius, atque aliud est Spiritus sanctus. Recte quidem diceret si alius diceret non aliud. Is utique in eo quod dicit diuinitatis unitatem dissoluit. Sabellius dicit. Idem Deus quando uult Pater est, quando uult Filius est, quando uult Spiritus sanctus est, ipse tamen unus est. Iste autem in eo quod loquitur uere Trinitatis fidem euacuare conatur. In huiusmodi sane cherubin nostri ab alterutro aspectu faciem auertunt quia contraria assertione multum diuersis sententijs & sibi ipsis oppositis intendunt, & acquiescunt. Secundum primum cherub dicimus quia unus & solus Deus est qui cuncta ex nihilo creauit. Iuxta secundum cherub affirmamus quia alius est qui genuit, & alius est qui genuit, & alius est qui ab utroque procedit. Sed cherubin isti duo respiciant se mutuo & dicamus, quia unus idemque Deus est substantialiter unus & personaliter Trinus. Dicimus secundum primum cherub, quia pater, & Filius, & Spiritus sanctus unum sunt in substantia una, in essentia una, in natura una. Dicimus iuxta cherub secundum, quia alius est Pater in persona, & alius filius in persona, & alius est Spiritus sanctus in persona. Respiciant se cherubin mutuo & profiteamur ab hisque

Quid sentiendum de unitate Dei, & personarum trinitate.

Quid sit Cherubin vultus unus.

dubio, quia non sunt aliud, & aliud, Pater, & Filius, vel Spiritus Sanctus, quamuis ueraciter sint alius, atque alius. Alius itaque, est Pater, alius Filius, alius, Spiritus sanctus iuxta cherub secundum, nec tamen, aliud est Pater, aliud est Filius, aliud est Spiritus sanctus iuxta cherub primum, cum secundum mutuum respectum ueraciter asserimus, quia Pater, & Filius, & Spiritus sanctus non tres Dij, sed unus Deus. Iuxta secundum cherub confitemur, quia Filij substantia nostra substantia, in unam personam unita est. Iuxta cherub primum indubitanter affirmamus quia Pater, & Filij, & Spiritus sancti substantia una, & indiuidua est. Veruntamen iuxta mutuum respectum profiteamur, quia solus Filius ueraciter incarnatus est. Cherub itaque cherub respicit, quando quod unus dicit, alius non contradicit. Cherub cherub respicit quando quod in contemplationis genus illa, quae suae considerationis sunt, sic asserit, ut tamen quae alterius sunt, omnino euacuare nolit. Cherubin se mutuo respiciunt, quando nouissima duo contemplationum genera inuicem sibi occurrunt, & mutua sibi, & ueritatis concordia alludunt. Item unus cherub alium respicit, quando (quod fieri conuenit) nostra speculatio a penultimo genere incipit, & in nouissimum desinit. Vel e contrario ab ultimo incipit, & in penultimum descendit.

*De mutua collatione trium nouissimarum speculationum. Cap. XX.*

Debent autem duo cherubin non solum inuicem respicere, uerumetiam in ipso alterutro respectu uultum in propitiatorium uertunt, quando nouissima duo contemplationum genera in eo quod de sublimibus & diuinis concorditer sentiunt, ab illis quae quarto contemplationis generi subiacent in assertionis suae testimonium rationis similitudinem trahunt. Quartum si quidem contemplationis genus intelligimus per propitiatorium sicut in duobus cherubin, intelligimus quintum & sextum. Sicut autem superius dictum est, quartum contemplationis genus uersatur in illis maxime quae considerari solent circa spiritum rationalem sed creatum. Quintum uero, & sextum uersatur in illis praecipua quae considerari oportet circa spiritum diuinum & increatum. Quia igitur rationalem creaturam ad creatoris imaginem factam agnouimus recte ab illa natura similitudinis rationem familiariter quaerimus, modumque inuestigationis nostrae formamus. Ab illa inquam natura in cuius conditione diuinae imaginis uestigia uehementius impressa, & euidentius expressa, non dubitamus. Quid itaque aliud est cherubin uultus suos in propitiatorium uertere quam in diuinarum rerum speculatione, & inuestigatione rationalem creaturam

ram atcedere, & ex inspecta similitudine ad diuinitatis intelligentiam alius proficiere? Si miraris quomodo ille omnium opifex Deus totus & tam uarias rerum species prout uoluit in ipso mundi exordio ex nihilo in actum produxit, cogita quam sit humana anima facile omni hora quilibet rerum figuras per imaginationem fingere, & quasdam quasi sui generis creaturas quotiens uoluerit sine praesenti materia, & uelut ex nihilo formare, & incipiet minus esse mirabile quod prius forte uidebatur incredibile. In quo & illud inuenies ualde notabile, quod rerum ueritatem, quae summa ueritas est reseruat sibi, rerum uero imagines quae libet hora formandas suae concessit imagini. Si miraris quomodo unus idemque Deus possit esse omnibus in locis non per partes diuisus sed ubique totus, attende quod una eademque anima sit per omnia corporis membra diffusa, nec tamen & ipsa per partes diuisa, sed in singulis tota, & indiuidua. Quomodo igitur, se habet anima, pro modulo suo in corpore suo, hoc est in sui iuris mundo quem & ipsa regendum accepit. Si miraris quomodo Deus omnia, quae in mundo geruntur, abique ulla contradictione solo uoluntatis nutu, ad omne suum beneplacitum inclinat, considera quia & anima, qualibet corporis sui membra pro solo uoluntatis arbitrio mouet, moderatur, & ordinat. Unus itaque utrobique quantum ad similitudinem, agendi modus, quamuis in aequalitatis comparatione, diuersus. In his omnibus primis cherub, in propitiatorium intendit, dum ex rationali creatura ad creatoris contemplationem similitudinis rationalem trahit. In hac ipsa rationali creatura, si diligenter attendimus, aliquid (ut credimus) summam trinitatis, uestigium inuenimus. Est enim ibi aliquid ex mente ipsa hoc est eius sapientia, & est ibi aliquid tam de mente ipsa, quam de eius sapientia, scilicet dilectio sua. Omnis enim mens sapientiam suam diligit, & idcirco sapientiae suae amor ex utraque procedit. Est ergo sapientia a mente sola, amor uero ex mente pariter & sapientia. Sic Filius (hoc est Patris sapientia) a Patre solo. Spiritus sanctus autem (hoc est utriusque amor) a Patre & Filio. In hunc modum secundus cherub inuenit quomodo in propitiatorium considerationis suae uultum utiliter uertere possit, si in diuinarum rerum speculatione similitudinis attestationem quaerit. Notandum sane quod tria illa quae in rationali anima consideranda occurrunt, personarum Trinitatem non faciunt, quemadmodum tria illa in Deo secundum proprietatum differentiam in tres personas diuidunt. Vide ergo quia in his quae pro similitudine adducta sunt in rationali animo ad illam summam Trinitatem maior est dissimilitudo quam similitudo. Nec mirum tamen, quia secundus cherub dissimilitudinis latus in propitiatorio nostro uicinius tangit. Latus autem similitudinis quasi e lon-

propitiatorium ueritate.

e longinquo respicit. Si tibi mirum sit quomodo solus filius (patris videlicet sapientia) incarnatus sit, quomodo in carne ad nos uenit, & tamen a Patre non recessit, perpende quod & in imaginaria Trinitate sola mentis sapientia uoci humanae incorporatur, & per uocem corporalem egreditur, egressa agnoscitur, agnita retinetur, & tamen ab illa de qua nata est mente penitus non separatur. Multa sunt eiusmodi in rationali mente propter quod secundus cherubin iuxta dominicum documentum se inuicem respicere habeant, tenemus nihilominus qua ratione, uel utilitate multos suos in propitiatorium uertere debeant.

*Quod frequentationem uisum nouissimarum speculationum semper comitetur frequentia diuinarum reuelationum. Cap. XXI.*

**I**llud quoque non negligendum nec sine diligenti consideratione praterendum quod Dominica uoce promittitur cum ad Moysen dicitur. *Inde loquar ad te desuper propitiatorio uidelicet & de medio duorum cherubin.* Cogita quod magnum sit, uel quale omni hora cum opus fuerit Deum consideret, & in qualibet necessitate cum oportuerit diuinum consilium querere, & accipere, & tunc animaduertere poteris quam sit necessarium, uel utile hos tres nouissimos speculationum modos familiares habere.

**Ibidem.** *Inde, inquit, loquar ad te.* De quo quaeso loco, uel unde? *Desuper propitiatorio, inquit, & de medio duorum cherubin.* Si uult ergo familiare habere diuinum oraculum, ascendat homo ad cor altum, & mente transcendens dictum illud propitiatorium teneat duorum illorum cherubin medium, ut per tertium contemplationis genus ascendat ad quintum & sextum. Quasi supra propitiatorium eleuata mens in medio duorum cherubin uersatur quando contemplatiua anima non modo corporalem uerum etiam spirituales creaturas sublimi consideratione transcendens in summam unitatis & Trinitatis admiratione suspenditur. Quasi per desuper propitiatorium in huius admirationis speculam erigimur quando ex rationalis creaturae inspectione, diuinaeque imaginis consideratione ad diuinitatis agnitionem altius promouemur. Quasi si inter propitiatorium & duos cherubin medij discurremus quando ex mutua trium nouissimarum speculationum collatione ad singularum perfectionem plenius proficimus. Debemus itaque inter haec tria spectaculorum genera libenter discurrere, & per summam Trinitatis & unitatis speculum & imaginem ad eiusdem Trinitatis & unitatis gloriam speculandam profundius penetrare. Si illud quod de rationalis creaturae dignitate, si & illud quod de creatoris dignatione, uel claritate agnouimus, libenter re-

Quid sit mentem inter duos cherubin uersari.

**A** tractamus frequenter in considerationem & admirationem adducimus, merebimur & illa circa eadem spectaculorum genera ex diuina reuelatione agnoscere quae antea nullatenus potuimus intelligere. Hoc est quod tibi promittitur cum dicitur: *Inde loquar ad te.* Pensa ergo quod sit utile fidei nostrae sacramenta saepe retractare, & in frequentu memoria habere, quando quidem ex eiusmodi studio diuinarum reuelationum frequentiam poterimus obtinere. Si igitur illa quae de personarum Trinitate & substantiae unitate in Deo credimus per mentis excessum uidere, & pura perspicuaque intelligentia capere nequimus, nihilominus tamen ea quae in de catholica traditione accepimus fide tenemus prout nobis possibile est in frequentu consideratione adducamus, ut ex eiusmodi studio diuinarum reuelationum copia promereri possimus. Puto siquidem quia diuinarum reuelationum consolatio non omnino peregrina erit eis qui diuinorum sacramentorum arcana fidei oculo tam frequenter quam libenter aspiciunt, quanto magis illis maxime familiaris erit qui ea intelligentia oculo assidue contemplando, & per mentis excessum saepe uidente desiderio suo satisfacere non possunt. Qui igitur Moysi officium gerit, qui curam pastoralis suscepit, cui denique ex dominico praecocepto incubit populum Domini de domo seruitutis educere, per loca solitudinis traducere, in terram promissionis introducere, debet utique inter praedicta illa tria contemplationum genera libero uolatu circumferri, ut possit semper dignius inueniri qui dignè debeat tam de sua quam de populi sui ignorantia quoties opus fuerit ex Domini oraculo instrui & super quolibet incerto certificari. Si igitur agnoscere cupis ex inspiratione diuina quae sit uoluntas Dei beneplacens, atque perfecta, esto semper promptus & pronus ad nouissima ista tria spectaculorum genera. Huius exercitij merito mereberis fortasse promissionis illius ueritatem probare, inde loquar ad te.

*Quod in omni contemplationis genere contingit contemplantem mente excedere. Cap. XXII.*

**Q**uamuis autem familiare sit & quasi proprium videatur duobus nouissimis contemplationum generibus per mentis excessum uidere, e contra autem quatuor primis quasi domesticum est & penè uelut singulare, sine ulla animi alienatione in contemplationem assurgere possunt tamen omnia, atque solent modo utroque contingere. Nam ex illis quae primis contemplationum generibus subiacent possumus quaedam ex diuina reuelatione cognoscere, & per mentis excessum contemplationis oculo cernere, & ea item quae ad duo nouissima contemplationum genera pertinent solemus prout nouimus & ualemus secundum communem animi

animi statum in considerationem adducere, & per contemplationem uidere. Sed quia illa saepe quae ad nouissima duo pertinent humanae mentis perspicaciam excedunt, cum ea iuxta consuetum omnibus animi statum in considerationem adducit seu e contra ut aliquid in his perspicacius & limpidius cernere possit ipsa mens humana semetipsam excedit & in abalienationem transit aptè quidem eadem ipsa non tam humana effigie quam angelica forma mysticè exprimere oportuit. Quod autem haec omnia sex contemplationum genera possint per extasim cerni mystico Moysi exemplo tenemus. Quod uero sine ullo mentis excessu possint in contemplationem adduci, ex typico illo Beeseel opere habemus. Ut enim Moyses arcam & utrumque cherubin ex diuina reuelatione uidere potuisset, montem ascendit, nebulam subintravit. Ut autè Beeseel mysticum illud opus operaretur & intueretur, nec montem, nec nebulam quassile, uel subijisse legitur. Quod autè montem subire; nisi secundum prophetica sententiam ad cor altum ascendere: Eiusmodi uero montem nubes tunc tegit, quando exterorum omnium memoria menti excidit. In hoc montem Moyses sex diebus moratur, & in septimo de medio nubis ad Domini colloquium uocatur. Sex diebus (ut notum est) opera nostra peragimus, & in septimo requiescimus. Quasi sex ergo dies transigimus in hoc monte quod cum multo labore, magnaque animi industria in eiusmodi sublimitatis statu assuescimus diutius permanere, Tunc autè quasi ad septimum diem uenit quando tanta mentis subleuatio, menti in oblectamentum uertitur, & sine ullo labore subitur. Quasi ad septimum iam diem pertingitur, quando in illo sublimitatis statu, tandem aliquando, ad summam animus tranquillitatem componitur, ut non solum omnem curam, & sollicitudinem deponat, immo uniuersas penae humanae passibilitatis metas excedat. Ad colloquium Domini Domino uocante admittitur, quando ex diuina inspiratione, & reuelatione, in illam diuinorum iudiciorum abyssum intromittitur. In medium nebulae Moyses ingreditur, quando humana mens ab illa diuini luminis immesitate absorpta, summa sui obliuione sopitur: ita ut mirari ualeas, & iuste mirari debeas, quomodo concordet ibi nubes cum igne: & ignis cum nube: nubes ignorantiae, cum igne illuminatae intelligentiae. Ignorantia & obliuio notorum & expertorum, cum reuelatione & intelligentia, prius ignotorum, & eorumque expertorum. Nam uno eodemque tempore, humana intelligentia, & ad diuina illuminatur, & ad humana obnubilatur. Hanc subleuati animi pacem, obnubilationem, & illuminationem, psalmista paucis uerbis comprehendit, cum dicit. *In pace in idipsum dormiam & requiescam:* Veraciter anima pacem tunc inuenit, quando supra semetipsam ducta, huma-

Psalm. 4.

ne passibilitatis molestias omnino non sentit. In hac pace obdormit, quando ad summam tranquillitatem coeospita, quicquid sobria cogitatione confluenerat, ei in obliuionem uenit. Qui enim dormit, quae circa ipsum sunt, immo & semetipsum omnino non nouit. Recte ergo, per soporem mentis alienatio exprimitur: per quam ab alluetis absentatur, & quasi per somnum occupata, a rebus humanis, diuinarum rerum contemplatione peregrinatur. Et tunc quidem in idipsum obdormit, quando in eo per contemplationem & admirationem requiescit, cui unum idèque est esse omne quod est, qui solus ueraciter dicere potest: *Ego sum, qui sum.* Quod igitur Moyses designat per septimum diem, hoc Dauid apertius nominat pacem. Et quod apud illum est ingredi medium nebulae, hoc apud istum est obdormire. Et quod unus requiescit in idipsum, hoc est quod alius uocatus accedit, & moratur apud Dominum. Quasi ad Moysi itaque similitudinem montis uerticem ascendens, medium nebulae ingreditur, & arcam iam dictam designatosque cherubin Domino reuelate uidet, & contemplatur, quando per mentis subleuacionem & alienationem quis in sublimia raptus, ad illa sex quae descripsimus contemplationum genera ex diuina inspiratione promouetur. Moysi utique dictum est. *Vide ut omnia facias sicut tibi in monte monstrata sunt.* Si ei in monte a Domino monstrata sunt omnia, ergo non solum cherubin, sed etiam arca. Hoc est quod superius iam dixi, quia ad quodlibet contemplationum genus pertinentia, possunt Domino reuelate per mentis excessum uideri. Sed ex Beeseel opere nihilominus potest perpendi, quia qualibet horum absque ullo mentis excessu possunt & solent in contemplationem adduci. Quid enim quaeso est arcam fabricare, auro uestire, coronaque cin gere, propitiatorio tegere, cherubin adiungere, nisi gradatim quidem in dicta contemplationum genera artem comparare, & multo studio atque labore alia post alia addiscere & in usum adducere, & tandem aliquando opus consummare, & ad ultimum in omnibus perfectum esse? Sed ut de arca taceam, quid uel de ipsis cherubin dicam? Numquid ut eos formaret, uel formatos uideret legitur uel montem ascendisse, uel nubem intrasse? Unde & manifeste datur intelligi, quia & illa nouissima duo contemplationum genera quibus quasi proprium esse uidetur per mentis excessum exerceri, solent tamen quandoque infra humanae comprehensionis metas cohiberi. Omnia contemplationum genera possunt modo utroque fieri, & modo per mentis excessum, modo sine aliquo mentis excessu solent exerceri.

Anima quando pacem inuenit.

Exod. 3.

Exod. 25. 26. & 27.

Quid sit arcam spirituales fabricare.

Quod

Quod excedendi donum. Alij fortuitum habent, alij iam quasi ex uirtute possident.  
Cap. XXIII.

**E**orum autem qui in suis contemplationibus supra semetipsos ducuntur & usque ad mentis excessum rapiuntur, alij hoc expectant & accipiunt usque adhuc ex sola uocante gratia, alij uero ut hoc possint sibi comparant (cum gratia tamen cooperatione) ex magna animi industria. Et illi quidem hoc donum quasi fortuitum habent, illi uero iam uelut ex uirtute possident. Quasi fortuitum cuique est illud, quod quando uult uel prout uult nullo modo potest. Velut fortuitum igitur hoc habent qui in hoc nihil ex propria industria ualent, sed solam uocantis gratia horam expectant. Iam uero uelut ex uirtute eiusmodi gratia efficaciam habere dicendi sunt, qui ex magna iam parte id possunt cum uolunt. Vnius rei figuram habemus in Moyse, alterius autem in Aaron sacerdote. Quod enim Moyse in monte per nubem arcam uidere meruit, sola reuelantis Domini gratia fuit: nam ut ea pro arbitrio uideret, in sua omnino potestate non habuit. Aaron autem iam ex magna parte in potestate habebat quoties id ipsum ordo, uel ratio poscebat in sancta sanctorum intrare, & intra ipsum uelum arcam Domini uidere. Satis utique constat quia sancta sanctorum in tabernaculo foederis tenebat intimum & secretissimum locum. Sicut ergo per uerticem montis intelligimus mentis summum, sic per sancta sanctorum intelligimus humanam mentis intimum. Sed in humano proculdubio animo idem est summum quod intimum, & intimum quod summum. Idem itaque intelligimus per uerticem montis & per oraculum tabernaculi foederis. Quid igitur est montis uerticem, uel interius tabernaculum subire quam summum & intimum mentis sinum ascendere, apprehendere, & tenere? Per primum namque tabernaculum illum quem omnes nouimus intelligimus communem animi statum, per secundum uero intelligimus illum quem pauci admodum nouerunt qui fit per mentis excessum. Ad illum maximè pertinet sensus rationalis, ad istum uero sensus intellectualis. In illo sanè speculamur inuisibilia nostra, in isto contemplamur inuisibilia diuina. Sed hinc utrumque statum (unum uidelicet omnibus notum, alterum autem paucis expertum) diuidit, & secludit densum obliuionis uelum. Cui enim per mentis excessum supra siue intra nosmetipsos in diuinorum contemplationem rapimur, exteriorum omnium statim imò non solum eorum quae extra nos uerum etiam eorum quae in nobis sunt omnium obliuiscimur. Et item cum ab illo sublimitatis statu ad nosmetipsos redimus, illa quae prius supra nosmetipsos uidimus in ea ueritate, uel claritate qua prius perspeximus ad nostram memoriam reuocare

Quid sit uerticem montis subire.

**A** omnino non possumus. Et quamuis inde aliquid in memoria teneamus, & quasi per medium uelut & uelut in medio nebula uideamus, nec modum quidem uidentis, nec qualitatem uisionis comprehendere, uel recordari sufficimus. Et mirum in modum reminiscences non reminiscimus, & non reminiscences reminiscimus, dum uidentes non peruidemus, & aspicientes non perspicimus, & intendentes non penetramus. Vides certe quia humana mens siue in illud intimum arcanorum secretarum introeat, siue de illo ad exteriora exeat, uides inquam quia utrobique eam uelut obliuionis excipiat. Idem itaque est nubem intrare, & se intra uelut ingerere. Sed quamuis ad unum respiciat & illud quod Moyse gerebat, & illud quod Aaron actitabat, differt tamen in hoc maxime quod uterque agebat, quia illa ad alieni solummodo beneplaciti in hoc horam respiciebat, iste quasi pro officio susceperat, & magna ex parte pro uoluntate gerebat. Sed ut Aaron idoneum posset & promptum habere intra uelum intrare cum uellet, & oporteret, pontificalem sibi ornatum & habitum in id officij idoneum comparauerat atque possidebat. Quid autem iam habitum in id officij idoneum habere, nisi illa uirtutum merita comparare, per quae possit eiusmodi gratia officium in usu habere? Oportet autem non in solo pontificali habitu uerumetiam cum aromatici fumi obnubilatione (iuxta dominicum praeceptum) incedere, qui uult ad interiora uelaminis penetrare, ut introgressionis suae hora tanta celestium desideriorum exhalatione & quasi aromatici fumi exaltatione efferbeat quatenus ei in despectum ueniat, & omnino quasi pro nihilo reputet quicquid de interioris hominis ornatu placere poterat. Forte autem idem est Moyse turbam ad pedem montis relinquare, & Aaron ante ingressum tabernaculi communem habitum deponere: idem autem Moyse cum senioribus Israel montem ascendere, & Aaron cum pontificali ornatu in interiora tabernaculi intrare, nec forte aliud & aliud est illum (senioribus in ascensu montis religis) cum solo Iosue uerticem montis apprehendere, & istum cum aromatico incenso in sancta sanctorum properare, & idem nihilominus sit illum se in nebulam, istum se intra uelum ingerere ut hoc solum inter utriusque actum quantum ad mysticam traditionem differat quod unus ex sola Domini uocatione, alter ex propria deliberatione ad secretum illud diuinæ reuelationis alloquium subintrabat.

LIBER

LIBER QUINTVS.

Quod tribus modis in gratiam contemplationis proficimus. Cap. I.

**M**odis autem tribus in gratiam contemplationis proficimus, aliquando ex sola gratia, aliquando ex adiuncta industria aliquando ex aliena doctrina. Horum trium in tribus Moyse uidelicet, Beseleel & Aaron typum uel exemplum habemus si eorum gesta consulerimus. Moyse primo arcam in monte & nubem sine ullo industria labore ex sola Domini reuelatione uidit, Beseleel quam uidere potuisset proprio labore formauit. Aaron autem arcam aliena iam operatione formatam uidere consueuit. In more Moyse arcam Domini sine aliqua humana industria uidemus cum ex sola Domini reuelatione radium contemplationis accipimus. Sed tunc quasi iuxta Beseleel exemplum in idipsum ex proprio opere proficimus, cum in eandem gratiam nostro studio & labore artem comparamus? Tunc autem ut arcam Domini uidere possimus quasi ex aliena operatione accipimus quando ex aliena traditione eiusmodi gratia usum affuescimus. Sed quod de industria operatione dicimus non sic accipi uolumus quia si sine gratia cooperatione aliquid omnino possimus cum quolibet nostra industria non sit nisi ex gratia. Sed aliud est contemplationis gratiam diuinitus percipere, atque aliud est eiusmodi donum Dei quidem cooperatione proprio exercitio comparare. Modis itaque tribus hanc gratiam obtinemus, & modo quidem ex diuina inspiratione, modo ex propria exercitatione, modo autem ex aliena traditione. Illud uero notandum quod quidam ad hanc gratiam propria industria & sine alicuius doctrinae magisterio promouentur, qui tamen in suis contemplationibus usque ad mentis excessum nullo modo rapiuntur. Quidam autem ad eandem gratiam ex aliena traditione magis quam proprio mentis acumine proficiunt qui tamen in suis contemplationibus saepe usque ad mentis excessum assurgunt. Hinc est quod Beseleel arcam quidem fabricasse non tamen ad illam intrasse legitur, Aaron uero ad arcam aliena iam operatione fabricatam & intra uelum collocatam ex more intrasse non dubitatur. Ecce nos in hoc opere quasi Beseleel officium suscepimus, qui te ad contemplationis studium instructionem reddere & quasi in arcam operatione desudare curauimus. Lige tamen meipsum in hac gratia praecedis, si ex his quae audis adiutus intrare praueas usque ad interiora uelaminis, si illud quod quasi in propatulo laboramus & iuxta communem usum comprehendimus & assignamus, tu praualueris per mentis excessum perspicere, & quasi intra uelum uidere. Notandum quoque quod quidam ea quae per

mentis alienationem conspiciunt ad semetipsos reuerti iuxta communem animi statum nullo modo capere, uel recolligere possunt. Hinc est quod Rex Nabuchodonosor somnium uidit, sed excussus a somno uisum somnium ad memoriam reuocare non potuit. Alij quod per excessum considerant postmodum faciliè retractant. Alij ut hoc possint, multo labore desudant. Hinc est quod Rex Pharaon somnium uidit uisumque retinuit. Contra autem Rex Nabuchodonosor amissum somnium multa industria recuperauit & Moyse quidem arcam Domini ex Dominica reuelatione est in monte ostensa, postmodum autem in ualle familiariter nota & frequenter uisa. Alij item quod rarum, & uelut fortuitum habent (in suis uidelicet contemplationibus mente excedere) incipiunt aliquando familiare habere. Hinc est quod Moyse ad arcam Domini intra uelum familiariter eadem intrauit, quam ad solam Domini uocationem & reuelationem prius per nubem uide re accepit. Multa sunt in his omnibus sacramenta quae modo nec possunt nec debent tractari per singula.

Quibus modis soleat omnis contemplatio contingere, mentis uidelicet dilatatione, mentis subleuatione, mentis alienatione. Cap. II.

**T**ribus autem modis (ut mihi uidetur) contemplationis qualitas uariatur. Modo enim agitur mentis dilatatione, modo mentis subleuatione, aliquando autem mentis alienatione. Mentis dilatatio est quando animi acies latius expanditur & uehementius acuitur, modo tamen humanae industriae nullatenus supergreditur. Mentis subleuatio est quando intelligentiae uiuacitas diuinitus irradiata humanae industriae metas transcendit, nec tamen in mentis alienationem transit, ita ut & supra se sit quod uideat, & tamen ab assuetis penitus non recedat. Mentis alienatio est quando praesentium memoria menti excidit, & in peregrinum quendam & humanae industriae inuium animi statum diuinae operationis transfiguratione transit. Hos tres contemplationis modos experiuntur, qui usque ad summam eiusmodi gratiae arcam subleuari merentur. Primus surgit ex industria humana, tertius ex sola gratia diuina, medius autem ex utriusque permixtione, humanae uidelicet industriae, & gratiae diuinae. In primo gradu quasi arcam nostro labore fabricamus, quando contemplandi artem nostro studio & industria comparamus. In secundo gradu arca supportantium humeris subleuatur, & quasi praecedentis nubis uestigia sequitur, cum industria satagente & reuelationis gratia cooperante, & quasi praesente contemplationis radius dilatatur. In tertio gradu arca in sancta sanctorum infertur, & quasi intra uelum collocatur, quando contemplantis acumen

Dan. 2.

Gen. 41.

D

E

men



Gen. 13.

Deut. 34.

Matth. 17.

men ad intimum mentis sinum colligitur, & ab exteriorum memoria obliuionis & alienationis uelo secluditur. Primus itaque gradus pertinet ad arca fabricationem, secundus ad arca euectionem tertius ad eiusdem introductionem, uelique obductionem. De primo illud recte intelligitur quod ad Abraam a Domino dicitur: *Leua oculos tuos & uide a loco in quo nunc es ad aquilonem, & ad meridiem, ad orientem, & occidentem. Omnem terram quam conspicias tibi dabo.* De secundo illud recte intelligitur quod de Moyse scribitur: *Ascendit Moyses de ca pestribus Moab super montem Nebo in uerticem Phaga contra Ierico. Ostenditque Dominus omnem terram Galaad usque ad Dan.* Ad tertium autem respicit quod Dominus transfigurationis suae testes in montem excelsum ductos nubae lucida obumbravit, & (sicut superius iam dictum est) quod Moyse per medium nebulae ad Dominum accessit, & in primo quidem Abraam nec iubetur montem ascendere, nec ei legitur ibi Dominus aliquid ostendisse, sed a loco in quo erat iubetur oculos suos leuare, & terram quam accepturus erat circumspicere. Nulla mentio ascensionis, uel ostensionis ibi legitur in quibus uel subleuatae mentis exaltatio, uel diuinae reuelationis demonstratio designetur. A loco in quo sumus, uel esse consueuimus oculos nostros leuamus, quando in contemplationis nostrae spectaculis communem & consuetum animi statum non deserimus. Compraehe sibilitatis nostrae modus locus est in quo interrim per intelligentiam sumus, haereditatis accipiendae amplitudinem consideramus, quando ad quantam perfectionis latitudinem deuotionis nostrae profectibus tandem aliquando per tingere possimus contemplationis nostrae oculis longe ante prauidemus. Nihil in his scripturae uerbis innuitur quod humanae industriae excedere uideatur, unde & recte ad primum illum contemplandi gradum accomodatur. Sed quod Moyse iubetur montem ascendere, quod Dominus dicitur illi terram promissionis ostendisse, attende quam expresse uideatur secundum contemplandi gradum designare. Quid est illa Moyse montana ascensio, nisi humanae mentis supra humanae possibilitatis planum quaedam in superna eleuatio: Quid autem est dominica illa ostensio, nisi intimae aspirationis infusa illuminatio? Terram autem promissionis ad diuinam demonstrationem prospicere, est futurae retributionis plenitudinem ex diuina illustrationis reuelatione cognoscere, & eiusmodi contemplationi insistere. Humanae uideatur industria quod Moyse in montana ascendit gratiae diuinae quod Dominus ei terram promissionis ostendit unde & hoc scripturae testimonium ad secundum quem diximus gradum respicere se innuit. Quod autem Moyse in montem ascendens ad Dominum per medium nebulae legitur accessisse, quomodo ad tertium contem-

plandi modum, uel gradum respiciat ex superioribus dictis satis possumus colligere. Quid enim est ad diuinum uocationis accessum nebulam intrare nisi mente excedere, & per obliuionis nebulam quasi in adiacentium memoria mente caligare? Ad idem respicit quod discipulos Christi nubes lucida obumbravit. Vna itaque & eadem nubes & lucendo obumbravit, & obumbrando illuminauit, quia & illuminauit ad diuinam & obumbravit ad humana. His itaque tribus modis omnis contemplatio solet contineri, mentis dilatatione, mentis subleuatione, mentis alienatione. *Leua in circuitu oculos tuos, & uide.* Ecce de illo contemplationis genere qui fit mentis dilatatione. *Qui sunt isti qui ut nubes uolant? Ecce de mentis subleuatione. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Ecce de mentis alienatione.

Contemplatio tribus modis continetur. Gen. 13. Eia. 60. Psal. 115.

*De mentis dilatatione quibus modis solet accrescere. Cap. III.*

**I**lle autem contemplationis modus qui fit mentis dilatatione tribus solet gradibus ex crescere, arte, exercitatione, attentione. Artem nobis ad aliquid ueraciter comparamus, quando quomodo aliquid agitur dum fit ueraci traditione seu etiam sagaci inuestigatione addiscimus. Exercitatio est, quando id quidem quod arte percipimus in usum adducimus, & in eius modi officij executionem nos ipsos promptos, & expeditos efficitur. Attentionis est, quando studio quod exequimur summa diligentia insistimus. Primum itaque est cuiuscunque disciplinae artem comparare, secundum in usum adducere, tertium in id ad quod eruditi & exercitati sumus cum summa uiuacitate insistere. His itaque tribus (ut dictum est) gradibus, sinus mentis dilatatur, & ad omnem eruditionem uel disciplinam capax efficitur. Certè quanto amplius, quanto firmiter aliqua didiceris, tanto ad ampliora, & profundiora capienda copiosius dilataris. Sed & illud quidem nihilominus constare uidetur, quia quaelibet disciplina eruditione percepta, usu & exercitatione roboratur, dilatatur, atque perficitur. Item quid est quod in uno eodemque studio in quo eruditi & exercitati sumus, modo tenuius, modo perspicacius uidemus, nisi quod secundum modum attentionis crescit dilatatio, & perspicacia mentis? Primus ergo gradus est artis ipsius perceptio, secundus eiusdem frequens exercitatio, tertius ipsius exercitij diligens & studiosa intentio. Ad primum itaque dilatationis suae gradum mens humana admonetur, cum ei per prophetam dicitur. *Statue tibi in speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in uiam directam in qua ambulasti.* De secundo audis cum legis. *Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplanor quid dicatur mihi.* De tertio est illud. *Transite ad insulas Cethim & uidete, & in Cedar*

Hier. 31. Abac. 2. Hierc. 2.

Speculae statuere quid sit.

Super custodiae statuere quid sit.

*Cedar mittite & considerate uehementer.* Quid est autem speculam statuere nisi contemplandi scientiam comparare? Ad hoc enim speculam erigimus, ut in longinquum uidere, & uisum nostrum in omnem partem dilatare possimus. Rectè itaque illa mentis dilatatio in his uerbis designatur in qua contemplationis specula erigitur, & eiusmodi studij scientia comparatur. Quid est autem super custodiam stare, & gradum figere, nisi speculandi scientiam uisum firmare? Quod enim vnus uocat speculam, hoc alius dicit custodiam. Ob publicam enim seu priuatam custodiam, speculas solemus erigere, ut inde prospicientes possimus imminetia pericula longe ante prauidere. Sic & nos contemplationis gratiam quasi spiritualem speculam erigimus, ut tentatoris insidias praueire possimus. Aliud est autem speculam statuere, uel ascendere, quomodo ad tertium illum dilatationis nostrae modum pertineat: *In Cedar, inquit, mittite, & considerate uehementer.* Et rectè quidem hoc dicitur atque praecipitur, quia ex uehementia considerationis, & attentionis, crescit, & dilatatur capacitas mentis. Si his itaque tribus proficiendi gradibus diligenter insistis, ad magnam perspicaciam perfectionem, magis magisque dilataberis. Magna in his mentis dilatatio, sed non minor delectatio.

*De mentis subleuatione, quibus solet gradibus assurgere. Cap. IIII.*

**N**ihilominus autem illi contemplantandi modus, qui mentis subleuatione accidit, tribus gradibus accrescit. intelligentia namque humana diuinitus inspirata, & illo caelesti lumine irradiata, aliquando subleuatur, supra scientiam, aliquando etiam supra industriam, aliquando autem etiam supra naturam. Supra scientiam mentis subleuatio ascendit, quando quilibet nostrum, tale aliquid, ex diuina reuelatione cognoscit, quod modum propriae scientiae, uel intelligentiae excedit. Supra industriam mentis subleuatio erigitur, quando ad illum humana intelligentia diuinitus illuminatur, ad quod nulla sua scientia sufficit, nec illa, qua interrim habet, nec ulla sua industria comparare ualet. Supra naturam mentis sinus dilatatur, quando humana intelligentia, diuina inspiratione afflata, non cuiusque bonis, sed generaliter, totius humanae naturae modum, industriaeque metas transgreditur. Supra scientiam, speculantis animus eleuatur, cum experitur, quod dicitur: *Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Tunc quidem Deus in conspectu subleuatae mentis exaltatur, quando Deo reuelante ei aliquid de diuinae maiestatis caelestis Richardi S. Victoris. Pars I.

Psal. 63.

fitudine ostenditur, quod eatenus habitae scientiae modum excedere uideatur. Diuinitatis namque illa celsitudo, qua in seipsa, quomodo crescere, uel exaltari ualeat, non habet quotidie in nostra cognitione crescere, & contemplationis nostrae aspectibus sublimior apparere ualet. Supra mentis autem industriam mens subleuata attollitur, quando in ipsa impletur, quod dicitur: *Expandit alas suas, & assumpsit cor, atque portauit in humeris suis.* Certe, non est industriae humanae per aerea iter legere. Sed ire non possumus supportantium alis, ferri possumus. Supra industriam itaque non autem supra naturam uidetur esse, per aera iter habere. Supra industriae itaque suae metas contemplatiua anima ascendit, quando diuina dignatio arcanorum suorum manifestatione, & quasi alarum suarum expansione, uel subleuatione, in illud supereminentis scientiae fastigium, eam attollit, quo nulla unquam sua industria ire possit. Sed illa mentis subleuatio humanae profus naturae (ut uidetur) modum transcendit, ad quam propheta suspirauit, cum dixit: *Quis mihi dabit pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescam.* In idem respicit, quod Dominus per Isaiam promittit: *Qui confidunt in Domino mutant fortitudinem, assumunt pennas ut aquila.* Supra humanam naturam est, proculdubio pennas habere, & pro uoluntatis arbitrio, ad alta uolare. Quid est autem pennas quasi contra naturam accipere, nisi miram quandam contemplandi efficaciam ex uirtute possidere, quo possis cum uolueris in secretioris scientiae ardua, & omni humanae industriae inuia, perspicacia tuae penna penetrare? Pennata itaque animalia, ueraciter tunc esse incipimus, quando gratiae munere in idipsum diuinitus accepto, humanae conditionis metas contemplationis nostrae uolatu, transcendimus. Omne autem genus prophetiae, si tamen fuerit sine mentis alienatione uideretur ad hunc tertium subleuationis gradum pertinere. Nonne enim supra humanam naturam est, uidere de praeteritis, quod iam non est: uidere de futuris, quod non dum est: uidere de praesentibus, quod sensibus absens est, uidere de alieni cordis secretis, quod nulli sensui subiectum est, uidere de diuinis, quod supra sensum est. Restat adhuc illud quod re, quibus uidelicet causis solet humanae mentis excessus accidere, uel quibus etiam solet gradibus ex crescere.

Deut. 31.

Quid sit anima ascendere supra metas industriae suae.

Psal. 54.

Eia. 40.

*Quod triplici ex causa fieri solet humanae mentis excessus. Cap. V.*

**T**ribus autem de causis (ut mihi uidetur) in mentis alienationem abducimur. Nam modo, praeter magnitudine deuotionis, modo praeter magnitudine admirationis, modo uero praeter magnitudine exultationis fit, ut semetipsam mens omnino non capiat, & supra semetipsam

Excessus mentis humanae ob magnitudinem deuotionis, quales.

Quales ob magnitudinem admirationis.

Excessus ob magnitudinem iudicantis.

Cant. 3.

Cant. 6.

Cant. 8.

sam eleuata, in abalienationem transeat. Magnitudine deuotionis, mens humana supra semetipsam eleuatur, quando tanto coelestis desiderij igne succenditur, ut amoris intimi flamma, ultra humanum modum excrescat, quae animam humanam, ad ceram similitudinem liquefactam, a pristino statu penitus resoluat, & ad instar fumi attenuatam, in superna eleuet, & ad summa emittat. Magnitudine admirationis anima humana supra semetipsam ducitur, quando diuino lumine irradiata, & in summae pulchritudinis admiratione suspensa, tam uehementi stupore concutitur, ut a suo statu funditus excutiat, & in modum fulguris coruscantis, quanto profundius per despectum sui in uisum pulchritudinis respectu, in ima dei citur, tanto sublimius, tanto celerius, per summorum desiderium reuerberata, & super semetipsam raptam, in sublimia eleuatur. Magnitudine iocunditatis, & exultationis mens hominis a seipsa alienatur, quando intima illa interna suauitatis abundantia potata, immo plene inebriata, quid sit, quid fuerit, penitus obliuiscitur, & in abalienationis excessum, tripudij sui nimietate traducitur, & in supermundanum quendam affectum, sub quodam mirae felicitatis statu raptum transformatur. Quamdiu igitur huiusmodi excessus in nobismetipsis minime ser timus, quid aliud, quam, quod superius praelocuti sumus, de nobis sentire debemus, nisi quia minus diligimur, nisi quod minus diligimus? Si enim quisquis es, plene perfecteque diligeris, forte dilectionis tuae nimietas, actuanti que desiderij anxietas, in eiusmodi te raperet excessus, quales tibi superius ex parte descripsimus. Item sane si diuina dilectione plene dignus existisses, si tanta dignatione te idoneum exhiberes, forte tanta luminis sui claritate intelligentiae tuae oculos irradiaret, tanta intima dulcedinis suae suauitate, cordis tui desiderium inebriaret, qua te ipsum supra semetipsum raperet, & per mentis excessum in superna eleuaret. Hos autem tres analogicos excessionis modos eodem quo hic illos ordine posuimus, mystice quidem descriptos, in canticis canticorum (ut arbitror) inuenimus. De primo quidem, recte illud intelligitur, quo dicitur: *Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus mirrae & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij.* De secundo autem, recte illud intelligimus, quod longe post in eisdem canticis legimus: *Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens.* Ad tertium autem, recte illud accommodatur, quod in nouissimis legitur: *Quae est ista quae ascendit de deserto, delitijs affluens, immixa super dilectum suum?*

Quod primus excedendi modus surgat ex magnitudine deuotionis. Cap. V I.

Vltis autem melius nosse, quam conuenienter primum illud, ad primum exce-

am eleuata, in abalienationem transeat. Magnitudine deuotionis, mens humana supra semetipsam eleuatur, quando tanto coelestis desiderij igne succenditur, ut amoris intimi flamma, ultra humanum modum excrescat, quae animam humanam, ad ceram similitudinem liquefactam, a pristino statu penitus resoluat, & ad instar fumi attenuatam, in superna eleuet, & ad summa emittat. Magnitudine admirationis anima humana supra semetipsam ducitur, quando diuino lumine irradiata, & in summae pulchritudinis admiratione suspensa, tam uehementi stupore concutitur, ut a suo statu funditus excutiat, & in modum fulguris coruscantis, quanto profundius per despectum sui in uisum pulchritudinis respectu, in ima dei citur, tanto sublimius, tanto celerius, per summorum desiderium reuerberata, & super semetipsam raptam, in sublimia eleuatur. Magnitudine iocunditatis, & exultationis mens hominis a seipsa alienatur, quando intima illa interna suauitatis abundantia potata, immo plene inebriata, quid sit, quid fuerit, penitus obliuiscitur, & in abalienationis excessum, tripudij sui nimietate traducitur, & in supermundanum quendam affectum, sub quodam mirae felicitatis statu raptum transformatur. Quamdiu igitur huiusmodi excessus in nobismetipsis minime ser timus, quid aliud, quam, quod superius praelocuti sumus, de nobis sentire debemus, nisi quia minus diligimur, nisi quod minus diligimus? Si enim quisquis es, plene perfecteque diligeris, forte dilectionis tuae nimietas, actuanti que desiderij anxietas, in eiusmodi te raperet excessus, quales tibi superius ex parte descripsimus. Item sane si diuina dilectione plene dignus existisses, si tanta dignatione te idoneum exhiberes, forte tanta luminis sui claritate intelligentiae tuae oculos irradiaret, tanta intima dulcedinis suae suauitate, cordis tui desiderium inebriaret, qua te ipsum supra semetipsum raperet, & per mentis excessum in superna eleuaret. Hos autem tres analogicos excessionis modos eodem quo hic illos ordine posuimus, mystice quidem descriptos, in canticis canticorum (ut arbitror) inuenimus. De primo quidem, recte illud intelligitur, quo dicitur: *Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus mirrae & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij.* De secundo autem, recte illud intelligimus, quod longe post in eisdem canticis legimus: *Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens.* Ad tertium autem, recte illud accommodatur, quod in nouissimis legitur: *Quae est ista quae ascendit de deserto, delitijs affluens, immixa super dilectum suum?*

Quod primus excedendi modus, quandoque fiat ex sola feruentis desiderij exaetuatione. Cap. V I I.

Solet tamen eiusmodi mentis excessus modo fieri ex sola desiderij feruentis exaetuatione, modo tam ex eiusmodi exaetuatione, quam ex adiuncta sibi diuina reuelatione. Cur enim spiritalis ille, & incorporeus diuinae dilectionis ignis, eandem vim in spiritalibus non obtineat, quam ignis iste corporeus in rebus corporalibus habere consuevit? Satis nouimus, quid ignis iste corporeus in uasis quamuis

Amor spiritalis ignis.

Effectus animi humani sicut censi diuini igne.

Quod primus excedendi modus, quandoque fiat, iam ex aestuanti deuotione, quam ex adiuncta sibi diuina reuelatione.

Cap. V I I.

Gen. 18.

Et etiam aliquando eiusmodi mentis alienatio, occurrentibus sibi inuicem hinc aestuantis animae desiderio, illinc mirando aliquo diuinae reuelationis spectaculo, quod ex illo Abrahamae primo egressu colligere possumus, de quo superius aliqua locuti sumus. Quid enim de eo ait scriptura: *Apparuit autem ei dominus sedenti in conualle Mambrae, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso seruore diei. Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei uiri stantes prope eum, quos cum uidisset, occurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui.* Si per tabernaculum humanae mentis habitaculum intelligimus, quid erit eiusmodi egressus, nisi mentis humanae excessus? Duobus namque modis extra nosmetipsos ducimur. Nam modo extra nosmetipsos, sed infra nosmetipsos descendimus, modo extra nosmetipsos, sed supra nosmetipsos leua-

Richardi S. Victoris. Pars I.

mur. In illo ad mundana captiuamur, in isto ad supermundana reducimur. Sed sicut est gemina digressio, sic utique est gemina reuersio. Ab utroque egressu quasi ad conuersationis nostrae habitaculum reuertimur, quando post mundana negotia, uel potius coelestium contemplationum spectacula, ad circumspeditionem morum nostrorum mentis nostrae oculos reducimus, & intima nostra discutientes, quales ipsi sumus studiosa retractione perscrutamur. De prima reuersione illud recte intelligitur, quod de prodigo filio in euangelio legitur: *quia in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* De secunda uero reuersione nihilominus recte intelligimus, quod de Apostolo Petro alio loco legimus: *Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio uere quia misit dominus. Angelum suum, &c.* Ecce uterque ad se reuersus legitur. Sed cur hoc, nisi quia a seipsis prius exisse uidebantur? Nam unus longe a se in longinquam regionem ducitur, alter Angelico ducatu supra communem humanae possibilitatis stantem, mentis alienatione leuatur. In primo itaque egressu descenditur ad ima, in secundo leuatur ad summa. In primo a domino elogamur, in secundo ad dominum appropinquamus. Quid igitur est ille egressus per quem domino occurritur, nisi humanae mentis excessus, per quem supra semetipsam raptam in diuinam contemplationis arcana sustollitur? Si ergo egressionis eius causam quaerimus, citius inuenimus. Nam uisio que exterius apparuit, proculdubio eum ad exteriora traxit. Apparitionis autem diuinae causa latenter innuitur in eo, quod ei dominus apparuisse dicitur, in ipso seruore diei sedenti quidem in ostio tabernaculi sui. Vides certe, quia calor diei feruebat, quando ei dominus apparebat: Quis quare est iste feruor diei, nisi aestuatio ardentis desiderij? Amor itaque ille qui tenebras diligit, amor iniquitatis, qui luce odit, diei feruor dici non debet. Scimus autem quia qui male agit, odit lucem: Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt. Quid itaque aliud est feruor diei, nisi feruidus amor ueri, desiderium ueri & summi boni, sub quali feruore patriarcha tunc temporis aestuabat, qualis denique eum a domesticis suis repellebat, & eum in ostio, & in ocio sedere, tantum modo uacare, & uidere cogebat ambientem & optantem absque dubio diuinae aspirationis auram percipere, desiderij; sui estus illius afflatu temperare. Perpendis (ut arbitror) quomodo ille sub quo tunc aestuabat feruor, illuc eum trahebat, uel de illos tres perspicere potuisset, quos iure adorandos non dubitaret. Forte si tunc domesticis suis intenderet, & tabernaculi sui intima teneret, adorandas illas personas minime uidisset, & si non uidisset, tunc temporis fortassis non exisset. Duo igitur in unum occurrunt, quae egress-

Luc. 15.

Ag. 12.

Feruor diei, & cur in ipso seruore diei, & dominus apparuit.

Ioan. 3.



fionis illius occasionem præbuerunt, nimieras feruoris, & nouitas uisionis. Iuxta huius rei similitudinem saepe in mente humana agitur, ut dum nimio celestis desiderij incendio uitur, aliquid ex diuina reuelatione uidere mereatur, unde ad illos theoreticos excessus adiuuetur.

*Quòd secundus excedendi modus fieri soleat ex magnitudine admirationis. Cap. IX.*

**H**æc interim de illo mentis excessu dicta sunt, qui surgit ex magnitudine deuotionis, nunc de illo dicendum uidetur, qui surgere solet ex magnitudine admirationis. Quis autem nesciat inde fieri admirationem, cum aliquid cernimus præter spem, & supra estimationem? Nouitas itaque uisionis & rei, uix credibilis adducere solet admirationem mentis, quando aliquid incipit uideri quod uix possit credi. Ille igitur mentis excessus, qui ex admiratione oritur, attende quàm conuenienter describitur in eo, quod dicitur: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens.* Quid est aurora, nisi lux noua, tenebrisque permixta? Et unde quæso admiratio nisi ex inopinato, incredibilique spectaculo? Habet itaque ipsa admiratio lucem subitam, tenebrisque permixtam, lucem uisionis, cum quibusdam reliquijs incredulitatis, ambiguitatisque tenebris, ita ut modo mirabili mens, absque dubio uideatur, quod credere uix ualeat. Sed rei nouitatem, quanto magis miramur, tanto diligentius attendimus, & quanto attentius perspicimus, tanto plenius cognoscimus. Crescit itaque ex admiratione attentio, & ex attentione cognitio. Mens itaque uelut aurora consurgit, quæ ex uisionis admiratione paulatim ad incrementa cognitionis proficit. Aurora siquidem paulatim eleuatur, eleuando dilatatur, dilatando clarificatur, sed miro modo dum tandem in diem definit, per promotionis suæ incrementa, ad defectum uenit, & unde accipit, ut maior sit, inde ei accedit, tandemque accedit, ut omnino non sit. Sic utique sic humana intelligentia diuino lumine irradiata, dum in intellectibilibus contemplatione suspenditur, dum in eorum admiratione distenditur, quanto semper ad altiora, uel mirabiliora ducitur, tanto amplius, tanto copiosius dilatare, & unde ab infimis remotior, inde in semetipsa purior, & ad sublimia sublimior inuenitur. Sed in eiusmodi subleuatione, dum mens humana semper ad altiora crescit, dum diu crescendo tandem aliquando humanæ capacitatis metas transcendit, fit demum ut a semetipsa penitus deficiat, & in supermundanum quendam transformata affectum, tota supra semetipsam eat. Et sicut matutina lux crescendo definit, non quidem esse lux, sed esse lux matutina, ut ipsa aurora iam non sit aurora, ita humana intelligentia ex dilatationis suæ magni-

Admiratio unde fit.

Cant. 6.

Quid sit mentis consurgere, uelut aurora.

**A** tudine quandoque accipit, ut ipsa iam non sit ipsa, non quidem ut non sit intelligentia, sed ut iam non sit humana, dum modo mirabili, mutationeque incomprehensibili efficitur plus quàm humana, dum gloriam domini speculari, in eandem imaginem transformatur a claritate in claritatem, tanquàm a domini a spiritu. Ex his igitur perpensis (ut arbitror) quàm propriè, quàm expressè ille mentis excessus qui ex admirationis magnitudine oritur ex mystica descriptione designatur, in eo quod dicitur: *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens.* Cant. 6.

*Quòd secundus excedendi modus quandoque a sola admiratione incipit, & in feruentissimum deuotionis desiderium desinit. Cap. X.*

**N**otandum sanè, quòd sicut ille superior excessionis modus, de quo superior locuti sumus, ex deuotione surgit, sic eòrarius iste secundus, de quo nunc loquimur, non tam a deuotione incipit, quàm in ipsam definit. Ibi ex nimio ueritatis desiderio ad ueritatis còtemplationem assurgitur, hic ex ueritatis reuelatione, eiusque contemplatione ad deuotionem animus inflammatur. Videte ne forte hoc nobis scriptura mysticè innuat, cū eis quæ superius posuimus uerbis subsequenter adiungat. Dicto enim quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, statim adiungit: *Pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Nemo hoc loco a me horri, uel aliorum quæ posuimus, uel posituri sumus, uerborum plenam expositionem expectet, uel expectat, nisi quantum præsentis materiæ ratio pro ueritatis testimonio exposcular. Aurora itaque, & Luna lucem habent, sed calorem non habent, Sol autem utroque præpoller. Quid enim Sole lucidius, quid Sole feruentius? Videte ergo quia illa mentis ascensio, quæ hoc loco designatur, cuius extrema Soli comparantur, uidetis (inquam) quia non in qualemcunque, sed in summam quædocunque deuotionem desinat, quamuis a sola claritate, ueritatisque illustratione incipiat. Sicut enim in illa superiore ex nimio deuotionis suæ feruore, meretur saepe subleuari ad summæ ueritatis contemplationem, sic in ista ex miranda quadam, atque stupenda ueritatis contemplatione, paulatim promouetur, tandemque inflammatur ad summam deuotionem. Consideremus ergo in orbe solis magnitudinem claritatis, atque caloris, indeque colligamus in huiusmodi mētis subleuatione ascensionis promotionem, promotionisque consummationem, quæ quidem quasi ab aurora incipit, & tandem aliquando in se Solis similitudinem trahit.

2. Cor. 3.

Cant. 6.

Ibidem.

Quòd

*Quòd secundus excedendi modus, quandoque a sola admiratione inchoat, & in eodem tenore perseverat. Cap. XI.*

**N**equè tamen dicimus in hac secunda mētis excessione, humanæ promotionis modum semper, & ubique eundem consummationis exitum habere. Videmus in rebus exterioribus quid de rebus interioribus aestimare debeamus. Si enim uas aquæ solis radio supponas, ipsam mox aquam uidebis luminis splendorem ex se in superiora refundere, & claritatem quidem absque calore tamen in summa lenare. Sic multi sanè diuinæ reuelationis radios suscipiunt, sed non inde aquæ omnes ad eandem uim dilectionis proficiunt. Ut enim bonorum omnium auctor gratiæ suæ in nobis dona commendet, ex eadem re diuersos in diuersis modo temporibus, modo personis effectus exhibet. Perpende, obsecro ex proposito exemplo, quis hæc legis, uel audis, quid ille in nobis diuinæ reuelationis, æternique luminis radius efficiat? Quomodo humanam intelligentiam ex infusionis suæ illustratione, supra semetipsam leuat, attende qualiter hæc propositi tibi exempli formula hunc de quo modo loquimur humanæ mentis excessum, ex qualitatibus suæ similitudine proponat. Quid est aqua, nisi cogitatio humana, quæ semper ad inferiora labitur, nisi sub distractionis magnæ moderamine cohibeatur? Aqua in uase collecta, cogitatio meditationi intenta, & per intentionem defixa. Aquæ collectio, cordis meditatio. Eiusmodi aquæ solis radius se infundit, quando diuina reuelatio meditationi occurrit. Sed cum aqua radium in se (superni luminis accipit, fulgorem quoque luminis & ipsa (ut dictum est) ad superiora emittit, & mirum in modum illuc utiq; radium luminis ex se leuat, quo ipsa per se nullo modo ascendere ualeat. Et cum tanta sit differentia aquæ, & luminis, ei tamen quem de se luminis radio emittit, non nihil suæ similitudinis imprimit, ita ut tremula, tremulum, quieta, quietum, purior, puriorem, diffusior, diffusorem efficiat. Iuxta hanc sanè similitudinem cum inaccessibilis illius, & æterni luminis reuelatio cor humanum irradiat, humanam intelligentiam supra semetipsam, imò supra omnem humanum modum leuat, & illuc intelligentiæ radius diuini luminis infusione, admirationisque reuerberatione, de imis ad summam resilit, ubi nulla ingenij perspicacia, ubi nulla artis industria, humana ratiocinatio ascendere sufficit, & quo mentem hominis diuinæ claritatis splendor profundius penetrat, eo altius stuporis sui magnitudine excussa, & per extasim subleuata, in diuinorum arcanorum sublimibus, sublimius resultat. Illud autem omnino constare debet, quia quanto plenius, atque perfectius ad intimam animus pacem, & tranquillitatem componere se præualuerit, tanto Richardi S. Victoris. Pars I.

**A** firmius, tanto tenacius in hac subleuatione summæ luci per contemplationem inharebit, & proculdubio quanto purior ad integritatē, quanto diffusior ad caritatem, tanto perspicacior, tanto capacior inuenitur ad supermundanorum, & superælestium contemplationem.

*Quòd in secundo excedendi modo, quandoque diuina reuelatio nostræ meditationi occurrit. Cap. XII.*

**N**otandum sanè, quòd ille diuinæ reuelationis splendor, quandoque præuenienti meditationi occurrit, quandoque ipsam humanam meditationem præuenit, & modo quærentem adiuuat, modo excitat torpentem, uel dormientem euigilat. Hinc est, quòd regina Austri regem Salomonem quæstionibus pulsat, & propositis anigmatibus uniuersa ab eo didicit, quæ illi proponebat. Hinc est, quòd uinctū Petrum, Angelus cum luce uisitans a torporis sui somno excutit, & educit. Quid enim loquitur scriptura de regina Austri, quæ uenit audire sapientiam Salomonis, nisi quòd docuit eam Salomon omnia uerba, quæ proposuerat? Quæ est ista regina Austri, & illius calidæ regionis inhabitatrix, & domina, & uidenti Salomonis desiderio succensa? Quæ (inquam) est ista regina, nisi qualibet anima sancta, sensibus, & appetitibus carnis, cogitationibus, & affectibus mentis fortiter præsidens, & summi regis, uerique prorsus Salomonis dilectione feruens, uidentique desiderio ardens? Eiusmodi regina, summæ sapientiæ regem propositis anigmatibus, & frequentibus interrogationibus impetit, quando qualibet anima deuota de diuino adiutorio præsumens, inuestigandæ ueritatis, studio uehementer insistit. Audit quod querit, quando illa ad quæ ex propria industria non sufficit, saepe inter orationum suspiria ex diuina reuelatione cognoscit. Videamus adhuc quid de eadem regina diuinus adhuc sermo proponat, cum item subiungens dicat: *Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam adificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordinem ministrantium, uestes quoque eorum, & holocausta quæ offerebat in domo domini, non habebat ultra spiritum.* Videtis (inquit) regina Saba. Ecce modo uidens describitur, quæ prius proponens, & quærens proponebatur. Vide tamen quid uiderit, & intellige quanta intellexerit. Videtis (ait) regina Saba omnem sapientiam Salomonis, &c. Ecce quanta, ecce qualia anima deuota, animæ studiosa datur ex diuina reuelatione cognoscere. Perpende quàm magna, attende quàm miranda uidentis diuinitus cognouerit, quæ diu uidentis, multumque mirando, tandem præ admirationis magnitudine, ad spiritus sui defectum uenit. Ecce quo ordine processit, uel ad quæ tādē exitū uenit.

3. Reg. 10.

A. 12.

Regina Saba, anima sancta.

3. Reg. 10.

O 3 Prius



Prius querit, & audit, postea uidet, & intelligit, tandem autem oblitusque, & deficit. Interrogat quod discat, contemplatur quod miretur, stupet ut mente excidat, mentemque excidat. Primum est meditationis, secundum contemplationis, tertium extasis. Ecce quibus promotionis gradibus subleuatur animus humanus. Meditatione profecto assurgitur in contemplationem, contemplatione in admirationem, admiratione in mentis alienationem. Manifesto (ut arbitror) exemplo iam tenetis, quod ex magnitudine admirationis incidat homo in excessum mentis. Quid enim aliud illi fuit spiritum non habere, nisi mente excedere, uel unde ei hoc accidit, nisi ex multa admiratione? Quoniam modo qualeso, regina ista sine spiritu fuit, nisi spiritus ipsius a semetipso alienatus fuit: Sed illud hoc loco in memoria redit quod de semetipso alius quidam dicat: *Ego*, inquit, *Ioannes fui in spiritu*. Ecce Ioannes esse se in spiritu attestatur, ecce regina austris spiritum non habere asseritur. Quid ergo? Ille in spiritu fuit, ista sine spiritu fuit? Et quis ad hac idoneus? Si Ioannes in spiritu fuit, quis mihi exponat, utrum secundum carnem, utrum secundum spiritum ibi fuerit? Sed quomodo secundum carnem in spiritu esse potuit, cum corpus omnino nisi in corporali loco esse non possit? Si ergo secundum spiritum ibi esse creditur, quis edisserat quo modo spiritus in spiritu esse dicatur? Quid autem de regina Austris dicturi sumus? Nunquidnam corpus exanime remansit, quando spiritum non habere iam cepit? Quis hoc dicat? quis nisi amens hoc astruere audeat? Caro ergo reginae, nec tunc temporis sine spiritu fuit, quia sine spiritu omnino uiuere non potuit. Quid ergo? Nunquidnam spiritus sine spiritu fuit? Edisserat ergo qui potest, & quomodo potest, quoniam modo spiritus sit in spiritu, uel spiritus sine spiritu, si iure unum de Ioane creditur, alterum de regina putatur. An forte hoc est spiritum in spiritu esse, semetipsum intra semetipsum, totum colligere, & ea quae circa carnem, seu etiam in carne, geruntur interim penitus ignorare? An & spiritum sine spiritu esse, est semetipsum extra semetipsum, & supra semetipsum totum effundere, & quae sub ipso, uel in ipso fiunt, omnino interim ignorare, & in illud diuinitatis arcanum totum intrare? Nonne in spiritu spiritus esse tunc recte asseritur, quando exteriorum omnium obliuiscitur, pariter & ignarus eorum omnium quae in corpore corporaliter aguntur, & illis solis interest per memoriam, uel intellectum, quae in spiritu uel circa spiritum actantur? Cur non & recte dicatur spiritus semetipsum non habere, quando incipit a semetipso deficere, & a suo esse in supermundanum quaedam, & uere plus quam humanum statum transire, & mirabili transfiguratione spiritus ille ab humano uideatur in diuinum deficere, ita ut ipse iam non sit ipse,

Apo. 1.

Quid sit spiritum in spiritu esse, et quid spiritum sine spiritu.

eo dumtaxat tempore quo domino incipit altius inherere. Qui enim adhaeret domino unus spiritus est. Et psallere potest, qui eiusmodi est: *Defecit in salutare tuum anima mea*. In spiritu ita que est, qui summum mentis ascendit, & quasi a spiritu deficit, qui summum mentis transcendit. Sed haec melius eruditioribus animis plenius discutienda relinquamus.

1. Cor. 9.

Psal. 118.

Quod in secundo excedendi modo, diuina reuelatio quandoque etiam nostram meditationem praeuenit. Cap. XIII.

Illud modo consideremus, quomodo diuina reuelatio soleat quandoque etiam meditationis nostrae studia praeuenire, & humanum animum infra communem etiam humanam libertatis statum subita tentationum uolentia deiecit, non solum ad solitum soliditatis statum erigere, uerumetiam ultra humanam possibilitatis metas leuare. Saepemamque humana mens post multa exercitiorum suorum insignia, importuna tentationum instantia pulsatur, uehementerque concussa de illa sublimi securitatis, & tranquillitatis suae arce deiecitur, ne quasi de propria fortitudine inter continuos uirtutum succellus, tam miserabiliter, quam inaniter gloriatur. Hinc est, quod beatus Petrus Apostolorum precipuus, post innumera meritorum, miraculorumque sublimia, tenetur, ligatur, includitur. Sed Angelo uisitante non minus mirabiliter eripitur, quam crudeliter prius a crudelitatis ministris cruciatur. Vultis autem huiusmodi uincula scire, quae solent mentes meritis etiam sublimes quandoque grauiter irretire? Quis nesciat irritamenta uoluptatum, modo a foris, modo ab intus surgere, a foris ex delectatione, ab intus ex suggestione, per delectationem in carne, per suggestionem in mente? Modo namque sordida uisitatione caro inflammatur, modo uero foeda cogitatione animus sordidatur. Quasi ergo carcerales tenebras incurrimus, stansando his concupiscentiae nexibus irretiti, confusionis nostrae caliginem declinare uolumus, nec ualemus. Sed illa sanè mens diuinae consolationis reuelationem meretur, quae non tam propria torporis sui ignauia, quam alienae malignitatis proteruitia has confusionis suae tenebras patitur. Eiusmodi autem sancta anima ad diuinam legationis aduentum eripitur, quando ex diuinæ inspirationis gratia, & reuelationis luce ab oppressionis suae pondere releuatur. Angelus sanè nuncius dicitur. Et proculdubio Angelus est nuncius, nec quilibet, sed diuinus nuncius per quem diuinæ uoluntatis beneplacitum cognoscimus, nuncius per quem ad aeternorum cognitionem illuminamur, per quem ad eorum desiderium inflammmamur. Sed nunquid nouit nuncius iste caelestia sola? An non, & terrena? Sed qui interiora nouit, quomodo minora ignorare possit?

Act. 12.

Anima quando irretitur.

Anima quando eripitur.

Bona

1. Ioan. 2.

Psal. 46.

Ibidem.

Bona sanè legatio ista quae sufficit ad omnia non solum docenda, uerumetiam persuadenda, in quantum tamen uoluerit ille qui mittit. Vultis audire quale legationem Apostolus nobis Ioannes promittat cum dicat: *Unctio*, inquit, *eius docebit vos de omnibus*, sed quae est unctio ista nisi inspiratio diuina? Hic est ille nuntius quem diu quarebamus, haec est legatio uere potens, uere sufficiens animum humanum ad omnem ueritatem inducere, ad omnem diuinam uoluntatis beneplacitum inclinare. Quid ergo mirum si talis nuntius oppressam animam a concupiscentiae suae nexibus absoluit, ab ignorantiae suae tenebris euoluit, qui caelestium & aeternorum cognitionem pariter & amorem quando uoluerit & quantum placuerit statim infundit? Tales nuntius in sua ereptione expertus fuerat qui dicebat: *Misit de caelo, & liberauit me*. Sed forte adhuc quaeris scire qualis illa legatio fuit per quem de anima suae captiuitate euasit: *Misit Deus*, inquit, *misereremur suam, & ueritatem suam, & eripuit animam meam*. Angelus cum luce ueniens diuinam misericordiam ueritatem adducens unctio docet. Quid est autem Deo misericordiam & ueritatem mittere, & hominem a sua captiuitate eripere, nisi misericordiae suae operatione ueritatem inspirare, ueritatisque inspiratione ad robur uirtutis solidare? Et quis unquam animam suae pericula plene euasit, si huius legationis beneficia experiri non meruit? Felix Petrus qui non solum perit ab angelo eripi, uerum ereptus etiam angelum sequi. Puto quia non omnes qui ab angelo eripiuntur angelica etiam uestigia committunt. Lego in carcere positos Apostolos ab angelo eductos, non tamen secutos. Petro ab ipso suo ereptore angelo praecipitur ut ipsum sequatur. Quid hoc esse dicimus? Quantum hoc esse putamus angelica uestigia legere, post coelestia pennataque animalia ire? Cogita si potes quae illa praecedentis angeli, uel subsequenter profectio seu promotio fuerit, quorum transitum nec carceralis custodia, nec ferrea porta cohibere, uel retardare potuit. Quid horum non nouum, quid horum non mirum? Uere angelicum, & uere plus quam humanum humanae passibilitatis tenebrosum & horridum exire, & per communis impossibilitatis arduum & arctum transire. Cogita illum exitum quem primus homo habuit antequam peccauit, uel quem homo adhuc haberet si omnino non peccasset, per quem sanè exitum quoties oporteret facilem transitum habere potuisset de mundanis ad supermundana, de uisibilibus ad inuisibilia, de transitorijs ad aeterna, cum haberet promptum quotidie caeli ciuibus per contemplationem interesse, diuinis illis secretis licenter ingerere, & illud internum domini sui gaudium dignanter intrare. Cogita consequenter quomodo & istum peritum prius commea

Richardi S. Victoris. Pars I.

di transitum diuina post peccatum seueritas diuinae necessitatis ualuis impossibilitatisque repagulis obstruxit & obserauit, cogita hoc inquam, & forte hoc cogitando inuenies quid de illa ferrea porta sentire debeas, uel affirmare audeas. Quare tamen si minus sufficiens ad ista, non quidem a nobis quin potius ab illis quibus forte haec porta ferrea per frequentem transitum familiariter est nota, & quibus forte iuxta similitudinem Petri angelo praerente ducaturque praebente saepe uultro est aperta. Illud sanè (ut arbitror) non impudenter dixerim, quia longe supra hominem fuit: quia longe a semetipso & supra semetipsum recessit, quia haec omnia per experientiam didicit. Alioquin non erat unde postea in se reuerteretur, uel unde de eo recte scriberetur. *Et Petrus in se reuersus dixit*. *Nunc scio uere &c.* Multa sunt quae super praesenti capitulo dici potuissent si hoc loco dici debuissent. Sed sufficit nobis quod proposuimus ex eius testimonio sufficienter probasse quomodo diuina quandoque reuelatio soleat meditationis nostrae studia praeuenire torpentemque animam excitare, & sub semetipso deiecit etiam supra semetipsum quandoque leuare.

Act. 12.

Quod tertius excedendi modus fieri soleat ex magnitudine incunditatis. Cap. XIII.

Est autem tertio loco ostendere quomodo ex incunditatis, exultationisque magnitudine humana mens soleat in extasim cadere, & semetipsum excedere. Hic sanè excessionis modus mihi uidetur satis conuenienter expressus in illis quidem uerbis quae de canticis canticorum tertio loco posuimus: *Quae est ista (ait scriptura) quae ascendit de deserto delicias affluens immixa super dilectum suum?* Si per desertum recte intelligitur cor humanum, quid erit iste de deserto ascensus nisi mentis humanae excessus? Quasi de deserto humanus animus ascendit, quando supra semetipsum mentis alienatione transit, quando semetipsum in imo deferens & ad caelum usque pertransiens solis diuinis se totum per contemplationem, & deuotionem immergit. Sed huiusmodi ascensionis causa consequenter annectitur in eo quod haec quae ascendit delictijs affluere describitur. *Quid est delictijs affluere nisi spiritualium gaudiorum plenitudine abundare?* Quid inquam est haec delictiarum affluentia, nisi uera suauitatis abundantia caelitusque data, ubertimque infusa letitia? Harum delictiarum copiam sicut nec uerum gaudium fallaces diuitiae nunquam exhibere possunt. Alioquin fallaces non essent si ueras delicias immo & earum affluentiam ueraciter exhiberent. Nunquidnam delicias habere (ne dicam affluere) ueraciter dici possunt qui secundum beati Iob sententiam *sub sentibus esse delicias computant?* Has sanè exteriores fallacesque diuitias etiam impij habere possunt.

Cant. 8.

Delictijs affluere quid sit.

Iob 30.

O. 4 sunt

sunt qui uerum tamen gaudium omnino habere non possunt, nisi forte mendacem eum facimus quem in propheta ueraciter contestantem audimus. *Non est impijs gaudere dicit Dominus.* Quoties itaque internis, uerisque delictis cares, etiam si exterioribus diuitijs abundes, cum propheta ueraciter psallere potes: *Quoniam inops, & pauper sum ego.* Nunquid non rex potens, & diues, princepsq; populorum erat qui ista dicebat: Quales ergo erunt illa diuitia, uel quales poterunt conferre delicias inter quartu copiam oportet inopem fore, uerumque gaudium aliorum mendicare? *Ego autem (ait) mendicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mei.* Hanc itaque delictiarum affluentiam uerorum que gaudiorum abundantiam non est unde sperare debeas, non est unde habere ualeas nisi ex intima illa animi iucunditate diuinitusque infusa dulcedine. *Quae est ista,* inquit, *quae ascendit de deserto delictijs affluens.* Non dicit delicias habens, sed delictijs affluens, eo quod non quilibet harum delictiarum experientia, sed earum affluentia huiusmodi ascensum qui de deserto fit gignat, atque perficiat. Constat autem quia quantumcumque proficimus, has delicias in hac dumtaxat uita continuas habere non possumus. Eo itaque tempore quo eiusmodi affluentia anima caret, ad hunc de quo modo loquimur ascensum assurgere non ualet, quam in suo ascensu delictijs affluere oportet. Puto autem quia aliud & aliud sit affluentem ascendere & ascendentem affluere, sicut aliud est affluere, sicut aliud est affluentiam esse causam affluendi. Delictiarum itaque affluentia ascensionis tunc causa existit, quando ex illa diuina dulcedinis infusione quam in intimis sentit seipsum anima sancta praegaudium & exultatione non capit, intantum, ut exultationis, & iucunditatis suae magnitudo eam extra semetipsam effundat, & supra semetipsam rapiat. Sic sane uehemens immensaque latitudo dum supra humanum modum excrescit, hominem supra hominem attollit, & supra humana subleuatum in sublimibus suspendit. Huius sane rei formam etiam in animalibus quotidie possumus percipere. Solent namque in suis lufibus saltus quosdam dare, & sua corpora quantulumcumque in aera suspendere. Sic saepe & pisces dum in aquis ludunt, supra aquas exiliunt, & naturae illius habitacionis suae terminos excedunt, dum se ipsos uel ad modicum per inane suspendunt. Sic proculdubio anima sancta dum interno quodam tripudij sui applausu a semet ipsa excutitur, dum supra semetipsam ire mentis alienatione urgetur, dum in caelestibus tota suspenditur, dum angelicis spectaculis tota immergitur, naturae possibilitatis terminos supergressa uidetur. Hinc est illud quod per prophetam dicitur: *Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni unium.* Quis non uideat supra naturam, uel potius contra naturam esse, mon-

Psal. 48.

Psal. 85.

Psal. 39.

Affluencia delictiaru undc.

Cant. 8.

Psal. 113.

tes, uel colles iuxta arietum, uel agnorum iudentium similitudinem saltus quosdam in superiora dare, & terram resiliue, & seipsum per inane librare? Nonne uelut terra a terra suspenditur, quando homo super hominem ducitur, cui per exprobrationem in uoce dominica dicitur: *Terra es, & in terram ibis.* Quantumcumque ergo uirtutis magnitudine excrescat, quauis ad collium, seu ut multum ad montium similitudinem in alta assurgat, terra utique est, & terra recte dici potest quamdiu luteas inhabitat domos, & terrenum habet foudametum. Vnde illud sapientis: *Ut quid superbis terra & cinis?* Si igitur simplici expositione contenti sumus, sufficit fortassis illud dicere, quia hoc est montes & colles ad arietum & agnorum similitudinem exultare, in summis & sanctissimis uirtis humanam naturam ultra humanam naturam ascendere, & praenimia iucunditatis, & exultationis abundantia supra semetipsam mentis alienatione transire. Ecce (ut arbitror) aperto iam exemplo docuimus quod praemagnitudine exultationis quandoque contingat humanae mentis excellus. Sed si cui fortassis hoc quod de adiuncta onium similitudine diximus minus sufficiat, & circa singulorum expressionem curiosius insitat, illas nonagintanouem oues ad memoriam reducat quas illum pastor in summis relinquit, quando summam quae perierat in terris quaesiuit. Cogitet ergo qui potest, quantum sit, uel quale huius nostrae terrae montana ad earum similitudinem in impetu iucunditatis suae in alta exilire, & hanc nostram naturam exultationis suae applausum iuxta angelicae similitudinis tripudia formare. Si autem in arietibus supremos illos angelorum ordines, in agnis uero inferiores quosque intelligimus, nihilominus quoque & illud agnouimus, quoniam eiusmodi arietes (dicti uel delicti summi angelorum ordines) cum miris illis iucunditatis suae lufibus, contemplationisque excessibus, supra semetipsos eunt, cum se in suis superioribus suspendunt, nil aliud quam creatricem omnium substantiam supra seipsos aspiciunt, nec in quo eius potetiam uel sapientiam quam in seipso contemplari, uel mirari ualeant inueniunt. Sed minores illi angelorum ordines, qui in agnis designati uidentur, cum supra semetipsos feruntur, illos utique spiritus quos sibi mira dignitatis praerogatiua preminere conspiciunt, quoddam quasi adhuc speculum in hac sua subleuatione inueniunt, in quo summam maiestatem mirabilem cernere, & adhuc quasi per speculum uidere prauealeant. Si igitur per montes uirtu contemplatiui, per colles speculatiui recte intelliguntur, uide quam recte montes ad similitudinem arietum, & colles ad similitudinem agnorum exultare dicantur. Quamuis enim contemplatio & speculatio per inuicem poni soleant, & in hoc ipso saepe scripturae sententiae proprietatem ob-

Gen. 3.

Eccl. 10.

Quid sit colles exultare ut arietes.

Quid per agnos, qd ue per arietes significet.

De contemplatiuis, & speculatiuis.

nubilent, & inuoluant, aptius tamen & expressius speculationem dicimus quando per speculum cernimus, contemplationem uero quando ueritatem sine aliquo inuolucro, umbrarumque uelamine in sui puritate uidemus. Colles itaque ad agnorum similitudinem exultant quamdiu illa intima solennitatis tripudia eos eosque supra semetipsos leuant ut caelestium secretorum arcana saltem per speculum & in enigmate uidere ualeant. Montes uero quasi ad instar arietum exultant quando maiores in iucunditatis suae excessibus in pura & simplici ueritate uident quod minores (uti iam dictum est) uix per speculum & in enigmate uidere ualent.

1. Cor. 13.

Dilecto ianiti qd sit.

Psal. 17.

Duo remedia contra duo principalia mala.

Quod quilibet mentis excessus humana industria uel meriti modum excedit. Cap. XV.

Nemo autem tantam cordis exultationem uel subleuationem de suis uirtutibus praesumat, uel suis meritis ascribat. Constat hoc sane non meriti humani, sed muneris esse diuini. Vnde & illa quaecumque est animi quae de deserto ascendisse describitur, dilecto suo innixa perhibetur. Quid est ei dilecto suo inniti, nisi uirtute illius & non proprijs uirtutibus promoueri? Quid inquam est illi dilecto suo incumbere, quam de propria uirtute pro hac parte nihil omnino praesumere? Quantum mihi uideatur, nihil de propria industria, nihil de propria prudentia recte praesumitur, praesertim in eo loco ubi de deserto ascenditur, sed nec in deserto quidem quando per desertum itur. Scit hoc sane ipse dilectus huius, & idcirco deducit eam in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Quo enim modo sustineret podus diei & aestus, nisi in umbra illius quem diligit anima sua? Vel quis ei locus tutus a timore nocturno praesertim in loco horrore & uastae solitudinis, nisi ipse emittat lucem suam, & ueritatem suam? Denique non haberet quomodo aestus concupiscentiae temperaret sibi, nisi uirtus altissimi obumbraret illi. Nihilominus deesset unde ignorantiae suae tenebras illuminaret, nisi in lumine illius uideret lumen. Vnde est quod illi dicit: *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas.* Accipit itaque dilecta ex munere dilecti sui & beneficio sponi sui duo remedia contra duo principalia mala, refrigerij nubem contra concupiscentiam carnis, & reuelationis lucem contra ignorantiam mentis. Quod saepe homo uiam ueritatis agnoscat, nec tamen carpit utpote a concupiscentia sua abstractus & illectus, & hic quidem interim diem cognitionis habet, sed refrigerantis gratiae nubem non habet. Et quam multi saepe zelum quidem habent qui tamen secundum scientiam non habent, & hi forte nullos interim concupiscentiae aestus sentiunt, sed quasi sub noctis refrigerio quiescendo respirant. Et uidentur quidem qui eiusmodi sunt,

noctem habere, sed ignem illuminantis gratiae non habere. Bonum est ergo sperare in Domino, & non praesumere de seipso. Quam beati illi quibus fuit in uelamento diei, & in lucem stellarum in nocte, expandens nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem. Non est enim uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Scit hoc dilecta, & idcirco dilecto suo innititur, unde & recte de ea scribitur: *Quae est ista quae ascendit de deserto delictijs affluens, & innixa super dilectum sum?*

Cant. 8.

Quod in tertio maxime excedendi modo totum eu diuino pendet beneficio. Cap. XV 1.

Sane cum haec sponsi sui dilecta semper & ubique dilecti sui adiutorio egeat, ita ut sine ipso nihil facere ualeat, nusquam tamen cooperatrici gratiae uehementius incumbit uel in cubere oportet, quam eo locorum, ubi de deserto ascendit, tunc temporis maxime, cum delictijs affluit. Si enim per desertum recte intelligitur cor humanum, quid erit de deserto ascendere nisi supra semetipsum ire? Quid igitur homo ibi possit ubi homo supra hominem ascendit? Vbi humana natura humanae possibilitatis meras transcendit? Nullo tamen tempore dilecto suo uehementius innititur, quam cum spiritalibus delictijs anima sancta affluere uideatur. Cogitemus modo puellam quandam teneram, & delicatam utpote in multa delictiarum affluentia educatam, sed & multo uino iam madidam, utpote in cellam uinariam introductam, & torrente uoluptatis potatam, & quasi praenimia teneritudine uix posse incedere, & praenimia ebrietate uiam quam tenere debeat nullo modo posse discernere. Nonne sub tali tibi schemate consideranda proponitur haec quae delictijs affluere, & dilecto suo innixa describitur? Quid uero mirum, si delictiarum affluentia delicatam reddat? Vultis autem audire quam delicatam efficere consueuit? Penet supra id quod credi possit, intantum denique ut nulla exterior delectatio possit ei aliquatenus sapere, nec aliqua huius mundi gloria aliquid consolationis afferre, ita ut ueraciter audeat profiteri & dicere: *Renuit consolari anima mea.* eo quod ueraciter sentiat & pro certo diffiniat: *Quia omnis caro sanum, & omnis gloria eius quasi flos feni.* Denique tadet animam suam uitae suae, quoties non datur consuetae delictias pro uoto habere. Vita itaque ipsa ei in tedium imo in odium uertitur, quoties ei illa sua internae solennitatis gaudia aliquandiu subtrahuntur. Cogita ergo quale sit eiusmodi delictijs affluetam, eorum quae delectant nihil in propria potestate habere, & sine quibus nullam possit omnino consolationem recipere, & quae nulla sua industria nulla sua prudentia possit acquirere. Quicquid ad eius consolationem, quicquid ad eius iucunditatem ualet, ex alieno arbitrio, ex alieno beneficio

Cor humanu potest intelligi per desertum

Psal. 76. Elai. 40.



neficio pendet. Rectè ergo illius uiribus inni- tur de cuius munificentiâ totum rectè prælu- mitur quod speratur, desideratur, amatur. O quoties sub hoc statu dicitur illi, & iuxta pro- phetâ comminationem uertitur ei in uerbum Domini? *Manda, remanda, manda, remanda, expe- cta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, mo- dicum ibi.* Expectare itaque & reexpectare cogi- tur dum eius desiderium sapè, diu, multumq; differtur, dum delicias suas nec pro uoto habe- re, nec ab eiusmodi concupiscentijs animum suum possit temperare. Ex his (ut arbitror) ap- parer, quàm lōge supra hominem sit modum que humanum excedit quicquid in hoc men- tis excellu agitur uel sentitur.

Esai. 28. Quando cogitur expectare.

Qui ad hunc tertium eiusmodi gratia gradum profecerit unde in id ipsum adiuuari possit. Cap. XV III.

Veruntamen qui ad hanc gratiam profecit cum eam sibi ultra solum subtrahi iam sentit, est quod facere debeat unde ad eam reparandam multum per omnem modum adiuuari ualeat, & unde animum suum in id negotij quantum in se est idoneum efficiat. Debet itaque animus qui eiusmodi est, proprijs meditationibus cordis in se exultationem reparare, & impensa sibi diuinorum beneficiorū munera ante recordationis suæ oculos reuocare, & ex eiusmodi recordatione seipsum ad profundam, & deuotam gratiarum actionem infligare, & tandem aliquando internum illud spiritalis harmoniæ organum ex intimo affectu in diuinas laudes laxare. Dum itaque huiusmodi studijs intima cordis affectio in diuina confessionis magnificentiam plena deuotione resoluitur, quid aliud quàm quoddam (ut ita dicā) spiraculum aperitur, per quod in illud cordis nostri uasculum cœlestis dulcedinis emanatio diuinæque suauitatis abundantia infundatur? Hinc est quod Eliseus propheta uerbum Domini requisitus cum se præsen- sisset spiritum prophetiæ tunc temporis non habere, fecit sibi psalterem adducere, quo presen- te, atque psallente statim spiritum propheti- cū hausit, osque suum e vicino in uerba propheti- cæ relaxauit. Forte aliquis iuxta historiam que- rat, quid sibi uelit quod propheta Domini psal- tem quaesiuisset, uel quod ipso psallente spiritum prophetiæ recepit. Illud autem in commune nouimus, quod du lici harmonia soleat cor exhilarare, & ei gaudia sua ad memoriam reuo- care, & absque dubio quo uniuersusque ani- mus suus amor uehementius afficit, eo profun- dius audita harmonia affectum tangit, & quo profundius per affectum tangitur, tanto effi- caciùs ad sua desideria renouatur. Quid igitur aliud de prophæico uino sentiri oportet, nisi quod exterior harmonia interiorem illam, & spiritali harmoniam ei ad memoriam re-

4. Reg. 3. Cur Pro- pheta Do- mini psal- tere quaesie- rit.

duxit, & audita melodia audientes animum ad assueta gaudia reuocauit, atque leuauit? Cur autem de spiritali, & uera delectatione nō sen- tiamus quod de corporali, & uana delectatio- ne quotidiano experimento probamus? Quis enim nesciat quomodo sola carnalis delecta- tionis memoria carnalem mentem in delecta- tionem rapiat? Cur non eandē quin potius ma- iorem efficaciam in summis uiris spiritalis de- lectatio habeat? Audita itaq; melodia prophe- tæ sancto quid aliud quàm quædam scala fuit, quæ eum ad assueta gaudia leuauit, & quæ car- nalibus uicibus esse solet, huic occasu ascen- sionis extitit? Cogitet qui potest quàm pro- fundè, quàm intimè eum sapius ex parte illius supercœlestis dulcedinis memoria ad uocem psallētis tetigit, quæ ipsum supra semetipsum rapuit & propheticum spiritum, uel sensum in propheta animo reparauit.

Cur non sentiamus de spiri- tuali har- monia quæ de corpo- rali quori- die experi- mur.

Quid maxime soleat ualere ad inuolutionem eius- modi gratiæ. Cap. XV III.

Sed & tu quæcunque es anima quæ soles hu- iusmodi spiritalibus delictijs affluere, & dile- cto tuo innixa sapè de deserto ascendere, & ad theoreticos quosdam excessus subitaneo quodā & inopinato imò inopinabili gaudiorum tri- pudio subleuari, & quasi quibusdam prophæ- cis intellectibus, uel reuelationibus diuinitus sublimari, prophetico disce exemplo quid tu facere debeas ut sub necessitatis articulo qua- si ad manum habeas quomodo animum tuū ad assuetas delicias reparare ualeas. Forte non erit inutile & te sub simili necessitate psalterem adducere, & psalterem audire. Sed ut de hac re quod sentimus breuiter aboluamus, quid aliud dicimus psalterem istum quàm exultatio- nem cordis in Deum? Eiusmodi psalterem præse- tem habere nos uoluit qui dixit. *Letamini in Do- mino, & exultate in usui, & gloriamini omnes recti corde.* Quid est autem, eiusmodi psalterem addu- cere, nisi prouida meditatione cordis exultatio- nem reparare, & ex diuinorum beneficiorum uel promissionum recordatione, cordis deuotionem excitare? Hunc tunc proculdubio psal- tem psallere facimus, quādo ex magno cordis tripudio in diuina præconia imbilamus, & in gratiarum actionem assurgentes, ex intimis uis- ceribus in diuinas laudes cum magno cordis clamore reboamus. Hæc itaque agentes, quid aliud quàm uiam sternimus per quam uenien- tem, uisitantemque nos Dominum excipiamus? *Sacrificium, inquit, laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* Psallen- do itaque atque laudando iter Domino para- tur, per quod ad nos uenire & miris quibusdā mysteriorum suorum reuelationibus reuelare dignetur. Hinc idem alio loco dicitur. *Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite, & qui ascendit super occasum.* Quæris forsità scire quid sit

Psal. 34.

Quando psaltere fa- cimus? psal- tere.

Psal. 49.

Psal. 67.

Occasus quod signifi- cat.

Supra oc- casum as- cendere quid sit.

sit super occasum ascendere. Eam sanè mundi regionem qua sol occidit luxque diurna deficir usus occasum dicere consueuit. Quid ergo rectius intelligimus per occasum quàm hu- manæ intelligentiæ defectum? Ibi enim intel- ligentiæ sol quasi occasum incurrit, & cogni- tionis suæ radijs abscondit, & diei lumen quo dammodo in terra noctis caliginem uertit, & humanis aspectibus omnia subducit quando spiritus humanus in mentis alienationem cadit, & a communi sensu deficiens, & extra se- metipsum rapitur quid in se, uel circa se aga- tur penitus nescit. Quid est autem Dominum in considerationis nostræ oculis ascendere nisi magnitudinis suæ reuelatione cognitionis no- stræ augmenta multiplicare? Quæto enim sub- limiora nobis de magnitudinis suæ altitudine reuelat, tanto ad celsiora in intelligentiæ no- stræ obtutu se leuat. Supra occasum uero tunc ueraciter ascendit, quando hominem supra se- metipsum rapit quando ei eorum omnium quæ iuxta communem sensum nouit memoriam, subducit, & ei hoc de maiestatis suæ celsitudi- ne per mentis excessum ostendit, quæ iuxta cō- munem huius uitæ statum, & humanæ capaci- tatis modum nullo unquam modo compræ- hendere possit. Sed eadem ergo cum magna mentis alacritate in Domino gaudere, sataga- mus coram ipso cum intima deuotione psalle- re, ut sit quibus dignetur super occasum ascen- dere. Hoc agentes qualem oportet psalterem ad- ducimus, & qualiter expedit psalterem audi- mus. Ad eiusmodi psaltis uocem spiritalis ani- mus medullitus tangitur, & irruente in eo spi- ritu spiritaliter afficitur, & dum ad diuinam inspirationem intellectualis sensus aperitur, prophetalis quodammodo in eo gratia repara- tur. Ad eiusmodi itaque psalmodiam, spiritalis que harmoniam anima contemplatiua spirita- libus theorijs assueta incipit tripudiare, & præ- gaudij nimietate suo quodam modo gestire, & spiritalis quosdam & sui generis saltus dare, & se a terra, terrenisque omnibus suspendere, & ad cœlestium contemplationem tota mentis alienatione trāsire. Hoc igitur est (ut diximus) quod ad mentis inuolutionem ualet hoc est quod ad amissæ gratiæ reparationem maximè ualere solet.

Quibus gradibus excrescat humanæ mentis excessus. Cap. XIX.

Dictum est quibus de causis mentis alie- natio accidere soleat, nunc illud adijciē- dum uidetur quibus etiam gradibus ascendat. Ascendit autem aliquando supra sensum cor- porealem, aliquando etiam supra imaginatio- nem, aliquando uero supra rationem. Quis au- tem illam quæ supra sensum corporeum, seu il- lam quæ supra imaginationem est negare au- deat, cum illam etiam quæ supra rationem est

Apostolica illa auctoritas conuincat? *Scio, in- quit, hominem siue in corpore siue extra corpus, ne scio, Deus scit, raptum eiusmodi usque ad tertium ce- lum.* Ecce quia humanam rationem etiam mētis alie- natione trāsierat qui quid circa se plenius age- retur penitus discernere nequibat. Sed hunc locum plenius explanandum melius est erudi- tioribus ingenijs relinquere quàm de tāta ma- teria supra uires nostras temere aliquid præsu- mere. Melius in hoc nos illorū peritia instruit, quos ad scientiæ huius plenitudinem non tam aliena doctrina quàm propria experientia pro- uexit. Ad illam itaque materiæ nostræ summā quam in primo libro succincta breuitate per- strinximus ista in subsequenti opere largiori executione adieciimus, ubi (ut superius præmi- simus) ociosi ociosis locuti sumus.

NONNVLLE ALLEGORIAE tabernaculi fœderis cum recapitulatione breuissima contento- rum in præfato opere de gratia contemplationis.

Er tabernaculum fœderis intellige- statum perfectionis. Vbi perfectio animi, ibi & in habitatio Dei. Quæ to ad perfectionem appropinqua- tur tanto mens arctius Deo fœderatur. Ipsum autem tabernaculum debet habere circūadia- cens atrium. Per atrium intellige disciplinam corporis, per tabernaculum disciplinam mentis. Vbi exterior disciplina deest, interior pro- certo obseruari non potest. Disciplina uero cor- poris inutilis certe sine disciplina mētis. Atriū sub dio, & aperto iacet, & disciplina corporis omnibus patet. Quæ in tabernaculo erant for- inssecus nō patebant. Et nemo nouit quod in- terioris hominis est nisi spiritus hominis qui in ipso est. Habitus interioris hominis diuidi- tur in rationalem, & intellectualem. Rationa- lis habitus intelligitur per tabernaculum exte- rius, intellectualis uero habitus per tabernacu- lum interius. Sensum rationalem dicimus quo nostra discernimus, intellectualem hoc loco dicimus quo ad diuinorum speculationem sub leuamur. Exir homo de tabernaculo in atrium per operis exercitium. Intrat homo tabernacu- lum primum cum redit ad seipsum. Intrat in secundum cum transcendit seipsum. Transcen- dendo sanè seipsum eleuatur in Deum. In pri- mo moratur homo per cōsiderationem sui, in secundo uero per contemplationem Dei. Ecce de atrio, ecce de tabernaculo primo, uel secun- do. Dicta autem atria habebant quinque san- ctificia. Atrium habebat solum unum, sicut & secundum tabernaculum. Reliqua horum ha- bebant tabernaculum primum. In atrio taber- naculi erat altare holocausti. In tabernaculo priori

Per taber- naculum fœderis quid Intel- ligatur.

Diuisio habitus interioris.



Tabernaculi, mensa, Altare, & Candelabrum quod significat.

Arcae sede.

De sex contemplationum generibus.

priori candelabrum, mensa, altare incensi. In tabernaculo interiori arca testamenti. Altare exterius afflictio corporis, altare interius cōtritio mentis. Candelabrum gratia discretionis, mensa doctrina sacrae lectionis. Per arcam foederis intellige gratiam contemplationis. In altari exterior animalium carnes concremabantur, & per afflictionem corporis carnalia desideria annullantur. In altari interiori fumus aromatum Domino adolebatur, & per cordis contritionem caelestium desideriorum flagrantia inflammatur. Candelabrum est gestatorium luminis, & discretio est lucerna interioris hominis. In mensa cibi apponuntur unde esurientes reficiantur. Sacra autem lectio est pro certo animarum refectio. Arca est auri argenti que reconditorium, & contemplationis gratia apprehendit caelestis sapientiae thesaurum. Pertinet itaque ad altare exterius bona operatio. Ad candelabrum studiosa meditatio. Ad mensam uero sacra lectio. Ad altare interius deuota oratio. Ad arcam diuinorum operum contemplatio. Hæc sunt quinque exercitia in quibus agitur atque completur iustificatio nostra. Merito arca sanctificationis dicitur in qua iustificatio nostra consummatio figuratur. Habes quæ sit quintipartita occupatio in quibus exercetur religio omnis. Exercitium boni operis pertinet ad disciplinam hominis exterioris. Constat de reliquis pertinere ad disciplinam hominis interioris. Altare holocausti formam gerit corporalis exercitij. Merito ergo stat in atrio & nidetur in aperto. Cætera sunt in tabernaculo & latitant in secreto. Per arcam foederis gratia contemplationis intelligitur, quæ quasi quoddam dilectionis pignus suis amatoribus a Domino confertur. Contemplatio autem est libera mentis perspicacia in sapientiae spectacula cum admiratione suspensa. Sex uero sunt contemplationum genera, singula singulari proprietate distincta. Duo ueriantur circa creaturas uisibiles, duo circa creaturas inuisibiles, duo uero ultima uersantur circa diuina. Quibus datur ad sola duo proficere, uidentur accepisse pennas ut aquilæ. Quibus contingit quatuor dari de eiusmodi putes dici quatuor pennæ uni, & quatuor pennæ alteri. Qui ad omnia contemplationum genera profecerunt quasi sex alas acceperunt. Putes ergo de his dici, sex alas uni, & sex alas alteri. Quatuor autem primæ uersantur circa creata uisibilia, uel inuisibilia, duo reliqua circa diuina. Prima quatuor figurantur in arca, cætera duo in forma angelica. Attende quàm rectè prima figurantur in humana fabrica, ultima duo in angelica figura. Ad primum contemplationis genus uidetur pertinere, res uisibiles in considerationem & admirationem adducere. Secundi generis est, latentem rerum causas in lucem producere, & in earum admirationem animum suspendere. In illo rerum uisibilitatem multitudinem, magnitudinem, uti-

litatem cum exultatione miramur, in isto rerum uisibilitatem rationem cum admiratione miramur. Primum designatur in lignorum compositione. Secundum in lignorum deuratione. Quid est enim in rebus uisibilibus rationis afflictio, nisi quoddam quasi lignorum deauratio? Attende quantum sit inter lignum & aurum, hoc est inter ea quæ subiacent rationi. Rerum uisibilitatem speciem speculamur imaginando, rerum uisibilitatem causas rimamur ratiocinando. De lignis Sethim autem facienda est arca, quæ sunt ualde imputribilia, pertinent ad ligna imputribilia de rebus corporeis quælibet sententia uera. Primum uero contemplationis genus tribus distinguitur gradibus, primum est in rebus, secundus in operibus, tertius in moribus. Consideratio illa quæ est in rebus, pertinet ad arcam longitudinem. Consideratio quæ est de operibus, ad arcam latitudinem. Consideratio quæ est de moribus, ad arcam altitudinem. Naturaliter autem est longitudo latitudine prior. Altitudo uero naturaliter est utraq; posterior. Sic sanè res ipsæ naturaliter sunt priores quàm quælibet earum operationes. Si uero res & earum operationes deessent, mores locum non haberent. Constat ergo primam considerationem pertinere ad arcam longitudinem, secundam ad eius latitudinem, tertiam uero ad ipsius altitudinem. Tripartitur autem consideratio illa quæ est de rerum speculatione, & pertinere dicta est ad longitudinem arca. Constat namque in consideratione rerum materia, rerum forma, rerum natura. In consideratione materiae & formæ scientia nostra plenum cubitum ualet, & solet habere. In consideratione autem naturæ nullatenus ualet se ad plenum cubitum extendere. Ibi scientia nostra habet quasi integrum cubitum ubi certificatur ad plenum. Rerum materiam & formam facillè deprehendimus, & utrobique certitudinis cubitum tenemus. Cognitio autem naturæ nemini patet nisi ex parte. Non ergo potest pro hac parte nisi semis cubitum habere. Patet de arca nostræ longitudine quàm merito dicatur duos cubitos & semis sem tenere. Bipartitur autem consideratio illa quæ est in operationibus, quàm & ad arcam latitudinem pertinere iam diximus. Alia siquid est operatio industriae, & alia operatio naturæ: industriae est opus quod in picturis, celaturis, scripturis, & similibus uidemus. Operationes uero naturæ sunt quodam herbarum, & arbores crescunt, quod flores, folia, fructus producunt. In operatione industriae ualet & solet scientia humana plenum comprehensionis cubitum habere, alioqui quomodo iuueniret quod comprehendere non ualeret? Latentium itaque causarum manifestus patet effectus, sed latentis effectuum causas ad plenum comprehendere nullo modo sufficimus. Patet ergo cur latitudo arca dicatur cubitum, & semissem habere. Bipartitur uero & illa consideratio quæ est in moribus

Tres gradus primi generis contemplationis.

De causis physicis.

Operatio industriae & operatio naturæ.

Dei sapientia diuersis nominibus nominatur.

ribus quam ad arcam altitudinem spectare iam diximus. Vna uersatur circa institutiones humanas, altera autem circa institutiones diuinas. Pro certo ubi humana institutio diuinæ subseruit, ex utraque animus & arca nostræ fabrica in altum assurgit. Humanas institutiones quas homo potuit inuenire, pro certo potest & comprehendere. In diuinis autem sacramentis aliud est forma exterior quæ foris patet, & aliud uis illa intrinseca quæ interiori lateret. In diuinis itaque institutionibus ad plenum scientiæ cubitum omnium non assurgimus. Altitudo itaque arca nostræ constat in cubito & semisse. Debemus autem arcam nostram deaurare, & in quantum datur rerum imaginabilium rationi insistere. Deaurare uero eam debemus non tantum extrinsecus sed etiam intrinsecus. Aliud est physicas rerum causas perspicere, & aliud iustitiæ rationem in rerum dispositione perpendere. Illud pertinet ad deurationem extrinsecam, istud ad deurationem intrinsecam. Fieri autem debet nostra deauratio ex auro purissimo. In sententiæ tuæ assertionem nihil sit falsum uel friuolum, & habes aurum purissimum. Facta deuratione faciendæ est corona arca. Per coronam (ut diximus) tertium contemplationis genus intelligimus, sicut & per propitiatorium intelligi datur & quartum. In illo agitur de inuisibilibus bonis, in isto de inuisibilibus substantiis: pertinet itaque ad coronam arca quæ rere quæ sit corona iustitiæ, quærere quæ sunt illa bona quæ sunt sanctis reposita. Notandum quod arca corona ipsius erat lignis affixa. Sic sanè ex similitudine rerum uisibilitatem assurgitur ad speculationem rerum inuisibilitatem. In quarto genere contemplationis queritur de summis creaturis. In omni autem creatura nihil dignius inuisibili & rationali substantia. Rectè hoc genus contemplationis per propitiatorium intelligitur quod arca superponebatur. Sed antequam plenius exequamur quæ de propitiatorio dicuntur, quæ de circulis dicta sunt hoc loco interserenda uidentur. Arcam siquidem speculationis nostræ oportet quatuor aureos circulos habere, duos in utroque latere. Per arcam (ut diximus) gratiam contemplationis intelligimus. Omnino quæ quoquo modo fieri nouimus in contemplationem adducere possumus dum uolumus. Eorum quæ solent accidere alia sunt bene, alia male. Illa Dei operatione, ista Dei permissione, pertinent ad unum latus arca quæ sunt. Dei operatione, ad alterum uero æquæ quæ sunt Dei permissione. Ecce de arca lateribus. Nunc de circulis aureis uideamus. Inter omnia metalla nihil auro lucidius, nihil auro preciosius, & Dei sapientia clarescit præ omnibus. Dei autem sapientia pro certo est simplex & una. Diuersis tamen uocabulis distinguitur, ut a nobis facilius capiatur. Nunc præscientia, nunc scientia dicitur, nunc prædestinatio, nunc dispositio nominatur. Hi (ni sal-

lor) sunt circuli quos oportet in arca lateribus poni. Circulus in seipsum reflectitur, unde & in ipso nec initium nec finis inuenitur. In omni autem æternæ sapientiæ ordinatione concordat initium cum fine. In hac ergo quadripartita sapientiæ distinctione conuenienter factis dictos aureos circulos possumus intelligere. In his circulis scientiæ nostræ arca ad ueritatem dirigitur, & ad ueteriora, & altiora promouetur. Ex his circulis duo ordinantur in latere uno, reliqui in reliquo. Ibi sanè qui; quæ si sedem habent, & uelut uicini hærere ubi mirabiliores, uel iucundiores apparent. Dictum est ad unum latus pertinere quæ sunt Dei permissione. Circuli scientiæ & præscientiæ huic lateri uicini in hærere ubi pro certo mirabiliores apparent. Non adeo mirum quod ab æterno præuidit quæ aliquando facturus fuit. Sed illud quale est quod ab æterno præuidit quod alienæ uoluntati exposuit? Quod omni hora intuetur quid in latebrosos cordibus agitur? Ad alterum uero latus pertinere iam dicta sunt quæ Dei operatione sunt. Hoc latus circuli prædestinationis & dispositionis tenent, ubi pro certo iucundiores apparent. Quid cordi bono iucundius sapiat quàm quod omnis diuina dispositio prædestinatorum saluti militat? Illud adhuc ad inquirendum restat, quis circulus quo angulo poni debeat. Dictum est ad unum arca latus pertinere quæ sunt Dei permissione, pertinent ad aliud æquæ quæ sunt Dei operatione. Ad istud quæ sunt equitatis, ad illud quæ sunt iniquitatis. Tam ista autem, quàm illa uariantur per prospera & aduersa. Vbi iniquitas & aduersitas occurrunt, quasi angulum faciunt. In hoc angulo a Deo reprobi flagellantur, nec tamen corriguntur. Sed quid quæso eis patentiæ ratis uerbera adhibet, si eos incorrigibiles præuidet? Præscientiæ itaque circulus huic angulo præsidet ubi mirabilior apparet. Vbi iniquitas & prosperitas concurrunt, alterum angulum efficiunt. In hoc angulo reprobi dona Dei percipiunt, & semper ingrati fiunt. Sed hoc sanè Dei scientiam non potest latere, nec tamē eos desinit ad gratitudinis bonum prosperis pronocare. Huic angulo scientiæ circulus arctius in hærere, ubi se tam mirabilem exhibet. In æquitatis & prosperitatis occasione tertium angulum intellige hic sanè saluandi transitorij prosperantur, ut ad æternorum desiderium inflammantur. Quid quæso hac speculatione benignius, quid uel iucundius? Quale quæso est quod temporalibus etiam bonis fouet, & prouehit quos ad æterna prædestinatio? Hic itaque prædestinationis circulus sedem tenet ubi præcæteris iucundior apparet. Quartum angulum tenet circulus diuinæ dispositionis, ubi est quædam occurso æquitatis & aduersitatis. Hic boni bona operantur & aduersis urgentur. Hinc tamen disponente Deo hoc in eis agitur, ut ad amorem Dei acrius inflammantur. Et quale quæso

Tertia est  
teplauo.

quæso est quod in dei. eis acius inflammat unde extingui debere uidebatur. Recte ergo diuine dispositionis circulus eo loci sedem tenet quo magnificentior apparet. Est autem cõtemplationis tertia per uisibilia ad inuisibiliu speculationem ascendere. Hic est opus sanæ diuina sapientia circulus incumbere si nolumus errare. Si intelligentia arca his circulis suspenditur qua uersum sine erroris denio circum fertur. Dicti circuli debent in fertos uectes habere quos nec licet inde extrahere, in scientia & præscientia circulis fit multitudo admiratio nis, in duobus reliquis fit magnitudo exultatio nis. In scientia & præscientia diuina semper in uenis multa admiratione digna, in prædesti natione, & Dei dispensatione semper inuenit cor iustum quod fit magna exultatione dignu. In illis semper fit admiratio tua, in istis exulta tio tua. Nusquam alibi reperies quod dignius mixeris, nusquam alibi quo rectius delecteris. In neutra fit aliquid friuolu, in neutra aliquid falsum. Deauretur uectis uterque, ut uectatis nitore clarescant circuli. In his uectibus intelligentia arca modo in anteriora profer tur, modo in altiora leuatur. Quo enim cor ho minis familiaris Dei sapientiam mirando de lectatur, eo ad plura & maiora capienda dilata tur. Per propitiatorium (ut diximus) quartum genus contemplationis intelligimus, hac pri mo genus pura intelligentia utitur, & circa sumas, & intellectibiles creaturas uersatur. Propi tiatorium fit de auro purissimo & locatur in summo. In his notamus intelligentia puritate & supereminetia dignitatem. Hic enim uten dum est instrumento rationis sine officio ima ginationis. Propitiatorium in summo locatur, & dignitas rationalis creaturae ceteris antefer tur. Notandum quod hoc opus propitiatorium dicitur, quoniam per multam cognitionem & considerationem sui, rationali creaturae Domi nus propitius redditur. Videamus nunc quid dicitur de eius longitudine, uel latitudine. Nec minus dignum consideratione curæ taceatur de eius altitudine. Scimus quod longitudo natu raliter prior est latitudine, similiter & utraque prior est altitudine. Intelligimus ergo per lon gitudinem quæ sunt ad rationalis creaturae in choationem. Intelligimus per latitudinē quæ sunt ad eius promotionem. Ea uero quæ sunt ad eius consummationem intelligimus per al titudinem. Creationis suæ bona sunt ei ad in choationem, iustificationis bona ad promotio nem, glorificationis bona ad consummationē. In his se mens contemplatiua diligenter exerceat ut propitiatorium suum congruam men suram accipiat. Tria multum miranda accepit ex creatione rationalis creatura. Essentia sub rilitem, boni ac mali discretionem, arbitrij li bertatem. Notissimum est homini quid sit li bertas arbitrij. Quotidie ista in cordibus no stris legimus, & in utroque certitudinis cubitu

De bono  
creatio  
nis, iustifi  
cationis  
& glorifi  
cationis.

tenemus. Sed substantiam ipsius animæ quis quæso quo sensu potest uidere? Nec uideo tuā, nec tu meam. Sed neuter prout est potest hic uidere uel suam. Pro hac parte quādiu uiuimus, scientiam nostram ad plenum cubitum non extendimus. Recte ergo longitudo propi tiatorij dicitur esse duorum cubitorum & dimi dij. Rationalis creatura iustificationem perti nere iam diximus ad propitiatorij latitudinē. Perficitur autem iustificatio nostra ex inspira tione diuina, & deliberatione propria. Quid uero deliberatio sit unusquisque per experien tiam nouit. Diuina uero inspiratio qualiter in nobis fiat quis quæso comprehendat. Spiritus enim ubi uult spirat, & nescis unde ueniat, uel quo uadat. In uno ergo comprehensionis cu bitum habemus, in altero habere non possu mus. Vide itaque quādiu recte propitiatorij lati tudo dicitur cubitum, & dimidium tenere. Ec ce de propitiatorij longitudine, ecce de eius la titudine. Pertinent autem ad eius altitudinem ea quæ sunt ad nostram glorificationem. Sed quis quo sensu comprehendat in quibus nostra constat? Quod oculus (inquit) non uidit, nec au ris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hinc facile perpenditur, cur propitiatorij altitudo, mensura non præscribitur, duo uel tres contem plationum genera uersantur (ut dictum est) cir ca diuina. Ad unum spectat quæ sunt supra ra tionem, nec tamen præter rationem. Supra ra tionem sunt, quæ capacitas eius modum exce dunt, consentanea tamē sunt rationi, quādiu uis ab ipsa non possunt comprehendere. In quibus ultimum genus uersatur, rationi omnino con traria uidentur, & talia, quibus nunquam ratio acquiesceret, nisi fides eam in hoc ipsum diri geret. Hac nonissima contemplationum gene ra exprimitur angelica forma. Pro certo oportet nos angelicam formā induere, si uolumus ad æternorum, & diuinorum contemplationē uolare. Hæc autem angelica forma, iubetur esse ductilis, & aurea: ut igitur sit aurea, contem platoris mens mundetur ab omni fantasia. Du ctile ferendo producit, & cherubin nostri ductile esse iubentur. Hinc ergo manifeste colli gimus, quod ad eiusmodi gratiam melius com punctione quādiu inuestigatione proficimus. Ex cellentia harum speculationum commendatur E in eo, quod cherubin nominatur. In hac enim gemina speculatione, promouemur ad plenitu dinem scientiæ. Ultra has autem aliquid ad aug mentum scientiæ non est querere, uel inuenire. Dictum est superius, quod per uisibilia, ad inuisi bilium contemplationem ascendimus. Sic sane per cognitionem inuisibilis creaturæ suble uamur ad speculationē creatricis naturæ. Hinc est quod cherubin iubentur uultum in propi tiatorium uertere: hinc est quod iubetur unus ex una, alter ex altera parte stare. In illa specu latione quæ, per propitiatorium intelligitur multa diuinorum similitudo, multa dissimilitu do

do inuenitur. Est enim spiritalis creatura ad imaginem & similitudinem Dei facta. Unus ergo ex cherubin ante iam dictis teneat latus si militudinis, alter uero ex eis teneat latus dissi militudinis. Et speculatio rationi magis cõsen tanea stet ex parte una & qua rationi minus est consentanea stet ex parte altera. Debent au tem cherubin alas expandere & propitiatoriu regere. Quid extensio alarum nisi quædam præ paratio ad uolandum? Ipsa mentis preparatio in æternorum uolatum uertitur & in umbra culū, in umbraculam inquam dici ab æstu, & in absconsione, & protectione a turbine & a pluuia. Debent uero cherubin uultum in propi tiarium uertere, & ex inspecta Dei imagine certius edoceri ad sublimiora scientia. De bent etiam dicti cherubin se mutuo respicere, & alterutro assertionis consonantiam per om nia conferre. Uterque caueat ut in eo quod affirmat alteri non contradicat. Sic ab uno fiat assertio unitatis, ne in eo euacuetur confessio trinitatis. Sic in altero fiat trinitatis confessio, ne euacuetur in eo unitatis assertio. Audiat præ latus quisque quādiu sit utile tres ultimas specu lationes cõparasse. Inde (inquit) loquar ad te. His comparandis intendat qui ad diuinas re uelationes anhelat. Merito propitiatoriu ora culum dicitur, nam inde diuina responsa dabā tur. Supra propitiatorium Dominus loquitur, quādo spiritui inspirat quod notionis eius mo dum supergreditur. Quasi de medio cherubin a dicitur, quod cuique pari modo concordare uideretur. Alis cherubin propitiatorium, propi tiarium arca operitur, quoniam ex superioris scientiæ prerogatiua, inferiorum scientia obnu bilatur. Iuxta dominicum præceptum testimo nium in arca est reponendum. Quod enim faciendum edocemur in summis, summiter retinē dum in intimis, conuersamur in uis. Principa lia Dei præcepta testimonium dicta sunt, quoniam conscientie cuiusque testimonium red dunt. Secundum obseruantie modum reddunt cuique testimonium quantum diligit Deum suum. Hæc de gratia cõtemplandi summa bre uitate perstrinxi, nam aliis de eadem materia latius disserui. Per mensam propositionis intel ligimus doctrinam sacræ eruditionis, in mensa cibis ponitur ut ad refectionem sumatur. Re fectio alia corporalis; alia spiritalis. Illa est E

Refectio  
duplex.

Status ite  
duplex.

tionem corporum tacuit, & seculari scientiæ re liquit. In ea ergo agitur de uia, nō de gemina procuratione, unde & dicitur cubitum unum latitudinis habere. Quantum autem ad modū nostræ reparacionis sufficienter agit de statu ui tæ præsentis, pauca autem de futuris docet, nā eius altitudo cubitum & tenuis tenet. Plenum cubitum quādiu ad præsentem statum, semis quantum ad futurum. Mensa propositionis fa bricatur ex ligno, superducitur auro, labio cir cundatur, gemina corona decoratur. Per opus ligneum intelligimus sensum historicum, per labium tropologicum, per geminam coronam allegoricum, & anagogicum. De lignis Setim fabricata est mensa qua dicitur ualde impu trabilia. Pertinet autem ad ligna impu trabilia sacra historia ab omni fallitate, & fatuitate a liena. Mentē deauratio ipsius litteræ subtilis, & sapiens expositio. Pulchra deauratio sagarum diuinorum iudiciorum commendatio. Notan dum sanē quod primum opus est ligneum sed deauratum. Cetera uero tria non deaurata, sed aurea. Quod est inter lignum & aurum, hoc est inter historicum & mysticum sensum. In scrip tura sacra primum locum tenet historia. Mys tica uero intelligentia pro certo est tripartita. Tropologica tenet locū unum, allegorica me dium, anagogica summum. Cur summum nō teneat quæ de summis & cœlestibus a dicitur? Al legoria maximē circa fidei nostræ sacramenta uersatur, & qualia creduntur magis quādiu intelliguntur. Tropologia de his agit quæ quif que facile capit & unde & in imo refedit. Per labium ergo autem intelligo mysticū & mo ralem intellectum. Magna aliquid innuitur quod hæc operis figura labium dicitur. Scimus quod omnis noster sermo formatur ex labio. Forte ergo datur intelligi quod communis etiam locutio debet tropologia informari. Labio corona interrahilis superponitur, quia allegoria circa sublimiora, & sublimia uersatur. Opus in terrahilis solet artificiosas quasdam quasi celaturas habere, & quis digne miretur quādiu mi ro modo allegoria historiae intexitur? Ea enim ibi allegoricè inserta sunt quæ uix possunt cre di, comprehendere non possunt. Corona in terra hlis habet superficiem suam hic planam, hic cõcauam, illic perforatam. Planam in his quæ sunt secundum rationem, cõcauam in his quæ sunt præter rationem, perforatam in his quæ uidentur contra rationem. Alia est enim conditio tropologiae, & longe alia conditio allego ria. Quid est enim tropologia nisi moralis sciē tia, & quid allegoria nisi mystica mysteriorum doctrina? Morum honesta cordi humano natu raliter sunt inscripta. Mysterioru uero profun da pro certo nemo nisi temere præsumit de sen su proprio. Unde & altitudo coronæ quatuor tantummodo digitos dicitur tenere. Quid quæ so sunt euangelista sancti nisi digiti dexterae excelsi? Ad horum mensuram allegorica doctri na

Deauratio.

Discrimē  
inter sen  
sum my  
sticum &  
Histori  
cum.  
Mystic  
inter præ  
tatio tri  
plex.



na se format, cum eorum dictis per omnia concordat. Notandum quod ipsi labio corona fieri precipitur, quoniam ex sacramentorum uirtute motu disciplina utilis & obseruabilis redditur. Per coronam (ut dictum est) aureolam intelligimus doctrinam anagogicam. Hanc doctrinam de summis agit, unde & eius figura in mensa locum summum obtinuit. Quid enim dicimus anagogen nisi mysticam & sursum ductiuam supercaelestium intelligentiam? In praedictis duobus queritur doctrina morum & mysteriorum. Ad anagogen spectat speculorum prauidentia praemiorum. Quod corona dicitur aureola idem ualeat ac si diceretur modica & aurea. Est autem modicum quid, quicquid uis humana capit de eo quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Notandum quod sola scriptura sacra allegorico, & anagogico sensu mystice utitur sola inter omnes hac gemina supereminetia coronatur. Sanctis doctoribus summopere studendum est ut semper sint parati omni poscenti reddere rationem de ea fide & spe quae in nobis est. In proptu habeat probare uera, improbare falsa, suadere iusta, dissuadere iniusta. Qui hac nouit, quales oportuit circulos doctrinali mensa inferuit. Quales circuli probatio ueri, improbatio falsi, persuasio iusti, dissuasio iniusti. Nonne ratiocinatio in idem redit & circulum facit, cum quod in initio proposuit in fine concludit? Quod dictum est de uno ex his circulis facile intelligitur quid sentiendum sit de alijs. Videamus modo qui sunt illi anguli in quibus debent eiusmodi circuli poni. Vbi quis ambigit de eo quod sacra scriptura proponit, quodammodo quasi angulum incurrit. Ambiguitas & haesitatio angulum facit, ubi quid eligendum sit non facile occurrit. Saepè dubitatur de uero utrum sit uerum, similiter & de falso utrum sit falsum. Saepè haesitatur de faciendo iusto, saepè de faciendo, uel non faciendo iniusto. Quem autem circulum quo angulo debeamus ponere per facile est uidere nec eget nostra assignatione. Consequens est modo quaerere quid sentiendum de pedibus mensae. Pedibus totum corpus nititur & ad statum erigitur. Quanto autem diuinis mandatis firmitus in nitimur, tanto perfectius ad statum rectitudinis erigimus. Secundum numerum pedum attende quatuorpartitum mandatum. Pes primus praecipio, secundus prohibitio, tertius communitio, quartus concessio. Praecipio in his quorum perpetratio est ad meritum, declinatio ad reatum. Prohibitio in his quorum perpetratio est ad meritum, declinatio ad reatum. Communitio in his quorum perpetratio sic est ad meritum ut declinatio non sit ad reatum. Concessio in his quorum declinatio sic est ad meritum, ut perpetratio non sit ad reatum. In praecipis maxime opus est approbatione, in prohibitis improbatione, in communitio opus est persuasione, in concessis

De pedibus mensae.

Primus pes 2. 39. 49.

**A** dissuasione. Cur autem sit diligenter inquirenti facile elucefcat. In duobus constat officium ueri praedicatoris, in eruditione ueritatis & adhortatione uirtutis. In hac gemina efficietia doctrinalis mensa circumfertur, & suis quibusdam quasi uectibus de uno corde in aliud traducitur. Vnus itaque uectis dicitur sagacitas eruditionis, alter sagacitas exhortationis. Eiusmodi uectes debent ex aperitis litterarum testimonijs, & uelut de lignis setim fieri, & mysticorum intellectuum sententijs deaurari. Omnis sacra eruditio debet niti ad probationem ueri & improbationem falsi. Omnis exhortatio sacra ad perfusionem boni & dissuasione mali. Hinc est facillimum pendere qui circuli qualem uectem debent habere. Notandum quod ad uectes pertinet scripturarum attestatio, ad circulos humana ratiocinatio. Et quoniam mysteriorum profunda humanam rationem excedunt recte circuli sub corona sedem accipiunt.

PROLOGVS IN SEX libros de Trinitate.

**V**stus meus ex fide uiuit, apostolica sententia est simul & prophetica. Nam apostolus dicit quod propheta praedicit, quia iustus ex fide uiuit si sic est, immo quia sic est, debemus utique studiose cogitare, frequenter retractare sacramenta fidei nostra. Sine fide namque impossibile est placere Deo. Nam ubi non est fides, non potest esse spes. Oportet enim accedentem ad Deum credere quia est, & quod in inquirentibus se remunerator sit, alioquin quae spes esse poterit? Vbi autem non est spes, charitas esse non potest. Quis enim amet de quo nil boni speret? Per fidem igitur promouemur ad spem, & per spem proficimus ad charitatem. Quicquid autem habuerit si charitatem non habuerit nihil mihi prodest. Quis autem sit fructus charitatis, audis ab ore ueritatis: *si quis diligit me diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* ex dilectione itaque manifestatio, & ex manifestatione contemplatio, & ex contemplatione cognitio. Cum autem Christus apparuerit uita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria, & tunc similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est. Vides unde & quomodo peruenitur, uel quibus gradibus ascenditur mediante spe & charitate de fide ad cognitionem diuinam, & per cognitionem diuinam ad uitam aeternam: *Hac est autem, inquit, uita aeterna, cognoscere te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* uita itaque ex fide, & uita ex cognitione. Ex fide uita interna, ex cognitione uita aeterna. Ex fide uita illa qua interim uiuimus bene ex cognitione uita illa qua in futuro uiuemus beata: fides itaque totius boni initium

Rom. 1. Habac. 2.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

initium est, atque fundamentum. Quam studiose ergo in fide esse nos conuenit, a qua omnibonum, & fundamentum sumit, & firmamentum capit: Sed sicut in fide totius boni inchoatio, sic in cognitione totius boni consummatio, atque perfectio. Feramur itaque ad perfectionem, & quibus ad profectum gradibus possumus properemus de fide ad cognitionem satagamus in quantum possumus, ut intelligamus quod credimus. Cogitemus quantum in huius cognitione studuerunt, uel quousque profecerunt mundi huius philosophi, & pudeat nos in hac parte inferiores illis inueniri: *Quod enim notum est Dei manifestum est illis* (teste apostolo) quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, cognouerunt ergo. Quid ergo nos facimus qui ab ipsis cunabulis uere fidei traditione accepimus? Amplius aliquid debet in nobis amor ueritatis quam in illis potuit amor uanitatis, amplius aliquid nos in his posse oportebit, quos fides dirigit, spes trahit, charitas impellit. Parum ergo debet nobis esse quae recta & uera sunt de Deo credere, sed satagamus (ut dictum est) quae credimus intelligere: Nitamur semper in quantum fas est, uel fieri potest comprehendere ratione, quod tenemus ex fide. Sed quid mirum si ad diuinitatis arcana mens nostra caligat, cum omni pene momento terrarum cogitationum puluere sordeat? Excutere de puluere uirgo filia Syon. Si filij sumus Syon, sublimem illam contemplationis scalam erigamus, assumamus pennas ut aquilae, in quibus nos possumus a terrenis suspedere, & ad caelestia leuare. Sapiamus quae caelestia sunt, non quae super terram, ubi Christus est ad dexteram Dei sedes. sequamur quo Paulus praecessit, qui usque ad tertij caeli secreta nolauit, ubi audiuit arcana illa quae non licet homini loqui. Ascendamus post caput nostrum. Nam ad hoc ascendit in caelum ut prouocaret, & post se traheret desiderium nostrum. Christus ascendit, & spiritus Christi descendit. Ad hoc Christus misit nobis spiritum suum, ut spiritum nostrum lenaret post ipsum. Christus ascendit corpore, nos ascendamus mente. Ascensio illius fuit corporalis, nostra autem sit spiritualis. ut quid enim ascensionis nostrae Doctorem, atque ductorem spiritum exhibuit, nisi quia ascensum nostrum interim spirituale esse uoluit? Nam ad corporalem ascensionem illam quae in nobis futura est, ueniet ipse corporaliter in ea carne quam assumpsit pro nobis, secundum illud: *Sic ueniet quem admodum uidiſtis eum euntem in caelum.* Ascendamus ergo spiritualiter, ascendamus intellectualiter, quo interim non licet corporaliter. parum autem nobis debet esse ad primi caeli secreta, mentis contemplatione ascendere. Ascendamus igitur de primo ad secundum de secundo ad tertium. Contemplatione ascendentibus de uisibilibus ad inuisibilia, de corporalibus ad spiritualia, primo occurrit consideratio immor-

Rom. 1.

Ad diuinitatis arcana mens nostra caligat.

Ad. 1.

**A**talitatis. Secundo consideratio incorruptibilitatis. Tertio consideratio eternitatis. Ecce triplex regio, immortalitatis incorruptibilitatis, aternitatis. Prima est regio spiritus humani. Secunda spiritus angelici. Tertia spiritus diuini. Spiritus si quidem humanus immortalitatem quasi quandam sui iuris hereditatem possidet, quam nullo tempore nulla diuturnitate in perpetuum amittere potest. Nam eum semper oportet uel uiuere in gloria uel durare in pena. Hic itaque spiritus quoties terrenis, & transitorijs actualiter incumbit, quasi semetipsum deserit, & sub semetipsum descendit. Nil aliud ergo ei est ad primum caelum ascendere, quam ad semetipsum redire, & quae immortalitatis sunt, & seipso digna pensare, & agere. Incorruptibilitas autem longè quidè supra ipsum est, quam interim possidere non potest. Sed quod interim non habet, uirtutum merito obtinere ualeat. Ad secundum itaque caelum est ei ascendere, incorruptibilitatis gloriam meritis comparare. Hanc utique angelicus spiritus quasi hereditario iure iam possidet, quam perseverantia sua merito ea conditione obtinuit, ut de caetero in perpetuum amittere non possit. Tertium autem caelum ad solam pertinet diuinitatem. Nam de eo scriptum est, quia solus habitat aternitatem, caetera uero omnia quae ex tempore esse ceperunt, eo ipso aternitatem habere non possunt, quo ab aeterno non fuerunt, sed singulare donum, & praem omnibus praecipuum est usque ad hoc caelum penna contemplationis uolare, & intellectuales oculos eius radijs infigere. Ad primum itaque caelum ascenditur actualiter. Ad secundum uirtualiter. Ad tertium intellectualiter. ad hoc utique ultimum caelum spirituales uiros spiritus Christi subleuat, quos reuelantis gratiae prerogatiua caeteris altius, pleniusque illustrat. Quoties enim ad hoc caelum spiritu subleuante attollimur, quoties per contemplationis gratiam ad aeternorum intelligentiam promouemur. Parum itaque debet nobis esse quae uera sunt de aeternis credere, nisi detur & hoc ipsum quod creditur cum rationis attestazione conuincere. Nec nobis sufficiat illa aeternorum notitia quae est per fidem solam, nisi apprehendamus, & illam quae est per intelligentiam, si necdum ad illam sufficimus quae est per experientiam. Hac in operis nostri praefatione praemisimus, ut animos nostros ad huiusmodi studium attentiores, & ardentiores redderemus: magni etenim meriti esse putamus in huiusmodi exercitio multum studiosos fore, etiam si non detur id ipsum quod intendimus, pro uoto perficere.

Triplex regio.

Ita. 57.

Ad primum caelum ascenditur quomodo.



DE TRINITATE Liber Primus.

Quod rerum notitiam triplici apprehendimus modo, experiendo, ratiocinando, credendo. Cap. I.

ad sublimium scientiam mentis sagacitate ascendere uolumus, operaprecium est primo notice quibus rerum modis notitiam apprehendere solemus. Rerum itaque notitia (ni fallor) modo triplici apprehendimus. Nam alia experiendo probamus, alia ratiocinando colligimus, aliorum certitudinem credendo tenemus, & temporalium quidem notitiam per ipsam experientiam apprehendimus. Ad aeternum uero notitiam, modo ratiocinando, modo credendo asurgimus. Nam quaedam ex his, quae credere iubemur, non modo supra rationem, uerum etiam contra humanam rationem esse uidentur, nisi profunda, & subtilissima indagatione discutiantur, uel potius diuina reuelatione manifestentur. In horum itaque cognitione, uel assertionem magis inniti solemus fide, quam ratiocinatione, auctoritate potius quam argumentatione, iuxta illud propheta: Nisi credideritis non intelligetis. Sed & hoc in his uerbis diligenter attendendum uidetur, quia horum quidem intelligentia, hac nobis auctoritate, non generaliter sed conditionaliter neganda proponitur, cum dicitur: Nisi credideritis non intelligetis. Non ergo debent exercitatos sensus habentes, de talium intelligentia comparanda desperare, dum tamen se sentiant firmos in fide, & per omnia probatae constantiae in fidei suae assertionem.

Isaia. 7.

Quod nihil firmiter tenetur quam quod constanti fide apprehenditur. Cap. II.

Sed hoc in his supra modum mirabile, quia quot quot ueraciter fideles sumus nihil certius, nihil constantius tenemus quam quod fide apprehendimus. Sunt namque patribus caelitus reuelata, & tam multis tam magnis tam mitis prodigijs diuinitus confirmata, ut genus uideatur esse dementiae in his uel aliquantulum dubitare. Innumera itaque miracula, & alia quae non nisi diuinitus fieri possunt, in huiusmodi fidem faciunt, & dubitare non sinunt, utimur itaque in eorum attestacione seu etiam confirmatione signis pro argumentis, prodigijs pro experimentis. Utinam attenderent Iudaei, utinam animaduertent pagani, cum quanta conscientiae securitate pro hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere, nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus? Domine si error est a te ipso decepti sumus, nam ista in nobis tantis signis, & prodigijs confirmata sunt & talibus, quae non nisi per te fieri possunt. Cer

te a summae sanctitatis uicis sunt nobis tradita, & cum summa, & authentica attestacione probata, te ipso cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, hinc est utique, quod perfecti fideles paratiores sunt mori pro fide, quam fidem abnegare. Nihil enim proculdubio firmiter tenetur, quam quod constanti fide apprehenditur.

Quod de his agitur in hoc opere, quae iubemur, de aeternis credere. Cap. III.

Ad eorum itaque notitiam de quibus recedat dicitur nobis, si non credideritis non intelligetis, oportet quidem per fidem intrare, nec tamen in ipso statim introitu sublitere, sed semper ad interiora, & profundiora intelligentiam properare, & cum omni studio, & summa diligentia insistere, ut ad eorum intelligentiam quae per fidem tenemus quotidianis incrementis proficere ualeamus. In horum plena notitia, & perfecta intelligentia, uita obinetur aeterna. In hac sane acquisitione summa utilitas, in eorum contemplatione, summa iucunditas. Haec sunt summae diuinitae, haec sempiternae deliciae, in horum gustu ultima dulcedo, in horum fruitione infinita delectatio. De illis itaque, propositum est agere in hoc opere, quae iubemur ex catholicae fidei regula, non de quibuscunque, sed de aeternis credere. Nam de redemptionis nostrae sacramentis ex tempore factis, quae credere iubemur, & credimus, nihil in hoc opere intendimus. Nam agendi modus alius in his, alius uero in illis.

Modus agendi in hoc opere, non tam auctoritates inducere, quam ratiocinationi insistere. Cap. IIII.

Er itaque intentionis nostrae in hoc opere ad ea, quae credimus in quantum dominus dederit, non modo probabiles, uerum etiam necessarias rationes adducere, & fidei nostrae documenta, ueritatis enodatione, & explanatione condire. Credo namque sine dubio, quoniam ad quorumlibet explanationem, quae necesse est esse, non modo probabilia, imo etiam necessaria argumenta non deesse, quamuis illa interim contingat nostram industriam latere. Omnia quae ceperunt esse ex tempore pro beneplacito conditoris, possibile est esse, possibile est non esse, unde & eo ipso eorum esse non tam ratiocinando colligitur, quam experiendo probatur. Quae uero aeterna sunt, omnino non esse non possunt, sicut nunquam non fuerunt, sic certe nunquam non erunt, imo semper sunt, quod sunt, nec aliud, nec aliter esse possunt. Videtur autem omnino impossibile, omnem necessarium non esse, necessariaeque ratione carere, sed non est cuiusuis animae huiusmodi rationes de profundo & latebroso naturae sinu

De cōtin gentibus.

sinu elicere, & uelut de intimo quodam sapientiae secretario erutas in commune deducere. Multi ad hoc minus digni multi ad hoc minus idonei, multi in hoc minus studiosi. & quod semper (si fieri posset) praeculis habere deberemus, uix uel raro cogitamus. Cum quali quoque studio, quantoque desiderio deberemus illi incumbere negotio, illi in hiare spectaculo, de quo pender saluatorum omnium summa beatitudo? Credo autem me non nihil fecisse, si detur mihi mentes studiosas in huius negotio uel in modico adiuuare & ad tale studium tepidas mentes meo studio prouocare.

In quo sumum studium posere debemus.

Breuiter praebatur de quibus in sequentibus agitur. Cap. V.

Egi frequenter quod non sit Deus nisi unus, quod sit aeternus, increatus, immensus, quod sit omnipotens, & omnium Dominus, quod ab ipso est omne quod est, quod ubique est, & ubique totus, non per partes diuisus. Legi de Deo meo, quod sit unus, & trinus, unus substantialiter, sed personaliter trinus, haec omnia legi, sed unde haec omnia probentur, me legisse non memini, legi quod in diuinitate uera, non sit nisi una substantia, quod in unitate substantiae sint plures personae, singulae autem a singulis ceteris proprietate distinctae, quod sit ibi persona quae sit a semetipsa, non ab alia aliqua, quod sit ibi persona quae sit ab una sola, non autem a semetipsa, quod sit ibi persona quae sit a persona gemina, non autem ab una sola. Quotidie audio de tribus quod non sint tres aeterni, sed unus aeternus, quod non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, & unus immensus. Audio de tribus, quod non tres omnipotentes, sed unus omnipotens, audio nihilominus quod non tres Dii, sed unus est Deus, nec tres domini, sed unus est dominus, inuenio quod pater non sit factus, sed unigenitus, quod filius non sit factus, sed genitus, quod Spiritus sanctus non sit factus, nec genitus, sed procedens. Haec omnia frequenter audio, uel lego, sed unde haec omnia probentur me legisse non recolo, abundant in his omnibus auctoritates, sed non aequae, & argumentationes, in his omnibus experimenta desunt, argumenta rare scunt, puto itaque me non nihil fecisse (sicut superius iam dixi) si in huiusmodi studio studiosas mentes potero uel ad modicum adiuuare & si non detur posse satisfacere.

Quod uniuersaliter omnis modus essendi potest sub triplici distributione comprehendendi. Cap. VI.

Ut igitur plane & perspicue ueritatis solidum, & uelut immobili fundamento insit, unde ratiocinationis nostrae ordo initium sumat, unde nemo dubitare ualeat, uel resiliere praesumat, sic possumus dicere. Omne quod est, uel Richardi S. Victoris. Pars I.

esse potest, aut ab aeterno habet esse, aut esse cepit ex tempore. Omne quod est, aut esse potest, aut habet esse a semetipso, aut habet esse ab alio, quod a semetipso. Vniuersaliter itaque omne esse triplici distinguitur ratione. Erit. n. esse cuiuslibet existenti, aut ab aeterno, & a semetipso, aut e contrario, nec ab aeterno, nec a semetipso, aut mediate inter haec duo ab aeterno quidem, nec a semetipso. Nam illud quartum quod huic tertio membro uidetur e contrario respondere, nullo modo ipsa natura patitur esse. Nihil. n. omnino potest esse a semetipso, quod non sit ab aeterno. Quicquid. n. ex tempore esse cepit, fuit quando nihil fuit, sed quandiu nihil fuit, omnino nihil habuit, & omnino nihil potuit, nec sibi ergo nec alteri dedit, ut esset, uel aliquid posset. Alioqui dedit quod non habuit, & fecit quod non potuit, hinc ergo collige, quod sit impossibile ut aliquid omnino sit a semetipso, quod non sit ab aeterno. Ecce ergo quod superius iam diximus, manifesta ratione colligimus, quia omne esse triplici distinguitur ratione.

De illo essendi modo, qui non est ab aeterno, & eo ipso, nec a semetipso. Cap. VII.

Ab illo itaque rerum genere incipere debemus, de quibus nullo modo dubitare possumus, & per illa quae per experientiam no uimus, ratiocinando colligere quid de his quae supra experientiam sunt, oportet sentire, de illo sane essendi modo qui non est ab aeterno, & eo ipso utique iuxta praedictam rationem, nec a semetipso, quotidiano & multiplici certificamur experimento, incessanter alia uidemus succedere, alia succedere, & quae prius quidem non erant in actum prodire, hoc in hominibus, hoc in animalibus incessanter uidemus. Idem in arbutis, & herbis quotidianis probamus experimentis, quod in operatione naturae, idem uidemus in operibus industriae. Quod igitur innumera sunt, quae ab aeterno non fuerunt, quotidiana experimenta latere non sinunt. Superior. n. ratio inuenit, quia quicquid ab aeterno non fuit, a semetipso esse non possit, alioqui aperte conuincitur, quia aliquid sibi initium existendi dedit sub illo instanti, quando nihil habuit, quando omnino nil potuit, quod quam sit omnino impossibile, sane mentis hominem nulla tenus potest latere. Omnibus itaque illis, quae esse ceperunt ex tempore, constat illud habere commune, quod non est ab aeterno, & eo ipso (ut iam dictum est) nec a semetipso. Ecce de illo essendi modo iam diximus, de quo dubitare non possumus, utpote de illo, quem quotidiano uisu probamus.

De illo essendi modo qui est a semetipso, & eo ipso ab aeterno. Cap. VIII.

Sed ex illo esse quod non est ab aeterno, nec a semetipso, ratiocinando colligitur, & illud esse

esse quod est a semetipso, & eo quidem etiam ab aeterno, nam si nihil a semetipso fuisset, non esset omnino unde ea existerent potuissent quae suum esse a semetipsis non habent, nec habere valent. Consequitur itaque aliquid esse a semetipso & eo ipso (vt iam dictum est) & ab aeterno, alioqui fuit quado nihil fuit, & tunc quidem futurorum nihil futurum fuit, quia qui sibi vel alijs initium existendi daret vel potuisset dare, tunc omnino non fuit, quod quam falsum est, ipsa euidencia ostendit, & rerum existentium experientia conuincit. Sic tamen ex his quae videmus ratiocinando colligimus, & ea esse quae non videmus, ex transitioijs, aeterna, ex mundanis, supermundana, ex humanis, diuina, *Inuisibilia enim Dei a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.*

Rom. I.

*De illo essendi modo qui est ab aeterno, nec tamen a semetipso. Cap. IX.*

*Radius solis a sole procedit & sicut per eum illo.*

**F**uisse autem aliquid esse ab aeterno quod tamen non sit a semetipso, nemini videatur impossibile, quasi sit necessarium causam semper effectum praecedere, & omne quod est de alio suo principio semper succedere oportere. Certe radius solis de sole procedit, & de illo originem trahit, & tamen soli coequis existit. Ex quo enim fuit, de se radium produxit, & sine radio, nullo tempore fuit. Si igitur lux ista corporalis habet radium sibi coequum, cur non habeat lux illa spiritalis & inaccessibleis radium sibi coeternum? In natura creata legimus, quid de natura increata pensare vel aestimare debeamus. videmus quotidie quomodo natura ipsius operatione existentiam producit, & existentia de existentia procedit, quid ergo, nunquid in illa superexcellenti natura operatio naturae nulla erit, aut omnino nil poterit? Nunquid natura illa quae huic naturae nostrae fructum fecunditatis donauit, in se omnino sterilis permanebit, & quae alijs generationem tribuit, nunquid sine generatione & sterilitas erit? Ex his itaque videtur probabile, quod in illa superessentiali incommutabilitate sit aliquid esse quod non sit a semetipso, & fuerit ab aeterno, sed super hoc ampliori & efficaciori ratione suo disputabitur loco.

*Quod circa duos tantum modos qui sunt ab aeterno, versatur tota huius operis intentio. Cap. X.*

**D**e gemino itaque essendi modo quos diximus esse ab aeterno, intendimus agere in hoc opere, & de his quae ad huiusmodi considerationem videntur pertinere. Nam de consideratione rerum temporalium (de his videlicet quae pertinent ad tertium modum) nihil interim intendimus, nisi quantum eorum considerationem ad aeternorum inuestigationem necessariam vel vtilem comprobamus, sicut enim ex Apostolo habemus, & superius iam

**A** diximus: *Inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.* Quoties igitur per visibilia speculationem ad inuisibilia contemplationem assurgimus, quid aliud quam velut quandam scalam erigimus, per quam ad ea quae supra nos sunt mente ascendamus? Inde est quod in hoc tractatu, omnis ratiocinationis nostrae processus initium sumit ex his quae per experientiam nouimus. Quicquid igitur in hoc opere de aeternis dicitur, est ex intentione, quod vero de temporalibus, ex occasione. Nam tota huius operis nostri intentio, versatur circa duos essendi modos qui sunt ab aeterno.

*De substantia summa, quod sit a semetipso, & eo ipso ab aeterno, & sine omni initio. Cap. XI.*

**N**unc igitur latius differendum est de illo esse quod est a semetipso, unde (vt iam dictum est) constat ipsum esse ab aeterno. Illud autem certissimum est, & unde (vt credo) nemo dubitare potest, quia in tanta multitudinis rerum existentium, & tam multiplici differentia graduum esse oporteat aliquid summum. Summum vero omnium dicimus, quo nihil est maius, nihil melius. Absque dubio autem melior est natura rationalis quam natura irrationalis. Oportet itaque vt aliqua rationalis substantia sit omnium summa, quam autem constat in hac rerum vniuersitate summum locum tenere. Non potest autem hoc ipsum quod est a suo inferiori accipere, oportet ergo vt aliqua sit substantia quae vtrumque habeat, & summum videlicet locum tenere, & a semetipso esse. Nam sicut superius iam diximus atque probauimus, si nihil esset a semetipso, nihil esset ab aeterno, & tunc quidem nulla rerum origo, nulla esset rerum successio. Conuincit itaque rerum expertarum euidencia, aliquam substantiam esse oportere a semetipso. Nam si nulla a semetipso esset, nullum omnino eorum foret, quae aliunde originem trahunt, & a semetipsis esse non possunt. Pertinet itaque substantia illa, quae non est nisi a semetipso, pertinet inquam ad illud esse, quod est ab aeterno, & sine omni initio.

*Item quod una sola substantia sit a semetipso, a qua & caetera omnia, & quod non nisi a semetipso habet totum quod habet. Cap. XII.*

**S**ed nec illud quod de summa substantia dictum est, adhuc ampliori ratione probari potest. Illud autem certissimum est, quod in tota rerum vniuersitate nihil esse potest, nisi possibilitem essendi uel de seipso habuerit, uel aliunde acceperit. Quod enim esse non potest, omnino non est, ut igitur aliquid existat, oportet ut ab essendi potentia posse esse accipiat. Ex essendi itaque potentia esse accipit oēs, quod in rerum vniuersitate subsistit. Sed si ex ipsa

Rom. I.

ipsa sunt omnia, nec ipsa quidem est nisi a semetipso, nec aliquid habet nisi a semetipso. Si ex ipsa sunt omnia, ergo omnis essentia omnis potentia omnis sapientia. Si omne esse ab illa est, ipsa summa essentia est. Si ab illa omne posse, summè potens. Si omne sapere, summè sapiens est. Est enim impossibile maius aliquid dare quam habere. Sapientia quidem a possidete tota potest dari simul, & a dante tota retineri. Sed maiorem sapientiam quam habes omnino in partem non uales. Summè sapientem itaque esse oportuit, unde omnis sapientia originem trahit. Sed ubi substantia rationalis non est, sapientia omnino inesse non potest. Soli enim rationali substantiae potest sapientia inesse. Est itaque rationalis substantia & omnium summa, cui inest summa sapientia. Est inquam omnium summa, a qua est omnis essentia. Omnis itaque tam rationalis quam irrationalis natura, non itaque aliud est essendi potentia, quam summa substantia. Quam igitur non est nisi a semetipso ipsa essendi potentia, tam non potest esse nisi ipsa summa substantia, quae non est aliud aliquid quam ipsa essendi potentia. Constat itaque quod a summa quidem substantia est omne quod est, sed si ab ipsa sunt omnia, praeter illam solam nulla est a semetipso. Et si ab ipsa est omne esse, omne posse, omne habere, proculdubio a seipsa habet totum quod habet. Rectè ergo haec substantia primordialis dicitur, quia omne quod est principium, & originem sortitur.

*De rationali substantia.*

*Quid sit essendi potentia.*

*Quod summa substantia sit idem quod ipsa potentia idem quod ipsa sapientia, unde & qualibet est idem quod altera. Cap. XIII.*

**N**unc illud consideremus quod iam dictum est, quia summa substantia summè potens est. Sed illud certissimum est, quoniam hoc ipsum quod potens est, illi est de ipsa sapientia. Hoc ipsum quod sapiens est, de ipsa sapientia. Probatum est autem quia totum quod habet, non nisi a semetipso habet. Vt igitur habeat non nisi a semetipso quod habet de ipsa potentia, quod habet de ipsa sapientia, necesse est vt ille omnino non sint aliud aliquid quam ipsa. Alioqui sine potentia atque sapientia potens vel sapiens esse non ualeat, quod ab ipsis habet, non tam a se, quam aliunde habet. Consequens autem est quoniam si vtraque illarum est idem quod summa substantia, quolibet illarum esse idem quod altera.

*Quod summa substantia non possit habere parem, sicut nec superiorem. Cap. XIII.*

**H**oc autem in loco nunc illud summopere attendendum est, quia si substantia hoc ipsum quod summa potentia est, diuersa aliqua substantia id ipsum esse non potest. Alio

**A**quin diuersae substantiae essent vna, & vna diuersa, quod est vtrique omnino impossibile. Sed dicis ad ista fortassis. Quid si potest diuersa aliqua substantia summam potestatem habere? Et si non potest summa potentia esse, nonne aequipotentes erunt, si ambae summam potestatem habuerint? Absque dubio, & incunctanter affirmo: quia si vna eorum summam potentiam habere potest, & esse non potest aequipotens ei non est quae vtrique potest. Ex parte enim potest, & ex parte non posse, quod alteri est ex toto possibile, hoc non est de potentia ipsius plenitudine sed de eius participatione gaudere. Multo autem est maius multoque excellentius magis alicuius rei habere plenitudinem, quam obtinere participationem. Ex his igitur aperte colligitur, quod primordialis substantia non potest habere parem, sicut ex superioribus patet non posse habere superiorem.

*Plus est habere plenitudinem, quam participationem.*

*Quam sit impossibile summam substantiam propriae naturae consortem habere. Cap. XV.*

**S**ubstantiae itaque primordiali videtur naturaliter inesse omnibus praesidere, & parem vel superiorem habere non posse. Quod enim inest substantialiter, absque dubio & naturaliter inest. Ex eo namque quod ipsa primordialis substantia idem omnino quod summa potentia est, ei naturaliter inest quod summè potest, & quod potentiorum vel aequae potentem habere non potest. Videamus ergo si vel inferiorem possit habere propriae naturae consortem. Sed quomodo quae seorsum substantia primordialis essentia inferior esse poterit, si naturaliter cum illa commune habuit quod parem vel superiorem habere non possit? Iuxta haec erit vna quae liber altera, imò vna quam se ipsa superior, & inferior, maior, & minor. Est ergo impossibile primordiale substantiam propriae naturae consortem habere.

*Quod summa substantia sit idem quod diuinitas ipsa, & quod Deus non sit nisi substantialiter vnus. Cap. XVI.*

**I**uxta superiorem disputationem iam pro certo tenemus, quod a summa, & sola substantia est omne quod est, & quod a semetipso habet totum quod habet. Sed si ab ipsa sunt omnia, ergo & diuinitas ipsa. Si vero illam alteri dedit, nec sibi retinuit, superiorem habet, quae (iuxta quod superius probatum est) superiorem habere non ualeat. Constat itaque illam sibi retinuisse, simul & habere. Deus autem est qui deitatem habet, & hoc ipsum quod Deus est, ex deitate habet. Sed si summa substantia hoc ipsum quod Deus est habet ex diuinitate sua, quae nihil habet nisi a semetipso, profecto ipsa Deitas non aliud aliquid est quam summa substantia. Non ergo potuit alicui alteri substantiae dare, non dicam vt deitatem haberet, sed vt ipsa deitas

*Deitas quid sit.*

tas esset. Alioqui (quod impossibile est esse) partem haberet. Hinc ergo colligitur, quod uera diuinitas est in unitate substantia, & uera substantia unitas in ipsa diuinitate. Non est itaque Deus nisi substantialiter unus.

Item, quod non sit Deus nisi unus, quod ab ipso est omne quod est, quod non nisi a se habet totum quod habet, quod idem sit quod ipsa potentia, quod & ipsa sapientia. Cap. XVII.

Adi nunc quam de facili possumus probare, quod non sit Deus nisi unus. Ex eo, quod nihil habet nisi a se, constat quia diuinitas ipsa non est aliquid aliud quam ipse, ne conuincatur habere aliunde, quam a seipso quod habet ex diuinitate. Diuinitas itaque ipsa, aut erit incommunicabilis, aut aliquibus communis. Sed si est incommunicabilis, quod consequens non est, non est Deus nisi unus. Si autem aliquibus communis fuerit, communis itaque erit, & substantia illa, quae non est aliud quam diuinitas ipsa. Sed substantia una non potest esse communis pluribus substantiis, alioquin una eademque esset plures, & plures una, quod quam falsum sit, ratio latere non sinit. Si uero dicitur esse communis pluribus personis, ita id quod dictum est, erit eis itaque communis, & substantia illa, quae non est aliud quam diuinitas ipsa. Iuxta hoc utique erunt in diuinitate una plures personae, sed non nisi una substantia. Siue ergo una tantum, siue plures personae dicantur esse in una diuinitate, nihilominus non erit Deus nisi substantialiter unus. Solus itaque & unus Deus est a semetipso, & eo ipso ab aeterno. Et iuxta quod de summa substantia, quae non est aliud quam ipse (prout probatum est) ab ipso est omne quod est, a semetipso habet totum quod habet, & ipse idipsum est, quod ipsa potentia, quod ipsa sapientia, quod diuinitas ipsa.

Quod omnino sit impossibile, uel ipsum Deum, quod Deo sit melius diffinire posse. Cap. XVIII.

Si itaque Dei sapientia, & Dei potentia, unum idemque sunt per omnia, nihil perfectionis, nihil consummationis comprehenditur ab una, quod sub eadem integritatis mensura non comprehendatur ab alia. Nihil itaque maius, nihilque melius est in eius nosse, quam in eius posse, & eo ipso in eius esse, quia non est aliud aliquid eius posse, quam eius esse. Quicquid ergo optimum, quicquid praecipuum ab eius sapientia deprehenditur, uel diffinitur, totum hoc iuxta eandem integritatis plenitudinem ab eius potentia comprehenditur, totum in eius essentia concluditur. Nam quantum ad perfectionis culmen, si aliquid per intelligentiam attingere, quod per efficaciam apprehendere non possit, iam se proculdubio magnificentius per sapientiam, quam per potentiam extenderet, essetque una, eademque substantia, & seipsa maior,

De pluritudine personarum, & unitate substantiae.

& seipsa minor. Nam Dei quidem substantia cum nihil sit aliud quam eius potentia, uel sapientia, si se latius per sapientiam, quam per potentiam extenderet, si se per illam quam per istam latius extendere potuisset, esset utique una eademque substantia potentiae comparatione se ipsa per sapientiam maior, esset eadem ipsa sapientiae comparatione se ipsa per potentiam minor. Nihil ergo Deo maius, nihil utique melius, uel ab ipso Deo potest diffiniri, uel per intelligentiam attingi.

Si Deus ipse non potest per intellectum attingere aliquid melius Deo, multo minus humana cogitatio. Cap. XXI.

Si itaque nihil quod Deo perfectius sit, potest per intellectum capere scientia diuina, quanto minus aliquid Deo maius, aliquid Deo melius posset excogitare scientia humana. Nam quod humana cogitatio per intellectum caperet, diuinitas intelligentiam latere non posset. Dementia genus est credere hominem supra id quod est Deus cogitatione posse ascendere, qui nec hoc ipsum, quod Deus est, potest ulla inuestigatione attingere. Quanto itaque melius, quanto est perfectius, quod humana cogitatio attingit, tanto ad id quod Deus est uicinus accedit, nec tamen pertingit.

Inuestigantibus, & disputantibus de Deo, quid soleat esse quasi maxima propositio, & uelut communis quaedam animi conceptio. Cap. XX.

Contingere itaque uideretur quasi quadam odore naturae, quod cuncti penes tam eruditi, quam minus eruditi solent habere familiare, & quasi pro regula tenere, Deo uidelicet quicquid optimum iudicant incunctanter attribuere, & quod quosdam de hac regula perspicua ratio, ratiocinando non docet, sine dubietatis ambiguo deuotio persuadet. Hinc est, quod ipsum Deum immensum, eternum, incommutabile, summum sapientem, omnipotentem, indubitanter affirmant, etiam illi qui quomodo id ipsum probari possit ignorant. Est itaque eruditus, uelut maxima propositio, est cunctis in commune uelut communis animi conceptio Deo attribuere, quicquid altius attingit humana estimatio. Et hoc certitudinis solido, & uelut intimae ueritatis fundamento. Summi etiam magistri passim e quidem disputationis suae initium sumunt, cum de diuinis proprietatibus altius, & angustius differere intendunt.

Quod Deus sic sit summè potens, ut etiam sit omnipotens. Cap. XXI.

Quod Deus summè potens existat, satis quidem ex superioribus constat. Sed qui adhuc potest, utrum inde dicatur summè potens quia nemo in potentia eo superior sit, an sic sit summè potens ut omnia possit & ueraciter omnipotens sit? Sed si omnipotentem diffitemur, maius aliquid Deo iam posse cogitare conuincimur. Maius nanque est omnipotentiam habere

Optima ique Deo tribuenda.

Quaestio.

Responsio.

Nihil diuinam sapientiam latet.

bere quam qualemcunque potentiam cui aliquid desit de omnipotentiae plenitudine. Et hoc quidem quod homini ad intelligendum perfectibile est diuinam sapientiam latere non potest. Deus itaque si aliquid de potentiae plenitudine intelligit quod habere non possit, erit maius aliquid in eius nosse quam in eius posse, quorum neutrum nihil aliud est quam ipsius esse. Erit ergo iuxta superiorem disputationem, unum idemque esse & seipso maius & seipso minus, quo nihil est impossibilius. Hinc ergo absque dubio colligitur, quod omnia potest quaecumque posse potentia est. Nam multa dicuntur posse, que multo melius esset non potuisse quam posse. posse deestere posse deherere, posse destrui & in nihilum redigi, & quilibet huiusmodi, maius est omnino non posse quam posse. Magis enim sunt ista infirmitatis indicia, quam maiestatis insignia. Omnia itaque illa, & sola utique illa potest, quae utique potuisse (ut iam diximus) potentia aliqua est. Et eo rectius atque ueracius eum omnipotentem esse dicimus, quo eius potentiae omnia infirmitatis argumenta detrahimus.

Quod Dei sapientia sic sit summa, ut sit usquequaque perfecta. Cap. XXII.

Quaestio.

Responsio.

Quod de diuina potentia iam dictum est, simili quidem ratione de diuina sapientia quaeri potest. An inde dicatur summa quod nullius unquam possit maior esse quam illa, an ita ueraciter est summa, ut sit usquequaque perfecta? Sed certissime constat, quoniam ubi omnipotentia est plenitudo sapientiae deesse non potest. Nam si ei de sapientiae plenitudine aliquid perfectionis deesset quod habere non posset, absque ulla ambiguitate omnipotens non esset. Constat itaque de dei sapientia, quod de omnium omnino scientiae & prudentiae perfectione nihil ei desit, cuius adiectione maior uel melior esse possit. Notandum quod ex consideratione diuinæ sapientiae, plenitudo potentiae ipsius deprehenditur. Et rursus ex omnipotentiae consideratione, sapientiae plenitudo manifestatur, atque conuincitur.

Quod de Dei sapientia dicitur, alia ad huc ratione confirmatur. Cap. XXIII.

Sed quod de diuinæ sapientiae plenitudine iam diximus, alia adhuc ratione conuincere possumus. Constat siquidem quoniam quisquis sapiens aut sapientiae ipsius plenitudine aut sapientiae participatione sapiens est. Sed iam ex superioribus habemus, quod ipsa sapientia idem sit quod diuina substantia. Quis ergo nisi demens dicat, quod Dei substantia sapientia quidem (hoc est seipsam) ex parte habeat, & ex parte non habeat, & plenitudinem sui ipsius habere non ualeat? Quam igitur non potest Richardi S. Victoris. Pars I.

Dei substantia se totam non habere, tam non potest plenitudine carere.

Confirmatur eadem ratione, quod superius dictum est de diuina potentiae plenitudine. Cap. XXIII.

Simili ratione confirmatur, quod superius de omnipotentia dicitur. Sicut enim sapiens quisque, aut sapientiae plenitudine, aut ipsius participatione est sapiens: sic sanè potens quisque, plenitudine potentiae, seu ipsius participatione est potens. est autem possibile aliquid se ipso participare. Quod igitur Deus potens est, potentiae participatione esse non potest. Si quidem potentiae plenitudo, non est aliud aliquid quam ipse. Constat itaque eum potentem esse potentiae plenitudine. Vbi autem plenitudo potentiae est, nullum posse deesse potest. Consequens est ergo omnipotentiam eum habere, & ueraciter omnipotentem esse, cui inest omne posse.

Quod non potest omnipotens esse nisi unus solus, & quod consequens est, nec Deus nisi unus. Cap. XXV.

Est autem impossibile plures omnipotentes esse. Qui enim uerè omnipotens fuerit, facile efficere poterit, ut ceterorum quilibet nihil possit. Alioqui uerè omnipotens non erit, ecce quales omnipotentes, qui de facili fieri possunt nullipotentis? Ecce quam facile conuincitur, quod non nisi unum omnipotentem esse ipsa rerum natura non patitur. Deum autem omnipotentem esse, perspicua ratione collegimus, & iam inde dubitare non possumus. Quam igitur non potest esse omnipotens nisi unus, tam non potest esse Deus nisi unus. Constat itaque quod credimus, & quod superius iam diximus, quia uera diuinitas manet in unitate substantiae, & substantiae ueritas in una diuinitate. Ecce de diuinitatis unitate multa iam diximus, superest nunc ut de naturae ipsius singularitate aliqua dicamus.

LIBER SECVNDVS de Trinitate.

Quod in hoc libro agitur de diuinis proprietatibus, & primo quod Deus sit increatus. Cap. I.

Ostendam de diuinitatis unitate, quae dicenda uidebatur, superius iam diximus, superest ut de eiusdem naturae proprietatibus aliqua dicamus, & maxime de his quae in laudibus diuinis quotidiano usu frequentamus. In quibus quidem quaedam eiusmodi sunt, ut animus eis facile acquiescat, & ultroneus acceptet, quamuis quae ratione probentur, ignoret. Quibusdam uero minime uel minus firmiter inhaereret, nisi P 4 hoc



hoc ipsum catholicę tradita fide ipsa dirigeret. Nam quod Deus sit increatus æternus, immensus, facile suscipit, & libenter acquiescit animus humanus. Esse autem impossibile plures æternos, plures immensos esse non facile crederet, nisi hoc ipsum fidei regula persuaderet, maxime cum tres esse credantur, quorum æternitatem & immensitatem omnium ora fateantur. Quod autem Deus increatus sit, satis ex superioribus patet, & noua expositione non indiget. Si enim creatus esset, creatorē haberet. Sed qui non nisi a semetipso est, creatorem habere non potest, quid enim dicimus creatum, nisi de nihilo factum? De nihilo enim non potuit, qui nunquam nihil fuit, qui a semetipso, & ab æterno esse habuit.

*Quod sempiternus sit Deus. Cap. II.*

**Q**uestio. **E**cce iam constat increatum esse qui est ab æterno, & caret omni initio. Nunc illud querendum est, utrum etiam sicut initio, sic & sine careat, & sempiternum esse habeat. Nam hoc est sempiternum esse, carere initio & fine. Nunc ergo ex eo quod certissimum est, conuincamus illud unde aliquis dubitare potest. Est autem certissimum, quod in sapientia qua Deus est, nihil falsitatis inesse potest. Alioquin non summè saperet, qui vel fallere vellet vel falli potuisset. Constat itaque Deum veracem esse, & hoc ipsum est ei ex veritate. Veritas igitur non est aliquid aliud quam ipse, cum veraciter conuinci possit non habere nisi ex se quod tamen habet ex veritate. Veritas autem sicut nunquam non fuit, sic nunquam non erit ab æterno verum fuit, & in æternum verum erit quod hæc vniuersitas esse potuit. Nam si esse non posset, omnino non esset. Veritas itaque ab æterno fuit, ex qua verum fuit quod ab æterno fuit, & veritas in æternum erit, ex qua verum erit quod in æternum verum erit. Si ergo ex veritate quæ Deus est verum esse habuit quod semper verum fuit, quod quidem semper verum erit, profecto veritas Deus sicut initio, sic & sine carebit. Sempiternus itaque est Deus, sempiternum esse habens, utpote initio, & sine carens.

*Quod sit incorruptibilis, & omnino incommutabilis. Cap. III.*

**Q**uoniam iam constat de Deo quod habeat sempiternum esse, consequens est ut queramus an etiam habeat esse incommutabile. Sciendum itaque quia omnis mutatio est aut de statu in statum meliorem, aut de statu in statum deteriore, aut de statu in statum priori æqualem. Vbi autem nihil horum esse potest, vera incommutabilitas inest. De singulari ergo quæ præmissimus, diligenter inuestigamus. Sed qui omnipotens est, quomodo deteriorari potest? Quid est enim deteriorari, nisi

De mutatione.

**A** corruptum? Sed qui verè omnipotens imò ipsa omnipotentia est, nulla ei corruptio damnari potest. Sed videamus nunc si saltem possit crescere, quod iam constat non posse decrescere. Sed omne quod crescit, qualecunque boni augmentum suscipit vnde meliorari possit, verum illud boni augmentum vnde haberet, qui nihil nisi a semetipso hêt, sed nec habere valet? Nam si prius habuit, quomodo ad illud crescendo peruenit? Si prius non habuit, certe nec sibi nec alteri dare potuit, quod omnino non habuit. Ex his itaque potest colligi, quia non potest crescere vel minui. Sed nunc videndum si vel possit de statu in statum æqualem transmutari. Sed si de statu vno in alium etiã æqualem transeat, oportet ut qualitercunque deficiat ab aliquo quod prius habuit & ut in eiusdem defectus recompensationem aliquid ei accedat quod prius non habuit, & tunc in vna eademque alteratione prædictis duabus mutationibus subiacebit. quarum vtramque superior ratio improbauit. Qui igitur deteriorari non potest, est incorruptibilis. qui meliorari vel alio quolibet modo variari non potest, omnino est incommutabilis. Vere itaque & absque vlla ambiguitate habet Deus incommutabile esse.

*Vnde colligere possumus quod sit æternus. Cap. IIII.*

**S**ed si tria illa quæ præmissimus in vnum colligimus, non modo sempiternum, verum etiam æternum conuincimus. Nam aliud videtur sonare æternum aliud autem sempiternum. Sempiternum namque esse videtur, quod caret initio & fine. æternum quod caret utroque, & omni mutabilitate, & quamuis forsitan neutrum sine altero inuenitur, rectè tamen inter nominum significationem distinguitur. Quid itaque aliud est æternitas quam diurnitas sine initio & fine & carens omni mutabilitate? Sed qui increatus & sempiternus est, caret initio & fine, & cuius status inuariabilis est, manet absque omni mutabilitate. In his itaque tribus probatur esse æternus. Nam hæc tria absque ambiguitate dant æternitatem habere & æternum esse.

*Quod sit infinitus, & eo ipso immensus. Cap. V.*

**Q**uod caret initio & fine, proculdubio constat infinitum esse. Quæri itaque potest, qui infinitus est per æternitatem, utrum etiam infinitus sit per magnitudinem. Longe superior monstratum est, quod diuina substantia sit idem quod ipsa potentia quod ipsa sapientia, eademque ratione probari potest de substantia illa quæ nihil habet nisi a semetipso, quæ æternitas vnde est æterna, quod magnitudo unde est magna non sint aliud aliquid quam ipsa. Si igitur æternitas

Quæstio.

Responsio.

æternitatem Dei infinitam esse conuincimus, proculdubio magnitudinem ipsius infinitam esse negare non possumus. Alioquin manifesta ratione fateri conuincimur, quod una eademque substantia est & seipsa maior & seipsa minor. Nam si æternitas eius est infinita magnitudo autem finita, erit una eademque substantia secundum æternitatem maior magnitudine sua hoc est semetipsa, & erit secundum magnitudinem minor sua æternitate hoc est semetipsa. Manifeste itaque colligitur, quia si infinita est una, infinita erit & alia. Habet itaque Deus magnitudinem infinitam & eo ipso immensam. Quod enim infinitum est, nulla mensura comprehendere potest. Rectè ergo Deus immensus dicitur, cuius magnitudo nulla mensura comprehenditur.

*Quod non sit, imò esse non possit immensus nisi vnus solus. Cap. VI.*

**L**ibet modo etiam illud considerare, utrum sit possibile plures immensos esse. Immensum sanè merito dicitur, quod nulla mensura comprehenditur. Immensum dicitur quod nulli mensuræ æquale, uel comparabile inuenitur. Si ergo plures dicimus immensos, erit quilibet eorum cuiuslibet alteri incomprehensibilis, erit quilibet eorum cuiuslibet alteri incommensurabilis. Nullius itaque mensura ab altera cuiuslibet alterius comprehenditur, & consequenter unaquæque quamlibet alteram supergreditur, erit ergo unaquæque quauis altera maior, erit & unaquæque quauis altera minor. Quod si est impossibile imò quia est impossibile, impossibile erit plures immensos esse. Quod si nullus est quolibet altero maior, uel quolibet altero minor, sicut unusquisque eorum est comprehensibilis & commensurabilis sibi, sic erit comprehensibilis & commensurabilis cuiuslibet alteri. His allegationibus indubitanter colligere possumus, quod omnino non est sed nec esse potest immensus nisi unus.

*Quomodo ex eo quod non sit nisi unus immensus, probatur quod non sit nisi unus æternus. Cap. VII.*

**E**cce iam nouimus quod impossibile sit esse plures immensos, uideamus nunc utrum possibile sit esse plures æternos. Iam ex superioribus agnouimus & pro certo habemus, quod substantia diuina non sit aliquid aliud quam immensitas sua, quam æternitas ipsa. Vnde & de immensitate, & æternitate constat quod quæuis earum sit idem quod altera. Constat itaque quia qui æternitatem habet, immensitatem utique non habere non ualet. Sed si immensitate carere non potest qui est æternus, erit proculdubio simul uterque æternus & immensus. Sicut ergo non possunt esse plures immensi, sic

esse non poterunt plures æterni. Inter hæc autem illud est maximè notandum & diligenti consideratione dignum, quod in his quæ ratiocinando colligimus, quædam ex inspecta illius rei de qua agimus proprietate elicimus, quædam ex alterius rei proprietate & mutua utriusque habitudine conuincimus. Nam quod non possit esse immensus nisi unus, ex immensitatis proprietate colligimus. Quod vero non possunt plures æterni esse, tum ex eadem conuincitur immensitatis considerata proprietate, tum ex mutua immensitatis & æternitatis habitudine.

*Quod solus Deus sit increatus, solus ab æterno, cetera omnia creata ex nihilo. Cap. VIII.*

**C**ertum tenemus quod sola diuina substantia sit a semetipso, & quod ab ipsa sint cetera omnia. Sed quicquid ab ipsa est seu etiam esse potest, aut est secundum operationem naturæ, aut est secundum impartitionem gratiæ. Quod uero certum est quod diuina natura degenerare, uel omnipotentia corrumpi non ualet, tam certum fore oportet, quod de diuina substantia natura ipsius operatione esse non possit quod Deus non esset, sed satis superius probauimus, quod non possit esse Deus nisi substantialiter unus. De ipso itaque Deo, de unica illa & singulari substantia ipsius esse non potest alius Deus, sed nec aliud aliquid quod non sit Deus. Constat itaque ab illo esse secundum operationem gratiæ quicquid est aliud quam ipse. Sed quicquid ab illo est, non tam exigente natura quam operante gratia pro arbitrio beneplaciti potuit ab illo fieri, potuit æquè & ab illo non fieri. Quæ igitur ab illo sunt, diuinam illam & incorruptibilem & incommutabilem substantiam, materiam habere non possunt. Constat itaque (sola diuina substantia excepta) cetera omnia uel ex nihilo facta, uel mutabile aliquid habere pro materia. Sed primordialis materia quæso unde fuit, quæ a semetipso esse, uel diuinam substantiam pro materia habere omnino non potuit? Et si primordialis materia materiam habere dicitur, & primordialis asseritur simul & primordialis esse negatur. Hinc ergo manifestè colligitur, quod primordialis materia & materialia omnia mediante materia, quod immaterialia quæque & uniuersaliter omnia sunt ex nihilo creata. Constat itaque quod ueraciter credimus, quod solus Deus sit increatus. Sicut ergo solus a semetipso, sic absque dubio & solus ab æterno.

*Alius de Deo modus probandi, quod sit æternus, & quod non sit æternus nisi unus. Cap. IX.*

**Q**uicquid autem ex creatione esse accipit, fuit proculdubio quando omnino nihil fuit, alioquin ex nihilo creari non potuit. Omne itaque creatum ex tempore esse cœpit, quod autem

De tēporis mutabilitate.

Quid sit esse incōmutabile.

autem increatum est. omne tempus præcessit quod uero fuit quando nullum tempus fuit, proculdubio mutabile esse non potuit. Alioquin tempore obnoxium fuit, quando nullum adhuc tempus fuit, quod omnino esse non potuit, quod enim obnoxium est mutabilitati, eo ipso obnoxium est tēpori. Tempus enim semper in motu est, & uel ad modicum quidē omnino stare non potest. & si nulla mutatio esset, proculdubio tēpus omnino non esset. Constat itaque quod superius iam dixi, quia quod obnoxium est mutabilitati, obnoxium est & tēpori & obnoxium mutabilitati aliquid esse nō potuit, quando tempus nullum fuit. Quod ergo increatum est quoniam ante omnia tempora fuit, mutabile esse non potuit. Quod autem est incommutabile, sicut non potest mutari de esse ad non esse, sic nō potest mutari de esse ad aliud esse. Quod uero non potest mutari de esse in non esse, durat sine fine. Quod non potest mutari de esse in aliud esse, manet sine omni mutatione. Itaque quod increatum est non solum initio caret, uerum etiam sine fine. & omni mutabilitate manet. Carere autem initio, & sine, & omni mutabilitate dat æternū esse. Igitur quod est increatum, cōiunctur esse & æternum. E conuerso autem quod est æternum, cōstat esse & increatum. Nam quod æternum est ab æterno fuit, & eo ipso creati non potuit. Colligitur igitur his rationibus, quia si non est increatus nisi unus, nec est æternus nisi unus. Et æquē e conuerso, si non est æternus nisi unus, nec est increatus nisi unus.

Alius de Deo probandi modus, quod non sit immensus nisi unus. Cap. X.

Quod de diuinitatis immensitate superius iam diximus, alia adhuc ratione immensitatis ipsius uidelicet considerata proprietate colligere possumus. Quicquid enim ad mensuram habetur, maius esset si eius mensura duplicaretur. Multo autem & maius si cresceret in decuplum, uel potius in cētuplum, quod si cumularetur in millies, imō in millies millies, crederet tantum. Hinc ergo (ut credo) potes animaduertere, quod magnitudinem ad mensuram habere, hoc est ipsam participare, non magnitudinem esse. Deus autem ut superior ratio monstrauit, ipsa magnitudo est. & nulla res omnino se ipsa participare potest. & hoc ipsum est ex parte esse & ex parte non esse. Deus itaque qui magnitudo ipsa est, magnitudinem ad mensuram, & eo ipso immensum esse deprehenditur, quod nulla mensura comprehenditur, seu etiam comprehensibile perpenditur. Stat ergo inconcussum quod credimus quod quotidiana confessione clamamus, quod Deus sit immensus. Hoc ipsum ex omnipotentia consideratione probari ualeat. Sed quoniam hoc ipsum ad perpendendum perfacile est, in eo immorari

non oportet. Habemus autem ex superioribus, quod non est aliud omnipotentia quam immensitas & æternitas ipsa. Cōsequens ergo est ut qui immensitatem qui æternitatem habet, simul & omnipotentiam habeat. Quam igitur non potest esse omnipotens nisi unus, tam non potest esse nisi unus immensus, nisi unus æternus.

Quod immensitas, & æternitas sint incommunicabiles, nec possint esse pluribus substantijs communes. Cap. XI.

Longe superius monstrauimus quod diuinitas sit omnino incommunicabilis, nec possit esse pluribus substantijs cōmunis. Quod ibi iam dictum est de diuinitate, simili ratione dicti potest de Dei immensitate, & nihilominus de eius æternitate. Quam non potest enim esse communicabilis pluribus substantijs substantia qua libet una, tam non potest esse communicabilis pluribus substantijs immensitas ipsa & æternitas ipsa, cum non sint aliud aliquid quod diuina substantia. Nullus ergo immensus nisi solus & un⁹ Deus. Nullus æternus nisi solus & unus Deus. Sed hic magna quaestio oritur quæ simplices auditores mouere potest, nisi aperta enodatione soluantur: probatum est superius, quod diuina substantia sit idem quod ipsa potentia, idem quod ipsa sapientia. Quis autem dicat, quod potentia sit incommunicabilis, quod sapientia non sit in pluribus substantijs communis? Sed idcirco incommunicabiles dicuntur immensitas & æternitas ipsa, quod idem esse probantur quod diuina substantia, cur non eadem ratione ipsa potentia atque sapientia dicuntur incōmunicabiles, & pluribus substantijs non posse esse communes? Vbi enim eadem ratio perimitur, cur similis consequentia non merito subinfertur? Sed ut huius perplexionis nodum facilius dissoluamus, quod de diuinitatis singularitate superius diximus, altiora adhuc perscrutatione discutiamus.

Quod diuinitas superius incommunicabilis dicitur, hic enucleatius pleniusque exprimitur. Cap. XII.

Sciendum itaque de omni substantia quod habeat esse ex substantialitate sua. Nam cui substantialitas nulla inest substantia recte dici non potest. Substantialitatem namque dicimus illam proprietatem substantia ex qua habet substantia dici, & esse humanæ substantia, substantialitas est ipsa humanitas substantia siquidem quæ humanitatem non habet homo nisi falso dici non ualeat. Quod autem de hac dictum est, in cæteris æquē uideri potest. Substantialitas uero alia generalis, alia specialis, alia indiuidualis. Substantialitas autem illa est generalis, quæ est aliquibus speciebus commu-

nis,

nis, ut corporalitas quæ inest omnibus corporibus tam animatis quam inanimatis. Illa uero est specialis, quæ competit unius tantum speciei omnibus indiuiduis, ut humanitas quæ est omnibus hominibus communis. Indiuidualis autem est illa quæ uni soli quidem indiuiduo inest, & pluribus substantijs omnino communis esse non potest. Ad designandum indiuidualem aliquam substantialitatem nomen in usu non habemus, sed ad maiorem dicendorum euidētiā ponere, & a proprio nomine trahere possumus. Dicitur itaque a Daniele Danielitas sicut ab homine humanitas. Danielitas itaque intelligatur illa substantialitas, uel si magis placeat illa substantia ex qua Daniel esse habet, illa substantia quæ ipse est, & quam participare non potest aliqua alia humanitas. Itaque sicut corporalitas est communis multis, Danielitas uero omnino incommunicabilis, incommunicabilem uero idcirco dicimus, quia sic est eius ut non possit esse alterius. Nam qui hanc substantialitatem habuerit, profecto Daniel erit, qui uero non habuerit, idem Daniel esse nō poterit. Diuersa namque substantialitas facit substantiam diuersam. Singularis autem & indiuidua non potest facere nisi unam. Incommunicabilis itaque est Danielitas ut diximus, quia sic est substantia substantia unius ut non possit esse alterius. Si igitur idcirco incommunicabilis dicitur esse quia nō potest esse alterius substantia, quanto magis si Danielis substantia esset id ipsum per omnia quod diuina substantia, idem inquam quod singularis illa substantia quæ sola est & a se ipsis & a qua sola sunt cætera omnia. Tam igitur non potest ipsa diuinitas communicabilis esse, quàm non possunt diuersæ substantia esse una & una diuersa. Ecce quomodo diuinitas ipsa sit incommunicabilis tam aperte monstrauimus, ut lector qui super hoc dubitauerit non tam hebes uideatur quàm cæcus. Immensitas autem & æternitas iuxta prædictam ratiocinationem sic sunt unius ut non possint esse alterius, & eo ipso incōmunicabiles perpendimus. Addamus quod idem ipsum per omnia quod diuina substantia sunt, unde constat quod incommunicabiles existunt.

Quod secundum diuersos modos dicendi possit sapientia seu potentia modo communicabilis, modo incommunicabilis dici. Cap. XIII.

Sed ut ad id redeamus propter quod ista digessimus, cur non eadem ratione potentia ipsa, atque sapientia incommunicabiles dicuntur si idem ipsum quod diuina substantia ueraciter esse comprobantur? Sed sciendū est quod tam nomine potentia quàm nomine sapientia abutimur, cum modo de diuinis, modo de

humanis loquimur, ut nō tã uniuocam quàm æquiuocam prædicationem fecisse uideamur. De Deo dicimus quod sapientia sit, de homine dicimus quod sapientia sit sed quod ei sapientia inest. ibi sapientia nomine designatur tale quod sit substantia & plus quàm substantia. hic nomine sapientia designatur tale quod non sit substantia ulla. Utrobique dictio una, sed ratio nominis diuersa. Si æquiuocatio est ubi nomē unum sub diuersa significatione designat substantiam diuersam, quanto magis tum unum nomen distrahitur ad designandum id quod negamus & id quod dicimus substantiam. Dicimus item ipsum hominem, dicimus nihilominus Deum sapientiam habere. & uidetur enunciatio æquiuoca esse, sed de Deo nō dicitur nisi abusuē. Nec minor abusus uidetur quàm si Abraam non homo esse sed hominem habere diceretur. Hæc dicendi abusus, uel dictionum æquiuocatio sensum confundit, & potentiam, atque sapientiam incommunicabiles dici nō sunt. Denique demus tale nomen quod non possit nisi diuina potentia, uel diuina sapientia conuenire, & uidebimus utrumque incommunicabile esse. Nam nomen ipsum omnipotentia quod non potest nisi diuina potentia conuenire, omnino deprehenditur incommunicabile. Siquidem (sicut iam probauimus) non potest esse omnipotens nisi unus. sed ad exprimentam diuinam sapientiam omnipotentia simile nomen non habemus, sed sepe eam ex adiuncto deteminamus, cum sapientiam summam, cum sapientiam ipsam, uel plenitudinem sapientia nominamus. Sed quouis modo exprimat diuina, & increata potentia, uel sapientia ita ut non possit omnino subintelligi aliqua alia, absq; dubio utraque erit incommunicabilis, nec poterunt esse communes pluribus substantijs, nō dicam angelicis non dicam humanis, sed nec aliquibus quasi diuinis.

Multiplex probandi modus quod non sit Deus nisi unus. Cap. XIII.

Excepto eo quod de diuinitatis singularitate superius iam diximus, ecce quàm multis modis probare possumus quod nō sit Deus nisi unus. Unus increatus, unus æternus, unus immensus quorum singula probant atque cōiungunt quod non sit Deus nisi unus? Si bene attendis idem probare poteris ex consideratione unitatis. Nam si quis dicat plures Deos esse, conuinci poterit ex hac consideratione unum quemlibet ab altero quolibet esse, quorum singulis sit proprium non nisi a se ipsis existere. Sed quoniam hoc ex ante iam dictis perpendi & probari posse cognouimus, ex industria præterimus, & lectoris sagacitati elicienda relinquimus.

Quod

De prædicatione uniuoca & æquiuoca.

Quod non potest esse nisi unus Dominus sicut nec nisi unus Deus. Cap. XV.

**N**unc illud queramus utrum iuxta quotidianam confessionem non possit esse Dominus nisi unus solus. Ille utique veraciter Dominus dicitur, cuius libertas nulla potestate premitur, cuius potestas vel Dominium nulla impossibilitate prepeditur. Veraciter autem Dominus dici non poterit, qui alienæ uoluntati inuitus deseruit, uel cedit. Videtur itaque impossibile plures Dominos esse. Nam si plures esse dicuntur, uide quid inconueniens inde consequatur. Nam si aliquis eorum alium quemlibet suæ seruituti addicere uelit, si ille qui impetitur oppressoris uolentiam repellere non poterit, quomodo non potius seruus quam Dominus erit? Si uero oppressionis presumptor uolenter repulsus & uictus cedit, quomodo uerus Dominus erit qui repellentis uoluntati inuitus quidem cedendo tamē, deseruit? Sic fit ut si plures aequè potentes plures Dominos esse contendimus, nullum proculdubio veraciter Dominum efficiamus. Sed quod ex considerata dominationis ipsius proprietate conuincitur, ex omnipotentiae consideratione confirmatur. Quod enim non poterit esse omnipotens nisi unus, tam non poterit esse Dominus nisi unus. Quid enim poterit eius uolentiae resistere quæ ueraciter confiteri omnia posse. Pro certo itaque tenendum, quod non fit sed nec esse possit Dominus nisi unus, sicut Deus nisi unus, & solus.

Quod Deus ipse sit summum bonum, & quod summum bonum sit uniuersaliter perfectum. Cap. XVI.

**E**i autem qui uerè omnipotens est, expectandum nihil deesse potest. Vbi enim omnipotentia est, nulla plenitudo, nulla perfectio deesse potest. Alioquin si uel aliquid de qualicumque perfectione summe potenti deesset quam habere non posset, ueraciter omnipotens omnino non esset. Uniuersaliter autem perfectum est cui in nulla perfectio deest, sed nec deesse potest. Nihil autem melius nihil potest esse maius eo quod est plenum, & perfectum in omnibus. Constat itaque de omnipotente quod ipse sit summum bonum, & quod consequens est, quod ipse sit sibi summum bonum. Sicut enim superiorem habere non ualet qui supremum locum tenet, sic omnium summus de suo inferiori bonus fieri, uel beari non ualet. Quomodo autem aliunde bonus, uel beatus fieri posset, qui a semetipso habet totum quod habet? Est itaque de semetipso bonus, est de semetipso beatus. Ipse ergo sua ipse summa bonitas ipse sua ipse summa felicitas. Constat itaque, quod dictum est, quod ipse sit summum bonum, & quod ipsum sit uniuersaliter perfectum. Quid

enim est beatitudo nisi bonorum omnium plenitudo atque perfectio? Constat itaque quia bono illi summo uniuersaliter perfecto nihil omnino desit cuius adiectione meliorari possit.

Quod in illo summo bono uniuersaliterque perfecto sit uera unitas, & summa simplicitas. Cap. XVII.

**S**ed si in illo uero & summo bono uniuersaliterque perfecto plenitudo est omnium bonorum, nunquid illud bonum usquequaque perfectum est multis bonis compositum? Sed quod ex pluribus compositum est naturaliter diuisibile est, & quod naturaliter est diuisibile, naturaliter est & commutabile, & ubi est commutabilitas, non potest esse eternitas, & sic nec uera felicitas. Sed in bono quod uniuersaliter perfectum est, nihil horum deesse potest. Nam (ut de ceteris taceam) ex solius omnipotentiae consideratione conuincitur nihil perfectionis, & quod consequens est nihil horum ibi deesse potuisse. Constat itaque quia in illa eterna felicitate, & uerè felici aternitate sit uera incommutabilitas, & consequenter uera, & summa simplicitas. Vbi autem summa simplicitas, ibi uera, & summa unitas. Quicquid ergo in summo bono est, uere, & summe unum est, nec ibi aliud & aliud esse potest, sed idem ipsum est totum quod est.

Quod de summi boni simplicitate uel unitate dictum est, quomodo alia ratione confirmari potest. Cap. XVIII.

**Q**uod autem de summi illius & ueri boni simplicitate, uel unitate hic dicimus alia ad huc ratione conuincere possumus. Sicut ex his colligi potest quæ iam superius posuimus. In superioribus namque ratio inuenit, quod diuina substantia sit idem quod ipsa potentia, id est quod ipsa sapientia, unde & qualibet earum conuincitur idem esse quod alia. De eadem substantia superius est dictum, imò & simili ratione probatum quod sit uera immensitas, quod sit idem quod ipsa aternitas. Attende itaque quoniam omnia ista unum & idem ipsum sunt, & adinueniam quidem de alterutris prædicari possunt. Quod de istis dicimus hoc de eius beatitudine simili consequentia conuincere possumus. Nam ista quidem sicut superiora de semetipsis & præmissis mutua prædicationem suscipiunt, & omnino omnia quæ diuinæ substantiæ dicuntur inesse, uel unum dicitur aliquid habere in eandem consequentiam currunt. Quoniam igitur uerè & summe unum est quicquid in summa substantia imò quicquid summa substantia est, non est ei aliud esse quam uiuere, nec uiuere quam intelligere, nec ab his aliud atque aliud potentem, uel sapientem

sapientem fore, sed nec ab eis sicut nec a semetipsis diuersum, aliquid bonum, uel beatum esse. Rationis itaque huiusmodi consideratione colligi potest, quoniam quicquid in summo bono, & uera diuinitate est, uere & substantialiter, & summe unum est.

Quod illud bonum uniuersaliter perfectum, sit summum unum, & unice summum. Cap. XIX.

**E**sse itaque oportet summe bonum summum unum, & non solum summe unum sed & unice summum. Non enim possunt esse duo summa bona, sicut nec duo uniuersaliter perfecta. Nam si duo aequè perfecta esse concedimus, oportet ut & consequenter concedamus quoniam quicquid plenitudinis, quicquid perfectionis est in uno, totum iuxta eundem modum, atque mensuram erit & in altero. Erit itaque utrobique una & eadē plenitudo, erit utrobique una indifferensque perfectio. Sed ubi differentia nulla est, pluralitas omnino rectè dici sine inueniri non potest. Plura itaque uniuersaliter perfecta sicut omnino non sunt sic & omnino esse non possunt. Et quidem sicut & ante nos dictum est, si unum uniuersaliter perfectum est ad omnia sufficit. Alioquin usquequaque perfectum non erit, & si unum omnino sufficit, alterum superfluum erit, & si omnino est superfluum, quomodo utile, uel si inutile, quomodo bonum? Bonum igitur illud uniuersaliter perfectum erit (ut dictum est) non solum summe unum sed & unice summum. Ecce ut uides quod de summo bono dicimus, in eadem consequentiam currit quam superior ratio de diuinæ substantiæ unitate ratiocinando inuenit. Nam si Deus ueraciter est summum bonum, quam non poterit esse summum bonum nisi unum, tam ueraciter constat quod credimus non posse esse nisi unum Deum. Est itaque in illa uera & summa felicitate & uere & summe felici diuinitate, est inquam summa & substantialis unitas, & in ipsa unitate uera & summa simplicitas. Vbi (ut superius probatum est) idem ipsum est totum quod est.

Quod sit incomprehensibilis simplicitas illa uere, & summe unitatis. Cap. XX.

**S**ed si in ista unitate uera & summa simplicitas est, nihil ipsi ad illam quæ est ex compositione partium in substantiam unam. Si idem ipsum est totum quod in ea est, nihil ipsi ad illam quæ est ex conformitate multarum substantiarum in unam naturam. Si uere & summe simplex est, quid ipsi ad illam quæ est in unione diuersiformium substantiarum in personam unam? Si simplex identitas in ipsa est, quid ipsi ad illam quæ est in concretionem subsistentis, & subsistentiæ in essentiam unam? Nihilominus & longe est supra unitatem illam quæ est ex

collectione multarum proprietatum in unam formam. Incomparabiliter autem & incomprehensibiliter supra huiusmodi omnes conitatur hanc fore, quæ in infinitas identitate habet summe simplex & incommutabile esse. In illo itaque summo bono uniuersaliterque perfecto unitas uera, unitas in illo summa, simplicitas in illo est uera & summe simplex identitas. Ibi (quod adhuc mirabilis est) uera unitas cum plenitudinis uniuersitate. Ibi summa simplicitas cum perfectionis immensitate. Ibi summe simplex identitas cum totius consummationis infinitate. Attende ergo quam sit incomprehensibilis & omnino inextimabilis simplicitas illa uera & summa unitatis.

Quomodo quisque possit in sua scientia ex comparatione colligere quid debeat de illa supereminenti incomprehensibilitate sentire. Cap. XXI.

**S**ed ne quis ex simplicioribus existimet me contraria & sibi inuicem repugnata astruere, quali ea quæ dicta sunt non possint simul stare, ostendo ei qui eiusmodi est, quomodo possit quali per speculum uidere & in semetipso ex comparatione colligere quid debeat de illa supereminenti incomprehensibilitate sentire. Si granum aliquis in manu teneret, nonne ueraciter sentiret & incunctatè affirmaret quod nihil ceterorum omnium esset numero idem quod ipsum? Si igitur interrogaretur sigillatim de singulis granis cuiuscunque oleris, uel segetis, nonne constanter responderet diuersum esse ab omnibus, & singulis? Idem sentiret de omni pilo, idem affirmaret de omni capillo. Quid de qualibet gutta maris? Quid de quolibet folio cuiuscunque arboris? Si tota terra solueretur in puluerem, & de singulis illius minutis interrogari potuisset, ad singulas interrogationes idem tam constanter quam ueraciter responderet. Si mensura terræ in infinitum cresceret, & de minutissimis partibus ipsius eandem sententiam teneret. Hoc studij diligentius exprimere, ut quilibet quantumuis simplex propria scientia legat, & intelligat quomodo sub una, & simplici ueritate comprehenduntur infinita. Quid ergo mirum si in illa sapientia quæ Deus est, & in qua omnis ueritas est (alioquin perfecta non esset si eam aliqua ueritatis lateret) quid inquam mirum si in illa est & iuxta aliquid summa simplicitas, & iuxta aliquid infinita multiplicitas? Quid inquam mirum, si ibi concordet & in unum concurrat identitas cum multiplicatis infinitate, simplicitas cum magnitudinis immensitate, uera unitas cum totius plenitudinis uniuersitate? Ecce habet quisque quomodo potest in sua scientia legere quid debeat de illa supereminenti incomprehensibilitate aestimare.



*De Dei substantia quod dicitur res eius, & quod ipse sit sine quantitate magnus, & sine qualitate bonus. Cap. XXII.*

**E**X superioribus agnouimus quod in illa natura quae Deus est sit vera unitas & summa simplicitas, nulla ibi compositio, nulla co-creatio, ipsa nulli, nihil ipsi inest uelut in subiecto. Dicitur & est uelut summa potentia; dicitur & est summa sapientia, & ne in subiecto esse putetur, substantia nominatur. Sed quia contra substantiarum naturam nihil ei uelut in subiecto inherere deprehenditur non tam subtilitiam quam super substantialis essentia esse conuincitur. Superior ratio inuenit si non excidit quod non sit aliud aliquid eius bonitas, & aliud aliquid eius immensitas. Quid ergo si idem est eius immensitas quod bonitas, nunquid erit immensitate sua bonus? Si idem est eius bonitas quod immensitas, nunquid erit bonitate sua magnus? Sed bonitas uidetur pertinere ad qualitatem, immensitas ad quantitatem. Quid ergo, erit ne qualitate magnus & quantitate bonus? Et ad haec, quis idoneus? An quia non est aliud immensitas sua, uel bonitas sua quam substantia sua, nunquid erit & sine qualitate bonus & sine quantitate magnus? & ad haec, quis idoneus? Ex his (ut arbitror) perspicue est intelligere, quam sit ineffabile imo & incomprehensibile quod ratio ratiocinando compellit de Deo nostro sentire.

*Quod sit in omni loco incomprehensibiliter, & in omni tempore inuariabiliter, & quomodo uniformis, & quomodo multiformis. Cap. XXIII.*

**T**enemus ex ante iam dictis quod Deus omnipotens sit, & absque dubio omnia potest. Si ergo uere omnipotens est consequenter ubique potest. Si ubique potest potentialiter ubique est. Si ubique potentialiter est, & ubique essentialiter. Neque enim est aliud eius potentia atque aliud eius essentia. Si autem essentialiter ubique est, ergo & ubi locus est & ubi locus non est. Erat itaque & intra omnem locum, erit & extra omnem locum, erit supra omnia, erit infra omnia, intra omnia, extra omnia. Sed quoniam simplicis naturae est Deus non erit hic, & ibi per partes diuisus, sed ubique totus. Erat itaque in quantulacunque cuiuslibet parte totus totus, & in toto totus, & extra totum totus. Si igitur extra omnem locum est totus, in nullo loco concluditur. Si in omni loco est totus, & nullo loco secluditur, localiter igitur nusquam est qui a nullo loco concludi, a nullo loco secludi potest. Et sicut in omni loco est praesentialiter in nullo localiter, sic in omni tempore est aeternaliter, in nullo temporaliter. Sicut enim per loca non distenditur qui summe simplex, & in compositus est, sic nec per tempo-

Quod Deus sit ubique.

**A**ra uariatur qui aeternus & incommutabilis est. Sicut igitur eorum quae nondum sunt nihil est ei futurum, sic eorum omnium quae iam non sunt nihil est praeteritum, sic eorum omnium quae iam praesentialiter sunt, nihil est ei transitorium. Est igitur in omni loco incomprehensibiliter, & in omni tempore inuariabiliter, & modo modo qui quantum ad se semper est uniformis, in alijs & alijs inuenitur multiformis. Nam si situm quareis eius qui situ caret, quantum ad se, iuxta simplicitatem naturam ubique uniformiter se habet. Et tamen secundum participationem gratiae in alijs & alijs multiformem se exhibet. In alijs est secundum participationem potentiae, nec tamen secundum participationem uitae. In alijs etiam secundum participationem sapientiae, quibusdam inest secundum participationem bonitatis, nec tamen secundum participationem beatitudinis. Quibusdam uero constat eum inesse secundum participationem utriusque. Et qui in se uniformis est, & mutari nescit, largitatis suae manum in alijs contrahit, & in alijs largiter, in alijs largius extendit.

*Quod eius facere sit a se fieri uelle, & eius pati non uelle fieri, & quod aequè habet & quod actualiter est & quod actualiter non est. Cap. XXIII.*

**E**T cum uere omnipotens sit, quicquid est, aut eius operatione, aut eius permissione subsistit. Nam quicquid sit, nisi ad nutum eius fieret proculdubio omnipotens non esset. Eius itaque facere est a se fieri uelle, eius autem pati non uelle fieri. Et sicut omne eius pati est sine omni passione, & compati sine propensione, sic omne eius agere est sine sui agitatione, & indeficiens facere sine fatigatione. Sed si eius facere est idem quod a se fieri uelle, nunquid quando aliquid fecit quod prius non fuit, nunquid inquam aliquid uult, quod prius noluit? Sed qui uere immutabilis est, stelle suae uariare non potest. Quod ergo semel uoluit, semper uoluit. Nunquid ergo quae uolendo fecit ab aeterno fecit, quia ut fieret ab aeterno uoluit? Et si fecit quae futura sunt nunquid adhuc facit & faciet quae iam praeterita sunt, & de cetero futura non erunt? Nunquid perseverat faciendo sicut & uolendo? Et cum aliquid esse definit, nunquid habere definit quod prius habuit? uel habere incipit, quando aliquid esse incipit, quod prius non fuit? Nam quod esse definit, uel nondum esse cepit nihil est. & quod nihil est possideri non potest, sed omnipotens possessio, nec potest ditescere, nec in sua ditione decrefcere. Quid ergo? sed uide ne forte hoc ipsum quod actualiter est excellentius, sit ubi actualiter non est quam ubi actualiter est. Nam hic est transitorium, ibi aeternum, & quod factum est in ipso, ibi

Deo nihil futurum nihilque praeteritum.

Quomodo Deus in loco.

ibi uita erat & tunc quando nondum actualiter erat. Qui ergo nihil amittere, vel acquirere potest, aequè habet & quod actualiter est & quod actualiter non est.

*Quod quicquid dictum est de diuinis proprietatibus usque modo uidetur pertinere ad illud esse quod est ab aeterno & a semetipso. Cap. XXV.*

**D**E his quae de Deo dicuntur relatiue uolumus hoc loco supersedere, nam eorum significatio latius se extendit, quam quae sub co-pendio sua breuitate comprehendendi possit. Ut enim mihi uideatur eorum significatio ad omnia praedicamenta euagatur. Nam cum ea quam significam relatione quod con significam solet modo ad hoc modo ad illa praedicamenta pertinere. Substantiue namque dicitur unus alteri co-substantialis, quantitatiue, aequalis, uel inaequalis, qualitatiue, similis, uel dissimilis, ubi significat, superior, & inferior, quando anterior & posterior situm, confessor & confessio, habere, possessor & possessio, pertinet ad facere & pati, generator & genitus, amator & amatus. Melius est itaque, de his interim supersedere, quam attentare quod non possumus debita breuitate succingere. Notandum est autem hoc loco, quod quicquid de diuinis proprietatibus dictum est usque modo, ad illud esse pertinere uidetur quod est a semetipso, & eo ipso ab aeterno. Nam quicquid de huiusmodi hucusque dictum est, nihil minus constaret etiam si nihil ab aeterno esset quod aliunde quam a semetipso originem traheret.

## DE TRINITATE D Liber Tertius.

*Quod hucusque actum sit de diuina substantia unitate, quod ammodo querendum, quid sententiam sit de diuinarum personarum pluralitate. Cap. I.*

**I**N his quae usque huc dicta sunt de diuina substantia unitate, uel proprietate, secundum quod nobis uidebatur executi sumus. De reliquo uero inuestigare proposuimus, quid de diuinarum personarum pluralitate, uel proprietatibus sentire debeamus. Primo itaque querendum uidetur, utrum in illa uera, & simplici diuinitate uera pluralitas sit, & si ille personarum numerus (prout credimus) in ternarium allurgit? Deinde quomodo possit conuenire unitas substantiae cum personarum pluralitate. Tertio uero loco querere oportebit utrumnam iuxta fidei nostrae documenta sit ibi una sola persona quae sit a semetipso, ceterarum uero quaelibet procedat ex alia, & si qua sunt alia cir-

ca eandem considerationem querenda. Quod si detur nobis & ista ex ratione conuincere, ultimo loco oportebit adhuc querere an in illis duabus personis aliunde quam a se procedentibus sit diuersus procedendi modus, & quis cuius sit proprius, & quod consequens est iuxta propria singularum de earum nominibus. Oportet autem in his quae ad querendum restant tanto maiorem diligentiam impendere eoque ardentius insistere, quanto minus in patrum scripturis inuenitur unde possumus ista (non dico ex scripturarum testimonijs) sed ex rationis attestatione conuincere. In hoc autem inquisitionis meae proposito, qui uoluerit rideat, & qui uoluerit irrideat & digne quidem. Nam (ut uerum fatear) ad tentandi ausum non me quidem tam scientia eleuat, quam astantis animi ardor instigat. Quid si non detur peruenire querendo? Quid si currendo deficio? Gandebo tamen inquitendo faciem Domini mei semper pro uitijs incurrisse, laborasse, defudasse. Et si contingat praenimia uia prolixitate, asperitate, arduitate deficere, non nihil effecti si ueraciter mihi dicere contingat feci quod potui, quae mihi & non inueni illum, uocavi & non respondit mihi. Et ecce anima illa Balaam quae se forem suum in suo itinere retardauit nescio quo pacto me ad currendam uiam inceptam urget, & impellit. Audio & ego eam adhuc loquentem & dicentem mihi, qui quod loquerer potuit dare mihi, poterit proculdubio dare & tibi. Sed nunc ad id quod proposuimus, cum omni diligentia intendamus.

*Quomodo ex charitatis proprietate plenitudo bonitatis conuincit quod in uera diuinitate personarum pluralitas deesse non possit. Cap. II.*

**D**edicimus ex superioribus quod in illo summo bono uniuersaliterque perfecto sit totius bonitatis plenitudo, atque perfectio. Vbi autem totius bonitatis plenitudo est, uera & summa charitas deesse non potest. Nihil enim charitate melius, nihil charitate perfectius. Nullus autem pro priuato, & proprio sui ipsius amore dicitur proprie charitatem habere. Oportet itaque ut amor in alterum tendat ut charitas esse queat. Vbi ergo pluralitas personarum deest, charitas omnino esse non potest. Sed dicis fortassis etiam sola una persona in illa uera diuinitate esset, nihilominus tamen erga creaturam suam charitatem quidem & habere posset imo & haberes, sed summam certe charitatem erga creaturam personam habere non posset. Inordinata enim charitas esset. Est autem impossibile in illa summae sapientiae bonitate charitatem inordinatam esse. Persona igitur diuina summam charitatem habere non potuit erga personam, quae summa dilectione digna non fuit. Ut autem charitas summa, & summa

Obiectio.

Inordinata charitas.

Que req-  
rantur ut  
se chari-  
tas summa.

me perfecta sit, oportet ut sit tanta, quae non possit esse maior, oportet ut sit talis, quae non possit esse melior. Quoad autem quis nullum alium quam seipsum diligit, illa quem erga se habet priuatus amor conuincit, quod summam charitatis gradum necdum apprehendit. Sed persona diuina profecto non haberet quam ut seipsum digne diligeret, si condignam personam omnino non haberet. Diuina autem personae condigna non esse persona quae Deus non esset. Ut ergo in illa uera diuinitate plenitudo charitatis possit locum habere, oportuit aliquam diuinam personam personae condignae, & eo ipso diuino consortio non carere. Vide ergo quam de facili ratio conuincit, quod in uera diuinitate pluralitas personarum deesse non possit. Certe solus Deus summa bonus est. Solus ergo Deus summa diligendus est. Summam ergo dilectionem diuina persona exhibere non possit personae quae diuinitate careret. Plenitudo autem diuinitatis non potuit esse sine plenitudine bonitatis. Bonitatis uero plenitudo non potuit esse sine charitatis plenitudine, nec charitatis plenitudo sine diuinarum personarum pluralitate.

Plenitudo diuinitatis non potest esse sine plenitudine bonitatis.

Nec bonitatis plenitudo sine charitatis plenitudine.

Quod idem quod de diuinarum personarum pluralitate plenitudo bonitatis loquitur plenitudo diuinae felicitatis attestatur. Cap. III.

Nihil charitatis melius aut iucundius.

Sed quod de pluralitate personarum plenitudo bonitatis conuincit, & probat plenitudo felicitatis simili ratione approbat. Et quod una loquitur altera attestatur. Et in una eadem que ueritatis attestatione una clamat, altera accedat. Conscientiam suam unusquisque in terroret, & proculdubio & absque contradictione inueniet, quia sicut nihil charitatis melius, sic nihil charitatis iucundius. Hoc nos docet ipsa natura, idem ipsum multiplex experientia. Sicut igitur in plenitudine uerae bonitatis non potest id deesse quo nihil est melius, sic in plenitudine summae felicitatis deesse non potest id quo nihil est iucundius. Necesse est itaque in summa felicitate charitatem non deesse. Ut autem charitas in summo bono sit, impossibile est eum deesse & qui & cui exhibere, uel exhiberi possit. Proprium autem amoris est, & sine quo omnino non possit esse ab eo quem multum diligis multum diligi uelle. Non potest ergo esse amor iucundus si non sit & mutus. In illa igitur uera & summa felicitate sicut nec amor iucundus sic nec amor mutus potest deesse. In amore autem mutuo oportet omnino ut sit & qui amorem impendat, & qui amorem rependat. Alter itaque erit amorem impendens, & alter amorem rependens. Vbi autem unus & alter esse conuincitur, uera pluralitas deprehenditur. In illa itaque uera felicitatis plenitudine pluralitas personarum non potest deesse. Constat autem quia nihil aliud

Proprium amoris quid sit.

De duplici amore.

est summa felicitas quam ipsa diuinitas. Grauitati ergo amoris exhibitio, & debita amoris re compensatio indubitanter conuincit quod in uera diuinitate personarum pluralitas deesse non possit.

Quod de personarum pluralitate in dictis duobus testibus aduincitur, ex considerata diuinae gloriae plenitudine confirmatur. Cap. III.

Certe si dixerimus in illa uera diuinitate esse solam personam unam, quemadmodum solam unam substantiam, iuxta hoc proculdubio non habebit cui communicare possit infinitam illam plenitudinis suae abundantiam. Sed quare ut quid hoc? an quia communicantem habere non possit cum uelit an quia habere nolit cum possit? Sed qui absque dubio omnipotens est, per impossibilitatem excusari non potest. Sed quod constat non esse ex defectu potentiae nunquid non erit ex solo defectu beneuolentiae? Sed si eorum habere omnino nolit, cum ueraciter habere possit si uellet, iste in diuina persona beneuolentiae defectus attende quare qualis esset, uel quantus. Certe (ut dictum est) nihil charitate dulcius, nihil charitate iucundius. Charitatis delicijs rationalis uita nihil dulcius experitur. Nulla unquam delectatione delectabilius fruitur. his delicijs in aeternum carebit sic consortio carens in maiestatis solio solitaria permanserit. Ex his itaque animaduertere possumus, qualis, quantum esset iste beneuolentiae defectus si plenitudinis suae abundantiam uellet sibi soli auare retinere, quam possit si uellet cum tanto gaudiorum cumulo, cum tanto deliciarum incremento alteri communicare, si sic esset merito angelorum, merito omnium aspectum subterfugeret, merito se uideri, merito se agnosci et uideret, si ipsi tantus beneuolentiae defectus inesset. Sed absit, absit ut supremam maiestati illi aliquid insit, unde gloriari nequeat, unde glorificari non debeat. Alioquin ubi erit plenitudo gloriae. Nam ibi (ut superius probatum est) nulla poterit plenitudo deesse. Quid autem gloriosus, quid uero magnificentius quam nihil habere quod nolit communicare? Constat utique quod in illo indeficienti bono summaeque sapienti consilio, tam non potest esse auara referuatio quam non potest esse inordinata effusio. Ecce palam habes sicut uidere potes quod in illa

summa, & suprema celsitudine ipsa plenitudo gloriae compellit gloriae confortem non deesse.

Quod

Quod iam dicta diuinae pluralitatis assertio triplici confirmatur testimonio. Cap. V.

Quod in illa personarum pluralitate oportet tantam summam aequalitatem, quam summam similitudinem esse. Cap. VII.

Ecce de pluralitate diuinarum personarum tam aperta docuimus ratione, ut in saniae morbo videatur laborare, qui tam euidenti at testationi uelit contraire. Quis enim nisi insania morbo laborans dicat, summam bonitati id deesse quo nil perfectius, quo nihil est melius? Quis (quasi) nisi mentis inops contradicat summam felicitati id inesse, quo nihil iucundius, nihil est dulcius? Quis inquam nisi rationis expertus in plenitudine gloriae putet posse id deesse, quo nihil est gloriosius, nihil magnificentius? Certe nil melius, nil certe iucundius omnino nil magnificentius est uera & sincera, & summa charitate, quae omnino esse non nouit sine personarum pluralitate. Huius itaque pluralitatis assertio, triplici confirmatur testimonio. Nam quod summa bonitas, quod summa felicitas super hac re concorditer clamat, plenitudo gloriae confirmando acclamat, & acclamando confirmat. Ecce super hunc fidei nostrae articulum triplex habemus testimonium, de summis, supernis, de diuinis, diuinum, de profundis, altissimum, de occultis, apertissimum. & scimus quia in ore duorum uel trium stat omne uerbum. Ecce funiculus triplex qui difficile rumpitur, unde phreneticus cuius fidei nostrae impugnator (donante Dei sapientia) fortiter alligetur.

Quod personas diuinas oportet omnino esse coaeternas. Cap. VI.

Ecce ut ex superioribus manifeste colligere possumus, perfectio personae unius, coaequum requirit alterius. Inuenimus nil esse gloriosius, nil magnificentius, quam nihil habere uelle quod nolis communicare. Maiestatis itaque suae carere consortio noluit persona quae summa bona fuit. Absque dubio autem esse oportuit, quod esse uoluit, cuius uoluntas omnipotens fuit. Quod uero semel uoluit, semper uoluit, cuius uoluntas incommutabilis fuit. Oportuit ergo aeternam personam coaeternam habere, nec potuit una alteram praecedere, nec una alteri succedere. Nam in illa aeterna, & incommutabili diuinitate nihil potest uelut antiquatum transire, nihil nouum superuenire. Personas itaque diuinas impossibile est omnino non esse coaeternas. Vbi namque uera diuinitas, ibi summa bonitas, ibi plena felicitas. Summa autem bonitas (sicut dictum est) non potest esse sine perfecta charitate, nec perfecta charitas, sine personarum pluralitate. Plena uero felicitas non potest esse sine uera incommutabilitate, nec uera incommutabilitas, sine aeternitate. Personarum pluralitatem exigit uera charitas, personarum aeternitatem, uera incommutabilitas.

De plena felicitate.

Richardi S. Victoris Pars I.

Notandum sane quod sicut charitas uera exigit personarum pluralitatem, sic charitas summa exigit personarum aequalitatem. Summa autem charitas necdum esse conuincitur, ubi uere dilectus summè non diligitur. Discretus uero amor non est ubi summè diligitur, qui summè diligendus non est. Sed in summè sapienti bonitate amoris flamma, sicut non aliter, sic non amplius flagrat, quod summa sapientia dicit. Quem itaque secundum illam summam charitatis abundantiam oportet summè diligere, necesse est absque dubio secundum summam illam discretionis regulam summè diligendum esse. Sed ipsius amoris proprietates conuincit, quoniam summè diligenti non sufficit, si summè dilectus summam dilectionem non rependit. In mutuo itaque amore plenitudo charitatis exigit, ut uterque ab altero sit summè dilectus, & consequenter secundum praedictam discretionis normam, uterque sit summè diligendus. Vbi autem uterque est aequè diligendus, oportet ut uterque sit aequè perfectus. Oportet itaque utrumque esse aequè potentem, aequè sapientem, aequè bonum, aequè beatum: sic summa plenitudo dilectionis in mutua dilectis, exigit summam aequalitatem perfectionis. Sicut itaque in uera diuinitate charitatis proprietates exigit personarum pluralitatem, sic eiusdem charitatis integritas in uera pluralitate requirit summam personarum aequalitatem. Ut autem sint per omnia aequales, oportet ut sint per omnia similes. Nam similitudo potest haberi sine aequalitate, aequalitas uero nunquam sine mutua similitudine. Qui enim in sapientia nihil similitudinis habent, quomodo in ea pares esse ualent? Quod autem dico de sapientia, idem dico de potentia, idem uero inuenies in ceteris omnibus si curras per singula.

Discretus amor.

Quid in mutuo amore requiratur.

Quam miranda ratione sit substantialis unitas in illa pluralitate, & personalis pluralitas in uera unitate substantiae. Cap. VIII.

Ueniimus, & inuenimus quia in dictis mutuo dilectis, mutuoque diligendis, ut merito debeat esse summa dilectio, oportet ut in singulis sit summa perfectio, totiusque perfectionis plenitudo. Erit itaque in utroque plenitudo potentiae, in utroque plenitudo sapientiae, plenitudo bonitatis, plenitudo diuinitatis. Ecce unde longè superius mentionem fecimus, nec tamè aliquid diffinimus, quod diuinitas (quam ibi inuenimus non posse esse

Q

esse





verè diuinitati deesse omnino est impossibile: A Sed sicut summa felicitati non potest inesse causa dolendi, sic in summa gloria plenitudine non potest inesse materia erubescendi. Quis namque non videat quàm sit extrema dementia, vel tenuiter suspicari illi summae felicitati maiestati aliquid inesse potuisse, quod possit tantae gloriae splendore vel in modico obnubilare? Ecce quo modo plenitudo diuinæ bonitatis, plenitudo felicitatis & gloriae in una ueritatis attestatione inuicem sibi concurrunt, & quid de diuinæ charitatis plenitudine in illa personarum pluralitate sentiendum sit euidenter ostendunt. Totius defectus suspitionem in illa summa charitate pariter damnant, totius in illa consummationis plenitudine concorditer clamant. Charitas autem ut esse uera possit, personarum pluralitatem exigit, ut uero consummata sit, personarum trinitatem requirit.

*Quod communicatio amoris non potest esse omnino minus quàm in tribus personis. Cap. XIII.*

**S**I autem concedimus unde post tot praemissas rationes ambigere non possumus, si inquam concedimus unam aliquam personam in uera diuinitate esse tantae beneuolentiae, ut nihil diuinarum, nihil deliciarum habere uelit quod nolit communicare, tantae potestatis, ut nihil sit ei impossibile, tantae felicitatis, ut nihil sit ei difficile, consequens est ut fateri oporteat diuinarum personarum trinitatem non posse deesse. Sed ut hoc melius elucescat, quod diffusius diximus in unum colligamus. Certè si sola una persona in diuinitate esset, non haberet cui magnitudinis suae diuitias communicaret. Sed & e conuerso, illa deliciarum & dulcedinis abundantia quae ex intimae dilectionis obtentu ei accrescere potuisset, in aeternum careret. Sed summe bonum, plenitudo bonitatis non sinit illas auare retinere, nec summe beatum, plenitudo beatitudinis istas non obtinere, & ad honoris sui magnificentiam tam de illarum largitate laetatur, quàm de istarum fruitione gloriatur. Animaduertis ex his, quàm sit impossibile unam aliquam in diuinitate personam consortio societatis carere, sed si solam unam sociam haberet, ei utique non deesset cui magnitudinis suae diuitias communicaret, sed cui charitatis delicias impertiret omnino non haberet. Dilectionis dulcedine nihil iucundius inuenitur, nihil in quo animus amplius delectetur. Huiusmodi dulcedinis delicias solus non possidet, qui in exhibitam sibi dilectione focium, & condilectum non habet. Communio itaque amoris non potest esse omnino minus quàm in tribus personis. Nihil autem (ut dictum est) gloriosius, nihil magnificentius quàm quicquid habes uile, & dulce in commune deducere. Non potest uero hoc summam sapientiam latere, nec summam beneuolentiam non coplacere, & quàm non potest summam potentiam felicitas vel summam felicitatem

Dilectionis dulcedine nihil dulci

stas suo beneplacito carere, tam non potest gemina persona in diuinitate tertia non cohaerere.

*Quod oporteat geminam personam in diuinitate pari uoto, consimili ratione tertiam personam requirere. Cap. XV.*

**N**Otandum sanè quod in diuinis illis personis perfectio unius exigit alterius adiunctionem, & consequenter in geminis perfectione utriusque, requirit cohaerentiam tertiam. Nam in geminis personis (sicut aliam iam diximus) ut utraque ab altera merito sit summe dilecta, oportet ut utraque sit summe perfecta. Sicut itaque utrobique sapientia una, potentia una, sic sanè oportebit ut utrobique sit beneuolentia una, & summa. Est autem proprium summe, & usquequaque perfecta beneuolentiae, omnem plenitudinis suae abundantiam in commune deducere. Vbi autem in alterutra persona aqua beneuolentia extat, necesse est uoto pari, ratione consimili, praecipui gaudij sui consortem utraque requirat. Nam ubi se duo mutuo diligentes summo desiderio amplectuntur, & in alterutro amore summe delectantur, summum gaudium istius est in intimo amore illius. Et e conuerso, praecipuum gaudium illius, est in amore istius, quãdiu iste ab alio solus diligitur, praecipue dulcedinis suae delicias solus possidere uidetur, similiter & alius quamdiu condilectum non habet, praecipui gaudij communione caret. Ut autem uterque possit istiusmodi delicias communicare, oportet eos condilectum habere. Vbi itaque mutuo diligentes tantae (ut diximus) beneuolentiae sunt, ut quicquid perfectionis est, commune esse uelint, oportet (ut dictum est) utrumque pari uoto, aqua ratione condilectum requirere, & iuxta potestatis suae plenitudinem pro uoto possidere.

*Quod plenitudo potentiae, & sapientiae uideatur posse consistere in singularitate personae. Cap. XVI.*

**I**nter delicias charitatis, & sapientiae hoc sollet maxime interesse, quod sapientiae deliciae ualent & solent hauriri de corde proprio. Intimae autem charitatis deliciae hauriuntur de corde alieno. Nam qui intime diligit, & intime diligi concupiscit, non tam delectatur, quàm anxiatu sit de dilecti sui corde non haurit dilectionis dulcedinem quam sinit. Sapientiae uero deliciae tunc magis delectant, quãdo de corde proprio hauriuntur. Nihil ergo diffinitur contrarium naturae, si plenitudo sapientiae dicatur posse subsistere in singularitate personae. Nam quãtũ uidetur etiã si sola una persona in diuinitate esset, nihilominus plenitudinem sapientiae habere potuisset. Plenitudo autem sapientiae non potest esse sine plenitudine potentiae, sicut nec plenitudo potentiae sine plenitudine sapientiae. Sapientia namque plenitudinem proculdubio non haberet, qui ignoraret quomodo obtinere potuisset quod ei de omnipotentia deesset. E conuerso autem abique

Proprietates dilectionis.

Summus bonitatis gradus.

que dubio caret potentiae plenitudine, qui aliquem sapientiae defectum posset inuitis sustinere. Plenitudo itaque unius non potest haberi sine plenitudine alterius. Quod igitur de sapientia diximus, consequens est ut idem de potentia intelligamus. Nam si omnipotentia deesse non potest, ubi plenitudo sapientiae est, uidetur utique quod plenitudo tam potentiae, quàm sapientiae possideri possit in singularitate personae.

*Quod completio felicitatis non uideatur posse subsistere sine geminatione personae. Cap. XVII.*

**C**ompletio autem uerè felicitatis, & summe nullo modo uidetur posse subsistere sine geminatione personae. Constat hoc iam luce clarius ex his quae in superioribus diximus. Nam si in illa uera diuinitate sola una persona esset, utique non haberet cui summum amorem impenderet, nec qui sibi summum amorem rependeret. Vnde ergo illi summe dulces illae deliciae abundarent, quae (ut dictum est) non tam de proprio quam de alieno corde hauriri solent? Nihil enim (ut iam praefati sumus) his delictis dulcius, nihil delectabilius, nihil hac suauitate salubrius, praetarius, atque iucundius. Quomodo ergo diuina felicitas totius plenitudinis abundantiam obtinuisset, cui summa suauitas, summa iucunditas semper deesset? Personae itaque geminationem (ut dictum est) felicitas exigit, ut in omni plenitudinis integritate subsistere possit.

*Quod consummatio uerae, & summae bonitatis uideatur non posse subsistere sine completionem trinitatis. Cap. XVIII.*

**N**eminem conturbet, nemo indignetur, si ad euidentiorum ueritatis intelligentiam de diuinis, & supermundanis humano more loquamur. Hunc autem loquendi modum in usum nostrae inopiae tanto fidentius assumimus, quãro eum in scripturis sacris frequentissime inuenimus. Summus bonitatis gradus esse uidetur, quando summus amor ibi impeditur, unde ad felicitatis suae plenitudinem nihil optetur. Sed hic summe perfectionis gradus (ut ex ante iam dictis euidentissimum est) intra duos tantum dilectos mutuo inueniri non potest. Ibi namque dilectorum uterque amorem impendit, unde abique dubio melliflua illa dilectionis oblectamenta haurit, quae unde haurire posset omnino non haberet si solus esset, & solitarius uiueret. Magnus itaque cumulus gaudiorum, & iucunditatis accrescit cuique ex consortio exhibitae, & acceptae dilectionis. Hinc ergo manifestè colligitur, quod summus illae benignitatis gradus in diuinitate locum non haberet, si in illa personarum pluralitate tertia persona deesset, & certè in sola geminatione personae non esset cui posset quiuis duorum praecipuas iucunditatis suae

Richardi S. Victoris Pars I.

delicias communicare. Hinc datur intelligi quod consummatio uerae & summae bonitatis, non potest subsistere sine completionem trinitatis.

*Quomodo ex inspecta solum proprietate condilectionis, deprehendi possit uestigium trinitatis. Cap. XIX.*

**Q**uod de trinitatis assertionem multiplici rationis attestacione probatum est, compendiosa satis, multumque perspicua consideratione confirmari potest. Virtutem itaque, ac proprietatem condilectionis diligenti consideratione perpendamus, & citius inueniemus quod quaerimus. Quando unus alteri amorem impendit, & solus solum diligit, dilectio quidem est, sed condilectio non est. Quando duo se mutuo diligunt, & summi desiderij affectum inuicem impendunt, & istius in illum, illius uero in istum affectus discurrit, & quasi in diuersa tendit, utrobique quidem dilectio est, sed condilectio non est. Condilectio autem iure dicitur, ubi a duobus tertius concorditer diligitur, socialiter amatur, & duorum affectus tertij amoris incendio in unum coëstat. Ex his itaque patet, quod in ipsa diuinitate condilectio locum non haberet, si duobus tantum consistentibus tertia persona deesset. Non enim hic de qualicumque, sed de summa condilectione loquimur, & qualem creatura a creatore nunquam meretur, nunquam digna inuenitur. Quis quãso dignè explicare ualeat quanta sit uirtus beneuolentiae summae, & usquequaque perfecta? Quis quãso dignè estimare sufficiat quae uel quanta sit dignitas intimes, & summae concordiae? Si tanta itaque dignitas est in his duabus uirtutibus cuique ex semetipsa, quid quãso uirtutis, quod dignitatis inerit ubi quaeuis conditur ex altera, ubi una magnificatur ex alia, ista consummatur ex illa? Quid autem aliud est intima & summa condilectio, nisi intima, & summa concordiae mutua coëcurio? Virtus itaque tantae dignitatis, & supereminens excellentiae sicut non potest in summo bono uni uersaliterque perfecta deesse, sic nec potest sine personarum trinitate subsistere.

Condilectio quãdo fiat.

*Quomodo ex tertiae personae consoliditate in illa trinitate agitur, ut concordialis, & consocialis amor ubique nusquam singularis inueniatur. Cap. XX.*

**A**trendè nunc quomodo tertiae personae copula concordialem affectum ubique comparat, & consocialem amorem per omnes, & in omnibus confederat. Si unam aliquam ex tribus personis attendis, uidebis quia ceterae eam concorditer amant. Si aliam respicias, & ibi aequè inuenies quoniam reliquae in eius amore pari uoto concordant. Si tertiam ab his in considerationem adducis, proculdubio ceterarum affectum pari concordant.

Q 3 dia in

dia in illam confluere videbis. Si concordia at-  
ceditur, ibi amoris funiculus triplicatur, vt vbi  
de defectu amoris suspicio facilius oriri pote-  
rat, maiori cōsideratione certitudo consolidat.  
Ecce quomodo ex tertia personæ consolidata  
te in illa trinitate agitur, vt concordialis chari-  
tas, & cōsocialis amor vbique nusquam singu-  
laris inueniatur. Ecce in trinitatis assertione tā  
ta, tam rara veritatis attestatio vndique occur-  
rit, vt mente captus videatur cui tanta certifica-  
tio satisfacere non possit.

*Quod summa equalitas sit in illa trinitate, vbi oportet omnes aequè perfectos esse. Cap. XXI.*

**Q**uod superius probatum est de duobus,  
pari ratione inferri potest & de tribus,  
scilicet a singulis summè diligendos, summè  
dilectos, quia summè perfectos. Plenitudo sum-  
mè felicitatis, requirit plenitudinem summè  
iocunditatis. Plenitudo summæ charitatis, exi-  
git plenitudinem summæ perfectionis. Vbi ita-  
que oportet omnes aequè perfectos esse, necesse  
est omnes in summa æqualitate cōgruere. Erat  
itaque omnibus æqualis sapientia, æqualis po-  
tētia, indifferēs gloria, vniformis bonitas, ater-  
na felicitas, vt veraciter cōstet quæ quōdiana  
pessio christianæ institutionis docet, quoniā  
tium pariter vna est diuinitas, æqualis gloria,  
coeterna maiestas. Nullus ibi est altero maior,  
nullus ibi altero minor, nullus ibi anterior,  
nullus ibi posterior. Cōstat itaque in illa trini-  
tate omnes personas cōuales simul & coeternas  
esse. Nam si coeternæ non essent, eoispo cō-  
uales non essent.

Plenitudo summæ felicitatis quid requirit.

De æqualitate vni personarum.

*Quod in singulis personis sit summa simplicitas, & in omnibus simul vera & summa vnitas, & vtrobique miranda identitas. Cap. XXII.*

**I**n illa itaque summa & vsqueaque perfe-  
cta personarum æqualitate, summum illud  
& summè simplex esse est omnibus commune.  
Idem ergo est omni esse quod viuere, viuere  
quod intelligere, intelligere quod posse. Non  
igitur ibi est aliud sapientia quàm potentia, po-  
tentia quàm essentia, & iuxta hunc modum si-  
milis in similibus sententia. Vides ergo quoniā  
nam idem ipsum est totum quod in qualibet  
persona est, sed si summa perfectio est in illa æ-  
qualitate, & summa equalitas in illa perfectio-  
ne, erit singulis simul & omnibus summa ple-  
nitude sapientia, erit singulis simul & omni-  
bus summa plenitudo potentia. Sed quid est  
summa & plena potentia, nisi omnipotentia?  
Nouimus autem quod omnipotentia inde di-  
cta sit, quod omnia possit. Si vero omnipoten-  
tiam omnia posse veraciter cōstiterit, de faci-  
li efficere poterit vt quælibet alia potentia ni-  
hil possit. Hinc ergo manifestum est, quod om-

nipotencia non potest esse nisi vna. Superius  
autem probatum est, quod omnipotentia idem  
ipsum est quod diuina essentia. Si igitur com-  
mune est simul omnibus personis omnipoten-  
tiam habere, immo & esse, quia ibi nō est aliud  
esse quam habere, commune erit & omnibus  
vnam & eandem essentiam esse. Nam diuina  
essentia sicut & omnipotentia, non potest esse  
nisi vna. Non solum itaque idem ipsum est to-  
tum quod est quælibet persona, verum etiam  
idē ipsum est quæuis una, quod quælibet alia.  
In singulis itaque summa simplicitas in omni-  
bus simul vera & summa vnitas, vtrobique au-  
tem (si bene attendas) miranda identitas.

*Quomodo in his personis sit intelligenda dicta æqualitas, vbi est tanta vnitas, & talis identitas. Cap. XXIII.*

**Q**uod autem dictum est de personarum  
æqualitate, possumus & bene, & male  
intelligere. In tanta namque personarum sim-  
plicitate & vnitate videtur potius identitas  
quàm equalitas esse. Tres statuas aureas si sint  
eiusdem puritatis & ponderis, & per omnia e-  
iusdem similitudinis, possumus & solemus æqua-  
les dicere, sed huiusmodi equalitas multum  
peregrina est ad illam quæ est in diuinarum per-  
sonarum trinitate. Nam in illa statuarum æ-  
qualitate alia est massa auri statuæ vnus, alia  
est massa auri statuæ alterius, & iuxta hoc ali-  
quid aliud est vna, & aliud aliquid est alia. Ni-  
hil autem tale debemus cogitare de illa sum-  
mæ trinitate, quasi sit ibi aliud & aliud, sed vnū  
alteri equale. Nam sicut iam demonstratum  
est, quod est in vna aliqua persona, idē ipsum  
& totum est & in qualibet altera. Tres ratio-  
nales spiritus æquales non immerito dicimus, si  
sint eiusdem potentie, eiusdem sapientie, eius-  
dem puritatis, atque bonitatis, sed in hac spiri-  
tuum trinitate sicut sunt tres personæ, sic con-  
stat ibi & tres substantias esse. Summa autem  
trinitas constat in unitate substantiæ. Aliud ita-  
que & aliud (quamuis equale) inuenitur in tri-  
nitate illa, sed talis equalitas longe est a trini-  
tate diuina. Sed in illa summa trinitate ea ra-  
tione personas æquales dicimus, quia illud sum-  
mum & summè simplex esse in ea plenitudine  
& perfectione qua est personæ vnus, in pleni-  
tudine & perfectione est cuiuslibet personæ al-  
terius.

Tres rationales spiritus quādo dicēdi sunt æquales.

*Quam incomprehensibile sit illa omniformitas summæ cōequalitatis. Cap. XXIV.*

**C**erte vna eademque substantia, non  
est maius aliquid vel minus, melius  
deteriusue seipsa. Non igitur erit  
maius, vel melius aliquid quæuis in trini-  
tate persona, quàm quælibet alia, cum ve-  
raciter sit singulis vna eademque substantia.  
Est autem

A D E T R I N I T A T E  
Liber Quartus.

*Quod incomprehensibile videatur humana intelligen-  
tia, quod pluralitas personarum sit in vni-  
tate substantiæ. Cap. I.*



**B**ecce in huius operis exordio ea que  
de diuinæ substantiæ unitate cre-  
dimus tam euidēti ratione & per-  
spicuis rationibus monstrauimus,  
vt diligenter intuentibus nihil dubitationis re-  
manere debeat, vnde eos vel in modico hæsita-  
re oporteat. Similiter & suo loco de personarū  
pluralitate fidei nostræ assertionem tam rara  
ratio persuasit, tam multiplex ratio confirma-  
uit, ut mētis inops videatur, cui tanta veritatis  
attestatio satisfacere non possit. Et quidem que  
libet harum considerationum, & assertionum  
cum per semetipsam solam & seorsum attendi-  
tur, nihil credibilius, nihil verius videtur. Sed  
quando vnā cum alia conferimus, & quomo-  
do concorditer & simul stare possit attēdimus,  
(nisi fidei firmitas obsistat) protinus in ambi-  
guum venit quicquid multiplex ratiocinatio  
persuasit. Non enim facile capit humana intel-  
ligentia, ut possit esse plus quàm vna persona  
vbi non est plus quàm vna substantia. Hinc il-  
li innumerati infidelium errores, hinc multipli-  
ces illæ scismaticorum hæreses, hinc est quod  
alij diuinæ substantiæ unitatem scindunt, alij  
personarum pluralitatem cōfundunt. hinc est  
quod Ariani & Sabelliani per contrarias se-  
ctas sunt ab inuicē diuisi. hinc est etiam quod  
aliqui ex recentioribus personæ nomē sub mul-  
ticiplici significatione accipiunt, & tam profun-  
dæ veritatis intelligentiam quam explicare de-  
buerant, maiori ambiguo inuoluunt. Nam si  
quis velit personæ nomē sub communi & pro-  
pria acceptione intelligere, nullo modo poterit  
plures personas sub ea acceptione intellectas  
posse subsistere in unitate substantiæ.

Firmitas fidei firmi-  
sterio san-  
ctissimæ  
trinitatis  
est neces-  
saria.  
Vnde er-  
res exorti-  
sint.

*Quod multa sunt quæ humana intelligentia non  
comprehendit, quæ tamen ipsa propria expe-  
rientia latere non sinit. Cap. II.*

**V**erum hic assignata quæso vnitas trini-  
tatis, & trinitas unitatis, nunquid quia  
comprehendi non potest, iccirco esse non po-  
test? Quis (nisi mentis inops) hoc sentiat? quis  
dicere præsumat quàm multa sunt quæ hu-  
mana intelligentia non comprehendit, quæ  
tamen quam vera sint mentem humanam  
multiplex experientia latere non sinit? Ex-  
plica mihi quæso si potes, de quo omnino du-  
bitare non potes, quid sit quod oculus cor-  
poreus ibi uidendo non sentit ubi est, & ui-  
dendo sentit ubi omnino non est? In celo ubi  
vtrique non est, stellam positam uidet, palpe-  
bra ta-

Quomo-  
do oculus  
nō uideat  
ubi est, &  
uideat ubi  
nō est.

Est autem singulis simul & omnibus eadem  
ipsa, vnde nec maius, vel melius aliquid erunt  
quælibet duæ quàm quælibet sola, nec tres si-  
mul pariter acceptæ quàm quælibet duæ, uel  
quælibet sola per se. In illa autem personarum  
trinitate ubi sunt plures substantiæ, minus ali-  
quid est vna sola quàm duæ, & quibulliber dua-  
bus maius aliquid totæ tres pariter acceptæ.  
Nunc ergo attende, illa omniformis & omni-  
faria magnitudinis cōequalitas in illa summa  
trinitate quàm incomprehensibilis sit, ubi uni-  
tas pluralitati non cēdit, nec pluralitas unita-  
tem excedit.

*Quod in illa trinitate nusquam aliquis est dissimi-  
lis sibi, nec inæqualis in aliquo alicui al-  
terio. Cap. XXV.*

**S**ed ut hanc diuinarum personarum æquali-  
tatem amplius admireris, attende & illud in  
omnibus alijs personis. Quoniam in vna qua-  
libet eademque persona, nec singularitas est si-  
ne pluralitate, nec unitas sine inæqualitate. ra-  
ce quoque potest crescere, uel minui, & sibi ipsi  
inæqualis fieri. Taceo quod aliud est eius potē-  
tia, aliud est eius sapientia, aliud est eius iusti-  
tia, & potest esse secundum aliud maior, secun-  
dum aliud minor, melior siue deterior. Certè so-  
la eius potentia, sola eius sapientia est sibi ipsi  
dissimilis, est sibi ipsi inæqualis. Idemque ipsum  
contingit in ceteris: potentiam eius attende, &  
inuenies quia aliud est ei facile, aliud difficile,  
aliud impossibile, & sic depræhēditur etiam si-  
bi ipsi dissimilis, & inæqualis esse. similiter & ip-  
si sapientia aliud est comprehensibile, aliud  
uero incomprehensibile. Namque humana, uel  
angelica intelligentia poterit nunquam (ut de  
ceteris taceam) ipsam diuinitatis immensitatē  
comprehendere. Dum itaque vna eademque; na-  
tura in alijs est efficacior, in alijs infirmior, in  
parte est minor, & in parte est maior, & ipsa sibi  
dissimilis, & ipsa sibi inuenitur inæqualis. Ex  
his itaque colligi potest quia ubi vera simplici-  
tas non est, uera æqualitas esse non potest. In il-  
la autem trinitate nusquam aliquis est dissimi-  
lis sibi, nec inæqualis in aliquo alicui alteri. Sa-  
nè ubi uera æternitas est, non potest esse prius  
aut posterior, sic ubi incommutabilis immensi-  
tas est, nō potest esse maius uel minus. Quibus  
itaque eadem æternitatis & immensitatis ratio  
inest, nulla aliquatenus inæqualitatis uicissitu-  
do, uel alternatio inesse potest. Quia nulla ibi  
transmutatio, uel vicissitudinis obumbratio, ni-  
hil ibi prius, nihil posterius, nihil maius, aut mi-  
nus, sed totæ tres personæ coeternæ sibi sunt, &  
cōuales. Ecce iam manifesta, & multiplici  
probauimus ratione, quàm verum sit quod cre-  
dere iubemur, quod uidelicet vnum Deum in  
trinitate, & trinitatem in vnitate ueneremur.

Discriminē  
inter per-  
sonas di-  
uinas, &  
alias per-  
sonas.



bra tamen obducat, ipsam sub qua latere palpabilem non videt. Careti tenus corporei sola adhaerentia sentiunt, atque discernunt, solus oculorum sensus ad adhaerentia habet ad loquaciam & remotissima viger. Numquid quia quomodo hoc sit non comprehendis, nec o verum non esse contendis? Explica mihi si potes quod negare non audes, quomodo in te ipso corpus & anima tam diversa vixque separata sint vna eademque persona, & eum esse quod quomodo in summe simplici & communi natura, personarum trinitas in vna eademque substantia. Sed si illud incomprehensibile est quomodo sit, quod tamen humana mens per experientiam nouit, quanto magis quod nulla humana experientia attingit.

*Quod multa incomprehensibilia sunt ad que experientia de fidei, que tamen ratio manifesta latere non sinit. Cap. III.*

**S**ed si redicis de expertis nullo modo posse dubitare, etiam si videantur humana capere itis modum excedere, unum quoddam quae sunt incomprehensibilia esse non dubitas, quae tamen per experientiam non probas. Multa namque ratio manifesta latere non sinit, ad quae tamen comprehendenda mens humana non sufficit. Numquid Dei aternitatem comprehendis, nec tamen de eius aeternitate dubitas? Numquid de Dei immensitate dubitas, quomodo eam comprehendere non valeas? Numquid Dei omnipotentia ab omnibus comprehenditur, a quibus predicatur, & creditur? Si singulos theologos interroges, ab omnibus id responsi accipies, quod idem sit Dei potentia quod eius sapientia, quod eius bonitas nihil aliud sit quam ista vel illa. Si queras quid sint haec tria, nihil aliud inuenies quam diuina substantia. Haec omnia ratio manifesta conuincit, & latere non sinit. In hoc sane omnes theologo consentiunt. Hoc omnes in commune defendunt, quid quae so horum magis capabile, quid magis comprehensibile, quod substantia vna sit dicta tria, an quod tres personae sint substantia vna? Vtrumque incomprehensibile, neutrum tamen incredibile. Ex hac tamen (vt mihi videtur) incomprehensibilitate efficitur, vt secundum quosdam personae significatio per multas acceptiones varietur. Nam sunt qui dicunt nomen personae aliquando substantiam, aliquando substantias, aliquando personarum proprietates significare. Significat autem secundum quod voluit substantiam, quandoque in singulari, nunquam vero in numero plurali, ne tres personas confiterentur videantur etiam tres substantias confiteri. Ad comprobandum autem quod personarum proprietates personae sint, Hieronymi auctoritatem in haec verba dicentis adducunt, Sabelliani haeresim declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Non enim nomi-

*Multa est maius ista que tamen mens humana non capia.*

na tantummodo, sed & nominum proprietates, id est personas, vel (vt graeci exprimunt) hypostates, hoc est substantias confitemur, sed vt mihi videtur Hieronymus in his uerbis non dicit personas esse proprietates personarum, sed proprietates nominum, hoc est quod proprie significant nomina personarum.

*Quod ad doctrinae evidentiam oportet persona significationem determinare, & secundum determinationem trinitatis unitatem assignare. Cap. IIII.*

**V**t autem de nomine hypostasis taceamus, in quo secundum Hieronymum veneni suspicio est, ut inquam de nomine graeco taceamus qui graeci non sumus, de nomine substantiae tacite praeterire non debemus. Quidam personae substantias esse exponunt, & tres substantias, & eum substantiam in una diuinitate dicunt, magis quam ostendunt, si quidem sic haec uanescunt sine explanatione, ac si legentibus omnibus coniter tres substantias esse potuissent, etiam ubi constat non nisi unam substantiam esse, hanc veto eorum sententiam non arguo, non reprehendo, non fallam esse contentio. Sed quod verum est compellor confiteri, quia haec eorum doctrina non satisfacit meae simplicitati, si uolus mei similibus satisfacere, oportet primum tam substantiam, quam substantiam significati, ationem diligenter determinare, & secundum datam determinationem assignare, quomodo possit esse plus quam una substantia ubi non est nisi vna substantia. Alioqui quae so quid prodest mihi ignotum per ignotius ostendi? Nomen personae in ore omnium etiam rusticorum uersatur, nomen uero substantiae nec ab omnibus saltem literatis agnoscitur. Quomodo ergo quae so ex eius proprietate quae ignorant, simpliciores quique colligere poterunt, quod tres substantiae, & eo ipso tres personae possint esse in unitate substantiae? Quomodo quae so illa doctrina satisfacere poterit, quae litem lite resoluit? Quoniam ergo intentionis meae est in hoc opere simplicioribus deseriure, & (vt sic dicam) non minereuam docere, studebo prout Dominus dedit non tam substantiae quam personae significationem determinare, & iuxta proposita determinationis assignationem ostendere, quomodo possit personarum pluralitas cum substantiae unitate conuenire.

*Quod ante nos quaesitum est, qua necessitate quod res fiat querendum, qua ueritate tres illi in trinitate distincti sunt personae. Cap. V.*

**D**icam certe quod sentio, & quod firmiter & indubitanter credo, quod in illo tantum sublimi & supereminenti trinitatis mysterio, nomen personae nullatenus assignatum est sine in sinctu diuino, & spiritus sancti magisterio. Attendamus

tenemus quomodo idem spiritus tot sacramenta fidei nostrae, redemptionis nostrae, sanctificationis nostrae, glorificationis nostrae, per ora prophetarum praedixit, per ora euangelistarum descripsit, per ora doctorum exposuit. Qui istud attredit, nullo modo credere poterit quod summum fidei nostrae articulum, quod sacrasissimum & secretissimum trinitatis mysterium, quod nomen illud quod uoluit ab omni corde credi, ab omni ore confiteri, estimationi hominum exposuerit, & non potius sua inspiratione ordinauerit. Ecce dicamus quia hi qui hoc nomen personae primo ad diuina traherunt, ecce dicamus quoniam hoc ipsum ex necessitate fecerunt, vt haberent quid responderent quarentibus quid tres illi in trinitate essent, cum tres Deos esse respondere non possent, sed quod ab eis ex necessitate factum sit, nouit spiritus sanctus qui eorum cordibus praesidebat, quae ratio ne & ueritate id fieri uoluit. Si uero hoc fideliter credimus, cum omni diligentia quaeramus, non iam sub qua acceptione primo humanis sit impositum, nec ex qua necessitate sit postea ad diuina translatum, sed in qua ueritate per spiritum ueritatis sit translatoribus inspiratum, & a latina ecclesia uniuersaliter frequentatum. Nulla autem sententia certior redditur, quam quae ex communi animi conceptione formatur, ergo secundum simplicem & communem animi intellectum quem quisque concipit ad nominationem personae, studebo assertionis nostrae modum formare.

*Quod multum differant inter se significatio substantiae, & significatio personae. Cap. VI.*

**D**icamus in primis quod dictum est ab alijs, quod persona secundum substantiam dicitur, & substantiam significare uiderur. Nihilominus tamen multum est inter significationem unius, & significationem alterius, sed vt melius elucescat quod dicimus, id ipsum explanemus apertius. Quod animal substantiam significet quis neget? quis dubitet? Multum est tamen inter significationem unius, & significationem alterius. Nomen enim animalis, intelligitur substantia animata sensibilis. Animal itaque substantiam significat, sed & aliud aliquid con significat. Nomen si quidem animalis significatur substantia, sed cum adiuncta si bi specifica differentia. Similiter & hoc nomen homo, uiderur animal, & eo ipso substantiam significare. Quid enim est homo, nisi animal rationale mortale? In eo ergo quod principaliter significat, aliquid con significat. Animal itaque significat substantiam, non qualemctumque, sed sensibilem. Homo autem non omnem sensibilem, sed rationalem. Nunquam aut dicitur persona, nisi de rationali substantia. Et cum nominamus personam, nunquam intelligimus nisi

*Quid sit homo, quid animal.*

vnam solam substantiam, & singularem aliquam. Itaque cum intelligentia substantiae sub nomine animalis, subintelligitur proprietates communis omni animali, & sub nomine hominis quaedam subintelligitur proprietates communis omni homini, & sub nomine persona, similiter subintelligitur quaedam proprietates quae non conueniunt nisi vni soli, nulla tamen de terminata sicut in proprio nomine. Alias ergo subintelligitur proprietates generalis, alias proprietates specialis. Ad nomen autem persona proprietates individualis, singularis, incommunicabilis. Ex his (ut arbitror) facile poteris aduertere, quod inter se multum differant significatio substantiae, & significatio personae.

*Quod non tam aliquis quam aliquid significatur nomine substantiae, nec tam aliquid quam aliquis ex denominatione personae. Cap. VII.*

**S**i bene perpendas, & diligenter aduertas, nomine substantiae non tam quis, quam quid significatur. E conuerso autem nomine personae non tam quid, quam quis designatur. Cum aliquid tam longinquum a nobis fuerit ut discerni non possit, interrogamus quid sit. Et id quidem accipere solemus responsi, quod animal est, homo aut equus aut aliquid huiusmodi. Cum autem ad deo appropinquauerit ut quod homo sit discerni possit, interrogamus iam non quid, sed quis sit. Et respondetur nobis quod sit Mattheus Bartholomaeus pater uel filius illius. Videtis quia ad interrogationem quid, respondetur nomen generale uel speciale definitio, uel aliquid tale. Ad interrogationem aut quis, nomen proprium reddi solet, uel aliquid quod aequipollet. Per quid itaque inquiritur de proprietate communi, per quis de proprietate singulari. Notandum autem quod si ad aspectum angelicae uisionis unus interroget alterum quid sit, & id responsi acceperit quod angelus Domini sit talis, utique responsio non est secundum proprietatem locutionis, sed secundum intentionem querentis, ac si apertius dicat interroganti, non est homo (ut putas) sed Angelus Domini. Nam si Angelum esse sciret, nec tale quid quaereret, nec tale responsum (nisi inepte) reciperet. Per quid itaque (vt dictum est) inquiritur de proprietate communi, per quis de proprietate singulari. Per quid interrogamus ut certificemur de qualitate substantiae, per quis ut certificemur de proprietate personae. Et notandum quod ad interrogationem, quae est persona ista, uel quis est iste, solemus idem respondere, & nomen proprium uel aequipollens reddere. Ex his (vt arbitror) satis intelligi datur, quod ad nomen substantiae non tam aliquis, quam aliquid subintelligitur. Contra uero ad nomen personae non tam aliquid quam aliquis designatur. Ad nomen autem personae, nunquam intelligitur



Quid no-  
mine per-  
sonæ itel-  
ligatur.

ligitur nisi unus aliquis solus, ab omnibus alijs singulari proprietate discretus.

Quod non sit necesse ubique sunt plures personæ, etiam plures substantias credere. Cap. VII.

Quando igitur tres personas dicimus, quod aliud quam tres aliquos significamus? Iuxta intelligentiam secundum quam accipimus personam in singulari, iuxta eandem prorsus intelligentiam accipimus eam & in plurali, nisi quod hic plures illic unus solus datur intelligi. Cum dicitur persona, pro certo intelligitur aliquis unus qui tamen sit rationalis substantia. Cum nominantur tres personæ, absque dubio intelliguntur tres aliqui, quorum tamé unusquisque sit substantia rationalis naturæ. Sed utrum sint plures, an omnes, una eademque substantia, nihil interest quantum ad proprietatem, veritatemque personæ. Sed magis iudicant homines iuxta id quod experientia probat, quæ iuxta id quod ratiocinatio dicitur. Personæ quidem humanas videmus, divinas autem videre non possumus. In natura humana quot sunt personæ, tot sunt substantiæ. Et compellit eos quotidiana experientia de divinis similia æstimare. Intantum enim carnalis animus acquiescit eis quæ per experientiam didicit, ut vix aliquid credere queat, quod eis quæ experientia nouerat, ex aliqua similitudine non appropinquat. Sed qui ad fidem dormitat, saltem ad apertam rationem evigilet. Mōstrauimus iam aperta ratione, quod non sit necesse ubiqueque sunt plures personæ, etiam plures substantias credere.

Quod nihil diffinitis sibi contrarium, in eo quod dicimus Deum nostrum & substantialiter unum, & personaliter trinum. Cap. IX.

Erte ubiqueque sunt tres personæ, illud omnino est necesse, ut alius aliquis sit iste, alius aliquis sit ille, & alius aliquis qui est tertius ab utroque, & quælibet eorum per se sit a cæteris duobus propria distinctione, & distincta proprietate discretus. Sic proculdubio ubiqueque sunt tres substantiæ, vel omnino est necesse ut aliud aliquid sit una: aliud aliquid sit alia, & aliquid aliud ab eis sit illa que est ab eis tertia. Nam si in nullo a se inuicem differrent utique plures esse non possent. Si quidem ubi differentia nulla est, pluralitas esse non potest. Inuenimus aut superius, quod in illa summa trinitate, sit omnibus in commune summum & summæ simplex esse, nec aliud aliquid sit quilibet, quam quilibet alius, & iccirco in illa trinitate, tres substantias esse negamus. Nam in rationali natura esse aliud & aliud facit diuersitas substantiarum, esse alium, & esse alium facit alietas personarum. Sed in illa diuina, & summæ sapienti natura, istam alietatem, nec

tamen antedictam diuersitatem inuenimus. Iccirco plures personas ibi esse credimus, & plures substantias esse negamus. Ecce iam perspicua, & compendiosa satis (ut arbitramur) ratione ostendimus, quod nihil sibi contrarium diffinitis, in eo quod dicimus Deum nostrum & substantialiter unum, & personaliter trinum.

Quod nec pluralitas substantiarum dissoluit unitatem personæ in natura humana, nec pluralitas personarum diuidit unitatem substantiæ in natura diuina. Cap. X.

Diligenter notandum, mutuaque consideratione conferendum, quod sicut esse substantialiter aliud & aliud, non tollit ubique unitatem personæ, sic esse personaliter alium & alium, non scindit ubique unitatem substantiæ. Nam in humana natura alia substantia est corpus, & alia est anima, cum tamen non sit nisi una persona. In diuina uero natura alius aliquis est persona una, & alius aliquis persona alia, cum tamen non sint nisi una eademque substantia, & quidem scimus & superius iam monstrauimus, quod in illa diuinarum personarum pluralitate sit summa similitudo, quod in illa diuinarum personarum pluralitate sit summa similitudo, & summa æqualitas, in humana autem naturæ substantiarum pluralitate sit multa dissimilitudo & magna inæqualitas. Quid ergo mirum si in illa tanta personarum æqualitate maneat uera unitas substantiæ, quandoquidem in tam contrariæ qualitatis diuersitate inuenitur ueritas identitatisque personæ. In humana namque natura una eademque personæ ex uno corporea, & ex alio incorporea, ex uno visibilis, & ex alio inuisibilis, ex uno mortalis, & ex alio immortalis, nihilominus tamen unitas personæ consistit in tam diuersis substantijs. Pluralitas itaque substantiarum non facit alium in humana natura, nec pluralitas personarum facit aliud, & aliud in natura diuina. Ad damus autem & id quod consequens est. Quoniam nec pluralitas substantiarum ibi diuidit unitatem personæ, nec pluralitas personarum hic dissoluit unitatem substantiæ.

Quod in discernendis, personis opus est gemina consideratione, hoc est ut sciamus quale quid sit, & unde habeat esse. Cap. XI.

Ecce inuenimus non esse impossibile plures personas esse in unitate substantiæ, cōsequens est autem ut quæramus quomodo possit esse alietas personarum sine alietate substantiarum. In discernendis itaque personis opus est (ut arbitror) gemina consideratione, ut sciamus uidelicet & quale quid sit, & unde habeat esse. Una istarum considerationum uersatur in discernenda rei qualitate. Alia uero uersatur in inuesti-

In humana natura duplex est substantia nō itē i diuina.

Quæstio quo esse possit alietas personarum sine alietate substantiarum.

inuestiganda rei origine. Ad illam pertinet diligenter querere quid sibi sit, & cum quibus commune, quid generale, quid speciale, quid denique proprium assignata natura. Ad istam considerationem pertinet subtiliter indagare, hoc ipsum quod est unde habeat esse, an a seipso, vel aliunde, & si aliunde quam a seipso, utrum isto modo, vel illo, vel alio quocunque existendi modo. Illic itaque queritur rei ipsius diffinitio, vel qualiscunque descriptio, proprietatisque assignatio. Hic uero natura ordo, rei ipsius origo, & circa huiusmodi qualiscunque discretio. Illa itaque consideratio uersatur circa modum essendi, ista uero uersatur circa modum obtinendi. Illa circa rationem essentiam, ista (ut sic dicam) circa rationem obtinentiam. Ut taceam de cæteris, scio quod obtinentiam minus digne dicitur de diuinis. Sed neminem scandalizet, si uerbis quibus ualeo explico quod de diuinis sentio. Illud autem gratanter accipio, & pro magno munere habeo, si quid a me quod uerum sit, minus propriè uel idoneè dicitur, a quouis alio uerbis idoneis, & magis proprijs explicatur. Obtinentiam dico hoc loco modum quo quis obtinet, quod substantialiter est, uel naturaliter habet. Obtinendi si quidem modus in alijs, & alijs est multum diuersus, siue in accipiendo, siue in non accipiendo, siue in dandi, uel accipiendi modo.

Quod sub nomine existentia possumus utramque considerationem subintelligere, & illam que ad rationem essentiam, uel que pertinet ad rationem obtinentiam. Cap. XII.

Possumus autem sub nomine existentia utramque considerationem subintelligere, utamque scilicet quæ pertinet ad rationem essentiam, quàm scilicet illam quæ pertinet ad rationem obtinentiam. Tam illam inquam in qua queritur quale quid sit de quodlibet ante, quàm illam in qua queritur unde habeat esse. Nomen existentie trahitur a uerbo quod est existere. In uerbo sistere notari potest quod pertinet ad considerationem unam, similiter per adiunctam ex, præpositionem, notari potest quod pertinet ad aliam. Per id quod dicitur aliquid sistere, primum remouentur ea quæ non tam habent in se esse quàm alicui inesse, non tam sistere (ut sic dicam) quàm insistere; hoc est alicui subiecto in herere. Quod autem sistere dicitur, ad utrum que se habere uideretur, & ad id quod aliquo modo, & ad id quod nullo modo habet subsistere. tam ad id uidelicet quod oportet, quam ad id quod omnino non oportet subiectum esse. Unum enim est creatæ, alterum increatæ naturæ. Nam quod increatum est, sic consistit in seipso, ut nihil ei insit uelut in subiecto. Quod igitur dicitur sistere, tam se habet ad rationem creatæ, quàm increatæ essentia. Quod autem dicitur existere, subintelligitur nō solum quod

De duplici sistere.

habeat esse sed etiam aliunde, hoc est ex aliquo habeat esse. Hoc enim intelligi datur in uerbo composito ex adiuncta sibi præpositione. Quid est enim existere nisi ex aliquo sistere, hoc est substantialiter ex aliquo esse? In uno itaque hoc uerbo existere, uel sub uno nomine existentia, datur subintelligi posse, & illam considerationem quæ pertinet ad rei qualitatem & illam quæ pertinet ad rei originem.

Existere quid sit.

Quod generalis existentiarum uariatio, triplici distinguitur modo. Cap. XIII.

Existencia autem (ut ex antedictis potest colligi) tribus generaliter modis potest uariari. Variari namque potest, aut secundum solam rei qualitatem, aut secundum solam rei originem, aut secundum utriusque concursionem. Secundum solam rei qualitatem uariatur existencia, quando pluribus personis est una eademque origo per omnia, singulis tamé singulari propriaque substantia. Plures namque substantiæ omnino non possunt esse sine differentiæ qualitate. Est autem hæc talis uariatio existentie secundum solam qualitatem, nihil uarietatis habens secundum originem. Secundum uero solam rei originem est illa uarietas existentie, quando pluribus personis est unum, idemque indifferens esse, inueniuntur tamen, secundum originem mutua adinueniendi differentiam habere. Secundum originem uero differunt, si unus originem habet, alter originem caret. Vel si originem habentium, origo unius differt ab origine alterius. Huiusmodi ergo existentia uariatur secundum originem solam, non secundum aliquam qualitatis differentiam, tam secundum rei qualitatem, quàm secundum eius originem uariatur existencia, ubi singulis personis est substantia singularis, & propria, & origo diuersa. Ecce quod iam diximus, quia generalis existentiarum uariatio triplici distinguitur modo, aut secundum solam existentis qualitatem, aut secundum solam ipsius originem, aut secundum utriusque alterationem.

Existencia uariatur secundum originem.

Iuxta quid uarietur personarum existentia in humana natura, & iuxta quid uarietur in natura angelica. Cap. XIV.

In humana pro certo natura (quam per experientiam nouimus) personarum existentiam tam secundum personarum qualitatem, quàm secundum ipsarum originem uariari uidemus. Certè omni humanæ personæ est qualitas singularis, & propria, per quam absque omni ambiguitate differt a qualibet alia. Sic etiam singulis quibuscunque est origo propria, ab omnibus alijs diuersa, & singulari proprietate discreta. Nam aliud præcipuum est istis, & aliud illi, quoniam alius est pater istius, & alius est pater

De uariatione humanæ existentia.

pater illius. Ervbi v. ius pater est pluribus, alia tamen est paterne substantie decisio, unde propagatus est alius. Videmus itaq; (vt dictum est) in humanis personis existentiarum proprietatem variari quidem, tam secundum singulorum qualitatem, quam secundum singulorum originem. In angelica autem natura nulla est propagatio, sed sola, simplexque creatio. Est ergo singulorum, simul & omnium vnum solum in differensq; principium. Vnum si quidem principium habent omnes solum creatorem, & singuli etiam simul omnes secundum solum creationem. Sunt autem in angelica natura tot substantie quot personae, & iccirco oportet eas qualitate differre. Nam si nulla qualitate differret, proculdubio plures substantie non essent. Variatur existentiarum differentia in angelica natura secundum solum qualitatem, in humana vero (vt iam dictum est) tam secundum qualitatem, quam secundum originem.

Angelica existentia quado uariatur.

Quod diuinarum existentiarum differentiam oportet querere circa originem solum. Cap. XV.

**I**n diuinis autem (vt probatum est) personis, nihil omnino dissimilitudinis, nihil est inaequalitatis. Qualis est persona vna, talis est & alia, talis nihilominus & tertia. Vbi ita omnes si bi inuicem conformes, & coequales sunt, secundum qualitatem quidam differre non possunt. Quibus enim per omnia est vnum & idem (& si cut perspicua ratio probauit) summè simplex esse, nullo modo possunt aliqua qualitatis differentia ab inuicem distare. Qui igitur nullatenus possunt iuxta aliquam qualitatis proprietatem alternatim differre, relinquatur vt credatur iuxta modum originis, aliquam differentiam habere. Nam vbi nulla differentia est, nulla omnino pluralitas esse potest. Pluralitas itaq; personarum conuincit, quod in illa trinitate discretua proprietates, proprietatumque differentia, desse non possit. Sed quoniam identitas substantiae omnem qualitatis differentiam penitus excludit, idifferentes personarum proprietates circa solum originem querere oportebit. Vt igitur breuiter perstringamus quod diffusius diximus, patet quod in diuina natura variatur existentiarum pluralitas secundum solum originem, in angelica autem natura secundum solum qualitatem, in humana vero natura tam secundum qualitatem, quam secundum originem. Ecce iam inuenimus quod superius querere proposuimus, quomodo uidelicet possit esse aietas personarum sine omni aietate substantiarum. Inuenimus namque quod plures illae in diuinitate personae quamuis habeant vnum & idem, & per omnia indifferens esse, quod pertinet ad identitatem substantiae, possunt tamen secundum originalem causam mutuam differentiam habere, si vnus exter a seipso, alter originem trahat ab alio, & si originem habent

Vbi non est pluralitas nec differentia esse potest.

tes differant in obtinendi modo, unde autem alteratur proprietates personarum, inde proculdubio aequa variatur proprietates existentiarum. In diuina namque natura circa originem solum oportet querere tam personarum, quam existentiarum differentiam.

Quod in natura diuina sit existentia quae ex pluribus communis, & est existentia quae est omnino incommunicabilis. Cap. XVI.

**N**omine existentiae (ut ex superioribus patet) intelligitur, quod habeat substantiale esse, & ex aliqua proprietate. Proprium est mixtorum habere substantiale esse ex sola propagatione, proprium est hominum habere substantiale esse ex propagatione simul, & ex procreatione. Nam caro propagatur, anima procreatur. Proprium est angelorum habere substantiale esse ex sola creatione. Proprium est diuinae naturae habere supersubstantiale esse, sed sine creatione & inchoatione. Existentia uero alia pluribus communis, alia autem omnino incommunicabilis. Nam ut de illis taceam quae non communicant nomen personae, & commune est diuinum, & angelicam, & humanam naturam, habere rationale esse, sed tam angelicam quam humanam proprium est non esse ex se, sed aliunde: folius autem diuinam naturam non aliunde, sed ex seipsa esse. Existentia uero incommunicabilis est, quae non nisi alicui personae conuenire potest. Sed (ut de ceteris taceamus) in diuina proculdubio natura est existentia quae est pluribus communis, & est ibi existentia quae omnino est incommunicabilis. Existentiam de monstratum est superius substantiam significare, non tamen simpliciter, sed cum proprietatis alicuius denotatione quae pertinet ad considerationem originalis causae. Ad considerationem uero originalis causae pertinet non solum querere & inuenire originem esse ubi est, immo etiam querere & inuenire eam non esse ubi non est. Diuina itaque existentia est habere substantiale, immo supersubstantiale esse sine creatione, sine inchoatione, quoniam proprium est omni substantiae quae uerè nomen habet ex re, habere quidem esse compositum, & accidentibus subesse. Sola autem diuina substantia (quod est supra naturam substantie) habebit simplex esse, & incompositum, & nulli inharenti subiectum. Er iccirco rectè dicitur habere non tam substantiale, quam supersubstantiale esse. Sciendum uero est, quod existentia designat substantiale esse, sed aliquando quod sit ex communi, aliquando quod sit ex incommunicabili proprietate. Communem autem existentiam dicimus, ubi intelligitur esse se habens ex proprietate communi. Incommunicabilem uero, ubi intelligitur esse habens ex proprietate incommunicabili. Tam uero est proprium diuinum substantiae non esse ab alia

Habere esse substantiale ex propagatione cuius sit proprium.

De duplici existentia.

In Trinitate tot sunt proprietates quot personae. Quid sit proprietates personae.

Personalis proprietates est omnino incommunicabilis.

ab alia aliqua substantia, sed solum a semetipsa, quam uerè est proprium personae originem non habenti non esse ab alia aliqua persona. In vno autem intelligitur proprietates communis in altero uero proprietates incommunicabilis, Comune est autem omnibus personis diuinis esse substantiam illam, quae non est ab alia aliqua substantia, sed a semetipsa. Substantia igitur diuina quando dicitur, uel intelligitur esse a semetipsa, idem est quod communis existentia, Ecce de existentia communi, nunc uideamus de existentia incommunicabili.

Qua ratione in diuinitate possunt esse incommunicabiles existentiae, & quod tot sunt, quot personae. Cap. XVII.

**I**llud ueraciter incommunicabile est, quod commune quidem non est, sed nec esse potest. Considerandum itaque, utrum uel quomodo in diuinitate possit incommunicabilis existentia esse. Sed in illa absque dubio trinitate, oportet tot personales proprietates esse quot sunt personae. Proprietates autem personales pro certo est incommunicabilis. Proprietates personales est ex qua unusquisque habet esse is qui ipse est. Personalem proprietatem dicimus, per quam quilibet unus est, ab omnibus alijs discretus. Nunquam enim personam dicimus nisi aliquem solum a ceteris omnibus singulari proprietate discretum. Si igitur personalem proprietatem incommunicabilem esse contendas, idem est ac si dicas unam personam posse esse duas. Sed si vna dicitur gemina, & gemina una, facile conuincitur quod neutra earum sit vlla persona, quia neutra ab alia est singulari proprietate discreta. Hinc ergo aperte colligimus quod superius iam diximus, quod proprietates personales omnino sit incommunicabiles. In illa personarum trinitate absque dubio est necesse personales, hoc est incommunicabiles proprietates esse. Sed sicut est probatum, eadem est differentia personarum, & existentiarum. Si igitur proprietatibus incommunicabilibus differunt personae, utique & incommunicabilibus differunt & existentiae. Oportet autem ut sit incommunicabilis existentia, cui est incommunicabilis differentia. Quot igitur in diuinitate personae, tot incommunicabiles existentiae.

Quod quantum ad diuina nihil aliud est persona quam incommunicabilis existentia. Cap. XVIII.

**E**t si diligentius consideremus, quantum ad diuina, nihil aliud ibi est persona quam incommunicabilis existentia, ut superius probatum est omnis proprietates personales omnino est incommunicabilis. Et item eadem est in diuinis differentia personarum, & differentia

existentiarum. Quid itaque ibi erit incommunicabilis existentia, nisi habens supersubstantiale esse ex proprietate personali? Et quid est persona diuina, nisi habens diuinum esse ex proprietate incommunicabili? Sed quid est diuinum esse nisi supersubstantiale esse? Nam siue dicas diuinum, siue supersubstantiale, siue summè simplex, siue omnipotens esse, uel quo modolibet huiusmodi ad idem uidetur respicere. Tam itaque persona diuina, quam diuina existentia habet diuinum esse, tam ista quam illa habet esse supersubstantiale, utraque proprietatem personalem, utraque incommunicabilem. Vides quia totum quod dicitur de vna potest dici & de alia. Itaque (sicut dictum est) quantum ad diuina nihil aliud est persona diuina, quam incommunicabilis existentia.

Incommunicabilis existentia quid sit.

Quod possunt plures existentiae esse, & quod consequens est plures personae, ubi non est nisi vnitatis substantiae. Cap. XIX.

**Q**uoniam ex antedictis tenemus quod in diuinitate possunt esse plures existentiae, nunc est considerandum si possunt ibi esse salua unitate substantiae. Si hoc usus haberet, dici utique posset, sicut ab eo quod est esse existentia, sic ab eo quod est sistere existentia. Rides fortassis qui hoc audis, uel legis, sed malo te ridere, quam quae dicere uelim parum intelligere, & incautè deridere. Si itaque existentiam dicere usus haberet, quemadmodum essentiam, simpliciter rei esse significaret. Nunc itaq; sub nomine existentiae aliquid amplius oportet intelligere. Sicut enim substantia rectè dicitur ex eo quod alicui subsistat, sic existentia ex eo rectè dici potest quod ex aliquo esse habeat. existentia igitur significat rei esse, & hoc ipsum ex aliqua proprietate. Quis autem non uideat quod sit differens existentia unum esse omnipotentem ex proprietate ista, & alium esse omnipotentem ex proprietate alia. Quamuis enim utrisque sit unus modus essendi, non tamen utrisque est unus modus existendi. Quis quae so dicat impossibile, seu etiam incredibile, si duo uel tres dicantur aequè potentes, etiam aequè sapientes esse? Vel quid dicitur impossibile, seu etiam incredibile, si hoc ipsum quod communiter sunt, unus dicatur habere ex proprietate una, & alius dicatur habere ex alia? Nō itaque uidetur impossibile, uel incredibile plures existentias, & quod consequens est plures personas esse in diuinitate, quas si aequipotentibus dicimus quod manifesta ratione conuincimus, fateri oportebit quod si omnipotentiam habet una omnipotentiam habebit & alia. Cōstat autem apud omnes theologos indubitabili ratione, quod in uera diuinitate sit summè simplex esse, erit ergo necesse ut idem ipsum sit ibi omnipotentiam esse quod omnipotentiam

Vnde substantia & existentia dicantur.

Idem modus essendi non tamen idem existendi.



In rebus creatis diuersimodum esse, & id quod est in rebus autem increatis, idem ipsum esse, & id quod est in rebus autem increatis idem.

tiam habere, & quod non aliud aliquid sit omnipo- tentia quam diuina substantia. Omnipotentia autem (ut aliis probauimus) non potest esse nisi una. Ecce ergo ex eo quod est cunctis probabile, etiam ex eo quod secundum theologos est necesse, colligitur quod querimus, quia possunt esse plures existentia, ubi non est nisi unitas substantia. Ut autem propter subtiliores adhuc aliquid subtilius loquamur, in rebus naturalibus & creatis diuersum est esse, & id quod est in rebus autem increatis, idem ipsum esse, & id quod est. Constat itaque diuinam substantiam, nihil aliud esse quam substantiam, immo super substantiale esse. Substantiale in quantum tale quid est quod consistit in seipso, super substantiale in quantum ei nihil inesse uelut in subiecto. Timetis itaque ubi non est timor, recte timerent fateri personas secundum substantiam dici, si persona simpliciter substantiale esse significaret, nec aliquid significaret. Significat autem habentem substantiale esse ex aliqua singulari proprietate. Ideo ergo fidenter fatemur personas in diuinitate secundum substantiam dictas, & substantiam significare, & plures ibi personas, non plures substantias esse. Quia sunt ibi plures habentes unum & indifferens esse ex differenti proprietate. Unitas itaque ibi est iuxta modum essendi, pluralitas iuxta modum existendi. Unitas essentia quia unum & indifferens esse, plures personarum quia plures existentia. Pia querentibus ista (ut puto) debent sufficere. Nam ut ad plenum in tanta profunditate sibi satisfaciatur in hac uita, nemo debet exspectare uel expectare. Notandum autem de persona, atque existenti quomodo se habeat una cum altera. Quod enim dubitatur ex alterutra, uicissim probatur ex altera. Nam quod in diuinitate oporteat plures esse, facilius probatur ex notione personarum, sed quod possint plures esse in unitate substantia, hauius conuincitur ex consideratione existentia.

Quomodo intelligendum sit, uel quomodo conuenire possit quod quidam dicunt tres substantias, & unam essentiam, quidam tres substantias, & unam substantiam, alij autem tres personas, & substantiam, uel essentiam unam. Cap. XX.

Fortem a me aliquis expectat audire, quomodo oporteat intelligere, uel quomodo possit conuenire, quod quidam dicunt tres substantias, & unam essentiam; quidam tres substantias, & unam substantiam; alij autem tres personas, & substantiam, uel essentiam unam. Multum dissentire, & omnino contrarium uideretur, quod latini unam in diuinitate substantiam, greci tres esse fatentur. Sed absit ab eis diuersa credere, & hos uel illos in fide errare. In hac ergo uerborum uarietate intelligenda est

veritas una, quamuis apud diuersos sit nomen acceptio diuersa. Quod personarum ab alijs substantia, ab alijs subsistentia dicantur, ad id respicere uidentur. Certum est quod respectu eorum quae eis solent inesse dicuntur substantia, uel subsistentia quibus uidetur subesse. Scimus autem quod ubique terrarum Christi ecclesia psallit, quia in personis est proprietates, in essentia unitas. Propter eiusmodi proprietates quae personis diuinis inesse uidentur, quibus ab inuicem distinguuntur, iuxta nonnullam eorum similitudinem quae ueraciter sibi inherentes subsunt (quamuis minus proprie) substantia, uel subsistentia dici possunt. Nam tres illos in trinitate siue dicantur personae, siue substantiae, siue subsistentiae, nihil aliud oportet intelligere quam habentes substantiale esse sub discretiua, & differenti proprietate. Idcirco autem nominibus alludendo dixi sub discretiua, non ex discretiua proprietate, ut intelligas unde illi in trinitate dicantur substantiae, uel subsistentiae, quamuis improprie. Dicimus quidem proprietates personis inesse, sed illarum inesse (si bene perpendimus) non dat subsistere, sed existere. Et idcirco personarum rectius dicitur existentia, quam substantia, uel subsistentia. Qui uero sola diuina attendunt, nullam proprietatem inueniunt qua diuina essentia differat ab alia aliqua diuina, quia non est in diuinitate nisi una sola, sicut proprietatibus ibi differt una persona ab alia. Non igitur iuxta hanc considerationem inueniunt quomodo illam unitatem substantiam dicant, & eam idcirco simpliciter & fatis proprie essentiam uocant. Et pluralitatem illam ubi proprietates in sunt (quamuis minus proprie) substantias nominant. Et quidem in illa essentia increata proprietates nulla inuenitur qua differat ab alia increata, ubi (ut iam dictum est) non est nisi una sola, inuenitur tamen proprietates in ea, per quas differat a qua liber creata essentia. Hoc quidem attendentes non solum essentiam, sed etiam substantiam nominant. Nomen uero subsistentiae propria significatione ad personarum designationem transsumunt. Ut autem inter substantiam & subsistentiam iuxta horum acceptionem breuiter distinguam, per substantiam intellige (quod superius dixi) existentiam communem. Eius subsistentiam (quod dixi) existentiam incommunicabilem. Qui igitur ex his quae superius posui nouit quomodo in unitate substantiae plures possint esse existentia, nouit nihilominus quomodo ibi possint plures esse subsistentia. Non me later subtiliori ratione ista discuti posse, sed puto hoc simplicioribus, & qualibus de seruo debere sufficere. Illud autem notandum, sit miterque tenendum, ut tres illos in trinitate siue substantias, siue subsistentias, siue personas nominare audias, secundum substantiam dictum intelligas. Nam in his omnibus quantum ad rei ueritatem nihil aliud oportet intelligere, quam tres ha-

Lib. 7. de Trinitate 94.

res habentes rationale esse, ex differenti & personali proprietate. Constat enim quod ubi rationalis substantia non est, rationale esse haberi non potest. Conuenit autem omni personae habere rationale esse ex incommunicabili proprietate. Non dicam apud grecos qui (ut scribit Augustinus) aliter accipiunt substantiam, quam nos, sed apud latinos puto nullum nomen inueniri posse quod possit melius aptari pluralitati diuinae quam nomen personae. Et quidem fidei animo nihil magis authenticum esse debet, quam quod in ore omnium sonat, & catholica autoritas confirmat.

Diffinitio personae, non cuiuscunque, sed solius creatae. Cap. XXI.

Ecce quod superius proposuimus, prout potuimus executi sumus, quid uidelicet ad inuicem differant significatio substantiae, & significatio personae. Et quia ratione plures personae consistere ualeant in unitate substantiae. Consideremus nunc itaque si placet, utrum data illa de persona diffinitio Boetij possit conuenire omni & soli. Nam si inuenta fuerit generaliter, & sufficere data, frustra proculdubio queritur alia. Diffinitio autem ut perfecta sit, oportet ut totum, & solum diffinienda rei esse comprehendat. Nam ut ex re nomen habeat, oportet ut se usque ad diffiniti fines extendat, nec excedat ut conueniat omni & soli, & ut possit in seipsa conuerti. Est autem diffinitio Boetij de persona, quod sit rationalis naturae indiuidua substantia. Ut itaque generalis sit, atque perfecta, oportet ut rationalis naturae omnis substantia indiuidua sit persona, & e conuerso omnis persona sit rationalis naturae indiuidua substantia. Quero itaque de substantia illa diuina cum sit non nisi una sola, quero (inquam) utrum sit indiuidua? Nam quod illa substantia sit quaedam personarum trinitas, absque dubio creditur (& ut superius probatum est) manifeste conuincitur. Si igitur diuina substantia dicenda est indiuidua, aliqua rationalis naturae indiuidua substantia erit aliquid quod non est persona. Nam trinitas quae diuina substantia est, nec persona est, nec persona recte dici potest. Iuxta hoc itaque haec diffinitio personae non uidetur soli personae posse conuenire. Si uero illa substantia non est dicenda indiuidua, constat pro certo quia aliqua persona est, quia diuina, quae non est indiuidua substantia. Diffinitio itaque ista personae non potest omni conuenire, siue ergo esse, siue non esse indiuidua substantia diuina dicatur, dicta illa diffinitio generalis non esse deprehenditur.

Descriptio personae, non cuiuscunque, sed solius increatae. Cap. XXII.

Proculdubio quod infinitum est, dignum diffiniri non potest, poterit tamen fortassis ad aliquem diuinae cognitionis prouentum proueni

re, si studuerimus qualem Dominus dederit descriptionem, personae diuinae assignare. Iuxta illam itaque existentiae significationem quam superius exposuimus, non inconuenienter fortassis dicere poterimus, quod persona diuina sit diuinae naturae incommunicabilis existentia. Nomen existentiae (ut ex superioribus palam est) intelligere significatur quod substantiale quid sit & alicunde, quod quidem commune est omni substantiae. Est autem existentia generalis quae sit omnibus substantijs communis, & est generalis solis & omnibus rationalibus communis. Et est specialis solis angelicis, uel solis substantijs humanis communis. Sed huiusmodi omnes excluduntur in eo quod existentiae significatio restringitur, & diuinae naturae additione determinatur. Item in diuina natura inuenire poterimus si diligenter consideremus, & existentiam pluribus communem, & existentiam unij soli personae conuenientem, & eo ipso incommunicabilem. Sed quae est pluribus communis, excluditur in eo quod incommunicabilis dicitur. Non inconuenienter itaque dicere possumus (ut credimus) de diuina persona, quod sit naturae diuinae incommunicabilis existentia.

Descriptio personae quae uidetur soli, & omni posse conuenire. Cap. XXIII.

Et si diuiduum dicamus tam illud quod plures substantias potest distribui, & a pluribus communiter, & a singulis integraliter possideri, illud uero dicamus indiuiduum, quod non nisi soli uni possit aptari, si inquam iuxta hunc modum diuiduum & indiuiduum uelimus accipere, poterimus fortassis non inconuenienter dicere, quoniam quam uerum est quod qualibet creata persona est rationalis naturae indiuidua substantia, tam uerum est quod qualibet persona increata est rationalis naturae indiuidua existentia. Sed ut manifestius fiat quod dicimus id ipsum diligentius discutiamus. Diximus superius nomine existentiae significari substantiale esse. Significat absque dubio iuxta superius datam determinationem non illud unde substantia dicitur sed quod est in ea principale & conuenit omni substantiae. Est autem ei principale non quod habet subesse & quod aliquid habet ei uelut subiecto inherere, sed quod tale quid est, quod consistat in seipso & nulli hareat uelut in subiecto. Hoc itaque commune est omni substantiae humanae, angelicae, diuinae. Recte hoc sane in substantia creata dignius & principalius dicitur, in quo diuinae similitudini magis appropinquatur. Nam in eo ipso quod accidentibus subest a diuina similitudine degenere uidetur, ab eo itaque quod omni substantiae principale est, rectius essentia, quam substantia dici potest. Notatur autem (ut dictum est) nomine existentiae & quod habet esse in seipso, & quod habet

Personae diuinae descriptio.

De existentia communi & particulari.

Quid sit omni substantiae commune.



habeat esse ex aliquo. Ex hoc ipsum omni substantia constat esse commune. Nam omne quod est, vel est a semetipso, vel alio aliquo. Cetera quae sunt in eadem descriptione satis ex superioribus patent, & nona expositione non indigent, cur videlicet non qualibet existentia, sed sola individua vel incommunicabilis dicatur persona.

Item descriptio personae quae videtur soli & omni posse convenire. Cap. XXIIII.

Fortassis erit planius, & ad intelligendum expeditius, si dicimus quod persona sit existens per se solum iuxta singularem quandam rationalis existentiae modum. Quomodo quod dicitur existens accipiendum sit, satis ex superioribus innouit. Ideo autem & per se solum adiungimus, quia persona nunquam recte dicitur nisi unus aliquis solus a ceteris omnibus singulari proprietate discretus. Sed existere per se solum commune est omnibus indiuiduis tam animatis, quam inanimatis. Nunquam autem dicitur persona nisi de rationali substantia aliqua. Ideo ad id quod praemisum est, existens per se solum adiungitur, secundum singularem quaedam rationalis existentiae modum. Modus autem rationalis existentiae alius est communis pluribus naturis, alius est communis eiusdem naturae pluribus substantijs, alius eiusdem substantiae pluribus personis. Sed personalis proprietate singularem rationalis existentiae modum requirit sine quo persona nunquam subsistit. Ut ergo existens per se solum persona esse possit, singularem aliquem rationalis existentiae modum habere oportebit. Quomodo autem singula accipienda sunt satis ex superioribus patet, idcirco in ipsis explanandis immorari non oportet. Haec sicut pro modulo nostro potuimus de personae significatione, variatione, descriptione digessimus. Si quis autem nomen indiuidui, nomen personae, uel existentiae aliter quam assignauimus accipit, & secundum acceptionem non nostram, sed suam argumentando procedit, & ratiocinationis suae exitum ad incontinentiens deducit, sciat quoniam aduersum se nihil agit. Et si putat agere, seipsum illudit, & nescit.

Quod proprium sit diuinae naturae, personarum pluralitatem habere in unitate substantiae, & eo ipso habere ab alijs differre. Cap. XXV.

Proprium est diuinae naturae personarum pluralitatem habere in unitate substantiae. Contra uero proprium est humanae naturae, pluralitatem substantiarum habere in unitate personae. Nam quod humana persona in simplicitate substantiae quandoque inuenitur, non de naturae ipsius conditione, sed de conditionis ipsius corruptione fore deprehenditur.

Hinc est facile pendere de proprietate diuina, atque humana, quomodo una alteri uideatur opposita. His itaque duabus quasi ex opposito alteri se uicibus respicientibus, & uelut per contrarium sibi inuicem respondentibus, angelica proprietate uelut media interponitur, & altrimutua similitudine hinc inde ambabus coniungitur, commune habens cum diuina nunquam habere substantiarum pluralitatem in unitate personae, commune habens cum humana nunquam habere personarum pluralitatem in unitate substantiae. Ecce quomodo angelica proprietate uelut proportionali quadam ratione contrariorum dissidentiam sua interpositione conuenit, & alternatium dissonantiam in unam harmoniam componit. Haec tamen dicens scio nonnullis de Angelis aliter sentire. Nam sunt uelut hodie qui putant eos corpora habere. Sed si instantius quaerent, subtilius indagarent, in daginis huius ueritatem (ut credimus) citius inuenirent. Quis sane sapiens inficiari audebit, quod rationalis naturae proprietate tanto sublimior, tanto dignior sit, quanto ad incompolitam, & summam simplicis naturae similitudinem uicinius accedit? Quis autem neget creaturam incorpoream, & ab omni corporea concretione adhesionem alienam, ad diuinam simplicitatem proprietatis suae similitudinem magis appropinquare? Familiarius inhaerere, quam eam naturam quae ex corporea & incorporea substantia componitur, & ad unius personae singularitatem ex duabus essentijs coniungitur? Absque dubio optimum genus creaturae, quod consistit in sola, & simplici puritate spiritualis naturae. Quod ergo est in operatione humana humani corporis effigies sine capite, hoc esse uidetur in operatione diuina, uicinitatis fabrica sine optimo genere creaturae. Ad hoc illud accedit quod superior ratio de angelica proprietate differunt. Quis tibi (quae) uidetur ordo decentior, quis summam sapientis dispositioni conuenientior, si in illa naturarum trinitate, diuina uidelicet angelicae, & humanae dicantur duas proprietates tertiam omnino per contrarium oppositam nullam ibi media interueniente, an uelut dicatur quod duas extremas tertiam interueniat, & altrimutua similitudine alternatim conueniat, dicta contrarietate in unam harmoniam componat? Sed si hoc nostrae demonstrationis documentum sit adhuc alicui forte in speculum attendat quid sibi persuadere debeat euangelicum testimonium. Nonne ex euangelio innouit, quod Dominus ab uno homine legionem daemonum eiecit? Continet autem una legio sex millia sexcenta sexaginta sex. Si tot ab uno homine eieci sunt, tot in eo ante eiectionem fuerunt. Si demones corpora habent, ubi quae in eo fuerunt? In spiritu, an in corpore? Constat autem quia omne corpus longitudinem, latitudinem, altitudinem, locales uidelicet dimensiones habet, & eo ipso sine locali capacitate subsi-

subistere non ualet, qualem quidem spiritus omnino non habet. Ergo non in spiritu, sed in corpore fuerunt. Sed quomodo uel in qua hominis parte tot corpora esse potuerunt? Sed dicis fortassis quod angelici spiritus tam boni quam mali subtilia corpora habent. Sed quantumcunque subtilia duo eiusdem praesertim quantitatis corpora, unum eundemque locum occupare non ualent. Cuius ergo quae exigitas putas angelicum corpus esse, si credas uel solam hominis pellem corpori detrahas, tot angelica corpora posse comprehendere? Sed ecce hoc dum per excessum diximus, a nostro proposito longius euagati sumus. Puto autem pio, & simplici animo debere & posse sufficere ea quae dicta sunt de proposito quaestione, quomodo uidelicet nihil dissonat rationi, quod iubemur unum Deum in trinitate, & trinitatem in unitate uenerari.

DE TRINITATE Liber Quintus.

Quoniam iam constat de diuina substantiae unitate, & personarum pluralitate, constat & de concordiae unitatis & pluralitatis adinuenientiae habitudine, superest de personarum proprietatibus quaerere. Cap. I.

Quemadmodum alias iam diximus, conuenit omni personae habere rationale esse ex incommunicabili proprietate. Persona autem diuina supra dicta uicinitate amplius exigit, ut merito diuina dici possit. Proprietate autem diuinae personae exigit diuinum esse, diuinum esse idem est quod super substantialiale, idem quod summum simplex esse, cui idem ipsum esse esse quod sapere. Hoc autem solummodo habet esse substantia diuina, & idcirco merito dicitur super substantialiale essentia. Et quoniam in diuina natura non est nisi solum summum simplex, & indifferens esse, ideo ibi confitemur unitatem substantiae. Sed quam constat de unitate substantiae, tam ueraciter constat de personarum pluralitate. Vbi autem nulla est alietas, nec potest esse pluralitas. Sed nec alietas esse potest, ubi nulla differentia est. Quomodo ergo pluralitas potest conuenire cum indifferenti esse? Sed ubi non est diuersum esse, potest esse differens, & discretum existere. Vbi enim plures habent indifferens esse ex differenti origine, sic seruant unitatem substantiae, ut tamen non desint plures existentiae. Sicut autem superius monstrauimus, nihil aliud est persona diuina quam incommunicabilis existentia. Notandum itaque quod qualibet existentia diuina si uel unum aliquid inuenitur habere incommunicabile, ex eo utique solo deprehenditur, atque conuenit personae esse. Nam etiam si plures

Diuinum esse quid sit.

ra habeat incommunicabilia, sufficit tamen unum solum ad comprobandum, quod sit persona. Nam ex eo constat, quod sit aliquis solus ab alijs omnibus ex illa proprietate discretus. Haec de his quae superius dicta sunt, quasi recapitulando praefiximus, ut ad ea quae adhuc inquirenda restant, quanto exercitiores, tanto promptiores accedamus. Sed quoniam constat de diuina substantiae unitate, constat de personarum pluralitate, constat & de concordiae unitatis, & pluralitatis mutua habitudine, locus postulat nunc de singularum personarum proprietatibus quaerere, & singularum propria singulis assignare. Nam quod tres illi in trinitate siue dicantur personae, siue existentiae, siue alio quolibet nomine, quod tres illi inquam, quibusdam proprietatibus distinguantur iam nouimus, & quod eas circa solam originalis causae differentiam quaerere debeamus agnouimus. Sed quae quibus sigillatim conueniant, necdum ratiocinando apprehendimus. Studeamus itaque nunc in his, sicut in alijs antea dictis, ut quod tenemus ex fide, detur nobis ratione apprehendere, & demonstratiuae certitudinis attestacione firmare.

Quod incunctissima personarum germanitas non possit deesse in summa felicitate, nec ordinatissima proprietatum habitudine in summa pleuitudine. Cap. II.

Primo itaque illud dicamus, quod naturaliter quodam instinctu, omnes in commune agnouimus, & usu continuo quotidianis experimentis probamus, patet profecto, quod personarum pluralitas quanto germanior, tanto est coniunctior, & quanto coniunctior, tanto & iucundior. Quis autem attestari audeat, uel asserere praesumat, quod in illa summa felicitatis plenitudine desit, quod magis iucundum agnoscitur, illud inesse, quod minus iucundum nullatenus dubitatur? Si itaque una quaeque persona a seipsa esse dicitur, talis utique pluralitas nulla sibi asfinitate coniungitur, nulla mutua germanitate copulatur. Quis autem credere possit, uel asfirmare ausit, quod illa summa unitatis pluralitas, tam sit ex uno coniuncta, ex alio tam longinqua, & adinuenientem uelut omnino peregrina, ut ex ea parte qua unum sunt, sit summa indifferencia, ex ea uero parte qua in plures seceratur, ab omni sint coniunctione aliena? Quae tibi (quae) pluralitas pulchrior, quae tibi (quae) conuenientior uidetur, an illa quae ordinatissima quaedam proprietatum uarietate distinguitur, & de certissimo quodam proportionalitatum modo miranda ratione contextitur, an illa quae nulla differentiarum concordia, uel concordiali differentia uicissim sibi connectitur, nulla alietatum ordinatione perornatur? Neminem puto asfirmare quod magis pulchrum est, summam pulchritudini posse deesse, & quod minus pulchrum est ipsi inesse. Credi itaque oportet, quod nec iucundissima personarum germanitas potest deesse in sum-

R ma

ma felicitate, nec ornatissima proprietatum A varietas in summa pulchritudine. Sed ne haec quam proposuimus ratio alicui forte probabilis magis quam necessaria videatur, hoc ipsu quod dicimus altiori adhuc ratione inuestigetur.

Quod exigit rerum natura ut sit aliqua persona qua sit a semetipsa & non ab alia aliqua. Cap. 111.

Q uod in primordio huius operis dictum est de substantia, idem ipsum hoc loco absque vlla hesitatione dici potest de plona. Vtrobique namque eadem ratio occurrit, & de similibus simile iudicium sumit. Dicitur est ibi de substantia, dicatur hic de persona, quod oportet ut aliqua existat, qua sit a semetipsa, & non ab alia aliqua, alioquin in una diuinitate esset abique dubio personae in finita. Nam si ista esset ab illa, & illa ab alia, & iuxta hunc progressionis modum quaelibet una esset ab alia aliqua, huiusmodi concatenationis productio, abique dubio in infinitum procederet, & eiusmodi productionis terminus nullas occurreret, sicq; fieret ut rerum series, & ordo qui sine principio esse non ualet, principium non haberet, principium inquam non tam temporis, q; originis, uel cuiuscunque originis. Sed in his & eiusmodi alijs est ipsa ueritas adeo manifesta, & ratio perspicua ut omnino non egeant probatione aliqua. Nam quod nullus facit quod facere non ualet, q; nullus potest dare, quod ipse non habet, q; quicquid cepit esse aliquando non fuit, q; quicquid est, quod aliquando non fuit, hoc ipsum esse ex tempore cepit, q; nulla compositio sine componente, nulla partitio sine distribuente, q; sit q; nihil est maius, q; sit quo nihil est melius, patet omnibus intellectum habentibus, & ratione utentibus. Hec & huiusmodi qui audit, (si sensum uerborum percipit) statim acquiescit, nec est unde dubitare possit. Ne igitur contra conscientiam nostram, diuinarum personarum numerum in infinitum extendamus, oportet proculdubio ut concedamus, q; aliqua persona ex semetipsa existat, & aliunde omnino originem non trahat. Personam autem cum conster esse non de alia aliqua persona, quam de semetipsa, consequenter quaerere oportet utrum sit communicabilis, an incommunicabilis existantia, hoc est si sit solius unius ex semetipsa personam esse, an hoc ipsum possit esse pluribus commune.

Quod non possit esse nisi sola una persona, qua sit a semetipsa. Cap. 1111.

Quoniam diligentiore considerationem locus iste ex postulat, & nos ad sublimiorem intelligentiam uocat, edificantium more oportet nos ibi quasi altius fodere, & in profun-

do certitudinis solido ratiocinationis nostrae fundamentum locare, ut ubi necesse est operis nostri straturam ad secretioris intelligentiae sublimiora confurgere. Inde ergo incipiendum est, unde a nemine dubitari potest. Constat sane quia omne quod est, aut compositum esse habet, aut simplex. Constat nihilominus quonia omne quod habetur, aut secundum participationem, aut secundum plenitudinem habetur. Aliud est ex pluribus & diuersis, unum aliquid componere, atque aliud quod unum est in plura diuidere, & per multos pro arbitrio distribuere. Sed sicut iam diximus, nec compositio sine componente, nec partitio est sine distribuente. Videamus ergo si illud quod ueraciter deprehenditur a semetipso esse, possit habere compositum esse. Cōstat autem quia omnis compositio compositor eger, & q; sine beneficio compositor esse non ualet, proculdubio id ipsum quod est a semetipso non habet. Patet ergo quia quod a semetipso est, compositum esse habere non potest. Quod ergo omni origine, & authore caret, summe simplex esse habere oportet. Cui uero est summe simplex esse, oportet ut idem ei sit esse quod posse, sapientem quod potestem esse. Ecce de eius esse habemus quod quaerimus, nunc de posse uideamus. Quae ramus itaque de eius posse, utrum ei sit, an secundum plenitudinem, an secundum participationem. Sed ubi est participatio, simul est & distributio. Nam nec participatio sine distributione, nec distributio sine distributore. Qui ergo potestatem non nisi secundum participationem habere ualet, proculdubio distributoris officio indiget. Constat itaque de eo qui est a semetipso, quoniam si posse accepit participando, ipsum suum posse est ei ex alterius beneficio. Sed si ex alterius beneficio est eius posse, profecto & esse. Quoniam sicut iam probatum est, non ipsi aliud & aliud est esse & posse. Itaque aut utrumq; a semetipso habet, aut utrumque a semetipso non habet. Hinc ergo colligitur, quod is qui a semetipso est, posse ex potentiae participatione habere non potest. Quod ergo non potest habere secundum participationem, habet secundum plenitudinem. Sed ubi est plenitudo potentiae, ibi est omne posse. personae igitur cui est idem esse quod posse, si ex semetipsa est ei suum esse, ex semetipsa est ei & suum posse. Sed suum posse est omne posse, ergo ex ipsa est omne posse, si ex ipsa est omne posse, ex ipsa est omne esse, ex ipsa omne existere. Ex ipsa itaque est omne quod est, ex ipsa omnis essentia, omnis existantia, omnis persona, omnis inquam persona humana, angelica, & diuina. Si ergo ceterarum quaelibet ex ipsa esse habet, constat pro certo, quia sola ipsa principio caret, constat nihilominus quia nulla alia potest nisi ex ipsa esse, ex qua est omne posse. Vides certè, quia eiusmodi existantia omnino est incommunicabilis, nec potest esse pluribus communis.

Quod

Quod dua in diuinitate personae habeant aliunde quam a semetipsis esse iuxta alium existendi modum qui est ab aeterno, nec tamen a semetipso. Cap. V.

H abemus iam pro certo quod esse personam ex semetipsa omnino sit incommunicabilis existantia, possumus ergo inde manifeste colligere quod non sit incommunicabilis existantia esse personam aliunde potius quam a se. Alioquin in diuinitate non essent, sed nec esse possent plus quam duae personae. Propriae proprium itaque est vni personae ex semetipsa esse, ceteris autem commune ex semetipsis non esse. Vides ergo quod incommunicabilis existantia communicabilem, immo communem producit, & quod illa ex ista procedit, & originem trahit. Ecce illum existendi modum iam indubitata demonstratione collegimus, de quo in huius operis exordio locuti sumus, ubi probabili magis quam necessaria ratione usi sumus. Vt enim ibi praelocuti sumus, triplex est existendi modus. Vnus qui est ab aeterno, & a semetipso. Alius qui nec est a semetipso, nec ab aeterno, & inter hos medius, qui est ab aeterno, nec tamen a semetipso. Sicut enim superius probatum est, totae tres personae sibi sunt coaequales, & coaeternae. Sicut ergo ab aeterno est existantia illa quae a semetipsa existit, sic & ab aeterno esse habet quae ab eadem procedit. Ille namque existendi modus qui est communis personis duabus, habet esse ab aeterno, nec tamen a semetipso. Vide ergo ceterorum proprietates quantum sunt diuersae, immo omnino contrariae. Harum proprietatum contrarietatem tertius existendi modus proportionali quadam ratione connectit, & ad mutuam concordiam sua mediatione duo extrema componit, habens commune cum vno esse ab aeterno, commune habens cum alio non esse a semetipso. Habemus iam proprie proprium personae vnus, habemus quid sit commune duabus, sed quae sint singularum propria ratiocinando necdum apprehendimus.

Quod processio personae de persona, alia sit tantum immediata, alia mediata, alia mediata simul & immediata. Cap. XI.

Rom. v.

Ex rebus quas per experientiam nouimus, admonemur quid circa inexperta, & diuina quaerere debeamus: Inuisibilia enim Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Vbi ad alta quidem ascendere uolumus, scala quidem uti solemus, nos qui homines sumus & uolare non possumus. Rerum ergo visibilibus similitudine pro scala utamur, ut quae in semetipsis per speciem videre non ualemus, ex eiusmodi specula, & uelut per speculum videre mereamur. In rebus humanis uidemus quod persona de persona procedit, & eiusmodi processio tribus proculdubio modis fieri contingit. Procedit namque persona de persona, quadoque quidem tantummodo immediate, quandoque tantummodo mediate, quandoque autem mediate simul & immediate. Tā Iacob, quam Isaac de substantia Abraham processit, sed vnus processio mediata tantum, alterius autem tantummodo immediate fuit. Nam mediante Isaac Iacob de substantia Abraham exiuit, de substantia Adae, Euae, Seth, Enoch processere, sed prima processio ex his fuit tantummodo immediate, media uero mediata simul & immediate. Nam Seth quidem processit de substantia Adae immediate, utique in quantum fuit de proprio semine, mediate uero in quantum fuit de semine Euae. Ecce in humana natura quomodo personalis processio triplici distinguitur modo. Et quamuis ista uideatur multum peregrina ab illa singulari, & superexcellenti natura, est tamen similitudo nonnulla, utpotè in ea quae est ad similitudinem illius facta. Oportet itaque ex hac natura se ad illam contemplationem speculam erigere, & iuxta dictam considerationem quid ibi sit, uel quid ibi non sit, proportionem similitudinis, uel dissimilitudinis cum summa diligentia inuestigare. Sed si tres eiusdem existantias ibi esse dicamus, quales iam superius distinximus, excepta ea, quae a semetipsa esse deprehenditur, proculdubio in illam naturam quaternarium personarum numerum introducere uide mur. Quapropter quaerendum est diligenter, quatenus ex his proprietatibus ueraciter ibi sunt, si omnes sibi simul esse non possunt. De processione tantum immediate, & quod oporteat in diuinitate esse personam, quae sit ab una sola. Cap. VII.

Vna persona ab alijs, in humanis tribus modis procedit.

quod non possit esse nisi sola una persona, qua sit a semetipsa. Cap. 1111.

Quod non possit esse nisi sola una persona, qua sit a semetipsa. Cap. 1111.

Ilud autem constat certissimè, & de quo nullo modo possumus dubitare, q; ab illa principalissima existantia necesse sit unam aliquam immediate procedere, alioquin oportebit eam solam remanere. Constat namque, q; ceterarum nulla omnino esse ualet, quae non ab illa immediate, uel mediate procedat. Vbi autem non est immediata, non potest esse processio mediata, sicut nec illa quae pariter est mediata, & immediata. Sed nihil prohibet ut immediata sit, quandoque etiam ubi mediatam deesse contingit. Processio immediata consistit in personarum dualitate, mediata uero nunquam sine personarum trinitate. Immediata siquidem processio est, in qua oportet, ut sit tam ipsa quae illam producit, q; illa quae ex ipsa procedit. Mediata processio (exceptis illis personis in quibus incipit, & definit) habet & tertiam in qua mediatio consistit. Naturaliter autem prior est dualitas, q; trinitas. Nam illa potest esse sine ista, ista uero nunquam sine illa. Naturaliter itaque & illa processio prior est, quae potest subsistere in personarum dualitate, q; illa quae non potest esse sine personarum trinitate. Sed in illa personarum pluralitate, & uera aeternitate, nihil ibi aliud praecedit, nihil ibi alteri succedit, & eo ipso nihil ibi prius tempore, nihil ibi tempore posterius, sed quod non potest esse prius temporaliter, potest

In quo consistat processio.



Quid requiritur ad plenitudinem charitatis.

esle prius causaliter, & eo ipso naturaliter. Sicut. n. lōge superius diximus, perfectio personæ unius exigit utique consortium alterius. Et ita fit ut una sit causa alterius. Vbi est enim plenitudo diuinitatis, ibi & plenitudo bonitatis, & quod consequens est, plenitudo charitatis. Plenitudo autem charitatis exigit, ut unus alterū sicut seipsum diligat, alioquin illius amor adhuc habet, quo crescere valeat. Oportet uero condignum habere, ut sit quem possit, & merito debeat ut seipsum diligere. Si igitur primordiale personam ueraciter constat esse summam bonam, nolle omnino non poterit quod summa charitas exigit. Et si ueraciter constat eam omnipotentem esse, quicquid esse uoluerit, non poterit non esse. Exigente itaque charitate condignum habere uolet, & exhibere potestatem habebit quæ habere placet. Ecce quod diximus, quod perfectio personæ unius est causa existentia alterius. A quo autem est ei existentia causa, ab ipso & existentia. Nō enim potuit ab illa non esse, a qua (ut iam diximus) est omne posse. Ecce quomodo ratio rationi attestatur, & quod ex una conuincitur, ex alia confirmatur. Ecce habes personam de persona, existentiam de existentia, unam de sola, processibile de improprocessibili, nascibile de innascibili. Vnam denique uni immediate adhaerentem, quia unam de una immediate procedentem. Quod in diuina natura talis existentia sit indubitante agnouimus, sed utrum communicabilis, uel incommunicabilis sit, nondum demonstratiua ratione collegimus.

*De processione que immediata simul est, & mediata, & quod oporteat esse in diuinitate personam, quæ sit a gemina. Cap. VIII.*

Quoniam constat tertiam in trinitate personam aliunde quam a se originem trahere, oportet ut ab aliqua dictatur, aut ab ambabus simul habeat esse. Et quid horū, quæ ratione conuincitur possit restat inquirere, quod persona summè digna, condignum habere oportuerit, superius prolata perspicua rationis demonstratio inuenit. Ut autem omnipotentem personam condigna esset, oportuit ut ab omnipotente omnipotentiam acciperet, ut æquā, imò eandem potentiam haberet. Nam (ut sæpe dictum est) omnipotentia non potest esse nisi una. Si autem idem posse accipit, illud utique posse accipit, a quo est omnium posse, omnium esse, omnium existere. A quo (ut superius dictum est) habet esse omnis essentia, omnis existentia. Si igitur idem posse est absque dubio ambobus commune, consequens est tertiam in trinitate personam ex ambobus & esse accipit se, & existentiam habere. Sed ad hæc fortassis dicturus est aliquis, si idē posse quod habet innascibilis, accipit & habet persona nascibilis, ergo accipit, & habet posse a semetipsa esse, quod est proprie proprium innascibilis personæ. Ve-

rum qui hoc dicit, quantum mihi uidetur, non bene intelligit quod dicit. Sed ut melius eluceat quod dicimus, hoc ipsum diligētius discutiamus. Dicit is, quia si innascibilis immediate tantum a se procedenti dedit plenitudinem potentia suæ, ergo & posse a semetipso existere, ut qui omnipotens est, & omnia potest. Ad hoc ipse respondeo, & fidēter affirmo, quia a semetipso est, si a semetipso esse potest. Nam natura diuina omnino inuariabilis est. Si ergo est a semetipso, constat eum esse, quod est sine alterius dono. Sed si hoc posse ei innascibilis dedit, ergo ex alterius dono hoc habuit. Quid ergo? Nunquid ex semetipso, & eo ipso sine alterius dono habet, quod ex alterius dono habet? Vides iam credo, quā sit sibi ipsi contraria ista assertio. Est enim omnino contrarium rem eandem, & omnino idem ipsum haberi ex alterius dono, & haberi sine alterius dono. Quid autem magis impossibile, quam unum aliquid simul esse & non esse? Sicut ergo superius iam diximus, ut summè digna persona condignam haberet, ut plenitudo bonitatis poscebat, de se immediate procedenti existentia dedit, quicquid ab omnipotenti ueraciter dari potuit. Est itaque eis commune illud posse, a quo est ceterorum omnium & esse & posse. Ab hac itaque gemina existentia est omnis essentia, omnis persona, omnis existentia, ergo & illa quæ est tertia in trinitate persona. Huic proculdubio assertioni attestatur, quam illa quam superius in trinitatis indagatione posuimus, ratiocinatione conuincitur. Ibi namque manifesta ratione probatur, imò multiplici demonstratione conuincitur, quod sicut perfectio unius est causa alterius, sic sanè perfectio gemina causa est tertie in trinitate personæ. Sicut perfectio unius requirit condignum, sic certè perfectio utriusque, exigit condilectum. Sed quoniam hæc superius diligenter executi sumus, non oportet eadem hoc loco iterum ponere, cū possit quicquid uoluerit ex illo loco repetere. Illud autem certissimū esse debet, & hoc est, quod de tertia persona firmiter retinere oportet, quoniam a quibus est ei existendi causa, ab ipsis est & existentia. Ecce iam ex ratione tenemus, quod tertia in trinitate persona esse habeat ex cæteris duabus. Quod igitur originem ex duabus trahat habemus, sed utrum eiusmodi existentia communis sit, an uero incommunicabilis, necdum ratiocinando tenemus.

*Quod processio que fit ad aliquam personam, tantummodo mediata, non possit esse in diuina natura. Cap. IX.*

Ecce iam ex maiori parte inuenimus, quod superius quærendum proposuimus. Inuenimus oportere esse unam aliquam existentiam, innascibili quidem immediate tantum coniunctam. Inuenimus & aliam eidē existentiam, tã immediata, quàm mediata germanitate

cohererent. Illud nunc igitur quærendū restat, utrum aliqua sit, uel esse possit, quæ ei mediate tantum inhaereat. Vnum est quod neminem sanè mentis credo posse sentire, quod uidelicet sit aliqua persona in diuinitate, cui non liceat, uel quæ nolit innascibilem immediate (ut sic dicam) facie ad faciem uidere. Quid enim aliud ibi est uidere, quàm uidendo cognoscere, & cognoscendo uidere? Quid autem est innascibile cognoscere, quàm sapientia plenitudinem habere. Nihil enim aliud est ibi sapere, quàm esse. Vnde igitur accipit ut sapiat, inde accipit ut existat. Vnde igitur ei sapientia, inde & existentia. Vnde & si immediate ab illa accipit ut sapiat, & immediate quidem ab illa accipit ut existat. Si quis uero dicat quod immediate non uidet, consequens est ut concedat, quod omniformem ueritatis contemplationem non habet. Iuxta id ergo non habet plenitudinem omnem, & quod consequens est, nec ueram diuinitatem. Forte ad hæc aliquis opponit, & dicit, sicut quælibet persona uidet de se procedentem, sic quælibet procedens uidet producētem. Cur ergo non eadem ratione conuincatur illam esse ab illa, quæ probatur, atque conuincitur istam esse ab illa? Ad hæc ergo breuiter respondeo, & dico, quod quælibet diuina persona ad aspectum alterius diuina accipit plenum sapere, & eo ipso diuinum esse nisi habeat aliunde, necesse est namque ut inde habeat, si aliunde non habet. Sed si habet aliunde, non necesse est etiam inde habere. Et ut id exemplo melius elucescat, ecce ueritatem scriptam vni aliunde cognitam, alteri autem aliunde minime notam. Vterque tamen legit, & intelligit, sed solus ille ueritatis scriptæ cognitionem ex inspecta lectione percipit, qui eam aliunde non habuit. Quoniam igitur omnes diuina personæ inuicem se & immediate conspiciunt, radium summæ lucis in alterutrum effundunt aut excipiunt. Et quia immediate uident, immediate adhaerent. Impossibile itaque est in natura diuina esse aliquam personam mediate tantummodo alicui alteri germanitate coniunctam. Hac item ratiocinatione confirmatur, quod de tertia personæ processione superius dicitur. Quis enim eam neget cæteras personas & uidendo cognoscere & cognoscendo uidere? Est autem utriusque personæ una eademque sapientia. Quoniam ergo constat eam nihil habere ex se, consequens est ut ex inspectione sapientia accipiat sapere & ex eoispo accipiat esse ubi non est aliud esse quàm sapere. Ecce iam quæsitum est & inuētum, quod superius propositum fuerat ad quærendum. Inuenimus quod in diuina natura sit processio tantummodo immediata. Quod ibi sit quæ est mediata simul & immediata quod mediata tantum omnino ibi non sit, sed nec esse possit.

Quæstio.

Responso.

Quod in diuinitate non possit esse plus quàm una quæ sit ab una tantummodo persona, nec nisi una sola quæ esse non habeat nisi ex gemina. Cap. X.

Quod in diuinitate non possit esse plus quàm una quæ sit ab una tantummodo persona, nec nisi una sola quæ esse non habeat nisi ex gemina. Cap. X.

Ex his pro certo quæ iam diximus, ueraciter & indubitanter colligere possumus, quoniam si quarta in diuinitate persona esse potuisset, proculdubio ex cæteris tribus eā originem trahere immediate oporteret. Alioquin alicui earum non nisi mediata germanitate cohereret, nec eā nisi mediate uideret. Et si quinta persona ibi esse potuisset, simili ratione de cæteris quattuor immediate procederet. Iuxta hunc ratiocinationis modum similis in consequentibus consequentia inuenietur, quantum cunque huiusmodi progressionis series intellectualiter protrahatur. Confirmatur autem quod hic dicimus ex his quæ iam superius prælibauimus. Sicut enim duabus personis commune est illud posse, unde constat tertiam originem trahere, sic proculdubio illud posse tribus commune esset, unde quartam esse oportet, si quarta in diuinitate locum haberet. Alioquin duæ anaræ sibi reseruent, quod tertia salua utriusque proprietate dare possent. Quod de istis dicimus, absque dubio inuenies in consequentibus. Nam quantumcunque huiusmodi prosecutionis lineam produxeris, eandem congruentiam ubique prouenire uidebis. Notandum autem quomodo huiusmodi differentia proprietatū, in solo constet numero producentium. Nam prima earum habet esse a nulla, secunda ab una sola, tertia uerò a gemina. Et si numerus earum in plures abundaret, eundem progressionis tenorem per omnes inueniri oporteret. Ecce quomodo hic ordo differentiarum surgit, & excurrit iuxta modum & ordinem numerorum. Illud quoque notandum, quod iuxta quamlibet eiusmodi differentiam, impossibile est esse plus quàm unam personam. Nam a sola una persona non potest esse, nisi tantummodo una, similiter quæ sit tantum a gemina, non potest esse nisi una sola. Nam si gemina de una tantum procederet, pro certo procedētium neutra alteri immediate adhaereret. Quod quæ impossibile sit, superius quidem ratio manifesta perdocuit. Iuxta quod dictum est de una differentia, intelligi datur & de qualibet alia. Ecce in his gemina quæstionis solutionem habemus, quas superius sine solutione reliquimus. Constat siquidem, quoniam si ab una sola persona non potest esse nisi tantummodo una existentia, nec a gemina nisi una sola, constat inquam quod utraque sit incommunicabilis existentia. Sicut igitur in diuinitate non potest esse nisi una sola persona, quæ sit a semetipsa, sic non potest esse plus quàm una, quæ sit ab una tantummodo persona. Nec nisi sola, quæ esse non habeat nisi a gemina.



*Quod oportet ut in diuinitate sit persona a qua non sit alia aliqua, cum tamen eadem non sit a se-metipsa. Cap. XI.*

Inuenimus in superioribus differentias personalium proprietatum, quomodo sibi inuicem cohaerent, vel procedant iuxta modum & consequentiam numerorum. Sed si tot essent personae diuinae quot possunt esse huiusmodi differentiae, essent utique infinitae. Oportet itaque personarum proprietates diligentius perscrutari, ne de earum numero possit aliqua sinistra suspitio oriri. Superius probauimus quod in illa diuinarum personarum pluralitate, oportet personam aliquam esse quae non habeat aliunde quam a se originem trahere. Sed sicut necesse est ibi esse aliquam quae non sit ab alia, sic ibi esse oportet aliam a qua non sit aliqua alia. Vtrumque namque simili ratione conuincitur. Vtrumque pari quidem demonstratione comprobatur. Nam si in illa uera diuinitate non esset aliqua persona a qua non procederet aliqua alia, sed quaelibet ex alia procedens de se procedentem haberet, eiusmodi deductio nis protractio in infinitum procederet, & personarum series in infinitum ducta numerositatis suae nullum finem acciperet. Sed nulla opinio hoc recipit, nec ratio aliqua usquequaque admittit. Oportet itaque ut in diuinarum personarum pluralitate talis aliqua existat de qua nulla alia originem trahat. Oportet nihilominus ut eadem ipsa existendi principium ex alia habeat, sicut & illa quae ex alia aliqua non est, oportet ut alteri existendi causam exhibeat. Vtriusque sententiae eadem ratio, vtrumque conuincitur non dissimili argumento. Cum enim conuincat ratio manifesta non nisi uera personam posse esse a se-metipsa, si illa quae ab alia non est nullam de se procedentem haberet, in perpetuum sola remaneret. Simili quidem ratione & illa quae de se procedentem non habet, si a nulla alia procederet, diuino consortio in perpetuum careret. Sed (ut superius satis euidenter ostendimus) multiplex ratio a uera diuinitate solitudinem excludit, & personarum pluralitatem conuincit. Oportet itaque ut ibi sit qui existendi principium aliunde non sumat, sed exhibeat, oportet aequum ut ibi sit qui e conuerso ipsum quod est, ab alio accipiat, & nulli alij impendat.

*Quod non possit esse nisi una sola in diuinitate persona a qua non sit aliqua alia. Cap. XII.*

Oportet pro certo ut eiusmodi aliqua in diuinitate persona existat, a qua (ut iam diximus) nulla alia procedat. Sed potest adhuc alicui in dubium uenire, utrum hoc ipsum sit proprium uni alicui personae, an possit & aliquibus esse commune. Sed si duae personae essent quae hoc commune haberent, proculdubio neu-

tra illarum ab alia procederet. Si neutra ab alia procederet, nec una quaelibet alteri immediate adhereret. Si uero neutra alteri adhereret immediate, forent utique adinuicem sola mediata germanitate coniunctae. Quod quidem quam impossibile sit superior demonstratio euidentiissima ratione conuincit. Est itaque proprium proprium unius tantummodo personae, de se procedentem nullo modo habere. Quemadmodum ergo non potest esse in diuinitate nisi una sola persona quae non procedat ab alia, sic absque ambiguo non potest esse nisi una sola a qua non procedat alia aliqua. Erit itaque ista quemadmodum & illa existentia incommunicabilis, nec omnino poterit esse personis aliquibus communis. Solus enim unus in illa personarum pluralitate sic accipit, & habet esse ex alio, ut nullus alius omnino aut accipiat, aut esse habeat ab ipso. Ecce duarum in trinitate personarum proprietates, tam aperta ratione collegimus, ut nullo modo, uel in modico inde dubitare ualeamus.

*Quod oportet ut in diuinitate talis persona existat, quae ab alia procedat, & de se procedentem habeat. Cap. XIII.*

De hac gemina dictarum proprietate personarum, possumus absque omni scrupulo colligere, quid de illius quae inter has media est, debeamus proprietate sentire. Nam si ibi, non nisi unus solus esse potest, qui non sit ab alio aliquo, consequens est, ut hic de quo modo agimus non sit a se-metipso. Item si ibi non nisi unus solus esse potest qui de se procedentem non habet, hunc de quo modo loquimur qui de se procedat, habere oportet. Sic itaque procedit de alio, ut nihilominus tamen alius procedat ex ipso. Ecce ergo (ut diximus) absque ambiguitate habemus, quid de eius proprietate sentire debeamus. Hac proculdubio attestatio illi assertioni concinit, quam praemissa superius disputatio inuenit. Nam persona illa quae de innascibili procedit, tantummodo immediate, uidetur, imò conuincitur utrumque habere. Nam id esse quod est in ea plenitudine, quam ab innascibili accipit, alteri utique sine ulla integritatis diminutione impendit. Tertia namque in trinitate persona, a nascibili simul, & innascibili procedit. Ecce quomodo ratio ratio ni occurrit, & attestatio attestatio alludit. Ecce quod constat luce iam clarius, tres in tribus proprietatum distinctiones inuenimus, unius est ab alio non procedere, & de se tamen procedentem habere. Alterius tam ab alio procedere, quam de se procedentem habere. Tertij uero ab alio procedere, nec tamen qui de se procedat habere. Et duas quidem ex his proprietatibus incommunicabiles esse iam nouimus, sed quid de tertia sentiendum sit, nondum ratiocinando apprehendimus.

*Quod*

*Quod in diuina natura non possit esse nisi una sola persona, quae & ab alia procedat, & de se procedentem habeat. Cap. XIII.*

Sed quia duas ex dictis proprietatibus rationis attestatio, incommunicabilis esse iam nouimus, eo ipso idem de tertia sentire aduenimus. Sed ne haec ratio probabilis potius, quam necessaria uideatur, hoc ipsum quod dicitur, alius inuestigetur. In primis itaque notandum, diligenterque considerandum, quomodo gemina duarum personarum proprietates, una altera quasi ex opposito respiciat, & una alteri ueluti per contrarium respondeat. Nam unius est plenitudinem non accipere, sed dare, alterius e contra non dare, sed accipere. Vbi autem est summa pulchritudo, ubi nulla potest deesse perfectio, constat quod consequens est, & unde mens sana nullatenus dubitare potest, quod diuinarum personarum pluralitas omnino sit congruentissima uenustate coniuncta, & ordinatissima alteritate distincta. Oportet itaque, ut in diuina illa personarum pluralitate summe pulchra, & omnino ordinatissima, sit mirum hinc inde in alterutrum differens concordia, & concors differentia. Videtur itaque necesse esse, ut inter illam cuius est plenitudinem dare, nec accipere, & eam cuius est accipere, nec dare, sit sola una media, cuius sit proprie proprium, tam dare, quam accipere, ut constituta in medio, uni alitrinsecarum cohaereat ex uno, & alteri earum connectatur ex altero. Sicque fiet, ut ex datione concordet cum dante, & ex acceptione concordet cum accipiente. Et e conuerso ex datione differat a non dante, & ex acceptione differat a non accipiente, ut sit in alterutrum (sicut superius iam diximus) & differens concordia, & concors differentia. Si autem duae mediae inter duas alitrinsecas personas esse dicantur, uideamus quid inconuenientis hanc assertionem sequatur. Certè prima ex eis erit a nulla, altera ab una sola, tertia a duabus, quarta ex tribus, sicut superius satis diligenter explanauimus. Et haec quidem dispositio iuxta hanc considerationem uidetur habere aliquid cum arithmetica medietate. Sed modo uideamus quomodo geometricae medietatis speciem, quam (ut superius patet) personarum trinitas praetendit, quaternitatis ista dispositio iuxta aliam considerationem confundit. Certè prima personae causaliter proprie proprium erit plenitudinem solummodo dare, duarum mediarum tamen dare, quam accipere. Quarta uero tantummodo accipere non etiam dare. Ecce ex his prima in solo uno concordat cum altera. Altera uero illarum, non in una tantum, sed in duobus concordat cum tertia. Tertia autem in duobus quidem, sed in uno solum concordat cum quarta. Vides certè quomodo unius proprietatis geminatio, atque communio, proportionabilitatis rationem non tam praetendit, quam confundit, ordinis pulchritudinem, non tam auget, quam

Richardi S. Victoris. Pars I.

minuit. Quis autem dicat in illa summa pulchritudine aliquid esse, uel esse potuisse, quod pulchritudinem minuat, ordinemque confundat? In illa autem superiori proprietatum dispositione, iuxta unam considerationem medietas arithmetica, iuxta considerationem aliam medietas geometrica, iuxta trinitatis, & unitatis collectionem medietas harmonica speciete nus occurrunt, & miranda ratione inuicem sibi alludunt. Constat itaque ex his unius personae propriae proprium esse plenitudinem, tam dare, quam accipere, & hanc proprietatem, sicut & ceteras duas incommunicabilem esse.

*Quod in diuina natura non possit esse quarta persona. Cap. XV.*

Omnibus absque dubio diuinis personis constat esse commune, omnem plenitudinem habere. Proprietatum autem distinctio uersatur circa duo. Constat namque in dando, & accipiendo. Vnius namque personae proprietates (ut ex praemissis patet) consistit in solu dando, alterius in solu accipiendo. Inter has autem media, tam in dando, quam in accipiendo. Sed ad ista fortassis dicitur est aliquis, si una proprietates constat in sola datione, altera in sola acceptione, media inter has in datione simul & acceptione, cur non sit quarta sine datione, & acceptione in solo habere? Quod si recipimus, quaternitatem diuinarum personarum fateri uidemur. Sed huius quaestionis nodum in superioribus tam aperta ratio dissoluit, ut diligens lector quantumlibet idiota, inde iam in aliquo dubitare uix possit. Vt enim superius monstratum est, ratio manifesta conuincit, quod nisi una sola in diuinitate, persona a se-metipsa esse non possit. Quae igitur aliunde non accipit ut sit, uel aliquid possit, si nulli impenderet quae habet, absque dubio (ut alius dictum est) in perpetuum sola remaneret. Nullum itaque in diuinitate locum quarta proprietates habere cognoscitur, unde & quaternitatis suspitio omnino secluditur. Constat itaque, quod in diuina natura omnino esse non possit quarta persona.

*De ueri amoris plenitudine, & quae circa illum consideratur proprietatum distinctione. Cap. XVI.*

Ea diuina natura quaternitatis suspensione, possumus, adhuc altiori & euidentiore ratione confirmare. Nam si ueri amoris plenitudinem in considerationem adducimus, proprietatum quae ad eam considerationem pertinentium distinctionem diligenter attendimus, quod quaerimus fortassis citius inueniemus. Vera autem dilectionis plenitudo in solo constat amore summo, uniuersaliterque perfecto. Solus uero amor summus ille iure nominatur, qui tantus est, quo non potest esse maior, simul & talis quo non potest esse melior. Vnde & animaduertere licet, quia ueri amoris plenitudo haberi non

Proprietates distinctio circa duo uersatur.

Vera dilectionis plenitudo in solo constat amore summo.

R 4 potest

De amore gratui-  
to, & debi-  
to, & quod  
nam sint  
hi duo a-  
more.

potest ab aliqua persona que Deus non est. Alioquin si prater Deum aliquis veri amoris plenitudine habere prauulisset, utique in charitate, & eo ipso in bonitate equalis Deo esse potuisset persona que Deus non esset. Sed quis hoc dicat, vel tenuiter estimare presumat? Constat autem quia verus amor potest esse, aut solus gratuitus, aut solus debitus, aut ex utroque permixtus: idem ex vno debitus & ex alio gratuitus. Amor gratuitus est quando quis ei a quo nihil muneris accipit gratanter impedit. Amor debitus est quando quis ei a quo gratis accipit nihil nisi amoris rependit. Amor ex utroque permixtus est, qui alternatim amando & gratis accipit & gratis impendit. Plenitudo autem amoris gratuiti plenitudo amoris debiti, quemadmodum & plenitudo in utroque perfecti, a persona que Deus non est nullo modo potest haberi. Sed quoniam hoc satis ex superioribus patet adiuncta expositione non indiget.

*Cui conueniat in trinitate persone solius gratuiti amoris plenitudinem possidere. Cap. XXII.*

**M**anifestissimum esse iam constat quod vna in trinitate persona nihil nisi a semetipsa habeat. Nihil omnino accipit ab alio aliquo, nihil prorsus possidet ex munere alieno. Amorem itaque debitum & qualem tibi superius descripsimus nullo modo videtur posse habere qui a nullo alio deprehenditur aliquid accepisse vnde ei obnoxius fieret vel in aliquo debitor, existeret. Gratuitum autem amorem se habere ostendit qui procedentibus de se plenitudinis sue abundantiam tam largiter, quam libenter, & gratis impendit. Quid enim ab ipso persona procedentes, ab ipso quid inquam quasi ex debito exigere possunt, qui ipsum debitum amorem quem gratuito dilectori rependant ex eius dono accipiunt? Alioquin aliquid haberent quod ex ipso non accepissent. Quod quia falsum sit superiora docent. Habet itaque amorem gratuitum & debitum solum. Habet inquam gratuitum amorem & quod adhuc amplius est gratuiti amoris plenitudinem se habere demonstrat qui ex illa plenitudine quam habet, nihil sibi soli reseruat, sed totum communit. Si omnem plenitudinem haberet, nec communitate vellet cum posset, plenitudinem gratuiti amoris non haberet. Conuincitur ergo amoris plenitudinem habere, cui ad omnem benevolentie effectum non deest, vel velle vel posse.

*Cui conueniat in trinitate solius debiti amoris plenitudinem habere. Cap. XXIII.*

**I**llam autem personam cuius est proprium procedere, nec tamen de se procedente habere (quoniam aliunde accipit totum quod habet) plenitudinem debiti amoris habere oportet.

**A**lioquin si summa diligentibus summum amorem non rependeret, summo amore digna non esset. Summo sane amore ab ipsis diligitur, a quibus omnem plenitudinem accepisse cognoscitur. Quid itaque indebiti amoris possit eis rependere, a quibus constat eam omnem plenitudinem gratis accepisse: Et quoniam proprium est ipsius (ut iam diximus) de se procedentem non habere, non est in diuinitate cui possit plenitudinem gratuiti amoris exhibere. Et quidem erga creatam personam gratuitum amorem habere potest, sed gratuiti amoris plenitudinem erga creaturam habere non potest, quae inordinatum amorem habere non potest. Inordinatus enim amor esset, si summo amore diligeret qui summa diligendus non esset. Summo siquidem amore omnino dignus non est, qui summa bonus non est. Persona vero que Deus non est, summa bona esse non potest, quoniam Deo aequari non potest. Plenitudinem debiti amoris dicta persona iuxta supradictam rationem & habere valet & habet. Plenitudinem vero gratuiti amoris omnino non habet, sed nec habere valet. Solius itaque debiti amoris plenitudinem habere oportet personam illam, que de se (quemadmodum dictum est) procedentem non habet.

Quando est inordinatus amor.

*Cui proprie proprium sit in trinitate persone tam gratuiti quam debiti amoris plenitudinem obtinere. Cap. XXIX.*

**E**x his que de duabus personis circa instantem considerationem iam diximus, satis elucescit quid de reliqua sentire debeamus. Nam quoniam est proprie proprium ipsius tam ab alia procedere, quam de se procedentem habere, oportet eam tam gratuito quam debito amore abundare, & utriusque plenitudinem, utpote unius amoris uni, alterius alteri integraliter exhibere. Debitum quippe est, quod summo amore diligit a quo totum accipit, & nihil impendit, gratuitum uero, quod summe diligit a quo nihil accipit, sed totum impedit. Ecce iam aperta ratione tenemus, quomodo singularum propria iuxta hanc considerationem distinguere debeamus. Constat namque, quia in uno ex tribus est amor summus, & solus gratuitus. In altero uero, sic summus, ut sit solum debitus. In tertio autem sic summus, ut sit ex uno debitus, ex altero omnino gratuitus. Ecce in amore summo terni proprietatum distinctio, cum sit tamen una eademque in omnibus, utpote summa & vere eterna dilectio. Nunc itaque ex hac veri & summi amoris speculatione possumus colligere, utrum nam in illa diuinarum personarum pluralitate, quarta possit persona locum habere.

Vnde

*Vnde ratio manifesta conuincit quod quarta in diuinitate persona locum habere non possit. Cap. XXX.*

*Ex nouissime posita speculatione quam multa possumus colligere. Cap. XXXI.*

**S**uperiora satis probant atque demonstrant quod in diuinitate non possit esse nisi una persona que sit a semetipsa. Hinc etiam potest diligens indagator ueritatis indubitata ratione colligere, quod in illa murua personarum charitate non possit amor esse, qui non sit aut solum gratuitus, aut solum debitus, aut simul utrumque debitus atque gratuitus. Constat nihilominus de dictis tribus, quod gratuiti amoris plenitudo sit in solo vno, debiti uero amoris plenitudo, sit in solo altero, tam debiti quam gratuiti plenitudo, sit in solo tertio. Sed quid ad ista dicemus, nunquid ex his tribus aliud aliud est, & aliud aliud amor suus? Nunquid eorum alicui aliud est esse quam diligere, diligere quam esse? Vbi ergo est uera illa & summa simplicitas quam superius quesuimus, & inuenimus, & multa rationum attestatio probauimus: Oportet itaque absque dubio ut in summa simplicitate idem ipsum sit esse quod diligere. Erit ergo unicuique trium idem ipsum persona sua quod dilectio sua. Nihil itaque aliud erit plures in una diuinitate personas esse quam plures ipsam eandemque, utpote summam dilectionem habere, quin potius esse ex differenti proprietate habeant. Nihil aliud est ibi persona ista quam dilectio summa hac proprietate distincta. Nihil aliud persona altera quam dilectio summa alia proprietate distincta, nec aliud aliud est persona tertia quam dilectio summa tertia proprietate distincta. Iuxta numerum itaque proprietatum, erit & numerus personarum. Quoniam ergo quilibet persona (ut diximus) est idem quod amor suus, & assignata singularum discretio, constat in solis iam dictis tribus, sicut quartam proprietatem sic quartam personam nullatenus ibi inuenire poterimus. Ne autem aliquis nos parum intelligat, & ea propter inconsulte reprehendat in eo quod grauitum, uel debitum posuimus, non nos utique latet quod hoc non semper sub eadem significatione accipimus. Dicimus quia hic illum amare debet eo quod dignus sit. Dicimus nihilominus quod unus alium amare debet, eo quod alicuius doni, uel beneficii merito debitorem reddiderit. Sic & gratuitum alias, & alias, sub alia, & alia significatione accipi poterit. Sed sub qua significatione utriusque hoc loco accipi uolumus ne calumnie locus pateat, adiuncta descriptione determinauimus. Nemo autem miretur, nemo indignetur si ea que de tanta profunditate sentimus, uerbis eloquimur quibus possumus. Ecce iam explicauimus quomodo ad superiorem confirmationem ratio manifeste conuincit, quod quarta in diuinitate persona locum habere non possit.

Quid sit plures personas in una diuinitate esse.

Iuxta numerum proprietatum est etiam numerus personarum.

**V**erum si huic nouissima speculationi uel lit quis in huiusmodi exercitatos sensus habens, diligenter insistere, multa superius disputata & diuersis demonstrationibus probata poterit fortassis ex hac sola indubitata colligere, & probabili assertione conuincere. Si quis unum Deum esse altius intelligit, ipsum summe bonum, summe beatum esse manifesta ratione deprehendit. Sed si de personarum pluralitate diffidit, ex eo quod iam credit in id quod nondum apprehendit per hanc speculam asurgere poterit. Ex hac una (ut arbitror) speculatione personarum pluralitatem imò totam Trinitatem poterit elicere, & documentis probabilibus astruere. Hanc speculationem (ut superior ratio docuit) suspicionem quaternitatis excludit. Hanc ueram diuinitatem credentibus ueraciterque consentientibus sic personarum pluralitatem commendat, ut & substantie unitatem conuincat. Ex hac speculatione cuiusque personae proprietates elucescit, & in manifestationem exit. Nam diligenter requisita perspicua ratione clamat, quod in diuinitate sit persona que ab alia aliqua esse non habeat. quod ibi sit que a sola una, & alia que a duabus origine trahat. Cogitet qui hac legit quam magnum & utile sit promptum & familiare habere, ad hac omnia posse ex una speculatione omnipotenti rationem reddere. Sed quoniam ex his que iam diximus ad horum indagatorem peruenit iter extruximus, hac diligentioribus perscrutatoribus plenius discutienda relinquimus.

*Quod dicitur plenitudo amoris gratuiti esse in solo dando, plenitudo debiti in solo accipiendo, non sic oportet intelligere quasi sit opus gratie & non potius operatio nature. Cap. XXXII.*

**Q**uod autem diximus unam personam habere, uel esse plenitudinem amoris gratuiti, alteram uero plenitudinem amoris debiti, nemo ad id trahat quasi una aliqua quamlibet aliam in aliquo præcellat, uel melius aliquid perfectiusque habeat, uel existat. Nulla ibi differentia graduum, nulla diuersitas dignitatum. Ecce constat quoniam proprietates unius est plenitudinem dare, nec accepisse, alterius uero accepisse, nec dare, nunquid idcirco oportet credere unam altera meliorem, unam altera digniorem, absit omnino huiusmodi aliqua suspitio. Huiusmodi suspitio multos supplantauit, & per uarios errores dispersit. Nihil habet maius, nihil omnino melius qui nihil eorum que habet ab alio accepit quam qui nihil habet quod non accepisset. Quicquid perfectionis, quicquid bonitatis, quicquid beatitudinis habet



habet cuius est solum dare in ea plenitudine possidet & ille cuius proprium est totum accepisse. Quod autem dicitur plenitudinem gratuiti amoris esse in solo dando, plenitudinem debiti in solo accipiendo, nemo dicitur sic accipere quasi si hoc in illa indifferenti aequalitate sit opus gratiae & non potius operatio naturae. Sed tãti mysterij altitudo nimis profunda est, & uix, uel nunquam ab ullo homine uerbis idoneis explicari potest. Nemo ergo miretur, nemo indignetur, si more uirginis matris conceptam ueritatem edendo, uerborum panniculis inuoluo, qui discreti sermonis sericis non ualeo quae me non habere cognosco. Sed ubi constat de ueritate sententiae, nihil restat sagacis lectoris prudentiae nisi uerba idonea (quod cũ omni gratiarum actione suscipio) ueris assertionibus adhibere.

*Quod quantum ad substantiam dilectionis in omnibus est amor summus & unus, quamuis sit in singulis proprietatum discretione distinctus. Cap. XXIII.*

**P**roprium est ueri & intimi amoris illud efficere in illis etiam personis quibus est diuersum esse ut sit in eis idem uelle & idem nolle. Quanto magis identitas uoluntatis illis inest personis quibus est idem esse quod uelle & quod consequens est, sicut unum esse ita & unum uelle. Est itaque in illa Trinitate omnibus una uoluntas, una charitas, una & indifferens bonitas. Quantum igitur ad substantiam dilectionis erit unus atque idem amor in omnibus personis. Et cum sit in omnibus unus atque summus, non potest esse in uno quàm in altero maior, non potest esse in uno quàm in altero aliquo melior. Certè si inest omnibus per omnia idem uelle unusquisque amat alterum quomodo se ipsum quantum se ipsum. Si eorum unusquisque diligit alterum ut se, totum quod communicabile est, sibi uult cuiuslibet alteri ut sibi. Si diligit quantum se, quicquid ibi est communicabile nec ardentius desiderat sibi quàm alteri, nec tepidius alteri quàm sibi. Eiusmodi itaque amor ex uno erit talis quo non potest esse melior, ex altero rãtus quo non potest esse maior. Erit itaque (ut dictum est) quantum ad substantiam dilectionis unus, & idem in omnibus amor, ueruntamen modo mirabili in singulis proprietatum discretione distinctus. Nam secundum eam acceptionem quam superius assignauimus erit in isto quo ad illum tantum gratuitus, & in illo uero quo ad illum tantum modo debitus. In tertio debitus ad unum, & ad alterum gratuitus. Iuxta humanum namque loquendi modum recte dicimus amorem gratuitum qui nihil accipiens totum impendit. Debitum uero qui nihil impedit a quo totum accepit. Dicatur itaque illa diuinitatis unda & summi amoris affluentia in alio tantum effluens

**A** nec infusa, in alio tam effluens quàm infusa, in tertio non effluens sed solum infusa, cum sit tamen in omnibus una & eadem ipsa, & in his omnibus una ueritas, etiam si sit de ea loquendi multiformitas.

*Quod quantum ad integritatem perfectionis nullum sit in Trinitate differentia amoris uel dignitatis. Cap. XXIII.*

**I**nter hæc aliquis fortassis humanum aliquid cogitans de diuinis personis, illam personam maioris dignitatis reputat & ceteris excellentiorem iudicat quæ a semetipsa habet totum quod eam habere constat. Sed absit quod ibi credatur esse aliqua dignitatum distantia ubi uere & absque dubio est aequalitas summa. Sed qui hoc per intelligentiam necdum capit, est unde cogitationem suam ex alia cogitatione reprimeret possit. Sciendum itaque est (sicut superius iam dixi) quia quicquid omnibus est communicabile ubi unaquæque persona tam amat alteri quàm sibi, sic e conuerso quod siue proprietatis est & incommunicabile, magis diligit sibi quàm alteri. Qualibet namque persona ex eo quod est omnibus commune habet esse eadem substantia cum ceteris ex eo quod est suae proprietatis. & incommunicabile habet esse singularis persona discreta ab alijs. Si ergo unaquæque quod suae proprietatis est magis amat alteri quàm sibi, & quod alterius proprietatis est magis amat sibi quàm alteri, quid hoc aliud esset, uel quid aliud uideri posset, quàm nolle esse persona quæ ipsa est, & uelle esse persona quæ ipsa non est. Sed neminem puto esse tantæ dementiae qui audeat hoc existimare uel possit patienter audire. Illa utique persona cuius est ea proprietatis quam putas prerogatiuam dignitatis absque omni ambiguo magis uult eam sibi quàm ceteris, & cetera sine contradictione ulla magis uolunt eam illi quàm sibi. Quid ergo nunquid aestimandi erunt maiores benignitatis esse, qui illud quod putas praeminentiam excellentiae malunt alteri personae quàm propriae, quàm ille qui mauult propriae quàm alicui alteri personae? Sed si rectè aestimantur benigniores, cur non & eo ipso digniores? Dicis adhuc fortassis quod multo gloriosius sit plenitudinem habere & dare, quàm solum habere nec alicui dare. Ecce iterum (ut tibi uidetur) si secundum hominem iudicamus in duabus personis quandam gloriae prerogatiuam inuenimus. Sed iterum de ea, quia hanc quam putas prerogatiuam iuxta rationem praedictam tertia in Trinitate persona mauult ceteris quàm sibi, quàm tamè ceteri sibi ipsis malunt quàm illi, nūquid ergo illa dicitur ceteris benignior & eo ipso gloriosior? Ecce dū incedimus iuxta iudicia humana, inuenitur diuina quæque persona qualibet alia magis & minus benigna, magis & minus digna. Ecce opinio falsa quæ inuenitur

*Non est maioris dignitatis persona, quæ a seipsa totum habet. Unaquæque persona tam amat alteri quàm sibi.*

*Quid omnibus diuinis personis commune, quod uel singularis personis proprium.*

**N**unc igitur in unum si placet breuiter colligamus quæ in hoc libro ratiocinando executi sumus. Omnibus diuinis personis est commune omnem plenitudinem habere. Commune est solis duabus omnem plenitudinem accepisse. Commune est solis duabus non habere utrumque. Vnius namque proprietatis est in solo dando. Alterius proprietatis in solo accipiendo. Tertiae proprietatis tam in accipiendo quàm in dando. Solis duabus est commune, personam de se procedentem habere. Solis duabus est commune, aliunde procedere. Solis duabus commune est, non habere utrumque. Non tantum modo de se procedentem habere, est proprietatis alterius. Proprietatis autem tertiae tam ab alio procedere, quàm de se procedentem habere. Propriū est solius personae, procedere a nulla. Propriū solius alterius, procedere ab una sola. Propriū solius tertiae, a gemina procedere. Sola enim una est, a qua est nulla, sola autem una, a qua est una sola. sola uero similiter a qua procedit gemina. Cū igitur sit duabus personis commune, a semetipsis non esse, sed aliunde procedere, restat adhuc cum summa diligentia quaerere in quo ad inuicem differant processio unius & processio alterius. Inuenta autem differentia habitudinis mutuae pro similitudinis ratione oportet ad ultimum nomen propriū assignare. Proposueram quidè quid de his sentirem in commune proferre, sed quoniam in ipsis alta profunditas est, satius erit hæc altioribus ingenijs altius discutienda relinquere. Et quid ex his quæ iam dicta sunt gratitudinis, uel in gratitudinis merear, ex aliorum iudicio probare.

**DE TRINITATE Liber Sextus.**

*Quod in uera diuinitate nihil sit iuxta donum largientis gratiae, sed totum iuxta dotem proprietatemque naturae. Cap. I.*

**D**vabus (ut dictum est) tantummodo personis constat esse commune a semetipsis non esse, sed aliunde procedere,

**A** in quo illud adhuc uidetur ad quaerendum retinere, utrum nam idem procedendi modus sit tam in una quàm in alia, an potius unus in ista & alius in illa. Materia satis modica sed multum profunda & diligenti inquisitione dignissima. Puto tamen ex ante iam dictis non mediocriter elucescere quod possit ad huius perplexionis enodationem multum ualere. Sed quoniam inuisibilia Dei (iuxta Apostolum) per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, ubi profundum aliquid de diuinis quaeritur merito ad illam naturam recurritur ubi (Deo operante) Dei imago depicta uidetur. Est autem notissimum ad imaginem & similitudinem Dei hominem factum. Et quàmuis incomparabiliter copiosior sit dissimilitudinis quàm similitudinis ratio, est tamen humana natura ad diuinam nonnulla imò multa similitudo. Possumus itaque (ut credo) in hoc diuinae imaginis speculo cernere, imò & iuxta ratiocinantis animi iudicium discernere, quid ibi sit uel pro similitudinis ratione approbandum, uel pro ratione dissimilitudinis improbandum. Inuenimus itaque quoniam in humanis personis productio personae de persona non est ubique uniformis. Nam si ad propagationis nostrae originem recurrimus, in ipso protoplasto uidemus quoniam alia fuit productio uxoris eius, & longe alia multumque diuersa productio prolis ipsius. Illa supra naturam, ista secundum naturam, illa secundum solam operationem creatricis gratiae, ista secundum operationem naturae. In diuina autem natura nihil est uel esse potest ex operante gratia. Quod enim est ex sola operatione gratiae pro authoris beneplacito potest esse, uel non esse. Sed tale aliquid non potest esse in ipsa diuinitate. Alioqui mutabilitas ei inesset, nec ueram aeternitatem haberet. Nihil itaque ibi est iuxta donum largientis gratiae, sed totum iuxta proprietatem exigentis naturae. Sicut enim ignoscibili naturale est ab alio non procedere, sic sane ei naturale est de se procedentem habere.

*Quod germanitas quæ est inter parentem & prolem uidetur esse omnino inter ignoscibilem & personam de ipso principaliter procedentem. Cap. II.*

**N**aturalem itaque in hominibus procedendi ordinem debemus diligenter inspicere, & quid diuinum in se simile habeat cū omni sagacitate inquirere. Quo inuento & cognito iuxta theologicæ disciplinae morem pro similitudinis ratione de humanis ad diuina proprietatum nomina transsumere. In humana itaque natura uidemus (sicut superius iam diximus) quia productio siue processio personae de persona alia est tantummodo immediata, alia tantummodo mediata, alia uero mediata simul & immediata. Immediata processio est illa, quæ est prolis de utrolibet pariete quæ sit nulla alia persona

Quaestio.

Responsio.

Rom. 1.

Duplex productio.



De varia germanitate qua in humana natura reperitur.

sona mediante. Mediatam processio est illa quam videmus in solo hominis alicuius nepote quam non fit nisi mediante ipsius prole. Et autem ibi processio mediata simul & immediata ubi contingit unum eundem hominem esse alicuius filium & nepotem. In humana natura mediata processio multiplex & multiformis est, quæ in diuina natura omnino esse non potest. Secundum uarium uero procedendi ordinem & modum affinitatis uariantur & multiplicatur in humana natura gradus & nomina germanitatis. Alia enim est germanitas quam habet homo ad filium, alia uero quam habet ad nepotem suum. Secundum quod dico de istis, intelligi potest & de alijs. In tanta autem germanitatum multitudine primum locum tenet & principalem germanitas illa quæ est inter parentem & prolem. Nisi enim in humana natura illa præcessisset, cæterarum omnium omnino nulla foret, & si cæterarum omnium omnino nulla foret, nihilominus tamen absque dubio ipsa esse potuisset. Vbi autem contingit unum eundem que multos liberos habere, omnes utique idipsum dicuntur una & eadem ratione. Et si cõtingit unum eundemque hominem esse nepotem & filium eiusdem personæ, utrumque quidem dicitur, non tamen eadem sed diuersa ualde ratione. Notandum autem quoddam Eua immediate producta est de substantia Adæ, non tamen (ut superius iam diximus) secundum operationem naturæ. Et inde est quoddam nec illa proles istius, nec iste dicitur parens illius. Sed ubi persona alicuius producit de substantia alterius, producit inquam principali procedendi ordine & secundum operationem naturæ, solemus absque dubio unam ex his personarum patrem, aliam prolem nominare. Quoniam igitur solemus iuxta diuinarum scripturarum morem humane germanitatis nomina pro similitudinis ratione ad diuina transsumere, possumus non inconuenienter dicere, quoddam illa germanitas est inter ignoscibilem & personam de ipso principaliter procedentem quæ est inter parentem & prolem. Processio enim illa personæ de persona usquequaque est immediata, & est secundum principalem procedendi ordinem, & secundum naturæ operationem. Quod quia satis ex superioribus liquet ampliori expositione non indiget.

Quod in producenda prole diuersus modus sit pro diuersitate naturæ. Cap. III.

Quod autem diuersus sit modus in producenda prole pro diuersitate naturæ neminem puto posse ambigere. Si autem scire uolumus quis sit singularis ille producendi modus in illa Deitatis supereminenti & superexcellenti natura, ignoscibilis bonitatem, sapientiam, potentiam cogitemus & citius fortassis inueniemus quod querimus. Pro certo cui sum

me sapiens bonitas inest, nihil omnino uelle potest & maxime circa diuina, nisi ex ratione (ut sic dicam) intima, & summa. Et si uere constat eum omnipotentem esse, quicquid ibi esse uoluerit, erit pro uoluntate. Nam si in solo uolendo non poterit obtinere quod uoluerit, quomodo quæso omnipotens ueraciter dici poterit? Erit itaque ei de se consubstantialis & cõformem producere ratione exigente, idipsum immobiliter uelle. Hoc proculdubio erit ei prolem producere, in eo ipso sibi per omnia complacere.

Quod conuenienter obtinuit usus, ut in illa Trinitate unus ex duobus diceretur pater & alius filius. Cap. IIII.

Notandum quoddam in humana natura sexum geminatur, & idcirco secundum diuersum sexum germanitatis nomina uariantur, parentem in uno sexu patrem in alio dicimus matrem. Prolem in uno sexu filium dicimus, in alio filiam nominamus. In diuina autem natura (ut in cõmune nouimus) omnino nullus est sexus. Dignum ergo fuit ut ab eo sexu qui dignior esse cognoscitur, ad id quod omnium dignissimum est nomina transferentur. Vides ergo quam conuenienter obtinuit usus ut unus ex duobus in Trinitate diceretur pater, & alius diceretur filius. Sed ne in his aliquid a nobis indiscussum remaneat quod infirmum audito rem iuste mouere debeat, idipsum quod de trãsumptione nominum diximus diligentiori ad huc consideratione discutiamus. Mirabitur aliquis fortassis quare ad diuina inde transferuntur nomina ubi ratio similitudinis obuiat, & non potius inde ubi habitudinis collatio ex nonnulla parte concordat. Non enim habet humana natura ut filius procedat de solo patre secundum operationem naturæ, solus unus homo in genere humano processit de sola matre sine carnali patre, nec tamen sine operatione naturæ. Si igitur indignum est germanitatis uocabula trãferre ad diuina, ex sola parte qua nonnulla similitudinis ratio alludit, quomodo congruum erit inde trãsumere ubi proportionalitatis congruentia nulla occurrit? Notandum itaque in primis si merito in illa deitate dicitur filius ab uno solo procedit, si merito dicitur pater a quo solo & unico origine trahit, admonemur ex his uocabulis quoddam principalis proculdubio germanitas ibi est, quemadmodum hic in nostra natura omnino esse non potest. Ex his inquam uocabulis compellitur carnalis animus de diuina generatione nihil carnale sapere, sed ad altiorem intelligentiam corde ascendere, & de tante profunditas mysterio nihil temerè secundum hominem iudicare.

Quare ad diuina inde transferuntur nomina ubi ratio similitudinis obuiat.

Quomodo

Quomodo certa & manifesta ratione tenemus cur unum patrem alterum ipsius filium dicamus. Cap. V.

Sed si ad illud recurrimus quod superius iam indubitata ratione colligimus, quid ad huius perplexitatis enodationem sufficiat elicere poterimus, quæsiuimus & inuenimus quoddam sit ignoscibile de se prolem producere exigente ratione hoc ipsum uelle. Proculdubio si prooplastus ille Adám naturale haberet ut pro uoluntate etiam de se solo consubstantialis sibi & per omnia cõformem producere potuisset, principali nihilominus germanitate iungerentur & eiusdem germanitatis nominibus hic pater, ille filius rectè dicerentur. Nam si omnino conformes essent, nec in sexu quidem discreparent. Vides ergo quomodo ex hac consideratione ratio manifesta occurrit & euidenter ostendit quam conuenienter in illa personarum Trinitate ex duobus unus ad alterum pater dicitur, alter ad unum eundem ipsum filius nominatur. Ecce in tanti mysterij profunditate quomodo in simulacro similitudinis diuina & nostræ infirmitatis cõsideratione elucescit quidem nec dissimilitudo sine similitudine, nec similitudo sine dissimilitudine. Dissimilitudinis absque dubio est quod in nostra natura filius de solo parte procedere non potest. Similitudinis autem quoddam si hoc esse potuisset atque contingeret eadem germanitatis uocabula in simili germanitate singulis conuenirent. Ecce iam (ut credo) certa & manifesta ratione tenemus cur unum patrem, cur alterum ipsius filium dicamus. Patrem quidem illum qui est a nullo, filium uero ipsius qui est ab ipso solo.

Cum sit cæteris duobus commune de patre procedere, quid sit inter processionem unius & processionem alterius. Cap. VI.

Habemus iam quæ sit germanitas unius personæ ad alteram, restat adhuc querere quid sentiendum sit de germanitate amborum ad tertiam. Existimabitur fortassis ab aliquo quoddam amborum filius merito dici possit qui ab utroque immediate procedit. Sed si est filij filius, nõquid ignoscibilis erit ei pater & auus, & ille ipsius erit ignoscibilis & nepos & filius? Hæc autem tanto sunt diligentiori indagatone inquirenda, quãto sunt occultiora, & necdum inueniuntur ratiocinationis enodatione discussa. Illud autem iam constat certissime, quoddam sit cæteris duabus personis commune de ignoscibili persona procedere. Querendum itaque in primis iuxta intentionem producentis, quid sit inter processionem unius & processionem alterius. Quamuis enim uterque procedat de uoluntate paterna, potest tamen esse in hac gemina processione causa diuersa. Sed si mente retinemus quod superius ratioci-

Questio.

Responsio.

nando inuenimus, in hac fortassis allegatione non oportet nos diu, uel multum laborare. Manifesta namque ratio ibi euidenter deprehenditur, quoddam ignoscibilis condignum habere uoluit, & pro uoluntate habere oportuit, ut esset cui summum amorem impenderet, & qui sibi summum amorem rependeret. Nec solum condignum sed etiam cõdilectum habere uoluit, & pro uoluntate habere oportuit, ut confortè amoris haberet, ne uel aliquid sibi soli reserua ret quod in commune deduci potuisset. Condignum itaque habere uoluit ut esset cui communicaret magnitudinis suæ diuitias. Condilectum uero ut haberet cui communicaret charitatis delicias. Communio itaque maiestatis fuit (ut sic dicam) causa originalis unius. Communio amoris uideretur uelut quædam causalitatis alterius. Quamuis igitur utriusque personæ productio procedat (ut diximus) de uoluntate paterna, est tamen in hac productione, uel processione gemina ratio, alia & alia causa & diuersa.

Quod alia sit germanitas quam habet ad unum, & alia quam habet ignoscibilis ad alium. Cap. VII.

Interest autem multum per omnem modum inter uelle habere condignum, & uelle habere cõdilectum. Videamus autem nunc quid horum sit prius, quid horum uero posterius. Prius autem & posterius hoc loco intelligi uolumus non temporum successione sed ordine naturæ. Quid est autem uelle habere cõdignum nisi uelle habere quæ intime diligit & coequalitatis merito digne diligere debeat? Quid est uero uelle habere cõdilectum, nisi habere uelle qui secum a suo dilectore pariter diligatur & exhibiti sibi amoris delicias secum fruatur. Sed illud primum potest consistere in sola personarum dualitate. Istud autem posterius omnino subsistere nõ potest sine personarum Trinitate: quantum uero ad ordinem nature prior est dualitas quam Trinitas. Nam ubi est Trinitas non potest deesse dualitas, potest autem dualitas esse etiam ubi cõtingit Trinitatem deesse. Constat itaque naturaliter prius dilectum esse quam condilectum habere. Quantum ergo ad naturæ ordinem principalior est processio illa cui inest principalior procedendi causa. Scimus autem quoddam secundum ordinem processionis erit proculdubio & ordo germanitatis. In humana pro certo natura primum locum tenet germanitas illa quæ est hominis ad filium, secundum autem illa quæ est hominis ad nepotem suum, tertium locum tenet quam homo quilibet ad suum pronepotem habet, & cõsequenter quidem in consequentibus uidere licet. Quid autem in hac nostra natura facit hos differentes germanitatis gradus, nisi diuersus in diuersis procedendi modus? Nam ubi nõ est

Quid inter uelle habere cõdignum, & uelle habere cõdilectum.

Principalior processio quam sit.

in

in pluribus procedendi multiformitas, nec ulla in germanitate diuersitas. Contingit namque unum eundemque hominem habere liberos plures, sed propter eandem procedendi modum una est germanitas quam habet ad omnes. Sed utique sic pro simili uel dissimili modo processionis variatur proculdubio & qualitas germanitatis. Sed iam luce clarius conitatur, quod uterque duorum de patre procedat. Est tamen alius procedendi modus in uno, & alius procedendi modus in alio. Oportet ergo ut alia sit germanitas quam habet ad unum & alia quam innascibilis habet ad alium.

Quod ille qui a patre filioque procedit eorum filius recte dici non possit. Cap. VII.

Principalior autem est illius processio pro modo naturae quem constat ab innascibili solo procedere. Vbi uero est principalitas processionis ibi & principalitas germanitatis. Obtenet autem principalem locum germanitas illa quae est patris ad filium. Merito ergo (ut superius iam diximus) filius ipsius dicitur qui ab innascibili principaliter procedere comprobatur. Sed si alia germanitas est quam innascibilis habet ad unum, & alia (ut iam probauimus) quam habet ad alium si unus ex his eius filius ueraciter dicitur, alius ipsius filius ueraciter dici non potest. Quid est enim dictum unum alterius esse filium nisi principali germanitate illi esse coniunctum? Sed ille qui tertia in Trinitate persona est, principali (ut probauimus) germanitate innascibili coniunctus non est, unde nec eius filius recte dici potest. Sed scimus (sicut sufficenter in superioribus probauimus) quod ille in Trinitate tertio procedit a ceteris duobus. Si igitur non est filius unius, nec erit filius alterius. Nam prorsus uno eodemque modo procedit tam a patre quam a filio. Si quidem utrobique una eademque est per omnia ratio. Sed quoniam hoc satis ex superioribus patet eadem explicare non oportet. Sed si non est filij filius, nec pater filij erit ipsius auus, nec ipse nepos illius. Sed inter germanitatem quae est patris ad filium, & illam quae est eiusdem ad nepotem suum nulla occurrit media in humana natura. Quae ergo quae erit germanitas illa quam habet pater & filius ad eam quae est tertia in Trinitate persona? Certe in humana natura omnis processio personae de persona principalis quidem quae fuerit immediata, aliter autem contingit (ut iam euidentissimum est) in natura diuina. Nam aliam ibi inuenis quae est immediata & principalis, aliam autem quae est immediata nec tamen principalis. Quoniam igitur quae sit immediata nec principalis in humana natura omnino non est, ex humanis ad diuina uocabulum eiusmodi germanitatis transsumi non potest. Vides certe quod ad exprimendam germanitatem patris & filij

ad eam personam quae ab utroque procedit, usque tati eloquij inopia omnino deficit.

Qua ratione Dei spiritus dicitur sit qui a patre filioque procedit. Cap. IX.

Quoniam ergo pro more nostro germanitatis uocabulum apartari non potuit, quam in scripturis diuinis spiritus Dei uel spiritus sanctus dicitur penitus praeter similitudinis rationem non fuit. Dicitur est spiritus qui ab homine procedit, & sine quo homo omnino non uiuit. Sed si pro huius similitudine ille de quo loquimur spiritus Dei dici astringitur, forte alicui haec denominatio quantum ad illum nimis peregrina uidebitur. Spiritum namque qui procedit ab homine constat ipsi homini consubstantialem non esse. Spiritus autem Dei ei a quo procedit pro certo est consubstantialis, & omnino per omnia aequalis. Quid tamen mirum si pro similitudinis ratione dicitur spiramen patris & filij qui in diuinis scripturis dicitur est digitus Dei? In eo autem quod Dei digitus dicitur, nulla inaequalitas notatur, sed ad aliquam proprietatis suae similitudinem refertur. Digtum sane potendimus cum alicui ad oculum ostendere uolumus. Quando igitur Deus alicui interna & occulta sapientiae suae spiritus sui illustratione reuelat, quid aliud quam quod uideri uult digito suo demonstrat? Nam pater quidem & filius unus idemque per omnia Deus, spiritus sui inspiratione docet nos de omnibus. Nonne magister ueritatis Spiritum sanctum diuinum esse spiramen uelut per similitudinem docuit, quando discipulis apparens inuisibilis & dixit: Accipite Spiritum sanctum? Sicut superius diximus spiritus de homine procedit, & sine ipso homo omnino non uiuit. In eo igitur quod Spiritus sanctus spiritus Dei dicitur aeterna de eo qui aeternus est processio denotatur. Imo & in eo ipso quod est ei de Deo aeterna processio, in eo ipso inquam intelligi datur quod Deo consubstantialis sit, quia de Deo procedere & aeternitatem habere non potest quod Deus non sit. Quomodo autem singularis quadam ipsius proprietate exprimitur in eo quod Dei flamen uel spiramen uel Dei spiritus dicitur, in sequentibus commodius explicabitur.

Qua ratione procedens a duobus dicitur est Spiritus sanctus. Cap. X.

Ad profunditatem intelligentiam nos uocat, & magno mysterio non uocat quod ille qui procedit de duobus (ut diximus) dicitur est spiritus sanctus. Nam pater spiritus est, & filius spiritus est, sicut ex euangelio didicimus, quoniam spiritus est Deus: similiter & pater sanctus est, & filius absque dubio sanctus, & utrumque de utroque ueraciter dici potest. Quod ergo utrumque pari ratione conuenit quomodo solus

Spiritus Dei Deo consubstantialis per omnia aequalis.

Quando Deus digito demonstrat.

solus ille quasi proprium nomen accepit? Sed appropriatio eiusmodi denominationis omnino non uidetur esse praeter rationem exprimentem cuiusque proprietatis. Si uero simile quid habet diuinae proprietatis spiritus ille qui de humano corpore procedit & est corporalis, cur non multo magis spiritus ille qui de spiritu humano procedit & est spiritualis? Quis est enim spiritus ille qui de corde humano in alijs lenius, in alijs uehementius spirat? In his tepidius, in illis ardentius flagrat, nisi intimus animi affectus & astuantis amoris impulsus? Hinc est quod illi quidem dicuntur unum spiritum habere, uno spiritu incedere, quibus inest unum consilium idem propositum, qui idem amant, idem affectant, & pari uoto desiderant. Sed spiritus iste spiritualis tunc ueraciter sanctus est, tunc ueraciter sanctus dici potest, quando pietate impellitur, & secundum ueritatem mouetur. Sine hoc spiritu nullus spirituum est sanctus, neque spiritus humanus, neque spiritus angelicus. Spiritus enim humanus tunc proculdubio sanctus esse incipit, quando quod pietatis est diligit, quod impietatis detestatur, & odit, hic utique pietatis affectus. Hic sane spiritus quando spirat, de multorum cordibus facit in multis cor unum, & animam unam. Ad huius itaque spiritus similitudinem qui procedit, & spirat de multorum cordibus, dicitur est spiritus sanctus ille qui in Trinitate personarum procedit ex duobus. Quis enim dubitet (nisi summa infantia ductus) quod in patre & filio sit idem pietatis affectus, & amor ueraciter idem & unus? Hic igitur amor qui communis est ambobus, dicitur est spiritus sanctus. hic est ille qui a patre & filio sanctorum cordibus inspiratur, iste per quem sanctificantur, ut sancti esse mereantur. Sicut spiritus humanus uita est corporum, sic spiritus iste diuinus uita est spirituum. ille uita est sensificans, iste uita est sanctificans. Merito ergo spiritus sanctus dicitur, sine quo nullus spiritus sanctus efficitur. Habet itaque nomen ex re, habet nomen pro rationis similitudine.

Qua ratione solus Dei filius imago patris sit dicitur. Cap. XI.

Hoc itaque nomen quod est spiritus sanctus soli uni quasi proprium attribuitur, quamuis iuxta rationem substantiae omnibus commune uideatur. Notandum quod sunt quaedam proprietatum nomina quae nulla ratione possunt conuenire nisi uni soli personae. Hinc est quod solus unus dicitur est pater, solus unus dicitur est filius sicut superius iam satis ostendimus. Hinc est quod solus Dei filius imago patris dicitur, hinc item quod solus ipse uerbum denominatur. Fides catholica fatetur & ratio multiplex attestatur, quod qualis pater talis filius talis spiritus sanctus. Absque dubio uterque patri consimilis, uterque patri per omnia coae-

De spiritu humano corpore soli & spirituali.

Quando spiritus spiritualis dicitur sanctus.

Spiritus humanus quando incipit esse sanctus.

Quis amor sit spiritus sanctus.

Humanus spiritus uita est corporum & diuinus uita est spirituum.

De nominibus proprietatum quae non possunt conuenire nisi uni personae soli.

qualis. Si sapientiam si potentiam penes, si bonitatem si beatitudinem cogites, nihil maius in uno nihil minus in altero omni remota ambiguitate reperies. Si igitur Dei filius recte dicitur est imago patris, pro ratione expressa in eo similitudinis, cur non etiam spiritus sanctus imago patris recte dicatur cum utriusque similis & coequalis inueniatur? Sed huius questionis non dum (ut credo) citius soluius si ad proprietatum considerationem recurrimus. Commune est omnibus (ut superius iam diximus) omnem plenitudinem habere, commune patri & filio tam habere quam dare, proprium autem spiritui sancto habere nec alicui dare. In hoc igitur solus filius expressam in se patris similitudinem habet & imaginem tenet, quod sicut diuinitatis plenitudo manat de uno, sic & eadem plenitudinis largitio manat de alio. Nec minus aliquid nec alio modo accipit spiritus sanctus ab uno quam ab alio. Nulla autem persona omnino a spiritu sancto plenitudinem diuinitatis accipit & idcirco imaginem patris in seipso non exprimit. Ecce habes cur imago patris dicatur solus filius, & non etiam spiritus sanctus, sed hoc ipsum quod diximus propter simpliciores adhuc expressius, uel (ut sic dicam) grossius loquamur. Imago iuxta consuetudinem humanam magis solet dici propter similitudinem extrinsecam quam propter similitudinem intrinsecam. Ecce hominis imaginem dicimus statuatam aliquam, & hoc utique propter solam similitudinem extrinsecam. Nam si interiora statuae cogites, non tam similitudinem quam dissimilitudinem inuenies. Vt igitur de illa personarum Trinitate aliquid loquamur iuxta humanum modum, quasi intrinsecus cuique est quod est apud semetipsum, quasi uero extrinsecus est habitudo quam habet ad alium. Eandem autem habitudinem quam habet pater ad spiritum sanctum, eandem inquam constat habere & filium. Quoniam igitur patris habitudinem in plenitudinis suae largitione praeferre uideatur, recte solus filius patris imago nominatur. Nam spiritus sanctus nec patris nec filij imago dicitur, quoniam in habitudine quam diximus neutri assimilatur. Ecce in tanta mysteriorum profunditate ubi clare uidere non possumus, similitudinum attractione palpamus. Sed nec illud praetereundum quod idcirco fortassis non immerito spiritus sanctus dicitur, ut eo ipso falsae opinioni obuietur, ne quis propter praedictam eius proprietatem de eius benignitate minus dignè sentite uideatur.

Qua ratione solus Dei filius uerbum sit dicitur. Cap. XII.

Item si quaeratur qua ratione solus Dei filius uerbum dicatur, ex proprietatum nihilominus consideratione, hoc ipsum eliciendum uideatur. Ecce dicamus quod proferetis uerbum, sensus

Cur spiritus sanctus non dicatur imago patris.

Alia ratio.

Similitudo in humanis magis dicitur propter extrinsecam quam intrinsecam similitudinem.

Quid in diuinis secundum humanum modum loquendi dicatur intrinsecam quod ue extrinsecam.

Quaestio cur Dei filius uerbum dicatur.

**Respō.** sensus & sapientia ipsius a quo profertur solet esse indicatiua. Recte ergo uerbum dicitur per quem patris qui fons sapientia est notitia manifestatur. Sed ad ista fortassis respondens dicis, quia nomen patris manifestatur non solum per filium uerumetiam per spiritum sanctum, siquidem ipse spiritus sanctus est illa unctio qua nos docet de omnibus. Ipse qui nos omnia docet & suggerit & in omnem ueritate introducit. Si iuxta hanc rationem uerbum dicitur filius, cur non similiter uerbum dicatur etiam spiritus sanctus? Addamus itaque quia uerbum nascitur de corde solo, & ipso propalatur proferentis intentio. Iure igitur solius patris sola genitura uerbi nominatur per quod ipse qui principalis est sapientia manifestatur. Iuxta hoc itaque nuncupatio uerbi pro similitudinis ratione uidetur conuenire filio soli. Sed adhuc fortassis iterum dicis, quia aliud uidetur esse uerbum cordis, & aliud uidetur esse uerbum oris, illud de corde oritur, istud uero ore profertur. Illud interius latet, per istud cordis cognitio patefieri solet. Et neutrum eorum utramque dictarum proprietatum habet, sed una unius, altera uidetur alterius. Sed dico quia si subtilius peses idem uerbum esse inuenies & quod corde concipitur & quod uoce profertur. Quid est enim uox, nisi uerbi uehiculum, uel si magis placet uerbi indumentum? Nunquid est alius aliquis homo indutus, & alius aliquis cui fuerit exutus? Nunquid quaeso uerbum quod ore profertur potuisses nisi ipsum prius per cogitationem in corde habuisses? Et cum uerbum prolatum ab auditore fuerit intellectum, nonne idem uerbum incipit esse in corde suo quod prius erat in corde tuo? Si uero aurem haberet ad locutionem cordis quemadmodum habet ad locutionem oris, non omnino opus haberet ut ei exterior locutio fieret. Ex his (ut credo) patenter intelligis, quod idem uerbum est oris quod cordis. sed in corde est sine uoce, in ore uero cum uoce. Absque dubio una & eadem ueritatis corde concipitur, uerbo profertur, auditione addiscitur. Verbum esse habet ex solo corde, auditio aurem ab utroque. Quoniam ergo uerbum de solo corde procedit, & per ipsum cordis sagacitas innotescit, recte a simili Dei filius uerbum patris dicitur per quem paterna claritas manifestatur. In parte omnis ueritatis conceptio, in eius uerbo omnis ueritatis prolatio, in spiritu sancto omnis ueritatis auditio, iuxta hoc quod in euangelio legitur de ipso: *Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur.* Non igitur pater potest dici uerbum qui non est ab aliquo, sed nec spiritus sanctus qui non est ab uno solo. Sed solus filius qui est ab uno solo a quo emanat omnis ueritatis manifestatio. De hoc uerbo habes in psalmo. *Eructauit cor meum uerbum bonum.* In hoc uerbo loquitur pater spiritui sancto. In hoc loquitur spiritui creato angelico & humano. Locutio autem

**Questio.** cur non similiter uerbum dicitur spiritus sanctus.

**Respō.** Instantia de uerbo cordis, & uerbo oris.

**Respō.**

**Vox quid sit.**

**Declaratio.**

**Ioan. 16.**

**Psal. 144.**

**A** secundum superius dicta alia intrinseca, alia extrinseca. Intrinseca uero est illa quam capit solus spiritus sanctus, extrinseca est illa quam capit spiritus creatus. Et sicut interior locutio in nobis fit sine humani status cooperatione, exterior autem omnino non fit nisi ipso cooperante, sic sane in illa supereminenti natura interna illa locutio agitur auctore patre solo. Nam solus pater dicit, solus spiritus sanctus audit. Exterior autem locutio peragitur auctore etiam flamine diuino hoc est spiritu sancto. Hinc est etiam quod idem spiritus nunc flamen, nunc spiramen, nunc spiritus Dei dicitur, per quem spiritibus angelicis & spiritibus humanis Dei uerbum inspiratur. Ecce habes quod superius proposuimus, cur unus solus in Trinitate dictus sit Dei spiritus, habes nihilominus cur uerbum Dei dictus sit solus filius.

**Locutio intrinseca.**

**Locutio extrinseca.**

*Secundum clarificandi modum solus filius clarificat patrem suum, unde & non immerito eius dicitur uerbum. Cap. XIII.*

**C** Ecce dum unam questionem soluere laboramus aliam incidenter incurrimus. Diximus quod Dei filius uerbum dicitur, eo quod ipse paternam claritatem loquitur, & qualis uel quanta sit per ipsum manifestatur. Sed sicut filius clarificat patrem suum, nonne & pater reuelatione sua clarificat filium suum? Iuxta hoc quod ipse filius ait ad Petrum: *Beatus es Symon bariona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est.* Sed attende ne forte secundum quendam clarificandi modum filius clarificet patrem suum, secundum quem tamen modum pater non clarificat filium suum. Est enim filius a patre suo, non autem pater a filio. Apparet itaque in filio paternae proprietatis gloria quanta sit, qui filium talem & per omnia sibi aequalem & habere uoluit & potuit. Quante benignitatis, quante dulcedinis, quante beneuolentiae fuit quod de magnitudinis suae diuitijs nihil sibi soli reseruauit, nihil habere uoluit quod non illi communicauerit. Ecce habes singularem quendam clarificandi modum secundum quem filius clarificat patrem suum. Sed forte ad haec obijcis & dicis, quia eodem clarificandi modo pater clarificatur etiam a spiritu sancto. Sicut enim filium coadessse sibi uoluit ut haberet cui communicaret magnitudinis suae diuitias, sic & spiritum sanctum coherere sibi uoluit ut esset cui communicaret charitatis suae delicias. Vtrumque paternam gloriam loquitur, in utroque paternae proprietates declaratur. Sed nota quod praedicta paternae proprietates clarificatio quam habet pater in filio, non est ei communis cum aliquo, quoniam filius est a patre solo. Illa autem clarificatio quae relucet in spiritu sancto, non est declaratio paternitatis, nec est solius patris sed est eum suo filio communis. Nam spiritus sanctus non

**Ioan. 17.**

**Matt. 16.**

**Obiectio.**

**Respō.**

non est a patre solo, sed prorsus pari modo tam a patre quam filio. Recte ergo filius uerbum, uel lingua patris dicitur, in quo solo iuxta praedictum modum paternitatis gloria declaratur.

*Cur Spiritus sanctus dicatur donum Dei, & unde, uel quomodo habeat mitti, uel dari. Cap. XIII.*

**Questio.** cur Spiritus sanctus dicatur donum Dei.

**Quid sit Spūs sancti datio.**

**Qd ignis corporalis circa ferrū, hoc Spūs sanctus circa cor.**

**Rom. 5. Instantia.**

**Respō.**

**D**iligenti consideratione dignum uidetur, qua ratione Spiritus Sanctus donū Dei dicatur. Sicut in superioribus evidenti explanatione ostendimus, in patre est plenitudo amoris gratuiti, in spiritu sancto plenitudo amoris debiti, in filio plenitudo amoris debiti simul & gratuiti. Quomodo autem haec omnia oporteat intelligi, satis tibi diligenter expressi. In illa uero summe simplici natura, ubi non potest esse compositio aliqua, pro certo non est aliud aliud Spiritus sanctus, & aliud aliquid amoris sui. Quid itaque est Spiritus sancti datio, uel missio, nisi debiti amoris infusio? Spiritus sanctus ergo tunc homini diuinitus datur, quando debitus datus amor mentis humanae inspiratur. Cum enim hic spiritus spiritum rationale intrat, ipsius affectum diuino ardore inflamat, & ad proprietatis suae similitudinem transformatur, ut auctori suo amorem quem debet exhibeat. Quid enim est Spiritus sanctus nisi ignis diuinus? Omnis enim amor est ignis, sed ignis spiritualis. Quod facit ignis corporalis circa ferrum, hoc agit hic ignis de quo loquimur circa cor secundum, frigidum, & durum. Nam ad huius ignis immisionem, animus humanus omnem nigredinem, frigiditatem, darditiam paulatim depouit, & totus in eius a quo inflamatur similitudinem transit. Nam ex successione ignis diuini, incandescit, totus exardescit, pariter & eliquescit in amorem Dei. Iuxta illud Apostoli: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Sed cur quaeso dicitur per spiritum sanctum, magis quam per patrem & filium? Sed scimus quia pater auctor, uel datorem non habet, unde nec nisi gratuitum amorem habere ualet. Filius autem (ut superius dictum est) habet amorem tam gratuitum, quam debitum. In diuino itaque amore proprietati filij, uel proprietati patris conformari non possumus, qui simul utrumque, uel saltem solum gratuitum amorem erga Deum habere non ualemus. In quo ergo quaeso creatura creatorem suum gratis diligere ualet, a quo habet totum quod habet? In quantum igitur auctori nostro debitum amorem reddimus, intantum pro certo Spiritus sancti proprietati configuramur. Ad hoc namque homini datur, ad hoc illi inspiratur, ut illi in quantum sibi possibile est, configuretur. Mittitur autem haec datio, uel datur haec missio simul & pari modo, tam a patre, quam a filio. Spiritus namque sanctus ab utro-

**A** que habet totum quod habet. Si igitur ab utroque habet esse, posse, & uelle, merito eum dicuntur mittere, uel dare a quibus accepit, ut possit, & uelit uenire, & nobis inesse.

*Quare speciali quodam dicendi modo potentia attribuitur ingenito, sapientia genito, bonitas Spiritui sancto. Cap. XV.*

**Questio.**

**Cur speciali quodam modo potentia ingenito, &c. attribuat.**

**Respō.**

**De multiplici potentia.**

**Bonitas, est bona uoluntas.**

**L**ibet me hoc loco repetere, quod recolo me aliam scripsisse. Quare speciali quodam dicendi modo potentia attribuitur ingenito, sapientia genito, bonitas Spiritui sancto. Quid sit potentia, quid sapientia, quid bonitas, uel charitas, omnes in commune nouimus, & quotidiano experimento probauimus. In his itaque quae manifesta, & nobis nota sunt, erudimur (ni fallor) ad eorum notionem, quae humanae capacitatis modum excedunt. In tribus enim his, forma quaedam, & imago summae trinitatis exprimitur. Et quoddam nobis uelut speculum proponitur, ut inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciantur. Quae igitur sunt in trinitate ista, respondent his quae sunt in trinitate illa. tria, tribus, similia, similibus, propria, proprijs, singula, singulis. Videmus quia potest esse multiplex potentia, etiam ubi nulla est, uel esse potest sapientia. Taceo de elementis, uel quibuslibet rebus insensatis. In rebus etiam animatis, & brutis, est potentia audiendi, uidentis, potentia ambulandi, comedendi, & bibendi, & cetera huiusmodi. In his uero nulla sapientia est, nulla naturaliter inesse potest. Constat ergo quod superius dictum iam est, quia potest esse multiplex potentia, ubi nulla potest esse sapientia. E contra autem ubi nulla potentia est, nulla sapientia inesse potest. Nam posse sapere, absque dubio est aliquid posse. Dat itaque esse posse, non sapientia potentia, sed potentia sapientia. Item constat, quod lucifer qui mane oriebatur, multam habet potentiam, multam sapientiam, sed nullam omnino uoluntatem bonam. Bonitas autem est bene uelle, quid est enim bonitas nisi bona uoluntas? Tectis itaque lucifer ille obduratus in sua peruersitate, quod possit esse multiplex potentia, simul & multiformis sapientia, ubi nulla manent bonitatis uestigia. E contra autem nulla bonitas inesse poterit, ubi sapientia, uel potentia omnino defuerit. Nam posse bene uelle, est aliquid posse. Sapientia uero est discernere inter bonum & malum. Et sine huiusmodi discretionem, nescit uoluntas quid sit eligendum. Ut possis ergo bonitatem habere, oportet ut scias & ualeas bonum eligere. potentia dat posse, sapientia dat nosse, sine quibus bonitas non prodit ad esse. Contrahit itaque suum esse bonitas uera, tam a sapientia, quam a potentia. In hac itaque rerum trinitate sola potentia non est de reliquarum aliqua. Sapientia autem est de potentia

**S**

**potentia**



potentia sola, bonitas vero de potentia simul & sapientia. Vides certe quomodo in hac re trinitate expresse sunt proprietates trinitatis illius summa & eterna. Ibi est persona ingenti, quae non est ab alio aliquo. Ibi est persona geniti, quae est ab ingenito solo. Ibi est persona Spiritus sancti, quae est tam ab ingenito, quam a genito. Quoniam ergo in potentia exprimitur proprietates ingenti, speciali quodam considerationis modo merito ascribitur illi. Sed quoniam in sapientia exprimitur proprietates geniti, merito & illa iuxta eundem modum ascribitur ipsi. Item quia in bonitate proprietates Spiritus sancti inuenitur, merito & ei bonitas specialis assignatur. Ecce quomodo ex hac rerum trinitate surgit consideratio, ex qua per exemplum ostenditur, qualiter intelligi ualeat quod de diuinis proprietatibus legitur.

*Quare Pater dicatur ingentus, Filius genitus, Spiritus sanctus nec ingentus, nec genitus. Cap. XVI.*

**Quaestio.** **Q**uare autem pater dicatur ingentus, filius uero genitus, per facile est uidere, nec eget laboriosa expositione. Solus pater a nullo alio est, & ideo genitus nulla ratione dici potest. Nam si genitus esset, ipsum quod est ab alio accepisset. Merito ergo ingenti nomen accepit, qui ab alio aliquo originem non habuit. Si uero filium non genuisset, pater nullatenus dici debuisset. Quod autem filium ab aeterno habuerit, ex praedictis iam patuit. Filius itaque quem ab aeterno habuit, ab aeterno genitus fuit, & merito dici debuit quod ab aeterno esse accepit. Ergo dicitur genitus, nec solum genitus, sed etiam unigenitus, nam in trinitate non est nisi unus filius. Germanitatem namque illam quam habet pater ad filium, nec pater, nec filius habet ad Spiritum sanctum. In humana natura ubi persona de persona gignitur, unus pater, alter filius nominatur. Recte ergo Spiritus sanctus genitus non dicitur, ne qui filius non est, filius putetur. Nec tamen ingentus dicitur, ne eo ipso is qui a semetipso non est aliunde habere originem negetur. Nomen enim geniti, quandoque strictius, quandoque largius accipimus. Non enim omnibus quae gignere, uel gigni dicimus, eadem secundum usum loquendi germanitatis uocabula attribuimus. Cum homo hominem gignit, hunc parentem, illum prolem, hunc patrem, illum filium, hunc genitorem, illum genitum uerba loquendi dicere consueuit. Arbor ramos gignere dicitur, non tamen arbor parens, nec ramos proles illius nominatur. Ramus florem gignit, nec tamen ille pater, hic filius dici consueuit. Vermis ex fructu gignitur, nec tamen hic genitor, ille huius geni-

**A**tus nominatur. Ecce uerum secundum unam acceptionem genitum dicimus, & secundum aliam acceptionem genitum negamus. Generatio autem quando large accipitur, nihil aliud uidetur esse quam productio existentis de existente secundum operationem naturae. Productio uero, quae secundum naturam operationem non est, generatio iuxta usum dici non potest. Eua de Adam secundum operationem naturam non est producta, & ideo non dicitur generata. Quaedam autem naturalis productio, praedicta illa germanitatis nomina suscipit, quaedam (ut iam diximus) omnino non suscipit. Quoniam igitur proculdubio Spiritus sancti (prout diximus) talis non est ut debeat dici filius, merito quidem non dicitur genitus. Sed quia eius processio secundum naturam productionem est, non debuit dici ingentus. Rationabiliter itaque (sicut iam diximus) genitus non dicitur, ne qui filius non est, filius esse credatur. Rationabiliter nihilominus ingentus non dicitur, ne in hoc naturalem originem habuisse negetur.

*Quid sit patrem gignere, quid sit filium nasci de patre, quid prociacere ex generatione, quid procedere sine generatione. Cap. XVII.*

**Quaestio.** **Q**antum ad humanam naturam spectat, substantialem sibi de seipso producere, idem uidetur esse quod prolem gignere, quod filium generare. In natura autem diuina si bene perpenditur, multo aliter inuenitur. Pater si quidem, tam filium, quam Spiritum sanctum de seipso producit, uterque autem sibi consubstantialis existit. Et tamen uterque eius filius dici non potest, quoniam utriusque productio uniformis non est. Si enim utraque uniformis esset, una secundum ordinem naturam, altera principalior non fuisset. Quod autem una principalior altera sit, superior disputatio inuenit. Scimus autem quoniam in propagatione humanarum personarum multiformis est modus, secundum diuersos germanitatis gradus, sicut superius iam diximus. Nam alius est procedendi modus filij de patre suo, alius nepotis ab auo, alius autem pronepotis a proauo. Quod uero dico de istis, uideri potest & in reliquis, inter omnes enim procedendi modos constat primum locum tenere, & ceteris principaliores esse illi procedendi modum qui est filij de patre. Nam ubi iste non praecesserit, ceterorum nullus existendi locum omnino habebit. Quando autem transmuntur nomina de humanis ad diuina, constat utique hoc fieri similitudinis gratia, iuxta id quod in Apostolo legitur: *Quia inuisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Iuxta rationem ergo similitudinis propositae, quid aliud intelligitur cum Deus deum gignere, praeter Deum deum filium generare, quid inquam aliud oportet intelligere, quam illi qui producit alium de se procedentem, iuxta principalem procedendi modum produ-

**Generatio quod sit, quid uel productio.**

**A**llere multiformis. Praeter ceteris autem omnibus pro dignitate naturae, ille productionis modus praecipuus uidetur, qui secundum naturalem (qui inanimatis inesse non potest) appetitum agit, & secundum quem solum genitor & pater dicitur ille qui generat, genitus, & filius ille qui generatur. Iuxta hanc considerationem possumus dicere, quod idem uidetur esse naturalis productio animantis de animante in conformitatem substantiae, quod parenti prolem generare. Non autem omnis productio animantis de animante secundum operationem naturam, potest in hac diffinitione concurrere. Vermis enim cum ex homine nascitur, quis est hominis prolem, uel hominem ipsius parentem fateatur. Sciendum est autem, quod si homo non peccasset, si naturam suam integritatem seruasset, in producenda prole duceretur quidem non tam secundum appetitum animale, quam secundum consensum rationale. Esset itaque homini in generis sui propagatione, non tam appetitua, quam uotua productio proles, iuxta conformitatem imaginis suae. Si itaque homo primordialis puritatis integritatem seruasset, ad diuinam similitudinis rationem in eiusmodi magis accederet. Sed ut ad id redeamus, propter quod & ista interposuimus, uidetur idem esse Deo patri filium gignere, quod personam de sua substantia naturaliter, & pro uoto producere, iuxta singularem quandam configurationem proprietatis suae. Commune est omnibus in illa trinitate, plenitudinem diuinitatis habere. Proprie proprium autem Spiritui sancto habere, nec personae alicui dare. Commune autem patri & filio, tam habere, quam dare. Merito quidem eius filius dici debuit, cui pater hanc proprietatis suae figuram, & imaginis formam intum impressit, & plenè expressit. Propter hanc conformitatis expressionem solus filius imago patris dicitur, propter hoc solus filius figura substantiae illius rectè nominatur. Quoniam ergo pater in producendo Spiritum sanctum ei (ut sic dicam) imaginis figuram non impressit, eius filius dici non debuit, quam uis de eo naturaliter processerit. Sicut non in omni processione existentis de existente secundum operationem naturam, solet usus uni proli, alteri parentis nomen accommodare.

**B** **C** **D** **E**

**Si homo non peccasset, quomodo se haberet in productione, seu generatione.**

*Item docetur alia ratione, quid sit patri filium generare. Cap. XVIII.*

**S**icut iam superius notauimus, paupertas humanae loquelae compellit nos saepe dictionum significationem uariare. Hinc est illud (ut iam diximus) quod generationis significationem modo extendimus, modo restringimus, quod dictum est de generatione, idem dicimus & de processione. Quod enim dicimus procedere, non utique solemus uniformiter accipere. Quantum ad generalem acceptionem, idem esse uidetur gigni, quod existens de existenti secundum naturalem operationem produci. Iuxta hanc acceptionem solus in trinitate pater ingentus dicitur, Spiritus sanctus ingentus esse negatur. Productio autem existentis de existente, pro diuersis naturis proculdubio inuenitur

Richardi S. Victoris. Pars I.

S 2 bet

ber cum ipso? Itaque tam filio quam patri videtur esse commune de sua persona personam producere ad imaginem similitudinis suae, utrobi que procedens de altero videtur esse productus imago. Si igitur recte ingenti filius dicitur quem producit de se ad imaginem similitudinis suae, cur Spiritus Sanctus eadem ratione non recte dicatur filius geniti, quem genitus producit de se sub imagine similitudinis suae? Sed res rei imago dici non solet, pro eo quod utraque simile non habet, sed pro eo quod utraque simile habet. Quomodo ergo unus dicatur alterius esse imago ex eo, quod uterque dicitur non habere? Neuter enim habet a semetipso esse, vel aliquid a semetipso. Alioquin lapis recte dicitur imago hominis, & homo recte dicitur imago lapidis, quoniam neuter a semetipso habet quod habet, sed nec habere valet. Quod quam friuolum sit, nemo non intelligit. Sed dicis ad ista fortassis, sicut commune est Patri & Filio diuinitatis plenitudinem dare, sic Filio & Spiritui Sancto commune est eadem plenitudinem accepisse. Cur ergo eadem affinitas germanitatis utrobique non ascribitur alterutris, propter conformitatem alternae similitudinis? Sed notandum quod sua spiritus sancti acceptio, est ei tam a patre quam a filio. Sed pro accipiendo non potest dici patris imago, qui nihil omnino accipit ab alio aliquo, cum sit unius in hoc ad alteram dissimilitudo magis quam similitudo. Non ergo ex eo in quo ei dissimilis est, eius imago, vel eius filius recte dici potest. Sed si non est filius unius, nec debet dici filius alterius, quoniam germanitatem quam habet ad unum, eadem proculdubio habet ad alterum, eo quod uniformiter omnino procedat tam ab ingenito quam ab unigenito, & totum quod accipit ab uno, accipit ab alio, & eodem modo. Denique ex eo quod dicitur spiritus sanctus omnem plenitudinem accepisse, ostenditur a semetipso non habere. Et ex eo (ut iam diximus) quod dicitur non habere, non recte dicitur alterius imago esse. Sed ubi ad imaginem & similitudinem producentis procedens non gignitur iuxta usum loquendi nec pater qui gignit, nec filius dicitur qui generatur. Legitur de Adam: *quod genuerit ad imaginem & similitudinem suam.* In sola autem huiusmodi generatione, solet vsus dicta illa principalia germanitatis nomina accommodare. Ex his itaque quae dixi colligitur, quod spiritus sanctus non sit imago unigeniti, sed nec eius filius debeat dici.

Cur Spiritus sanctus non dicatur filius.

Gen. 5.

*Quod ibi sit querenda imago paterna ubi est mutua congruentia non sine aliqua differentia, nec differentia sine mutua congruentia. Cap. XX.*

**E**xistimabit forte aliquis, quod filius iecit co dictus sit imago patris, quod ei sit in

**A** potentia, sapientia, & bonitate per omnia similis, & omnino aequalis. Sed si ex hac consideratione diceretur filius imago patris sui, cur non eadem ratione spiritus sanctus dicitur imago patris simul & filij? Nam ubi dictum est qualis pater, talis filius, statim adiunctum est, talis spiritus sanctus. Vbi praemittitur omnipotens pater, omnipotens filius, illico subiungitur omnipotens spiritus sanctus. Dicitur quia Deus pater Deus filius, ubi etiam annectitur quod Deus sit spiritus sanctus. Si filius itaque dicatur imago patris pro huiusmodi similitudine vel aequalitate, quare non oportet de spiritu sancto pro similibus similia sentire? Sed valde notandum & cum summa diligentia considerandum, quid pro capacitatis nostrae exiguitate de diuinitate dicatur minus proprie, vel quid magis dicatur expresse. In scriptura siquidem sacra multa quidem, & velut ex industria minus proprie dicuntur, ut ab exiguitate nostra facilius capiantur. Saepem autem ea quae dicit minus proprie solet euidentiori expressione corrigere. Hinc est quod ubi praemittitur aeternus pater, aeternus filius, aeternus spiritus sanctus, quasi ad veritatis expressionem statim annectitur, & tamen non tres aeterni, sed unus aeternus. Sic sane ubi dictum est omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus, subsequenter quasi corrigendo adiungitur, & tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Dicitur similiter quia Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus, statim subiungitur & tamen non tres dii, sed unus est Deus. Vbi itaque est simplex unitas, & summa simplicitas, quid ibi facit qualis, & talis? Nihil recte dicitur sibi ipsi aequale. Vbi vera unitas est, non tam aequalitas, quam identitas conuenienter dici potest. Pater potentia est, filius potentia est, spiritus sanctus potentia est, nec tamen nisi una & eadem potentia pater, & filius, & spiritus sanctus. Quod dicimus de diuina potentia, idem & de diuina sapientia, idem per omnia & de diuina substantia. Neque est aliud Dei potentia, vel sapientia, quam eius substantia. In humana natura substantia filij conuenienter dici potest imago patris sui, quoniam alia est substantia patris, alia filij. In diuina autem natura, una eademque substantia est patris, & filij, & spiritus sancti. Quae igitur comparatio esse potest, ubi vera unitas est? In summa namque simplici unitate, non potest similitudo vel dissimilitudo inesse. Imago paterna est inquirenda ubi est mutua congruentia, non sine differentia aliqua, nec differentia sine qua maxima conuenientia. Oportet itaque ad proprietatum considerationem recurrere, qui ista de quibus loquimur cupit plenius agnoscere. Est autem (ut saepe iam diximus) omnibus commune plenitudinem diuinitatis habere. Proprium uero est patri non accepisse, sed dare, proprium est filio tam accepisse

Cur Spiritus sanctus non dicatur imago patris & filij.

uisse quam dare. Conuenientia itaque est in dando, differentia uero in accipiendo. Quomodo autem in hac mutua conuenientia patris imaginem filius gestat (sicut superius docuimus) aperta ratio demonstrat.

*Qua ratione Dei unigenitus dicitur figura substantiae ipsius. Cap. XXI.*

**O**pus est alta consideratione, si cupimus certius agnoscere qua ratione Deus Dei filius, dicatur figura substantiae illius. Vbi nominatur figura alicuius substantiae, possumus hoc ipsum (ni fallor) duobus modis intelligere. Nam si ad humana recurrimus, ut per speculum uidere possumus, alia uidetur hominis figura, quae eius substantiam informat, & alia est figura imaginis, quae eum repraesentat. Vtraque tamen figura est, utraque ipsius figura dici potest. Vbi itaque est gemina substantia, potest esse hinc informans, illinc repraesentans figura. Sed patris & filij est una eademque substantia. Iuxta itaque hunc modum, non potest filius dici paterna substantiae figura. Sed si non potest dici figura iuxta hunc modum repraesentans, nunquid dici poterit figura informans? Sed si filius patrem informaret, eum utique eo ipso formosum redderet, & tunc non tam filius a patre, quam pater a filio pulchritudinem acciperet. Sed in hoc nec ratio consentit, nec fides catholica hoc recipit, testante ueritate didicimus: *Quoniam spiritus est Deus.* Super his itaque quae quaerimus spirituale naturam interrogetur. Spirituales autem natura est anima tua, anima uero tua, aut formosa est, aut deformis ex uoluntate sua. Formosam facit uoluntas bona, deformis fit ex uoluntate mala. Formosam eam facit sua benignitas, deformem sua malignitas. Ex his licet pendere quae sit figura spiritalis substantiae. Proculdubio (dante domino) eadem perfectionis forma, potest informare animam tuam & animam meam. Si itaque iuxta uoluntatis similitudinem, patris ac filij conformitatem, uel configurationem quaerimus, absque dubio, & sine omni contradictione inueniemus, quod sicut pater uult habere personam procedentem de se, cui possit impendere sibi dilectionis delicias communicare, ita & filius per omnia similiter, & habere uult, & habet pro uoluntate. Sicut ergo superius diximus de imagine, sic & configuratio colligenda est ex proprietatum consideratione. Vbi (ut iam diximus) inuenitur mutua conuenientia, nec tamen sine aliqua differentia, nec differentia sine quam maxima conuenientia.

Ioan. 4.

Quomodo anima fiat formosa, uel deformis.

**A** *Quod ea quae de ingenua & genita substantia, secundum catholicam fidem a sanctis patribus accepimus, credere debemus, quamuis quam uera sint, interim per intelligentiam capere nequeamus. Cap. XXII.*

**S**ed dicis ad ista fortassis. Vbi non est pluralitas, non potest esse conformitas. In uera autem diuinitate nulla est pluralitas substantiarum, cum tamen ueraciter ibi sit pluralitas personarum. Quid ergo est, quod filius dicitur figura paterna substantiae, & non potius paterna persona? Nam sicut dictum est, non potest dici paterna substantiae figura quasi ipsum informans, nec si utriusque est una eademque substantia, uidetur posse dici figura paterna substantiae figuram repraesentans. Sed notandum quoniam quod dicitur filius ab Apostolo: *Figura paterna substantiae*, idem ualet, ac si diceretur figura substantiae ingenuae. Nihilominus autem si diceretur figura ingenuae substantiae, idem esset ac si diceretur figura ingenuae personae. Si patrem dicis, si ingenuam substantiam, si ingenuam personam nominas, eandem proculdubio personam designas. Proculdubio nihil aliud est patris persona, quam substantia ingenua, nihil aliud filij persona, quam substantia genita. Sed multi temporibus nostris surrexere, qui non audent hoc dicere, quin potius quod multo periculosius est, contra sanctorum patrum auctoritatem, & totaestestationes patrum traditionum audent negare, & modis omnibus conantur resellere, nullo modo concedunt, quod substantia gignat substantiam, uel sapientia sapientiam. Pertinaciter negant, quod omnes sancti affirmant, ad id quod ipsi dicunt, auctoritatem inuenire non possunt. Afferant si possunt auctoritatem, non dicam plures, sed saltem unam, quae neget substantiam gignere substantiam. Nam ad hoc quod dicimus, auctoritates multas etiam ipsi adducunt, & in morem Goliae gladium, ex quo iugulentur deferentes, ad certamen procedunt. Sed sic intelligendum est (inquiunt) quod patres dicunt, bene patres dicunt, quod substantia substantiam gignit, nostra expositio ad hoc contendit, ut credamus quod substantia substantiam non gignit. Fidelis expositio, & omni acceptione digna, quae hoc quod sancti patres pariter clamant, contendit esse falsum, & quod nemo sanctorum asserit, contendit esse uerum. Sed dicunt: Si filij substantia est genita, patris uero ingenua, quomodo utriusque erit una eademque substantia? Absque dubio substantia filij est genita, substantia patris ingenua, nec ingenua substantia est genita, nec genita est ingenua. Nec tamen sequitur ut ibi sit alia, & alia substantia, sed alia & alia persona. Pro certo aliter est in natura diuina, & aliter in

Hebr. 1.

Nota de haereticis.

Obiectio.

Responsio.



natura humana. I. humana natura si substantia alicuius unius sit genita, alterius vero ingenta, absque omni contradictione consequens erit, ut alia sit substantia unius, & alia omnino substantia alterius, in diuina uero natura, proculdubio unius substantia est ingenta, alterius genita, nec tamen consequens est, ut alia sit substantia unius, & alia alterius, sed ut alia sit persona istius, & alia persona illius. Non capio (inquit) non intelligo, sed quod per intelligentiam capere non potes, per fidei deuotionem credere potes. Alioquin tibi, tuisque similibus dicitur, si non credideritis non intelligetis. Cur non creditis, quod uniuersalem Ecclesiam quotidie de Christo confitentem agnoscitis? Deus est ex substantia patris ante secula genitus. Sed forte non uultis hoc credere, eo quod non potestis exemplo probare, uel per intelligentiam capere. Nunquid per intelligentiam capitis, uel ex exemplo probatis, quod unitas substantia possit esse in personarum pluralitate, & personarum pluralitas in unitate substantia? Nunquid magis excedit humanam intelligentiam illud quod pertinaciter negatis, quam istud quod nobiscum ueraciter affirmatis? Si uero eius assertionis enodationem nostis quam astruitis, cur eam in lucem non profertis? Cur eam fratribus inuidentis? Et si uos later utriusque enodatio, cur creditis sanctis patribus in uno, & non aequè eis creditis in altero? Si ipsis iure creditur, non aliud est patris persona, quam substantia ingenta, nec aliud filij persona, quam substantia genita. Ut autem breuiter dicamus quod super proposita questione sentimus, in hoc genita substantia ingenta filius habet esse a patre eandem quam ista de se personam, & eodem modo producit, & eiusdem doni causa, & origo, author, & principium existit. Eadem sane totius plenitudinis largitio per omnia manat, tam ab una, quam alia, tam a genita, quam ab ingenta substantia.

*Qua ratione conuinci possit, quod de ingenta substantia, & genita catholica fides tradit. Cap. XXIII.*

Quando ad sublimium & inuisibilem inuestigationem & demonstrationem nitimur, similitudinum scala libèter utimur, ut habeant qua ascendere possint, qui contemplationis pennas pondum acceperint. In illa itaque natura quam ad diuinam imaginem & similitudinem factam agnouimus, diuinum simile libèter quatimus, & elicimus unde ad diuinum intelligentiam subleuari ualeamus. Ecce sint duo quorum unus alicuius rei scientiam, uel alicuius artis notitiam per seipsum excogitando inuenit, & quicquid inde aduenire potuit, alteri tradidit, & ad plenum, & ad integrum erudit. Quid ergo, nunquid non eadem scientia eadem ueritas absque ambiguitate aliqua con-

Ma. 7.

Athanasius 1a simbolo.

stat esse tam in corde unius, quam in corde alterius? Alioquin alium non docuit scientiam, quam alter inuenit. Ecce unus eorum scientiam tradidit, alter accepit. Vides certè quod unius scientia sit ab alio accepta, illius (ut sic dicam) omnino inaccepta. Nunquid tamen aliud aliquid est ista quam illa? Si quicquid ueritatis est in ista, totum nec aliud est in illa, proculdubio utriusque scientia erit essentialiter una. Constat tamen nihilominus quod accepta scientia non sit inaccepta, nec inaccepta possit dici accepta, cum tamen inaccepta & accepta (ut dictum est) sit essentialiter una. Ex hac rerum (ut credo) speculatione possumus perpèdere, quid oporteat de diuinis sentire. Huic ergo speculationi inuitando uideamus, si ex his quæ nobiscum credunt conuinci possit, quod de ingenta substantia quidam necdum crediderunt. Credunt nobiscum quod pater quicquid habet, a semetipso habet. Credunt nobiscum, quod filius a patre accepit quicquid ab aeterno habuit. Constat itaque quod plenitudinem sapientia filius accepit a patre. Concedunt nobiscum, quod non sit alia sapientia patris, & alia sapientia filij, sed una eademque per omnia tam patris, quam filij. Nihilominus tamen constat, quod sapientia filij sit accepta, sapientia patris inaccepta. Constat aequè quod inaccepta non sit accepta, nec accepta sit inaccepta, cum tamen tam accepta, quam inaccepta sit, proculdubio essentialiter una. Quis adeo simplex, uel hebes, ut neget de sapientia diuina, quod possibile uidet in scientia humana? Sed ut adhuc diligentius huic speculationi insistamus, illud in commune omnes nouimus, quoniam filius habet esse a patre ex patris generatione, si ex generatione habet esse, ergo & sapere, nam non aliud est ei esse, & aliud sapere. Unde itaque est ei essentia, inde & sapientia. Quod autem accepit esse ex generatione, constat & ipsum genitum esse. Constat quod filij sapientia, uel potius filius, sapientia sit ex patre genita. Nec aliud est patrem filio sapientiam dedisse, uel filio accepisse, quam patrem eum qui sapientia est generasse. Pater siquidem filio & generando donat, & donando generat. Rectè ergo de filio dicitur, quod sit genita sapientia, sicut & de patre quod sit sapientia ingenta. Nihil uero omnino sapit unus, quod non aequè sapiat & alius. Utrobique itaque una eademque sapientia, cum tamen nec ingenta sit genita, nec genita sit ingenta. Si uero filius est genita sapientia, consequenter & genita substantia. Neque enim aliud est eius sapientia, quam eius substantia. Quod igitur dictum est de genita & ingenta sapientia, iuxta eadem consequentià cōcedere oportet de genita & ingenta substantia. Frustra itaque quidam timent dicere, quod substantia gignat substantiam, sapientia sapientiam, & quod pater sit substantia ingenta, filius substantia genita, quasi inde conuinci possit, quod alia substantia sit ingentus,

Quid sit Patrem filio sapientiam donante.

Substantia substantiam gignit &c.

tus, alia sit genitus. Sicut enim superius iam diximus, ex eo quod pater est substantia ingenta, filius genita, non ex eo sequitur quod sit alia & alia substantia, sed prorsus alia & alia persona.

*Ex qua consideratione possumus colligere, quod geminatio persone possit esse sine geminatione substantia. Cap. XXIIII.*

Sed ut plenius elucescat quod de geminatione persone, sine geminatione substantia iam diximus, superius posito exemplo adhuc diligentius insistamus. Superius docuimus quod una eademque scientia possit esse in duobus, si artis alicuius notitiam quæ unus apprehendit, alterum ad plenum docuerit. Si itaque nomen doctrinae tam passiuè quam actiuè accipiat, ut doctrina dicatur tam eius qui docet, quam eius qui docetur, profecto si hoc gemino modo doctrinam accipiamus, alia erit doctrina unius, & alia absque dubio doctrina alterius. Sicut scientia dicitur ab eo quod est scire, sic sane doctrina ab eo quod est docere. Utrobique est idè scire, utrobique autem non est idem docere. Nam unus docet, alter docetur. unus erudit, alter eruditur. In uno itaque est doctrina docens, in altero doctrina discens. Alia ergo est doctrina unius, & alia alterius. Iuxta hunc itaque modum alia potest esse doctrina tua, & alia mea, quàmuis utrobique tam in discendo, quam in docendo sit una eademque scientia. Et si idem esset utrique nostrum substantia sua quod scientia sua, posset esse utrique substantia una sicut & scientia una. Et si utrique nostrum idem esset persona sua quod doctrina sua, esset utique persona sicut doctrina unius una, & alterius altera. Si scientia mea originem trahit ex tua, nonne suo quodam modo una gignitur ex alia, Si in humana natura scientia ex scientia gignitur, cur in diuina natura non multo rectius sapientia sapientiam gignere dicatur, ubi sapientia idè quod substantia omnino esse conuincitur? Sicut in humana natura scientia docens, & scientia edoceta, est una eademque scientia, uerumtamen alia, & alia doctrina. Sic in diuina natura, sapientia gignens & sapientia genita est una eademque sapientia, & quod consequens est una eademque substantia, uerumtamen alia & alia persona. Sicut itaque in humana natura ex eo quod unus scientia est accepta, alterius inaccepta, nec accepta sit inaccepta, nullatenus sequitur quod sit in eis alia & alia scientia, sed alia & alia doctrina. Sic in natura diuina ex eo quod unus substantia est genita, alterius ingenta nec genita sit ingenta, nullo modo sequitur quod ibi sit alia & alia substantia, sed alia & alia persona.

Nomen doctrinae dupliciter adiciuntur.

*Ex qua consideratione, & quasi per exemplum confirmatur, quod de trinitate & unitate a catholicis creditur. Cap. XXV.*

Dictum est de patre quod sit substantia ingenta. Dictum est de filio, quod sit substantia genita. Dicendum est de spiritu sancto, quod sit substantia nec genita, nec ingenta. Quomodo autem hoc sit intelligendum ex superioribus est manifestum. Sed quàmuis solus pater dicatur substantia ingenta, solus filius substantia genita, solus spiritus sanctus substantia nec genita, nec ingenta, nihilominus tamè patris, & filij, & spiritus sancti est una eademque substantia, sicut una eademque sapientia. Nam sicut saepe iam dictum est, non est aliud aliquid diuina substantia, & aliud aliquid diuina sapientia. Nam & ad hoc ipsum quod modo loquimur, paulo latius explicato superiori exemplo informamur. Ecce sunt tres aliqui quorum unus scientiam aliquam inuenit, & docuit, alter ab eodè inuente didicit, & scripsit, tertius legit, & intellexit, primus habet a semetipso, secundus a solo primo, tertius tam a primo, quam a secundo. Nam ex eo, quod primus eam inuenit, & alter scripsit, ad tertij notitiam peruenit. Si itaque eadem intelligentia ueritas plena, & integra est in omnibus, nunquid quantum ad essentiam ueritatem alia scientia est alicuius unius, & alia alicuius alterius? Denique si ille qui didicit audiendo, didicisset legendo, uel ille qui didicit legendo, didicisset audiendo, nunquid scientia cōsecuta erit in alterutris alia & alia? Si ergo in tribus personis potest esse una eademque scientia, quare in tribus illis trinitatis diuina non multo magis credatur esse una & eadem sapientia? Nec tamen sapientia accepta ab uno solo, est sapientia non accepta ab aliquo, nec accepta a duobus est sapientia, uel accepta a nullo, uel accepta ab uno solo. Absque dubio tamen in his omnibus non nisi una eademque sapientia, & quod consequens est non nisi una eademque substantia. Substantia tamen patris, sicut & sapientia, non est ei ab alio aliquo, substantia filij, a patre solo, substantia spiritus sancti, tam a patre, quam a filio, & quæ de sapientia dicta sunt, per omnia & de substantia dici possunt, quoniam sapientia & substantia in diuinis non aliud & aliud ponunt. Et si scientia erudit inde disciplina dicatur, quod ad plenum discatur, ut idem intelligatur disciplina quod (ut sic dicatur) discencia plena, & si id quod disciplinam dicimus ad modum discendi referamus, iuxta hanc utique acceptionem alia est disciplina discens excogitando, alia discens audiendo, alia autem discens legendo. Ecce hanc acceptionem (ut uides) in humana natura potest esse disciplina trina, ubi non est nisi una eademque scientia. Quid ergo mirum si in illa natura, ubi est substantia, idem ipsum quod sapientia, quid inquam mi-

Explicat exemplum.

Disciplina unde dicatur.



rum, si ibi est per tota trina ubi non est nisi una sola substantia? Ecce quomodo plano & aperto exemplo confirmatur, quod de diuina unitate uel trinitate fides catholica confitetur. Item illud consideremus, quoniam si ego, & tu, & alius tertius eandem, & omnino aequalem scientiam haberemus, nihil maius aliquid esset mea, & tua, quam sola tua, uel mea & tua, quam sola tua, uel mea & tua quam mea sola? Denique mea, & tua, & sua, nunquid maius aliquid erunt quam sola mea, uel sola tua, uel sola sua? Quis hoc dicat, nisi quod dixerit minime intelligat? Sic sane in illa trinitate qualibet duarum personarum, uel totarum tres, maius aliquid non sunt pariter acceptae, quam sola persona ingeni, uel sola persona unigeniti, uel sola persona Spiritus sancti. In huius nostri operis calce illud replicare, & memoriam commendare uolumus (sicut ex superioribus satis euidenter ostendimus) quod omnipotentiae consideratione facile conuincitur, quod non sit, sed nec esse possit Deus nisi unus, ex bonitatis plenitudine, quod sit personaliter trinus, ex plenitudine uero sapientiae liquido colligitur, quomodo conueniat unitas substantiae, cum personarum pluralitate.

DE TRIBVS APPROPRIATIS PERSONIS IN TRINITATE.

AD DIUVM BERNARDVM  
Abbatem Clareuallensem.



Varis a me mi Bernarde quid mihi uideatur de illa Augustini sententia, in qua attribuitur Patri unitas, Filio aequalitas, Spiritui sancto utriusque concordia. Libenter aperio mihi alteri quod sentio, communicare uolens si quid recte, uel ex quantalacumque parte sapio, simul & corrigi ambis, si quid aliter sentio, propria si placet singulorum consideremus, & forte illucescet quod quaerimus. Subsistentia ingeni, quae ab alia aliqua non est, in eo quod substantialiter, uel personaliter est, nullam pluralitatem ingerit, nullam pluralitatem concludit, nam in eo quod gignit, nihil sibi, sed soli filio confert, ut sit geniti autem subsistentia, quae ab alia accepit quod habet, sicut nec esse per seipsam, sic nec per seipsam intelligi ualet. Si igitur pluralitatem ingerit subsistentia filij, quanto magis quae a duobus est subsistentia Spiritus sancti? Recte igitur unitas Patri attribuitur, in cuius subsistentiae consideratione nulla pluralitas concurrere uideretur. Addamus & illud, quia quicquid substantialiter dici potest, ueraciter unum est. Sed dicis, quia & hoc ei cum ceteris commune est.

**A** Sed proculdubio solus Pater habet hoc secundum (ut sic dicam) principalitatem, nam ceteri secundum acceptionem, & iuxta alterius similitudinem. Hinc ergo colligitur cur ei unitas iuxta hanc considerationem quasi specialiter attribuitur. Ecce quomodo in Patre unitas, quaeramus quomodo in filio aequalitas. Certum ubi nulla pluralitas est, nec aequalitas recte uel dici, uel intelligi potest. Sicut enim nihil recte dicitur sibi simile, sic nec aequale. Itaque ubi primo pluralitas occurrit, ibi & aequalitatem quaerere oportebit. Constat autem quia filius imago est patris sui, non autem pariter imago filij. Hinc illud Augustini. Non autem pater & filius simul ambo imago, sed filius solus imago patris. Audi & illud eiusdem. Imago si perfecte implet illud cuius imago est, ipsa coaequatur ei, non illud imagini suae. Certum est autem quod filius plenitudinem eius capit, & exprimit, cuius imago existit. Itaque secundum sententiam Augustini, filius coaequatur patri, non pater suae imagini. Recte igitur aequalitas attribuitur non patri, sed filio. Sed cur inquis non etiam Spiritui sancto? Sed si des, cur solus in trinitate filius dicitur imago alterius, consequenter accipies, cur aequalitas attribuitur soli filio, non autem simul & Spiritui sancto. In his uero quae secundum substantiam dicuntur, non solum filio, sed & Spiritui sancto aequalitas attribuitur, sed secundum principalitatem habet hoc solus filius, non autem Spiritus sanctus. Verum tamen si in huiusmodi loquendi proprietate seruetur, magis identitas quam aequalitas dicetur. Ecce iam habes cur unitas patri, cur aequalitas attribuitur filio, restat quaerendum cur utriusque concordia attribuitur Spiritui sancto. **C** Sicut aequalitas nulla est sine consistentium pluralitate, sic nec quid tertium ponitur concordia duorum, sine consistentium pluralitate. In patre origo unitatis, in filio inchoatio pluralitatis, in Spiritui sancto completio trinitatis. Hinc tibi elucescere debet, quam merito dicatur ceterorum concordia, ille qui est tertius in trinitate persona. Consideremus nunc propria singulorum, & uidebimus quia alia est habitudo patris ad filium, alia ad Spiritum sanctum. Nihilominus aliter se habet filius ad eundem spiritum, & aliter ad patrem suum. Uniformiter autem habet tam pater quam filius ad spiritum amborum, & e conuerso uniformiter se habet idem spiritus tam ad patrem, quam filium. Recte ergo ceterorum concordia dicitur, in quo habitudinis uniformitas omniformiter inuenitur. Addamus & illud, quia plenitudinem concordiae facit idem uelle, & idem nolle, recte itaque duorum concordia dicitur, qui est amor utriusque. Cur autem amor potius quam amborum sapientia dicitur, alia quaestio uidetur. Nunc uero uideamus quomodo intelligendum sit, quod Augustinus ad illa superius posita, & exposita adiungit, cum dicit: Et tria haec unum omnia propter patrem, aequalia

Cur aequalitas tribuitur filio.

De habitudibus quas ad inuicem habent personae diuinae.

Cur Spiritus sanctus potius dicitur amor, quam Pater, & Filij spiritus.

aequalia omnia propter filium, conexa omnia propter spiritum sanctum. Si sola ingeni persona fuisse nihilominus in diuinitate unitas esset. Primordialiter itaque est (ut sic dicam) unitas in solo ingeni, sed iuxta eius similitudinem, uel emanationem tam in unigenito quam in Spiritui sancto. Item si sola ingeni persona esset, nulla in diuinitate aequalitas fuisset, & si sola Spiritus sancti persona deesset, nihilominus in diuinitate aequalitas fuisset. Hinc est perpende re quae aequalitas primordialiter est in solo unigenito, iuxta tamen eius similitudinem est etiam in Spiritui sancto. Tolle spiritum sanctum, non erit in diuinitate qui sit connexio plurium. Sed forte adhuc exigitur cur existente Trinitate omnium conexio attribuitur soli Spiritui sancto, Sed scimus quoniam reliqui duo differenter se habent ad unigenitum, solus autem spiritus sanctus indifferenter se habet tam ad unigenitum quam ad genitum, & ambo illorum uniformiter se habent ad spiritum sanctum. Singulariter itaque omnium connexio attribuitur Spiritui sancto. Singulariter inquam quantum ad reliquas in diuinitate personas primordialiter etiam quantum ad creaturas. Nam quod in creaturis conexio solet inueniri, est de imitatione, uel similitudine spiritus sancti. Ne mireris quod haec quae supradicta sunt per remotionem posuimus, ut ea quae sentienda sunt planius & plenius intelligamus. Primordialiter itaque unitas pertinet ad unigenitum & idcirco in Trinitate omnia aequalia propter ipsum. Conexio singulariter pertinet ad spiritum sanctum, & ideo in Trinitate omnia conexa propter ipsum.

Cur attribuitur potentia patri, sapientia filio, bonitas spiritui sancto.

**A**ddis adhuc ut quaeras quid mihi causa uideatur cur potentia patri in scripturis sanctis specialius attribuitur, sapientia filio, caritas, uel bonitas spiritui sancto. Si non dixerim quod in codicibus uestris inuenitur forte in per se iudicabitur si quid aliud forte ex fassibus irridebitur. Merito eiusmodi timere debuisse si nescirem apud quem in aure loquens sermonem seu sensum meum effunderem. Tibi utique tibi inquam libenter dico quod sermo: Quid sit potentia, quid sit sapientia, quid caritas, uel bonitas omnes in commune nouimus, & quotidiano experimento probamus. In his itaque quae manifesta & nobis nota sunt, erudimur (ni fallor) ad eorum notionem quae humanae capacitatis modum excedunt. In his enim tribus forma quaedam & imago summae Trinitatis exprimitur, & quoddam nobis uelut speculum proponitur, ut inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciantur. Qua

**A** igitur sunt in Trinitate ista respondet his quae sunt in Trinitate illa. tria tribus, similia similibus, propria proprijs, singula singulis. Videmus quia potest esse multiplex potentia, etiam ubi nulla est uel esse potest sapientia. Taceo de elementis, uel quibuslibet rebus insensatis. In rebus autem animatis & brutis est potentia audiendi, uidentis, potentia ambulandi, comedendi & bibendi, &c. huiusmodi. In his uero nulla sapientia est, nulla naturaliter inesse potest. Constat ergo quod superius iam dictum est quia potest esse multiplex potentia ubi nulla potest esse sapientia. Econtra autem ubi nulla potentia est, nulla sapientia inesse potest. Nam posse sapere absque dubio est aliquid posse. Dat itaque esse posse non sapientia potentiae, sed potentia sapientiae. Item constat quod lucifer ille qui mane oriebat multam habet potentiam, multam sapientiam, sed nullam omnino uoluntatem bonam. Bonitatis est autem bene uelle. Quid est enim bonitas nisi bona uoluntas? Testis itaque est lucifer ille obduratus in sua peruersitate quod possit esse multiplex potentia simul & multiformis sapientia, ubi nulla manet bonitatis uestigia. Econtra autem nulla bonitas inesse poterit ubi sapientia uel potentia omnino defuerit. Nam posse bene uelle est aliquid posse. Sapientiae uero est discernere inter bonum & malum, & sine huiusmodi discretionem nescit uoluntas quid sit eligendum. Ut possis ergo bonitatem habere oportet ut scias, & ualeas bonum eligere. Potentia dat posse, sapientia dat nosce sine quibus bonitas non prodit ad esse. Contrahit itaque suum esse bonitas non tam a sapientia quam potentia. In hac itaque rerum Trinitate sola potentia non est de reliquarum aliqua, sapientia autem est de potentia sola, bonitas uero de potentia simul & sapientia. Vides certe quomodo in hac rerum Trinitate expressae sunt proprietates Trinitatis illius summae & aeternae. Ibi est persona ingeni, quae non est ab alio aliquo ibi est persona geniti, quae est ab ingeni solo. ibi est persona spiritus sancti, quae est tam a genito quam ab ingeni. Quoniam ergo in potentia exprimitur proprietates ingeni, specialiter quodam considerationis modo merito ascribitur illi. Sed quoniam in sapientia exprimitur proprietates geniti merito & illa iuxta eundem modum ascribitur ipsi. Item quia in bonitate proprietates spiritus sancti inuenitur merito & ei bonitas specialius assignatur. Ecce quomodo ex hac rerum Trinitate surgit consideratio ex qua per exemplum ostenditur qualiter quod de diuinis proprietatibus legitur intelligi ualet. Sed ex eadem rerum speculatione consideratio oritur longe ista sublimior, ex qua ratiocinando colligitur quod idem ipsum omnino fateri oportet. Sed in his metam figimus, quoniam quaestioni uestra nos satisfacisse iam credimus.

Potentia quid det, quid uel sapientia.

LIBER DE VERBO INCARNATO, in quo ostendit acutissimè quantum humana mens capere sufficit necessarium fuisse Deum incarnari, nullamque personam congruentius quàm filij.

AD DIVVM BERNARDVM Clarevallensem Abbatem.

Capitulum Primum.

Esai. 21.



Ad me clamat ex Seir. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Dixit custos. Venit mane, & nox. Si queritis querite, convertimini, & venite. Hæc sũt quæ mihi exponenda proponis, & fatuitatem meam fatigare non erubescis. Verba hæc (ut verum fatear) videntur mihi valde profunda, & propter sui subtilitatem (si bene intelligantur) nõ minus iucunda. Scio, scio, nec fateri pudet supra facultatem meam esse eorũ profunda penetrare, & hoc ipsum quod in eis somnio nescio si potero prout oporteret verbis idoneis explicare. Ad me clamat ex Seir. Seir ipse est qui Edõ uel Esau dicitur, a quo terra Idumæa etiã Seir nominatur. Esau autem & Iacob qui & Israel, fratres fuere, & ab illo Idumæi, ab isto Israelitæ. De his duobus fratribus dictum a Domino per prophetã legimus: Iacob dilexi, Esau odio habui. Iacob itaque electus, Esau reprobatus. Israelitæ filij electionis, Idumæi filij reprobationis. Sed o miranda mutatio, & miseranda vicissitudo. Clamãt ad Dominum filij alieni, non clamant ad ipsum quos elegit in hereditatem sibi. Ad exprobrationem itaque eorum qui sunt in Iudæa dicitur quid astitatur ab eis qui sũt in Idumæa. Idumæus clamat, Iudæus tacet, ille supplicat, iste silet. Ad me clamat ex Seir. Ex mote Seir clamatur, in monte Syon tacetur. Illinc clamant confitendo, istinc tacent contemnendo. Clamantibus itaque Idumæis silet Iudæi, nec tamen omnes sed multi. Sed clamantium multi clamant nõ ad Deum suũ, sed ad Deum alienum. Ad ignominiam ergo eorum qui eiusmodi sunt improperatur quod eis nunc per exprobrationem dicitur. Ad me ad me inquã clamat ex Seir. Infelix Iudæa & infatuate, alieni clamẽt ad Deum tuum, tu uero clamas ad Deum alienum, illi ad Deum uerum, tu ad Deũ falsum. Ad me clamat ex Seir. Nota quid dicat: Nõ dicit clamãt, sed clamat. Non dicit ille, aut ille, nec aliquem exprimit determinate, sed indefinite ponitur, ne singulariter aliquis, uel unus tantum intelligatur. Intelligit itaque indefinite dictum tam secundum quantitatem quã secundum qualitatem personarum, & commẽdatur in hoc unitas supplicantium. Multos facit unum cor, unum, &

Matth. 1.

anima una. Multos facit unum intentio una, deuotio una. Et sicut eius qui personaliter unus est unitas scinditur qui per multos Deos mentis dispersione diuiditur, sic multi vnum sunt, & merito unum dicuntur cum in uno spiritu unum efficiuntur. Dicit igitur. Ad me clamat ex Seir. Unitas respicendum, unanimitas confitentium, ad me clamat ex Seir. Ad me (inquit) clamat. Non dicit orat, non dicit supplicat, sed clamat. Quæ est ista exclamatio nisi intentã oratio, nisi deuotionis magnitudo? Si cũ multo desiderio oras, clamas. Quanto feruentius oras tãto uehementius in Dei auribus clamas. Ex quo uehementius desiderium excrescit, eo excellentius clamor supplicationis ascẽdit. Clamor itaque interioris hominis est feruens desiderium mentis. Hinc est quod Moyse a Domino dicitur: Quid clamas ad me? Nihil dixisse legitur, & tamen clamasse perhibetur. Huiusmodi clamor cœlum penetrat, iram placat, ueniam impetrat, gratiam parat, Dominum recõciliat. iuxta id quod in psalmista legimus. Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Perpende si potes quid quantumve proficiat qui sic clamat.

Intentio una ex multis cordibus facit unũ.

Exo. 14. Effectus clamoris ad Deũ.

Psal. 10.

Capitulum secundum.

Ad me clamat ex Seir. Non autem solummodo multi ex his qui ex Seir erant huiusmodi Dominum clamoribus interpellabãt, sed etiam ex alijs nationibus innumeris in Christi aduentum suspirabant, Christi aduentum desiderabant, & cum omni desiderio expectabant. Hinc est illud Iacob Patriarchæ de Christo uaticinium: Et ipse, inquit, erit expectatio gentium. Horum omnium per mysterium figuram gestabant illi qui ad Dominum ex Seir per deuotionis suspiria clamabãt. Nam illi ex Seir in eo cum cæteris nationibus unum erant quod omnes pariter a testamento Dei alieni extiterant. Dicitur ergo de his qui alieni sunt secundum mentis deuotionem. Ad me clamat ex Seir.

Gen. 49.

Capitulum tertium.

Sed ista quæ de antiquis audiuius, ex dominica uoce studeamus etiam si placet ob nostram utilitatem ad nostra tempora deriuare. Ad me, inquit, clamat ex Seir. Quid est Seir? Seir interpretatur hispidus, uel pilosus. Et ex eo quod Esau est Seir dictus quod esset supra modum pilosus & in modum pellis hispidus. Et pilus quidem de carne oritur, sed carnis mensuram excrescendo longè supergreditur. Sic sanè desideria carnis de carnis quidem necessitate surgunt, sed nisi per temperantiam & parsimoniam moderantur, necessitatis & modestiæ metas excedunt. Ad pilos itaque pertinet carnalis uoluptas, secularis uanitas, & eiusmodi desideriorum qualiscunque superfluitas. Pilus sine lesione præ-

Seir quid significet.

ne præciditur, sine lesione nõ auellitur. Sic abf que dubio motus carnis sine periculo ualet & deber amputari in superfluis, & tolerari in necessitatijs. Hinc est quod letitiã iubentur pilos carnis suæ radere non auellere. nam desideria carnis oportet temperate, quæ non possumus extirpare. Quasi igitur in Seir sunt qui superflua quarunt, superflua diligunt, & in omni superfluitate uiuunt. Sine in religione sine extra fueris, si superflua sectaris, si superfluitate delectatus inter habitatores Seir computaris. Sed uer tibi qui quis ibi es, & male securitatis confidentia taces. Uer tibi si Seir inhabitas & ad Dominum non clamas. Clamat qui compungitur, clamat, qui confitetur. Clamat, qui supplicat. Ex Seir clamat, qui se de uoluptate, uel uanitate accusat. Ex Iudæa clamat, qui Dominum de indulta uenia, uel impensa gratia laudat. Et sepe fit ut qui in religione sunt, & uelut in terra promissionis uiuunt nimia securitate torpescant, & ultra modum de sua sanctitate præsumant, & tam a sui accusatione quã a Dei laude conticescant. Ecõtrario autem sæpè his qui adhuc in seculari habitu sunt, post expletas concupiscentias ad poenitentiam redeunt, corde compunguntur, ore confitentur seiplos accusantes seiplos damnantes, & dum se de sua ueritate districtè iudicant, aures Domini Sabaoth magnis clamoribus pulsant. Ecce quomodo contingit sepe regulares torpore tacere, sæculares deuotione clamare. Ad ignominiam itaque eorum qui in regione torpent, & inepta securitate tacent, eis per improperationem dicitur, quid à secularibus actiterur. Ad me clamat ex Seir. Hispidus & pilosus & uiciorum deformitate sedus iam ad me corde compunctus clamat, iam me crebris suspirijs interpellat. & tu taces eo quod te sanctum putes, dicis in corde tuo, diues sum, & nullius egeo. & nescis quam miser es, & miserabilis: Ad me clamat ex Seir. Erubescat monachus, erubescat canonicus negligens & torpens, ad omnia desidiosus, & a laude Dei mutus, sæpè psallens ore & tacens corde, erubescat inquã & ingemiscat cum ex dominica uoce audiat & legat. Ad me clamat ex Seir. Erubescat Anachoreta, erubescat heremita si corde uagando a Dei laudibus uacat. Erubescet & tu miser ipse qui hæc dictas & scribis, qui cum in Dei laudibus mutus sis, consumiles tibi cõdemnas & de taciturnitate arguis. Erubescet & tu qui hæc legis & audis, si in conspectu angelorum te mutum & mei similem recognoscis. Quid cõtemplatiuus quisque dicitur est si a laudatione uacat ad quod assũptus est: Nunquid & tu taces qui nihil aliud officij habes? Cur non prophético, cur nec angelico prouocaris exemplo? Audi uocem prophete: Benedicam, inquit, Dominum in omni tempore. Et angeli non cessant clamare nocte, & die. Sanctus sanctus sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat, & qui uenturus est. Ecce angeli

Desideria carnis temperanda.

Quinam compuret inter habitatores Seir.

Quis clamet ad Dominum ex Seir.

Apoc. 3. Increpatio ad nõ laudates Deum.

Esai. 21.

Psal. 33. Apoc. 4.

clamant iugiter, & tu cur non cum propheta clamas semper? Quid si clamas & ad Dominum non clamas? Fortitan iactas te apud proximum, forte magnificas te apud temetipsum, clamas, sed non ad Dominum. Forte dicis apud temetipsum non sum sicut cæteri fratrum, non sum denique sicut carnalis iste, qui omni die deseruit uentri & gula, eo quod ipse relicta Syõ Seir habitator effectus sit, & inter Idumæos sicut societatem sic & fortem acceperit. Hoc est tumu ruare apud temetipsum non clamare ad Dominum. Sed forte ille quem iudicas iam seipsum damnat, seipsum accusat, iam forte ad Dominum clamat & exit iustificatus a te, ut merito debeas a Domino per improperium audire. Ad me clamat ex Seir.

Capitulum quartum.

Superius audiuius de habitatore Seir quomodo quandoque, & quã ore ardentem. audiamus de eodem adhuc quã ore humiliter quã ore sapienter. Audiuius quã ore deuote, audiamus quã ore discrete. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Ecce iste qui ex Seir ad Dominum clamat, attendit ubi habitat, qualis existat & quanto se profundius peccasse deterius egisse considerat, tanto uerecundius tanto humiliter orat. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Attendit quã iniuste nixerit, & non audet dicere exaudi Domine iustitiam meam. Attendit quã multos læserit & non audet dicere iudica me Domine secundum innocentiam meam. Recolit quod uisera misericordiæ nunquã habuerit, & idcirco nec sic quidem orare præsumit miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuã. Beati enim misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Omni misericordia indignum se esse intuetur si districtè iudicetur. Et idcirco nihil petere præsumit, solummodo supplicantis affectum in sua oratione sine inserta petitione ostendit, & sola insinuatione innuit quid uelit: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Custodem nominat quem inuocat, & ex officij designatione innuit quid ouibus suis de iure conditionis debeat. Tu es qui rationale substantiam ad imaginem tuam factam custodire debes, solus qui custodire potes, tu ipse qui custodire soles. Debes quia creatura tua est, potes quia omnipotens es. soles quia misericordissimus es: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Custodis est sub custodia positos custodire, perditos requirere, auersos reuocare, dispersos colligere, morbidis medelã adhibere. Ouis sum morbida, ouis infirma, scis me melius quod te facere deceat, uides peripicacius quid circa me fieri oporteat: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Eiusmodi supplicator forte profundã nimie aduersitatis noctem tolerabat, cum iuxta hunc modum Domino supplicabat: Custos quid

Matth. 5.

Esai. 21. Quid intelligendum in illis uerbis Custos quid de nocte? &c.



Dominus quado & quomodo nos custo- diat.

quid de nocte? custos quid de nocte? Certe ipse est qui nos in die, ipse est qui nos custodit in nocte. In die suos custodit ne ulla eos aduersitas feriat. In nocte custodit ne aduersitatis flagellu modum aequitatis excadat. Videtur quibusdam quod suos Dominus tuc dereliquerit, cum eos nocturnis tribulationum horribus exponit, videtur custodire, cum dies prosperitatis arse- rit. Ecce hic quod omnibus certum est tacer de die, illud vnde dubitari poterat fatetur de nocte. Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Sane in eo quod diem prosperitatem, noctem ad ueritatem interpretamus, ab historia no recedimus. Nam communis mos est historicum se- sum sape figuratiua locutione ornare, sicut in secularibus scriptis per facile est uidere. In nocte itaque (vt dictum est) supplicator ia dictus erat, & diem desiderabat, sed pra nimia confu- sione & humilitate petere non praesumebar. Cur enim illi responderet a Domino, uenit ma- ne nisi quia uerus cordium inspector nouerat etiam diem desiderare? Per insinuationem ergo dictum intelligitur quod ipsi domino suppli- cando ingeminatur. Custos quid de nocte? custos quid de nocte?

Capitulum quintum.

Certe cum contra diuinum mandatum a- liquid praesumitur, per contumacia con- tra maiestatem agitur. Sed cum maiestatem la- sam propiciare uolumus, ad eius misericordia recurrimus. Ad propiciandam itaque maiesta- tem recurrimus ad eius bonitatem, nec solum ad ipsam, imo & ad eius ueritatem. Nam uenia uere penitentibus proculdubio promissa est, ab eo utique ab eo inquam qui mentiri omni- no no potest. Dei itaque misericordiam & Dei ueritatem quasi geminam spei anchoram in- tentationum procellas praeruaricationum- que naufragia habemus ne in desperationis caribdin incidentes, omnino pereffluamus. He sunt quae nos post multa naufragia perducunt ad portum salutis. Haec sunt quae nos de summis periculis introducunt in arcem uerae securitatis. Misit, (ait propheta) Deus misericordiam suam & ueritatem suam, & eripuit animam meam. Post multa itaque perpetrata scelera recurrentes sa- pe ad poenitentiae lameta, Deo Dei ueritatem, Dei misericordiam opponimus, ut iram diui- nam placare possimus. Scis itaque quia hoc no- men Deus, commune est tribus, Scis nihilomi- nus quod mos est diuinae scripturae, potentiam patri, sapientiam filio, bonitatem spiritui san- cto quasi specialiter attribuit. Quare autem singula singulis attribuantur, aliis tibi mi Ber- narde iam scripsimus, & hic replicare non de- bemus. Quarundam igitur proprietatum con- sideratione ad patrem maiestas, ad filium ueri- tas, ad spiritum sanctum specialiter pertinet benignitas. Quando ergo maiestatem laesam

Verè pos- nitentibus promissa est uenia.

Psal. 56.

placare uolumus, quid aliud quam offensam patris mitigare studemus? Quando uero pro- missam penitentibus misericordiam, promif- sionisque ueritate exigimus, quid aliud quam mediante spiritu sancto cum filio patris iram lenire tentamus? Cum summa ueritatem, sum- mam sapientiam interpellamus, filium inuo- camus. Summam clementiam, summam boni- tatem implorare, quid aliud quam spiritui san- cto supplicare? Sapientia est quae expellit tene- bras erroris, bonitas quae nos custodit inter no- cturnos algores. Custos itaque est Dei filius, cu- stos est spiritus sanctus. Nam ille nos ab erro- re, iste nos liberat ab iniquitate. Quoniam igitur in istis duobus ad principale lumen acces- sum habemus, recte nuc ingeminatur cum di- citur: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Et additur, & dixit custos. Ecce tertio custodis nomen repetitur quoniam personarum Trini- tas in una deitate inuenitur. Recte namque & ipse pater potest dici custos nostrer. Nam sicut ueritatis protegere ab errore, & sicut bonitatis ab iniquitate, sic maiestatis est protegere a que- libet aduersitate.

Capitulum sextum.

Sed adhuc ipsam litteram subtilius discuti- mus, & ex his quae dicuntur quid cui perso- nae accomodari debeat diligenter inuestige- mus. Ad me clamat ex Seir. Custos quid de nocte? Nisi se custodem agnosceret profecto recte no- diceret, clamat ad me in eo quod dicitur. Cu- stos quid de nocte? custos quid de nocte? Quid ergo est quod postea adiungit? Et dixit custos. Non dicit dixi, sed dixit custos, ac si ipse custos no sit. An forte custos est & ipse qui inuocatur, & custos nihilominus ipse a quo responderetur, nec tamen alius & alius sed unus atque idem Dominus & Deus? Sed quod prius ponitur me, & postea ponitur dixit, pluralitatem personaru in una deitate ostendit. Iterum in eo quod non dicit clamat ad nos, sed clamat ad me, intelli- gitur quia una tantum persona inuocatur: in eo quod ingeminatur, Custos quid de nocte? custos quid de nocte? sed forte & illud queritur quae sit ista quae hic specialiter inuocatur. Illud pro- fecto scimus, quia quicquid filius habet, a patre habet, ergo & quod custodire ualet & quod cu- stodire solet. Quod dico de filio, hoc dico de spi- ritu sancto. Pater ergo custodit per filium, cu- stodit per spiritum sanctum custodit per seme- tipsum. Si ergo in illa inuocatione tertio repe- teretur custos quid de nocte non posset conue- nienter intelligi nisi de patre. Nam filius quid- em custodit per seipsum, custodit per spiritum sanctum, non autem per patrem suum. Solus autem spiritus sanctus in Trinitate non per se- metipsum custodit, nam nulla in Trinitate per- sona

Esa. 27. Alia ex- plicatio illo uer- boru Custos quid de nocte? &c.

sona ab ipso accipit ut aliquid faciat nel face- re possit. Cum ergo custodia geminatio sit in inuocatione de spiritu sancto non possumus hoc recte intelligere. Nam inuocationis inge- minatio intelligi compellit dictum de filio. Fi- lius itaque inuocatur cum dicitur: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Sed ecce cum una persona inuocatur alia tectitur. Flectitur in- quam non solum ad pacem, sed etiam ad desi- derij promissionem. Promittitur naque quod a supplicante desideratur cum dicitur. Venit mane. Vidimus quae sit persona quae inuocatur, uideamus & quae sit illa quae placatur. Sed ut breuiter dicam principalis persona intelligitur ad quam placandam alia interponitur. Pater autem principium est unigeniti, unigenitus ue- ro principium est & spiritus sancti. Sicut itaq; in mediatore & propiciatore intelligitur geni- tus sic in propiciato intelligitur unigenitus non autem spiritus sanctus. Non enim spiritum sa- ctum exigere satisfactionem decet de eo quod filius indulget a quo habet idem spiritus totu quod habet. Vides modo (vt credo) apertius qd superius iam diximus quomodo in eo quod cu- stos tertio reperitur personarum Trinitas intel- ligitur. Filius naque primo custos dicitur quia custodit per semetipsum; secundo idem nomi- natur quia custodit per spiritum sanctum. In prima itaq; positione intelligitur filius solus, in secunda subintelligitur & spiritus sanctus, in tertia solus unigenitus. Solus unigenitus intel- ligitur in eo quod scribitur. Dixit custos. Venit mane, & nox. Quid est dicere nisi uerbum pro- ferre; patris dicere est ueritate eructare. Patris dicere sapientiam generare. Nobis autem tunc dicit quando nobis beneplacitum suum sapie- tiae suae reuelatione innotescit. Tunc nobis in- terna patris locutione aliquid iuxta desideriu nostrum promittitur, quando spei & expecta- tionis nostrae firma certitudo cordi nostro in- funditur. Nuuc credo manifestum est intelli- gere cui persona debeat conuenire quod dicitur. Dixit custos uenit mane, & nox. Vidimus quid sit Dei dicere uel promittere.

Capitulum Septimum.

Videamus nuc quale sit quod promittit: Venit mane, & nox. Sub nocte (ut supe- rius dictum est) magne tribulationis gembat, & ad diem diu desideratae prosperitatis anhela- bat. Quid ergo est quod eis in promissione pro- ponitur non solum mane quod uolebant, uerū etiam nox quam nolebant? Sed unum promit- titur ad consolationem, alterum praedicitur ad eruditionem, utruque ad utilitatem: Venit ma- ne, & nox. Quid est mane nisi terminus noctis, & quid est nox nisi terminus lucis? In uno ma- ne habemus noctis terminum & diei initium. Venit ergo mane, quia nox quam horretis ec- ce iam terminabitur, & dies ad quam tanto pe-

re suspiratis in instanti inchoabitur. Sed cum dies diu sperata superuenerit, no permanebit, quia uenit mane, & nox. Ac si apertius diceret, Sic transiet nox, ut iterum redeat, sic rediet dies, ut iterum recedat. Venit mane, & nox. Si in nocte es, noli desperare, quia ueniet mane; si in die es, noli confidere, quia ueniet nox. Mane ergo promittitur ne laborantes deficiant; nox futu- ra praedicitur, ut cauti fiant. Illud utique ad ne- delam, istud autem ad caurelam. Venit mane, & nox. Sed quid aliud est ista patrem alicui di- cere nisi temporis huius mutabilitatem & al- ternantium uicissitudinum uarietatem osten- dere & ad contemptrum tam mundanae prospe- ritate quam mundanae aduersitatis animum informare, & ad aeternorum desiderium pro- uocare: Dicit ergo, Venit mane, & nox.

Capitulum Octauum.

Ecce iam audiuis quid iam dicta sonet iuxta historiam. Audiamus adhuc quid ipsa signent iuxta mysticam intelligentiam. Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Dixit cu- stos, Venit mane, & nox, ut superius iam dictum est, multi no solum ex iudaeis uerum & ex gen- tibus christi aduentum praenouerant, & cum magno desiderio expectabant, secundum illud: Ecce ueniet desideratus cunctis gentibus. No dicit desiderandus, sed desideratus, ut intelligas in omni gente aliquos aliquando in eius deside- rio flagrasse. Erat igitur eius auentus a multis gentium praecognitus, & ardeter desideratus. Ad hanc tamen cognitionem paulatim, & per interualla temporum pedetentim ascenderat. Nam primo quidam eorum diuinitus illumina- ti, & naturali ratione edocti intelligebant quatis tenebris totum pena genus humanum inuolutu erat, quod idololatriae quide tam de- formi multiformitate, & ta multiformi defor- mitate deseruiebat, ita ut diceret ligno, & lapi- di Deus meus es tu. Necdum tamen idem ipsi poterant ad plenum intelligere, sub quanto ca- ptiuitatis onere laborabant, etiam illi qui unu & uerum Deum credebant, atque colebant. Alij postmodu altius illuminati captiuitatis nos- trae miseriam, damnationisque sententia ple- nius intelligebant, quomodo humana natura post peccatum in ficto mortalitatis uulnere eie- cta sit de Paradiso in mundum, quasi de patria in exilium, postmodum per mortem eicienda de mundo in infernum, quasi de exilio in erga- stulum. Intelligebant itaque magnitudinem periculi, sed non aequè intelligere ualebant modum euadendi. Nec illi itaque, sed nec isti terrae noctis tenebras euaserant, qui sub tanta inscitiae inuolucro caligabat. Alij adhuc altius perscrutantes, & subtilius intuentes gratiae ma- nuductione discreti inuenerunt, & inspexerunt multo intuitu non solum magnitudinem dam- nationis, uerum etiam modum reparationis. Mo- dum

Esa. 27.

Mystica intel- ligentia illoru uerboru, Custos quid de nocte. Agg. 2.



Mysteriū reparatio nis no- stris & Iu- deis & ge- nibus re- velatum.

In bene- dictione cerei in die sabba ti sancti. Prima rō necessita- tis incar- nationis domini- es.

Secunda ratio.

dam itaque restauratiōnis qui eiusmodi erant intelligebant, sed super hoc ipso diuinum beneplacitum nesciebant. Nouissime autem qui buidam non solum ex Iudeis sed etiam ex gentibus diuinum propositum in idipsum reuelatum est vt reparatiōnis nostrae mysterium tam ex magna parte prænoscere nonnulli etiam prædicarent, aliqui tãdem etiam scripto commendarent. Testantur hæc præconia prophetarum, uaticinia gentium. Sed cæteris prætermissis his tantum interim incendamus qui modum restauratiōnis (vt diximus) intelligebant, sed diuinam dispositionem in eo ipso non nouerant. Duce itaque ratione, præuia tamē diuine reuelatiōnis luce intellexerunt: quia si homo non peccasset, ad supernam beatitudinem mediante iustitia ascendere potuisset. Si uero sola misericordia nulla autem interueniente iustitia post lapsum amissa, seu etiam promissa repererit, æternum deiectionis suæ opprobrium sustineret. Sæper nempe posset et diabolus improperare in eo quod obtineret nihil iuris habere, & sic constaret nec antiquam dignitatem recuperasse. Vbi autem non esset plena primæ dignitatis reparatio, nec plena restauratio. Vt ergo posset homo resurgere iuxta rationem iustitię opus erat satisfactiōne. Adhuc & istud ad illud accedit, quoniam si homo nullam satisfactiōnem exoluisset, etiam si nullum exterius exactorem culpæ haberet, mordentis conscientię exactiōnem, & confusiōnis notam ad plenum nunquam deleteret. Nonne Eua magis creditit serpenti, quàm suo & tam benefico creatori? Nonne Adam elegit magis ostendere omnipotentiam quàm contigem suam? Quomodo ergo post tantæ præsumptiōnis audaciam tranquillam conscientiam obtinerent uel de corde deleteret notam confusiōnis si in nullo satisfacerent? Nunc autem fidelius deuotio magis gloriatur de redemptiōnis suæ satisfactiōne quàm prius confusa sit de tãtę deiectionis opprobrio, intantum ut ubique terrarum ecclesia fidelium cum omni fiducia canat. O ceteris necessarium Ad peccatum & nostrum quod Christi morte deletum est. O felix culpa quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem. Perspicua igitur ratio docet, quod sine satisfactiōne homo ad plenum reparari non posset. Ad plenitudinem autem satisfactiōnis oportuit ut tanta esset humiliatio in expiatiōne quanta fuerat præsumptiō in prauaricatiōne. Rationalis autem substantiæ Deus tenet summum, homo uero imum. Quando ergo homo præsumpsit contra Deum facta est elatiō de imo ad summum. Oportuit ergo ut ad expiatiōnis remedium fieret humiliatio de summo ad imum, sed hoc omnino non potuit nisi aliqua in Trinitate personarum. Itē si homo per creaturam potius quàm per creatorem recuperare posset & recuperaret iustitiam, & mediante iustitia futurę beatitudinis gloriam, nonne de cætero contra excellētiam

primæ dignitatis magis obnoxius esset creaturæ quàm creatori, facturæ quàm creatori? Nam plus est profecto iustificari, & beari quàm creati. Ad plenam itaque hominis restauratiōnem omnino non sufficeret persona quæ Deus non esset. Sed nihilominus constat quia quantum ad rationem iustitiæ ad hominem nihil attineret quicquid quæuis persona faceret quæ homo non esset. Quis autem non uideat æquum & plenum iuris esse & omnino rationabile ut satisfaciatur filius pro patre, frater pro fratre si ille non potest si ille ad hæc idoneus non est? Hominis ergo redemptiō hominem exigebat qui pro conditionis debito propriæ naturæ merito subueniret. Item homo per inobedientiam debitum mortis incurrit & ad eiusdem debiti expiatiōnem obediendo in debitam mortem pro debita soluere oportuit. Sed hoc omnino non potuit nisi homo mortalis & iustus & qui mortis sententię in nullo esset obnoxius. Vt itaque humani redemptoris persona ad debiti satisfactiōnem idonea foret, oportuit ut esset uerus Deus qui ad hoc sufficeret, ut esset uerus homo qui pro iure necessitudinis merito exoluisset. Et quomodo quæso uerus, & perfectus inter Deum & hominem mediator esset qui cum alterutro communi aliquid non haberet? E contra uero nulla meditatio ualidior, nulla firmior esse posset quàm quæ fieret per illum qui utriusque naturæ particeps esset. Ecce quomodo ex ratione colligitur quomodo oportuit mediatorem Dei & hominum uerum Deum, & uerum hominem esse.

Capitulum Nonum.

Nihilominus autem eadem ratione inuestigante inuenitur cui potissimum summa Trinitatis personæ hæc pietatis dispensatiō accommodetur. Sicut superius monstratum est ut posset homo primam dignitatem ad plenum recuperare opus fuerat satisfactiōne. Vt autem satisfactiō fieret, oportuit esse & qui iam exigere & nihilominus qui eam exoluisset. Culpam uero punire, uel aliquam satisfactiōnem pro illa exigere quam pater ignosceret nec filio nec Spiritui sancto omnino congrueret quorum uterque a patre habet totum quod habet. Oportuit itaque pro hac parte aut patrem, aut nullum utriusque exactiōnem. oportuit nihilominus aut filium, aut Spiritum sanctum pro homine satisfaciere. Sed si Spiritus sanctus mediatoris officium susciperet hanc forsitan meditationem homo suspectam haberet. Quid quæso mirum si super hac te homo cogitaret ut homo, timeret ut homo. Timeret forsitan ne filius magis faueret patri a quo habet totum quod habet quàm Spiritui sancto a quo nihil habet eorum quæ habet. Et si homo haberet duos contra se, unum pro se, forte non integre consideret de tali meditatione. Oportuit autem ut natura quæ credendo

Tertia ratio.

Ratio cur Spūs sanctus incarnari non debuit.

Gen. 1. Adam specialiter in filiū Dei peccauit.

endo ceciderat, credendo resurgeret. Ceciderat credendo serpenti, resurgeret credendo redemptori, ut quod per fidem perdidit, per fidem recuperaret, & per eandem portam compelleretur redire per quam a Dei beneplacito placuit hominem exire. Sed si Dei filius causam hominis susciperet, homini nihil suspitionis ingereret. Nam non posset Spiritus sanctus iuxta se prapositam rationem culpam non ignoscere quam filius uellet remittere, quanto magis quam uellet sua satisfactiōne delere? Imò absque dubio filio causam hominis suscipiente magis oportuit Spiritum sanctum cooperatori quàm exactoris officium exercere. Ecce quomodo ratio aperta demonstrat quod causa hominis ad sui expiatiōnem personam filij specialiter requirebat.

Capitulum Decimum.

Vdi & illud. Certe per præsumptionem uetitii & quasi per rapinam gestiuit homo ascendere usque ad similitudinem Dei. Vt igitur modus satisfactiōnis responderet modo præuaricatiōnis, ratio exigebat ut ruina nostrę reparari per exinanitiōnem descenderet de similitudine Dei ad similitudinem lapsi. Filius autem est imago, & figura patris. Ipsum itaque, ipsum iuxta congruam debitæ expiatiōnis modum oportuit descendere & assumere similitudinem hominis, ut unus atque idem haberet similitudinem Dei ex generatione diuina, & similitudinem hominis ex generatione humana. Scimus autem quia humanę propagatiōnis modus iuxta naturam non habet ut procedat homo ex homine sine generatōe, sed habet hoc Spiritus sancti proprietatem, ut ipse procedat de Deo sine generatione. Sicut ergo Spiritus sanctus non potuit iuxta mutuum similitudinum congruentiam de summis ad ima descendere, sic nec congruum fuit eum causam hominis ad delendam affectatæ similitudinis culpam suscipere.

Capitulum Undecimum.

Notate præterea quid in illa rapina specialiter affectauerit, & inuenieris (nec mirum) quia illa affectatio specialis iniuria filij fuit. *Evris*, inquit, *sicut Dii scientes bonum & malum*. Quid est filius Dei nisi sapientia Dei? Specialiter itaque in sapientiā peccauit qui scientiam per rapinam obtinere uoluit. Pensate si potestis, ex uno quàm iustum, ex altero quàm piū fuit ut filij sui iniuriā pater uindicaret, filius ignosceret. Disce homo quid facias, disce quid facere debeas. Disce (inquam) remittere iniuriam propriam, ulcisci alienam. Ecce parū fuit filio Dei ut suam ignosceret, nisi eandem ipsam & apud patrem expiaret. O pietas stupēda, caritas inestimabilis. Vt autē contraria con-

trarijs curentur attendite quàm congruum quod artificiosum uideretur ut qui per insipientiam ceciderat, per sapientiam resurgat. Par fuit ut cui falsitas fuit causa perditionis, ueritas fieret uia salutis. Par fuit ut qui mortem incurrerat per uerbum Diaboli, ad uitam rediret per uerbum Dei. Ex prædictis itaque patet satis (ut arbitror) quia nulli alij personæ in Trinitate magis conueniebat ab alia propiciari quàm patri, nulli alij causam hominis apud patrem expiare magis congruebat quàm filio. Diuisit itaque inter se summa illa personarum trinitas unus Deus, negocium salutis humana, ut unam eandemque hominis culpam pater puniret, filius expiaret, Spiritus sanctus ignosceret. Ad maiorem igitur lapsi hominis gloriam ut possit resurgere per iustitiam, pater satisfactiōnem exigit, filius exoluit, Spiritus sanctus se mediū interponit. Hæc uia, hæc porta salutis. Hic summus, hic singularis humanę restauratiōnis modus. Hoc itaque antiqui patres non solum ex Iudeis uerum & ex gentibus multi intelligebant, nam in idipsum (ut dictum est) tum ex insita ratione, tum ex diuina reuelatiōne edocti erant. Sed qui hoc intelligebant, & tamen super hoc ipso diuinum beneplacitum nesciebant, nullo modo id petere præsumebant. Quis enim unquam præsumeret petere ut filius Dei genus humanum per se metipsum uisitaret, per semetipsum redimeret, uisitaret per incarnationem, redimeret per passionem. Quis inquam hoc petere præsumeret nisi Dei propositum super hoc prius ex diuina reuelatiōne cognouisset? Desiderabant tamen quod petere non audebant. Ad hoc anhelabant, in hoc suspirabant, propter hoc gemebant, & lacrimis Dominum interpellabant, & astuantium desideriorum clamoribus ad ipsum uociferabant. Horum tipus exprimitur in eo quod a Domino dicitur. *Ad me clamat ex seiv. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* Custos (inquiunt) quid de nocte? Ac si per insinuationem exprimerent quid tantis desideriorum aestibus quærerent. Scimus (inquiunt) filij Dei uerbum altissimi, scimus quoniam aduentus tuus nobis est necessarius, sed petere non præsumimus. Scimus quoniam satisfactiō nostra pendet ex incarnatione tua, pendet ex passione tua, sed facis si uis. Nam hoc quis petere audeat, quis postulare præsumat, nisi super hoc prius beneplacitum tuum agnoscat? Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?

Modus restauratiōnis humana.

Esa. 27.

Capitulum Duodecimum.

Vis quæso cui loquitur? Creaturam certe creatori suo. Cur igitur creatorem inuocando non dicit creator, creator. Quis inquam hæc audit, uel a quo? Dominus utique & a seruo? Cur ergo ei non dicitur. Domine, Domine? Certe quod eum creatorem Deum Dominum habebat commune eis cum omnibus erat: sed quod

quod latam perditionis niam communiter cū ceteris non incedebant, eis præ ceteris ex eius custodia erat. Gratia ergo prærogatiua ei præferunt quam ex eius munere acceperunt. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Tu es qui nos de nocte custodisti ne nos cum ceteris caligo infidelitatis inuolueret. Tu es qui nos de nocte custodisti ne malitiæ frigus caritatem nostram extingueret. Beneficiã inchoata parat nobis fiduciam præsumendi maiora. Salutẽ inchoatam speramus perficiendam. Vt autem salutem inchoatam perficias, necesse est ut uenias. Necesse est ut uenias per te metipsum, nec hoc solum sed ut uenias & per spiritum tuum. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Præuidebant itaque antiqui per spiritum quia necesse erat ut filius Dei ueniret, necesse similiter ut spiritum sanctum mitteret. Præuidebant hoc inquam & idcirco ingeminant cum clamant. *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* Vide quod sit necessarius utriusque aduentus. Ex aduentu filij credentium fides fundatur, ex aduentu Spiritus sancti fides fidelium confirmatur. Vnam eandemque hominis salutem filius operatur, Spiritus sanctus cooperatur. Vt quid ergo hominiam dubitet de placando patre cum se uidet in hoc negotio duos aequipotentes cooperatores habere? Dicat ergo custodienti, dicat custodituro hinc per se metipsum, hinc per spiritum sanctum. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?

Capitulum Tertiumdecimum.

Ab Adam usque ad Christum oēs sub nocte fuerunt.

Ioan. 8.

Psal. 111.

**E**T dixit custos. Veni mane, & nox. Ab ipsa primæ præuicationis hora usque ad Christum omnes sub nocte erant, & uiam reuertendi ad patriam, portam intrandi ad uitam inuenire non poterant, & idcirco ueri diei mane desiderabant, qui quas tenebras paterentur non ignorabant. Et ecce eis iuxta desiderium suum responderetur cum a Domino dicitur. *Veni mane.* Quid est mane, nisi quedam inchoatio lucis diurnæ? Scitis autem quis dicat: *Ego sum lux mundi.* Lux mundi & sol iustitiæ Christus est qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Inchoatio itaque uetæ lucis est aduentus nostri saluatoris. Oriente namque sole iustitiæ inchoatur uerum mane. De hoc mane in propheta habemus. *Exortum est in tenebris lumen rectis misericors & miserator Dominus.* Dicit itaque venit mane. Mane desideratis mane habebitis. In aduentum filij mei suspiratis. Cito ueniet quem queritis. Dixit custos. Veni mane. Sicut superius iam dictum est nõ dicit dixi, sed dixit. Alia itaque persona est quæ inuocatur, alia a qua responderetur. Filio supplicatur, & pater propiciatur. Filius interpellatur, pater miseretur. Filius imploratur, pater largitur. *Dixit custos. Veni mane.* Patris dicere (ut dictum est) eius est reuelare. Patris promittere est propositi sui

**A** beneplacitum menti humanæ per spei fiduciã infundere. Ecce quod longe superius iam diximus quia quidam modum humanæ restaurationis quomodo fieri oportuit intelligebant, sed quoniam diuinum beneplacitum super hoc ipso nesciebant nullo modo petere præsumebant. Ad hoc namque eiusmodi intelligentia eis data est, ut intelligerent, quid desiderare ad quid suspirare deberent. Et diu, multumque de siderando, gemendo, suspirando digni fierent qui super hoc certificari debuissent. Et ecce anxie desiderantibus humiliterque supplicantibus aduentus redemptoris reuelatur a quibus prius sciebatur, nec tamen præsciebatur. Nam ecce iam meretur audire uenit mane. Filij Dei itaque aduentus gentibus reuelatur in eo quod millicibus idumæis dicitur, Venit mane. Testatur quod dicimus oracula Balaam propheta, testatur hoc ipsum uaticinia Sybillæ. Attestatur (ni fallor) & huic testimonio ara illa quæ apud Athenas consecrata erat ignoto Deo. Sciscitanti autem Paulo Apostolo an homo futurus esset, an spiritus Deorum? Responsum est a beato Dionysio, uerus Deus, & uerus homo, & ipse renouaturus est mundum. Ex his itaque palam est intelligere gentes Christi aduentum ex reuelatione prænosse. Accepta autem in hoc diuina reuelatione prophetici uiri siue ex gentibus siue ex Iudeis cum omni instantia, uel fidentia quærebant quod prius petere non audebãt. Quid aliud quærebat uox illa propheta ad patrem? *Emitte agnum Dominatorem terræ.* Quid aliud spirabat uox illa psalmista ad eundem: *Emitte manum tuam de alto?* Nonne ipsius aduentus ab ipso filio satis deuote nec minus aperte queritur cum eodem per prophetam dicitur? *Vtinam dirumperes caelum ac uenires.* Nonne manifeste satis eius aduentum psalmista postulabat cū ipsi proclamaret? *Excita potentiam tuam & ueni ut saluos facias nos.*

Capitulum Quartumdecimum.

**P**redicitur itaque aduentus Christi, nec solum Christi, sed etiam Antichristi. Venit mane, & nox. Aduentus Christi diem facit, Antichristi aduentus noctem ingerit. O nox tenebrosa & omni horrore plena quam facit Antichristi præsentia. Tanta namque nunc temporis seductionis caligo superuentura est uniuerso orbi, ut in errorem inducantur & si fieri potest electi. Dicit ergo. Veni mane & nox. Sed si adhuc in prædictis uerbis ad tropologicum sensum recurrimus, inuenimus fortassis unde ædificari valeamus. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Pro certo quotquot in Christo renati sumus, filij lucis existentes ut filij lucis ambulare debemus. Proculdubio alia est nox Idumæi, & alia Christiani. Sic & alius dies huius, & alius illius. Dies Idumæi (ut diximus) est mundi huius prosperitas, nox uero eiusdem aduer-

Num. 24.

Act. 17.

Esa. 16.

Psal. 143.

Esa. 64.

Psal. 79.

Dies Idumæi quæ-

**P**sal. 36. *aduersitas. Sed uero fideli qui dicitur: Educes quasi flumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. Semita enim iustorum quasi lumen splendet, & crescit usque ad perfectam diem.* Dies itaque nostre iustitiæ, nox iniustitiæ, Tætatio diabolica noctem ingerit, inspiratio diuina diem facit. Toties uero noctis tenebras incurrimus, quoties per ignorantiam, uel per malitiam peccamus, & necesse habemus Samaritano nostro proclamare. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Quis est iste custos cui clamatur in nocte, nisi Samaritanus ille qui miserus est eius qui incidit in latrones, & carum ipsius egit? Samaritanus namque custos interpretatur: Iste utique Samaritanus in die, ille nos custodit in nocte. Iste inquam nos custodit in die, quãdiu dat nobis in bono perseverare. De nocte nos custodit, ne post peccati lapsum demur in reprobum sensum, & eundo de malo in malum cadamus tandem in desperationem, uel in metis obligationem. Ipse ergo est custos nostre, ipse æquus consolator nostre. Ipse qui nos custodit in tentatione, ipse qui nos consolatur in tribulatione. Ipsum custodem, ipsum consolatorem habemus, ipso postulante ipso præstare & alium accipimus. *Rogabo, inquit, patrem, & alium paraclitum dabit uobis.* Paraclitus idem sonat quod consolator. De eodem paraclito quem per filium accepimus, dicit alio loco idem filius: *Cum uenerit spiritus paraclitus quem ego mitto uobis a patre meo.* Quoniam igitur unigenitus Dei nos & consolando custodit, & custodiendo consolatur, & nunc quidem per se metipsum, nunc uero per spiritum suum, recte ei ingeminando dicitur. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Sed cum nos tam per diem, quã per noctem (sicut dictum est) custodiat, in nocte se esse innuit qui sic clamat, qui non diurna, sed tantum nocturna custodia mentionem facit. Sed alia debet esse supplicatio ambulantis in die, & alia ambulantis in nocte. Alia denique eius qui agit opera lucis, atque alia eius qui agit opera tenebrarum. Scimus quoniam qui facit ueritatem, uenit ad lucem ut manifestentur opera eius. Vultis audire eiusmodi operatorem quã fiducialiter oret, eo quod ipse in luce ambularet: *In quacumque, inquit, die inuocauero te uelociter exaudi me.* Audite econtra quam timide, quã uerecundè supplicat qui tenebras iniquitatis se incurrisse considerat. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Non dicit parce, parce, non dicit miserere. O quã trepide supplicat qui non audet dicere, miserere mei Deus, miserere mei, qui non præsumit ut dicat. Deus propitius esto mihi peccatori. Sape audimus elemosynam petentes nihil aliud ad transeuntem diuitem clamare, nisi tantummodo, Domine, Domine. Sic iste ad peruigilem, & indefessum infirmitatis nostræ, custodem, supplicatis uoce clamat. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Sed quid mirum si tam humiliter

Dies noctis iustitiæ noctis.

Luc. 10.

Quid sit nos custodiri in die, & in nocte.

Ioan. 14.

Ioan. 55.

Psal. 55.

**A** clamat Christianus, quando sic (ut superius dictum est) clamat idumeus? Nam quanto gradus altior, tanto calius deterior. Hinc est enim quod multo difficilius renouatur ad uitam ad unius criminis lapsum quilibet Christianus, quã qualiscunque infidelis quotlibet criminibus obnoxius. Audi super hoc non meam, sed Apostoli sententiam: *Impossibile est, inquit, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum celestis, & participes sunt facti spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum, virtutesque seculi uenturi, & prolapsi sunt, renouari rursum ad penitentiam.* Quibuslibet enim infidelibus ad baptismum confluentibus sufficit penitentia sola, sine satisfactione aliqua. Fidelibus uero peccantibus, & penitentibus non sufficit penitentia sola, sine satisfactione condigna. Nam Christianorum expiatio post lapsum non solet fieri sine maceratione carnis propria, quod penitentibus infidelibus conferre solet passio Christi, sola scilicet maceratio carnis aliena. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis iam non relinquatur pro peccatis hostia. Quid ergo mirum si humiliter gemant, qui reatus sui magnitudinem agnoscunt? Dicant ergo, dicant qui eiusmodi sunt. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Per insinuationem itaque ostendit quid sit quod petere uelint, nec præsumunt. Ac si apertius dicant indulgentiam petere, gratiam reparare concupiscimus. Sed agnoscentes quã impudenter egimus, petere non præsumimus. Vias itaque ueritatis sponte deseruimus, opera tenebrarum ex industria incidimus. Reuertiam iam uolumus, sed inter nocturnos timores, inter nocturnos horrores nec ualemus, nec scimus. Tu utique es qui tales reuocare potes, qui tales reuocare soles. Facis itaque si uis. Quod alijs impendis, potes & impendere nobis. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Sed si merito tam humiliter, si merito tam suppliciter post lapsum orat quilibet Christianus, quanto magis quilibet ordinem, & religionem professus? Nam ad probationem & confusionem eorum qui tepescunt, & defluunt in religione, obijcitur, & impropertur illis a Domino quid agere, sape etiam sæculares persona. *Ad me clamat ex Seir. Custos quid de nocte, custos quid de nocte?* Si habitator Seir tam humiliter clamat, quid amplius facturus est quem uocabulum religionis honorat, maxime si se turpiter lapsum considerat? An forte nesciunt qui eiusmodi sunt, quoniam modicum fermentum totam massam corrumpit? Quid iuuat mercedes colligere, & eas in sacculum pertusum mittere, & quicquid hincinde multo tempore, multis sudoribus congregatur ex modico, &

Heb. 6.

Esa. 21.



Jacob. 2. Quomodo intelligenda nebi illa, qui in vno offeudit, reus est omnium.

eo, & in momento per lere? O quor annorum merita, quot meritorum stipendia perdi possunt ad vnus, & vnum criminis lapsus. An ne scitis quoniam qui in vno offendit, reus est omnium? Qui enim vel ex vno crimine Deum si hi offensum reddidit, in ceteris etiam qua obseruauit, seipsum reum constituit, Reum inquam, & si non catenus vt quasi pro eorum peccatione puniatur in inferno, eatenus tamen, vt illa incorruptionis mercede priuetur, qua pro ceterorum conseruatione habiturus erat in celo. Qui igitur pro momentanea delectatione contemnit Deum & Dominum vniuersoru, deserit societatem Angelorum, amittit regnum caelorum, quid quæso dicitur est cum steterit ad rogandum Deum? Exemplo saltem discat, quid facere debeat, Discat inquam quam humiliter debeat orare, quam veterandè oporteat supplicare, si habitator Seir & tam reuertentur orat, si tam humili deuotione clamat qui nullum unquam sanctitatis locum tenuit, qui nunquam gustare meruit quam suavis est Dominus, quam bonus Israel Deus his qui recte sunt corde. Ad me (inquit) clamat ex Seir, Custos quid de nocte, custos quid de nocte,

Capitulum. X V.

Sed quisquis es qui hæc audis, si deiectionis tuæ magnitudinem attendis, non est tamen unde desperare debeas. nam audi consequenter unde merito ad spem reuiuiscas: Et dixit custos, Venit mane. Ecce in nocte laboranti, ecce pro obtinendo mane supplicanti, subito & inopinante promittitur, quod cum tanta humilitate requiritur. In nulla ergo vitiorum enormitate de eius miseratione est desperandum, qui tam multus est ad ignoscendum. Sed nunquid iccirco eum impudenter, & irreuerenter implorare debemus, quem ad indulgendum tam prouum agnouimus? Immo tanto magis debemus in eius conspectu erubescere, tato humiliter veniam postulare, quanta benigniorem, & dulciorem agnouimus quem contumaciter offendimus: Dixit custos, Venit mane. Custodis huius promittendo dicere, vel dicendo promittere, est animæ supplicanti spei certitudinem gratiæ suæ inspiratione infundere, & de desiderij sui expectatione omnem diffidentiam, vel ambiguitatem tollere. Per reuersionem itaque mystica tamen locutione dictum intelligitur, quod per custodem responderetur. Venit mane & nox.

Capitulum. X V I.

Mano est solatio diuina nox, tentatio diabolica.

VT superius iam dictum est, mane facit consolatio diuina, noctem tentatio diabolica. Supplicanti itaque animæ in una eademque respotione, & illud promittitur quod merito desideratur, & subsequenter prædicitur, quod in re timeatur. Sed illud utique est consolationis, istud eruditionis. In uno lectum, in altero efficitur

capitulum. Venit mane, & nox. Sic (inquit) ueniet mane diuina consolationis, ut iterum subsequatur nox diabolica tentationis. Sub hac certe alternatium uicissitudinum uarietate uiuere nos oportet quamdiu sumus in hac peregrinatione. Venit mane, & nox.

Capitulum. X V I I.

Ad datur adhuc & ab eodem custode: Si queritis, querite, conuertimini, & uenite. Superius dixerat. Ad me clamat ex Seir. Non dicit clamant, sed clamant. Hic uero non dicit, si queritis, quærite, immo si queritis, querite, unde (ut iam diximus) recte intelligitur, quod in superioribus numerus pro numero ponatur. Dicitur itaque. Si queritis, querite, conuertimini, & uenite. Audiuimus superius Dominum mane promittentem, attendamus nunc ipsum quod promissit exhibentem. Nonne iam mane habebat, qui ex diuina reuelatione, & quasi sub manifesta luce uidebant quid canere, quid facere deberent? Quid eis cauendum foret, ostendit in eo quod dicitur. Venit nox. Quid uero agendum esset, adiungitur in eo quod sequitur: Si queritis, querite, conuertimini, & uenite. Agendi modus determinatur in tribus, in querendo, conuertendo, ueniendo. Si queritis, querite, conuertimini, & uenite. Querite per studium, conuertimini per desiderium, uenite per exercitium. Si queritis querite, & inquirendo perseuerate. Immo & multipliciter queratur qui nunquam ad plenum inuenitur. Si infideles estis, & Deum queritis per inuestigationem, querite potius per fidem. Alioquin si non credideritis, non intelligetis. Si fideles estis, & queritis per fidem solum, querite adhuc per ueritatis intelligentiam, & si non iam Marthæ, sed Mariæ locum in ecclesia tenetis, querite per contemplationis gratiam. Si queritis, querite. Querite ipsum, querite quod sit amandum propter ipsum, querite quomodo sit perueniendum ad ipsum. Et si iam hæc quaeritis, & inuenistis, conuertimini, & uenite. Si iam inquam quaeritis, & quid oprandum sit inuenistis per studium, conuertimini ad illud etiam per desiderium. Conuertimini, & uenite. Si adhuc illicita amatis, tergum, non faciem ad Deum habetis, & eo ipso nec inuenire potestis. Dicitur ego uobis: Conuertimini, & uenite. Si faciem uestram quasi ad leuam uertitis, & licitis quidem, sed superfluis per amorem intenditis, ad huc dicitur uobis. Conuertimini, & uenite. Sed si iam ad dexteram conuersi estis, & solis necessarijs, sed transitorijs tamen atque corporeis per intentionem, & amorem inhaeritis, adhuc merito dicitur & uobis. Conuertimini, & uenite. Sunt necessaria corpori, & sunt similiter necessaria spiritui. Illa sunt toleranda, ista optanda. Illis oportet uti, istis frui. Amanda itaque sunt & desideranda spiritui necessaria. Sed quid dico necessaria, cum dicat ueritas ipsa? Porro vnum est necessarium. Habemus ergo quod sit con-

Luc. 10.

ABIECTIONES MAGISTRI Andreae secundum quod Iudæi solent nobis opponere de nostro Emmanuele.

Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Hanc de conceptione, & natiuitate Saluatoris nostri, & integritate, & uirginitate matris eius semper uirginis apertissimam prophetiam, prout iustum est cum de ipsis exponimus, Insurgentes in nos Iudæi ueritatis inimici, suæ caullationis ariete simillimum fidei nostræ murum labefactare conantur. Primo dicunt quod in hebraico non habetur becula, quæ uox uirginem, sed alma, quæ nunc iuuenulam, nunc absconditam significat. A quibus cum opposentes quaerimus, quomodo futura hoc rationis signum esse possit, quod iunioris ætatis femina, uel abscondita, & secreta concipiat, & pariat cum hoc frequentissime fieri uideamus: respondent dicentes. In hoc signum erat quod ea quæ nondum conceperat in prima ad eam uiri accessione conceptura erat, & masculum paritura, qui ab ipso populo, uel matre Emmanuel nominaretur. Ac si a propheta diceretur. O domus David, si uideris hanc iuuenulam quæ nondum concepit in proximo concipere, & filium parere, scias hoc tibi signum futuræ liberationis de manu supradictorum regum a Domino datum. Vos autem (inquiunt) qui hoc de uirginis uestri Iesu matris conceptione, & partu exponitis, respondete quomodo quod post sexcentos uel eo amplius factum est anno domui David, & Acham, quod de manu Rasin, tunc regis Syriæ, & Facæ filijs Romeliæ liberandi essent, signum esse potuit. Quomodo illis signum esse potuit quod nunquam uiderint uel uisuri erant? Vos per abruptam, nos per planam incedimus uiam quibus tota capituli contentia consonat, uos tota litteræ circumstantia reclamante uni uersiculo adheretis. Quod (ut melius pateat) ab exordio usque ad finem totum prosequimur capitulum. Mandauit Dominus per prophetam Acham quod signum peteret, per quod certus esse posset, quod non oporteret eum timere a duabus caudis titionum fumigantium. Quo signum petere nolente, conuertit se propheta ad populum, cui dicit ipsum Dominum signum esse daturum, ipsumque signum statim supponit dicens. Ecce uirgo concipiet &c. Subiungit & cibum ipsius pueri ex uirgine concepti, & nati, & causam quare tali cibo uratur. Post hæc interponitur de aduentu Assiriorum in terram Iuda, & quid in ea facturi sint ad extremum post enumerationem eorum quæ uastitatem sequuntur, imperat Dominus propheta ut in grandi libro plane, & legibiliter scribar nasciturum de-

Psal. 33. Psal. 83. Psal. 17. Esai. 40. Psal. 54.

fit conuertendum, ubi per amorem inhaerendum. Conuertimini igitur, & uenite. Conuersi uero non debetis respicere, uel retroire. Quia mittent manum ad aratum, & respiciens retro non est apertus regno Dei. Et cœlestia animalia ibant, & non reuertebantur cum incederent. Sed nec conuersis quidem sufficit stare, & in eo quod cœperant perseuerare nisi eant, & proficiant, & quæ retro sunt oblitii in anteriora tendant: Accedite, inquit, ad eum, & illuminamini. Dicitur ergo conuertimini, & uenite. Alii itaque ueniunt eundo, alij currendo, alij autem uolando. De primis dictum patet: Ibant de uirtute in uirtutem. Eorum est currere qui possunt cum propheta dicere: Qui posuit pedes meos tanquam ceruorum. Illi uero debent & solent uolare, qui secundum Esaiam assumunt pennas ut Aquila, uel quales psalmista desiderabat accipere. Quis inquit, dabit mihi penas sicut columba? Assiriorum est ire, speculatiuorum currere. Cōtemplatiuorum uolare. Ecce de materia modica, sed multum profunda, dixi quod potui, quomodo potui. Si insipiens factus sum, tu me coegisti.

DE EMMANUELE Libri Duo.

PROLOGVS.

N quendam magistri Andreae, tractatum quem in Esaiæ explanationem scripserat, simul & ediderat incidi, in quo nonnulla minus caute posita, minus catholice disputata inueni. In multis namque scripturæ illius locis ponitur Iudæorum sententia quasi sit non tam Iudæorum, quam propria, & uelut uera. Super illum autem locum, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, Iudæorum obiectiones, uel questiones ponit, nec soluit, & uidetur uelut eis palmam dedisse, dum eas ueluti insolubiles relinquit. In eiusmodi itaque positionibus scandalizantur peritiores, infamantur imperitiores, intantum ut usque hodie ex eius discipulis existant qui supra positam prophetiam non de Beata Maria, quin potius de prophetissa dictam contendunt. Ad tollendum ergo errorem uel eorum qui iam decepti sunt, uel adhuc decipi possunt, statui aliqua scribere, & positas obiectionibus obuiare. Prima itaque operis huius frōte liber ipsas obiectiones ponere, quæ admodum inueniuntur in iam dicta explanatione. Secundo uero quasi pro testimonio adiungo quadam uerba Beati Hieronymi, quemadmodum ab ipso edita sunt in explanationem eiusdem loci. Ultimo autem loco liber ex meo addere quatum puto ad refellendas obiectiones posse sufficere.

Richardi S. Victoris Pars I.

T a iuuenula,



Iuencula, uel abscondita pueri nomina duo hęc. uelociter spolia detrahe, cito pradare. Et ne qua fraus, uel dolus subesse putaretur, uel ne alio quam ad prophetissam (Esaia uidelicet uxorem, & filium ex ea natu) quod de uirgine, potius iuencula paritura dicitur inuente retur, & adhibuit & duos quibus bene credi deberet testes, & sub his testibus ad prophetissam maritali officio accessit, & concepit, & peperit, cuius nomen Domino precipiente (sicut subiugitur) appellat, causamque quare sic debeat appellari supponit. Ecce (inquit) omnia rationaliter procedunt, omnia quę promittuntur fiunt, promittitur iuencula quę libedum conceperat in signum paritura filium. Adhibetur testes duo fideles, qui visu & auditu prophetissam ad quam Esaia accessit, adolescentulam esse dignoscere, & ex ea uiri ad illam accessione concepit, cum tempus pariendi aduenit, certissime scire ualere. Si dubitatis de iuencula, fideles fidem facient testes. Prędicatur cõceptura, concepit paritura filium, peperit & masculinam. Cibos comedit quos comesturus fuit prędictus. Ecce datum est signum quod se daturu Dominus promisit. Nam non res signum secuta est: In diebus infantie filij uirginis, uel iuencula duo reges a quorum facie Iudas trepidabat, alter ab Assirijs interfectus, alter ab Olee filio Elam trucidatus occubuerunt. Ecce signu p̄cessit, secuta est res. Liberatus est Iudas a metu, propter quem tollendum datum est signum. Vestrae autem uirginis partus nec signum fuit, quibus tollendus erat metus, sed nec esse potuit. Nec res propter quam signum datum est secuta est. Sed quingentis & eo amplius annis signu quod uos ponitis p̄cessit. Explicate si potestis quomodo Esaia propheta sub notis & nominatis testibus ad p̄phetissam accesserit, ex qua accessione ipsa cõceperit, & filium peperit, quę Dominus idcirco uocari iusserit accelera, spolia detrahe, festina pradare, quod in diebus infantie eius a regionibus Assiriorum tollenda esset fortitudo Damasci, ubi regnabat Rafin, & spolia Samarie, ubi sceptrum gerebat Facee filius Romelia. Apertissime loquitur sacra scriptura Dominum qui mentiri non potest dicere, quod antequam puer quę prophetissa peperit Esaia, sciat patrem suum, & matrem uocare, Damascus, & Samaria ab Assirijs destrueda sit. Si uirginem uestram huius pueri matrem dixeritis, consequenter & Esaia eius patrem esse dicere uos oportebit. Si statim post natum Esaia de prophetissa filium, mortuis duobus regibus, Iudas a metu quem illi incutiebant liberatus est, cuius rei gratia signum dabatur, luce clarius elucet, quia eiusdem pueri matris & conceptus & partus prędictę liberationis signum fuerit. Hęc sunt quę in nos tela iaciunt Iudai sacram nos litterarum deprauatores, & uiolentos distortores appellantes. Quibus ut respondeamus, nec opus est, cum alij hoc ante nos fecerint.

Huc ubi Iudeoru obiectio nes.

rint. Sed an sufficienter responsum sit, ipsi quę responderunt uiderint. nec utile, ne si forte anceps certamen imparibus ineuntis uiribus succumbamus, non nobis solis, sed & illis quorum acutissimi uicacitate ingenij, si cum eis congressi fuissent facile superarentur, uictores insultent. Nos itaque nostris uiribus emensis, fortiora fortioribus relinquentes, ceptam litteralis sensus explanationem exequamur. Dabit gratuita uoluntate sua, non uestris peruektorum, & incredulorum meritis signum. Facturus est Dominus quiddam uobisque in signum daturus, quod cum uideritis, significabit uobis quod a metu prędictorum regum liberabimini. Ecce uirgo concipiet & pariet. Iuencula uel abscondita partus, & conceptus quando eum uideritis significabit uobis quod a prędicto metu liberabimini, & uocabis tu domus Iuda, uel quę concepit, Emmanuel. Ideo tali nomine, uel domo Iuda, uel matre uocare puer nominabitur, quia Deum propiciam, & adiutorem sibi futurum intelligit, cum puerum quem sibi in signum se daturum promisit iam natum perspexerint. Vel quia in diebus natiuitatis eius iam illis Dominus benefacere cepit. Butirum, & mel comedit. Si ut causalem facimus coniunctionem, scientia reprobandi malum, & eligendi bonum causa est quare butirum & mel comedit. An talis comestio talem scientiam conferre potest? Nonne & stulti butirum, & mel comedunt? Si ergo ut consecutum facimus ut dicamus butirum, & mel comedit, & sciet reprobare malum, & eligere bonum, quomodo exponetur quod sequitur, quia antequam sciat puer &c. nisi forte quia ibi sicut in plerisque copulatiua accipitur, & sic legatur. Butirum, & mel comedit, & sciet reprobare malum, & eligere bonum, & antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum. Sunt qui ita legunt. Butirum & mel comedit, ut qui sciat reprobare malum & eligere bonum, & antequam huiusmodi scientiam habeat derelinquetur. &c. Hoc etiam partem signi putant, quod in infantia postus quę nihil eorum quę apponuntur reijcere solet, immundis tanquam sordibus refutatis, mundos tantum cibos (quę sinodochice in butiro & melle accipiuntur) in cibum sumpturus sit. In eo quod dicitur butirum, & mel comedit, hebraei futura fertilitatis promissionem esse dicunt. Vbi nos habemus ut sciat reprobare malum illi habent (ut dicunt) ad scientiam abominari in malum & eligere in bonum. Quod est dicere prophetissę filius butirum, & mel comedit cum uenerit ad scientiam qua possit abominari malum, & eligere bonum. Vnde autem quando ille ad nos discretionis peruenerit tanta sit futura copia in terra hostiliter uastata, ut lacte (quod per butirum intelligimus) & melle fluat, subiungit,

subiungit, quia antequam sciat &c. Bene poterit tunc puer butirum & mel comedere, quia in infantili etate illius derelinquetur Syria & decem tribuum terra a duobus regibus quos tu domus Iuda formidas.

Verba Hieronymi.

Q Vado autem dicitur, dabit Dominus ipse uobis signum, nouum debet esse, atque mirabile. Sin autem iuencula, uel puella (ut Iudai uolunt) & non uirgo pariat: quale signum poterit appellari cum hoc nomen etatis sit, non integritatis: & reuera ut cum Iudęis cõferamus pedem, & nequaquam contentioso fune prębeamus eis risum nostrę imperitię. uirgo hebraice בְּתוּלָה appellatur, quę in pręsenti loco non scribitur. Sed pro hoc uerbo positu est, הַיָּמָּה quod pręter lxx. qui posuerunt הַיָּמָּה omnes adolescentulam trāstulerunt. Porro הַיָּמָּה apud eos uerbum ambiguum est, dicitur enim & adolescentula, & abscondita, id est ἀποκρυφῆ. Vnde & in titulo psalmi noni, ubi in hebraico positum est. Alma nomen quod ceteri interpretes trāstulerunt pro adolescentula quod septuaginta interpretati sunt pro absconditis, & in Genesi legimus ubi Rebecca dicitur alma Aquilam non adolescentulam, nec puellā, sed absconditam trāstulisse. Sunamitis quoque mulier amisso filio cum Elisei fuisset pedibus prouoluta, & prohiberet eā Giezi, audit a propheta dimitte eam quia in dolore est, & Dominus abscondit a me. In hebraeo scriptum est, וְהַיָּמָּה נָטָה. Ergo alma non solum puella, sed & uirgo. sed cum trāstulisset uirgo abscondita dicitur, & secreta, quę nunquam uirorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit. Lingua quoque punica quę de hebraeo rum fontibus manare dicitur, proprie uirgo alma appellatur, & (ut risum prębeamus Iudęis) nostro quoque sermo alma sancta dicitur. Omniumque pane linguarum uerbis utuntur hebraei, ut est illud in cantico canticorum de Graeco ἡ ὀψίον. i. ferculum sibi Salomō fecit, quod & in hebraeo ita legimus, uerbum quoque nugas, & mensuram, Hebraei eodem modo, & eiusdem appellant sensibus, & quantum cū mea pugna memoria, nūquam me arbitror alma in muliere nupta legisse, sed in ea quę uirgo est, ut non solū uirgo sit, sed uirgo iuuioris etatis, & in annis adolescentie. potest enim fieri ut uirgo sit uetula. Ista autem uirgo erat in annis puellaribus, uel certe uirgo, nō puella, & quę adhuc uirum nosce nō posset, sed iam nubilis. Deniq; & in Deuteronomio sub puellę, & adolescentule nomine uirgo intelligitur: Si inuenerit, inquit, homo in campo puellam desponsatam, & uir opprimens eam dormierit cum ea, interficietis uirum solum qui concubuit cum ea, & puella nihil facietis. Non est adolescentule peccatum mortis, quia quomodo si quis insurgat contra proximum suum, & interficiat animam eius, sic hoc negotio accidit &c.

Lib. 3. Cõment. in ca. 7. Esa.

Gen. 24.

4. Reg. 4.

Deut. 22.

Richardi S. Victoris Pars I.

LIBER PRIMVS.

Refellitur Iudeorum sententia & Christianorum confirmatur. Cap. I.

**E**cce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, butirum, & mel comedit, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Quam merito uidentes dicti sunt qui in tam longinquum uidere potuerunt. Qui enim hodie dicitur propheta, olim dicebatur uidens. Sexcentis certe, & eo amplius annis (si nos chronographi non fallunt) sunt ista pręuisa atque prędicta antequam facta. Vide ergo in quā longinquum prospexit qui ista prędixit. Miraris (ut arbitror) de perspicacia pręuidentie, mirare nihilominus in uerbis prophetę profunditatem intelligentie. Mira sanē uis illa pręuidentie, sed non minus mirabilis modus ipse dicendi. Ecce in eisdem ipsis uerbis prophetę uide Christianus illuminatur, inde Iudęus excœcatur, diabolus infatuatur. Ecce ubi agnus ambulat, elephas natat, sed nō enatat. Ecce ubi Christiana simplicitas planam uiam inuenit, currit, nec offendit, Iudaica perfidia submergitur, diabolus suffocatur. Intantum autem illuminatur Christianus, ut malit mori quā ueritatem diffiteri, intantum excœcatur Iudęus ut paratior sit mori, quā ueritatem fateri, intantum infatuatur diabolus, ut pręsumat posse fieri peccatorem quem constat esse omnium redemptorē. Hęc omnia (inquit) tibi dabo si procidens adoraueris me. Illum prouocat ad se adorandū cui dicitur omne genu celestium, terrestrium & infernorū. Ecce quomodo stulti facti sunt principes thaneos. Et quidem necesse erat ut redemptionis nostrę sacramenta uerborum ambiguitate obnubilarentur, ne a malignis spiritibus, uel hominibus intelligerentur, & impedirentur. Si enim cognouissent, nunquam Domium glorię crucifixissent. Non sum tam prompti eloquij, uel profundi ingenij, ut me arbitrer posse prophetice sententię profunditatem sermone explicare uel cogitatione comprehendere. Sufficit mihi hoc loco si detur in simplicis litterę expositione deuotioni fidelium satisfacere, & quomodo debeat hęc Esaia propheta ad uerbi incarnationem referri ostendere; *Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel.* Et hanc quidem prophetiam, & si nunquam detur uobis secundum dictam sententiā, circumiacenti litterę posse coaptare, nihilominus tamen debetis eam credere de Christo prędictam, & in Christo completam fuisse. Qui non potest intelligere uocem prophetantis, audiat uel sensum exponentis. Qui non intelligit sensum uaticinantis prophetę, credat

Esa. 7.

Math. 4. Philip. 2.

Cur facta nomen redemptoris sub ambiguitate uerborum fuerunt obnubilata.

T 3

Esaï 7. Probatio irrefragabilis, quod verba illa ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Quid totum? Noli timeve Joseph accipere Mariam conu- gem tuam, quod cum ex ea natum est de Spiritu Scto est. Ecce euangelista dicit dictam prophetiam in beata Maria completam fuisse. Quis au- deat contradicere: Ibi prædicitur conceptura virgo, hic dicitur conceptisse de Spiritu Sancto. Cõ cepit ergo de Spiritu Sancto, non de viro. Con- cepit ergo, & peperit virgo. Non nouit Spiritus Sctus virginem corrumpere, sed sanctificare. Nescit Spiritus Sanctus mūditiā virginis mi- nuere, sed augere, nescit fœdare, sed glorificare. Qui ergo necdum habet cor illuminatum ad intelligendum sensum vaticinantis propheta, afferat saltem aures non graues ad obaudiendum exponenti euangelista, ne incurrat illud eiusdem Esaia: *Excaeca cor populi huius, & aures eius auerana.* Qui necdū intelligit quod legit, saltem credat ex corde ut sic mereatur intelligere: *Si non credideritis, inquit, non intelligens.* Fir- missimum argumentum fidei nostræ quoddam idē tam concorditer nunciant propheta, & euāge- lista. Quod propheta prænunciat, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Hoc est quod euangelista alijs verbis enunciat, verbum caro factum est, & ha- bitauit in nobis. Habitauit (inquit) in nobis. Ha- bitauit sanē ut fieret noster Emmanuel, & esset nobiscum Deus. Quod propheta vno uerbo ex- primit cū eum Emmanuel dicit, hoc est quod Angelus ad Mariam latius explicat cum ei di- uinitus annunciat: *Quod ex te nascetur sanctum, & vocabitur filius Dei.*

Esaï 6.

Et cap. 7.

Joan. I.

Luce. I.

*Quæ sunt illa quæ nobis solent Iudæi, vel Iudaizantes opponere ad ea quæ sentimus de nostro Emmanuele. Cap. 11.*

**S**ed huic nostræ assertioni reclamant Iudæi, submurmurant, immo acclamāt illis Iudæi- zantes nostri. Obijciunt multa quibus putant refellere assertionem nostram. Adducunt hinc inde argumenta quibus nituntur astruere as- sertionem suam. Primum itaque est arguere cõ- citatem Iudæorum. Secundum rumpere surdi- tatem Iudaizantium. Tertium si detur satisfacere deuotioni fidelium, & pie quærētium. Videamus itaq; nūc qualia vel quanti pēdenda sunt quæ nostrī nobis cauillatores opponunt. Dicūt itaq; hoc quod nos sentimus de puerpera, uel puero nostro nullo modo posse esse eius rei si- gnum pro qua dictum est, pere tibi signū a Do- mino Deo tuo. Refert sanē Esaïas quod Rafin rex Syriæ, & Faceæ filius Romeliæ parabant ci- uitatem Ierusalem debellare, & rege Achā de- iecto, alium ei substituere. Præ timore autem

**A** huius periculi commotum est cor populi, quo- modo mouentur ligna siluarum a facie uenti. Ad tollendum itaque hunc timorem missus est Esaïas a Domino in occursum Acham ut dice- ret. Vide ut fileas, & cor tuū ne formidet a dua- bus caudis titonum fumigantium istorum, eo quod abique dubio liberādis esset a facie duo- rum regum istorum. In argumentum igitur fu- turæ liberationis proponitur signum iuxta ar- bitrium postulantis: *Pere tibi, ait, signum a Domi- no Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra.* Nolente eo signum petere, nihilominus signum promittitur, cum dicitur: *P, 1. propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* &c. Si hoc (inquiunt) de Christo nostro rectē intelligitur, quod pro si- gno promittitur, ostendite quomodo eius con- ceptio, uel natiuitas quæ tanto post tempore fu- tura erat, poterit esse signum eius rei quæ in proximo futura erat. Debet enim signum rem ipsam præcedere, res autem ipsa signo succedere. Si autem alterius rei signum dicitur, nihilominus quæstio non tollitur. Ad hoc enim si- gnum propositum & dandum erat ut instātem metum tolleret. Quomodo autem potuit instā- tem metum tollere rei exitus post tot tempora futuræ? Denique quomodo uel qualiscunq; rei signum eis esse poterat res quam nunquam uiderant, nunquam uisuri erant? Ecce qualia obijciunt ad refellendam ueritatem assertionis nostræ. Videamus & quæ sint illa quibus deal- bare nituntur opinionem assertionis suæ.

*Quomodo Iudæi putant totum quod dicitur de Emmanuele intelligi debere de filio prophete. Cap. 11.*

**T**ollatur (inquiunt) de medio quod poni- tis ex uestro, & uidebitis cuncta quæ di- cuntur conuenire prophetis filio. Becula in Hebræo idem sonat quod apud nos uirgo. Sed in Hebræo hoc loco non legitur becula, sed alma, quod interpretatur iuuenicula, uel abscon- dita. Attendite ergo quia illa quæ prædicuntur, de filio iuuenicula replicantur, & impleta uidentur in filio prophetis. Prædicitur iuuen- cula quod sit conceptura & paritura filium, de prophetis in sequentibus legitur, quia conce- pit & peperit filium masculinum. De puero iuē- cula prædicitur quia antequam sciat puer uocare pa- trem suum, & eligere bonum, derelinque- tur terra quam tu deestatis a facie duorum re- gum suorum. De puero prophetis præmis- sio non dissimilis uerbis alijs replicatur, cum dicitur quia antequam sciat puer uocare pa- trem suum, aut matrem suam, auferetur for- titudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assiriorum. Ecce (ut aiunt) tota ca- pituli contentia nobis consonat. Vos per abruptam, nos per planam incedimus uiam. Nam tota litteræ circumstantia reclamante

Esaï. 7.

Refellit- tur Iudæo- rum obie- ctio.

Absurdi- tas obie- ctionis Iu- dæorum.

uni uersiculo adhaerētis. Cū autem ab eis quæ- ritur quomodo futuræ liberationis signum esse possit quod iunioris ætatis femina, uel absco- dita, & secreta concipiat & pariat, cum hoc fre- quantissime fieri uideamus, respondent dicen- tes. In hoc signum erat quod ea quæ nūquam conceperat prima ad eam uiri accessione con- ceptura erat, & masculinum paritura, quæ ab ip- so populo uel matre Emmanuel nominaretur. Ad hoc etiam adhibiti sunt duo testes fide- les, ut ex eorum testimonio palam innotescer- et quod ex prima ad eam uiri accessione con- cepisset, sicut postmodum cum tempus parien- di adueniret certissime colligere possint.

*Quam impudens omnino hoc loco uideatur Iudæo- rum assertio. Cap. 111.*

**S**ed dico, nunquid (quæso) & si uiderūt quod propheta cum prophetis illa coiret, nunquid inquam, & equè uideri poterunt utrum nam illa concepisset? Nunquid nam natura nunq; patitur partum legitimam pariendi horā præ- terire, uel præuenire, intantum ut peritus qui- libet legitimam concipiendi non dicam diem sed horam, sed etiam momentum ex hora pa- riendi possit colligere? Sed forte dicturi sunt, quod diligentia testium tanta erat circa idip- sum, ut non posset eos iteratio concubitus late- re, & quod idem concubitus cuius testes erant primus esset uiri accessus ad eam ex signis uir- ginitatis eius poterant deprehendere. hoc est quod innuūt qui eam in prima ad eam uiri ac- cessione concepisse dicunt. Miror professionis impudentiam. Ecce in quātum pro eis agit, de signatam puerperam uirginem esse uolunt, in quantum autem pro nobis agit uirginem esse nolunt. Sed uideant Iudæi, uideant iudaizantes nostri, utrum eorum sententia sit uera. Cõstat namque satis quod sit multa turpitudine ple- na. Fœdum valde, & nimis deformē concubēti assistere, & signa uirginitatis curiosis oculis quærere. Ecce (ut uolunt) sub aspectibus hone- starum personarum tātus propheta & prophe- tissa cocunt, quod lenones, & publicè prostitu- tæ uix, uel nullo modo facere possunt. O quan- to honestius, o quanto rectius testes adhibiti dicerentur non ad id quod subiungitur, sed ad id quod præmittitur. Præmittitur autem. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo ho- minis, uelociter spolia detrahe, cito prædare. Sed cur quæso libro grandi quod breuissima membranula potest comprehendere, nisi fortè quod sæpe breuis materia solet latius explana- ri, & unum atque idem multifarie, multisque modis replicari? An forte facit grandem librū (quamuis sit breuis) sermo interpretabilis ad dicendum, secundum illud de quo mihi gran- dis sermo & interpretabilis ad dicendum, & sanē quod profundum est per misterium meri- to dicitur tam magnum, quàm profundum.

Richardi S. Victoris Pars I.

**A** Erit tamen planius, atque apertius si dicimus, quod idcirco in grandi quod fieri solet libro scribi præcipitur, ut memoriter teneatur, & ad posteriorum notitiam transmittatur. Nam grā- des libri non tam facile amittuntur, uel de lo- co ad locum transferuntur. Sed quod prius in libro scribitur, postmodum prophetis puero pro nomine imponitur, & tam scriptura, quā nominis ratio adiungitur, cum dicitur: *Voca- nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina, præda- ri, quia antequam sciat puer uocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assiriorum.* Ecce pro- pheta uentura prædixit, scripto commēdauit, testes adhibuit, ut postquam cœpissent esse cõ- pleta, hinc scripto, hinc testimonio compro- barentur esse prædicta, & sic ex his quæ in pro- ximo uentura prædixerat, & probari poterant, probarentur & illa uera esse quæ in longin- quum uentura prædixerat & probari non pote- rant. Nonne itaque (ut dictum est) rectius uide- tur dicere quod ad huiusmodi testimonium di- cti testes adducti essent, quàm ut turpitudinis testes existerent.

*Quomodo propriae obiectionis argumentis refellit- tur sententia Iudaica assertionis. Cap. V.*

**N**unc itaque ut cum Iudæis, uel Iudaizā- tibus congregiamur ex æquo, sicut illi uolūt nos nihil addere ex nostro, sic & eodem æquitatis iure exigimus ab illis ad uerba pro- phetia nihil addere ex suo. Dicit ergo prophe- ta. Ecce uirgo concipiet, uel interim (ut ipsi uolunt) Ecce iuuenicula concipiet, & pariet filiū. Non dicit ecce prophetis concipiet, non di- cit, ecce illa, aut illa concipiet. Non dicit deni- que iuuenicula suam illam concepturam ad primam uiri accessionem ad eam. Simpliciter dicit ecce cõcipiet, & pariet filium, & additur, & uocabitur nomē eius Emmanuel, butirum, & mel &c. Nunquid eatenus soli filij uetula- rum, non autem iuuenularum comedere bu- tirum, & mel consueuerunt? Nam nostris tem- poribus indifferenter hoc faciunt. Nam illud reliquum quis non uideat quam sit facile cui- libet iuuenicula nomen pro arbitrio impone- re? Filium a iuuenicula concipi, de iuuenicula nasci, nomen iuxta libitum accipere, butirum, & mel comedere, quid horum magnum, quid mirum, quid horum nouum, uel insolitum? Quid horum quod debeat accipi pro signo, ut quasi merito dicatur de ipso, propter hoc Do- minus dabit ipse uobis signum? Dominus (in- quit) ipse, quasi tale sit, ac tantum quod dignè daturus sit non per hominē, nō per Angelum, sed Dominus per semetipsum. Sed sanū sapien- ti satis patet quod nihil in his omnibus sit præter quotidianæ consuetudinis usum, uel quod de- beat iure dici, non dicam magnæ sed nec me- diocri alicuius rei signum, nisi forte dicere ue-

Esaï. 8.

Esaï. 7.

T 4 lint

lunt puerum hunc propter usum, & contra iura naturae scientiam boni & mali intempestiue, & ante discretionis tempora ex comestione butiri, & mellis percepisse, propter illud quod legitur butirum & mel comedit, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Comedit (inquit) ut sciat. Sed si uere constat quod discretionis tempore puer illa anticipauit ex tali comestione, fateor & ipse hoc ipsum non contemnenda rei signum extitisse. Sed uideamus quod sequitur. Nam ibi consequenter adiungitur, quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum. Vide ergo, & animaduerte, quia prius liberanda erat a facie duorum regum illorum, quam puer accepisset scientiam discernendi bonum & malum. Liberatio itaque eius modi scientiam precessit. Non ergo intempestiua illa scientia praeiudicium liberationis signum esse potuit. Nam signum (ut uolunt) debet rem ipsam praecedere. Res autem significata, signo succedere. Hac itaque ratione sicut illius liberationis signum esse non potuit quod dicimus de Emmanuele nostro, sic nec illius signum esse potuit quod illi asserunt de Emmanuele suo. Nam dicta illa pueri scientia quae sola inuenta est pro signo esse potuisse ex lectione prophetica probatur liberationi succedere. Libet (ut fallor) fratres accipitis ut caput Goliae proprio trucidetur mucrone, & presumptio asseritionis Iudaicae propria resellatur argumentatione. Sed dicunt item quod signum illud ad hoc dandum erat, ut instaret tunc temporis timorem tollere potuisset. Sed non potuit res quae post tot annos futura erat timorem tollere qui tunc instabat. Ad hoc ipse respondeo, quia instantis periculi merum sicut tollere non potuit res post multos annos futura, sic nec eum auferre potuit res post aliquos menses ventura. Si dato signo (ut dicunt) Deus metum illum tollere uoluit, numquid manus eius adeo inualida fuit ut eodem die, uel hebdomada, uel eodem saltem mense signum dare non posset quod ad tollendum timorem omnibus satisfaceret? Quid illis contulit, uel conferre potuit sub tanta trepidatione diu praestolari signum, quod cum accideret esset ferum, uel penitus nullum? Sexto certe Ezechiae anno (ut ex regnorum libro habemus) Samaria capta fuit. Quid ergo dicturi sunt? Numquid quoddam eorum puer sex annis mutus permansit, quia antequam sciret vocare patrem aut matrem Samaria capienda fuit? An forte illud magis quod non probant, quia quinto Ezechiae anno prophetia de propheta illa puero facta, uel eodem sexto eius anno, & facta, & impleta fuit? Videat ergo Iudaei quomodo idem signum sit quod Acham promittitur, nec exhibetur, & quod sub Ezechia proponitur atque completur? Ad ultimum autem dicunt, quia res quam nunquam uiderant, nunquam uisuri erant, nullius omnino rei signum eis potuit esse,

4. Reg. 18.

se, & idcirco nec illum sub quo tunc laborabant potuit timorem auferre. Ad hoc iterum respondeo quia dicta prophetia siue intelligatur de illo suo puero, siue de nostro, siue de quo libet alio, non poterat omnino illum timorem tollere, ob quem tollendum contendunt signum datum fuisse, nisi forte dicturi sunt iuuentulam suam sub tanta festinatione concepisse, & peperisse, ut nouitas ipsa miraculi & praecipitatio inopinata rei facile posset deiectiones animos ad fiduciam erigere, & in spei certitudine solidare. Sed consulta quidem hoc Iudaei dicere nolunt quod scriptura auctoritate probare non possunt, sicut nec illud utique audet affirmare, designatum puerum ex butiri & mellis comestione discretionis scientiam accepisse, nec accepisse quidem, quamuis scriptura uideatur hoc ipsum uelle: *Butirum, inquit, et mel comedit, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.* Sed ut, in hoc loco consecutum, non casualiter interpretantur, & ipsum ut (prout dicunt) hic proponitur, ac si dicatur. Butirum & mel comedit, & sciet reprobare malum, & eligere bonum. Et hoc quae quid magni erit, quod scientiam reprobandi malum & eligendi bonum habebit? Nunquid est totum hoc quod dicere uolunt quod Emmanuel eorum infanti capitis non erit? Ecce iterum dico, iuuentulam concipere & parere, iuuentulae filium butirum & mel comedere, & infanti capitis non esse, quid horum magnum, quid horum mirum, quid horum quod debeat credi magna alicuius rei signum? Nihil sane. Alioquin in eo quod dico me quasi prophetam habere. Ecce praedico, ecce futurum promitto, quia iuuentula concipiet, & pariet filium qui butirum & mel comedit, & qui sciat reprobare malum & eligere bonum. Credite ergo in hoc signo, credite in quam quod dico, quia uestra de uestro Emmanuele sententia est falsa, quia nostra de nostro Emmanuele est uera. Nam si signo quod promitto parati estis credere, ut omnis tergiuersatio pateat, procurabimus & hoc ipsum ne promissio puero Emmanuelis nomen possit deesse.

*Quomodo ex Beati Hieronymi responsione sufficienter resellitur quod nobis opponunt de uirgine. Cap. VII.*

**E** Vid autem ad illud respondebitur quod nobis opponunt de uirgine: Nam alma (sicut dicunt) quod in hoc loco apud eos legitur, non uidetur uirginem sonare. Sed debuit in hoc eis certè Beati Hieronymi responsio satisfecisse. Nam alma quidem non simpliciter uirginem sonat, sed cum determinatione, sed cum expressione, talem denique uirginem ut dedit intelligere, talem inquam quae sit iuuentula, uel quae fuerit abscondita, & tanta parentum diligentia custodita, ut dubium non sit quod uirgo sit & intacta. Certè qui Aaron pontificem

ificem dicit, non simpliciter sacerdotem dicit, & tamen sacerdotem dicit. Nam dicit sacerdotem summum, & sacerdotem sacerdotum. Sed & hoc loco debemus intelligere alma. hoc nomen non simpliciter, nec nisi per expressionem uirginem significare. Denique Beatus Hieronimus quantum (inquit) cum mea pugna memoria, nunquam arbitror alma in muliere nupta legisse. Libenter fratres accipiamus ut nomine alma, non simpliciter uirginem, sed uirginem absconditam intelligamus. Ecce fratres quid Iudaeus opponendo effecit, ecce quomodo sua oppositione intelligere dedit spiritum sanctum (videlicet) designasse uirginem, non qualemcunque, sed absconditam, & a uiciorum aspectibus penitus sequestratam, quae suorum cura tam diligenter sit custodita, ut indubitabile constet quod ueraciter uirgo sit intacta. Talem profecto uirginem designare noluit angelicus sermo cum dixit: *Ioseph cum esset uir iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam.* Si dixisset cum esset uir pius, possemus credere ex quadam pietate descendere quod eam quam adulteram putabat, nolebat traducere. Sed ait cum esset iustus. Non itaque ex pietate, quam ex aequitate descendit quod ex aequitate descendit quod ei parcere uoluit. Profecto iustus non esset si contra aequitatis iudicium, legisque praecipitum illi parceret quae adulteram credidisset. Vide ergo quid de eius integritate senserit, quantum de eius sanctitate praesumpserit, qui nec tunc eam credidit adulteram cum ueraciter sciret, & non de suo semine impregnata. O quam merito Spiritus Sanctus alma dixit, de qua tam certa quae facta opinio futura fuit. Sed si putant Iudaei Hieronymum nostrum errasse, qui se dicit alma in muliere nupta nusquam legisse, deberent testimonio scripturae prolato errore illius conuincere. Sed & si hoc possent, nec sic quidem sententiam nostram resellerent. Nam teste eodem Hieronymo, lingua Punicam quae de Hebraeorum fontibus ducitur, proprie uirgo alma appellatur. Ecce uel hoc saltem Iudaeos oportet concedere, hoc nomen alma secundum diuersas linguas aequiuocum esse. Quid ergo dicturi sunt Iudaei, si dicimus Spiritum Sanctum posito aequiuoco sacramentum consilij sui sub uerbi ambiguitate uelle celari, ut esset unde Iudaeus posset excacari, secundum illud: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* Quid autem dicturi sunt contentiosi Christiani, si dicimus altitudinem arcani diuini sub uerborum ambage abscondi, ut esset unde contingeret diabolus in fatuari, propter illud: *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.* Sed uel hoc solum coget Iudaeos ambiguitatem uocabuli sub hac quam acceptam uocatione recipere, quia aliter signum quod propheta ponit omnino nullum erit.

Math. 1.

Esa. 6.

1. Cor. 2.

*Quomodo Christiani confutandi sunt qui in Esaiæ uerbis de sententia nostra ueritate diffidunt. Cap. VIII.*

**H**ucusque contra Iudaeos. Dicamus & aliquid vel breuiter contra contentiosos Christianos. Nunquid nam dicturi sunt prophetam Domini spiritum Dei non habuisse, nec in Spiritu Sancto locutum fuisse? Sed absit ut hoc dicant, uel credant. Quid autem dicturi sunt de Domini euangelista? Idem profecto quod de Domini propheta. uterque, absque dubio eundem ueritatis spiritum habuit, uterque in uno spiritu locutus fuit. Si ergo unus spiritus utrobique fuit, contraria sibi ipsi sentire non potuit. Si igitur aliam quam beatam Mariam intelligere uoluit cum per prophetam dicit. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, quid est quod postea per euangelistam eandem exponit prophetiam cum dicit, hoc totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam. Ecce uirgo concipiet & pariet filium &c. Sicut ergo superius diximus, qui non potest intelligere proponentem audiat uel exponentem. Qui non habet oculos ad uidentium, habeat uel aures ad audiendum. Numquid & uos sic ceci estis, ut & surdi sitis? Quod non potestis intelligere, nunquid non potestis uel credere? Si autem creditis cur fidem uestram uanis cauillationibus impugnatis? Quid inuauat perfidiae argumenta contra fidem adducere, & pro fide uestra nullum fidei testimonium dare? Quid prodest quaestionem mouere quam non soluitis, aut non possitis soluere? Nonne hoc est cisternam aperire, & sine operculo relinquere? Quid est ambiguitatis opacum, perplexionisque profundum argumentando ostendere, quam puteum effodere, uel cisternam aperire? Ad quaestionem ante propositam nullam solutionem reddere, sed quasi insolubile relinquere, quid aliud est quam cisternam apertam, & sine operculo relinquere? Sed si ceci derit bos, aut asinus in eam, secundum legis praecipitum Dominus cisternam reddet praecium iumentorum. Sed quid est bouem, aut asinum in huiusmodi cisternam cadere, nisi simplices quosque dubitationis laqueos incidere, & perfidiae periculum incurere? Si autem in scientia nostra perit anima pro qua est mortuus Christus, quale quae precium pro illius multatione datum sumus? Quae ergo explanare non possumus, aut nolumus, nonne melius est tacendo praeterire, quam ueritatem obuoluere, & perfidiae laqueos spargere?

Math. 1.

Exod. 27.

*Quomodo ad ea quae dicuntur de nostro Emmanuele circumstantia littera uidetur non reclamare sed acclamare. Cap. VIII.*

**R**estat nunc studio pie quaerendum occurrere, & eorum desiderio in quantum possumus satisfacere. Primo itaque monstrandum est quomodo non tam nostram, quam cauillato-

rum



rum nostrorum sententia videatur circumstantia littera non reclamare, sed acclamare. postea autem quibus circumstantiis signum ipsum commendetur diligenter attendere. Ad vltimū vero signū ipsum discutere, & hoc potē posse sufficere. Illud autem in primis fatendum est, nec oīno negari potest, q̄ sacratiora quaq; fidei nostrę sacramenta in dictis prophetarum erāt obsecrē plata. Tenebrosa. n. aqua in nubibus aeris. Erant enim quædam que sciri oportebat, & similiter quædam que pro tēpore nesciri ratio exigebat. Propter illud quod & superius iam significauimus, ne opus redemptionis nostrę impeditur a malignis spiritibus vel hominibus. Nam (vti iam dictum est) si cognouissent nunquam Dominū glorię crucifixissent. Quę igitur in Christi sacramētis ad tempus oportebat latere, partim obnubilatur figurarum velamine, partim ambiguitate, & obscuritate ipsius litterę. Et illorum quidē quę litterę circumiacentis perplexione obnubilantur, quædam huiusmodi sunt ut nunquam nisi Spiritu Sancto interpretante Christum sonare intelligeretur quale est illud: *Ex Aegypto vocaui filiū meum.* Quædam autem eiusmodi sunt, ut superficietas inspecta videantur aliud quā Christum sonare, diligētius autem discussa, & plenius intellecta inueniuntur nullo modo posse alienū sensum recipere. Talis sane est iste scripturę locus quem modo inter manus habemus. Nā vbi dictum est, ecce virgo concipiet quædam premituntur, quædam subiunguntur in quibus sententia veritas obnubilatur, non tollitur. Ad obnubilandum veritatem iuxta arbitrium regis signum proponitur. Illo autem petere nolente, nihilominus signum promittitur, & negligentius inspicienti de eodem dictum uidetur. Plenius autem intelligētī perspicuum apparebit illud qđ dicitur de Emmanuele eius rei signū non esse. Sed nec esse debere, eius inquam rei pro qua dictum est: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo.* Quod eius rei signum esse non possit superius monstrata ratio perdocuit. Quod autem eiusdem rei signum esse non debeat, ratio manifesta probat. Nam q̄ rex signum petere noluit, non ex pietate, sed impietate descendit. Intellexit enim rex astutus & Idolatra quomodo Idolatriam condemnaret, quantum Idolatras omnes confunderet, ad quantam Domini gloriam assurgeret si signum a Domino petēs accepisset. Ex magna itaq; malitia signum petere noluit, sed non minori astutia impietatis suę negocium sicte religionis simulatione palliauit: *Non petam,* inquit, *& non tentabo Dominum.* Indignum ergo de cætero fuit, talem regem tollendi timoris gratia signum accipere, qui maluit sub instantis periculi trepidationē diutius laborare, quā illud fieri unde posset Domini gloria accrescere. Obnubilato item quædam veritatis nideretur, quod puero promisso puer postmodum natus introducit, ita ut

Sacramenta fidei nostrę obsecrē plata. Psal. 17.

1. Cor. 2.

Offic. 11. & Matt. 2.

Esa. 7.

Cur Achā noluit petere signū a Domino.

de eodem intelligi posse putetur. Sed semper iuxta hoc quod ob veritatis obnubilationē ponitur, aliquid adiungitur vñ veritas cōvincatur. Inueniuntur itaq; quædam similia, quædam dissimilia, quædam omnino cōtraria. Ecce de Emmanuele dicitur quia antequam puer sciat reprobare malum & eligere bonū, dereliquetur terra a facie duorum regū suorū. Simile est quod de prophetis filio legitur, quia antequam puer sciat uocare patrem suum, aut matrē suā, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samarie coram rege Assiriorum. De illo dicitur q̄ uocabitur nomē eius Emmanuel. Diuersum est autem quod de isto precipitur, uoca nomen eius, accelera, spolia detrahe, cito prædare. Non dicit uoca nomē eius Emmanuel. Si & hoc eum nomen habuisse contendunt, prolato scripturę testimonio probēt quod dicit. Ibi legimus q̄ virgo concipiet, & pariet. Omnino contrarium est quod hic inuenimus, quia ex uiri accessione ad eam legitur puerpera concepisse. Non dicam uirgo, sed iuuenula, uel abscondita. Quomodo esse potuit quæ iuenculos filios iam habuit, illum uidelicet qui Esaię relicto fuit, & illum qui secundum Iudæos ad hostes fugiens patrem dereliquit, nisi forte ex scripturis probare potuerint ex alia eos uxore genuisse, & illa mortua istam duxisse, uel illa adhuc uiuente cum ista adulterasse? Ecce cum quantam mentendi impudentia uerum esse uolunt omne quod procaciter fingunt. Ecce quomodo tota circumstantia litterę non nobis (ut ipsi uolunt) sed illis inuenta est reclamare.

De his que ad signi commendationem pertinere uidentur, a quo, quare, uel qualibus detur. Cap. IX.

Sed antequam signum discutatur, considerare simus prius quibus circumstantiis commendetur. Videamus ergo quibus, uel quare datum sit, quis signi dator, uel quale signum quod dedit. Certē domui Dauid signum promittitur cū dicitur: *Audite ergo domus Dauid,* Nonne Dauid erat qui hanc a Domino promissionem acceperat: *De fructu uentris tui ponam sedem tuam;* Quanta quæso gloria domus Dauid erat, quod de Dauid progenie messias mediator Dei & minimum nasciturus erat? Immo ad singularem gloriam, uel ignominiam eorum hoc ipsum proficiebat. gloriam quidem eorum qui grati futuri erant. Datum est ergo domui Dauid signum, non quidem quod tunc intelligeret, sed quod illud quod magni cuiusdam sacramētī signum futurum erat, quiddam singularis prerogatiuę illis conferret. Quibus datum sit audiamus, nunc & quare datum sit audiamus: *Nunquid parum est uobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?* Propter quod Dominus dabit ipse uobis signum. Propter quid? Quia molesti erant: in quo molesti erant: in eo quod illi qui de

Psal. 131.

Signū cur datū sit ad Achaz Deo.

Cur dicitur dabit Dominus ipse.

Psal. 109.

Esa. 7.

qui de domo Dauid Idololatra erāt eius glorię inuidebant, & idcirco signum petere sicut ad illius gloriam fieri uolebant. Dabitur itaq; signū ad id maximē ad quod maximē fieri uolebant, Dabitur autem ad maximam gloriā diuinā, dabitur illis ad magnam cōfessionem suam. Dabitur proculdubio ad destructionē Idololatrię, ad cōfessionē Idololatra. Confundentur autē alij ad pœnam, alij in penitentiā. Propter hoc quia ei molesti estis, quia eius gloriam detractatis, dabit Dominus ipse uobis signum. Signum (inquam) in quo sit quædam ammiratio diuinę potentię, commendatio sapientię, exhibitio, & comprobatio misericordię, accumulatio, & cōsummatio glorię. Et uere gloria Domini magis cumulat ex hoc signo, quā in eo q̄ creauit cælum & terram ex nihilo. Ecce quibus datur, ecce propter quid datur. Nunc cōsideremus & a quo datur: *Dabit,* inquit, *Dominus ipse.* Non ei potuit sufficere ut diceret Dominus, nisi adderet Dominus ipse, Quid est Dominus ipse, nisi Dominus p̄ semetipsum? Dabit ergo Dominus non per hominem, nō per Angelum sed per semetipsum. Dabit (inquam) Dominus ipse. cui dictum est a Domino, sede a dextris meis. *Dabit ergo Dominus ipse,* non per subiectam creaturam, sed per propriā præsentiam, Dominus ipse in propria substantia, in propria persona. Dabit Dominus ipse uobis, Cur quæso in cōmune dicit uobis, cum non prosit nisi solis bonis? Sed merito dicitur uobis in commune cum signum quod datur quantum in ipso est omnibus sit uile, omnibus pariter possit prodesse. Ecce iam habemus quis, quare dederit, & quibus. Sed signum quod tantum effertur, quod tot circumstantiis commendatur, ex cuius commendatione, uel comparatione primum illud despiciatur debet dignioris liberationis prælagiū esse, quā eius cuius probatur, nec esse posse, nec esse debere. Nunquid forte erit signum liberationis de manibus regis Babylonis? Sed audi quid in sequentibus dicitur: *Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies qui non uenerunt a diebus separationis Ephraim a Iuda cum rege Assiriorum.* Dicit itaque eos non liberandos, sed opprimendos in manibus regis Babylonis, ne forte putetur eius rei signum fore, quin potius in uisionē illatę molestiæ, in uindictā diuinā iniurię uidetur propheta eiusmodi minas intonasse. Rader Dominus in nouacula conducta in his qui trans flumen sunt in rege Assiriorum caput, & pilos pedum, & barbā uniuersam. Cuius ergo rei signum dicitur id quod de Emmanuele nostro legitur?

Quomodo ex signi qualitate perpenditur quod tollenda primę pręuicacitatis causa datum uideatur. Cap. X.

Sed cum ceperimus signi ipsius qualitatē discutere, dabitur fortassis ipsum quod quæritur

mus ex qualitatē ipsius modo posse perpendere. Liber ergo signū ipsum in picere, & eiatmodi cōsiderationi diligentius insilire: *Ecce, inquit, uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, baturum & uel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Ecce totū hoc quod de Emmanuele nostro dicitur ad originalem culpam quasi ex obliquo respicere & uelut ex opposito respondere uidetur, ibi per serpentem de ligno scientiæ boni & mali dicit: *Quacunque die comederitis ex eo, aperitur oculi uestri & eritis sicut dii scientes bonum et malum.* Hic e regione simile aliqd ponitur, nisi q̄ hic ueraciter, q̄ ibi fallaciter promittitur. Sanē comestio hic ad meritum, illic fuit ad reatum quod illic pręuicacitatis, hic fuit uirtutis. Iste noster Emmanuel scientiam boni ac mali comedendo obtinuit, ille promissam sibi scientiam comedendo obtinere non potuit. Ibi legitur q̄ homo electus sit de paradiso, quasi de Domini contubernio, atq; consortio, hic de hoc nostro puero dicitur q̄ Emmanuel sit dictus, quod interpretatur nobiscum Deus. Vbi notandum q̄ non dicitur de Deo, q̄ nos simus secum. Sed econuerso de nobis dicitur q̄ ipse sit nobiscū, ut intelligamus nō quasi hominē reuersum ad Deum, sed Deū quasi e vestigio hominē iecurū utq; i exiliū sicut scriptū est: *Visitauit nos oriens ex alto.* Quod igitur homo perdidit in primo homine, scilicet cū Deo esse, hoc uidetur in nono hoc homine recuperasse. ibi ad mulierem dicitur: *in dolore paries filios;* hic de hac nostra puerpera dicitur: *Ecce uirgo concipiet, & pariet filium.* Sed quare illa peperit non sine dolore, nisi quia non concepit sine libidine? Libido sanē causa doloris, & dolor effectus libidinis. Ex effectu igitur causa innuitur in eo q̄ dicitur in dolore paries filios, Econtrario autem simul & econuerso hic ex sublatione causę perperdit effectus ipsius sublatio. Quæ enim concepit cum uirginitate concepit sine libidine, & quæ concepit sine libidine, consequenter intelligitur peperisse sine dolore. Ibi nec cōceptus sine culpa nec partus sine pœna. hic quia conceptio sine concupiscentia, & parturicio sine præssura. Quod igitur humana natura perdidit in puerpera prima (scilicet concipere, & parere sine corruptione) hoc in hac puerpera nostra, uelut qualdā reparationis suę primitias uidetur recepisse. Videtis quomodo homo contra hominem, mulier cōtra mulierem ponitur, & modo ex opposito, modo ordinē cōtrario, & simili quadam dissimilitudinē sibi inuicem respōdere uidentur. Illic femina de uiro solo, hic uir de femina sola. Ibi ex fortiori sexu fragiliori fortior fructificatur, qui utrumque repararet. Vides ne tanta similitudinē dissimilitudo, dissimilitudinēque similitudo quomodo nos ammonet quoddam nouitatis principium in istis sicut quoddam uetustatis principium extitisse in illis. In primo homine quædam uetustatis inchoatio in posteritatis suę condēnationem, in

Esa. 7.

Gen. 3.

Contrapositio cōmestiois Adami & Emmanuelis nec ita.

Luc. 1.

Gen. 3.

Esa. 7.





hoc loco Iudaei dictum sunt, vel quid dicere poterit? Nunquid probat? poterunt ex testimonio alicuius scripturae puerum suum vel Emmanuel dictum nuncupatum, vel ex professione alicuius? Ecce dictum Emmanuel substantiue? Aut qua erit ratio nominis, ut pro illo puero dicatur esse Deus cum eis? Quo ergo cum eis? Praesentia maiestatis suae, an participatione gratiae? Sed quid magnus est esse cum hominibus, quomodo est cum demonibus? Essentialiter namque ubique est: & eius praesentiam nihil effugere potest. An forte cum sanctis patribus secundum participationem gratiae eatenus non fuit, sed sub praesentia illius eorum pueri esse cepit? Quis hoc nisi insanus dicat, vel dicere praesumat? Sed certe (nisi fallor) nec hoc dicere audebunt, quae abundantiorum partem ceteris qui ante eum fuerant gratiam, vel accepit per semetipsum, vel alij propter ipsum. Quid ergo dicitur: Quia ratione ex praesentia huius pueri Deus veraciter, & substantialiter nobiscum (ut dictum est) esse credetur, nisi quomodo omnes Christiani fatentur ex coniunctione suae naturae & nostrae: unitatem unius eiusdemque personae? Recte ergo Emmanuel: recte nobiscum Deus dicitur, qui in unitate nostrae naturae verus Deus comprobatur. Audi & Evangelistam quo concurret in eandem sententiam. Ideoque quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. Ecce quomodo Deus. Sed quomodo nobiscum Deus, nisi quomodo alius Evangelista exponit eum dicit, quia Verbum caro factum est: & habitavit in nobis. Si Verbum caro factum est: si verum Dei filium incarnatus est: aduersus (ut arbitror) quomodo quod verum Deus nobiscum est, nisi forte putes Dei Verbum Dei filium aliud esse quam Deum. Sed audi docentem. In principio (inquit) erat Verbum: & Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Ecce item magnum: ecce mirabile signum, & quod verum esse possit magna, & ammiranda rei lignum Magnum sane signum, & mirabile sacramentum filium Dei fieri filium hominis: dominum maiestatis participem fieri nostrae infirmitatis. Quis ergo disfidat immo quis merito non praesumat hominem per Deum participem posse, & debere fieri diuinitatis, si Deus propter homines factus est participes nostrae humanitatis? Alioquin gratias Christus semetipsum exinanivit formam serui accipiens: & habitu inuentus ut homo. Nunc igitur si Deus propter homines factus est filius hominis per natiuitatem: cur non multo magis homo per Deum fiat filius Dei per adoptionem? Ecce quomodo dignatio illa diuinae humiliationis, data sit in signum futurae nostrae exaltationis. Sed illud quoque non negligenter praetereundum, quod Emmanuel noster factus est nobiscum Deus, non solum nostrae susceptione naturae: verum etiam cohabitatione per regenerationis nostrae. Sed cur quaeso Deus hominem persecutus est usque in exilium, nisi ut

Quo nobiscum sit Deus, in Emmanuel ele.

Luc. 1.

Iohan. 1.

Ibidem.

etiam post se reuocaret ad regnum? Habemus ergo certissimum repatriandi signum, familiare illud in hac nostra peregrinatione diuinae cohabitationis contubernium. Certum quod temporum praecesserunt, post mortem ad inferni claustra descenderunt. Ecce exilium post exilium: captiuitas post captiuitatem. Quis est (inquit) homo qui viuet, & non uacabit mortem: eruet animam suam de manu inferi? Ad tollendum itaque timorem tantae captiuitatis: ad remouendum metum futurae damnationis datus est nobis noster Emmanuel in signum: exhibens nobis (ut dictum est) familiare contubernium. Nam ecce post passionem, & resurrectionem Christi nemo creditur descendere ad inferos ex his qui sunt ad uitam praedestinati. Ecce ad qualem liberationem sperandam: ecce ad qualem timorem tollendum datum est illud quod loquimur signum. O quanto satius: o quanto salubrius datum est signum in redemptionem captiuitatis diabolicae, quam in liberationem de manu regis Syriae, & filij Romeliae. Hoc est sacramentum, quod demones latere oportebat: hoc est misterium quod perfidos Iudaeos scire non expediebat.

De signo recuperanda felicitatis. Cap. XIII.

Ecce iam habemus signum post signum. Restat autem adhuc & tertium. Butirum (inquit) & mel comedet. Si intelligis quae legis: si recolis quae audis, citius animaduertis quam magnum, quam profundum misterium, & quam amitam da rei signum, eum puerum qui uere nobiscum Deus est: eum qui uere Dei unigenitus est, comedere, & bibere, & humanis necessitatibus se ipsum sponte subijcere. Ille cuius gloriam uidimus, gloriam quasi unigeniti a patre: ille dicitur butirum, & mel comedere. Ecce tremenda illa potestas potestatis angelicis comedendo, & bibendo communicauit hominibus, & iumentis. Si dominus itaque angelorum propter homines factus est participes iumentorum: cur e diuerso homo per ipsum non multo magis fiat participes angelorum? Butirum (inquit) & mel comedet. Cur non potius panem, & carnem dicit? Na & hoc ueraciter dicere potuit. Aliquid fortassis in eo innuere uoluit, qui ista specialiter expressit. Quid sunt autem mel, atque butirum, nisi deliciae muscarum? & certe hoc immundarum: illud uenenosarum. Nam apes aculeum portant, & uenenum habent. Et uide quo pro melle laborant, uel pugnant, ita ut saepe etiam animas in uulnere ponant. Butirum autem (ut nostis) pinguedo est lactis. & scimus certe quomodo muscae ex nimia ingluuie lacti se ingerunt & immergunt, modo & uitam deponunt. Emmanuel itaque noster butirum, & mel comedet: & propter nos usque ad muscarum participationem descendit. Siccine Deo parum fuit propter homines participare cum iumentis?

Signum reuocandi certissimum.

Esa. 88.

Esa. 7.

Mel & butirum deliciae muscarum.

Humiliatio secundae personae diuinae.

Osee 13. 1. Cor. 15.

Osee 1. Math. 5.

Psal. 35. Luc. 22.

Esa. 7.

Heb. 5.

iumentis, nisi propter eos etiam participaret cum muscis? Audiant Iudaei: audiant hoc Christiani: audiant uniuersi, Ecce una in trinitate personarum propter homines facta est participes muscarum. Quis ergo desperet de cetero hominem posse fieri participem aeternarum deliciarum, si dominus maiestatis (ut dictum est) propter homines descendit usque ad delicias muscarum? Ecce quantum semetipsum propter nos exinanuit, qui se tali indigentiae sponte subiicit. Sed haec (ut dictum est) exinanitio nostrae redemptionis data est in signum, & certissimum argumentum futurae nostrae plenitudinis. Ecce iuxta triplex promissum habes & triplex signum. Vnum in matre: duo in prole. Hinc integritatem uirginis: illinc humiliationem, & exinanitionem diuinae prolis. Vides & illud iam (ut aestimo) quo hoc triplex signum respondet e regione triplici promisso: promissum est Iudaeo: o mors oro mors tua: morsus tuus inferne. Promissum est Christiano: oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. In signum autem huius repromissionis, & uelut quandam arram muneris accipit uirgo; integritatem uirginis incorruptionis. Promissum est Iudaeo, in loco ubi dictum est, populus meus non vos, dicitur filij Dei uiuentis. Promissum est Christiano: beati pacifici quoniam filij Dei uocabuntur. In signum autem huius repromissionis accipit uirgo; humiliationem sui redemptionis: susceptionem. In nostra infirmitate. Dictum est Iudaeo: inebriabuntur ab ueritate domus tua: & torrente voluptatis tuae potabis eos. Dictum est Christiano. Ego dispono uos sicut disposui michi pater, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno patris mei. Signum uero huius muneris accipit uirgo; in exinanitione summae maiestatis. Ecce quomodo triplex illa promissio confirmatur in hoc triplici signo: ut sit signum incorruptio incorruptionis, humiliatio exaltationis: exinanitio futurae plenitudinis.

Ad quam humilem scientiam Deus propter hominem descendit, qui & bonorum & malorum nostrorum experientiam suscepit. Cap. XV.

Ad hoc autem quod dictum est, butirum & mel comedet: statim adiungitur, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Nunquid ergo credendum est, quod comedendo ullam eiusmodi scientiam obtinuerit? Vtrique non ego, sed propheta hoc dicit. Non est nostrum prophetarum sensum peruertere, sed inuestigare, & si datur explanare, & quae penetrare non possumus, saltem uenerari debemus. Sed dicit mihi contentiosus Christianus. Si Christus Dei uerbum Dei sapientia fuit, scientiam aliquam quomodo ex tempore obtinere potuit quam prius non habuit? Interrogat hoc Christianus, interrogo & ego Christianum quomodo Christus ex his quae passus est didicit obedientiam. Nam & Aposto-

lus hoc dicit, quis contradicat? Dicit autem mihi quo ex his quae passus est Christus obedientia didicit, & ego dicam ei quomodo secundum aliquem modum aliquam scientiam obtinuit, quam secundum eundem modum eatenus non habuit. Dicit mihi Iudaeus, dicitis quia Emmanuel uerster Deus fuit. Cum ergo scriptum sit: quia omnis sapientia a domino Deo est, & cum ipso fuit semper quo ex tempore aliquam scientiam accepit? Sed dicat Iudaeus quomodo lignum uetutum, lignum scientiae boni & mali dictum sit, & tunc forte simul inueniemus quod quaerit. Certe lignum uitae ex eo nomen habuit, quod ex insita sibi natura ex eo comedentium uitam seruare posse accepit. Sed de ligno scientiae nihil simile credere oportet. Alioquin ex eius esu hominis scientia cresceret, non decresceret. Non ergo eius rei effectum, sed occasionem praestitit. Nam bona quidem ante esum uetutum per intelligentiam simul & experientiam nouerat, mala autem per experientiam omnino nesciebat. Ad hanc autem malorum scientiam quae per experientiam est, ex ligni comestione peruenit. Similiter erant quaedam egena, & infima bona ad quorum usum peccando descendit, quorum experientiam prius felicius ignorauit. Sic & Christus postquam semetipsum exinanuit & formam serui accipiens factus est obediens Deo patri, per experientiam didicit, quod prius per experientiam nesciuit iuxta hunc modum & didicit ex usu comestionis quid esset inter malum famis & bonum refectiois. Butirum & mel comedendo eodem modo cepit edoceri quale sit ad similitudinem Dei creatum muscis assimilari. Experiendo didicit quod indigna soleat nobilis illa creatura Dei pati, & eo ipso quo oporteat illi compati, uel illius miseri. Debut enim (ut ait Apostolus) per omnia fractibus assimilari, ut misericors fieret. Comedendo ergo secundum aliquem modum scire potuit, quod secundum eundem modum prius ignorauit. Certe post resurrectionem suam legitur Emmanuel noster mel comedisse, obtulerunt enim ei partem piscis assi, & fauam mellis. Quod ante passionem & resurrectionem comedit, fuit ad refectioem, quod post resurrectionem comedit, fuit ad solam dispensationem. Quod igitur ante resurrectionem comedit, potuit ualere ad reprobationem mali: nam malum non solum cognoscitur ex qualitate sui, sed plenius, atque perfectius cognoscitur ex comparatione, & collatione boni. Comestio igitur quae fuit ad refectioem, potuit esse ad reprobationem mali, seu et ad approbationem boni. Sed non ibi dictum est, ut sciat reprobare malum, & approbare bonum, sed eligere bonum. Eligere autem est proprie de bonis optima fecernere. Illa ergo comestio post resurrectionem ad electionem boni fuit, in qua quod optimum fuit probauit. Ibi experiendo probauit quid sit inter illum statum quo infirmitas comedere compellit ad carnis refectioem, & inter illum quo charitas comedere consen-

Eccle. 1.

Lignum uitae unde dictum.

Qualem scientiam Christus processu temporis acquiuerit.

Heb. 2.

Luc. 24.



consentit ad solam dispensatione. Sed quia malum (vt dictum est) p... cognoscitur ex comparatione boni, & bonum eadem ratione ex comparatione optimi: illa sane refuscitati comestio non solū valuit ad mali reprobationem, verum & ad boni approbationem, & ad eiusdem electionem. Ad plenitudinem itaq; eius scientiæ, quæ per experientiam est Christus peruenit quā post gloriam resurrectionis cum discipulis comedit. Certè (vt superius dictum est) in hanc experientiam malorum, vel egenorum bonorum Adam primus comedendo noscitur cecidisse: ecce ad eandem Adam secundus comedendo agnoscitur descendisse.

Quod per humilem illam quam suscepit supereminentis scientiæ plenitudinem naturæ nostræ acquisiuit. Cap. XV I.

Ecce ad qualem, ecce ad quā humilem scientiam Deus propter homines descendit, qui & malorum & bonorum nostrorum experientia suscepit, sed in eo ipso naturæ nostræ acquisiuit, non solum illam quam primus homo perdidit: verum etiam illam quam quidem non vetitum edendo, sed abstinento acquirere potuit. Certè ante preuaricationis reatum per experientiam nouit homo quid esset interesse gaudijs paradisi. Sed necdum per experientiam nouerat quid esset interesse gaudijs celi. Nouit quid sit esse in loco voluptatis, nesciuit quid sit fore in gloria eternitatis. Nōne priorem illam recuperauit homo quando audiuit homo ab homine Deo: *hodie mecum eris in paradiso*? Nonne & istā sublimem accipere meruit homo per hominem Deum, quā homo Deus eleuatis manibus ferebatur in cælum, ascendensq; in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus? Illam accepit homo post Christi resurrectionem, istam accepit homo post Christi ascensionē. Emmanuel itaq; noster (vt dictum est) per primam illam humilem acquisiuit naturæ nostræ nouissimā istam sublimē. Sed si comedendo obtinuit illam, nunquid non & istam? Vtique quia istam obtinuit illa mediāte, de qua igitur intelligitur, quod ibi dicitur, *quacunque die comederitis ex eo, eritis sicut Dij scientes bonum ac malum*: de eadem intelligamus, quod in hoc loco legimus: *butirum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonū*. Nunquid nam scriptura non videtur hoc tacite innuere quæ dicit hic ex comestione prouenisse quod ibi fallaciter promittitur ex comestione posse prouenire? Hanc autem sublimem, & supereminentem Christus in sua ascensione obtinuit, quando in gloriam suam in æternum intravit. Attende quid dicitur quō ibi legitur. *Et conuescens* (inquit) *precepit illis ab Hierosolymis ne discederent, & paucis interiectis addit: videntibus illis eleuatus est*. Ecce quia comedit & ascendit. Adam comedendo ab illa sublimitate quam habere poterat, ad abiectam istam & humilē scien-

Luc. 13. Ibid. 24. Esai. 67.

Gen. 3. Esai. 7.

Act. 1.

tiam recidit: Emmanuel noster comedendo, & ascendendo, humilem istam deposuit, & sublimem illam apprehendit. Dicitis quia oportuit Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. Quid si dicimus oportere Christum comedere, & ascendere, & ita apprehendere illam quam locuti sumus sublimem scientiam? Dicitis quia tanti meriti fuit passio Christi, ut ex virtute patientiæ meruerit in omnem plenitudinē gloriæ introire, vel alios introducere. Quid si nos dicimus quoniā tanti ponderis apud Deum fuit, quod Emmanuel noster butirum & mel comedit, quod muscis etiam coicauit, vt ex humilitatis eius merito in omnem plenitudinem scientiæ iure iam debeat, vel ipse intrare, vel alios introducere? Sed quod dictū est nostrum puerum comedendo didicisse reprobare malum, & eligere bonum: non sic accipere oportet quasi scientiam illam, quæ per experientiam est ex sola comestione obtinuisse. Nam & Apostolus dicit, quia Christus in his, quæ passus est obedientiam didicerit. Sed nunquid ex his tantum, quæ passus est, & non etiam ex his, quæ per semetipsum operatus est? Immo certè ex his, & ex illis: quia in vtrisque; executus est non voluntatem suam, sed voluntatem patris. Sic sanè nō solum comedendo & bibendo: verum etiam efuriendo, & sitiendo, sine alio quolibet experiendi modo didicit, quæ prius per experientiam nesciuit & comedendo quidem non solum ex esu butiri, & mellis imd, & ex esu cuiusq; comestionis. Potuit ergo & de alijs cibis hoc dici, quod dictū est de cibo butiri & mellis. Sed scriptura diuina quadā ex industria tacuit, quæ tñ veraciter dicere potuit: quadam vero ex multis, quæ dici poterant dicēda elegit, quæ certi misterij gratia singulariter exprimēda cognouit. Cur igitur dicit huic homini ex comestione prouenisse, quod primo homini fallaciter promissum est ex comestione posse prouenire, nisi vt intelligamus hic fuisse ad meritum, seu et ad remedium, quod absq; dubio ibi fuit ad reatu? Vides certè quō seductor noster fraudulentiæ suæ lucra quæ per mulierem acquisiuit, iterum per semen mulieris amisit. Vtinam tandem aliquando sapiant, & intelligant hanc esse mulierem: hanc eius esse prolem de quibus a domino dictum est ad serpentem: *inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter semen tuum, & semen illius*. Cur non intelligunt hoc mulieris semen prædictas inimicitias exercuisse, & victoriam obtinuisse cum, audiant hinc ex comestione ad illud profecisse, unde constat ad serpentis quasionem primum hominem defecisse? Ecce quomodo impugnatoris nostri sententia per istum omnino in contrarium est versa. Quicquid ille homini fraudulenter abstulit, iste multiplicius reparauit. Facile igitur perpendi potest ex qualitate signi, quod per ipsum liberandi sumus ex captiuitate, & oppressione diaboli.

Heb. 5.

Cur scriptura sacra de butiro, & melle in Emmanuelis cibo fecit tñ mēti onē. Gen. 3.

Quod

Quod in passione nostri Emanuelis multi captiuati sunt ex spiritibus malignis. Cap. XV II.

Esai. 7. Interpretatio horum verborum.

Sed quomodo illud intelligitur quod statim ad ista subiungitur. *Quia antequam puer sciat reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum*. Quod dicit antequam sciat reprobare malum, & eligere bonum, idem valet ac si diceret, antequam resurgat & ascendat in cælum, quoniam sicut iam dictum est, antequam à mortuis resurrexit plenitudinem illius scientiæ quæ per experientiam est non accepit, sicut nec illam quam per istam naturæ nostræ acquisiuit. Cur ergo dicit ante resurrectionem, vel ascensionem Emanuelis nostri a facie duorum regum terram coram liberari oportere, cum constet non solum ante resurrectionem, sed etiam sexcentis, vel eo amplius annis ante eius natiuitatem liberatam fuisse. Sed quod constat præcessisse natiuitatem, consequenter constat præcessisse resurrectionem. Si iuxta hunc modum quod propheta dicit dicimus esse verum, nihilominus tamen Iudæus contendet illud quod dicitur esse frivolum. Sed in verbis tanti prophetae, sicut nec falsum, ita nec frivolum creditur aliquid fuisse. Sed quid si ad hoc dicimus Spiritum sanctum sub quadam quasi fatuitate litteræ profunditatem tantū miserij ex industria adumbrasse? Sic sane & si frivolum videatur secundum quod sic dicitur frivolum, tamen non erit in eo propter quod sic dicitur. Verum tamen si tales reges hoc loco accipere velimus quales in Danicle legimus, erit sane in verbis prophetae quæ nec Iudæus possit resellere: nec Christianus audeat negare. *Et nunc* (inquit) *reueriar ut præliar aduersus Principem Persarum. Cum ergo egrederer apparuit Princeps Græcorū veniens. Quis autem non videat spiritus malignos hoc loco in his principibus debere intelligi? Possumus itaque immo (vt arbitror) omnino debemus eiusmodi reges in hoc loco accipere, nisi forte hoc mouet quod hic reges, ibi nominantur principes. Sed aduertendum quod idem ipse qui dictus est Princeps Persarum, in superioribus nominatus est rex Persarum. Ecce* (inquit) *Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum*. Similiter & ille qui in Euangelio dictus est princeps mundi, & in alio scripturæ loco dictus est rex super omnes filios superbiæ. Huiusmodi ergo reges illis præfidebant, quæ siue in Siria, siue in Samaria idololatriæ feruebant. Nec hoc quidem dico, tales videlicet reges hoc loco per regem Syriæ, & filium Romeliæ mysticæ designatos, sed ipsos in his verbis propriè & historicè expressos. *Derelinquetur* (inquit) *terra a facie duorum regum suorum*. Nihil sane hic dicitur quod te in alium sensum compellere videatur. Non dicitur a facie

acie duorum regum istorum, sed a facie duorum regum suorum, ne te relatio cogat ad superiora respicere & prædictos reges intelligere. Non dicit de his regibus, in terra sua interficientur, non dicit captiuabuntur, non dicit in his omnibus aliquid fieri in manu regis Assiriorum sicut in sequentibus legis, quia auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assiriorum. Nihil horum nec tale aliquid dicit quod de regibus spiritalis nequitiae in cælestibus intelligi non possit. Sed ita sine deprehenditur scriptura de quibusdam regibus loqui, vt quod dicitur & spiritalibus, & carnalibus regibus possit aptari, vt in vno eodemque sit & vnde infidelitas infatuetur, & fidelitas illuminetur. Nam ipsa quidem litteræ ambiguitas veritatem obuoluit. E diuerso autem sacramenti profunditas, prophetiæ auctoritas, sententiæ grauitas fidei tramite ad veritatem conducit, & intrare compellit. Quis enim non videat promisterij dignitate eorum quæ dicta sunt, illa quæ adduntur magnum aliquid continere: & ad illa quæ præmissa sunt debere respondere? Videamus ergo quid de eiusmodi quos diximus regibus scriptura denūciat, & videbimus quām conuenienter quod dicitur superioribus respondeat. Dicit ergo: *Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum derelinquetur terra a facie duorum regum suorum*. Certè in libro Iudicum loquente Iepte ad Seon regem Amorreorum, possessio dæmonis terra illa dicitur, in qua velut Deus colebatur. *Nonne* (inquit) *ea quæ possidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem dominus Deus noster victor obtinuit in nostram cedent possessionem*. Quare ergo spiritus erroris illius terræ reges non dicatur, quæ in ea per infidelitatis, & prauitatis magisterium vsque ad tempora Christi principabantur? Huiusmodi enim regum malorum, malignorumque spirituum, alij dicuntur spiritus erroris, alij spiritus fornicationis. Huiusmodi regū multi in passione Christi sunt captiuati, & de sua tadem tyrannide deiecti. Illi videlicet qui in spiritibus malignis præ ceteris erant maioris astutiæ, & vehementioris audaciæ. Illi denique per quos salus eorum impediri poterat, de quibus primitiua ecclesia congreganda, & fidei seges propaganda erat, vt designata illa diuina propagationis messio in diuina horrea congregaretur, de qua in Euangelio legitur. *Respicite regiones quoniam iam alba sunt ad messem*.

Cur scriptura hoc loco ambiguitate loquatur.

Esai. 7. Iud. 11.

Quod in signum generalis damnationis in Christi passione inchoata est quadam captiuitas demonum, sicut in Christi ascensione glorificatio resurgentium. Cap. XV III.

Tale aliquid habemus in Euangelio, vbi dictum est a domino, iā princeps huius mundi eiicitur foras. Ecce vnde eiectus, sed quo quæso

quæso proiectus? Sed quo melius proiectus creditur quam quæ per Ioannem in Apocalypsi designatur? *Et apprehendit (inquit) Draconem serpentem antiquum qui est Diabolus, & Sathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni, & post hæc oportet illum solui modico tempore.* Quod hic dicit abyssum, hoc postea vocat stagnum, & Diabolus (inquit) missus est in stagnum ignis, & sulphuris. De hoc autem abyssu rogant dæmones dominum in Euangelio, ne præciperet eos in abyssum ire. Ecce quomodo in capite iniquorum omnium captiuitas Dæmonum inchoata est, quando in Christi passione princeps mundi de mundo eiectus, & in abyssum missus est. Et sicut Christus creditur non solus surrexisse a mortuis, quoniam sicut scriptum est multa corpora sanctorum qui dormierant resurrexerunt, & apparuerunt multis, sicut Christus inquam creditur non solus resurrexisse, sic nec creditur in cælum solus ascendisse. Ascendens namque in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Sicut ergo Christus caput omnium bonorum non solus resurrexit, vel solus ascendit, sic caput omnium iniquorum Diabolus non solus creditur de mundo eiectus, & in abyssum proiectus. De numero autem eorum qui in Christi passione cum mundi principe captiuantur recte hi creduntur de quibus modo dicitur: *Derelinquetur terra a facie duorum regum suorum.* Quomodo terra in qua diu principabatur ab eis derelinquetur, nisi quia ab ea eiecientur, & in abyssum mittentur? Hoc autem quia in Christi passione factum est, inter natiuitatē & eius ascensionē impletū est, quia anteq̄ sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra? Antequam puer (inquit) per experientiam sciat non solum mala reprobare, vel bona approbare, verum etiam bona eligere, & inferioribus bonis sepositis optima apprehendere, antequam ad cælos ascendat, & per experientiā addiscat quid sit, vel quantum terrenis oblectamentis præmineat corporali etiam præsentia gaudijs cælestibus præsidere, & choris Angelicis interesse, ante istam vtiq̄ electionem bonorum, derelinquetur terra quam rex Achab detestabatur a facie duorum regum suorum. Nam hoc (vt dictum est) factum est in passione, illud in ascensione, & nota quod dicitur, quia. Quia (inquit) ante quam puer sciat. Ac si dicat, dixi quia dabit dominus vobis signum, & quod vere sit signum futuræ vestræ liberationis. Sed antequam ex toto compleatur fiet quod in Diabolo, & Angelis eius erit signum æternæ captiuitatis. Nam sicut in ascensione Christi, vel coascendentium inchoata est liberatio, & exaltatio captiuo-

Apo. 20.  
Luc. 8.  
Math. 27.

Mat. 7.

rum, sic sane in eiectione, & proiectione Diaboli, atque coascendentium inchoata est captiuitas captiuantium. Et sicut gloria quæ præcessit in bonorū omnium capite, vel membrorum ipsius parte signum est generalis glorificationis, sic deiectio quæ præcessit in reproborum capite, membrorumque ipsius parte, signū est generalis damnationis. Et notandum sane quod sicut in generali resurrectione prius futura est reprobatio malorum, & postea glorificatio iustorum, secundum illud, *Tollatur impius ne videat gloriam Dei*, sic circa primitiue tempora resurrectionis prius captiuatae sunt, quasi quædam primitiue Dæmonum postea autem glorificatae sunt primitiue electorum.

Quod ex incarnatione nostri Emanuelis factus est Deus quasi vnus ex nobis. Cap. XIX.

Ecce fratres quid contulit, ecce quid profuit puerperium virginis, incarnatio nostri Emanuelis. Iste est puer qui solus matris suæ integritatem non abstulit, sed lacrauit. In isto puero factus est nobiscum Deus, per hunc puerum genus humanum recepit, quod in primo omnium parente amisit. Ab hoc puero deiectus est, qui prius deiecit, ab hoc erectus, qui prius deiectus fuit. In hoc puero recuperauit homo honorem suum, ipse est qui abstulit opprobrium nostrum. Sed quale (inquit) opprobrium: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Factus est autem homo ad imaginem, & similitudinem Dei, grandis honor. Sed homo non intellexit ideoque despexit. Despecta vero, atque reiecta similitudine Dei transfigurauit se ad similitudinem iumentis. Ecce quale dedecus, iuxta magnitudinem honoris magnitudo dedecoris, inde opprobrium, inde improperium, & iuste iam quidem opprobria exprobrantium ceciderunt super eum. Merito ergo clamat. Aufer a me opprobrium, & contemptum. Penset homo pietatem dei si possit. Contemptus a nobis, contemptum nostrum sustinere non potuit. Despectus ab homine, desipientis opprobrium portare non sustinuit. Reiecit homo ad quam formatus est similitudinem diuinam, Deus e vestigio conformauit se ad illam qua homo transformauerat se similitudinem humanam. O qualis reformatio o qualis deterfio exprobrationis, reformatum similitudini iumentis, habere iam Deum similem sui. Ecce ad extergendum opprobrium nostrum, Deus Dei filius factus est nobis Emanuel, comedens mel atque butyrum, vt iuxta similitudinem hominum sciret reprobare malum, & eligere bonum. Cesset ergo iam vetus opprobrium, cesset illud antiquum improperium. Ecce enim audio vnam aliquam ex tribus in trinitate personis personare in voce exprobrationis. Ecce Adam factus

Esai. 25.

Vetus opprobrium nostrum quale, & quomodo cessauit in aduentu nostri Emanuelis.

Etus est quasi vnus ex nobis. Merito certe exprobrastis, sed nunquid adhuc exprobraturi estis? Certe si dicitis ironice quia homo factus est quasi vnus ex nobis, nos de cætero dice mus tam fidenter, quam veraciter, quia Deus factus est quasi vnus ex nobis. Dicitur est illud & merito cum exprobratione, dicamus nos iam istud cum gratiarum actione. Dicitur est illud in voce exprobrantis, & obloquentis, dicamus modo istud in voce exultationis, & confessionis. Ecce quid contulit nobis proles puerperæ nostræ vnigenitus ille Dei generatricis Mariæ. Merito dicitur, & merito dicendum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Felix conceptus, felix & partus nati ex ea nostri Emanuelis, in quo Deus absq; dubio similis factus est nobis.

Quod homo factus est velut Deus, & quod homo verus est verus Deus. Cap. XX.

Ad hoc autem factus est Deus quasi homo sciens reprobare malum & eligere bonum, vt fieret homo sicut Deus, sciens bonum, & malum. Quomodo autem scit Deus bonum, aut quomodo scit malum? Malum quidem plena intelligentia absque omni experientia, bonum vero plena intelligentia & sempiterna experientia. In malo est ei experientia inaccessibilis, in bono experientia imperturbabilis. Futurum est autem vt fiat homo in hunc modū sciens bonum & malum, quando confirmatus in bono & consumatus in gaudio in æternum, sicut peccare non poterit, sic nec mori, vel pati timebit. Mors enim nō erit vitra, neque luctus, neq; clamor: sed nec dolor erit vitra quoniā prima transierunt, sed lætitia sempiterna erit super capita eorum. Sed quid mirum est si homo factus est velut Deus, quando quidem homo factus est verus Deus? Certe si homo Christus est Deus, immo quia veraciter est Deus, eandem diuinitatem habet quam habet pater, & Spiritus sanctus, ergo & eandem potentiam, ergo & eandem sapientiam. Ergo eodem modo sapit homo Christus, quo pater, & Spiritus sanctus. Quod igitur dictum est per ironiam de Adam primo, iam dicere possunt ex sententia pater & Spiritus sanctus de Adam secundo. Ecce Adā factus est quasi vnus ex nobis sciens bonum & malum. Vox illa exprobrationis iam versa est in materiam laudis. Ecce iam audemus, & dicimus quia homo factus est quasi vnus ex nobis, propter suam diuinitatem, Deus factus est quasi vnus ex nobis propter suam humanitatem. Ecce quid nobis contulit, ecce quid nobis profuit fructus virginis fecunditas virginitatis. Merito dicitur, merito dicendum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Quomodo Deus scit bonū & malū.

Apo. 21. Esai. 35.

Quod sit versus in materiam laudis, illud opprobrium exprobrantis, ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Cap. XXI.

Ecce monstratum est per veritatem iam posse dici de Adam secundo, quod per exprobrationem prius dictum est de Adam primo. Quid autem dicemus de eodem homine primo claritati Christi configurato, & in Christo glorificato, secundum q̄ scriptum est, *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum torpori claritatis suæ.* Adam itaque sic clarificatus, & in diuinum simile transfiguratus nonne veraciter erit velut vnus ex illis, a quibus per improperium audiuit. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis? Si Christus est una ex tribus in trinitate personis nonne claritati Christi configuratus erit quasi vnus ex ipsis? Cesset iam ironia, dicatur iam ex sententia. Dicitur est hoc exprobrando, dicamus modo hoc gloriando, & glorificando partem, & filium, & Spiritum sanctum, ex quo factum est, per quem factum est, in quo factum est totam quod propter nos factum est. Dic impie Zabulon quid valet nunc fraus tua? Plus est quod nobis contulit Christi misericordia, quam quod nobis abstulit illa tua fraudulenta malicia. Ecce homo factus est quasi Deus sciens bonum & malum quod tu fraudulenter promisisti. Ecce homo factus est verus Deus, quod tu quidem nec cogitare potuisti. Dic ergo dic impie Zabulon, quid tibi iam valet illa quondam tua cruenta victoria? Ecce quondam victor, iam nunc victus iaces a Christi victoria. Mulierem decepisti, & per mulierem deieicisti, & ecce in muliere deceptus, & per mulierem deiectus corruisti. Ecce quales inimicitias exercuit: quomodo pugnavit, vicit, triumphauit semen mulieris, fructus virginis matris. Dicamus ei omnes, dicamus singuli. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Nemo miretur, nemo indignetur nos quidem tam breuem materiam longa expositione extendere, sermonem protrahere, verba multiplicare, tam iugi diligentia, tam diligenti vigilantia obiecta refellere, sentienda astruere, veritatis sententiam hincinde roborare. Nemo inquam indignetur, nemo miretur cum videat prophetam in paucis admodum verbis fidei nostræ fundamenta iecisse. Quoties a sanctis doctoribus, scriptoribus, prædicatoribus, incarnationis misterium ventilatur, discutitur, commendatur, hæc auctoritas semper in argumentum adducitur, & certe si in solido veritatis fidei nostræ structura non fundatur, non potest esse stabile quod superædificatur. Si hoc quod dicimus ad excusationem nostram non sufficit, Adā adhuc quod sufficere possit. Materia certe dulcis est, & nobis vacat, & de dulci materia diu loqui delectat.

Philip.

Plus est quod nobis contulit, quā quod nobis abstulit Diabolus.

Luc. 1.

# PROLOGVS

## LIBRI SECVNDI,

In quo introducuntur Hugo & Richardus altercantes.

**H**ost illum tractatum quē de partu virginis, vel infantia nostri Emanuelus contra quorūdam errorē diſtauerā, simul & edideram, quēdā ex magistri Andree discipulis offendi, quē adhuc eodem errore implicitum inueni. Exarsit itaq; animus meus ad illa quę ante iam dixerā adhuc aliquid addere, vnde possem eorum et infirmitatis satisfacere, qui sub hoc erroris contagio videbantur penę vsq; ad despirationem laborasse. Credo autem deuotis mentibus admodum placere, paruitatem meam tam excellenti materię, cum tanta diligentia insistere, & ad tollendum errorem de tam immenso tanti misterij profundo, libenter desudare. Sub forma autē dialogi totam subsequenti operis seriem digessi, eo quod hic modus dicendi, vel docēdi præ ceteris sit, vel ad audiendum iucundior, vel ad persuadendum efficacior. Vnum itaque ex magistri Andree discipulis mecum altercantem introduxi, vt sub forma ratiocinandi, seruatā vicissitudine interrogandi, & respondendi melius elucesceret quicquid in dubium venire, potuisset. Neminem vero conturbet si vnum eundemq; scripturę locum videat me aliter, & aliter exponere, cum sciat apud scripturę sacrę expositores hoc frequens esse, & celebre. Nam datam illam superius de duobus regibus sententiam, volui primo ponere, eo quod videatur magnorum quorūdam virorum expositioni magis accedere. Ad vitium autē illā ponere placuit, ad quam animus meus amplius accedit. Lectoris autem iudicio relinquitur eligere quod rectius iudicauerit.

## LIBER SECVNDVS.

### de Emanuele.

*Prælibatio materię de qua agitur in hoc opere. Cap. I.*

HVGO.

**I**nſpecto illo quē de Emanuelis concepti vel partu scripsisti tractatu, multa admodū placuerunt. Verūtāmetē (vt vera fatear) mihi ad plenum satisfacere non potuerunt. Nā exquisita illa altercationis nostrę ratiocinatio, iā me ad ancipitem quidē sententiam traxit, sed in contrarię partis assertionē solidare non potuit. R. Puto mi Hugo quia intentionis nostrę studium non nihil effecit, si iam te de perti-

naci ad ancipitem sententiā perduxit. Nam multo tolerabilius est dubitare de veritatis assertionē, quam falsā confidenter asserere. Supra modum autem miratus sum, pariter, & indignatus, quod te, quod tuum illud ingenium tam tenuis araneę telā potuit irretire, & penē insolubiliter illaqueare. Ista proculdubio illaqueatio tua præcipua causa fuit, quę me ad confutandū erroris seminarium scribere coegit. Veritus sum sane, ne alios inuolueret error qui te irretire potuit, & ecce quod verebar accidit. Nam alium quēdam ex magistri tui Andree discipulis postmodum offendi, quem eodem errore laqueo, quo et te prius irretitū inueni. H. Nescio qua fronte telam araneę dicitis, quam totis machinationis vestrę conatibus dirumpere non sufficitis. Sed ne me æstimet quis contentioso fuisse pugnans verborum quarere, paratus sum ca quę me mouent exponere, & in omnibus rationem apertam recipere, rationi acquiescere, & vt animum meum plenius exponam, paratior sum ob reuerentiam tanti sacramenti, paratior (inquam) a veritate vinci, quam sophistice vincere, & contentiosē agere. R. Placet admodum frater, placet quod te vel sero tanti sacramenti reuerentia tangit. Sed iam expecto a te ipso audire quę sint illa quę iuste debeant, vel valeant animum tuum mouere. HVG. Primo quidem quod rationes quibus illum quem vocatis errorem conuincere tentatis, videntur infirmę, nec satis necessaria. Verum illę quas ad dandi signi commendationem refertis, satis placent per se considerata. Sed si circumstantiam litterę cogitemus, nil omnino videntur ad rem pertinere. Nam illa quam de electione boni ponitis sententia, videtur mihi violenta, & illa quam de duobus regibus datis satis peregrina. RICH. Nescio quid sit illud quod te in illo tractatu nostro tibi placuisse dicitis, qui penę totum quod diximus reprehendis. Sed debes singula eorum quę te mouent explicare plenius, si quæris vt ad singula tibi sufficienter respondeamus. H. Gratiam habeo quod proponitis.

*Quod dicta prophetia non possit veraciter intelligi, nisi de sola beata Virgine Maria. Cap. II.*

E

**P**rimo itaque illud adhuc animum pullat, HVGO. quod tollendi timoris gratia signum dandum erat, secundum quod dominus per prophetam proposuerat. Ecce concedimus quod dicitis quia ex magna malicia descendit, quod rex signum petere noluit, vnde & de cetero indignum fuit talem regem tollendi timoris gratia signum accipere, qui maluit (vt superius docuistis) sub instantis periculi trepidatione diutius laborare, quam illud sic-

ri vnde gloria domini posset accrescere. Ecce A (inquam) concedamus ista vera esse, non tamen consequens est Deum panituisse promissionis suę. Sæpe etenim vbi abundat malicia, superabundat & gratia. Ex superabundanti itaque gratia, etiam contra regis meritum promissum signum dare potuit, qua solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Partus autem virginalis (sicut etiam ipsi conceditis) non potuit esse signum illius, quę tunc desiderabatur liberationis. Quod ergo regi Acham tollēdi timoris gratia proponitur, & domui David promittitur, & exhibetur, vt signum B esse possit eius rei ob quam dandum fuit, recte intelligitur dictum de prophetissa, & nihilominus completum in beata Virgine Maria, ne quis nos æstimet Iudaizare, & erroneos esse. Nam & id quod scriptum est: *Os nō comminuetis ex eo: dictum utique est de Paschali Agno: nihilominus tamen iuxta euangelistam impletum est in* Exod. 12. *Christo RICH. Illud quæro audire ex te, vtrum & Ios. 19. nam credas aliam aliquam præter solam beatam Virginem Mariam, Virginem concepisse, Virginem peperisse? HVG. De alia certe nec credo factum, nec spero futurum. RICH. Non ergo recte intelligitur de prophetissa dictum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. HVG. Recte hoc diceretis, si in Hæbreo hoc loco Virginem legeretis. Sed utique iam audistis quod hoc loco legitur in Hæbreo, non idem sonat quod virgo. RICH. Quantum nobis videtur, quicquid in superiori tractatu vociferauimus, surdis auribus locuti sumus. Vociferabimur ergo certe adhuc maiori si oportuerit clamore: si vel sic detur surditatem tuā rumpere. Dic illud obsecro vnde ani maduertis illam de qua loquimur prophetiam in beata Virgine Maria completam? HVG. Cum Euangelista manifeste hoc dicat, quis nisi infidelis negare præsumat? *Hoc autem totum* (inquit Euangelista) *factum est: vt adimpletetur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium.* RICH. Quod per prophetam a Domino dictum, & in beata Virgine completum dixisti, vellem a te iterari voce grandiori. HVG. O quā iusto Dei iudicio surditatis notam incurristis, quam nobis quidem iniuste satis impingere tentastis. Erigite itaque aures, & audite vociferantem si non potestis sermocinantem. Ecce virgo in vtero habebit RICH. Ego sane id exegi a te cum iteratione, & vociferatione: non ad rumpendam surditatem nostram, sed tuam. Nunquid nam vel adhuc intelligentiæ aure percepisti quæ ipse iterato dixisti? Quid iam taces? Cur pro more non illico respondes? HVGO. Vtique intumescō aduersum meipsum præ ira, & indignatione, quod recolo me ista toties legisse, & audisse: & quod modo animaduerto minime aduertisse. Nam sicut intellexi, & credidi prophetiam illam in beata Dei genitrice impletam, quoniam hoc Euangelista denunciat, sic debueram intellexis-*

Richardus S. Victoris, Pars I.

se, & credidisse puerperam quam loquimur, virginem per prophetam a domino dictam. Nam & hoc Euangelista affirmat. RICH. Cum pro eo quod propheta dicit concipiet, Euangelista ponat in vtero habebit, cur queso nemo Euangelistam mendacij arguit: & in Hæbreo non sic scriptum contendit HVG. Quia utrobique est vna eademque substantia, quamuis sint verba diuersa RICH. Similiter sane sentiendum est in eo quod alma ponitur in Hæbreo: & virgo in latino. Huius siquidem verbi expressionem, quod est alma, in vna dictione latinus sermo non habet, nunquam tamen de nupta, nunquam nisi de ea quæ virgo est, dici solet. Vim ergo solam sententię cogitauit, & exprimere voluit quomodo potuit, vel oportuit qui dixit. Ecce virgo concipiet: vel ecce virgo in vtero habebit. HVG. Ecce libenter accipio, vt alma non dicatur nisi de ea quæ sit virgo. libenter in hoc desero Euangelistę, vel beato Hieronymo: maxime cū hoc satis faciat pro Iudeo. Nam illud quidem quod solum iuxta sententiam suam inuentum est pro signo esse potuisse, puerperam videlicet suam in prima viri ad eam accessione concepisse: illud inquam non habet vnde ostendat, nisi prophetam in verbis suis Virginem designasse concedat. RICH. Bene facis illud inde maxime concedendo, quia satisfacit pro Iudeo. HVG. Quantum mihi videtur putatis vos aliquid effecisse: sed nolite gloriari præproperē. RICH. Audi ergo. Superius dixisti illam de qua loquimur prophetiam de prophetissa dictam: & nihilominus in beata Maria completam. Si itaque dicitis hoc esse Virginem concipere: grauidam fieri in prima ad eam viri accessione, & hoc prophetam sensisse, utique aut dicta prophetia in beata virgine secundum hoc completa non erit: aut de prima viri accessione ad eam, & non de Spiritu sancto concepit: & in vno horum mendacem facis Euangelistam qua vtrumque dixit. Si autem fateris quod non nisi falso diffiteri potes: quoniam hoc sit Virginem concipere, & parere, sine virili scilicet semine concipiendo, in conceptu, & partu Virginem perseverare: vel dicta prophetia de prophetissa intelligenda non erit: aut mendacem facis prophetam qui eam de suo semine concepisse describit. HVG. Proculdubio ista debent sufficere Christiano: sed non satisfaciunt Iudeo: qui nec Euangelistę testimonium pro auctoritate recipit: nec beatam Mariam sine virili semine concepisse consentit. RICH. Bene facis mi frater nunc sub Christianorum nunc sub Iudeorum vmbraculo subterfugij tui latibula quęrendo.

*Post datam rationem quę satisfaciat Christiano, datur & alia quę satisfacere debeat Iudeo. Cap. III.*

**S**ED audi adhuc quod Iudeo quidem etiam RICH. non satisfaciat, ad satisfactionem tamen V 3 suffice-

Valide refellitur sententia Christianorum Iudaizantium.



sufficere debeat Nonne Iudeus (quæso) tecum A  
sentit quod concipitur ille, & partus in signum a  
domino datum fuerit? HVG. Sentit utique in  
hoc mecum, & ego secum: & si audes negare da  
mus propheticum testimonium. RICH. Qui  
ergo dicitis hoc esse Virginem concipere, in pri  
mo videlicet coitu hoc illi contingere, potestis  
quæso probare hoc esse contra legem naturæ: vel  
præter usum multiplicis experientia. HVG. Mi  
nimè. RICH. Qua ergo ratione quæso dicitur  
rei alicuius signum esse debere, si promittat futu  
rum sceminam in primo coitu concipere, quam  
si prædicat sub ortu solis leporem currere, vel  
canem latrare: cum indifferenter possint hæc om  
ni die: omni hora per diuersas regiones contin  
gere; HVG. Hic do locum Iudæo vt respondeat  
pro semetipso RICH. Quæro item a te, pariter  
& a Iudæo: vtrum nam credatis aliquam conci  
pere a viro quæ possit remanere virgo, HVG. Mi  
nime absque dubio. RICH. Quomodo ergo dici  
potest quod aliqua de viro virgo concipit, quæ  
quamuis in primo coitu concipiat, hoc ipsum  
quod virgo est ante conceptionem amittit;  
HVG. Vt secundum Iudæum dicitur, illa virgo  
concepit quam hora concipiendi virginem inue  
nit. RICH. Sed si quam in cocundo inuenit Vir  
ginem hora concipiendi; nunquid & æque Vir  
ginem hora concipiendi; nunquid & æque Vir  
ginem inuenit hora pariendi; HVG. Absit a no  
bis hoc dicere, vel illo modo credere. RICH.  
Certe vtrumque dictum est de Virgine: concipi  
et, & pariet. Non dictum est. Ecce virgo concipi  
et, & non virgo pariet, sed ait. Ecce virgo cõ  
cipiet, & pariet filium. Vide te quam caute; vide  
te quam prouide Spiritus sanctus præuenit cor  
da malignantia; & obstruxit os loquentium ini  
qua. Quid hic habes quæso quod respondeas pro  
Iudæo; HVG. Respondeo me Iudæum non esse  
se: nec necessarium habere pro ipso respondere.  
hic iterum do ei locum respondendi per semet  
ipsum. Verum si vultis vt vestra assertio palmam  
obtinere possit, probare oportet vel quod signũ  
illud in conceptu, & partu Virginis non sit da  
tum gratia tollendi timoris: vel quomodo res  
quæ post tot tempora futura erat tollere posset  
timorem illum qui tunc instabat. RICH. Bene  
facis quærendo quod necis: quamuis hoc ip  
sum ex iam dictis, & scriptis nosse debueris.

*Quomodo auctoritas libri Regum conuincit  
quod partus virginis tollendi timoris  
gratia datus non sit. Cap. IIII.*

RICH. **S**ed si non vis acquiescere rationi, nunquid  
saltem acquiesces auctoritati? HVG. Cur  
rationes vestras non receperim ex parte iam di  
xi: paratus iterum audire vtrum nã possit quod  
proponitis, vel auctoritate probari. R. Ecce inte  
rim concedatur Deum tale signum dedisse qua  
le iudicabat ad tollendum timorem posse suffi  
cere. Nunquid æstimandum est Deum in sua  
æstimatione aliquando decipi posse? H. Absit.  
R. Ergo si tollendi timoris gratia signum de

dit: timorem tulit. Si non tulit: ad tollendum ti  
morem non dedit. H. Nil hac allegatione ve  
rius: nihil omnino manifestius. R. Consultamus  
itaque super hac re librum Regum, vt intelliga  
mus quid sit inde sentiendum. Refert ergo in  
hæc verba liber Regum. *Tunc ascendit Resu  
rex Syria et Phace filius; Romelq; rex Israhel in  
Hierusalem ad praliandum. Et iterum paucis in  
teriectis. Misit autem Acham nuncios ad the  
glathphalasar Regem Assiriorum dicens. Seruus  
tuus, & filius tuus ego sum, ascende & saluum  
me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis  
Israhel, qui consurrexerunt aduersum me: &  
cum collegisset Acham argentum, & aurum  
quod inu niri poterat in domo Domini, & in  
thesauri regis, misit regi Assiriorum numera.*  
Certe si non timeret, tam humiliter auxilium  
in salutis suæ præsidium non postulasset. Certe  
si non timeret in eiusmodi munera thesauros  
suos, thesauros domus domini non exhauriret.  
Dic ergo si potes promissum illud signum qua  
do fuerit datum. Si ante dationem: datio ipsa  
conuincit quod timorem non tulerit. Si post  
liberationem: quomodo timorem tollere po  
tuit qui iam non fuit? An forte inter dona  
tionem & liberationem? Sed quis dicit eo tẽ  
pore a domino datum fuisse: quando & in ua  
num daret qui daret: & in uanum acciperet  
qui acciperet? H. Nolo vos in hac allegatione  
amplius laborare. Video certe tam rationi, quã  
auctoritati repugnare, vel quod de Emanuele  
scribitur interpretari de filio Israhel: vel ipsum in  
eiusmodi signum, & quasi ad tollendum timo  
rem datum fuisse. R. Ecce iam accepisti quomo  
do ratiocinatio magistri tui repugnat tam ra  
tioni quam auctoritati. Vis autem adhuc audi  
re quomodo repugnat & sibi ipsi? H. Nolite di  
cere magistri mei: sed Iudæorum. Nam ponit  
eam sane, non quasi suam; sed quasi illorum. R.  
Et hoc ipsum quærat ex ipsa, vtrum nam sua  
sit, an aliena. H. Ecce paratus sum audire quid  
nam sit illud quod velitis dicere. R. Veniant ita  
que magistri tui verba in medium. Proponit ita  
que in hunc modum.

*Quomodo cauillatorum controuersia sit sibi ipsi  
contraria. Cap. V.*

RICH. **E**cce virgo cõcipiet, & pariet filium. Et sub  
iungens de suo ait. Hanc de conceptione,  
& natiuitate saluatoris nostri, & integritate, &  
virginitate matris eius semper virginis apertissi  
mam prophetiam, prout iustum est cum de ip  
sis exponimus; insurgentes in nos Iudæi verita  
tis inimici, suæ cauillationis ariete firmissimum  
fidei nostræ murum labefactare conantur. Sed  
ex alijs eius verbis plenius intelligi poterit, qua  
simplicitate hoc dixerit. In fine argumentatio  
nis suæ ponit rationem quare non sit ei vtile Iu  
dæis respondere. Ne si forte (ait) anceps certa  
men imparibus incuntes viribus succumbamus.  
Cur

Cur anceps certamen dicit, non dicam de aper  
ta, sed de apertissima (vt ipse prædicat) prophe  
tia? Sed forte humilitatis verba sunt ista. Vide  
mus ergo sequentia. Nos inquam (ait) nostris  
viribus ementis fortiora fortioribus reliquien  
tes, ceptam litteralis sensus explanationem excu  
quamur. Ecce iam nobis litteralis sensus expla  
nationem promittit. Modo non Iudæorum, sed  
suam (vt audis) sententiam proponit. Ait ergo.  
Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Iuuen  
culæ vel absconditæ partus, & conceptus quando  
eum videritis, significabit vobis quod a prædi  
cto metu liberabimini. Ecce quomodo exponi  
tur apertissima (vt dixerat) prophetia de conce  
ptione, & natiuitate saluatoris, & integritate, &  
virginitate matris. Audiamus adhuc apertius.  
Multis interiectis longe post dicit in sequenti  
bus prophetissæ filius butirum, & mel comedet,  
cum uenerit ad scientiam qua possit abomina  
ri malum & eligere bonum. Quod legitimus de  
butiri, vel mellis comestione: proculdubio scri  
ptum est de Emanuele. Quid ergo, hic erit ille  
fidei nostræ murus firmissimus, si Emanuel di  
catur prophetissæ filius? Certe sola inter mulie  
res beata Maria virgo & mater est. Si dicta itaq;  
prophetia (prout illi placet) apertissime est de in  
tegritate & virginitate eius quæ mater est: a  
pertissime quidem vera est in beata virgine Ma  
ria, apertissime nihilominus falsa in prophetis  
sa. Quare ergo ibi eam exponendo accommodat,  
vbi apertissime falsa est, & non potius vbi aper  
tissime vera est. Si illi qui eam de saluatore, &  
eius matre exponunt, faciunt prout iustum est,  
cur ipse eam de prophetissâ exponit, prout iustu  
non est. Vides certe quomodo expositio sua si  
bi ipsi est contraria. Nonne rectius philosopha  
set si ista tacuisset. HVG. Vtinam (fateor) non  
dixisset. Sed prout ipse nostris fatetur multa se  
non iuxta suam, sed iuxta Iudæorum senten  
tiam exposuisse. RICH. Certe hoc ipsum ma  
nifeste determinare debuisset, quando suam, &  
veram, quando Iudæorum, & falsam posuisset.  
HVG. Nunc illud quod iam proposuistis expe  
cto adhuc a vobis audire, quomodo rationes il  
læ quas sub Iudæorum nomine ponit, videntur  
sibi contrariæ, & mutuis se vulneribus iugulare.  
RICH. Longum est nimis de singulis agere, sed  
libet ex his quædam excipere, & ex his id quod  
quæris euidenter ostendere.

*Quomodo rationes sub Iudæorum nomi  
ne posite videntur sibi contra  
ria. Cap. VI.*

RICH. **M**ultis itaque præmissis adiungit, & dicit.  
In diebus infantia filij virginis, vel iu  
uenculæ, duo reges a quorum facie Iudas trepi  
dabat alter ab Assyrijs interfectus, alter ab Osæ  
filio Elam trucidatus occubuerunt. Ecce signũ  
præcessit, secuta est res. Item alio loco. Apertis  
sime (inquit) loquitur sacra scriptura dominum  
Richardi S. Victoris. Pars I.

qui mentiri non potest dicere, quod antequam  
puer quem prophetissâ peperit Israhel sciat patrẽ  
suum & matrẽ vocare, Damascus & Samaria ab  
Assyrijs destruenda sit. Sic intendite, iuxta prio  
rem sententiam ante mortem Phacæ Emanuel  
natus fuit. Nam re subsequente (vt dictum est)  
signum præcessit. Iuxta posteriorem sententiam  
nono anno post mortem Phacæ filius Israhel,  
necdum adhuc sciuit patrem, & matrem vocare.  
Nam regi Phacæ rex Osæ successit, cuius no  
no regni anno Samaria ab Assyrijs destructa  
fuit. Alius itaque erit filius Israhel qui sub tem  
pore destructionis Samariæ nesciuit patrem, &  
patrem vocare, & alius Emanuel quẽ iuxta prio  
rem sententiam constat tunc temporis nouem  
vel amplius annorum fuisse. Item alio loco in  
longe sequentibus magister tuus dicit. Hoc  
etiam partem signi putant, quod in infantia po  
situs, quæ nihil eorum quæ apponuntur rejicere  
solet immundis tanquam sordibus refutatis, mu  
dos tantum cibos, q̄ sine chdochie in butiro &  
melle accipiuntur, in cibum sumpturus sit. Si  
hæc ergo pars signi fuit, & rem signum præces  
sit, demus vt vel vnum annum habuerit, quando  
hanc discernendi cibos scientiam in signum fu  
turæ liberationis accepit. Iuxta hoc utique deci  
mo ætatis eius anno, Samaria euersa fuit. Si er  
go eundem dicunt Emanuel quem filium Israhel,  
quomodo vnus idemque erit tam sciolus, vt in  
primo ætatis suæ anno sciat munda ab immun  
dis secernere, tam fatuus, vt in decimo ætatis sue  
anno nesciat patrem & matrem vocare? Audi  
& illud. Certe regi Achaz Ezechias in regnum  
successit, cuius sexto regni anno Samaria destru  
cta fuit. Vnde ergo monstrabunt quod eum  
puerum viderit, qui sexto post mortem ipsius  
anno patrem & matrem vocare nõ norit? Quo  
modo ergo iuxta argumentationis suæ rationẽ,  
alicuius rei signum regi esse poterat puer quem  
nunquam viderat, nunquam visurus erat? Ani  
maduertis ex his (vt arbitror) quam anxium, quã  
anceps certamen sit, quod magister tuus subire  
non præsumpsit. HVG. Videte ne forte eretis  
si cum hæc aliter quam per ironiam dixisse pu  
tatis. RICH. Versute satis defendis magistrum  
tuum, sed eo ipso agis dum nescis contra temet  
ipsum. Nam vbi est illud ingeniolium tuum, nec  
muscæ quidem viribus præferendum, si te adeo  
irretire potuit quod ille quasi per ironiam te  
xuit? HVG. Iam vt mihi videor videre creditis  
vos magni aliquid effecisse in eo quod potuistis  
illa quæ magister meus sub ironia vel ego argu  
mentandi gratia proposuimus, vix aliquando cũ  
summo labore dissolucere. RICH. Bene quod  
prius pertinaciter defendebas, modo ironiam vo  
cas. Quo teneam nodo mutantem præthea vul  
tus? Sed cum te in arcto positam conspicias, non  
est multum mirandum si tergiversatione qua  
potes euadendi exitum quæris. HVG. Non nos  
oportet sermone detinere dicem, nã multa sunt  
adhuc in his quæ animum pullant ad quæstio  
nem.

*Per buti  
ri & mel  
mudi cibi  
sunt deli  
ciati.*

nem. RICH. Antequam ad alia discutenda tra-  
seamus fateri te volimus, an adhuc veraciter co-  
stet apud te dictum Emanuel non esse filium  
Isaia: nec ipsum in signum tollendi timoris gra-  
tia datum fuisse. HVG. Iudaeus sit, Christianus  
sit, in sani capitis se esse ostendit, qui super his vl-  
terius haesitauerit. RICH. Quere ergo consequen-  
ter quod vis. Nam ad singula discutenda quae  
proposueris, in quantum dominus dederit, para-  
tum habebis. Videtur si quidem propheta in his  
quae inter manus habemus, quaedam fidei nostrae  
quasi fundamenta iecisse, & iccirco operosum  
erit singula quaeque quaestione digna, cum sum-  
ma diligentia pertractare. HVG. Placet satis  
quod dicitis.

*Cuius rei signum conuenienter dici possit partus  
quem dominus proponit. Cap. VII.*

HVG.

Sicut superius iam dixi, ea quae a nobis dicta  
sunt de signi qualitate, vel commendatione,  
admodum placent considerata per se, sed circu-  
iacenti litterae nullo modo videntur coherere,  
& eo ipso nil ad rem pertinere. RICH. Putas  
quae in prophetis ubique hoc debere vel posse  
obseruari, vt quicquid in eis vbiunque dicitur  
oporteat praecedentibus, & subsequenter  
coaptari? HVG. Scio vtrumque in prophetis  
frequens esse, & sequentia precedentibus modo  
coherere, modo non coherere. Sed quamuis ista  
sententiarum coherentia vbi que obseruari non  
valeat, non tamen consequens est vt iccirco hic  
obseruari non debeat. Cum enim certe rei gra-  
tia signum propositum fuerit, videte quam ab-  
surdum sit, vt repente rei alterius signum exhi-  
beri dicatur, & rei quidem de qua nulla mentio  
fit. R. Diximus iam, & audisti occultandi sacra-  
menti gratia factum fuisse, & hoc tibi deberet  
sufficere. H. Nemo mihi potest persuadere, qd  
spiritui sancto qui in Isaia loquebatur, esset diffi-  
cile rem cuius signum promissus puer esse pos-  
sit, latenter tangere, & nihilominus secreti sui  
arcanum sub aliquo verborum integumento  
abscondere. Neque hoc posito, quod dico erit  
illa quae de signi multiplicitate dixisti euacua-  
re, sed solidare. Nam vnum idemque signum  
potest multiplex esse, & multa significare. Im-  
mo ita fiet, vt id quod a vobis exigo, sit (vt sic  
dicam) ad fundamentum, illa vero quae superius  
dixisti, ad superaedificationem. R. Oportet tan-  
dem instantiae tuae, ne dicam pertinaciae morem  
gerere, & velut delicato puero iuxta desiderium  
satisfacere. Recole ergo quid reges illi qui Hieru-  
salem debellare venerant, proposuerint, vel qd  
dominus per prophetam consequenter promi-  
serit. *Ascendamus* (inquiunt) *ad Iudam, & sus-  
citemus eum, & auellamus eum ad nos, & po-  
namus regem in medio eius filium Tabeel.* Et do-  
minus ad haec. *Non stabit, & non erit istud.*  
Pro qua quae causa putas eos conuenisse ad Iu-  
dam debellandum? H. Dixissem certe ad dilata-

Esai. 7.  
Intentio re-  
gum qui  
venerant  
contra Iu-  
dam, fuit  
ad euertē-  
dū diuinū  
cultum.

dum regnum suum, nisi proposuissent e vestri-  
gio substituere ibi regem alium. Magis itaque  
mihi videntur intendere, & laborare ad euertien-  
dem cultus diuini, quam ad dilationem regni sui.  
Auellamus (inquiunt) Iudam ad nos. Vnde quae  
se, & quo? Vnde (inquam) nisi ab eo in quo Iu-  
das ab eis diuersus erat? Vel quo (inquam) nisi  
ad id in quo ipsi vnum erant? Pluralitatem certe  
deorum recipiebant, & in hoc vniuersim con-  
sentiebant, & in hoc ipso vnius professionis  
erant. In eo ipso vero Iudas ab eis diuersus erat,  
quod iuxta professionem suam vnum, & verum  
Deum colere debebat. Principaliter itaque ad  
hoc niti videntur, vt possent in eis vnius Dei  
cultum euertere, & catenus vt non esset vnde  
iterum posset repullulare. Auellamus inquit,  
aliud est auellere, aliud est praecidere. Arbor cer-  
te cum in ramis, vel in trunco praeciditur, remanet  
ei radix adhuc vnde reparatur. Sed cum radi-  
citus auulsa fuerit, iam non ei superest vnde re-  
parari possit. Qui igitur Iudam a fidelitatis suae  
loco (vt sic dicam) ad infidelitatis suae participa-  
tionem auellere tentabant, quid aliud in eis qua  
vera diuinitatis cultum irreparabiliter euertere  
parabant? R. Acute satis in his omnibus vidi-  
sti, nec occurrit modo vnde iure debeas repre-  
hendi. Vnius itaque, & veri Dei cultum ab ho-  
minibus deleri cupiebant, qui Iudam quidem  
(qui solus tunc temporis inter homines huius  
professionis erat) ad se auellere, & suo errori im-  
plicari volebant. De huius sane culturae aboli-  
tione dominus repromittit, cum dicit. *Non sta-  
bit, & non erit istud.* A modo (inquit) & vsque  
in saeculum non erit, vt Iudas auellatur, & cultus  
verae deitatis ab hominibus deleatur. Quod mo-  
do hic promittitur de ecclesia, hoc est portae alia  
alij verbis promittitur de ecclesia. Et quod in-  
ferri non prauelebunt aduersus eam. Sicut in  
euellenda Dei cultura nemo praualere potest  
aduersus Iudam, sic in euertenda fide catholica,  
nemo praualere potest aduersus ecclesiam. H.  
Animaduerte quid velitis dicere. Sed quod dicitur,  
non erit istud: puto gemino modo intelligi  
posse. Cum enim ad id quod praemissum est auel-  
lamus, respondetur non erit istud, potest specia-  
liter intelligi quod non ab eis auellatur, vel ge-  
neraliter, quod nullo modo, nullo tempore auel-  
letur. R. Ex his itaque duobus quid tibi videtur  
maius? H. Cum illa promissio sit specialis, vel  
potius singularis, ista generalis, illa parui tempo-  
ris, ista perennis, incomparabiliter est maior ista,  
quam illa. R. Hoc absque dubio dominus pro-  
mittit, quod maius fuit, & ad huius promissio-  
nis confirmationem signum proponit, in eo quod  
dicit. Ecce virgo concipiet, & pariet.

*Vnde perpendi possit in cuius rei signum datum  
non sit, vel quomodo sit illis datum a qui-  
bus nunquam est visum. Cap. VIII.*

V Ideo certe generalem illam (vt diximus) HVG;  
promissionem reliqua incomparabiliter  
dignio-

Quo intel-  
ligenda ver-  
ba illa:  
Non erit  
istud.

Mos sa-  
era scri-  
ptura.

Duplex si-  
gnificatio  
signi dari  
ad Achaz.

Abraham  
accepit ter-  
ram in suis  
haeredib;  
terra pro-  
missa sibi  
a Deo.

dignorem, & quanto digniorem, tanto digna-  
tioni diuinae competentiorem. Sed vellem (si  
fieri posset) ex ipsa scriptura habere, vnde pos-  
sem illum quem praefertis sensum, quia preferens  
dus esset conijcere. R. Iusta satis nobis videtur  
haec tua postulatio, nam mos sacrae scripturae est  
quod tacet in uno loco, saepe innuere ex alio.  
Ex signo ergo quod ad promissionem confirma-  
tionem proponitur, quod quaeris facile determi-  
natur. Nam partus virginis qui post tot saecula  
futurus fuit, illius rei quae tunc temporis in-  
stabat signum esse non potuit. Alterius vero  
promissionis quae vsque in finem saeculi dura-  
bit, idem virginis partus, tam idoneum tam cer-  
tum signum fuit, ex quo esse & cognosci coepit,  
vt per mille iam, & eo amplius annos uotis fide-  
lium satisfecit, & vsq; in finem satisfacere pote-  
rit. Nota & illud in verbis prophetae, quod & ti-  
bi sicut iam significasti, vt fieret placuit, quomodo  
sub verborum inuolucro altitudinem diuini ar-  
cani abscondit. Eo siquidem modo oraculum suū  
texuit, vt & aliud intelligere possit cui promissio  
fit, & aliud ille qui promissionem facit. Nam  
cum regi Achaz datur intelligi posse ex verbis  
prophetae, quod dicti reges nullo modo possint  
regnum eius euertere, vel ei alium regem substi-  
tuere, dominus tamen absque dubio promittit  
nulla persecutione nullo tempore suos fideles  
posse uelli a sua fidelitate. Rex sane aspirabat,  
& sperabat liberationem de instanti persecutio-  
ne a facie duorum regum, dominus aut promit-  
tebat tam de instanti, quam de futuro liberatio-  
nem ab infidelitatis persecutionibus, tam homi-  
num, quam demonum. Et vide quam miranda  
ratione cum dominus vtrumque facere propone-  
ret, & illud quod ipse, & illud quod rex intende-  
bat ad vtrumque signum daret, si rex signum pete-  
re uoluisset. Sed quia ex multa malitia signū pe-  
tere noluit, ad illud solum dominus signum quo  
modo & quando uoluit exhibuit, quod principa-  
liter intendit. H. Quomodo quae dicimus si-  
gnum illis a domino datum, quibus fuerat pro-  
missum, signum inquam post tot saecula futurū,  
& ab illis quibus promittebatur nunquam videndum?  
R. Certe Abrahae dominus terram Chananeorum  
dandam in hereditate promissit, q; tamen nunquam  
nisi in suis haeredibus accepit. Nemo tamen contem-  
dit eum promissam hereditatem non accepisse,  
vel dominū in sua promissione defecisse. Accepit  
ergo Abraham terram promissam post annos  
fere quadringentos in suis haeredibus. Accepit  
domus David signum promissum post annos  
sexcentos in suis successoribus. Si tanta expecta-  
tione digna fuit illa promissio: quanto magis ista  
multo maiore, per quam homo Deus, & Deus  
factus est homo? Per illam homines facti sunt  
haeredes terre Chananeorum, p istam homines  
facti sunt cohaeredes Angelorum. Per illam facti  
sunt filij Abrahae haeredes regni terreni, & transi-  
torij, per istam facti sunt filij adoptionis haeredes  
Dei, cohaeredes autem Christi. H. Video vos per

A omnia ad interrogationes meas satisfacere, vt  
non occurrat super proposito capitulo, quid am-  
plius oporteat interrogare. R. Vt illud quod  
modo de dato a domino signo locuti sumus, cu  
illis quae in superiori tractatu dicta sunt confe-  
ramus. Iuxta hanc lectionem habemus quod  
plebs fidelis nullo modo, nullo tempore possit  
auelli a bono fidelitatis. Iuxta illam lectionem  
tenemus, quod iterum replantabitur in loco vo-  
luptatis & inconcussa radicabitur in bono sceli-  
citatibus. Hinc habemus, quia bonum quod per  
saluatoris gratiam post primum peccatum re-  
cuperauit, omnino amittere non possit. Inde  
tenemus, quia ad plenum recuperabit quicquid  
per malitiam seductoris amisit. Iuxta hoc quod  
de dicto signo hic iam dictum est, securi sumus  
de stabilitate perceptae gratiae. Iuxta id quod ibi  
de eodem signo dictum est, securi sumus de ple-  
nitudine, & perpetuitate percipiendae glo-  
riae.

*Quod electio boni soleat diuersis modis  
accipi. Cap. IX.*

F Ateor, incipio vos iam non solum libenter, H V  
sed & desideranter audire, & quia de istis  
iam dicta sufficiunt: vellem vos ad caetera quae  
me mouent discutenda transire. R. Propone  
quod vis, & iuxta quod vires suppeditant  
promptum habebis. H. Sicut superius iam dixi,  
illa sententia quam de boni electione poni-  
tis videtur mihi nimis violenter extorta, & illa  
similiter quam de regibus ponitis aliquantulum  
peregrina. Vultis ibi electionem boni esse,  
ex bonis optima excipere. Hinc consequenter  
ostendere nitimini, quia Emanuel noster secun-  
dum illam scientiam quae per experientiam est,  
vsque ad resurrectionem suam electionem boni  
non habuit, quoniam bonum immortalitatis, im-  
passibilitatis, incorruptibilitatis, bonum celestis,  
& supermundanae iucunditatis quae sunt optima  
exterioris hominis bona catenus per experien-  
tiam nesciuit. R. Quid iuxta id quod vi-  
detur tibi dicendum est esse electionem boni?  
H. Certae non solum ex bonis optima excipe-  
re, verum etiam bona a malis secernere, & acce-  
ptare. R. Nec nos negamus iuxta hanc acce-  
ptionem dici solere. Nam iuxta loquendi vsum  
solemus saepe verborum significationem modo  
extendere, modo restringere, vel alio quolibet  
modo variare. Sed inter haec diligentem lectorem  
oportet caute discutere, & ex adiunctis collige-  
re, quid, qualiter, & iuxta quam acceptionem suis  
quibusque locis debeat exponere. Aliquid sane  
debet esse inter boni approbationem, & boni ele-  
ctionem. Illud namque est discretionis, istud de  
liberationis. Discretionis est bona a malis secer-  
nere, & illa approbare, ista reprobare. Delibera-  
tionis est, ex bonis quidem excipere ea quae me-  
liora sunt, vel quae unicuique magis expediunt.  
Non ergo possumus iure reprehendi, si magis  
vli

vli sumus proprietate verbi, quam licentia lo-  
quendi.

*Vnde perpendi possit quod de regibus Rasin, &  
Phacee dicitur non sit derelinquetur  
terra a facie duorum regum  
suorum. Cap. X.*

**RICH.** **S**ed & illa sniam q̄ de regibus posuimus, pro-  
lato de Daniele exemplo probauimus. Et  
nunquam certa expositio merito repreheditur,  
quæ scripturarum auctoritate comprobatur. H.  
Certe si reges ibi iuxta communem consuetudi-  
nem designaretis secundum historiam; & illam  
vestram quam de regibus spiritualibus ponitis  
sententiam extenderetis secundum allegoriam,  
mihi vtique placeret, & omnibus (vt credo) me-  
rito placere debuisset. R. Ecce & in hoc ipso  
studebimus satisfacere desiderio tuo. Nam illa  
(vt credimus) littera aliam expositionem reci-  
pit, ad quam (vt vera fateamur) opinio nostra  
magis accedit. H. Oportuit itaque magis po-  
suisse istam quam illam. R. Immo vt confun-  
dantur qui ex aduerso stant, & suis nos cauilla-  
tionibus impugnant, oportet & illam posuisse,  
& istam non omittre, vt videant, & crubescant  
nos plures rationabiles exitus inuenire, vbi nos  
putant suis argumētationibus circūcludere, vbi  
nec sibi, nec nobis putant aliquem euadendi exi-  
tum patere. H. Nolite obsecro diutina expe-  
ctatione animum meum suspendere, celerius au-  
dire vellem quid debeam de regibus istis senti-  
re. R. Volumus prius audire a te quid tu sen-  
tias inde. H. Ego absque dubio non alios in-  
telligo quam Rasin regem Sirie, & Phaceæ filiū  
Romeli. R. Adde & illud quæ sit illa terra  
quam rex Achaz detestabatur, cuius duo illi  
designati reges, reges esse dicuntur, & a quibus  
derelinquenda prædicatur. H. Miror quam de  
facili me de constantis ad ancipitem sententiam  
sola & simplici interrogatione perduxistis, &  
quod prius aduertere debueram, nec aduertere  
ram aduertere fecistis. Nam siue de terra Sirie,  
siue de terra Israel hoc dicatur, vtrambilibet quidē  
detestabatur, qui ab vtraque impie impugnaba-  
tur: neutra tamen illarum duos reges habebat, vt  
de eo merito dici debeat. Antequam sciat puer  
reprobare malum, & eligere bonum derelinque-  
tur terra quam tu detestaris a facie duorum re-  
gum suorum.

*Quod in his duobus regibus non illos duos qui  
in regno Israel adhuc superant intel-  
ligere debemus. Cap. XI.*

**HVGO.** **S**ed hic iam mihi occurrit quid illi valeant di-  
cere, qui Emanuel putant eundem esse quē  
filium Isaiæ. R. Et hoc ipsum quid sit vellem  
audire. H. Certe illi qui de Israel, & qui de Iu-  
da erant de eadem progenie descenderant, &  
eiusdem professionis esse debuerant. Oportuit

**A** ergo eos qui de Israel erant, & sub Phaceæ mili-  
tabant, tum debito cognationis, tum debito pro-  
fessionis fratres suos filios Iuda nō impugnare,  
sed defendere, & contra regem Sirie quoties  
opus esset, vel quoslibet oppugnatores se murū  
opponere. Terram igitur in qua Phaceæ princi-  
pabatur rex Achaz (ni fallor) principaliter dete-  
stabatur, cuius maliciam quanto circa se abo-  
minabiliorem sentiebat, tanto detestabiliorem  
habebat. Scimus autē quia adhuc de regno Israe-  
litico vsque ad ipsius destructionem duo tan-  
tummodo reges supererant, Phaceæ scilicet qui  
tunc sceptrum gerebat, & Osee sub quo destruen-  
dum erat. Possunt ergo Iudæi non inconuenien-  
ter (vt arbitror) quod de duobus regibus dicitur,  
ad hos reges referre, qui iam post modicum tem-  
poris de cætero non poterunt terram illam regi  
Achab detestabilem, neque in seipsis, neque in  
suis hæredibus regere vel defendere, quia depu-  
landa erat antequam promissus puer quem pu-  
tant filium Isaiæ, sciret patrem, & matrem vocare.  
R. Si illud quod superior disputatio in-  
uenit menti tuæ non excidisset, hæc quam ponis  
sententiam locum nō haberet. H. Quid illud  
Iudæi. R. Certe si eorum puer sub Phaceæ tempo-  
re natus fuerat, & sub imperij euerfione, si non  
amplius, fere decennis erat: & quod dicemus  
puer patrem, & matrem vocare nesciret? Si vero  
sub Osee natus fuit, iam solus rex regno Israe-  
litico superfuit, & de eo dici non potuit, quia  
antequam sciat puer reprobare malum, & elige-  
re bonum derelinquetur terra quam tu detestaris  
a facie duorum regum suorum. H. Pudet  
me dixisse, & iam non video quid debeam de  
his regibus sentire, nisi dicamus prophetam num-  
merum pro numero ponere, & terræ nomina, tã  
terram Israel, quam terram Sirie oporteat intel-  
ligere. R. Nisi illud quod propheta hoc lo-  
co posuit secundum aliquem dicendi modum  
de his terris, vel earum regibus spiritualibus po-  
suimus sententia nulla esset. H. Tempus iam  
est, si placet vestram illam ad quam animus ve-  
stret (vt dicitis) magis accedit sententiam expli-  
cate. Nam mihi quidem nō videt probabile pro-  
phetam hoc in loco numerum pro numero po-  
suisse, & in vna, eademque sententia hinc nume-  
rum confundere, illinc tam diligenter expressisse.  
Nam de regibus loquens, etiam numerum ex-  
pressit cum dixit. *A facie duorum regum suorum.*  
R. Fiat tibi prout postulasti.

*Quod in duobus regibus non intelliguntur dua  
personæ tantum: sed gemina series re-  
gum secundum geminum regnan-  
di modum. Cap. XII.*

**S**ed prius vellem ex te si placet audire, quō in  
telligis quod in propheta audis. *Si fuerint  
tres isti viri in medio eius Noe, Daniel, & Iob,  
ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas.* Nun-  
quid in tribus istis viris tres tantum personas ac-  
cipis?

**A** que igitur rege impie in Deum agente, merito  
futurum prædicatur, quod vtrique absque dubio  
odiosum comprobatur. Nam regi Israel, & eis  
qui de Israel erant, erat vtrique odiosum quod in  
eis deficienda erat Series regum secundum po-  
steriorem modum. Et regi Iuda, & eis qui de Iu-  
da erant erat abominandum, quod nec regem  
habere possent secundum priorem modum. Re-  
ge itaque Israel in regem Achaz impie fauente,  
& rege Achaz signum suæ liberationis impie  
respuente, vtroque autem in Deum peruersè a-  
gente, Israelitici regni defectus tam secundum  
legitimum, quam secundum adulterinum ordinē  
prædicatur, vt inde detur intelligi ex qua culpa re-  
galis potestas ad alienigenam transferatur.

Luc. 17.

De duob.  
regibus  
quos habet  
bat Israel.

Isai. 7.

Quidnam  
intellexe-  
rit prophe-  
ta in supra-  
citatis ver-  
bis, vera se-  
tentia.

RICH.

Vera reli-  
gio vtriq;  
regi odio-  
sa.

**A** cipis? H. Minimè immo triplex genus homi-  
num iuxta virorum illorum mores viuentium.  
R. Quid de illo dicit quod legis in Euangelio,  
*Erunt duo in lecto vno?* H. Et hic eodem mo-  
do duo hominum genera intelligo. R. Quid  
si hoc quod dicitur de duobus regibus iuxta eā-  
dem acceptionem intelligimus? H. Certe nec  
hic eam oportet respicere, si viderimus adiacen-  
tia huic acceptioni continere. R. Scimus certe  
quia terra Israel regem habuit secundum gemi-  
num modum. Nam modo (vt sic dicam) legiti-  
mum, modo habebat adulterinum. Legitimum  
de tribu Iuda, & stirpe Dauidica, adulterinū, de  
qualibet tribu alia. Illud iuxta dei institutionē,  
istud secundum usurpationem. Nam primum  
modum instituit propicius. Secundum permisit  
iratus. Quando autem illi qui de Israel erant, se-  
cundum primam institutionem regem habe-  
bant, regnabant super ipsos simul, & super Iudā,  
quando vero secundum usurpationem regem  
obtinebant, super ipsos tantummodo regnabāt,  
non autem super Iudam. Pro huiusmodi itaque  
regibus regi Achaz prædicatur de terra quam  
(sicut superius docuisti) principaliter detestaba-  
tur. *Antequam puer sciat reprobare malum, &  
eligere bonum derelinquetur terra quam tu de-  
testaris, a facie duorum regum suorum.* Quod  
est aperius dicere antequam puer, secundum  
quod puer est incipit malorum & bonorum no-  
strorum experientiam capere, & cuiusmodi expe-  
rientia peritiam habere, incipiet in Israel carna-  
le regnum deficere, & de cætero nunquam con-  
tinget, vel de tribu Iuda, vel de qualibet sui gene-  
ris tribu alia illis regem habere. Circa nascendi  
namque Emanuelis nostri tēpora regnum Isra-  
el ad alienigenam transijt. Nam Herodes iam  
in Iudaico populo imperialia iura suscepit.

*Defectus Israelitici regni, & aduentus Ema-  
nelis nostri, quomodo possunt alteruter  
ex altero perpendi. Cap. XIII.*

**A** tendendum autem quomodo ista duo  
respondent sibi mutuo, vt alterutrum pos-  
sit perpendi ex altero, Israelitici videlicet regni  
defectus, & Emanuelis nostri aduentus. Nam  
postquam in Israel coeperit alienigena regnare,  
certum sit promissi pueri, virginique puerperij  
tempora instare. Eo uerfo autem postquam vir-  
gini vteri puerperium prædicari coepit, certū  
sit quia Israeliticum regnum ad defectū venit,  
& de cætero quidem in pristinum statum num-  
quam reformari poterit. Mille pro certo, & eo  
amplius anni iam sunt transacti ex quo coepit  
virginalis partus prædicari, & illa vtrique Israeli-  
tici regni desolatio quæ iam præcesserat, vsque  
hodie perseverat. Nota & illud quomodo hoc  
loco propheta tacet, quod patriarcha prædixit,  
De conuerso, quod ille tacuit, iste futurū prædicat.  
Nam quod iste de regni defectu in Iuda omni-  
no tacuit, in terra vtrique Israel futurum prædi-  
cit. *Derelinquetur (inquit) terra a facie duorum  
regum suorum.* Econtra de Iuda ab illo prædici-  
tur quod ab isto tacet. *Non auferetur sceptrum  
de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat  
qui mittendus est.* Aliud est prælationē aliquod  
ad tempus vacare, atque aliud omnino deficere.  
Aliud vtrique successionem regum interpolari,  
atque aliud regiam potestatem de gente in gen-  
tem transferri. Tunc sceptrum sane auferitur quā-  
do alienis datur. Certè ex quo datum est illis qui  
de Iuda erant sceptrum gerere & imperium exer-  
cere, nemo alienigena super Iudā in regē vnctus  
fuit vsq; ad Herodē, sub quo Emanuel noster p  
virginicū partū in mūdū venit. Tunc igitur his qui  
de Iuda erant sceptrū auferitur, quando Herodi  
datur, & ad eius hæredes trāsferitur. Tunc Iudas  
cum ipsa re etiam ius repetendi amittit, quando  
Herodes regiam potestatem sine reclamatione  
possessione, & ad hæredes transfuit. Vides certe  
quomodo sub vno, eodemque tempore imple-  
tur, & quod per Patriarcham de Iuda, & quod  
de Israel per prophetam prædicatur. H. Quā-  
uis

RICH.

Isai. 7.

Gen. 49.

Sceptrum  
quādo au-  
feritur.

Isai. 7.

RICH.  
Ezech. 14



uis non nihil sit adhuc quod me moueat in hac nostra sententia, illud tamen admodum placet quod videtur concordare cum illa prophetia, quae iam ubique terrarum lectitur in Christi ecclesia. Cum venerit Sanctus sanctorum cessabit vntio. R. Nunc & illud attende, de hac vltima de promisso puero sententia: quomodo, vel qua conuenienter respondeat ad superiora.

Quomodo concordet electio temporis cum qualitate personae aduentantis, Cap. XV.

RICHI. C Vm igitur praemisit, quod promissus puer Emanuelis nomen accipiet: & quod malorum, & bonorum nostrorum experientia capiet, & eiusmodi scientiam experiendo addiscet. cum haec inquam praemisit, statim annectit, quia antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum, derelinquetur terra quam Achaz detestatur a facie duorum regum suorum. Ac si apertius propheta pronunciet, & dicat, promissa persona videte quanta, vel qualis sit, & tunc intelligetis quam congruo, quam necessario tempore venit. Attendite diligenter, & considerate vehementer, danda persona quam sit sublimis, quam sit humilis, cuius sit potestatis, quantae compassionis. Cuius quae sublimitatis, quantae inquam potestatis persona in qua nobiscum Deus, persona cuius imperium super humerum eius: persona inquam cuius imperium non in multis milibus subiectorum, non in multitudine innumerabili exercituum, sed totum super humerum proprium; Cuius itidem humilitatis, quantae obsecro compassionis, quae sublimitatis suae oblita, quae potestatis suae maiestate dissimulata, butirum & mel comedendo, propter nos ad participationem muscarum descendit, & tam malorum quam bonorum nostrorum experientiam sponte suscepit: Quid nobis facere non possit persona in qua Deus sit, immo persona quae Deus nobiscum sit; Quid pro nobis quod ad salutem nostram spectet facere nolit, qui ad passiones nostras ex sola compassione descendit. Ecce in his habes quanta, vel qualis persona haec sit, quae potestate praedita, & ad compassionem prona suis fidelibus prodesse, & efficaciter possit, & indubitanter velit. Videamus modo quomodo consonet, vel concordet electio temporis cum qualitate personae aduentantis. Videamus ergo quoniam venerit. Eo certe tempore venit, quoniam maxime necessarium fuit. Eo tempore venit quoniam in populo fidelium regale praesidium defecit. Venit quando in populo Dei defecit ytraque successio regum, iuxta geminum quem praediximus modum: quando propter malitiam regnantium sublatum est ab eis sceptrum: & alienigenis, & infidelibus datum. Quando ergo in plebe fidelium cepit omnino deficere humanum solatium atque praesidium, superabundauit diuinum, ut ubi abundauit malicia, superabundaret & gratia,

Sublimitas & humilitas nostrae Emanuelis.

Sceptrum Iudaeorum sublatum illis fuit quod regnum malitiam.

A Causa ergo aduentus promissae personae redditur, in eo quod dicitur. Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra a facie duorum regum suorum. Ac si aperte diceretur. Idcirco futurum est ut detur nobis puer, qui iuxta nomen suum sit nobiscum Deus: quia sub eius aduentu destituetur terra ab omni regali praesidio: ut pote derelicta a facie duorum regum suorum.

Quod ab hora conceptionis suae cepit bonorum & malorum nostrorum experientiam capere, & habere. Cap. XV I.

D Iu certe sustinui loquentes, ne ante exploratam sententiam vestram sermonem interrumperem, quamuis in hac vestra de regibus sententia non nihil esset quod animum meum ad quaestionem pulsaret. R. Ecce parati sumus audire, si quid affers quod te iure debeat mouere. H. Certe si duo illi quales designatis reges, id est gemina regum series, quarum vnam dicis legitimam: alteram vocas adulterinam ista inquam gemina regum series ad vltimum defectum sub Emanuelis infantia veniret, antequam ad annos discretionis iuxta etatem venisset, non esset in illa quam ponitis sententia (ut mihi videtur) quod iure reprehendi debuisset. Sed constat satis, quia ante Emanuelis nostri natiuitatem, immo & ante eius conceptionem regalis iam in Iudaismo potestas ad alienigenam transierat nam ante eius aduentum Herodes iam per aliquot annos regnarat. Si itaque propheta illud tempus designare voluit, quo Israeliticum regnum defecit: cur dicit, antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum derelinquetur terra a facie duorum Regum suorum? Vel cur non potius dicit, ante quam nascatur, immo antequam in vtero concipiatur derelinquetur a facie duorum regum suorum? R. Hoc inane est illud frater quod te mouet, vel merito mouere debet? Quando ergo putas hunc puerum de quo iam multa audisti: quando inquam putas huius nostrae egenae scientiae quae per experientiam est, primo participem fieri? H. Iam video quaestionem meam esse solutam: iam video quod ante prauidisse debueram: sed hunc puerum nimis negligenter, & velut vnum e ceteris attendebam. Dicite tamen quae proposuistis libenter audio quae minime ignoro: si forte cum eo quod scio contingat & illud audire quod nescio. R. Die ergo quando Emanuelis nostrum huius nostrae egenae scientiae primo putas participem fuisse? H. Scio quia anima Christi ab hora conceptionis suae tam sapientiae, quam scientiae plenitudinem accepit: nihilominus tamen ad eam, quae per experientiam est scientiam, per temporum intervalla perfecit. RICHI. Profecto & in scientia, & sapientia per accessum temporis proficiebat: sed de scientiae eius primordijs non de prouectu quaestio inter nos erat. H. Paratior sum in hac re vestram audire, quam meam sententiam.

H. V. G. Q.

Anima Christi ab hora suae conceptionis plenitudinem sapientiae & sapientiae habuit.

Christus passibilis affectus sed ordinatos habitus.

Luc. 19. Mar. 14.

sententiam ponere. R. Certe si anima Christi ab hora conceptionis suae plenitudinem scientiae & sapientiae habuit, quid circa carnem suam, quid circa semetipsam ageretur ignorare non potuit. H. Nil verius. R. Qui igitur formam serui accepit: qui in similitudinem carnis peccati venit, profecto ab ipsa hora conceptionis per experientiam didicit, & nouit quid esset bonum sensibilitatis, & malum passibilitatis, utpote qui carnem secundum carnem: sed & secundum mentem tam bonorum, quam malorum nostrorum absque peccato particeps fuit. Nam ordinatos quidem, sed tamen passibiles affectus habuit. Testatur hoc quod videtur ciuitatem cepit super eam flere, quod sub tempore passionis cepit pauere, & tedere. Ab ipso itaque incarnationis exordio experientiam didicit, & per experientiam sciuit, quid esset iuxta aliquid malum corruptibilitatis: & iuxta aliquid quid esset bonum incorruptibilitatis, malum corruptibilitatis in poenam: bonum incorruptibilitatis in poenam. Quam itaque ad temporis expressionem, & sententiae veritatem nihil aliud est dicere. Antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, quam si diceretur: ante pueri conceptum derelinquetur terra a facie duorum regum suorum. Et nota quia cum praemisit, butirum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum, non repetit quia antequam butirum & mel comedat: nec dicit antequam butirum & mel comedendo sciat reprobare malum, & eligere bonum. Nihil dicit in quo nos cogat infantiae eius tempora intelligere, vel quod non possumus congrue ad conceptionis eius tempora referre.

Quod illud dicendi modum propheta elegit, qui dicit ad occultandum Sacramentum conuenientior fuit. Cap. XV II.

H. V. G. Q.

Secundum eam acceptionem quam ego de boni electione posui, haec vestra solutio sufficit. Sed secundum illam acceptionem quae a vobis in superiori tractatu posita est, nulla erit. R. accipe ergo & aliam, quae secundum vtramque sufficere possit. H. Nec hanc quae secundum meam sententiam est reprobo: & illam quam proponitis audire expecto. R. Vti alias iam diximus, oportuit ut oraculum suum propheta de hoc puero eo modo texeret, ut pro tempore lateret & puer iste quis esset & cur, vel quando veniret, & nihilominus hoc totum ex eadem scriptura suo tempore cognosci & probari potuisset, ut modo mirabili in vno eodemque scripturae loco inueniretur, & vnde infidelitas excusaretur, & fidelitas illuminaretur. Quare ex hac scriptura diligenter in cuius rei signum hic puer datus sit, & habes cur venerit. Attende quale nomen propheta ei imposuerit, simul & perpende quia nunc cupatiue nunquam sic dictus sit, & intelliges quis fuerit. Inquire attentius quando terra quam

Achaz detestabatur a facie duorum regum suorum destituta sit, & inuenies quomodo aduentantis Emanuelis tempus perpendi possit. Vt enim excusandos lateret: ut illuminandis suo tempore innotesceret quod ad diuinam culturae confirmationem promissus puer daretur: & in cuiusmodi rei signum promitteretur, ad illud quod praemissum est: auellamus Iudam ad nos, non est subiunctum, non auelletur, sicut nec auelletur a vobis. Sed subiunctum est in quo vtrumlibet subintelligi potest, scilicet non stabit, neque erit istud. Vt aequè excusandos lateret: ut illuminandis innotesceret, quod qui promittebatur futurus esset & homo & Deus, non est dictum quod de Virgine conceptus & natus esset nobiscum Deus, sed quod vocaretur nobiscum Deus. Simili ratione ut tempus diuini aduentus propter pios praediceretur, & nihilominus tam impijs hominibus quam Demonibus absconderetur, non est dictum quod ante eius aduentum derelinquetur terra Israel a duobus generibus regum suorum: sed derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum. Factum est autem ex hac verborum ambiguitate ut Iudaei putent vsque hodie, Emanuel promissum in signum liberationis de manibus Rasin, atque Phacae. Hinc factum est ut a quibusdam putetur vsque hodie, idem esse Emanuel qui filius Isaiae. Occultandi itaque Sacramenti gratia & hoc est factum, ut non diceretur quia ante Emanuelis ortum, vel conceptum, sed potius dictum est antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum. Nam si illo modo, potius quam isto dictum fuisset, proculdubio manifestum esset, quod illius liberationis signum esse non posset, quae non solum eius natiuitatem, sed & conceptionem praecessisset. Illud itaque propheta ex diuino instinctu dicendum elegit, quod quidem occultandi sacramenti gratia ad dicendum congruentius fuit, quod & ipsum quidem eque verum fuit. Nam quod praecessit tempus conceptionis, absque dubio praecessit & tempus discretionis. H. Video vos ad ea quae me mouebant per omnia mihi satisfecisse, ut interim non habeam iuxta historicum sensum quid ultra debeam quaerere.

Ambigua verba prophetiae, excusant Iudaeos, & illuminant Christianos.

Quomodo Iesus intelligitur non solum aetate, verum etiam sapientia profecisse. Cap. XV III.

SED illud de prouectu sapientiae quod superius tetigisti: quasi a latere vellem a vobis quomodo intelligendum sit audire. Nam mihi videtur omnino aliter esse. R. Cum Euangelista hoc dicat, negare quis audeat? Iesus (inquit) proficiebat sapientia, aetate, & gratia apud Deum & apud homines. H. Sed dicunt ipsum profecisse secundum opinionem solam. R. Falsam quae so, an veram? H. Vt mihi videtur, falsam. R. Nun-

Luc. 2.

Nanquid & etate proficiebat secundum solam opinionem? H. Immo secundum veritatem. R. Bene, placeat ergo tibi ut dicatur in sapientia profecisse secundum falsitatem: & etate quidem secundum veritatem? H. Nolle de hac re disputare, sed simpliciter audire, & quid sentiendum sit ratione manifesta colligere. R. Dic prius utrum tibi placeat vnam eandemque dictionem in vna & eadem positione, iuxta historicum sensum ad diuersas acceptiones accommodare. H. Scio quid responderem, si quomodo aliter exponerem inuenirem. Sed nolo improbare illam quam interim teneo sententiam, donec meliorem & certiore inueniam. R. Virtutum noticiam, & exercendi peritiam putas obsecro ad ipsam pertinere sapientiam? H. Vtique puto, immo pro certo habeo. Scio nihilominus animam Christi ab hora conceptionis suae omnium virtutum noticiam simul & efficaciam habuisse, & vtriusque plenitudinem simul & semel accepisse. Vnde nec credo per temporum intervalla ad sapientiam profecisse, vel proficere potuisse. R. Pro certo virtutum omnium efficaciam ab initio habuit: sed non omnium simul efficaciam suo tempore dispensauit. Exercendi peritiam ab initio habuit, sed ad experientiam notionem per raram temporis accreuit. Ab ipsi incarnatione per experientiam didicit, cuius humilitatis fuerit dominum maiestatis ad seruis formae susceptionem seipsam inclinare. Sub hora circumcidendi & baptizandi per experientiam didicit, cuius dignationis fuerit totius peccati immunem, de manibus peccatorum sacramenta salutis nostrae, sine vlla sui vilitate suscipere. Sub hora tentationis per experientiam didicit, cuius discretionis fuerit diabolicis suggestionibus non cedere, nec inter esuriendum appetitui desistere. Sub hora passionis per experientiam didicit, cuius perfectiois fuerit inter contumelias & terrores internam pacem, & animi tranquillitatem non amittere, & inter crucifigendum pro suis interfectores orare. Et ut breuiter dicatur quid nobis inde videatur, quemadmodum secundum Apostolum ex his quae passus est didicit obedientiam, iuxta eundem modum proficit ad scientiam, profecit ad sapientiam. H. Pro illa quam proposui quaestione debent ista sufficere.

*Quid in dictis duobus regibus iuxta allegoriam intelligere debeamus. Cap. XLIX.*

**RICH.** Sed quoniam iam dictum est quid de duobus regibus sentiendum sit secundum historiam, superest ut dicatis quid de eis sentiri debeat etiam secundum allegoriam. R. Sicut in hominibus videmus, sic & in spiritibus malignis percedere possumus, alios videlicet alijs praesidere, & qui in eis astutiores vel audaciores sunt, inferiorum officia disponere, & in eis quasi quaedam impe-

Arrij iura exercere. Eiusmodi autem reges etiam in hominibus ius dominij & principatus accipiunt, cum eis ad crimina & flagitia ex libero arbitrio consentiunt. Hinc est quod secundum Danielem alius dicitur princeps Persarum, alius vero Princeps Graecorum. Notandum autem de eiusmodi regibus, quod quando eis homines leuiter atque libenter ad culpam consentiunt, quasi quodam aequitatis iure regnum in eis, & dominandi potestatem accipiunt. Quando vero nimia tentationum importunitate, & quasi violenta manu ad casum impellunt, tunc velut per inuasionem in eis regnum arripiunt. Haec gemina eiusmodi regum differentia recte intelligitur in duobus illis regibus, de quibus ad Achaz dicitur. *Dere linquetur terra quam tu detestaris, a facie duorum regum suorum.* Nam siue carnales, siue spirituales reges cogites in illa terra qua Achaz detestabatur, alij iuste, alij autem iniuste regnum obtinuisse videbantur. Credimus autem quod & in illo priori tractatu locuti sumus, & ibi super eodem capitulo docuimus, multos demones in Christi passione fuisse captiuos, & ab hominum infestatione relegatos. nec tamen qualescumque, sicut nec omnes, sed qui in eis erant ad malignandum efficaciores, & quales scriptura voluit designare per reges illos denique, per quos multorum salus impediti potuit, de quibus primitiua ecclesia construenda fuit. Cum igitur ad id quod dictum est derelinquetur terra a facie duorum regum suorum, praemissum sit antequam puer sciat reprobare malum & eligere bonum. si boni electionem secundum cam assignationem quam nos determinauimus velis accipere, videbis omnia in eam sententiam quam ibi posuimus concurrere. H. Video sane nec vos oportet pro hac re ulterius laborare. Si enim ut vobis placet dicatur boni electio esse, optima quaeque ab inferioribus bonis secerneret, & apprehendere, profecto liquebit, quia Emanuel noster iuxta id quod puer fuit, ad huius scientiae plenitudinem pro experiendi modo per Resurrectionem & Ascensionem profecit. Ante resurrectionem si quidem per experientiam nouit, quale bonum effectus vita carnis mortalis atque passibilitas. Sed per experientiam non nouit quae esset immortalitas & impassibilitas carnis. Ante Ascensionem per experientiam non nouerat, quae esset conuersatio caeli, prius experiendo didicerat quae esset cohabitatio hominum, postea experiendo nouit quae esset cohabitatio angelorum. Quoniam ergo dictus puer optima exterioris hominis bona ante suam Resurrectionem per experientiam non nouit, si illa (vti videtur) demonum captiuatio sub eius passione facta fuit, merito de eo scriptura dicit. *Quia antequam puer sciat reprobare malum, & eligere bonum, terra quam tu detestaris, a facie duorum regum suorum.* Sed haec in superiori tractatu diffusius dicta sunt, inde repetat cui ista non sufficiunt. **RICHARD.** Ecce iam vides

*Spiritus maligni, quando in homines principatum accipiunt. Dan. 10.*

*Demones fortiores Christi passione relegati.*

*Esai. 7.*

*(vt*

(vt credimus) sub quanto ambiguitatis profundo veritas tegitur, & quam difficile eruitur, nisi a quibus fides, & simplicitate quaeritur. Sic certe debuit altitudo consilij diuini, & infidelibus abscondi, & fidelibus reseruari, vt esset & vnde fides exerceretur, & infidelitas excocaretur.

*Quod oporteret si fieri posset hanc materiam semper praeculis habere, & in eius admirationem iugi occupatione animos suspendere. Cap. XX.*

**RICH.** Sed iam tempus est diu protracto sermone sinem imponere, nisi forte occurrit quod super his amplius velis interrogare. H. Non occurrit fateor quod ultra iam quaerere debeam, nisi forte ad manum habetis quod iuxta mysticam intelligentiam recte intelligi possit, de cibo nostri Emanuelis. R. Studeremus & in hoc tuae satisfacere voluntati, nisi timeremus nimiam prolixitatis argui ab his quae student breuitati. H. O quam frustra timemus circa illam materiam studiorum nostrorum moras impedere, quam semper oporteret si fieri posset praeculis habere, & in eius admirationem iugi occupatione animos suspendere. **RICH.** Verissimum proculdubio constat quod dicitis, etiam facimus quod vis, & primum videamus de comestione butiri, & mellis.

*Quid mystice intelligendum sit de butiro, vel quae sit eiusmodi cibi comestio. Cap. XXI.*

**RICH.** Mel vt dicitur de caelo descendit, butirum vt nouimus, de carne venit. Mel de caelo mediante rore, butirum de carne mediante lacte. Quid est enim butirum, nisi quaedam pinguedo lactis, & quid est mel, nisi quaedam dulcissima (vt sic dicam) crassitudo roris? In lacte propter sui dulcedinem, recte intelligitur cordis dulcedo, in butiro propter sui originem, recte intelligitur cordis exultatio. Butirum de lacte colligitur, & vera cordis exultatio de vera cordis dulcedine generatur. Quanto abundamus lacte, tanto & butiro possumus abundare. Sic & iuxta abundantiam benignitatis erit & abundantia iucunditatis. Si cor Christi attendimus, nihil illo dulcius: nihil illo benignius. Nil vspiam creaturarum illo corde dulcius esse potuit, nil vnquam dulcius esse poterit, nullum cor corde illo vberius exultauit, vera cordium nostrorum exultatio solet esse de testimonio conscientiae. *Gloria nostra* (inquit) *haec est, testimonium conscientiae nostrae.* Testimonium conscientiae bonae in nostro corde, concupiscentiae non consentire. Testimonium conscientiae in illo corde, nullam concupiscentiam sentire. Quid illa conscientia mundius fuit, quae nullam concupiscentiam sensit? Quid illo corde dulcius fuit, quod nulla malitia tetigit, quod nihil fellis, nil amaritudinis

*In lacte dulcedo cordis, & in butiro cordis exultatio intelligitur.*

*Cor. 1. Cor. Christi quam dulce.*

vel habuit vel habere potuit? Secundum autem magnitudinem dulcoris erat, & in ipso magnitudo exultationis. Perpende si potes, quanta dulcedo cordis illius fuerit, quam tanta passionis acerbitas interpolare vel attenuare non potuit. Inter patiendum magis compatiebatur inimicis suis, quam miseraretur membris suis. Praeter ceteris omnibus Emanuel cor carneum ad patiendum habuit, quoniam ad omnem pietatis affectum, nihil illo vnquam tenerius fuit. Solus Emanuel potuit de vere dulcedinis plenitudine, & perpetuitate gaudere, & hoc illi fuit mediante lacte butirum de carne trahere, & abundare. Quae enim alia apud illum fuit comestio butiri, quam interne dulcedinis gaudij iugi celebritate perfrui?

*Quomodo in butiro summa & intima suauitas intelligi possit, vel vnde hic cibus Emanueli nostro abundauit. Cap. XXII.*

Illud quoque in butiro attendendum, quod nullus cibus est illo suauior ad vescendum. Panis, piscis, & ceteri cibi eiusmodi prius masticantur vt postmodum traiciantur. Butirum vero nihil duriciae, nihil tenacitatis habet, vnde nec masticari oportet. Et sicut melle nihil est dulcius, sic butiro ad vescendum nihil suauius. Interroga tactum, & agnosces quia isto nihil suauius ad traiciendum. Intellige ergo in melle summam dulcedinem, in butiro intimam suauitatem. Vis ergo scire quomodo Emanuel noster ex quo homo esse cepit, & in eo quod homo fuit intime suauitatis butirum ad copiam habuerit, vel quomodo ei hoc ipsum de lactis plenitudine abundauerit: Attende itaque haec duo in lacte. Solet namque esse praecipui candoris, & eximij dulcoris. Sic vtique sic lac vere bonitatis, vt proprietatis suae qualitatem seruet, haec duo habere solet & debet, candorem videlicet intime munditiae, & dulcorem plenae benevolentiae. Candorem munditiae, apud semetipsum. Dulcorem benevolentiae, erga proximum. Illud itaque dominicum pectus nostri Emanuelis, lacteum candorem habuit in integritate summam & intimam puritatis, lacteum dulcorem, in plenitudine summe & intimae pietatis. Lacteum candorem in nobis modo minuit, modo tollit fecditas concupiscentiae. Lacteum vero dulcorem minuit, vel tollit acerbitas malitiae. Emanuel autem noster quia neutram sensit, sed nec sentire potuit vtriusque ingitatem in omni plenitudine seruauit. Nos vero sine magna industria, sine multa violentia non possumus, vel concupiscentiae resistere, vel malitiam repellere, & lactei liquoris integritate incorruptam seruare. Emanuel autem suauis & delectabile erat quicquid summa puritas, quicquid summa pietas exigebat. In regula ergo bonitatis quod nobis est saepe durum atque difficile, illi omnino erat suauis atque delectabile, & hoc illi

*Cor carneum ad patiendum per ceteris omnibus habuit Emanuel.*

*Proprietates duae vere bonitatis: & quomodo non alter Emanuel eas habuit. Que nam minuit in nobis candorem & dulcoris lactei.*

illi erat summæ suauitatis butirum de veræ bonitatis lacte colligere, & abundanter habere. Cui autem in nobis corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem, erit vtiq; & nobis suauis quicquid salubre & solum delectabile quod summæ laudabile, & tunc dabitur nobis illius escæ plena, & sempiterna refectio, cuius assumptio atque perfructio erit absq; omni labore, & qualicumque fatigatione. Quod igitur accepturi sumus in vita futura, ille accepit in vita ista, quod nobis dabitur in consummatione, illi datum est ab hora conceptionis suæ. Summæ itaque suauitatis butirum cuius participationem expectamus in nostra glorificatione ipse accepit in ipso ingressu huius mortalis vite, nec nostro more ex parte, sed in omni plenitudine. Ecce iam de butiro audiuius, nunc de melle videamus.

*De spirituali, & summæ dulcedinis melle, & quod eiusmodi cibo Emanuel satius sit ab hora conceptionis suæ.*  
Cap. XXIII.

**RICH.** MEL (vt dictū est) de celo venit, & de summis in ima descendit, cuius dulcedo dulcedinem omnem incomparabiliter excedit. Sed a quo celo descendit putamus mel illud, vnde noster Emanuel est cibus, & pastus? Credimus quia à summo celo egressio eius, De summi patris apotheca melliflua illa dulcedo descendit, vnde Emanuelis infantia educata fuit. Absque dubio quicquid dulcoris, quicquid suauitatis, quicquid iucunditatis pater habuit, totum Emanueli illi instillauit. Ecce a quo celo ros ille descendit vnde cor illud irrigatum fuit, Rorauit pater, nec solus rorauit, sed & Spiritus sanctus. Rorauit pater gignendo, rorauit Spiritus sanctus vniedo. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiat terra, & geminet saluatorem. Rorauit pater mittendo quem genuit, rorauit spūs sanctus inspirando cui vnio. Nā vnus idēque Emanuel est & a patre genitus, & de Spiritu sancto cōceptus, De patre genitus sed in diuinitatem, & de Spiritu sancto cōceptus secundum humanitatem. Vnus idemque a patre missus, & a Spiritu sancto vnctus, *Propterea* (inquit) *vnxit te Deus Deus tuus oleo leticiæ præ consortibus tuis.* Cogita si potes qualis, vel quanta fuerit ista leticia, & quid dicturi sumus, vel quid digne dicere possumus de ipsa? Si vis, oleum est, si vis, mel est, Oleum est, quia vngit: mel, quia pascit. Adde & illud si placet, quia hæc mellea dulcedo illi pro cibo, & pro potu fuit. De hac satiat, de hac inebriatus fuit. Totus ille torrens voluptatis eius vsibus cessit, & mirum quomodo homo vnus, immo puer paruulus totum absorbere potuit. De hoc torrente & ceteri potantur, & fatiantur, sed in patria, iste hoc ipso potatus est et in peregrinatione sua, De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Sed vt adhuc mireris

Dulcedo  
pis instilla  
ta nostro  
Emanueli.  
Esa. 45.

Psal. 44.

amplius iste de quo loquimur paruulus qui nobis est datus, mellea quidem, & supercelesti dulcedine prius est cibus quam natus. Quando enim putas primum cepit Emanuel noster butirum & mel comedere? Certe ex quo cepit homo esse, certe ab ipsa hora conceptionis suæ repletus est totius dulcedinis, totius suauitatis plenitudine.

*Quomodo Emanuel ex accepta beatitudine confirmatus sit in omni bonitate.*  
Cap. XXIII.

**RICH.** Ecce iam audiuius de cibo Emanuelis sit suavis vel dulcis, audiamus adhuc & quā sit utilis. Audiuius quantum sapiat, audiamus adhuc & quid conferat, vel quid valeat. *Butirum* (inquit) *& mel comedet.* Sed ad quid. Vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Quid ad ista dicemus? Qualis est iste cibus, qualis est eius vsus, si comestionis ipsius talis est fructus? *Vt sciat* (inquit) *reprobare malum, & eligere bonum.* Certe sapientiæ est ista scire, iustitiæ ista exercere. Intuemini quantus, vel qualis sit gloriosus iste, vel quid debeat de eius cibo sentire. Qualis puer qui ad sapientiam, simul & iustitiā comedendo profecit, qualis cibus qui comestorem suum tam ad sapientiam quam ad iustitiā in comedendo promouit. Certi homines ieiunando, abstinendo, gemendo, suspirando, laborando, solent ad istā proficere, iste aut plenitudinem vtriusque meruit comedendo obtinere. Nos primo discimus, vt sciamus, scimus, vt faciamus, facimus, vt æternas delicias meritis obtineamus, vt butirum intimæ suauitatis, & mel summæ, & sempiternæ dulcedinis tandem aliquando comedere valeamus. *Ego* (inquit) *dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno patris mei.* Nos igitur primo scimus, vt tandem comedamus, iste comedit vt sciret, Nos sane primo illuminamur, vt iustificemur, iustificamur vt confirmemur, cōfirmamur, vt beatificari mereamur, Ille ex quo homo fuit, secundum id quod homo fuit, plenitudinem æternæ beatitudinis accepit. Nam ex eo qd Deus fuit, ab æterno habuit, immo ab æterno plena, & perfecta beatitudo fuit, Puer itaque noster qui factus est nobis Emanuel, ab ipsa hora suæ conceptionis accepit plenitudinem diuinitatis, & eo ipso plenitudinem beatitudinis, Ex eo autem quod plenam beatitudinem accepit, in omni bonitate confirmatus fuit. Quod itaq; in nobis est vltimum, in illo fuit primum, Nec tamen sic primum, quasi istud præcederet, illud succederet, sed quia beatitudinem quam accepit, nullum meritum præcessit, Butirum itaque & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Vis apertius nosse quomodo ex beatitudine quam accepit, in omni bonitate confirmatus fuit? Vis in quā nosse quomodo ex delicia rû affluentia, sit in sapientiā cōsummatus, & confirmatus

Quando  
cepit  
noster  
Emanuel  
butirum &  
mel come  
dere.

RICH.

Esa. 7.

Ibidem.

Plenitudo  
diuinitatis  
& bea  
titudinis  
in nostro  
Emanueli  
ab hora  
suæ cō  
ceptionis.

firmatus in iusticia? Certe (vt iam diximus) ex quo homo fuit, intimæ suauitatis butiro satiat meruit: statim proculdubio internam pacem, internam quietem, intimam tranquillitatem, securitatem, & eiusmodi omnem suauitatem per experientiam probauit, approbauit, gustauit, amauit, & quanto feruentius in eiusmodi suauitatis concupiscentias exarsit, tanto plenius, tanto perfectius eius priuationem reprobauit, & exosam habuit. Quid enim est cordis amaritudo, mentis perturbatio animi inquietudo, & fatigatio, nisi si intimæ suauitatis priuatio? Quo ergo intimæ suauitatem gustauit, & amauit, coipso eius priuationem abhorruit, & velut verum malum reprobauit, Ira, inuidia, tristitia, & quælibet malicia, & quicquid intimam suauitatem tollit, vel minuit, quam sit abominandum eiusdem cum suauitatis experientia docuit, & abominari fecit. Comedendo itaque butirum, didicit reprobare malum. Sic sane & ad mellis esum, didicit eligere bonum. Qui enim statim ad ingressum huius vite summa dulcedine satius fuit, gustando, & experiendo agnouit, omnibus inferioribus bonis quam præferenda, quam præeligenda fuit. Ex eius itaque comparatione didicit, quævis interior delectatio quam parua, quam nulla & quæ parui pendenda sit. Emanuel itaque in hunc modum didicit reprobare malum, & eligere bonum, Sic vtiq; sic per summam deliciarum affluentiā eruditus est ad sapientiam, sed & nihilominus roboratus ad omnem iustitiā. Quod enim illi summæ dulce fuit, summa dilectione dignum inuenit, & quod summæ diligendum iudicauit, summa illi dilectione inhæsit. Ex accepta itaque beatitudine confirmatus est in omni bonitate, & vt mireris amplius, sicut ex percepta gloria est ad omnem iusticiam solidatus, sic & ex inuiscerata sibi iusticia est ad omnem gloriam sublimatus. Nam quoniam summam iusticiā summè dilexit, ad summam læticiam, & gloriam exaltari meruit. *Propterea* (inquit) *vnxit te Deus Deus tuus oleo leticiæ præ consortibus tuis, & quoniam summæ suauis, & summe dulces sempiternæ beatitudinis delicias per experientia didicit: earum contemplationi pariter & dilectioni insolubiliter inhæsit: vt merito de eo intelligatur quod legitur. Butirum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.*

Cordis a  
maritudo  
mentis p  
urbatio,  
animo in  
quietudo,  
suauitate  
a nobis  
expellit.

Psal. 44.

Luc. 1.

*Quomodo Deus beatam Virginem mirificauerit, quæ talem fructum facere meruit.*  
Cap. XXV.

**RICH.** Intellexistis ex prædictis (vt arbitror) quomodo Deus mirificauit ancillam suam: quomodo de tali partu glorificauit beatam Virginem Mariam, ita veraciter possit glorari, & liberè cōfiteri: quoniam ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Audistis quomodo Deus magnificauit partum ipsius, vt esset & dicretur Emanuel, id est nobiscum Deus, & idem ipse esset

Dei vnigenitus, & suus Vere & incomparabiliter mirificauit matrem, vere & incomprehensibiliter magnificauit & prolem. Pensa si potes, quæ vel quanta sit ista mirificatio, Virginem concipere, Virginem parere, & post partum Virginem permanere. Aestima si vales quæ vel qualis sit ista magnificentia, partum Virginis ab hora conceptionis suæ omnem plenitudinem accipere, & in humanitatis veritate plenitudinem diuinitatis obtinere. Singularis gloria, specialis & gratia beatæ Virginis Mariæ, quæ cum Virginitatis honore genuit, & peperit filium: nec qualem cunque, sed Deum. Merito dictum, merito dicendum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quis crederet, quis credere potuisset quod talem fructum propheta de Dei dono promitteret, cum diceret. *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* cum scriptum sit, *quia omnis homo mendax, quam magnificum esset genuisse hominem veracem, quale quæso ergo, vel quantum erit genuisse ipsam veritatem? Veritas* (inquit) *de terra orta est.* Ad veritatis itaque ortum terra dedit fructum suum. O qualis fructus: fructus magnificus: fructus gloriosus, fructus desiderabilis, fructus sublimis. Ni fallor recolis quod in propheta legis. *In die illa erit germem domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis.* Et vnde hoc huic miseræ terræ nostræ, vt possit talem fructum facere?

Excellen  
tia Beatæ  
Virginis  
Mariæ.

Psal. 84.  
Psal. 115.

Psal. 84.

Esa. 4.

*Quod nisi ad plenum purgata fuisset, talem fructum facere non posset.*  
Cap. XXVI.

**RICH.** Ertē & ipsa beata virgo Maria etiam tunc secundum carnem terra erat, quando ab Angelo audiebat. Aue gratia plena. Ecce concipies, & paries filium. Absque dubio etiam tunc secundum carnem terra erat, & in terram ibat per mortem. Vnde hoc ergo illa tali terræ talem fructum facere posse? Sed constat pro certo quia nisi ad plenum purgata fuisset, fructū talem itaque sublimem facere non posset? Quod diximus, dicamus apertius. Nisi ab omni vicio rum contagione penitus purgata fuisset, Deum Dei filium generare non posset. Vt enim virgo conciperet, virgo pareret, summa sanctitate, summa puritate opus habebat. Quo itaque ordine, qua ve ratione ad tantæ sublimitatis gratiam virgo gloriosa promouetur, mistico eloquio describitur, cum per prophetam ad Achaz dicitur *Quia antequam puer sciat reprobare malum, & eligere bonum derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum.* Terra sane a terendo dicitur, & merito ex ea contritionis nostræ malum figuratur. Dicitur itaque hæc terra reges suos,

Esa. 7.

X &



& vitam tam bonos quam malos. In duobus utique regibus intelligimus tyrannidem duorum principalium viciorum sicut in terra contritionis, & captiuitatis nostrae malum. Ut autem melius cognoscas qualitatem huius miseriae de qua loquimur terrae, cogita triplicem illam regionem inhabitationis nostrae, non dico Asiam, Europam, & Africam, sed triplicem contritionem conditionis humanae. Prima regio miseriae huius inhabitationis nostrae est humana corruptibilitas. Secunda autem humana passibilitas. Terra vero humana mortalitas. Nam saepe ex corruptione primo quidem insensibili deducitur ad quamlibet molestiam, & anxiam passionem, passiones autem variae deducunt ad mortem. Haec autem terra misera, & inhabitatio molesta habet duos exactores malignos reges trucē tyrannidem exercentes. In vicio ignorantiae, regem fallacem. Ille opprimit, iste seducit. Huic gemino regi militat quicquid in nobis rationi repugnat. Vterque itaque in terra iam dicta regnum sibi vendicat, & de die in diem dilatione festinat, sed ille per violentiam, iste per fraudulentiam. Ille subiungit sibi infideles omnes, sed vitam solos. Ille sibi subiecit fidelium etiam quoslibet malos, & vitam minimē vexaret vel bonos. Sed quos quæso non vexat ardor concupiscentiae, quos quæso quandoque non circumuenit error ignorantiae? Qui post concupiscentias cunt, vni istorum regum deseruiunt. Alteri autē deseruiunt ad nutum qui dicunt bonum malum, & malū bonum potentes dulce in amarum, & amarum in dulce, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Taliter utique, & talibus regibus contingit nos saepe subseruire in terra captiuitatis nostrae. Habemus itaque in duobus regibus duplex vitium, tenemus in terra contritionis nostrae triplex malum. Illa ad culpam, ista ad poenam. Sed pia mentis est illa patienter sustinere quae sunt ad poenam, abominari autem, & detestari ea quae sunt ad culpam. Impietatis verō est illa quae ad culpam sunt libenter amplecti, ea autem quae ad poenam sunt, funditus detestari. Hinc est quod ad impium regem per Isaiam dicitur. *Terra (inquit) quam tu detestaris.* Absque dubio impij detestantur mortalitatem, quia semper viuere vellent, ut semper peccare possent. Detestantur passibilitatem, quia vellent transire impune quod committunt cum desiderio, & delectatione. Bene ergo ad Achaz regem impium dicitur. Terra quantum detestaris. Et additur, derelinquetur a facie duorum regum suorum.

*Quod ante Emanueles conceptum liberata sit a gemina radice vitiorum omnium, Cap. XXVII.*

**T**erra utiq; mortalitatis & passibilitatis nostrae a facie duorum regum suorum dere-

Pia mentis est patienter sustinere quae sunt ad poenam.

linquitur, quando natura mortalitatis, atque passibilis tam a vicio concupiscentiae, quam a vicio ignorantiae penitus emundatur. Hoc est utique quod beatae Mariae promittitur cum ei ab angelo dicitur. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Legitur de discipulis saluatoris, & testibus transfigurationis, *Quia nubes lucida obumbravit eos.* Si lucida fuit quae obumbravit discipulos Christi, quam lucida recte creditur quae obumbravit matrem Christi? Sed si illud eius umbraculum locidum erat, ergo & lucem & umbrā exhibebat: Lucem ad depellendam ignorantiam, umbram ad extinguendam concupiscentiam. Mira illa obumbratio Spiritus sancti quae sub vno momento detersit, & exterminauit a virgine tam ignorantiam boni, quam concupiscentiam mali. Quam ger in ea omnis concupiscentia extincta fuerit, probat profecto quod cum virginis integritate postmodum coepit, & peperit. Quam profunde illuminata fuerit, probat quod illud tante profunditatis sacramentum, tam veraciter, tam velociter credidit, quod huius mundi sapientibus vix tandem aliquando per tot, & tanta miracula persuaderi potuit. Credienti itaque virgini, sed modum quod id fieri oporteret quaesiti, recte respondetur, cum ab Angelo dicitur. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Ac si aperte dicatur ei. Ut ad tantū sacrū efficiaris digna, & inueniaris idonea, virtus altissimi obumbrabit tibi: tam ad omnem concupiscentiam extinguendam, quam ad illuminandam ignorantiam. Hoc est quod per Isaiam sub alio scemate promittitur, & futurum prophetatur, cum dicitur. *Quia antequam puer sciat reprobare malum, & eligere bonum, & cetera.* Certē (ut superius iam diximus) puer iste ab ipsa hora, vel momento conceptionis suae, plenitudine scientiae accepit, quae ipsi verbo in vnitatem personae vnita fuit. Tempus itaque conceptionis exprimitur in eo quod dicitur. *Antequam sciat.* Ac si apertius dicat. *Antequam Emanuel concipiatur in eius matre, conditionis nostrae terra de qua veritas oritur, a gemina peccatorum omnium radice liberabitur.*

*Quod solum illud remansit in Virgine quod erat ad poenam, illud recessit, quod erat ad culpam. Cap. XXVIII.*

**D**erelinquetur (inquit) terra a facie duorum regum suorum. Notandum valde quod dicitur Derelinquetur terra, nec qualiscunque, sed qualem impietas detestatur. Nihil hic agitur de misera huius terrae nostrae innouatione, sed tantummodo de eius liberatione. Libertas redditur, sed immortalitatis gloria non reformatur. Videtis certē quia illud remansit in Virgine, quod erat ad poenam, illud recessit, quod erat ad culpam. Vicioitas recessit, poenalitas remansit. Carnalitas tollit, sed calamitas non amouetur. Quae quaeque

Luc. 1.

Matth. 7.

Nubes lucida obumbrans.

Luc. 1.

Esai. 7.

Remanet poena ubi tamen nulla inuenitur culpa.

quæso est, quæue iusticia ut remaneat poena ubi iam nulla est culpa? Et utique diligenter attendimus inueniemus quia vicioitas ipsa nostrae est mortalitatis, & passibilitatis effectus. Econtra naturam itaque videtur, ut perdurans suo effectu priuaret. Sed forte queris nosse quomodo vicioitas ipsa sit nostrae mortalitatis effectus. Certē ex inflata mortalitate sensus hominis decreuit, & inde ignorantia. Certe ex contracta infirmitate appetitus carnis creuit & inde concupiscentia. Nam quo interioribus, & spirituales delicias homo peccando amittit, eo in inferiorum concupiscentias per appetitum carnis vehementius exarsit, & quāto infirmior fuit, tanto pluribus opus habuit, tū ad infirmitatem fouendā, quam ad sanitatem reparandā. Quod igitur remanente mortalitate & passibilitate in natura humana, vitium tā concupiscentiae, quā ignorantiae recessit, vñ esse contra naturā. Quod recedente tā vicio concupiscentiae, quā ignorantiae mortalitas & passibilitas remansit, vñ esse contra iusticiā. Quam mirum, quam stupēdū quod matrem suā quae ab omni vicio ad plenum purgata fuit, fons ipse pietatis filius eius, sub iugo captiuitatis nostrae laborare permisit. Econtra vero, quid quæso miraculi, quid prodigij fuit quod terra maledictioni addicta, miseris exposita, ob omni viciorum exactione, & iniquitudine liberrima, plenam pro hac parte pacem obtinere potuit?

*Quod Emanueles nostri puerpera in omni fuerit virtutum consummatione perfecta. Cap. XXIX.*

**A**tendite obsecro quam magnum, quā mirabile fuerit hoc prodigium in oculis prophetae, in cuius considerationem, simul & admirationem pariter omnes inuitauit, cum dicit. *Uenite & videte opera domini, quae posuit prodigia super terram.* Quae autem sint illa prodigia quae tantopere miratur, consequenter adiungitur, cum dicitur. *Auferens bella usque ad finem terrae, arcum conterens, & confringens arma, & scuta comburens igni.* Quae est ista obsecro terra de qua bella omnia finetenus auferuntur, nisi illa de qua idem propheta alibi protestatur, *Veritas de terra orta est, & iusticia de caelo prospectit?* De hac itaque terra omnis pugna tollitur, in hac terra pax plena reparatur. *Arcum (inquit) conterens, & confringens arma.* In arcu, & sagitta percussio quidem est, non tam virtuosa quam artificiosa. Econtra in gladio, & hasta percussio profecto est, non tam artificiosa quā virtuosa. Per arcum, ergo intelligimus tentationes fraudulentas, per arma vero tentationes violentas. Attende itaque in quantae securitatis arcem se erexit, ad quam tam violenta, quam fraudulenta tentatio, nullum de caetero accessum habere iam potuit. *Arcum (inquit) conterens, & confringens arma, & scuta comburens igni.* Sicut per arcū seductiones, sicut per arma oppres-

Ex contracta infirmitate carnis, concupiscentia creuit.

siones, sic & in scutis intelligimus excusationes. De quibus in propheta sic habes. *Non declines cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis.* Excusationes sanè quasi quaedam vitiorum scuta sunt, duobus se contra veritatis iacula muniunt, & contra virtutum iaculationes non mediocriter defendunt. Sed illud oportet sciri, quia ubi non est locus accusationi, nullus proculdubio relinquitur excusationi. Quem sua nanque conscientia in nullo accusat, non est vnde se excusare oporteat. Virginalis itaque illa puerpera cui nihil de plena virtutum consumatione defuit, in nullo omnino excusatione aliqua eguit. Nam si vel impossibilitas ipsa aliquid in ea de aliquo virtutum perfectione minuit, profecto pro ea parte eadem ipsa impossibilitas ei ad excusationem fuit. In eo ipso itaque supereminens, & supra modum aestuantis amoris datus caelitus ignis, designata excusationum omnium scuta exussit, quia plenitudo gratiae, charitatisque consummatio nihil spiritualis infirmitatis, nihil imperfectionis reliquit, quod vel per impossibilitatem excusari oportuit. Ex his itaque aduertere licet, quod Emanueles nostri puerpera in omni fuerit virtutum consumatione perfecta. Quis illud primum, & maximum mandatum sic vnquam impleuit? quis sic vnquam implere poterit? Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ex hac utique aestuantis amoris flamma exusta sunt scuta illa iam dicta.

*Quod dicta puerpera in omni dono quod acciperat videtur consummata, pariter & confirmata. Cap. XXX.*

**N**otandum autem quia illud quod igne comburitur, ita consumitur, ut nihil materiae remaneat, vnde vel ex parte reparari queat. Vnde iuxta hanc prophetiam intelligi datur, quod diuinus amor in ea adeo conualuit, adeo eam ipsam in omni bono solidauit, ut de caetero spiritualis qualiscunque defectus in ea incidere omnino non posset, nec aliquid quod qualicumque excusationi subiaceret. Videtur itaque iuxta hoc ab hora superuenientis spiritus sancti, ab hora superobumbrantis virtutis altissimi, videtur inquam beata Virgo Maria non solum in omni gratia consummata, verum etiam in omni bono, & dono quod acciperat confirmata. Sed ne quis existimet dictam prophetiam potius intelligendam de ipsa utique Emanuele, quam de eius matre, debet qui cuiusmodi est diligenter attendere, quia scuta quae nunquam fuerunt, & nunquam futura sunt, comburi non possunt. Emanuel itaque noster quid in se quæso vnquam habuit quod comburi oportuit, vel potuit, qui ab hora conceptionis suae om-

Psal. 140.

Excusationes scuta vitiorum.

Deut. 6. Matth. 22. Luc. 10.

Quod dicta puerpera in omni dono quod acciperat videtur consummata, pariter & confirmata. Cap. XXX.

In beata Virgine ita diuinus amor conualuit, ut nullus defectus in eā incidere poterit.

Per arcum tentationes fraudulentas, per arma violentas intelliguntur. Per scutum excusationes.

nem plenitudinē accipiendo, in omni bono con-

Quod pre ceteris sanctis hoc singulariter habuit, quod a vicijs quidem nec impugnari potuit. Cap. XXXI.

Rom. 6.

Rom. 7.

IN certis sanctis magnificum habetur quod a vicijs non potest expugnari in ista mirificū vī, quod a vicijs non potest ipsa vel in modico impugnari. Ceteris sanctis in cōe praecepitur, ut in mortali corpore peccatū nō regnet, solum in beata Virgine Maria factum creditur, in oib. sanctis speratur. Futurū inquam, sed nō in corpore eorum adhuc mortali, sed in corpore eorum iam factū immortalē: prius si quidē oportebit corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc immortalitātē. Sed hoc fuit in beata Virgine supra modum mirabile, & prae ceteris sanctis oib. singulare, quod in ea simul conuenire potuit tanta corruptibilitas cū tanta incorruptibilitate, tanta incorruptibilitas cum tanta corruptibilitate. Corruptibilitas, in his quae pertinent ad poenam, incorruptibilitas, in his quae pertinent ad culpam. Sed sibi ad futurā gloriā cumulū, nobis autem ad patiētīā documentū profuit, quod passibilitatis nostrae iugū cum tāta puritate portauit. Sed quia ea quae nobis de mystica intelligentia videbatur, iuxta petitionem tuam mihi Hugo expleuimus hic si placet loquendi finem faciamus. Si quis autem prolixitatis nos arguat pro assumptae materiae breuitate, fateor non me poenitet in laudibus uerbi, in laudibus Virginis matris, vel verbosum fuisse. H. Tanta fateor in verbis prophetiae mysteriorum profunditate stupefactus, & in eorum consideratione multa admiratione suspensus diutius loquentem libenter sustinui, & cursum sermonum vestrorum interrumpere indignum iudicavi, & eo ipso ista elegi tandem tacita venerari admiratione, quo mihi videntur nullo ad plenum posse explicari sermone.

TRACTATUS EXCEPTIONVM

Qui continet originem & discretionem artium, situmque terrarum & summam historiarum distinctus in quatuor libros.

De conditione creaturę rationalis. Cap. I.

DEus summe bonus, & immutabiliter bonus, sciens suam beatitudinem communicari posse, & minui non posse, fecit creaturam rationalem, ut ea faceret beatitudinis suae esse participem, fecit autem eam ad imaginem & similitudinem suam. Ad imaginem suam fecit eam secundum rationem, ad similitudinem suam secundum dilectionem. Ad imaginem suam fecit eam ad similitudinem suam secundum affectum. Ad imaginem suam secundum cognitionem veritatis, ad similitudinem suam secundum amorem virtutis. Sic opifex Deus fecit creaturam rationalem ad imaginem & similitudinem suam, ut per hoc quod facta esset ad imaginem Dei, Deum diligeret, & cognoscendo & diligendo Deum possideret, & possidendo beata esset. Sicut enim in vno elemento igne, duo sunt inter se diuersa, & a se prorsus remota, scilicet splendor & calor, nec splendor est calor, nec calor est splendor, quia splendor lucet & videtur, & calor ardet & sentitur, nec splendor ardet aut sentitur, nec calor lucet aut videtur, sic in spiritali creatura, imago Dei, & similitudo Dei, inter se diuersa sunt, & a se quodammodo remota. Nam secundum illud originale bonum quo facta est ad imaginem Dei ipsa spiritalis creatura elucet ad cognitionem, & secundum illud bonum quo facta est ad similitudinem Dei, caleret ad dilectionem. Insuper autem conditor ipsius, partem eius in sua simplici puritate subsistere, scilicet naturam angelicam, partem vero illius luteis corporibus inesse, videlicet naturam humanam.

De tribus bonis. Cap. II.

TRia bona principalia dedit Deus homini in creatione. Primum bonum fuit quod cum fecit Deus ad imaginem suam, secundum bonum fuit quod eum fecit ad similitudinem suam. Tertium bonum fuit immortalitas corporis, si perstitisset homo in obsequio conditoris. Ista tria bona fuerunt homini in conditione diuinitus data, etiam naturaliter & originaliter insita, fuerunt & alia duo bona homini, quasi extra eum, vnum subitus eum, aliud supra eum, sub-

Cur ad imaginem & similitudinem Dei factus homo.

In igne duo diuersa sunt. Splendor & calor.

Mundus bonus nisi bilitate, & aeternum. Deus inuisibile & aeternum. mundus, supra eum Deus. Mundus inuisibile bonum & aeternum. In isto fuit homo creatus, in illo beatificandus. Sub Deo fuit homo conditione, supra mundum dignitate. De interiori bono recessurus, ad superius bonum perueniret. Sunt itaque tria primordialia bona homini in conditione data, & substantialiter insita, imago Dei, similitudo Dei, immortalitas corporis, si persequere voluisset in obsequio creatoris.

De tribus malis. Cap. III.

Sunt autem tria mala principalia quae corrumpunt tria praecedentia bona scilicet ignorantia, concupiscentia, infirmitas. Ignorantia boni, concupiscentia mali, infirmitas corporis humani. Per primum malum corruptum est primum bonum, per secundum, secundum, per tertium, tertium. Per ignorantiam namque corrupta est in nobis diuina imago, per concupiscentiam diuina similitudo, per infirmitatem immortalitas corporis. Facta est itaque via hominis tenebrae & lubricum, & Angelus Domini persequens eum. Tenebrae per ignorantiam, lubricum per concupiscentiam, & Angelus Domini, id est infirmitas corporis, corpori ad vindictam immissa persequens eum per mortalitatem, donec in terram reuertatur de qua sumptus est. Solent autem secundum quosdam hoc quod hic concupiscentiam nominamus specialiter vicium dici, ut dicantur tria mala sic. Ignorantia, vicium infirmitas, per quae tria mala, tria praecedentia bona sunt corrupta.

Quid per tenebras quidem per lubricum intelligatur.

De tribus remedijs. Cap. IIII.

TRia sunt remedia principalia contra tria praedicta mala, ut per tria remedia tria mala repellantur, tria bona conformentur. Sunt autem haec, Sapientia, virtus, necessitas. Sapientia contra ignorantiam, virtus contra vitium, necessitas contra infirmitatem. Sapientia est comprehensio rerum prout sunt. Virtus est habitus animi modum naturae rationi consentaneus. Est autem habitus qualitas veniens per applicationem subiecti difficile mobilis: sicut est dispositio, qualitas veniens per applicationem subiecti facile mobilis. Subiectum dicimus animū, qui ad ipsam suscipiendam qualitatem applicatur. Necessitas est sine qua viuere non possumus, sed facilius viuere. Sunt itaque tria remedia, sapientia, virtus, necessitas, contra tria supradicta mala, ignorantiam, vitium, infirmitatem.

Sapientia quid sit, quae virtus, & habitus.

De Necessitate.

De tribus scientis. Cap. V.

PROpter ista autem tria remedia inueniendae, inuenta est omnis ars, & omnis disciplina. Propter inueniendam namque sapientiam

inuenta est theoria, propter inueniendam virtutem inuenta est practica, propter inueniendam necessitatem inuenta est mechanica. Theoria ignorantiam expellens, sapientiam illuminat, practica vitium excludens, virtutem roborat, mechanica penuriam cauens, vitae praesentis defectum temperat, theoria in omni quod est & non est iterum scrutari eligit. Practica modum viuendi recte, & disciplina formam secundum virtutum institutionem disponit. Mechanica res desuantes administrans humano corpori necessaria providere satagit. Omnium enim humanarum actionum seu studiorum quae ratio moderatur finis & intentio ad hoc spectare debet, ut vel natura nostra reparatur integritas, vel defectuum quibus praesens vita subiacet temperetur necessitas. Reparatur autem natura nostrae integritas sapientia, ad quam pertinet theoria, & virtute ad quam pertinet practica, & temperatur necessitas administratione temporalium, ad quam pertinet mechanica. Nouissima autem omnium inuenta est logica, causa eloquentiae, ut sapientes qui praedictas principales disciplinas inuestigarent, & inuenirent rectius, veracius, honestius illas tractare, & de illis disserere scirent. Rectius per Grammaticam: veracius per Dialecticam, honestius per Rethographicam. Logica namque facundiae rectitudinem, veritatem, venustatem administrat. Theoria, interpretatur contemplatiua, practica, actiua, mechanica, adulterina, logica, est sermocinalis.

Quid efficiant Theorica, Practica, & Mechanica?

Quis nā debeat esse finis actionum nostrarū?

De Logica.

De Philosophia & partibus eius. Cap. VI.

QUattuor igitur sunt scientiae, in quas omnis philosophia diuiditur, Theorica, practica, mechanica, logica. Philosophia est amor sapientiae quae nullius indigens, viuax mens & sola prima rerum ratio est. Philosophia est amor sapientiae, hoc magis ad ethimologiam nominis pertinet. Quod autem additur nullius indigens, viuax mens, hoc significat quod diuina sapientia nihil minus continet, sed semel & simul omnia intuetur, praeterita, praesentia, & futura. Viuax mens, quod semel fuerit in diuina ratione, nulla vnquam obliuione aboleat. Prima rerum ratio est, quia ad similitudinem eius cuncta formata sunt. Item Philosophia est omnium rerum humanarum atque diuinarum disciplina, rationes probabiliter inuestigans.

Philosophia quid sit?

Quae sit prima rerum ratio?

De Theorica & partibus eius. Cap. VII.

THEORica diuiditur in theologiam, physicam, mathematicam. Aliter. Theorica diuiditur

De diuisione Theorice.

uiditur in intellectualem vel intelligibilem, & A ideo primam esse voluerunt: quia ipsa ut sit, nul  
Physiologiam. Aliter Theorica diuiditur  
in diuinalem, naturalem, doctrinalem. Ea-  
dem namque est Theologia intellectibilis diui-  
nalis. Eadem est Phisica, Physiologia natura-  
lis. Eadem est Mathematica intelligibilis do-  
ctrinalis. Theologia tractat de inuisibilibus in-  
uisibilium efficijs. Phisica de inuisibilibus vi-  
sibilium causis. Mathematica tractat de inuisi-  
bilibus visibilium formis. Theologia est quando  
aut ineffabilem Dei naturam, aut spirituales crea-  
turas ex aliqua parte profundissima qualitate dif-  
ferimus. Phisica est quæ causas rerum ex suis  
efficitibus, & effectibus ex causis deprehendit. Vn-  
de tremor terris, qua vi Maria alta tumescunt:  
herbarum vires, animos, irasque ferarum. Om-  
ne genus fructuum, lapidum quoque reptilium-  
que. Mathematica est quæ abstractam confide-  
rat quantitatem. Abstracta autem quantitas ni-  
hil est aliud quam forma visibilis, secundum li-  
neamentarum diuisionem animo impressa. Om-  
nis autem forma visibilium in quantitate confi-  
sit. Quantitas alia discreta quæ multitudo di-  
citur, vt grex, populus, alia continua quæ mag-  
nitudine appellatur, vt arbor, lapis. Rursum  
multitudo alia discreta per se, vt duo, tria, quat-  
tuor, alia discreta ad aliquid, vt sesquialterum  
sesquitercium. Magnitudo alia immobilis vt  
Sphera terræ, alia mobilis vt Sphera firmamenti.  
Multitudo discreta per se, materia est Arithme-  
ticæ, Multitudo discreta ad aliquid, materia  
est musicæ, Magnitudo immobilis, materia  
est Geometriæ. Magnitudo mobilis, materia  
est Astronomiæ.

Duplex magnitudo.

De Mathematica & partibus eius. Cap. VIII.

Quattuor sunt species Mathematicæ. Ari-  
thmetica, Musica, Geometria, Astro-  
nomia. Arithmetica tractat de nume-  
ro. Musica, de proportionibus. Geometria, de  
spacio. Astronomia de motu. Elementum  
Arithmeticæ, est vnitas. Elementum Musicæ,  
est vnisonum. Elementum geometriæ, est  
punctum. Elementum Astronomiæ est in-  
flans. Arithmetica est numerorum scientia.  
Musica est plurium dissimilium in vnum reda-  
ctorum concordia. Geometria est disciplina  
magnitudinis immobilis, formarum descriptio  
contemplatiua, per quam vniuscuiusque rei ter-  
mini declarari solent. Astronomia est discipli-  
na magnitudinis mobilis inuestigans spacia, mo-  
tus, & reditus cælestium corporum certis tem-  
poribus.

De speciebus Mathematicæ.

De Arithmetica & partibus eius. Cap. IX.

Arithmetica scriptores secularium lit-  
terarum inter disciplinas Mathematicæ

la alia indiget disciplina. Musica autem, &  
Geometria, & Astronomia quæ sequuntur: vt  
sunt atque subsistant istius indigent auxilio, pri-  
ma ergo est Arithmetica: quia in proportione,  
in spacio, motu, numerus inuenitur: sed non  
conuerso in numero semper proportio, aut spa-  
cium, aut motus inesse cernitur. Vnde & Arith-  
metica, & vna de quattuor, & aliarum trium in-  
strumentum esse probatur.

De Musica & partibus eius. Cap. X.

Musica alia mundana: alia humana: alia  
instrumentalis. Mundana, alia in ele-  
mentis, alia in planetis, alia in temporibus. In  
elementis, alia in pondere, alia in numero, alia  
in mensura. In planetis, alia in situ, alia in  
motu, alia in natura. In temporibus, alia in  
annis, mutatione veris, æstatis, autumnii, &  
hyemis. Alia in mensibus incrementis, detri-  
mentisque lunaribus, alia in diebus vicissitudi-  
ne lucis, & noctis. Musica humana, alia in cor-  
pore, alia in anima, alia in connexu vtriusque.  
In corpore, alia in vegetationibus: alia in hu-  
moribus, alia in operationibus. Prima conue-  
nit omnibus nascentibus. Secunda sensibili-  
bus. Tertia rationabilibus. Musica in anima,  
alia in potentijs, vt ira, ratio alia in virtutibus,  
vt iusticia, fortitudo. Musica in connexu vtrius-  
que, est illa naturalis amicitia qua anima corpo-  
ri, non corporeis vinculis alligata tenetur. Mu-  
sica instrumentalis, alia in pulsu, vt in tympa-  
nis, & chordis, alia in flatu, vt in tybijs & or-  
ganis, alia in voce, vt in carminibus, & canti-  
lenis.

De multipli Musica.

De Geometria & partibus eius. Cap. XI.

Geometria tres habet species. Planime-  
triam, altimetriam, consummetriam. Planime-  
tria longum & latum metitur, & exten-  
ditur ante & retro, dextrorsum, & sinistrorsum.  
Altimetria metitur altum & profundum: & ex-  
tenditur sursum & deorsum. Consummetria, spha-  
rica metitur id est rotunda.

De Astronomia & Astrologia. Cap. XII.

Astronomia in Mathematica non solum  
est ordine postrema, sed & loco subli-  
mior, & excelsior dignitate, quia cum ceteris tres  
quodammodo inferius versent, hæc sola cælestium &  
super-

De Lanificio. Cap. XV.

Lanificio est prima species mechanicæ.  
Ad hanc pertinet omnis opera nendi, re-  
torquendi, confluendi, quicquid fit in instru-  
mento, colo, fuso, acu, pectine, calamistro, girgil-  
lo, alibro, subula, in materia lini, lanæ, ca-  
nabi, & suberis, omnis vsus floccorum, filtro-  
rum, sagorum, sagmatum, matularum, &  
portarum.

De Armatura. Cap. XVI.

Armatura duas habet species, architecto-  
ricam, & fabrilem. Architectorica  
diuiditur in cementariam, quæ ad latomos &  
cementarios, & in carpentariam quæ ad carpen-  
tarios & ad riuarios pertinet. Fabrilis diuidi-  
tur in malleatoriam & exclusoriam. Ad arma-  
turam pertinet omnis industria carpentario-  
rum, tignariorum, cementariorum, latomorum,  
& fabrorum. quicquid fit in instrumento, securi,  
ascia, dolabra, trulla, perpendicularo, scalpello, ar-  
chano, incude, in materia, ligno, lapide, sabulo,  
gipso, & arc.

De Navigatione. Cap. XVII.

Navigatione tertia species est mechanicæ.  
Ad hanc pertinet omnis industria ven-  
dendi, emendi. hæc visa littora adit, pacem  
& familiaritatem cum exteris nationibus com-  
ponit, & priuata bona communia facit.

De Agricultura. Cap. XVIII.

Agricultura quatuor habet species. aruum  
id est, agrum qui sationibus deputatur,  
conlitum, qui nemoribus, ut pomeria, vineta,  
oliueta; pascuum, ut prata, tempe, telca; floridum,  
vt horti, rosaria.

De Venatione. Cap. XIX.

Venatio tres habet species, ferinam, aucu-  
pium, piscaturam. ferina fit multis mo-  
dis. Rhetibus, pedicis, laqueis, præcipitijs,  
arcu, iaculis, cuspido, indagine, pennarum o-  
dore, canibus, accipitribus. Aucupium fit la-  
queis, pedicis, rhetibus, arcu, visco, hamo. Pi-  
scatura fit sagenis, rhetibus, gurgustijs, hamis,  
iaculis. Ad venationem pertinet omnis indu-  
stria coquorum, pistorum, carnificum & cau-  
ponum.

De Medicina. Cap. XX.

Medicina continet occasiones, & operatio-  
nes. Occasiones sunt sex. Aer circundans  
X 4 nos,

De speciebus Astro-  
nomiæ.  
Quid in-  
ter sit iter  
Astrono-  
miam, &  
Astrolo-  
giam.  
Astrolo-  
gia natu-  
ralis & su-  
perstitiosa

superiorum dispositionem inuestigandam, ac A  
tractandam suscepit. Astronomia diuiditur in  
duas species, in Sphericam, & in Gnomonicam.  
Spherica est quæ spacia, & situm considerat cæ-  
lestium corporum, Gnomonica quæ motum at-  
tendit. Inter Astronomiam, & Astrologiam  
hoc interesse videtur, quod Astronomia de le-  
ge astrorum & conuersione cæli discrit, regio-  
nes, circulos, ortus, occasus describens, & cur-  
vnumquodque ita vocetur inuestigans. Astro-  
logia autem astra considerat secundum natiui-  
tatis & mortis, vel aliorum quorumlibet euen-  
tuum obseruantiam, quæ partim naturalis est,  
partim superstitiosa. Naturalis est in comple-  
xionibus, ut ægritudo, sanitas, sterilitas, fertili-  
tas, tempestas, serenitas, quæ secundum supe-  
riorum contemperantiam variatur. Supersti-  
tiosa est in contingentibus. Hæc in constella-  
tionibus constat, & hanc partem Mathematici  
qui interpretantur vani tractant.

De Practica & partibus eius. Cap. XIII.

Practica diuiditur in solitariam, priuatam,  
& publicam. Aliter. Practica diuiditur  
in moralem, dispensatiuam, & ciuilem. Aliter.  
Practica diuiditur in Ethicam, Oeconomicam,  
& Politicam. Eadem est solitaria, Ethica, Mo-  
ralis, eadem est priuata: Oeconomica, dispen-  
satiua, eadem est publica, Politica, ciuilis. Pri-  
ma mores instruit. Secunda familiam dispo-  
nit. Tertia vrbes regit. Prima pertinet ad sin-  
gulos. Secunda ad patresfamilias. Tertia ad  
rectores vrbiū. Ethica est quæ sui curam ge-  
rens cunctis sese erigit, exornat, augetque vir-  
tutibus, nihil in vita admittens quo non gau-  
deat, nihil faciens penitendum. Oeconomica  
est quæ familiaris officij curam mediocri cõ-  
ponens dispositione distribuit. Publica est quæ  
reipublicæ curam suscipiens, cunctorum saluti,  
sue prudentiæ solertia, & iustitiæ libra, & for-  
titudinis stabilitate, & temperantiæ patientia  
nedetur.

De Mechanica & partibus eius. Cap. XIII.

Mechanica septem habet species, lanifi-  
cium, armaturam, navigationem, agri-  
culturam, venationem, medicinam, theatricam.  
Ad hanc omnium rerum fabrica concurrere vi-  
detur. Ad hanc enim pertinent vniuersa quæ  
humanis necessitatibus inueniuntur grata, com-  
moda, necessaria, & quæcunque sub prædictis  
septem speciebus eius comprehendere compro-  
bantur.

Species Mechanicæ.



nos, cibus & potus, somnus & vigilia, motus & quietas, inania & repletio, & accidentia animæ. Operationes sunt intus & foris. Intus, vt ea que introrittuntur per nares, per os, per anum, ad excitandas sternutationes, vomitationes, Foris vt emplaftra, incifio, vftio.

*De theatrica. Cap. XXI.*

**T**heatrica continet ludos. Ludi alij fiebant in theatris, alij in gabulis, alij in Gymnafijs, alij in arenis, alij in amphicircis, alij in conuiujs, alij in fanis. In theatris gesta recitabant. In gabulis choreas ducebant. In Gymnafijs luctabantur. In arenis pugiles exercebantur. In amphicircis certabant curfu pedum, equorum, curuum. In conuiujs, muficis instrumentis ludebant. In fanis laudes dominorum cantabant.

*De Logica. Cap. XXII.*

**L**ogica diuiditur in grammaticam, & rationem differendi. Grammatica diuiditur in litteream, fillabam, dictionem, & orationem. Ratio differendi diuiditur in probabilem, necessariam, Sophifticam. Probabilis diuiditur in Dialecticam, & Rethoricam. necessaria pertinet ad Philofophos, Sophiftica ad Sophiftas. Grammatica est scientia recte loquendi. Dialectica difputatio acuta verum a falfo diftinguens. Rethorica est difciplina ad perfuadendum quecunque idonea.

*Quomodo legende sunt artes. Cap. XXIII.*

**I**n legendis artibus talis est ordo feruandus. Prima omnium comparanda est eloquentia, & ideo expectenda Logica. Deinde per Ethicam purificandus oculus mentis, & fic ad Theoricam tranfeundum Aegyptus mater est artium. De Aegypto venerunt in Græciam, de Græcia in Italiam. Sola Phifca tractat de rebus fecundum prædicamentalem constitutionem, Mathematica fecundum lunamentarem dimensionem, & ideo Logica aliquando pura intelligentia vitur. Mathematica nunquam fine imaginatione est. Sciendum est autem quod aliquando Phifca large accipitur, æquipollens Theoricæ. Ethica quoque æquipollens practicæ, & tunc Philofophia in tres tantum scientias diuiditur. Phifcam. Ethicam. Logicam. Scientiam quoque est quod d mechanical fecundum rationem fui sub Philofophia continetur, non fecundum administrationem. Verbi gratia. Ratio agriculturæ pertinet ad Philofophum, administratio ad rusticum.

**T**heologus apud Græcos Linus fuit. Apud Latinos Varro. & noftris temporibus Iohannes Scotus. Phifcam naturalem Thales Milefius vnus de feptem fapientibus inuenit. Arithmetica Pythagoras inuenit, Boetius tranftulit. Mufica repertorem diuina hiftoria commemorat Iobal. Græci & alij, alios. Geometriam Græci inuenerunt. Astrologiam Abraham. Nemroth autem Aftronomiam, cuius etiam nomine intitatur. Ethicam Socrates fcripsit. Vfum lanificij fertur Mincrua Athenienfibus tradidiffe. Nimus primus omnium bella mouit. Vfum nauigij Pelafgi inuenerunt. Ceres frumentum dicitur inueniffe. Vfum quoque coquinæ Apicius. Medicinæ inuentor putatur Apollo. Ludos Lidi inuenerunt, qui de Lidia quondam egressi in Hetruria confederunt. & ibi inter cætera fuperftitionum fuarum genera ludos inftituerunt. Vnde Romani accerfitis magiftris Ludos Romæ fecerunt. Abraham inuenit litteras Syrorum, Fenix Græcorum. Iis Aegyptiorum. Moyfes Hebræorum. Carmentis Latinorum. Alcimon quidam, fabulas dicitur inueniffe. Parmenides dicitur Dialecticam in rupe quadam excogitaffe. Demofthenes Rethoricam inueniffe.

*De magica & partibus eius. Cap. XXV.*

**M**agica sub Philofophia non continetur, fed foris, falfa professione de vero mentiens, & veraciter lædens, homines feducit, & a religione reuocat, culturam Dæmonum fuzdet, & ad omne nefas fuos fequaces impellit. Hæc quinque genera maleficiorum continet. Mantem. Mathematicam. Maleficia. Sortilegia. Præftigia. Mantem interpretatur diuinitio, hæc quinque species habet. Nigromantiam. Geomantiam. Hydromantiam. Aerimantiam. Pyromantiam. Prima fit in mortuis. Secunda in terra. Tertia in aqua. Quarta in aere. Quinta in igne. Mathematica interpretatur vanitas. Hæc tres habet species. Arufpiciam. Augurium. Horofcopicam. Arufpicia dicitur ab infpectione ararum. Hæc fit quando in fibris animalium quæ in aris ponuntur facta quæruntur. Augurium ab auibus. hoc aliquando pertinet ad aures. & dicitur augurium, aliquando ad oculos & dicitur arufpicium. Horofcopica in constellationibus conftat. Maleficia fiunt per incantationes. fortilegia per fortes. Præftigia per fantafticas illusiones. Magicam Zoroaftes rex Baétrianorum inuenit, & post longa tempora Democritus amphauit. Hidromantiam per fe feruntur inueniffe auguria Phruges. Præftigia Mercurius. Arufpiciam quidam nomine Tages.

De quinque generibus maleficiorum.

LIBER

LIBER SECVNDVS. A conuenit. Commodum quod prodest. Necessarium sine quo quid esse non potest.

*De materia mundana scriptura & diuina. Cap. I.*



De operibus Cōditionis, & restaurations, & quænam sint.

**S**ane scriptura fæcularis materiam habet opus cōditionis, diuina scriptura materiam habet opus restaurations. Duo quippe sunt opera, opus conditionis, & opus restaurations. Opus conditionis est quo factum est vt essent quæ non erant. Opus restaurations est quo factum est vt essent quæ perierant. Opus conditionis est creatio mundi cum omnibus elementis suis, opus restaurations est incarnatio verbi cum omnibus sacramentis suis. Opus conditionis in sex diebus factum est, opus restaurations non nisi sex ætatibus perfici potest. Sex tamen sunt contra sex, vt idem cognoscatur esse redemptor qui creator.

*Quod tria visibilia mundi, tria inuisibilia Dei demonstrant. Cap. II.*

Tria inuisibilia Dei.

**N**e prætereundum quod per opus conditionis tria inuisibilia Dei demonstrantur. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur. Tria sunt inuisibilia Dei, potentia, sapientia, benignitas. Ab his tribus procedunt omnia, in his tribus cōsistunt omnia, per hæc tria reguntur omnia. Potentia creat. Sapientia gubernat. Benignitas conseruat. Quæ tamen tria sicut in Deo ineffabiliter vnus sunt, ita in operatione separari non possunt. Potentia per benignitatem sapienter creat. Sapientia per potentiam benigne gubernat. Benignitas per sapientiam potenter conseruat. Potentiam manifestat creaturarum imensitas, sapientiam decor, bonitatem vtilitas. Immensitas creaturarum conftat in multitudine & magnitudine. Multitudo, in similibus, in diuersis, in promixtis. Multitudo est in mole & spacio. Moles est in massa & pondere. Spacium est in longo, & lato, profundo, & alto. Decor creaturarum est in situ, & motu, in specie, & qualitate. Situs est in compositione, & ordine. Ordo est in loco, & tempore, & proprietate. Motus est quadripartitus, localis, naturalis, animalis, rationalis. Localis est ante & retro, dextrorsum, & sinistrorsum, deorsum & sursum. Naturalis est in incremento. Animalis est in sensibus, & appetitibus. Rationalis est in factis & cōsilijs. Species est forma visibilis quæ oculo discernitur, sicut colores, & figuræ corporum. Qualitas est proprietas interior quæ cæteris sensibus percipitur, vt melos in sono aurium, dulcor in sapore, gustu faucij, fragrantia in odore, olfactu narium, lenitas in corpore tactu manuum. Vtilitas creaturarum, conftat in grato, & apto, & commo, & necessario. Gratum est quod placet. Aptum quod

In quo consistat mensuras creaturarum.

In quo consistat vtilitas creaturarum.

*De triplici modo tractandi. Cap. III.*

**T**raçat de materia sua triplici modo diuina scriptura, fecundum hystoriam. Hystoria est rerum gestarum narratio, quæ in prima significatione litteræ continetur. Allegoria est cum per id quod factum dicitur, aliud factum siue in præterito, siue in præfenti, siue in futuro significatur. Tropologia est cum per id quod factum legimus quid nobis sit faciendum agnoscamus. Et in hoc valde excellentior est diuina scriptura scientia fæculari, quod in ea non solum voces sed & res significatiuæ sunt. Sicut igitur in eo sensu quod est inter voces & res, necessaria est cognitio vocij, sic in eo sensu quod est inter res & facta, vel faciēda mystica versat, necessaria est cognitio rerum. Cognitio vocij in duobus consistit, in pronunciatione, & significatione. Ad solam pronunciationem pertinet grammatica, ad solam significationem pertinet dialectica. Ad pronunciationem simul & significationem pertinet rethorica. Cognitio rerum, in forma & natura. Forma est in exteriori dispositione, natura in interiori qualitate. Omnis autem dispositio, vel in numero est, ad quem pertinet arithmetica, vel in proportione, ad quam pertinet musica, vel in situ, ad quem pertinet geometria, vel in motu, ad quem pertinet astronomia, ad interiorum qualitatem phifca spectat.

Quid sit Hystoria. Quid Allegoria. Quid Tropologia.

*Quod scriptura mundana subferuiat. Cap. IIII.*

**O**mnes itaque artes subferuiunt diuinæ sapientia, & inferior scientia recte ordinata ad superiorem conuocit. Sub eo igitur sensu qui inter voces & res versatur, continetur hystoria, & ei subferuiunt tres scientiæ, grammatica, dialectica, rethorica, & sub eo sensu qui inter res & facta mystica versatur, continetur allegoria, & sub illo qui est inter res & faciēda mystica, continetur tropologia, & his duabus subferuiunt arithmetica, musica, geometria, astronomia, & phifca.

*De significatione vocum & rerum. Cap. V.*

**V**oces non plus quam duas aut tres habent significationes. Res aut tot possunt habere significationes quot habent proprietates. Hæc aut res primæ res secundas significantes, sex circumstantijs discrete consideratur. Quæ sunt hæc res, persona, numerus, locus, tps, gestum. Res autem hic intelligitur in materia quacunque, vel substantia inanimata, coelestium siue terrestriū constituta, vt sunt lapides, ligna. Res duobus modis significat, natura, & forma. Natura vt nix, quia frigi-

De circumstantijs. Duobus modis significans res.

Numeri in Diuino eloquio nouis modis significati.

frigida est, extir. Si onem designat libidinis, forma, quia candida est, mundiciam designat boni operis. Persona significat, vt Isaac significat Deum patrem. Iacob gentilem populum. Numeri significant nouem modis in diuino eloquio. Secundum ordinem positionis, vt vnitas quia prima est in numeris, rerum omnium principium significat. Binarius quia secundus est & primus ab vnitate recedit, peccatum significat, quo a primo bono deuiatum est. Secundum qualitatem dispositionis, vt idem binarius qui sectionem recipit, & in duo diuidi potest, corruptibilia & transitoria significat. Ternarius vero quia vnitate media interueniente sectionem non recipit, vt in duo aequa diuidatur, incorruptibilia significat. Secundum modum porrectionis, vt septenarius ultra senarium, requies est post operationem. Secundum dispositionis formam vt denarius q. in longum tendit rectitudinem fidei significat. Centenarius qui in latum expanditur, amplitudinem charitatis. Millenarius quia in latum leuatur, altitudinem spei. Secundum computationem, vt denarius perfectionem, quia in eo porrectio computationis finem facit. Secundum multiplicationem, vt duodenarius vniuersitatem significat, quia ex ternario & quaternario inuicem multiplicatis perficitur, quoniam quaternarius corporalium, ternarius spiritualium forma est. Secundum partium aggregationem, vt senarius forma est perfectionis, propterea q. partes eius ternarius, binarius, vnitas aggregata simul totum complent, & nec ultra exuberant, nec intra subsistunt. Secundum multitudinem, vt binarius propter duas charitates: charitatem Dei & proximi significat, ternarius propter tres, trinitatem. Secundum aggregationem, quale est illud in Leuitico. *Adm correptiones vestras septuplum propter peccata vestra.* Vbi nihil aliud quam multiplicitas signatur poenae, expressa per septenarium. Loca significant, vt Hierico significat defectiorem mundanam, stabilem ecclesiam, Hierusalem vitam aeternam. Tempus significat, vt quod leguntur facta encenia Hierosolymis & Hyems erat. Hyems in hoc loco frigidam infidelitatem designat Iudaeorum. Gestu significat, vt venit Iesus in Bethaniam, & suscitauit Lazarum, Bethania dicitur domus obedientiae, & ad obedientem venit Christus vt resuscitet Lazarum, id est animam mortuam in peccatis.

Leuit. 26.

Ioan. 10.

Quare scriptura ponat primum opera conditionis. Cap. VII.

Sicut supra dictum est scriptura saecularis materiam habet opus conditionis, sacra vero scriptura materiam habet opus restorationis, primum factum est, vt tanti homini subesset. Secundum factum est, vt lapsum erigeret. Et sacra quidem scriptura vt ad materiam suam tractandam competentiis accedat, primum opus con-

ditionis commemorat. Sicut namq. spiritus humanus propter Deum, & sicut corpus propter spiritum, ita fons mundus propter corpus, vt mundus seruiret corpori, corpus spiritui, spiritus creatori. Nec possit eloquium sacrum reparationem homini sine eius lapsu, nec eius lapsum sine eius creatione, nec eius creationem sine totius mundi conditione declarare, & ideo voluit prius opus conditionis commemorare.

De creatione mundi. Cap. VII.

DE creatione mundi sic refert scriptura, dicens. *In principio creauit Deus caelum & terram.* Caelum vocat Tria elementa, ignem, aërem, aquam, quae erant in vna confusione permixta, siue in vna permixtione confusa. Circa quartum quod est terra, fluctuantia, quae terra in medio, & in imo trium pondere librata subsidebat. Deinde vocat scriptura sacra Tria elementa quae simul erant permixta, tenebras, Deinde aquas. Aquas, vbi dicit spiritus domini ferebatur super aquas. Tenebras, vbi ait, tenebrae erant super faciem abyssi. Caelum propter suspensionem, aquas propter mobilitatem & fluctuationem, tenebras propter confusionem. Abyssi est concauitas terrae, quae receptaculum inferiorum futura erat aquarum. In principio itaque creata sunt caelum & terra, id est quattuor elementa, simpla omnium faciendorum materia. Deinde subinfert scriptura dicens. *Dixit autem Deus, fiat lux, & facta est lux.* Lux illa primaria eo in loco creditur facta, quo sol modo quotidie oritur, & pereandem viam per quam sol creditur girasse, ac si vespere & mane peregrisset, & hoc fuisse opus primae diei. Secunda die firmamentum factum est in medio aquarum, id est in medio confusionis illius trium elementorum, quae in principio caelum, deinde aqua, deinde tenebrae vocata dicitur, & hic in opere secundae diei aquarum vocabulo nominatur. Factum est autem firmamentum in medio aquarum, ita vt partem earum concluderet intra se, & haberet sub se, partem vero excluderet a se, & haberet super se. In massa enim vniuersitatis, id quod est intimum est infimum, quod est extremum, est supremum. Verbi gratia, terra in rebus corporalibus omnium est intimum, & ipsum est omnium infimum. Aquae quae supra firmamentum sunt, sunt extrema, & ipsae omnium sunt suprema. In rebus vero medijs, quaecunque sunt exteriora ipsa sunt inferiora, & quaecunque exteriora, & ipsa sunt superiora. Firmamentum vero ex stellis supra infixis esse volubile comprobatur, sed de qua materia factum sit ignoratur. Tertia die iussu diuino moles aquarum quae spacium illud quod inter caelum & terram est occupatum tenebat, deorsum versa, in abyssi descendit, & sic aër in medio purus & serenus remansit. Deinde iussit Deus vt terra herbas & arbores secundum species suas germinaret, & germinauit.

Gen. 1. Quid nomine caeli significet.

Quid sit Abyssi.

Ibidem.

minauit. Quarta die fecit luminaria, quae in firmamento probantur esse fixa, exceptis septem planetis, quorum ista sunt nomina, Luna, Venus, Mercurius, Sol, Mars, Iupiter, Saturnus. Quinta die fecit de aquis pisces, & aues. Sed pisces in aqua dimisit, auiibus vero in aere mansionem habere constituit. Sexta die fecit bestias in terra. Mundo igitur creato, disposito, ornato, & eo quod esset humano corpori necessarium, commodum, & gratum, parato, fecit Deus hominem possessorem omnium & dominum vniuersorum, qui quamuis terra posterior, causa tamen prior, dignitate superior inuenitur. Fecit autem Deus corpus humanum de limo rubro terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viuentem. Plantauerat autem dominus Deus paradysum voluptatis a principio. Paradysus locus est in orientis partibus, vbi nunquam propter aeris temperiem magnam, frigus vel aestus attingit, sed perpetuus mayus, vernalisque iucunditas, atque serenitas perseuerat. In quo erat lignum vitae, de quo quamdiu homo comederet, nunquam infirmaretur, nunquam senesceret, sed perfecta obedientia, sicut modo per mortem, ita nunc sine morte ad confortium Angelorum transferetur. In quo erat etiam lignum scientiae boni & mali, per quod homo debuit experiri bonum, si de eo non comederet, malum si comederet. In hoc itaque loco posuit Deus hominem quem fecerat, lignum scilicet boni & mali illi tantummodo interdicens. Deinde cunctis animantibus ad Adam ad ductis: & omnibus ab eo nominibus impositis, fecit Deus Euam quem dedit viro, de quo facta est sociam. *Vidit que Deus cuncta quae fecerat et erant valde bona, & requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat.*

Quid sit Paradysus?

De ligno vitae.

De quattuor operibus Dei. Cap. VIII.

Ioan. 9. Quid sit. Deum requieuisse. De operibus Dei.

SED quid est quod hic dicitur Deus ab omni opere requieuisse, cum Christus in euangelio dicat, *Pater meus usque modo operatur & ego operor.* Sciendum est itaque quod operatio Dei quadrisariam discernitur. Primum opus Dei est conditionis. Secundum opus dispositionis. Tertium opus propagationis. Quartum opus gubernationis. Primum fecit Deus ante omnem diem. Secundum in sex diebus, & ab eo requieuit in septimo die. Tertium a principio vsque ad finem saeculi facit. Quartum vero in aeternum facere non cessabit. Taliter accedit sacra scriptura per opus conditionis ad materiam suam, id est ad opus restorationis, de qua tripliciter tractat sicut supra dictum est, secundum historiam, secundum allegoriam, secundum tropologiam. Sed priusquam narrationem historicam ingrediamur, oportet vt de situ terrarum nonnulla dicamus. Primum namque summam historiae, non solum

diuinae, sed & mundanae perstringere proponimus, ac deinceps mysteria allegorice, & tropologiae pro posse nostro declarabimus.

De duobus Testamentis. Cap. IX.

OMNIS diuina scriptura in duobus testamentis continetur, veteri videlicet & nouo. Vtrumque testamentum, tribus ordinibus distinguitur. Vetus testamentum continet legem, & prophetas, & Agyographos. Nouum autem euangelia, apostolos, patres. Primum ordo veteris testamenti, id est, lex quam Hebraei Torath nominant, Pentateuchon, id est, quinque libros Moysi continet. In hoc ordine primus est Breuissimus, id est, Genesis. Secundus Ellemoth. i. Exodus. Tertius Vagerra, qui est Leuiticus. Quartus Vagedaber, qui est Numeri. Quintus Adaberim, qui est Deuteronomium. Secundus ordo est Prophetarum, hic continet octo volumina. Primum Iosue Bennum, i. filium Num, qui & Iosue, & Iesus naue, & Iesus nicipatur. Secundum Sophim, qui est liber iudicum. Tertium Samuel, qui est primus, & secundus Regum. Quartum Malachim, qui est Tertius, & Quartus Regum. Quintum Isaiam. Sextum Hieremiam. Septimum Iezechiel. Octauum Thareastru, qui est liber duodecim Prophetarum. Tertius est Agyographorum, hic continet nouem libros. Primum est Iob. Secundum Psalterium. Tertium Masloth, qui Graece Parabolae, Latine prouerbia sonat. Quartum Choeleth, qui est ecclesiastes. Quintus Syrasim, i. cantica canticorum. Sextus Daniel. Septimus Dabremiamin, qui est Paralipomenon. Octauus Eldras. Nonus Hester. Omnes sunt numero. XXXII. Sunt praeterea & alij libri vt sapientia Salomonis. Liber Iesu filij Sirach, & Liber Iudith, & Tobias, & liber Machabeorum, qui leguntur quidem, sed non scribuntur in canone. His Libris XXXII. veteris testamenti octo adduntur noui. In primo ordine noui testamenti, sunt quattuor euangelia. Mattheus. Marchus, Lucas, Iohannes, in secundo similiter quattuor, actus apostolorum, Epistola Pauli numero quattuordecim sub vno volumine, canonicae Epistolae, Apocalipsis. In tertio ordine primum locum obtinent decreta, quae canones appellamus. Deinde sanctorum patrum scripta, id est Hieronymi, Augustini, Gregorij, & aliorum, quae infinita sunt. Hic tamen scripta patrum in textu diuinarum scripturarum non computantur, quemadmodum in veteri testamento vt diximus quidam libri sunt, qui non scribuntur in canone, & tamen leguntur, vt sapientia Salomonis &c. Textus igitur diuinarum scripturarum quasi totum corpus, principaliter. XXX. libris continetur. Horum. XXII. sicut supra dictum est in veteri testamento, & octo continentur in nouo.

Vnde

*Vnde dicitur testamentum. Cap. X.*

**T**estamentum dicitur sacra scriptura, humana consuetudine dante occasione. Antiquitus enim qui carebant liberis, adoptabant liberos, & cum constituebant illos hæredes vocabant testes, & scribebant Cyrographum, non tamen ita ratum quin posset mutari viuente testatore. Similiter Deus vnum filium habens ex natura, multos voluit adoptare ex gratia, & primitus vnum elegit Abraham, cui præcepit exire de cognatione sua, & promisit ei terram palestinam. Post hæc eductis filijs Israel de Egypto, eandem repromisit, & ne dubitarent fecit testamentum in certitudinem promissæ hereditatis, scilicet legem quæ per Moysen data est. Sed quia Deus non poterat mori, & testamentum morte testatoris confirmandum erat, interfectus est pro eo Agnus Mysticus, cuius sanguine resperfus est liber, & totus populus in confirmationem promissæ hereditatis. Eodem modo dominus Iesus Christus vocans ad æternam hereditatem non vnum hominem sed omnes gentes, fecit testamentum scilicet Euangelium. In cuius confirmationem non agnus ille antiquus occiditur, sed ipse quia homo erat, & mori potuit, mortem subiit, & sicut Deus ad vetus testamentum dandum vocauit testes Aaron scilicet & Mariam sororem eius, & Videtur, ita Christus quæ maiora promisit plures vocauit testes videlicet Apostolos, & martyres. Vetus dicitur testamentum primum, quia prius datum est, vel quia de rebus veterascensibus institutum est. Nouum dicitur quia de immutabilibus & semper nouis loquitur.

### LIBER TERTIVS.

*De tribus partibus mundi. Cap. I.*

**R**es sunt partes mundi. Asia, Europa. Africa, quarum Asia medietatem terræ quæ est ad Orientem tenet. Alia duæ illam quæ est ad Occidentem, & mari magno ab iniuicem diuiduntur.

*De Asia & partibus eius. Cap. II.*

**H**abet Asia prouincias multas, & regiones, quarum nomina breuiter & situs expeditim sumpto initio a paradiso, Paradisus est locus in orientis partibus, omni genere ligni & promiferarum arborum confitus. Habet lignum vitæ, non ibi frigus, non æstus, sed perpetua aeris temperies, habet fontem qui in quatuor flumina diuiditur. Paradisus Græcæ, Hebraicæ dicitur Eden. quod vtrumque iunctum in nostra lingua dicitur locus deliciarum. India Asia regio est, inter Oceanum & Indum flumini, & ab Indo fluuijo nomē trahit, hæt gentes mul-

tas & oppida. Insulam Taprobanam gemmis & Elephantibus refertam, Crisam, & Argiram, auro & argēto fœcundas, bis metit in anno, gignit tincti coloris homines. Elephātos ingentes, Menero bestiam, Pistacum auem, ebentum lignum, Cinnamomum, piper, & Calamum Aromaticum. Mittit Ebur, Berillos, Crisoprasos, Adamantes, Nera. Lignetes, carbunculos. Margaritas, vniones quibus nobilium feminarum ardet ambitio. Hæt & montes aureos quos adiri propter dracones, & Tygres, & Grifēs, & vniuersorum hostium genera, impossibile est. Inter indum & Tygrum flumina sunt Aracusia, Parthia, Assiria, Media, Persis, Aracusia ab oppido suo nomē accepit. Pyrti a Parthi a Scitia egressi occupauerunt, eamque de suo nomine Parthyem vocauerunt. Assiria ab Assur filio Sem est vocata, qui illam post diluuium primus incoluit. In hac inuentus est vsus purpuræ, inde odores crinium & corporum vnguenta venerunt. Media & Persis, & a Medio & Perseo regibus sunt nominatæ. In media arbor inuenitur, quam alia regio non habet, Perseignem colunt, & Idromantiam dicitur inuenisse. Inter tigrim & Eufraten flumina sunt in Mesopotamia, Chaldea, Arabia, Mesopotamia Græca, Ethimologia dicitur quod duobus fluuijs ambiatur Tygri & Eufrate. Arabia appellat, id est sacra eo quod sit regio Thaurifera. Hæc dicitur Saba, a Sabba filio Chus. Inuenitur in ea arbor Thus, Mirra, Cynamomum, Auis, Phœnix, Sardonius, Gemma. Inter Eufraten & mare Mediterraneum sunt Syria, Fenicia, & Palestina, quæ continet Iudæam, & Samariam, & Galileam. Syria Syrus quidam nomine, a quo fertur vocabulo nuncupasse. Inuenitur in ea Lapis Sircus, qui integer dicitur fluctuare, comminutus Mergis, fanicia, Fenix qui in ea regnavit nomen dedit. In ea est Tyrus, Palestina a Philistin sua Metropoli nominatur. Iudæa a Iuda. Hæc est Chanaan dicitur, a Chanaan filio Cham. In medio Iudææ est Hierusalem quæ est umbilicus totius terre, variariū opum diues, frugibus fertilis, aquis illustris, opima Balsamis, Samaria ab oppido quo Samaria dicitur nomen habet. Galilea dicitur quod candidos homines gignat, terra frugibus satis fœcunda. In latere, Asyæ ad Aquilonem ab Oceano Orientali Occidentem versus porrigitur Scythia. Hæc vndique motibus clauditur. In eius extremitate ad Orientem sunt Seres inuenitur in ea Smaragdus optimus, & cristallus purissimus. Sub Scythia a mari Caspio vsque ad Eufinum vel Hellepontum, & fluuium Thanaim sunt Amazonia, Albania, Hyrcania, Bactria, Hysberia, Armenia, Capadocia, Colcos Asyæ minor, Scilitia, Amazonia dicitur eo quod in ea fœminæ regnent, quæ ne impediatur ad sagittandum puellis suis dextram Mammillam adimunt, Albania ab Albedine populi, Huius terræ canes ingentes tantæ feritatis sunt, vt tauros premant. Hyrcania ab Hyrcana Silua, copiosa Feris, Tygribus, Panteris, & pardis. Bactria Bactrus

Bactrus amnis nomen dedit. Hæc camelos habet pedes nunquam atterentes. Armenia ab Armeno quodam nomen trahit. In eius montibus post diluuium Arca quieuit. Capadociam vrbis propria nominauit, terra ante alias nutrit equorum. Asia minor habet prouincias Bithiniam, Phrigiam, Galatiam, Lidiam, Cariam, Pamphylia, Yauriam, & Liciam. Cilicia a Silice quodam nomen habet. Habet Metropolim Tharsum. In latere Australi Asyæ porrigitur mare rubrum, ab Oceano Orientali Occidentem versus, vsque ad confinia Arabiæ & Palestinæ. Inter mare rubrum & Oceanum Australem, ad Orientem supra est Aethyopia superior, quæ ab occidentem montibus Aethiopicis per transuersum clauditur. Sub Aethyopia sunt Aegyptus inferior Libia superior. Aegyptus est Regio imbribus in lueta. Habet Ibicem bestiam, Pellicanum auem.

*De Africa & partibus eius. Cap. III.*

**A**fricæ regiones ab Oriente ad Occidentem porrigitur sic Aethyopes, Nadabares. Garamates, Libia Cirencensis, Tripolitana, Futenis, Zeugis, Getulia, Numidia, Tingitana, Mauritania, Syrtis autem a mari mediterraneo exeunt vsque ad oceanum Atlanticum in obliquum ductum porrecte diuidunt Zeugim, Numidiam & Mauritaniam a desertis Africæ quæ vltia sūt, Aethyopes Nadabares a Nadaber loco vocantur. Garamantes quoque a Garamanto oppido nominantur. Libia Cirencensis a Cirene ciuitate dicitur. Tripolitana quoque a tribus ciuitatibus suis: Futenis quoque a Futhi putatur cognominata, Porro in Zeugis est Carthago, Getulia vt fertur piscatores non habet. Numidia ab incolis passim vagantibus nomen trahit. Nā lingua eorum, Numidiæ incertæ sed des vocantur. Tingitana a Tingi Metropoli nomen habet. Mauritania, a Mauron quod est nigrum nominatur.

*De Europa & partibus eius. Cap. IIII.*

**H**æc sunt regiones Europæ vel gentes, a fluuijo Tanai secus littus oceanum ad Occidentem porrectæ. Scythæ inferiores, Daci, Gothi, Alani, Gepidi, Rugi, Burgati, Hunni vel Hugiari, Nores, Sclau, Germania, Alemaniam, Gallia Aquitania, Hispania. Germania dicitur eo quod propter fecunditatem gignendorum populorum. Gignit aues ercicias: quarum pennæ nocte lucent, infinitas feras, cristallum lapidem. Alemaniam gleba vberi ad vsum animalium est apta. Gallia a candore populi nuncupata est. Hanc ab Oriente iuga alpium tuentur, ab Occidente oceanus includit, a meridie prærupta Pyrenæi, a Septentrione Rheni fluenta atque Germania. Aquitania ab obliquis aquis Ligeris nomē habet. Hispania ab hybero flumine prius Hyberia, deinde ab Hypalio rege Hispania di-

cta est, terra omnium frugum generibus ditissima, gemmarum metallorum copijs plena. Inter Danubium & mare mediterraneum sub Euxino & Helleponto sunt Messia, Hythira, Tracia, Macedonia, & sub Macedonia ab Aquilone ad Austrum Arcadia, Hellada, Thessalia, Achaia. Messia dicitur a Messium prouentum. Histria ab Hystro, id est Danubio Terra est Tyras filius Iaphet nomen dedit se perhibetur. Macedonia a Macedone dicitur patria Alexandri Magni. Arcadia olim Siconia vocabatur, habet Albesto lapidem qui se mel accensus nunquam extinguit. Habet & candidas merulas Hellada ab Hellano rege dicitur. In hac fuit Athenarum ciuitas philosophorum nutrit. Thessalia a Thessalo rege dicitur. In hac inuentus est vsus domandorum equorum, Achaia ab Acheo rege. Huius Metropolis est Corinthus. Post transmissio, inu Dalmatico inter Alpes & mare mediterraneum sunt, Capania, Apulia, Tuscilia, Calabria, Italia, quæ & Latium, Liguria, Umbria. Porro Umbria Italia ab Italo rege vocata est, terra in rebus omnibus pulcherrima, soli fertilitate, soli vbertate gratissima. Gignit gemmas, fercicem, ligurium, oraulum, boam serpentem, linetum, feram Diomedias aues. Inter Alpes Cotias & montem Appenninum est Logobardia, Valeria. Inter Thirrenum sinum & montes Pyrenæos est Prouincia.

*De Montibus. Cap. V.*

**S**upra oceanum in parte Australi est Calilargamera ad Aquilonem Samara. In Scythia i mauris, Caucasus, Parapatifades, Taurus, Osco bares, parta, memarmoli, ariobartanes, acceranus, caucasus. In Armenia parcoatras. In Cilicia Taurus. In Borea Riphei montes. In Phenicia, Libanus. In Arabia Nifens. In deserto Arabie mons Phaga, mons Scorpion, mons Syna, mons Hor, mons Abarin. In Iudæa mons Seyer. In Iudæa mons Hermon, Carmel, mons Gelboæ. In Thessalia Olympus, Pindus, Ossa. In Phocida Parnassus. In Macedonia Athos. In Sicilia Ethna. In Italia Appenninus, Alpes. Inter Galliam, & Italiam Licabantur. Inter Aquitaniam & Hispaniam Pyrenæus. In Hispania Solurius Calpes. In Africa Athlas.

*De fluminibus. Cap. VI.*

**G**anges est in India. Indus ab occidentem eius in Burgudiam Araris. Bactrus in Bactria. Tygris inter Assyriam & Mesopotamiam & Syriam. Nilus in Aegypto. Iordanis in Iudæa. Cignus in Cilicia. Araxes in Armenia. Thanais in inferiori Scythia. Pactolus & Herinus, & Meader in minori Asia. Hebrus in Thracia, & Eurotas in Thessalia. Inacus in Achaia, Padus, & Tyberis in Italia. Danubius & Rhenus in Germania. Rhodanus, Araris, Mosia, Sequana, Ligeris in Gallia. Hyberus in Hispania. Mineus in Gallia. Tagus & Bagna in Carthagine.



**I**N Oceano Orientali ab Austro ad Aquilonem sunt Taprobana, Tila, Argira, Crifu. In Oceano Septentrionali ab Oriente ad Occidentē, Insula Phanciorum, Albatia, Hiperborea, Apolitana, Gangania, Glosaria, Noumania, Orcades, Tile, Scotia, Britannia, Hybernia. In Oceano Occidentali fortunata, Hesperidum, Corgades. In Oceano Australi Gauleū Ictiophagorū, Adamus, Coneus, Malicus. In eo mari quod diuidit Europam & Africam ab Occidente ad Orientem sunt Gades, Balcares, Strigades, Sardinia, Corsica, Sicilia, Cephalina. In mari magno sunt Cyclades, Rhodos, Tenedos, Carpedos, Cithera. Deinde Cyprus. Sydon. Creta, in mari Sryico est Patmos.

De ciuitatibus. Cap. VIII.

**B**Abylō est in Caldea. Nynite in Affria, Nisus in India. Media in Media. Persipolis & Susis in Perside. Hiētesiphō in Parthia. In Melotamia Carra. Edlesse. Calanne. hęc Seleucia. Philadelphia. In Scythia Qrto, Gorra, Samarcā. Aripri. In Syria Antiochia, Damascus, Seleucia. In Phenicia Tirus & Sydon. In Cilicia Tharsus. In Asia minori Nichomedia, Nicea, Caledonia, Sardis, Ilium, Ephesus, Pergamus, Tyatire. In Samaria Bethuuen, Samaria Cefarea. In Galilea Nazareth; Corozaim, Betfaida, Tiberias, Cana, Capharnaū, Nahim. In Iudaea Hierusalem, Bethleem, Hierico, & Ebron. In Tracia Constantinopolis, Panisus, Nicopolis. In Macedonia Philippis, Sestos. In Aegypto Thebe, idest Taphnes, Memphis, Elyopolis, Pelusium, Alexandria. In Libia Cyrenensi, Cyrene, Parthemium, Beronice, Apollonia, Ptolomais, Adrumentum. In Italia, Roma Alba, Capua, Beneuentum, Sepontus, Neapolis, Tybur, Hostia Lunis. In Longobardia Mediolanum, Papija, Brixia, Verona, Rauēna, Mantua, Cremona. In Valeria, Aquilicia. In Calabria Tarentum. Istę sunt ciuitates Cisalpinę, Colonia, Mangonciacum, Salzburch; Ratisbona, Herbipolis, Argentina, Basila, Treueris, Senones, Vefontiu, Lugdunū, Rothomagus, Rhemis, Arclatū, Marna, Tarentasia, Ebredunum, Bituris, Turonis, Burdegala, Tholosa, Narbona. In Hispania sūt Pampilo, Ofca, Barcelona, Terracona, Tortosa, Carthago, Hyppius, Megala, Cefarea, Leptis, Bifantium, Disphea. Duodecim Alexandria, Alexandria Bucephala, Alexandria Montuosa, Alexandria apud Porum, Alexandria in Scythia, Alexandria apud Babilonem, Alexandria in Aegypto, Alexandria apud Massagetas, Alexandria apud Orgalas, Alexandria apud Granicu, Alexandria apud Troadem, Alexandria iuxta Tigrim, Alexandria apud Sanctum. His igitur de situ terrarum breuiter expeditis, ad sequentia tranfcamus.

Per que sequens narratio currat. Cap. I.



**S**Ane sciendum est quia tota ista series & porrectio temporis diuidenda est in duos status veterem & nouum, & tria tempora, naturalis legis, & scriptę, & gratię, & sex etates, quarum prima est ab Adam vsque ad Noe. Secunda a Noe vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid. Quarta a Dauid vsque ad transmigrationem Babilonis. Quinta a transmigratione Babilonis vsque ad aduentū Christi. Sexta ab aduentū Christi vsq; ad finē mundi. Item quinque præcedentes etates ab Adam vsque ad Christum per quatuor successiones diuiduntur. Prima successio Patriarcharum facit ab Adam vsque ad Moysen. Secunda iudicium, a Moysē vsque ad Dauid. Tertia regum, a Dauid vsque ad transmigrationem Babilonis. Quarta sacerdotum, a transmigratione Babilonis vsque ad Christum. Igitur per istarum quatuor successionum viros eximios ab Adam vsque ad Christum sermonem extendo, deinde ab aduentu Christi vsque ad tempora nostra, primum per Imperatores Romanorum, deinde per reges Francorum narrationem deduco.

Patriarcha. Cap. II.

**A**Dam, Seth, Enos, Caynam, Malalecl, Iare, Enoch, Mathusalem, Lameth, Noe, Sem, Arphaxat, Sale, Heber, Faloc, Ren, Saruch, Nachor, Thare, Abraham, Isaac, Iacob, Leui, Caath, Amram.

Iudices. Cap. III.

**M**Oyses, Iosue, Othoniel, Aioth, Delbora, Gedeon, Abimelech, Cola, Thair, Iepte, Abessam, Athialon, Lapdon, Samson, Hely, Samuel.

Reges. Cap. IIII.

**S**Aul, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosaphat, Iorā, Azarias, Athalia, Ioas, Amasias, Ozias, Ioathas, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Iofias, Ioachath, Ioachim, Ioachim, Sedechias.

Pontifices. Cap. V.

**I**esus, Ioachim, Eliasib, Iudas, Ioannes, Symon iustus, Eleazarus, Manasses, Onias, qui & Menclaus, Alchimus, Iudas, Ionathas, Symon, Ioānes, Aristobolus, Alexander, Alexandria, Hircanus.

Hystoria ab Adam vsque ad Moysen. Cap. VI.

**P**arentes itaque primi præceptum obedientię transgressi de paradiso sunt eieciti, & in miseram huius mundi proiecti. Cognouitq; Adam

**A**dam vxorem suam, & genuit Caym, cuius posterii homines sunt vocati. Genuit Abel, quem Caym interfecit. Genuit & Seth, quem dominus Deus dedit pro Abel, cuius posterii filij Dei sunt vocati. Porro Seth genuit Enos, & Enos genuit Caynam, & Cayna genuit Malalecl Malaleel genuit Iareth, & Iareth genuit Enoch qui translatus est, & Enoch, genuit Mathusalē, & Mathusalem genuit Lamech, & Lamech genuit Noe. His diebus Gygantes erant in terra, & omnis caro corruerat viam suam. Nam filij Dei idest illi qui erant de stirpe Seth, videntes filias hominum qui erant de genere Cayn quę essent pulchrę, miscentes sanctum cū profano, duxerunt eas vxores. Vnde iratus Deus, dixit quod deleret hominem, & omnem animam viuentem quam fecerat, propter hominē aquis Diluuij. Et inuenit gratiam Noe coram domino & iussu Dei fecit sibi Arcam in qua saluaretur ipse, & vxor eius, & tres filij eius, & vxores filiorum eius, & de animantibus mundis septena & septena, de immundis vero bina & bina. Igitur aquis Diluuij deleti est omnis anima visens, exceptis his qui fuerunt in Arca. Peracto Diluuio egressus est Noe de Arca cum omnibus filiis Noe, Sem, Cham, & Iaphet. Ab his disseminatum est omne genus humanum post diluuium super terram. Sed antequam posterii eorum diuiderentur ab inuicem, inchoata est ab eis turris Babilonis, vbi confusum est labium eorum. Postquam autem diuisi sunt: filij Sem Meridianā partem Asię, ab orta solis vsq; ad Phenices possederunt. Posterii Cham Meridianam partem, a Sydōne vsque ad Gaditanum fretam. Filij Iaphet Septentrionalem partem Asię a monte Tauro, & omnem Europam vsque ad Oceanum Britannicam, nominā sua decem locis & gentibus relinquentes. De quibus adhuc quedam permanent v̄ ab Elā Elamite, ab Assur Assyrij: quędā vero mutata sunt, vt ab Indo fluiuo Indi, ab Aegypto rege Aegyptij, Sem autem genuit Arphaxat, Arphaxat genuit Sale, & Sale genuit Heber, a quo Hæbraei sunt vocati, in cuius familia primordia his illa, & cunctis communis lingua quę Hæbraea dicitur post confusionem remansit linguarum, Heber genuit Falech, in cuius tempore turris quę dicitur Babel edificatur, Falech genuit Ragau, Dij primum odorantur. Ragan genuit Saruch, & Saruch genuit Nachor, & Nachor genuit Thare, & Thare genuit Abraham, Zoroastes magicam reperit. Hunc Abraham cum iam cultus Idolorum serueret vbique, Deus de Caldea eduxit, & in terram Chanaan induxit, & ei quod eam semini suo daret promisit. Orta fame peregrinatus est Abraham in Aegyptū, & inde locupletatus est reuersus. Denique præceptum diuinitus accepit: vt se cum sua sobole circumcideret. Abraham genuit Isaac, qui duxit vxorem Rebeccā de qua genuit Iacob & Esau. Postquam autem Iacob edulia lentis primoge-

**A**nita fratris sui obtinuit, & eum de benedictione patris supplantauit, ad Labam auunculum suum perrexit, & pro seruicio suo filias eius vxores accepit, & ex eis & ancillis earum, xij. Patriarchas procreauit. Mulumque locupletatus in patriam reuersus patrem suum cum Esau fratre sepeliuit. Deinde Ioseph a fratribus in Aegyptum est venditus, & ibi miro Dei nutu sublimatus, eumque pater suus cum omni domo sua est secutus.

Hystoria a Moise vsque ad Iosue. Cap. VII.

**M**ortuo autem Iacob, & Ioseph mortuo, multiplicati sunt filij Israel nimis, & surrexit alius rex in Aegypto qui ignorauit Ioseph, & cepit affligere filios Israel in ædificatione Vrbiū Phyton & Rameses. Vidit autē Deus laborem eorum, & clamorem exaudiuit, & misit Moysen & Aaron, & eduxit eos de terra Aegypti, decem plagis Aegypto flagellata.

*Prima rubens vndat, tabes, ranęq; secunda. Inde culex tristis: post musca notuior istis. Quinta pecus strauit, vesicas sexta creauit. Pone subit grando, pro brucus dente nefido.*

*Nonā regit solē primāneat vltima prolē.*

**S**ed quia scriptura a Moysē & deinceps, rerum summam non secundum patriarcharum generationem, sed secundum principium narrat successionem, generationem ipsius Moysi a Iacob ponemus, & sic deinde sub ipso, & sub sequentibus se Ducibus gesta summo tenus comprehendemus. Iacob itaq; genuit Leui, & Leui genuit Caath, & Caath genuit Amram, & Amram genuit Moysen. Sub istius ducatu fecit Deus multa magnalia in Aegypto, in mari rubro, in deserto: Aegyptum namque suprädictis plagis flagellauit, mare rubrum coram filiis Israel diuisit. In deserto aquas amaras dulcorauit, & Manna de cœlo pluit, qua filios Israel. xl. annis pauit, aquam de petra produxit, populum Amalech superauit, legem in monte Oreb dedit, & Tabernaculum feederis & Arcam testimonij fieri, & Aaron & filios eius in sacerdotium & clerum sibi consecrari iussit. His itaq; tractis, cum filij Israel Moysē duce colūna præcedente de monte recessissent, denuo dominus eorum eos contumacem carnibus satiauit. Datam, & Abyron contra Moysen contententes terra eos deglutiente damnauit, & virgam Aaron contra naturam frondere, florere, fructificare fecit, filios Israel murmurantes ignis celestis conflagratione puniuit, & ignitos serpentes eis inmisit, & eos a læsione eorū conspectu Eenei serpentis sanauit, eos quoque ad reditum xij. exploratorum annis xl. murmurantes in deserto detinuit. In quibus annis omnes illi murmuratores & increduli mortui sunt, ceteri filij eorum iterum creuerunt, qui postea terram promissionis possederunt, regem Basan, & Scon regē Amorreorum militatibus filijs Israel dominus deleuit.

Filij Dei quinam sint & qui filij hominū.

De tribu rēponibus & sex gratibus.

leuit, & Balach & populum eius stravit. Mortuus est autem Aaron in deserto, & sepultus in monte Or. Completis quoque annis xl. mortuus est Moyses in monte Abarim iubente domino, & successit ei Iosue filius Num.

*Historia à Iosue vsque ad Saul. Cap. VIII.*

**I**osue populum Dei in terram permissionis induxit, & gentes Chananeorum, & reges xxx. & unum in terra illa interfecit, & terram victori populo diuisit. Iosue successit Othoniel. Hic liberavit Israel de manu Cusanathim regis Mesopotamiae, & quicuit terra xl. annis. Post hunc fuit Aior de stirpe gemini, qui utraque manu utebatur pro dextera. Hic liberavit Israel de manu Eglon regis Moab. Cum enim ferret munera populi Israel regi Eglon cui tunc populus ille seruebat (socijs cum reueteretur dimissis) reuersus ad Eglon secreto eum interfecit, & congregato populo suo Moab expugnauit, & Israel liberavit. Post cuius mortem Delbora cum Baruch perrexit ad pugnam contra Syfaram principem Labin regis Afor, & perterruit dñs Syfarā corā Barach, & desiliuit de curru suo, & fugiens peruenit ad tentorium Iabel, vxoris Abel Cinci, quae cum operuisset eum pallio, tulit clauum, & defixit in eius tēpora, & mortuus est. Post Delbora surrexit Gedeon, qui liberavit Israel de manu Madian, & percussit Oreb, & Zeb, & Zebea, & Salmana. Proinde mortuo Gedeone, Abimelech quem pepererat ei concubina sua de Sichen, interfecit oēs fratres suos. lxx. viros, excepto minimo Ionatha qui euasit. Constitueruntque viri Sichē Principē Abimelech. Post hanc misit dñs spm̄ pessimū inter Abimelech & viros Sicheim, & ipse multos ex illis interfecit, & tandem fragmine mole quod iecit mulier super caput eius excerebratus interiit. Post hunc surrexit Fola, & post Fola Iair, & post Iair Iepte. Denique Iepte liberavit Israel de manu filiorū Ammon. Cūque iret ad bellū, vouit dño qđ ei imolaret quid sibi primū reuerenti occurreret, si victoriam obtineret. Reuertentique occurrit vnica filia sua, qui immolauit eā, & votum quod stultē fecerat, stultius impleuit. Post Iepte fuit Abeffan & post hunc Achialō, & post hunc Lapdon, & post hunc Samfon. Hic Leonem interfecit, vxorem de thannata accepit. Segetes Philistinorum caudis vulpiū iunctis, facibus accensis succendit. Milie viros mandibula Astini stravit, portas Gazi super montem portauit. Tandem aut Dalide mulieri qđ in capillis tantam fortitudinē haberet aperuit, & ipsa rasis capillis eius, Philisteis eum tradidit, qui eruentes oculos eius molere eum fecerunt. Cūq; creuissent capilli eius, & coram Philisteis conuiuia celebrantibus luderet, concussis columnis domus eos qui in ea erāt occidit, & ipse occubuit. Sāfon successit Heli. Samuel propheta claruit, Arca capitur Ophni & Phinees sacerdotes occi-

duntur. Deniq; Heli audito qđ capta esset Arca domini: cecidit retro de sella, & fractis cervicibus mortuus est. Et percussit dominus Philisteos in secretiori parte natiū, & nascebantur mures. Qua plaga coacti, remiserunt Arcam Dei. Heli successit Samuel.

*Historia à Saul vsq; ad Ezechiam. Cap. IX.*

**C**um autem senuisset Samuel, pertierunt filij Israel regem, quod domino displicuit. Dedit eis tamen regem Saul filium Cis, qui bonum habens initium defendit Israel, sed finem malū habuit, quia dño in bello quod fecit contra Amalech inobediens fuit. Reprobatus itaq; a spiritu malo vexabatur. Vinctus est autem Dauid pro eo in regem. Post hanc ductus est Dauid in domū Saul, & quando cūq; arripiebat spiritus dñi malus Saul, psallebat Dauid cythara, & leuius habebat. Postquam Dauid percussit Philisteum, amouit eum Saul a se, & fecit eum tribunum super mille viros. Ionathas vero filius Saul dilexit Dauid quasi animam suam. Cūq; Saul Dauid suspectum haberet de regno, tetendit ei multas insidias vt interficeret. Denique Dauid fugit ad Achis regem Geth. Mortuo autem Saul ascendit Dauid in Hebron, & regnauit ibi super tribum Iuda. Deinde post mortem Abner regnauit super oēm Israel. Gad, Natāā, & Alaph prophetauerunt. Porro tempore quo regnauit Dauid quadraginta anni sunt, post Dauid regnauit Salomon filius eius. Hic edificauit templum dñi, qui bonum quidē initium, sed finem habuit non bonum, quia Deos coluit alienos. Vnde iratus dñs scidit regnum de manu filij eius Roboam, & tradidit illud seruo eius Ieroboam. Cum enim postularet populus vt eis alleuiaret iugum patris sui. Rūdit ei durē. Constitueruntq; decem Tribus regem sibi Ieroboam filium Nabath. Porro Ieroboam populum idolorum cultu contaminauit. Cucurrit autē regnū Israel per annos, ccc. & xl. & per reges decē & nouē, quorū ista sunt nomina. Ieroboam. Ionadab. Baasa. Ela. Zambri. Amri. Achab. Ochozias. Ioram. Ioatha. Ioas. Ieroboam. Zacharias. Solum. Manahen. Faceia. Facez. Osee. In diebus Osee regis Israel, & in diebus Ezechie regis Iuda transfuit Salmanasar rex Assyriorum decem tribus, & posuit in vrbibus, medorum, & introduxit Cuseos in Samariam. Isti sunt Samaritani quibus non contebantur Iudaei. Igitur post Salomonem regnauit in Iudea Roboam, & post Roboam Abia. Hic ambulauit in peccatis patris sui, post Abiam regnauit Asa. Cor autem Asa erat rectum cum Deo, & bellū habuit cum Baasa rege Israel. Quo mortuo regnauit Iosaphat. Hic fecit quod rectum fuit corā dño, & perrexit ad bellum cum Achab contra regem Sirie. His diebus prophetauit Helias. Post Iosaphat regnauit Ioram, ambulauitque in vijs regum Israel. In diebus eius recessit Edō, ne esset sub Iuda. Tunc recessit & Lobna, & dormiuit Ioram cum partibus suis, & regnauit Azarias

rias filius Athalie pro eo. Descendit aut Azarias ad dñs, quod locutus est super Iudam. Iosias deniq; congregatus cum Necho rege Aegypti, occisus est in campo macedo, & regnauit Ioachat tribus mensibus. Quibus vix expletis, memoratus Necho cepit eum & duxit in Aegyptum, & constituit regem pro eo Eliachim filium Iotiae quē vocauit Ioachim. Condemnauit ēt Iudam centū talentis argenti, & talento auri. Anno quoque Ioachim nono venit Nabuchodonosor in Hierusalem, & exegit ab eo tributum quod Aegyptio regi soluere solebat. Quod ille tribus annis reddere non erubuit. Tertio anno audiens Aegyptios contra Babyloniam dimicaturus, soluere distulit. Vnde sicut rebellem eum Nabuchodonosor interfecit, & tria millia virorum de Iuda captiuos duxit, & constituit pro eo regem Ioachim, qui Iechonias nominatur. Quem Iechoniam non multis interiectis diebus obsedit, & venientem sibi obuiam cum matre & quibusdam de populo cepit, & in Babylonem duxit, & constituit pro eo Sedechiam patrum eius. Sed & hic Sedechias non multo post contra Nabuchodonosor rebellare cepit, & tunc secundo reuersus Nabuchodonosor duxit eum in Babyloniam captiuum, & murum ciuitatis euerit & templum exussit, & vasa sancta asportauit, & posuit in templo dei sui. Vixitque Nabuchodonosor post euerionem templi. XXV. annis & hoc decedente, regnauit Euilmerodach, & post hunc Balthasar. Quo regnante completi sunt anni. LXX. quibus prophetauerat Hieremias Iudaeorum captiuitatem esse soluendam. Igitur his diebus Cyrus Babyloniam expugnauit, & Iudaeorum captiuitatem relaxauit, sicut scriptum est in libro Esdrae prophete, in anno primo Cyri regis Persarum, & transtulit vocem in vniuerso regno suo etiam per scripturam dicens. Omnia regna mundi dedit mihi Deus caeli, & ipse praecipit mihi vt edificarem ei domum in Hierusalem. Quis in vobis est de vniuerso populo eius? Sit dominus Deus eius cū eo, & ascendat.

*Historia ab Ezechia vsque ad reditum de Babylonia. Cap. X.*

**I**n diebus Ezechiae conatus est Sennacherib transferre Iudā, sed non permisit eum dñs. Percussit aut in castris assyriorum. 100. octoginta quinq; milia virorum. Post hanc interfecerunt Sennacherib filij sui in templo Dei sui. Post Ezechiam regnauit Manasses filius eius, fecitq; malū iuxta ritū gentiū, & adorauit oēm militiā caeli, & transtulit filium suū per ignem, & fecit malum super oēs reges qui fuerūt ante eū in Hierusalē. Locutusq; est dñs per manū seruorū suorū prophetarum dicens. *Quia fecit Manasses abominaciones istas, delebo Hierusalem, & tradā eam in manus inimicorū eius.* Mortuo Manasse, regnauit Amō filius eius pro eo. Hic ambulauit in via patris sui, & interfecerūt eū serui sui, regnauitq; Iosias pro eo. Ambulauit Iosias in via Dauid patris sui, & non declinauit ab ea ad dexteram vel ad sinistram, & fecit mundari templum, & celebrari Phasā, quale non fuit a diebus Iudicum vsque ad tempus illud. Destruxit quoq; altare qđ fecerat Ieroboam in Bethel, & combussit in eo ossa sacerdotum qđ obtulerant super illud incensum. Verum tamen non est auersus a furore suo

Richardi S. Victoris Pars I.

**C**yrus igitur relaxata Hebraeorum captiuitate, ferme quinquaginta millia hominū regredi in Iudāā permisit. Iosedech quoq; de genere Aaron sacerdotem qui fuit cum patribus abductus redire mandauit, vt ritus veteris solennitatis per assueti sacerdotis scientiam reformaretur. Cuius filius Iesus post eum populum rexit. Itaque per summos sacerdotes post reuersionem de Babylone, rerum summa agebatur. Illi autem qui venerunt de Babylone, statim fundauerunt templum, & fundato templo obtulerunt sacrificium. Steteruntque sacerdotes in ornatu suo, & leuitae, & laudabāt dñm Israel, & facta est laetitia magna ī populo. Mortuo pinde Cyro rege Persarū, obtulerūt Samaritae accusationē aduersus Iudaeos, ad filium ei⁹ qđ Cabises, &

*Historia ab Ezechia vsque ad reditum de Babylonia. Cap. XI.*

**C**yrus igitur relaxata Hebraeorum captiuitate, ferme quinquaginta millia hominū regredi in Iudāā permisit. Iosedech quoq; de genere Aaron sacerdotem qui fuit cum patribus abductus redire mandauit, vt ritus veteris solennitatis per assueti sacerdotis scientiam reformaretur. Cuius filius Iesus post eum populum rexit. Itaque per summos sacerdotes post reuersionem de Babylone, rerum summa agebatur. Illi autem qui venerunt de Babylone, statim fundauerunt templum, & fundato templo obtulerunt sacrificium. Steteruntque sacerdotes in ornatu suo, & leuitae, & laudabāt dñm Israel, & facta est laetitia magna ī populo. Mortuo pinde Cyro rege Persarū, obtulerūt Samaritae accusationē aduersus Iudaeos, ad filium ei⁹ qđ Cabises, &

Y Assue.

Ioan. 2.

Assuerus, & Artaxerxes est notatus. Intermissum A est igitur opus donec consummaret in Dario annus secundus regni eius. Et huius Darij anno scdo obtinente facultate Zorababel Iudaeorum duce completa est edificatio templi, quadragesimo & sexto anno postq̄ cepit edificari. Vñ Iudaei dño in Euagelico sermone dixisse referunt. Quadraginta & sex annis edificatū ē templū illud &c. Dario successit Xerxes filius eius. Cuius regni anno. vij. Esdras scriba legis Dei ascendit de Babylone Aegypti referens ad domū dñi pecunias sacras, argenti talenta, 650. & vasa aurea talentorum. 100. & vasa aurea talentorū. XX. q̄ & cetera lebrauit solennitate scenophegia. Remeanit et Neemias ipsius regis Pincerna d̄ Susis castro: anno eiusdē. XX. q̄ muros ciuitatis edificauit. Praefatus ē Esdras Bibliothecam veteris testamenti post incensam legē a Chalceis diuino afflatus spū reparauit, cuncta legis, ac prophetarū volumina q̄ fuerant a gentibus corrupta corripuit, totumq; vetus testm̄ in xxij. libros constituit, vt tot libri essent in lege, quot habebant & litterae. Neemias quoq; misit nepotes sacerdotiū illorū, q̄ in transmigratione sacrū ignē in puteo sicco tulerant. At illi non inuenerunt ignem, sed aq̄ crassam, q̄ iussit Neemias aspergi super ligna & holocausta: & accensus est ignis ex illa aqua, & mirati sunt oēs. Tabernaculū vero federis, & Arca, & altare incēsi, q̄ Hieremias propheta in morte Abarim abscondit, in eodē monte sunt vsque in p̄ntem diem. Porro Iesu successit Ioachim, & Ioachim Helyasib, & Helyasib Iudas, & Iudas Ioannes, & Ioāni Iaddus. Deniq; Iaddi tēporibus Alexander Magnus regē aggressus Persarū expugnare, mandauit Iaddo vt fidelitatem q̄ Dario regi Persarū fecerat, & eo vsq; seruauerat, ipsi deinceps obseruaret. Rñdit Iaddus Dario fidē se iurasse, & hoc donec ille viueret, nequa q̄ facere possit. Vnde iratus Alexander, cōminatus est qd̄ urbem Hierusalē subuerteret. Ex tūc itaq; Iaddus & conuocato populo & clero intimauit eis rē. Oblatū est sacrificiū, & preces fusa ad dñm. Quibus peractis Pontifex oēs dimisit & ipse solus remansit, statimq; sopore depressus vidit visionē, dictumq; est sibi. Ne timeas Alexandrū, sed indueris veste sacra, & sacerdotes induantur stolis suis, & cum venerit exhibitis, & suscipietis eū cū honore. Nihil. n. mali vobis facturus est Alexander. Interea magnus Alexander Magnis viribus Hierosolymā properabat. Cumq; appropinquaret ciuitati, exiuit Pontifex cum oī populo & clero. Estimabat Alexandrū qd̄ eos statim interficeret, & urbē delecret. Sed cū vidisset summū Pontificē statim illi Deus cor mutauit, & summum Pontificem salutauit: Mirati sunt oēs Alexandri milites vehementer. Cumq; regē de hac re interrogare dubitarent, vnus q̄ illi erat familiariorum, interrogauit eū dicens. Quare rex istū prae oībus salutasti? Rñdit rex. Cū essem adhuc in terra mea, vidi istū in somnis dicentem mihi, qd̄ regnū possem obtinere Persarum. Ideo

cum prae oībus salutauit. Summus itaq; Pontifex cum pompa cleri & frequentia populi regem ad templum deduxit: oblatumque est pro eo sacrificium. Denique recedens Alexander promisit qd̄ locum illū deinceps diligeret, honoraret, & exaltaret. Porro Iaddo successit Onias, & Onias Symon iustus, & Symoni iusto Eleazarus. Iste misit septuaginta interpretes Ptolomēo Philadelpho, qui secundus post Alexandrū regnauit in Aegypto. Eleazarus successit Manassēs, & Manassēs Onias, & Onias Symon, & Symoni Onias. Cui frater eius Iesus, qui & Iason eripere sacerdotium cupiens, cepit Iudaicā legis iura nō in occulto violare, sed palā oībus vidētibus destrueret, quasi sacerdotium qd̄ affectabat cum iure habere non posset, scelere consequi valeret. Ausus est. n. sub ipsa templi arce Gymnasium construire, & optimos quosque ephorū in lupanariis ponere eosq; qui erant Hierosolymis antiochenos scribere, sed hoc impij & non sacerdotis Iasonis nefarium, & inauditum scelus, vltio diuina consecuta est. In leges quippe diuinas impie agere, non cedit impune. Vnde post triennium ipse Iason qui iura violauerat Dei, & proprium germanum vi captiuauerat, iussu regis Antiochi expulsus est in Anamantiidem regionem, & Menelaus quidem de tribu Beniamin sacerdotium obtinuit. Vnde huius Menelai factione Onias pius Pōtifex interemptus est per quendam regis suffectum Andronicum. Inde multo post Mene laus motus est sacerdotio, succedente sibi fratre Lysimacho. Sed cum nec sic desisteret malis, tandem postmodū deiecitur de turri quinquaginta cubitorū infelicem. expirauit asam. Lysimachus quoq; iā multo templi auro exportato, plebeio concursu secus ararium lapidatus interijt. Post hęc Antiochus rex Syria ascendens Hierosolymam intrauit in sanctuariū cum superbia, & tulit altare aureum, & candelabrum, mēsam propositionis, & velum, & cetera templi ornamenta, & abiit. Deinde vero praecipit oībus regni sui gentibus vt esset vnus populus, & prohibuit in templo domini fieri holocausta, & Iudaeos e scis coinquinari immundis.

*Historia a Iuda vsque ad Christum.*  
Cap. XIII.

**I**N diebus illis Iudas Machabaeus secesserat in desertum, & ibi inter feras vitam cum suis agebat, ne particeps esset, conuincationis. Sed quamuis pauci essent qui cum eo erāt, ita tamen duces regis Antiochi bellis contriuerunt, vt & templū qd̄ erat Hierosolymis recuperarēt, leges quae erant abolitae eorum felici pertinacia restituerent. Mortuo deniq; Antiocho regnauit Demetrius, ad quē accessit sceleratissimus Alcimus & cepit regem inflammare aduersus Iudā. Dicebat enim regi. Iudas & qui cū eo sunt bella nuntiant, nec patiūtur regnū esse quietū. Vnde ego fraudatus parentum gloria ( dico autē summo sacerdotio ) veni ad te, primum quidem vtilitati-

bus

bus regis fidem seruans, secundo autem ciuibus A consulens. Tunc misit rex Hierosolymam Nicanorem, vt & Iudam comprehēderet, & Alcimū summum sacerdotem constitueret. Alcimus autem beluae animus gerens, cum venisset Hierosolymam iussit destrui muros domus sancte interioris. Sed horum omnium poenas miser diu vitare non potuit. Subito enim oclusum est os eius & loqui non potuit, sed dissolutus paralisi miserabiliter expirauit. Sicque deficientibus sacerdotibus de genere Aaron, & Iuda Machabeo pro patria legibus decertante, sorte Belli-ca iam defuncto, Ionatha frater eius adeptus est principatum Iudaeorum, simulque sacerdotium. Porro gesta Iudae & fratru eius quia multa sunt valde, & in libris Machabeorum scripta continentur, nolui praesenti breuitati inserere. Ionathae vero Simon frater eius successit. Post Simonem aut peruenit sacerdotium ad Ioannem filium eius, qui aduersus Hyrcanos dimicans Hyrcani nomē accepit. Ioanni Hyrcano successit Aristobolus. Aristobolus aut factus est rex & sacerdos. Et Aristobolo successit rex pariter & sacerdos Alexander. Alexander vero moriens reliquit superstites filios duos: Aristobolum & Hyrcanum. Sed donec adoleuerent pueri, Alexander coniugem suam temperamento regali praefesse voluit, simul arbitram statuens cuiusnam potissimum sacerdotium committeret. Illa Hyrcanum patri in sacerdotio substituit propter senioris aetatis prerogatiuam, Aristobolo fratri nihil publiciorum committens officiorum. Post Alexandrē mortem Aristobolus inuasit regnū, & demū Hyrcanus sacerdotiū ei dimisit. Postea vero idē Hyrcanus Antipatro patre Herodis primū ad Arabiae regem se contulit facti poenitens, ac demum Pompeio Romanorū duci q̄ in Siria Tygranem regē debellaturus aduenerat, quare inoniam detulit. Qua occasione idē Pompeius consul Romanorū urbē Hierosolymā expugnauit, & templum polluit, & Aristobolum Pontificē vitum cū liberis Romā misit. Hyrcani vero pontificatum reliquit, & memoratū Antipatru procuratorem totius regni constituit. Sicq; deinceps gens Iudaeorum tributaria Romano imperio facta est, & ita sicut dictum est, Hyrcanus & Aristobolus fratres inter se dimicantes primi occasionem praebuere Romanis vt Iudae inuaderēt.

*De Herode & genere eius.* Cap. XIII.

**P**raedicti Hyrcani Pontificis tpe, quidam latrūculi a Hierosolymis egressi circa Ascalonē praedas egerunt, vbi inter ceteros captiuos Antipater qd̄ iuuenis cuiusdā Herodis genere Idumaei, q̄ in Ascalone templi Apollinis sacerdos extitit filius, Hierosolymā captiuus ductus est. Hic itaq; Antipater in domo Hyrcani aliquot annis seruus, industria, ac probitate spectabilis, eidē Hyrcano dño suo gratus extitit, in tantū vt ei vniuersam domū suā regendā cōmitteret. Antipater autē antiquae gratiae nō immemor, erga Hyrcanū benignus extitit, tantaq; modestia

Richardi S. Victoris, Pars I.

iniunctū officiu exercuit, vt tū Iudaei q̄ Romanis cōplacere. Genuit autē filiū Herodē noie, q̄ post mortē patris, tū merito proprie virtutis, tū et gratia paterna deuotionis a Romanis coronā accepit. Qui cū irrepsisset contra ius & fas Iudaicae gentis in honore indebitū, cepit in sacerdotiū indignissimos & ignobiles quosq; substitueret, quos & voluntas, aut casus dedisset. Vestem quoq; summi Pōtificis oclusam sub suo tenebat signaculo, nec vnq̄ eius vsum, potestatemque permittit Pontificibus sui temporis, & vt suā sobolem regio Iudaeorū generi commiseret, abiecit Dosithe vxore quam priuatus acceperat, copulauit sibi Mariannam regis Aristoboli filiam, Hyrcani neptem summi Pontificis Iudaeorum. Sed huius mulieris expetita societas sicut post de clabitur, eius potentia potius inclinauit quam extulit, & domesticis affectis doloribus. Nam dū sequit nobilitatē, incidit in perturbationē, quasi domus propria non conueniret. Verum vñctione legitima Iudaicae gentis cessante: imminēbat secundū sermonē propheticū expectatio gentiū dñs noster Iesus Christus. Qui verus rex & sacerdos, de regū atq; Pontificum gñre carnē assūmens venit, mundo salutare affrensū fidē, in qua populū gentile atq; Iudaicū sanctificando, sibi conueneret & vniueret. Natus est autē sua ordinatissima distributione anno memorati regis Herodis. XXXI. q̄ est scdm̄ Hebraeos ab origine mūdi annus quater millesimus & quinquagesimus primus. Porro sic beatus Maximus i sermone de Pasca testatur, & quemadmodum Graeci calculatores computant, est quinquies millesimus quadragesimus septimus.

**TRACTATUS**  
**DE POTESATE**  
ligandi & soluendi.

Cap. I.



*V*idelicet ligaueris super terram, Mat. 16. erit ligatū & in caelis, & quodcūque solueris super terrā, erit solutū & in caelis. Quæritis a me vtrū hæc ligandi & soluendi ptās q̄ Petro Apostolo in his verbis dat, eadē sit q̄ alibi oībus Ap̄tis, & in Ioan. 20, et quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, q̄ de ptate ligandi atq; soluendi, remittēdi & retinēdi peccata, simit & de clauibus regni caeloru diuersi diuersa sentiunt, & alij alio modo, & aliter exponunt. Quæritis itaq; vtrūnam apli, eorumq; vicarij ptatem in illis dñicis verbis acceperūt, vt hoies a debito æternæ dānationis absolueret possint. Sūt namq; (vt dicitis) q̄ hoc affirmant, sunt simit & alij qui hoc ipm̄ negant. Vnde & adhuc opponēdo quæritis, & quæredō opponitis, si sacerdotibus datum est hoies ab æternæ dānationis debito posse soluere, nunq; d & eodem



eodem debet aliquos posse ligare? Ecce duo veniunt ad sacerdotem, vnus crimine obduratus & eo ipso ligatus, alius veraciter iustus, & eo ipso solutus, nunquid potest vel ligatum solvere, vel solutum ligare? Nam non est solutio nisi eius q̄ prius ligatus fuerat, nec ligatio nisi eius q̄ prius solutus erat. Itē Ecce duo criminosi veniunt ad sacerdotem, vnus vere pœnitens, alter oīno impœnitens: nunquid potest quēso impœnitentis peccata remittere, & vere pœnitētis p̄ voto retinere?

Cap. II.

De duplici obligatione, quā peccator peccando incurrit.

**I**n primis itaq; notandum q̄ peccatorum obligatio consideratur circa duo. Alia est eius illa obligatio per q̄ homo obligatur ad culpā, & alia est illa per q̄ obligatur ad pœnā. In vno obligatur vinculo captiuitatis. In altero vero obligatur debito damnationis. Si enim homo in aliquod graue peccatum ceciderit, iam non est in eius potestate vt per semetipsum resurgere possit, per semetipsum p̄t a domino recedere, sed per semetipsum non p̄t ad ipsum redire. Est siquidē secundum psalmistam. *Spiritus vadens et non rediens.* Vnde & illud eiusdem psalmistæ. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Hinc est q̄ obligatio culpæ dī mors aīæ, quia sicut p̄ mortē exteriorē corpus restringit̄ ab operibus q̄ sunt ad vitam, sic anima per obligationē culpæ mortificatur ad opera quæ sunt ad vitam eternā. Sed homo semel victus atq; captiuatus vtinam teneretur ad solam captiuitatem, sed q̄ miserimum est tenetur et̄ ad peccandi seruitutem. Nam qui facit peccatum seruus est peccati. Vnde fit vt quotidianas vsuras exoluat, & reatus sui debitum quotidie auget. Inde est illa promissio, quam habetis in Psalmo. *Ex vsuris et iniquitate redimet animas eorum.* Culpæ itaq; obligatio versatur circa duo. In vno accenditur vinculum captiuitatis, in alio debitum seruitutis. Ecce de obligatione culpæ. Nunc autem videamus de obligatione pœnæ.

Cap. III.

**A**d cumulum namq; miseræ tenetur præuaricator merito præuaricationis suæ nō solum victus ad culpam, verum et̄ addictus ad pœnam. Eo ipso siquidem quo illud committit q̄ quantum in se est in æternum corrigere non possit, & in ipsius iniuriā qui in æternum uiuit, eo ipso inq̄ eternæ dānationis debitū incurrit. Dānatio aut̄ æterna in sacra scriptura dī *Mors secunda*, nam sicut ex obligatione culpæ retrahitur aīa a beneplacito diuino, sic ex inflictione damnationis æternæ alienatur aīa ab omni beneplacito proprio. Hoīem aut̄ eiusmodi uinculis obligatum solus ille soluere p̄t qui vere omnipotens est, & oīa potest. Quæ autem apud hoīes impossibilia, sunt possibilia sunt apud Deū. Nul lum namq; cor tam lapideum, tam durū, vel ob-

Apoc. 20. & 21.

Dominus quodcumque cor potest e-mollire.

**A**stinatum quod dñs statim cum voluerit ad verā pœnitentiam emollire non possit. Hinc est illud vtiq; beati Ioānis Baptistæ. *Potens est dominus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Quē ergo ille qui oīa p̄t præuaricatorem ad verā pœnitentiam compungit, quid aliud quæso q̄ perpetualem culpā, & eo ipso perpetualem pœnā terminabilem facit? Sic vtiq; sic transit pœna in pœnam, æterna in transitoria, & qui prius tenebat̄ debito dānationis, modo iam tenet̄ debito expiationis. Ecce habetis q̄ pœna obligatio versat̄ circa duo. Aliud namq; est debitū dānationis, & longe aliud debitum expiationis. Ecce iā aperte tenemus sicut ex superioribus cognouimus q̄ duo considerantur circa obligationē culpæ, duo similiter circa obligationem pœnæ. Nam in culpæ obligatione (vt dictum est) inuenis vinculum captiuitatis, & vinculum seruitutis. Ex vinculo captiuitatis illaqueatur ne redeat ad faciendum bonum, ex vinculo seruitutis attrahitur, & exagitur ad augēdum malum. Vtrumq; aut̄ ad damnationis augmentum. Similiter in obligatione pœnæ constat proculdubio geminum vinculum esse, vinculum damnationis, vinculum expiationis. Ex illo tenetur homo ad pœnam æternam, ex isto ad pœnam transitoriam, & ad illam quidem ad malum suum, ad istam ad bonum suum. Nam ex illa homo cruciatur, nec purgatur, ex ista vero sic torquetur vt purgetur. Et notandū, q̄ captiuitatis & seruitutis obligatione tenetur vnus idemque homo sub vno & eodem tempore, damnationis vnus & expiationis vinculo nunquam tenetur vnus idemque homo sub tempore vno. Nam eo ipso sæpe expiationis debito tenetur quo damnationis debito absoluitur.

Debitum damnationis & expiationis. In culpæ duo considerantur, similiter in pœnæ obligatione.

Cap. IIII.

**S**icut itaq; est gemina obligatio, sic absq; dubio est gemina solutio. Primam aut̄ solutio nem facit dñs semper per semetipsum, secundam vero q̄nque per se solum, q̄nque per ministrum suum. Obligationem namque culpæ solus dñs solet, & valet dissoluere, operatur eam tñ q̄nque cum nōnulla ministrorū suorum cooperatione. Hæc tñ cooperatio non solet esse tantummodo sacerdotum, verum etiam aliorum. Nec hæc quidem cooperandi gratiam aliqui habent in potestate, sed modo istī, modo illi accipiunt, vel nō accipiunt pro diuina dispensatione. Soli aut̄ sacerdotes licentiam quam in ligando & soluēdo diuinitus acceperunt habent in potestate, & possunt eam prout ratio dictauerit omni tempore exercere. Notandum aut̄ q̄ sub vno eodemque momento ad consensum criminis cōsentientis animus triplici funiculo astringitur, & vinculis captiuitatis seruitutis damnationis quantum in se solo est insolubiliter ligatur. Scimus namque quia funiculus triplex difficile rumpitur. Vere & absque dubio ad rumpendum difficilis est, q̄ nisi ab ipso solo qui est trinus & vnus dirūpi non

Duplex solutio.

Animus i crimē cōsentiens tripliciter ligatur.

non potest. Hic aut̄ funiculus triplex ad rumpendū difficilis eo ipso dirumpitur, quo anima peccatrix ab eo qui omnia potest ad veram pœnitentiam compungitur. Præuaricator itaque sub vno eodemque tempore soluitur a culpæ obligatione, & a debito damnationis æternæ. Ex eo. n. q̄ eius culpa finem accepit, simul & illud obtinuit vt eius pœna finē accipere posset, & pœna æterna in pœnam transitoriam transiret. Hinc est q̄ propheta Dauid vere pœnitens & dicens *Peccavi mihi*, id statim ex prophético oraculo accepit respōsi, *Dominus quoque transtulit peccatum tuū.* Statim namque ad veram pœnitentiā transit pœna in pœnam, æterna in transitoriam, non purgatoria in purgatoriam. Hinc est prophetica illa tā vera quam nota sententia. *Quicumque hora ingemuerit peccator saluus erit.* Sub eo namque tempore quo salubriter ingemuit, causam veraciter obtinuit per quam saluari possit, si sub eodem momento de medio sublatu fuerit. In eandem sententiā eurrere videtur quod per psalmistam dicitur. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Ex hac prophetica sententia datur intelligi q̄ ad veram contritionem & confessionē cordis remittitur iniquitas veraciter pœnitentis. Notandum diligenter quod non dicit tu remisisti peccatum meum, sed impietatis peccati mei. Quod enim iniquitatis est & impietatis, & proculdubio æternam pœnam merebatur, statim ad veram pœnitentis animæ contritionem remittitur, quamuis quod impunitatis est in eius peccato postmodum per transitoriam pœnam purgetur. Quid enim aliud intelligitur nomine impietatis quam specialis iniuria creatoris? Ab ipso enim sumus, ab ipso habemus quicquid boni habemus. Quid ergo magis impium? quid potest esse magis iniuriosum quam contra tantam pietatis dominum, & eum qui uiuit in æternum illud improbe committere, quod quantum in te est, non possis in æternum corrigere? Impietas itaq; peccati tunc veraciter remittitur, quando ad veram præuaricatricis animæ pœnitentiam creatoris iniuria indulgetur, & eui æterna pœna debebatur, purgatoria sola & transitoria mulctatur. Notandum autem hoc loco quod infideles & criminosi baptisma cum fide suscipientes sic absoluntur debito damnationis, vt non teneant̄ debito expiationis. Fideles vero & criminosi post lapsum vere pœnitētes sic absoluntur debito dānationis, vt tñ teneant̄ sub debito expiationis.

a Reg. 13

Eze. 33.

Psal. 31.

Cur non dicatur remitti peccatū sed impietas.

Impietatis nomen iure ligatur specialis iniuria creatoris.

Cap. V.

**V**era pœnitentia est abominatio peccati cum voto cauendi, confitendi, satisfaciēdi. Quattuor namque ista debet habere pœnitentia vera. Duo ex his nos docet conscientia propria, reliqua duo doctrina authentica. Quem enim propria conscientia non doceat, quod accepta iniuria nec homo ab alio quam ab homine pacari valeat, nisi cum de illata iniuria pœnitere & iterare nōle confidat. De remedio autem

confitendi est illud beati Iacobi Apostoli. *Confitemini* (inquit) *alterutrū peccata vestra.* De exhibenda aut̄ digna satisfactione habet illud Io. Baptistæ. *Facite* (inquit) *dignos fructus pœnitentiæ.* Præuaricator itaque & pœnitens debito confitēdi & satisfaciēdi tenetur quam diu diuinitus tempus & oportunitas ei in hoc ipsum conceditur. Ageat ergo sacerdotis absolutione quam diu datur hoc posse. Solus namque ille sub hac conditione non tenetur, cui exequendi facultas diuinitus denegatur. Ea quæ hucusq; iam diximus ideirco prælocuti sumus, vt plenius intelligamus in liberatione, & absolutione peccatorum quid dominus faciat per seipsum solum, quid per se simul & ministrum suum, quid aliquādo per ministrum suum solum. Nunc itaque illi considerationi diligentius insistamus, propter quod totum negocium suscipimus.

Cap. VI.

**S**ciendum itaque quod sacerdotalis illa potestas ligandi atque soluēdi maxime versat̄ circa geminū modū expiandi. Expiandi siquidem modus consistit in duobus. Nam quia nullum peccatum impunitum, oportet vt expietur aut in hac vita iuxta arbitrium sacerdotis per dignam pœnitentiā fructum, aut in vita futura iuxta diuinum arbitrium per ignem purgatorium. Habet itaque peccatrix anima a solo damnationis debito relaxata, & adhuc debito expiationis obnoxia, habet inquam & quomodo per sacerdotale officium possit vtilliter ligari, & vnde egeat misericorditer absolui. Vere namque pœnitens libenter subit iudicium humanum vt merito eua dere possit iudicium diuinum. Ligatur ergo per sacerdotem debito dignę satisfactionis, & absoluitur ab illo quod ignem meretur debito futurę purgationis. Eo ipso namque quo deuote suscipit sententiam humanam, meretur euadere sententiam diuinam. Ecce quomodo habes quod sub vno eodemque tempore homo soluitur atque ligatur. De hac ligandi atque soluēdi potestate a domino dictum intellige. *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris, &c.* Notandum autem q̄ quemadmodū in diuina solutio transit pœna in pœnam, æterna in transitoriam, sic in sacerdotali absolutione transfertur sententia in sententiam, diuina in humanam. Vtrobique ergo peccator soluitur vtrobique ligatur, sed ibi absolutio est causa obligationis, hic econuerso obligatio est causa absolutionis. Hinc est quod cum ad Petrum dicitur, *Quodcumque solueris super terram erit solutum & in cælis*, præmittitur, *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis.* Nam (vt iam diximus) eo ipso in posterū absoluitur a debito debite animaduersionis, quo hic interim ab homine ligatur debito præsentis satisfactionis. Ad hanc soluēdi potestatem & illud pertinere videtur quod a dño Apostolis omnibus, & in ipsis omnibus eorum vicarijs dī. *Quorum remisistis peccata remittuntur*

Iacob. 5. Lu. 3.

Modus expiandi consistit in duobus.

Quid pro sit subire iudicium humanū.

Matth. 16

Ibidem.

Ioan. 20.

Quid sit peccata remittere?

eis. Quid, n̄ est peccata remittere nisi distinctio A nis sententia n̄ quae peccatis debetur relaxando absoluerit, & absoluendo relaxare? Et quid est peccata retinere nisi non verè penitentes nolle absoluerit? Multi enim cōfitentium absolutionē querunt, qui tamen crimina ex toto deserere nolūt. Multi cautelam de futuro promittunt, sed satisfacere nolunt. Eiusmodi omnes eo quod vere non penitent proculdubio absolui non debēt. Hoc est enim vere penitere, de præterita præuaricatione dolere cū firmo proposito confitendi, satisfaciendi, & cū oī cautela cauendi. In hūc modū penitentes merito dēnt absolui. Alioquin sine absolutione remitti, & hoc est peccata retineri. B

Cap. VII.

Ecce ex his quæ iam diximus manifeste intelligere poterimus in resolutione peccatorum quid dominus faciat per semetipsum, quid per ministrum suum, quid vero per se simul & officio ministrorum. Per semetipsum sane soluit vinculum obdurationis, per se simul & ministrum suum, debitum æternæ damnationis, per ministrum vero debitum futuræ purgationis. Primæ namque resolutionis potestatem sibi soli reseruauit. Secundam vero resolutionem per se simul & ministrum facit. Tertiam autem dominus non tam per seipsum quam per ministrum suum facere consuevit, Recte quidem dicitur quod dominus vere penitentem a vinculo damnationis absoluit, recte nihilominus quod sacerdos hoc facit. Et dominus quidem ad confessionem cordis, & sacerdos ad confessionem oris. Sola enim cordis confessio penitenti ad salutem animæ sufficit veraciter, cum articulus necessitatis oris confessionem & sacerdotis absolutionem excludit, vnde recte dicimus quod tunc dominus absoluit. Sed quoniam oris confessio, & sacerdotis absolutio a vere penitente exigitur quamdiu diuinitus ei in hoc ipsum factas conceditur, recte quidem debet damnationis absolutio etiam sacerdoti ascribitur. Ecce habemus cur huiusmodi absolutionem tam domino quam ministro ascribimus.

Cap. VIII.

Nunc illud quidem dignum consideratione videtur cur illa solutio quæ est a debito futuræ purgationis sacerdoti specialiter attribuitur. Sed scimus quod vere penitens sine sacerdotis absolutione æternam damnationē euadere potest, cum eam habere non potest. Sed non æque dicimus quod sine sacerdotis absolutione & iniuncta satisfactione debitum futuræ purgationis vere penitens euadere possit, quoties eas articulus necessitatis excludit. Notandum quod vinculum damnationis dominus soluit conditionaliter, minister vero domini simpliciter, & vt sic dicam integraliter. Penitentem namque a debito damnationis Deus absoluit sub tali conditione, vt eum oporteat prout potest sacerdotis absolutionem querere, & ad eius arbitrium debito more satisfacere. Nam si facere neglexerit, pe-

Quomodo Dominus absoluat, & quomodo minister.

riculum æternum non euadit. Sacerdotis autem absolutione suscepta, & conditione qua tenebatur suppleta, etiam si statim mori contigerit æternam damnationē euasit. Sed sicut debitum æternæ damnationis conditionaliter soluitur a dño, sic pro certo debitum futuræ purgationis conditionaliter a seruo. Nam quilibet criminofus per sacerdotē absolutum tenetur sub conditione soluendæ satisfactionis vt possit euadere incendium futuræ purgationis. Debitum itaque damnationis æternæ soluit sacerdos integre & absolute. Debitum futuræ purgationis sub conditione. Nam firmum propositum satisfaciendi habentem siue exequendi tempus habeat siue non habeat, absolutio sacerdotis liberat a debito damnationis, sed non æque & a debito futuræ purgationis.

Cap. IX.

Terum & illud notandum quod ad sacerdotale officium pertinet gemina ligatio sicut & gemina solutio. Alia est namque solutio qua soluant penitentes a debito damnationis, alia est illa qua soluant eiusmodi a debito futuræ purgationis. Sic alia est illa ligatio qua ligant veraciter penitentes debito iniunctæ satisfactionis, & alia qua ligant intoleranda committentes, nec tamen penitentes vinculo anathematis. Illos ligat vt a periculosiori vinculo absoluant, istos vt ad penitentiam adducant. De illa ergo absolutione qua præuaricator a debito damnationis absoluitur, intelligitur illud quod a domino dicitur. Quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Nam valent & debent sacerdotes veræ penitentium & debitam satisfactionem suscipientium peccata remittere, & a debito damnationis absoluerit; cæteros vero sine absolutione remittere. Sed & illud quod dicitur ad Petrum quodcumque ligaueris super terram, erit ligatus & in cælis, & quocumque solueris super terram, erit solutus et in cælis, de illa specialiter absolutione debemus intelligere qua solent sacerdotes & dēnt ligando absoluerit, & absolueno ligare. Nam eo ipso soluant penitentes a debito futuræ purgationis, quo eos ligant debito præsentis satisfactionis.

Cap. X.

Constat itaque quod superius iam diximus, quod illud vinculum quod est ad obligationem culpæ solus dominus valet & solet per semetipsum soluere, illud autem quod est ad obligationem pænæ, tum per semetipsum, tum per ministrum suum solet dirumpere. In resurrectione autem Lazari inuenies vtrumque figurari. Hunc enim dominus & resuscitat per semetipsum, & soluit ministerio famulantium. Per ipsum ergo dominum soluitur a vinculis interioribus, officio vero obsequentium a vinculis exterioribus. Quis nesciat quod mors membra morientium adeo insolubiliter ligat vt nullū eorū officiū suum implere, sed nec ad modicum mouere se valeat? Ab his vinculis dominus Lazarum soluit, quando eum ad vitam animauit. Scitato autem Lazaro, & a mortis vinculis absoluto dñs a domino. Lazare veni foras. Quid est hominem prius sepultum foras venire, nisi mortali culpa obligatum quælibet tenebrosum illud lapidæ obdurationis suæ latibulum sponte deserere? Et quid est institit vinculum foras prodire, & se oculis domino assistentium ingerere, nisi his qui soluendi potestatem accipiunt sententiam astrictus teneatur per oris confessionem ostendere? Soluite (inquit) eum, & finite abire. Bene autem de suscitato & ligato dicitur soluite eum, & finite abire. Si enim solutus prius non esset, liberam eundi & intrandi domum facultatem non haberet. Scimus absque dubio quia peccator & penitens quouisque debito damnationis vel futuræ purgationis tenetur nec soluitur, domū illam quæ Paulus describit intrare non poterit. Scimus (inquit) quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, qui ædificationem ex Deo habemus domum non manfactam æternam in cælis. Hanc domum post huius terrestris solutionem liberè intrat qui in hac vita minime contraxit quod in futura vita purgare oporteat. Alioquin oportebit vt prius debitum purgationis exoluat. Si quis vero contraxit quod acerba & diutina purgatione dignū fuit, si per iniunctam, & per explicita satisfactionem in hac vita absolui meruit, soluta terrestris huius habitationis domo in illam statim æternæ quietis mansionem lætus intrabit. Hinc ergo perpendi potest quō ingressum Paradisi & ianuam cœli quam diuina seueritas criminaliter agentibus claudit, accepta diuinitus potestas ligandi atque soluendi pastorali ministerio aperire consuevit. Potestas itaque ligandi atque soluendi videntur esse clauis illæ de quibus a domino dictum est ad Petrum, & tibi dabo clauis regni cælorum. Ecce iam habemus quod querere proposuimus, habemus quæ sit illa potestas ligandi atque soluendi sacerdotibus data, quomodo, vel quorum valeat & debeant remittere, vel retinere peccata.

Duplex solutio, & duplex ligatio.

Ioan. 20.

Matth. 16.

Cap. XI.

Sed adhuc pergis & dicis. Si non possunt quoslibet ligare, pariter & absoluerit, quorumlibet peccata remittere, quorumlibet retinere quid est quod generaliter dicitur ad Petrum Quodcumque ligaueris, quodcumque solueris? Similiter & generaliter proponitur quod apostolis omnibus in commune dicitur. Quorum remisistis peccata remittuntur eis & quorum retinueritis retenta sunt. Merito te hæc quæstio moueret si dominus Petro dixisset, Quodcumque volueris ligare ligatum erit, & quodcumque solueris soluetur, solutum erit, sed hoc non dixit, nec sic intelligi voluit. Si quis ligare voluerit quod ligare non potest nunquid idcirco ligatum erit?

Ioan. 11. Quid sit sepulchrum foras venire? & quid institit vinculum prodire?

Ibidem.

2. Cor. 5.

Matth. 16

Ioan. 20.

Richardi S. Victoris. Pars I.

Quis hoc dicat? Non ergo dicit quæcumque ligare volueris, sed quodcumque ligaueris ligatum erit & in cælis. Ille vtiq; verè ligatur qui iuxta confessionis suæ tenorem iusto satisfactionis debito obligatur. Ille sacerdotali officio veraciter absoluitur, cuius peccatum ad condignam satisfactionem iuste remittitur. Ligat itaque & absoluit sacerdotis sententia iusta, neutrum vero sacerdotis sententia iniusta.

Cap. XII.

Sic sane peccata eorum pro certo remittuntur qui iuste absolui merentur, illorum vero peccata proculdubio retinentur, non quibus iniuste, sed quibus iuste peccatorum absolutio denegatur. Quod igitur ad Petrum dñs dicit, idè valet ac si alijs verbis diceret. Quod ligatum aut solutum fuerit a te, ligatum vel solutum erit & apud me. Qui a te debite satisfactionis iniunctione constituitur, apud me eiusdem satisfactionis debitor tenetur, & qui a te debita peccatorum suorum absolutionem meruit ex meo iudicio pro hac parte ulterius arctari non poterit. Iuxta hunc modum & id intelligere debemus quod dicitur Apostolis oibus. Quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Peccata siquidem delinquentium apud dominum remissa vel retenta erunt, quæ per ministros suos sacerdotes iuste vel remissa vel retenta sunt. Quod vtrumque ab eis tunc veraciter fit, quando ad quodlibet exequendum canonico ordine incedunt, neutrum enim pro voto, sed pro merito, & ordine instituto facere possunt. Extat quorundam de potestate ligandi atque soluendi sententia tam friuola, vt ridenda videatur potius quam refellenda. Putant enim & prædicant sacerdotes non habere potestatem ligandi atque soluendi sed ostendendi homines esse solutos siue ligatos. Sed nunquid dominus dicit Quodcumque ligatum ostenderit erit ligatum, & quodcumque solutum ostenderit erit solutum? Dicunt apostolicos viros peccata remittendi vel retinendi potestatem non habere cum dominus hoc dicat. Dicunt eos tantummodo habere potestatem vtrumque ostendendi cum dominus hoc non dicat. Quorum remisistis (inquit) peccata, non quorum remissa ostenderit remittuntur eis. Dicunt quia in remittendis vel retinendis culpis id iuris & officij habent Evangelici sacerdotes, quod olim sub lege habebant legales in curandis leprosis. Non autem habebant illi legales potestatem curandi, sed iudicandi, & ostendendi vtrum essent an non essent qui putabantur leprosi. Ecce coaccedimus quod isti & illi idem habent officium, illi discernendi inter lepram & lepram, isti dijudicandi inter culpam & culpam. Et vti namquam verè id officij habent, tam dignè & exercerent.

Cap. XIII.

Sed illud quero vtrum accipiant ex ordinatione, an potius ex eruditione inter lepram & lepram, inter culpam & culpam posse discernere? Y 4 Audaciter

Cur non dicat dominus. Quæcumque ligari volueris?



Audaciter dico, quia si sine discernendi scientia ad ordinationem accedunt, sine illa inde recedunt, & si cum illa eunt & redeunt aliunde habuerunt. Constat itaque quod consequens est, quia in ordinatione non accipiunt potestatem aliam, ergo nec aliquam. Vbi ergo erit illa potestas ligandi atque soluendi? Sed dicunt ad ista. Quid est culpa nisi lepra? & quid est lepram mundare nisi culpam amputare? Misit autem dominus leprosum ad sacerdotem, non ut eum mundaret, sed ut eum sacerdos mundatum ostenderet. Sed absque dubio neutrum dominus iubet, ut ad hoc vel illud iret.

Math. 8.

Quid se leprosum mundari?

Quid facere debeat penitens, & quid conueniat illum facere?

& valde detestandum, quo quis quamdiu ligatur insolubiliter tenetur, ut ei omnino non liceat vel castra Christo militantium ingredi, vel ad propria reuertii. Nonne leprosum, sed mundatum sacerdos ligat & soluit? Ligat in reddenda debita satisfactionis & purgationis hostia, soluit in indulta reuertendi licentia. Et si vultis recipere, emundatio leprosi non est tantum vna, sed terrena. Vnam ex his tantum facit dominus per semetipsum, ceteras duas per ministrum suum, sed quae sit leprosi haec trina emundatio relinquatur interim lectoris iudicio.

Cap. XV.

Notandum autem in curadis leprosis quod quidam statim purgantur, & sic ad sacerdotem mittuntur. Quidam vero mittuntur, & in eundo curantur. Sunt qui ad primam penitentiae suae compunctionem habent animum proptum & paratum ad omne verae poenitentiae debitum soluendum. In illis itaque nulla est emundationis mora, qui in ipsa compunctione sua gratiam accipiunt ad tria illa superius iam dicta, paratum animum habentes ad continendum, confitendum, satisfaciendum. Quidam vero ad poenitentiam compuncti, propositum quidem habent continendi, confitendi, sed ad condignam satisfactionem sunt tepidi. Hinc est quod decem illis leprosis duo tantum praecipuntur, de tertio vero taceat. *Ite* (inquit) & ostendite vos sacerdotibus, nec eis Praecipitur offerre aliquod munus. Tantum potuerunt quantum diuinitus acceperunt. Ut. n. dñs ostendat omnia bona nostra ab ipso esse, gratiam suam quandoque exhibet in vno, subtrahit in alio. Vides illud (ut credo) quam merito differtur emundatio quibus decem verae poenitentiae plenitudo. *Dum iuent* (inquit) *mundati sunt*. Quid est ire nisi proficere? Eunt igitur qui ex eo quod iam acceperunt proficiunt ad id posse quod prius non potuerunt. Qui ergo de perpetrato iam malo magis magisque iam dolendo per votum continendi & confitendi ad votum satisfaciendi proficiunt, & votum voto adiungunt, quia vere poenitentiae perfectionem iam tenent, peccati lepra velut eundo deponunt. Nota quod plures sunt quorum emundatio differtur comparatione eorum qui sine mora mundantur, quia magis abundant ad satisfactionem pigri, quam ad satisfactionem prompti.

Cap. XVI.

Ex ante iam dictis habemus, quod sunt multi qui curantur in sacerdotis absentia. Sunt similiter nonnulli qui curantur in sacerdotis praesentia. Nam & in resuscitatione Lazari praesentes erant & quibus soluendus fuerat. Alij itaque curantur sub ipsa missione, alij in ipsa professione, alij vero in ipsa peruectione. Ex his enim qui ad sacerdotem veniunt sunt multi qui solam voluntatem

Quib. dicitur de ferit emundatio. Ibidem.

Quomodo diuersis temporibus curantur peccatores.

voluntatem confitendi habent, sed voto continendi, seu etiam satisfaciendi funditus carent. Adeo enim corrupti sunt iam ex prava consuetudine ut omnino diffidant se posse continere, vel ad satisfaciendum sufficere. Eiusmodi tamen nonnulli post longam disputationem, dum de sola domini misericordia non de propria industria praesumere docentur per visitantem gratiam ad veram poenitentiam compuncti in vitam nouitate diuinitus animantur. Perpendis ex his (ut credo) quam sit multis eiusmodi vtile ad confessionem festinare.

Cap. XVII.

Vnt vero nonnulli qui praedictorum trium nullum habent, sed velut monumento lapideo, & lapide superiecto in Lazari modum mortui iacent. Lapideo monumento mortuus tenetur, qui in praeparatione sua per multam animi obstinaciam obduratur. Lapidea moles in peccatis mortuo superponitur, quando ex diffidentiae magnitudine spes quam ad Deum habere debuerat intercluditur. *Tollite* (inquit) *Lapidem*. Quid est lapidem tollere nisi per exhortationis gratiam diuinitus datam obdurate diffidentiae molem funditus semouere, & radiantem desuper lumini viam aperire? Iuxta illud Esaiæ. *Parate viam domini: rectas facite semitas Dei nostri*. Tunc autem pastoralis cura in hoc ipsum non inanis laborat: cum dominus hoc fieri disponit & imperat. Quid est enim hoc dominum imperare, nisi in hoc ipsum animum pastoris interna allocutione vrgere, & gratiam dare? Tunc autem domini minister vtiliter agit quod suum est pastoris: cum ipse dominus dignatur operari quod suum est saluatoris. *Lazare* (inquit) *veni foras*. In hac vna vocatione tria dat intelligere. Qui exit locum deserit in quo prius fuit. Est enim foras exire seipsum foris aspectibus ingerere. Idem vero est venire quod vocanti appropinquare. Quid est autem resuscitatum inde ubi mortuus iacuerat exire, nisi peccatum suum penitus & in perpetuum deserere? Quid est vinculum quemlibet eorum se aspectibus per quos solui poterat praesentare, nisi criminofum quemlibet quibus peccatorum nexibus teneatur suis accusacione ostendere? Vocanti domino appropinquat qui dignis poenitentiae fructibus Deum de die in diem placat. Primum pertinet ad votum continendi, secundum ad votum confitendi, tertium ad votum satisfaciendi. Ecce quomodo quidam in pastoris praesentia accipiunt triplex hoc votum, quod prius omnino non habuerunt.

Joan. 11. Quid sit lapide tollere. Esai. 40.

Joan. 11.

Cap. XVIII.

Sed nunc ad illud redeamus pro quod praedicta omnia digessimus. Distingueamus diligenter quid dominus faciat per semetipsum,

quid faciat per ministrum suum. Per semetipsum resuscitat mortuum, per ministros soluit ligatum. Per semetipsum mundat leprosum, ministerio sacerdotis reducit eiectum. Mortuum resuscitare, leprosum mundare, ad idem videtur respicere. Nam utrobique soluitur obligatio culpae, sed & vinculum soluere, vel eiectum reducere ad idem nihilominus videtur respicere, quonia utrobique sequitur obligatio poenae. Leprosus mundatur, quando peruersus quisque prauitatis suae fordibus diuinitus exiit, mortuus resuscitatur, quando peccato captiuatus ad bene viuendum diuinitus animatur. Post emundationem leprae sacerdotali officio interueniente eiectus prius in sua reducitur, quando aeternae quietis mansuetudinem quae peccando amiserat per iniunctam satisfactionem recuperasse cognoscitur. Institis inuolutus, & a domini ministris solutus, abire & ad sua redire permittitur, quoniam per absolutionem & consilium sacerdotis ad vitam nouitatem reformatur.

Quid dominus per semetipsum, qui dicitur per ministrum faciat.

Leprosus quando mundatur.

Cap. XIX.

De ea quae superius dicta sunt quidam quidem opponunt & dicunt. Qui veraciter de suis criminibus poenitent pro certo iam caritatem habent, Alioquin quod scribitur quomodo de eis recte intelligitur? *Quacumque hora peccator ingemuerit saluus erit*. Nemo enim qui caritatis capax est, sine caritate saluari potest. Sed ut putat, qui caritatem habet debito donationis aeternae teneri non valet. Quomodo ergo sacerdos cum ab eiusmodi debito absoluit, si ante sacerdotali absolutionem caritate interueniente ab solui iam meruit? Sed absque vlla dubitatione Patriarchae & Prophetae caritate habuere, & tamen tenebantur debito damnationis aeternae. Alioquin nec ad inferna descenderet, nec Christi morte, nec vlla redemptione egerent. Absque vlla igitur ambiguitate tenebantur debito donationis aeternae, non quod aeterna fuerit, sed quod aeterna fuisset, nisi mors Christi eos ab hoc debito absolueret. Costat ergo quod utriusque simul contingat, ut & homo caritatem habeat, & cum adhuc debitum donationis teneat. Nonne (inquiunt) iste peccator Christi membrum esse cepit ex quo caritatem habere cepit? Quomodo ergo poterit esse membrum Christi & debito donationis teneri? Membrum Christi dici potest homo secundum geminam considerationem: aut secundum praedestinationem, aut secundum habitudinem. Secundum praedestinationem potest quis membrum Christi esse, & necdum caritatem habere, & e converso Christi quidem membrum non esse, & caritatem habere. Iuxta namque domini testimonium resuscitavit caritas multorum. Secundum ergo hanc acceptionem contingit hominem esse membrum Christi, & adhuc vinculo debita damnationis teneri: Secundum habitudinem autem membrum Christi dicitur, quando in se habet vnde hoc ipsum efficitur. Sed nunquid membrum Christi caritas illa facit, quae ad tempus inardescit, & in modico resurgit? Absque dubio qui perseverantem

Ezec. 33.

Sed haec omnia, inquis dominus per semetipsum operatur. Quid ergo sacerdoti relinquatur? Multum per omnem modum, & vere magnum, & valde magnum. Sicut aliud est resuscitare mortuum, & aliud soluere vinculum, sic aliud est leprosum mundare, & aliud eius vinculum soluere. Nunquid ergo (inquis) leprosus ille ligatus erat? Tu es magister in Israel & haec ignoras? Vere utique vere ligatus erat durae necessitatis nodo, quo eum Moyses astrinxerat. *Omni* (inquit) *tempore quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra*. O vinculum durum

Leuit. 13.



caritatem nunquam accipiunt, nunquam de veris illis Christi membris fuerunt qui corporis eius integritatem perficiunt. Secundum quandam tamen acceptionem possumus & solemus caritatem transitoriam habentes membra Christi dicere propter membrorum ipsius conformitatem quam ad tempus videntur habere.

Cap. XX.

Quot modis dicatur aliquis membrum Christi. Sed ut a pie querentibus omnem scrupulum a moueamus, dicimus quod triplici modo membrum Christi dici solemus. Prædestinatione, preparatione, concorporatione. Prædestinatione quod ad vitam diuinitus præordinatur. Preparatione quando paganus & falsus Christianus veraciter compungitur, & ad veritatem & caritatem imbutur. Concorporatione quando ille per corporis abluitionem, iste per sacerdotis abluitionem ecclesie Christi consociatur. Primum agitur proposito diuinæ voluntatis, secundum proposito propriæ deliberationis, tertium vero officio sacerdotis. Ex corporali aduertere possumus quod de spirituali ædificatione sentire debeamus. Ecce de silua lignum eligitur ut in ædificio ponatur, postea dolatur, & ad modum formamque congruam dolando præparatur. Ad vltimum ædificio connectitur, & ipsi suo in loco coaptatur. Ecce quo vnum idemque lignum fit ædificij membrum. Primo sola electione, secundo præparatione, tertio compaginatione. Sic sane multi iam sunt membrum Christi prædestinatione, necdum tamen præparatione. Multi vero præparatione, sed necdum tamen concorporatione. Augustinus cum adhuc infidelis esset secundum prædestinationem membrum Christi fuit. Conformitatis præparatione membrum Christi extitit, cum corde credens & deuotione seruens ad baptisma festinauit. Baptisatus vero & ecclesie consociatus membrum Christi concorporatus fuit. Si quis ergo caritatem habet ante susceptum sacramentum reconciliationis nostræ, dici potest membrum Christi quadam conformitatis præparatione, necdum tamen concorporatione. Per mortem enim Christi Deo reconciliamur, & per baptismum Christo consociamur, & membris eius concorporamur. Ex his iam patet (ut arbitror) iuxta quam acceptionem possit quis membrum Christi dici, & debito damnationis teneri. Secundum quod dictum est de pagano intelligi potest quid sentiendum sit de criminoso, & penitente Christiano.

Cap. XXI.

Quid faciat vera compunctio. Sed dicis ad ista fortassis quod alia sit conditio Christiani, & alia gentilis. Putas fortassis quod quilibet Christianus sub ipsa hora veræ compunctionis soluitur a debito damnationis, quamuis aliter sentiendum sit de non baptizatis. Nemo enim absoluitur a debito damnationis nisi par-

icipatione nostræ redemptionis. Per Baptisma vero ceteraq; Christi sacramenta homo accipit, ut eius particeps fieri possit. Dico autem quod Baptizando accipit Paganus, peccando perdit criminosus Christianus. Nam participium sacramentorum Christi criminatorem amittit quod prius in Baptismate accepit. Audacter dico, si ante sacerdotis abluitionem ad communionem corporis & sanguinis Christi accesserit, iudicium sibi pro certo manducat & bibit, et sic peccasse iam multum poeniteat, & vehementer doleat, & ingemiscat. Qua ergo ratione contendis & dicis quod intime poenitens ante accessum ad sacerdotem a debito damnationis solutus est, quod ante sacerdotis abluitionem salutis nostræ sacramentis nisi ad damnationis cumulum participare non potest? Tam itaq; criminosus Christianus quod quilibet paganus eget reconciliatione, & ubi necessitas non obstitit, utraque efficienda per officium sacerdotale, ista per abluitionem, illa per abluitionem.

Cap. XXII.

Et si vultis nosse & potestis patienter audire, facilius reconciliatur paganus post crimina centum, quam Christianus quilibet post unum solum. Hinc est quod quilibet pagano quantumlibet criminoso accepto baptismate nulla iniungitur satisfactio. Christiano autem criminaliter peccanti, sed iam penitenti & consistenti non sufficit sacerdotis abluio sola sine satisfactioe iniuncta. Sola vero Christi hostia, macerata videlicet caro satisfacit, per recte baptizato. Per ignorantiam enim peccantibus ad expiationem satis facit hostia per legem determinata oblatio. Sed voluntarie peccantibus iuxta apostolicum non relinquitur hostia pro peccato. Quod in lege mystice præcipitur, hoc sub isto tempore amoto figuræ velamine quotidie verius adimpletur. Præcipitur in lege *Ut anima que per ignorantiam peccauerit hoc vel illud pro peccato offerat, & dimittetur ei quod per ignorantiam commiserat.* Sed de voluntarie peccantibus præcipitur *reddere animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.* Quicquid ab infideli committitur inter peccata ignorantie deputatur. Nam & si sciat se peccasse cum peccat, nescit tamen examinare pondus peccati, nescit enim illud non posse expiari nisi per mortem hominis Dei. Caliga itaq; homini ignorantia supra modum leuigat immanitatem culpæ. Christiani vero quæ se cognoscunt redemptos a morte per mortem Christi, procul dubio non possunt per homini ignorantiam excusari. Ad plenam itaque satisfactionem pro peccato illis hostia cõceditur, istis omnino non relinquitur. Vbi peccatum per hostiam expiatur, alienæ potius quam propriæ carnis maceratione reconciliatur. Infideli itaq; conuerso & in Christi fide baptizato nulla satisfactio, nulla carnis afflictio iniungitur, cui pro priorum ignorantia ad expiationem peccati

Pena criminatorem Chastitatorum.

ti hostia conceditur, nam per passionem & mortem Christi ab omni reatu ad plenum purgatur. Criminosus autem Christianus quoniam per infidelitatis ignorantiam de suis criminibus nullatenus excusatur in propria carne punitur, & quasi voluntarie peccanti post acceptam veritatis notitiam voluntariis satisfactio iniungitur. Et quod contra Deum iam non ignoranter præsumpsit, non sola hostiæ oblatione, sed propriæ carnis maceratione & mortificatione purgatur. Ecce quod superius iam diximus, quod difficilius expiatur criminosus Christianus quam criminosus paganus. Sed cur quæso expiatur difficilius, nisi quia offendit grauius? Dicis quod Christianus criminosus & poenitens soluitur a debito damnationis ante sacerdotis abluitionem, & non audeo dicere quod paganus criminosus & poenitens ab eodem debito soluitur ante sacerdotis abluitionem, & non attendis quam sit contra existimationem, immo & contra omnem rationem ut dicatur statim ad veram poenitentiam solui qui peccauit maius, & non dicatur statim ad veram poenitentiam solui qui peccauit minus. Constat in commune quod nemo potest impoentem absolueret. Secundum quosdam vero nemo poenitentem absoluit, quoniam sub ipsa compunctionis hora (ut dicunt) abluitione diuinitus accepit. Sed si nemo absoluit impoentem, nemo poenitentem, ergo nemo neminem. Sed qui hoc credit fallacem facit cum qui dicit, *Quorum remisit peccata remittuntur eis.* Constat ergo pro certo quod sacerdotes peccata remittunt, poenitentes absolunt. Peccator quacunque hora ingemuerit in hoc sane saluus erit, quod de tali qui absolui non potuit talis sit cui abluio negari non possit.

Cap. XXIII.

Quomodo Deus & Dei minister peccata remittat. Vnt adhuc qui mirantur & querunt quomodo dicitur Deus vel Dei minister peccata remittere, cum profecto inueniatur uterque poenitentium peccata & puniendo expiare, & expiando punire. Quæ est (inquiunt) ista remissio ubi exigitur diuturna sepe & satis molesta expiatio? Ex his quæ longe superius dixi, quæ queritur quantum; mihi videtur satis patet. Sed ad maiorem euidenciam ante iam dictis aliquid addere non me pigebit ubi oportet. In omni peccato duo sunt consideranda, diuina videlicet iniuria, & committentis corruptela. Illud est iniuriam & impietatis, istud inhonestatis, & deformitatis. Vnum nanque idemque peccatum & iniuriam est quantum ad Deum, & deformitas quantum ad seipsum. Hinc est illud Euangelistæ Ioannis. *Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas.* Proculdubio iniquitas est quando quis proximum suum iniuste lædit, & in hoc (ut arbitror) nemo non consentit. Iniquitas est quando aliquis Deum suum reprehendit, accusat, blasphematur, &

nemo est nisi mentis inops qui id inficiari præsumat. Sed aliquis fortassis cum in crapula, ebrietate, luxuria, & eiusmodi cæteris suis desiderijs satisfacit, iniquitatem esse non credit, maxime si sine proximi læsione id facit. Sed certe cum hoc facit Deum offendit. Quanta enim iniuria est creaturis, nobilissimam creaturam, & ad Dei similitudinem factam viciorum sordibus fœdare, & diuinæ similitudini similitudinem iumentum superducere? Homo (inquit) cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis in similibus & similis factus est illis. Cogitet homo quanta pro ipso creator suus fecerit, quanta pro ipso redemptor suus sustinuerit, & inde poterit rectius estimare quam sit iniquum vel impium tanto domino, tam benefico amico, iniuriam pro beneficijs reddere, & ipsum vel in modico offendere. Offendit autem qui corrumpit nobilissimum illud opus suum, corrumpit vero qui facit peccatum. Igitur qui peccatum facit, & iniquitatem facit, quia peccatum ipsum (ut diximus) iniuriam seu etiam impietatem est in quantum Deum offendit, inhonestas & deformitas in quantum committentem corrumpit. Valet ergo Deus & solet in vno eodemque crimine & id quod iniuriam & impietatis est remittere, & quod inhonestatis & impunitatis est per se metipsum purgatorio igne mundare, vel quid in hoc purgationis debito remittendum, vel quid satisfactiois medela curandum sit ministrorum suorum dispensationi committere. Quid tibi videtur summus ille medicus eiusmodi opere fecisse & quotidie facere, nisi illud quod ad suam iniuriam pertinet remittere, & ægotanti seruo quem corruptela sua exigebat medelam adhibere? Hinc (ut arbitror) illud euidenter patet quod vera, quam misericordie plena sit illa peccatorum remissio, quam Deus facit quando vere poenitenti suam iniuriam & eo ipso poenam æternam remittit. Qui enim contumaciter præsumit quod quantum in ipso est æternum corrigere non possit, & ad eius iniuriam qui in æternum viuunt, & omnipotens sit, proculdubio debitum æternæ damnationis incurrit. Hominem autem diuinitus absolui ab eiusmodi debito quanta quæso & quam ineffabilis miseratio? Nunquid Dei beneficentiam obnubilat & non potius magnificat, quod peccatricis animæ remedijs quibus oportet & peccatum expiat, & vitium purgat? Quis quæso neget esse remissionem veram & misericordie plenam quando ad veram poenitentiam dissimulata iniuria propria, remittit poenam æternam, insuper & morbis ægoti adhibet medicinam? Hinc ergo possumus colligere sacerdotalis illa abluio quantæ virtutis sit & excellentiæ, quæ veraciter poenitentem & studiosè satisfaciendam liberat non solum a truci incendio æterni supplicij, verum etiam a concrematione ignis purgatori. Ex corporalibus morbis perpendamus quid de spiritualibus sentire debeamus, Nouimus quoniam quidam

Peccato iniuria fit Deo.

Psal. 48.

Consideratio.

Curandi modi diuersi.

cauterio, quidam curantur vnguento. Est autem magnū & misericordiae plenum quantumlibet acerba remedio a morbo curari mortifero. Quanta ergo quāto indulgentia, quanta ve beneficentia id putrescentis morbi leni mederi vnguento, quod post modicum opus habere curari canterio? Quid autem est quaelibet penitentialis satisfactio nisi vnguentum lenis in comparatione concremationis purgatoriae? Ecce habes quid debeas sentire tam de diuina quam de sacerdotali remissione.

Cap. XXXIII.

Quid sit peccata dimittere & quid remittere? **P**ossimus tamen dicere quod aliud sit peccata remittere, aliud autem peccata dimittere, quamuis forte inueniatur vbi vnum pro altero ponitur. Peccata namque dimittere, hoc est ex toto indulgere. Peccata vero remittere, hoc est debitam eis penam temperare, & ex maiori parte relaxare. Quanta ergo quāto peccati remissionem, vel penae relaxationem putas quando ex munere diuino pena eterna in purgatoriam & transitoriam transfertur vel sacerdotali officio illud purgatorium incendium in penam penitentialem transmutatur? Ecce iam habes quod ipse quaesisti, quae videlicet vel qualis sit diuina seu sacerdotalis remissio vbi exigitur diurna saepe & satis molesta expiatio. Quod enim possint sacerdotes peccata remittere, & futura incendia penitentiali satisfactioe extinguere, omnes in commune credimus & tenemus. Quod autem possint quaelibet peccata quantumlibet criminalia ex toto dimittere, & sine aliqua omnino satisfactioe plene & sine periculo indulgere, nec credimus, nec tenemus. Vides certe quod multum sit inter remittere atque dimittere. Nam remittere est penam peccati iuxta congruum miserationis modum temperari, dimittere vero totum indulgere, & sine animaduersione relinquere. Hinc est quod dicitur nobis, *Dimittite & dimittetur vobis*, & merito quidem, vt non in parte isam referemus, sed ex toto dimittamus qui totum nobis dimitti volumus. Hinc est quod domino in quotidiana oratione dicimus, *dimitte nobis debita nostra sicut & nos*, dimittimus debitoribus nostris. Sed quia iustitiae simul & misericordiae est inter parcendum ex parte percipi, & ad purgationis nostrae medelam proficit ex parte puniri, remittendi potius quam dimittendi potestas confertur in eo quod dicitur, *Quorum remisistis peccata remittuntur eis*, inde est quod de remissione non de dimissione gratulatur qui domino confitetur. *Tu remisisti impietatem peccati mei*. Nam qui damnationis eternae sententiam euaserat, purgationis suae medelam non sine metu expectabat.

Luc. 6.

Psal. 31.

Cap. XXXV.

**T**ribus autem modis (vt mihi videtur) peccatorum purgatio agitur. Agitur aliquando secundum solam seueritatem, aliquando secundum solam pietatem, aliquando secundum moderationem vtriusque, vt miseratione ipsa non sit sine nonnulla seueritate, nec seueritas sine miseratione. Siquidem in igne purgatorio est intolerabilis afflictio sine totius consolationis remedio. In voluntaria satisfactioe est afflictio cum multiplici consolatione. In lauacro regenerationis plena emundatio nil habet afflictionis. Prima purgatio agitur per incendium. Secunda per flagellum. Tertia per lauacrum. Per incendium purgatorij ignis scoria peccati excoquitur, per flagellum satisfactioe palea peccati excutitur, per lauacrum regenerationis peccati macula abfque pena diluitur. Sunt multi qui in extremis veraciter poenitent, sed morte praeventi tempus satisfaciendi non habent, & his quidem in eorum peccatis quod iniquitatis & impietatis est ad veram eorum poenitentiam remittitur, quod vero turpitudinis & impuritatis purgatorio igne excoquitur. Ex his dictis intellige quod in Psalmo habes: *Beati quorum remissa sunt iniquitates*. Alij cum magna deuotione ad confessionem veniunt, & cum omni studio, & sollicitudine satisfactioem exoluunt, & turpitudinem suam caritatis operibus & virtutum varietate obducunt. Fit itaque in eis quod alijs legis, quod caritas operit multitudinem peccatorum. In his adimpletur prophetica illa sententia. *Beati quorum tecta sunt peccata*. Multi post multa flagitia & blasphemias de Iudaeis vel gentibus venientes in Christo regenerantur, quibus tamen pro praeteritis malis nihil satisfactioe iniungitur, quia renatis in Christo de antea factis malis nihil imputatur. Pro cuiusmodi quolibet puta esse dicimus, *Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum*. Et sunt nonnulli qui tam profunde & intime poenitent, & tanto deuotionis ardore in ipsa sua poenitentia feruent, & tantum de domini pietate praesumunt, vt hoc ipsum eis ad peccatorum suorum expiationem sufficiat, & dominum sibi per omnia placabilem reddant. Testatur hoc ipsum tam sero poenitens ille Eua gelicus latro, qui statim audire meruit: *Hodie mecum eris in Paradiso*. Eiusmodi quilibet in eorum meritum quibus a domino non imputatur peccatum, sed dimittuntur eis peccata multa quoniam diligunt multum. In his igitur quae iam diximus luce clarius videtur quod per Psalmistam audimus. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, beatus vir cui non imputauit dominus peccatum*.

Psal. 31.

Ibidem.

Ibidem.

Luc.

Psal. 31.

TR A-

TRACTATUS DE MEDITANDIS

Plagis, quae circa finem mundi euenient.



**M**emento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuae antequam veniat tempus afflictionis & appropinquet anni de quibus dicas non mihi placent. Quae verum ad litteram superficiem spectat prout mihi videtur magna illa & vltima tribulatio in vltimis his huius libri verbis describitur, & totum penae quod sparsim per multa scripturarum loca legimus succincta hic breuitate comprehenditur. Prauidens itaque in spiritu sapientissimus hominum Salomon, quid in nouissimis temporibus superuenturum sit vniuerso orbi, vniuersum hominum genus quasi vnum hominem alloquitur, & dum tempus bene operandi suppeditat ad bona agenda quae valet pro uida circumspeditione hortatur. Dicit ergo, *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuae*. Scimus quia iuuentus ceteris aetatibus est fortior, & ad viriliter agendum promptior, atque paratior. Suo itaque modo genus humanum quasi iuuentutem habet dum adhuc virtutum floribus pollet, & ad fortia agenda ex Dei adhuc munere viget. Dicit itaque, dicat: *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuae*, antequam senium mundi superueniat, antequam bene operandi tempus & oportunitas penitus deficiat. Erit enim quando iam nemo poterit operari. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturae quam condidit Deus vltimaque nunc, nec fient. Hanc autem quasi tribulationem tribulationum, & afflictionem afflictionum per expressionem significare voluit cum dicit. *Antequam veniat tempus afflictionis*. Nec enim afflictio illa est sola, sed summa. *Antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquet anni de quibus dicas non mihi placent*. Quamdiu volumus tales quales interim annos patimur habere, magis quam omnino annis carere, constat proculdubio, quod ex nonnulla parte placeant, quamuis ex meliorum comparatione displiceant. Sed inde constat illos annos vltimius ceter & vsquequaque hominibus displicere, quia in illis diebus eligent homines mori magis quam viuere. *Et secundum quod scriptum est in illis diebus querebant homines mortem, & non inueniebant eam: & desiderabant mori, & fugiet mors ab eis*. *Antequam tenebreat sol, & lumen, & luna, & stella, et reuertantur nubes post pluiam*. Vltimam illam tribulationem quam prius summatim perstrinxerat, iam latius explicat in his, quae subsequenter gradatim enumerat. Ostendit itaque quam multis, quam miris modis ge-

Eccle. 12. Iuuentus vera.

nus humanum in illa vltima tribulatione diuinitus sit percipiendus. Primo in signis & prodigijs de caelo multiplici terrore. Et quia nec sic ad poenitentiam compungi poterunt, opprimendi sunt multiformi contritione, in peste, & fame, in intolerabili persecutione, non modo in sola sterilitate frugum sed & arborum, & olerum miranda vastitate, mutua seditione. Haec de omni eo ordine quo posuimus in subsequentibus Salomonis verbis seriatim inuenire poterimus. Quia igitur haec omnia quandoque superuentura sunt homini propter negligentiam & contemptum Dei, merito dicitur illi, *Memento creatoris tui, antequam tenebreat sol, et lumen, et luna, et stella*. Nonne hoc idem sonat quod in Euangelio legis? *Erunt signa in sole, et luna, et stellis*. Et ex voce Iohel audis quia *sol vertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus et horribilis*. Et vide quam merito tenebras exteriores patiuntur extrinsecus qui ad lucem veram clausurunt oculos intrinsecus. O quam merito cruciat eos subtractio luminis exterioris, quos intus excecant tenebrae infidelitatis. Sed in his Salomonis verbis adhuc aliquid innuitur. Nam aliud est quod in eis manifeste exprimitur, aliud quod ex eis manifeste colligitur. Nam scimus quia corruptionem siderum necessario sequitur corruptio elementorum. Corruptionem autem aquae & aeris semper comitatur pestilentia grauis. Intelligimus itaque eos qui in illis diebus futuri sunt percipiendos prius graui terrore: & cuestigio postmodum feriendos graui admodum peste. Et quia nec sic poterunt compesci ab iniquitatis suis, succedent, vel potius accedent semper flagella flagellis. Dicitur ergo: *Antequam tenebreat sol, et lumen, et luna, et stella, & additur. Et reuertantur nubes post pluiam*. Solet sane pluuia nubes detegere, & serenitatem adducere. Quid itaque aliud notatur in reuersione nubium nisi nimia, & inordinata effusio aquarum? Non tamen illud negamus quin pluuia post pluiam saepe sine dilatione descendat, & pluuia pluuiae cuestigio succedat. Sed hoc faciunt nubes remanentes, non nubes reuertentes. Sed si nubes impendentes in pluiam plene resoluantur, & nubibus resolutis nubes statim reuertantur, & in hunc modum nubes saepe resoluantur, saepe reuertantur, scito hoc ipsum nequaquam accidere sine magna naturae perturbatione, & quotidiani rerum cursus exorbitatione. Magna itaque aquarum inundatio innuitur in eo quod dicitur, *Antequam reuertantur nubes post pluiam*. Et certe quod magnis malis praemissis hoc ipsum in augmentum malorum adiungitur, innuit graue valde aliquid esse quod sub comminatione proponitur. Certum autem est quod sicut pestilentia sequi solet corruptionem elementorum, sic sane famem validam sequi oportet nimiam inundationem aquarum. Sic sic vtrobique ex effectu causa perpenditur: dum ex vno pestis, ex alio fam-

Luc. 21. Iohel. 12.

De multi pluci miseria quae superueniet vniuersis in Dei iudicij.

mes



Math. 24. mes futura colligitur. Nonne hoc est quod in Euangelio habes. *Erunt pestilentia, & fames.* Notandum autem quod fames cum sequi solet modo nimiam (vt dictum est) aquarum inundationem, modo nimiam siccitatem, multo tamen peior, multo validior esse solet illa quae committitur immoderatam aquarum effusionem. Dicatur itaque dicatur. *Memento creatoris tui antequam reuertantur nubes post pluiam.* Audisti de terrore, audisti de peste, audisti de fame, audi de persecutione. *Quando commovebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi.* Nam sic ut loquitur Euangelium. *Exurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum.* Erit autem in illis diebus tantus terror hostium, vt in locis minus tutis manentes incipiant de suis sedibus migrare. Et primo quidem substantiam suam cum vxoribus, & paruulis ad loca tutiora transmittere, tandem autem crebrescentibus malis & ipsi sequi qui videbantur ad domorum custodiam remanisse. Nonne hoc tibi esse videtur quod scriptura innuit cum dicit: *Quando commouebuntur custodes domus, quando commouebuntur (inquit) custodes non diuitiarum, sed domorum.* Quando nec illae personae audebunt in euacuatis domibus remanere, quae videbantur eas & posse & debere custodire. Nam nec illi qui videbantur corpore robusti, armis instructi, auxilijs vallati poterunt esse securi, *Nutabunt enim viri fortissimi.* Quid quae lo facient infirmi vbi nutant viri fortissimi; *Et ociosa erunt molentes imminuto numero, & tenebrescent videntes per foramina.* Iuxta morem terrae Palaestinarum videtur hoc dicere, vbi solent feminae ad molam sedere, & fruges terrere. Dicit itaque quia ociosae erunt molentes, cum tamen sint imminuto numero. Duo ergo notat, & paucitatem molentium, & paucitatis ipsius ocium. Ecce iam manifestum habemus quod superius de fame & frugum sterilitate iam diximus. Quare enim quae lo illa molentium paucitas ociosa erit, nisi quia quod molat vix vel nullatenus inuenire possit? Quanta quae lo putas erit multitudo pereuntium, hinc peste, hinc fame, hinc caedo quotidianis momentis de vita periclitantium? Quae cuiquam consolatio esse possit: quis a lachrymis & fletu temperare se possit, cum videat omni hora coniunx vxorem, vxor coniugem, parens prolem, proles parentem, propinquus propinquum, amicus amicum, vitam aut miserabiliter finire, aut miserabilius protrahere? Quomodo quae lo cruciabit hinc timor persequentium, illinc dolor ex compassione periclitantium? Tantus erit dolor, tantus dolentium maror ex periclitantium miseratione, vt ex flendi assiduitate flentium oculi incipiant caligare. Tantus erit persecutionis timor, tantus timentium stupor, vt ad quem libet pertansecuntium strepitum trepidi & stupidi non audeant ostium aperire, vel quid sit non nisi per foramina, vel rimas aspicere. Nonne hoc tibi esse videt quod his verbis innuitur, *Et*

*tenebrescent videntes per foramina.* Quare quae lo erunt respicientes non apertis ostijs, sed per foramina, nisi ex nimio terrore? Quare tenebrescent respicientium oculi, nisi ex nimio merore? *Arescentib. namq; hominib. prae timore & expectatione quae superuentura sunt vniuerso orbi,* inter tot discrimina vite quae poterit esse modus dolendi atque merendi, *Quando commovebuntur custodes domus, quando nutabunt viri fortissimi, quando ociosae erunt molentes imminuto numero?* Vide ergo quam argute concinator iste modo ex causa effectum innuit: modo conuerteret causam ex effecta ostendit. In superioribus iam diximus quomodo in quibusdam locis ex causa effectum perpendere debeamus. Hic autem conuerso ex effectu causa colligitur, vbi ex oculorum caligine maroris magnitudo pensatur, *Et tenebrescent (inquit) videntes per foramina, vbi & additur, et claudent ostia in platea in humilitate vocis molentes.* Quod tunc temporis claudent ostia in platea inter molendum, vnde ne forte magis hoc loco dictum sit, propter timorem concinium & vicinorum, quam hostium. Vnde ne forte quiuis inter molendum ob hoc maxime ostia claudat, ne ad strepitum mole vicinis accurrat, & urgente fame violenter sibi auferat modicum quid illud, quod molebat. Dolentibus autem atque lugentibus solet esse familiare lugere aliquid canere, & idipsum in vocis humilitate. Recte itaque temporibus illis periculosis congruere videtur quod dicitur, *Et claudent ostia in platea in humilitate vocis molentes.* Sub quato timore tabescant superius iam audiuius: audiamus adhuc quomodo malum semper crescat in maius. *Et consurgunt ad vocem volucris, et obsurdescunt omnes filij carminis.* Quod hoc loco consurgere dicuntur ad vocem volucris, nonne tibi simile videtur quod sub vocis comminatione in Leuitico legis? *Terrebunt eos sonitus folij volantis, et ita fugient quasi gladium.* Erunt itaque sub eo tempore tantae formidinis, tantaeque pusillanimitatis, vt sonitus quis volantis, seu folij decidens possit eos deterere, & de sua quiete excutere. Consurgunt ergo ad vocem volucris, vt sit & ipsis iudicium in derisum tanquam pueris insensatis, & merito quidem vt tandem aliquando ad vocem auis trepidare incipiant, qui vocem summam maiestatis prius in suis praecipis vel minis tumide despexerant. Sed quia scriptura sacra in vno quod dicit multa saepe subintelligere facit, possumus & hoc loco ex eo quod dicitur & alia pensare, & similia de similibus aestimantes, quod de aegyptijs legimus de istis futurum expectare. Legitur autem de aegyptijs in Sapientiae libro. *Quia spiritus sibilans aut inter spissos arborum ramos auium sonus suavis, aut vis aquae decurrentis nimium, aut sonus validus praecipitarum petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo, deficientes faciebant illos*

Luc. 21.

Dolentes quid solent facere.

Leuit. 26. Quanta tunc formido futura erit.

Sapient. 17.

Inundationem sequitur fames.

Eccle. 12. Mar. 13.

De multiplici terrore dici iudicij.

Eccle. 12.

Nota.

De diuersis aduersitatibus.

Quae sint filiae carminum.

Mat. 24.

Eccle. 12.

Nota.

Cur dicatur florebit, & amigdalu & non dicitur florebit.

prae timore. Si igitur trepidi & timidi consurgunt & exillent de sedibus vel cubilibus suis ad vocem volucris, cur non & ad vocem animalis seu etiam ad quemlibet illapsum sonitum perstreperitis? Et consurgunt ad vocem volucris. Animaduertitis (vt arbitror) quomodo in his verbis exprimitur magnitudo timoris. Attendite adhuc quomodo in his quae sequuntur exprimitur magnitudo dolendi. *Et obsurdescunt (inquit) omnes filij carminum.* Filias carminis dicit secundum Idiomam illius linguae, eas quae carmina & dulces cantilenas solent amare & frequentare: vt pote in eiusmodi oblectamentis enutritae. Hyperbolice itaque dicit filias carminis obsurdescere, eo quod praemia doloris amaritudine iam desinat eis esse delectabile dulce carmen, vel quodlibet tale, & omnibus voluptas aurium a quantumlibet delicata anima longe recesserit quasi quae veraciter obsurduerit. Si filiae carminis obsurdescunt ad carmina, quanto magis ad alia? Si ad vocem carminis obsurdescunt carminis filiae, quanto magis quaelibet alia? Notandum autem in his omnibus quomodo malum semper grassatur in maius. Superius dicuntur molentes in humilitate vocis hoc facere: hic dicuntur filiae carminis obsurdescere. Ibi innuuntur molentes flebile aliquid flebiliter cantare, hic innuuntur filiae carminis quantumlibet dulce carmen nec audire velle, nec in eo delectari posse. Ecce quomodo malum semper in maius crescit, & in deterius vergit. Superius significauit scriptura homines de suis sedibus migrandos, & ad loca tutiora fugiendos: in quo & illud impletur quod in Euangelio legitur. *Tunc qui in Iudaea sunt fugiant in montes, & qui in medio eius discedant, & qui in regionibus non intrent in eam.* Sed cum ad tutiora loca effugerint, nunquid in securioribus locis securi erunt?

Audi quid sequitur. *Excelsa quoque timebunt, & formidabunt inuia.* Vides certe quia nusquam pax, nusquam securitas. Nec in locis sublimibus, nec in locis inaccessibilibus, quia excelsa timebunt, & formidabunt inuia. Notandum hic, quod & in superioribus quomodo omnia semper vertuntur in peius. *Florebit amigdalu, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparitis.* Non dicit de amigdalo quia fructificabit, sed florebit inquit. *Florebit (inquit) vt homines sub tanta inopia videant quod sperent, & amplius concupiscant, & cum postmodum amiserint quod sperauerant, profundius ingemiscant.* Non ergo fructificabit vt sustentetur famelicorum inedia, sed florebit tantum, & impinguabitur locusta, & dissipabitur capparitis. Sane capparitis genus est oleris. Solent autem locusta, bircus, & eruca folia arborum & olerum vndique perforare, modo ex parte comedere ex parte relinquere, modo autem vsque ad costas totum consummere, & in hunc modum virentia quaeque dissipare atque destrucere. Corrodentibus itaque erucis, & eiusmodi animantibus minutis dissipabitur capparitis. Nonne videtur illis etiam temporibus con-

gruere illud Iohelis prophetae? *Residuum eruca comedit locusta, & residuum locustae comedit bircus, & residuum birci comedit erugo.* Superius audiuius de sterilitate frugum, ecce nunc adiungitur de vastitate fructuum & olerum. Nam quod de vno arboris vel oleris genere dixit, de alijs etiam multis pro more suo intelligi dedit. Ecce quomodo diuina seueritas post subtracta maiora vitae subsidia, tandem subtrahit etiam minora. Et illud homini ad vltimum auferitur, vnde eius vita qualitercunque posse sustentari videbatur. Ecce in vltionem creatoris homo ab omni creatura vndecumque percutitur, multis & miris modis circumquaque flagellatur, prius e caelo quasi ex supernis virtutibus. Postea in terra caede mutua homines ex hominibus, tandem autem locustis, & erucis, & minutissimis quibusdam animantibus. Sic sic superbia humana terretur, atteritur, conculcatur. Terretur desuper ex Angelicis virtutibus, atteritur mutuis persecutionibus: conculcatur a mutis & minutis animantibus. Signa namque & prodigia ad incutiendum timorem, persecutiones, & caedes ad excitandum furem, insectatio vilium animantium ad ingerendam confusionem & indignationem. Cur autem homo tunc temporis tot modis percutitur, tot flagellis atteritur, tot miserijs afficitur, causa quidem subinfertur cum dicitur, *Quoniam ibit homo in domum aeternitatis suae.* Ac si aperte inferat & dicat, Idcirco oportet hominem ad vltimum sub tanta tribulationum fasce laborare atque deficere, quoniam tempus instat quo auferatur homo de superficie terrae & eat in domum aeternitatis suae. Idcirco lumen solis & lumen lunae subtrahitur, idcirco & caetera mala contingent quae consequenter enumerantur, idcirco incipient mala de die in diem crescere, magis magisque crebrescere, vt hinc exire compellus tandem aliquando deserat homo locum peregrinationis suae, & eat in domum aeternitatis suae. In domum aeternitatis suae, in locum mansionis perpetuae, vbi in aeternum subsistat: vbi nullo fine deficiat, in domum aeternitatis suae. In aeternitate cuncta sunt immobilia, transitoria nulla. Ibit ergo vbi in aeternum permaneat, & cuncta immobilia inueniat. In domum (inquit) aeternitatis suae. Non dicit in domum aeternitatis, sed cum adiectione in domum aeternitatis suae. In eam itaque perpetuitatis suae mansionem ibit, quam sibi quisque meritis proprijs acquisiuit, vbi merito retributionis inueniat siue immobilia bona, siue immobilia mala. Constat itaque hominem hunc mundum ad vltimum cum miserando cruciatu amittere, cogitur tandem aliquando homo cum miro & miserabili dolore deserere, quem iam diu possederat cum peruersa delectatione. Idcirco autem mundi finis tot modis afficitur, tot flagellis atteritur, tot & tantis malis vrgetur, vt ex eius fine homo vel sero agnoscat quid sit quod contra Deum amauerat, quid sit propter quod Deum contempserat.

Qua misere tandem relinquendus est mundus.



Mala nouissima plurima & in explicabilia

Eccle. 12.

rat, quid sit propter quod bona aeterna amisit, quid sit propter quod se malis aeternis addidit. Erunt itaque nouissima illa mundi huius mala tam multa, tam magna, tam amara, tam intolerabilia: vt quantumlibet brutis mentibus intelligant homines mundi finem aduentasse, genus humanum tot calamitatum generibus vrgentibus diu durare non posse, ita vt incipiant omnino de omni salutis remedio desperare. Hinc dolor, hinc stupor & horror, hinc gemitus, hinc luctus & planctus. Nonne hoc sensit qui consequenter adiungit. *Et circuibunt in platea plangentes.* Tantus itaque erit communis omnium dolor, tantus merentium stupor, vt nimia animi anxietate concussi, non valeant in vna vel ad modicum sede subsistere. Sed velut amentes effecti incipiant huc illucque discurrere. Et quamuis forte communis calamitas persecutionibus finem imposuerit, nihilominus tamen priorum memores non audebunt in campos vel agros exitu re: sed cum non valeant praenimia furoris exagitatione in suis se domibus continere, & disciplinam plangere: incipient (vt dictum est) per vicus & plateas ciuitatis cursitare, & velut turbini morte misero vertigine circumacti gemendo, plangendo, vluando, non desinent omnia peruagare, nunquam quiescere; Circuibunt ergo in platea plangentes, Ecce quomodo miserabilis tandem agitantur proprio furore, quam vlla prius hostium persecutione. Ecce quam misero fine deficiunt qui in contumeliam creatoris sui vertunt totum quod viuunt. Sed in hanc modum afflictis atque flagellatis, & nec sic quidem correctis malorum incrementa intonare non cessat eum subiungat, *Antequam rumpatur funis argenteus, & recurvat vitta aurea.* A superioribus repetendum, *Memento creatoris tui.* saltem (inquit) post talia mala, post tanta flagella, memento creatoris tui, ne incipiant adhuc & alia post alia sequi. In omnibus enim his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Memento ergo creatoris tui antequam rumpatur funis argenteus, & recurvat vitta aurea. Quod dicit funis argenteus, non est accipiendum pro vno aliquo singulariter, sed passim pro quacumque generaliter. Tale est illud, florebit amigdalum, tale & illud, ibit homo in domum aeternitatis suae. Nam neque illud dictum est pro vna aliqua arbore, neque istud pro vno aliquo homine. Sic hic generalis sententia infertur cum dicitur, *Antequam rumpatur funis argenteus.* Scimus quia preciosa quaedam ornamenta quae solent ex auro, & ebo re, vel lapidibus preciosis fieri, solent argenteis funibus appedi, vel suis locis affigi, qualia sunt Idola gentium, Philateria Christianorum, ornamenta ditissimarum & regalium personarum, Haec sunt quae nobilissima personae solent inexplebili auiditate ambire, pro huiusmodi praedia & patrimonia expendere, Haec sunt quae oculos stultorum capiunt, & in sui admiratione suspendunt, Penitet ergo qui poterit, quid tunc in mentibus homi-

num sit, quando incipient preciosa quaeque: cuiusmodi abominari & detestari, & nec saltem posse aspiceri quae prius solebant tam ardentem amare, sed passim quasi cum furore & indignatione de suis locis quo affixa erant violenter auellere, & ruptis funibus argenteis in solum prosterne- re, & in sterquilinum proijcere. Quod amantissima eorum in sterquilinum proiciantur ex eo certius colligitur quod dicitur, antequam recurvat vitta aurea. Non dicit antequam atteratur, ne visu atterenda videatur. *Sed antequam recurvat* (inquit) *vitta aurea*, quod tunc fit, quando ad solem quidem & pluuiam proiecta nunc humore resoluuntur, nunc calore restringitur, donec tandem eam ista vicissitudinum alternatio penitus dissoluat, & per semetipsam recurrere faciat. Notandum quod recurrere de eis proprie dicimus quae torquendo fieri videmus. Ecce quo fine concluditur, ecce quo exitu terminatur pompa seculi, huius gloria mundi. Sed ois gloria mundi, quae tunc tunc erit, quae ipse etiam vita omnibus in tardium immo in odium venit? *In illis si quidem diebus quarent homines mortem & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* Nonne hoc est quod in Euangelio habemus, vbi ab ipso domino audimus? *Tunc incipient* (inquit) *dicere montibus cadite super nos, et collibus operite nos.* Incipient itaque homines tunc velle quae prius nolebant, & qui prius plangebant, & flebant desolationem & defectum mundi, iam ardentem concupiscunt eum cito posse finiri. Animaduertitis (vt arbitror) quomodo ea semper quae posteriora ponuntur, deterius aliquid sonare videntur. Quod enim circuncunt in platea plangentes, eo quod videant hominem vrgeri ire in domum aeternitatis suae, innuit nonnullum, imo magnum adhuc mundi amorem mentibus hominum inesse, pro quo videntur tam inconsolabiliter plangere. Quod autem tandem aliquando vnusquisque preciosissima quaeque velut quaedam stercorea proiecit, quid aliud quam mirabilem quendam mundi contemptum ostendit? Sic semper detrimentis detrimenta succrescunt, & praeventibus malis semper deteriora succedunt. Sed quod eos ad mundi contemptum profecisse dicimus, nunquid in eo ad poenitentiam compunctos, vel correctos putamus? Sed audiamus quod sequitur. *Et antequam conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super cisternam.* Nonne magis videntur ista impatientiae, vel malitiae signa quam poenitentiae argumenta? Quid, n. quae est quae ad vltimum post omnia hydria passim vbiq; super fontem conteritur, vel rota super cisternam vbiunque confringitur? Nunquid na tot flagellis exacerbati tot miseris amaricati, tanta impatientiae erunt vt se inuicem sustinere non possint, adeo vt cum ad hauriendam aquam occurrerint alter alterius hydriam frangat, dum superueniens expectare non sustinet vt prior hauriat qui ad hauriendum prius accurre-

Apoe. 9.

Luc. 23.

Quid sit hydria ceteri, & rota tam confringi.

Ad quid hydria & rota confringant.

Pulchra consideratio.

Novissimorum consideratio vtilissima.

Gen. 2.

Quid sit corpus ab anima delictum.

accurrerit? An forte tunc temporis tanta erunt malitiae vt haustum etiam aquae frigidae incipiat vnus alteri inuidere? Scimus autem quia ad hauriendam aquam humiliores perlonge conueniunt. Quid autem sublimiores facturi sunt, viiiores quique ad tantam impatientiam vel malitiam erumpunt? Sed qui hydriam alienam frangunt, cur saltem rotae non parant? Nam hydria cuique in proprios vsus deseruit, rota vero in communes vsus deseruire consuevit. Qui ergo non parcat damno alieno cur non parcat vel proprio? An forte refrigerante caritate & abundante iniquitate, tanta tandem erunt malitiae, vt malint omnino incurrere damnnum proprium quam non impedire commodum alienum? Dicit ergo, dicat. *Memento creatoris tui antequam conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam.* Antequam humana malicia in tanta insaniam prorumpat vt vnus alteri minima etiam bona inuideat, antequam vnus alterius hydriam, conterens proximo suo etiam gratis noccat antequam in commune desequens rota super cisternam passim confringatur, vt vnus alterius damnnum cum proprio saltem detrimento mercetur. Audiuimus quam multa, quam magna, quam metuenda sint mala quae mundi finem comitantur. Audiamus adhuc quae horrendo exitu haec omnia concluduntur. *Donec reuertatur* (inquit) *pulsus in terram vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.* Certe si nil aliud mali homo in hoc mundo expectaret, si nullum aliud experiri oporteret, si caetera omnia dum hic viuuntur pro voto haberet, & talem exitum cum omni certitudine sub incerta hora expectaret, omnia quae hic delectant & pertranseunt velut stercorea cum Apostolo arbitrari debuisset. Omni itaque hora deberet homo memorari nouissima sua, nam vellet nollet, quicquid agat, quantumlibet delictis affluat, necesse est vt puluis in terram reuertatur vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Quod superius dixit, ibi homo in domum aeternitatis suae, videtur hic alijs verbis repetere. Sed ibi de obitu hominis simpliciter egit, hic vero distincte de vtraque hominis substantia sententiam protulit. Est enim homo coniunctus ex gemina substantia corporea & incorporea, carne videlicet & anima. Donec reuertatur puluis vnde erat, ecce de corporea hominis substantia, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum, ecce de incorporea hominis substantia. Attende ergo vnde homo secundum corpus sit factus, simul & intelliges quo sit reuerturus. *Formauit igitur* (inquit) *hominem de limo terrae.* Audi adhuc vnde existat vel redire oporteat. Terra es, & in terram ibis. Corpus certe statim vt anima exit voluntarium motum pariter & omnem sensum amittit. Excunte itaque anima quid est corpus nisi terra? Videtis quod nec illi hanc seueritatis sententiam euadunt, qui in fine mundi vitimi inueniendi sunt, quin post subitam mortem quantumlibet

cito resurgant. Reuertetur ergo puluis in terram vnde erat, & spiritus ad Deum qui dedit illum. Quem autem alium dicimus dedisse nisi qui in primi hominis faciem inspirauit spiraculum vitae, qui quotidie creditur nouos creare, creatosq; corporibus humanis infundere, iuxta illud psalmita. *Qui finxit sigillatim corda eorum.* Ecce quis dedit. Audi & qualem fecit. *Creauit autem dominus Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Ecce qualis factus est a Deo. Attende & illud qualis factus sit a semetipso. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Ecce qualem se fecit, ecce vnde, quo recedit de similitudine Dei in similitudinem iumentum. Et spiritus inquit redeat ad Deum qui dedit illum. O cum quanta confusione ad Deum redibit, qui similitudini Dei similitudinem iumentum superduxit. O cum quanta confusione coram creatore suo apparebit, qui cum hic viueret confusione digna egit, qui Dei in se similitudinem conculcauit, foedauit, obliterauit. Certe si sola hanc prauaricator confusione expectaret, si nil aliud omnino retributionis pro omni erratu timeret, ad omnem ei malorum cautelam sufficere debuisset. Semper meminisse debet homo quam sit metuendum confundi in praesentia tantae maiestatis, in conspectu vniuersitatis, quam sit horrendum incidere in manus Dei viuentis. Proculdubio ad hoc habet spiritus hominis redire & asistere coram creatore suo, vt recipiat prout gessit in corpore suo. Quis autem vnquam vilo poterit explicare sermone, qualia, quam multa, quam magna sunt illa mala quae oportet eos ex sententia iudicantis excipere, & merito retributionis sit finere eos inquam quos tot pereuntis mundi aduersa, tot diuinae seueritatis flagella a sua nequeunt peruersitate compefcere.

Psal. 32. Gen. 1.

Psal. 48.

Quanta confusione plena illa anima ad Deum redibit, quae hic viues Dei similitudine in se foedauit.

## TRACTATUS DE IUDICIARIA POTESTATE

### In finali & vniuersali iudicio.

**N** regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, se de bitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim trib. Israel. Ecce audiuius quid veritas ipsa apostolicis viris promittat. Sed audiamus adhuc quid alio loco dicat. *Qui non credit* (inquit) *tam iudicatus est.* Ex hac (ni fallor) gemina scriptura oritur illa sententia, quod quattuor ordines sunt eorum qui ad illud remittendum iudicium veniunt. Nam ex illa prima sententia colliguntur ordines tres, iudicaturi, iudicandi & saluandi, iudicandi & damnandi. His tribus iuxta aliam sententiam quartus ordo adiungitur, iudicati & damnati. Sed si huiusmodi idcirco iudicati dicuntur,

Matth. 19.

Ioan. 3. De ordinibus iudicandorum, saluandorum, & damnandorum.

De parvulis post Baptisma decedentibus.

In exitu animæ in guli, suam sententiã accipiunt.

Ignis purgatorius. Qui puniuntur, & purgatur, se saluos fore cognoscunt.

Questio qui nã iudicabuntur?

Apoc. 20.

1. Cor. 6.

Sapient. 3.

cuntur quia eorum damnatio certa habetur, non fatis video cur istis quatuor quos iam diximus quintum ordinem non annumeremus. Nam parvulorum statim post baptisma morientium tam est certa saluatio, quam non credentium certa damnatio, nisi forte his qui nil proprii meriti vnquam habuerunt veli quis summum perfectionis gradum attribuere, & iudicantium ordini annumerare. Sed dico, Si quidam qui in hac adhuc vita sunt iam iudicati dicuntur, illi qui iam sententiam suã damnationis acceperunt cur non multo rectius iam iudicati dicantur? Non. n. soli illi qui non credunt statim post mortem ad inferna descendunt. Si quis autem contendat illos solos ante generale iudicium ad inferna descendere, illud saltem non audebit negare, omnes videlicet in exitu animæ vel bonam vel malam sententiam accipere, vnumquemque vel ad supplicium, vel in refrigerium ire. Sed puniendi quidem atque saluandi eo ipso quo puniuntur purgatur. Vnde & ignis ille purgatorius dicitur per quẽ in eis peccati rubigo consumitur. Qui autem puniuntur & purgantur eo ipso agnoscunt se ipsos ad salutem referri, quo se vident paulatim ab omni laabe mundari. Ceteri vero eo ipso sententiam suã damnationis agnoscunt, quo nullum purgationis remedium accipiunt. Quorumlibet igitur mortuorum saluatio seu damnatio, quamuis sit incerta apud nos, videtur tamen certa apud illos. Si ergo recte iam iudicati dicuntur qui necdũ meritum suorum retributionem acceperunt, quare non multo magis illi qui iam receperunt, & saluationis vel damnationis suã sententiam certissime (vt dictum est) agnouerunt? Qui ergo sunt illi qui ab apostolicis viris dicuntur iudicandi? Si dicimus quia soli illi qui in saluatoris aduentu viui inuenti erunt, & nondum vllam retributionis suã sententiam acceperunt, Ioannis nobis in hoc sententia contradicit, qui in Apocalipsi sua scribit. *Et dedit (inquit) mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum.* Ecce audis quoniam mors & infernus dederunt mortuos quæ erant in ipsis, vt secundum opera eorum iudicaretur de singulis. Tu forte illos solos in illo extremo examine iudicandos putabas, quorum saluatio vel damnatio extat incerta. Sed quorum quæso damnatio certior est, quam spirituum malignorum? Sed quid de illis dicit Apostolus. *An nescitis quia Angelos iudicabimus?* Ecce dicuntur iudicandi, qui tamen iuxta aliquid recte dicuntur iudicati. Vide ergo ne forte similiter & illi qui iam dicuntur iudicati, recte dicantur & adhuc iudicandi. An forte id ipsum tibi quæris adhuc amplius probari? *Fulgebunt iusti, & tamquam scintilla in arundinato discurrunt, iudicabunt nationes.* Quid aperius? Iudicabunt nationes. Nonne hi sunt qui non credunt, & iudicatio iam iudicati sunt? Vident

itaque oēs aut iudicaturi, aut iudicadi, & de iudicandis quidem alij saluandi, alij autem damnandi. Videntur itaque in illo futuro iudicio tres ordines tantum esse. Quomodo ergo quatuor, vel potius quinque? Vt autem de cæteris taceam, vt quid vel illi iterum iudicantur quorum damnatio non dicam prænoscat, sed iam inchoata rectissime creditur? Quo autem modo Apostoli eos iudicabunt qui ab eis absque dubio iudicandi sunt, An forte dicturi sumus quia hoc sit Apostolos iudicium facere damnandis, quia damnandi sunt, saluandis, quia saluandi sunt? Sed quid magni erit dicere hoc illis quia damnandi erunt, illis inquam qui damnationis suã sententiam cognouerunt, seu etiam exceperunt? Sed forte dicis, quia hoc est apostolicos viros inferiores quosque iudicare ex inspectione conscientiarum singulorum quibus iuste isti saluentur, illi dantur discernere. Quomodo. n. creditur Deus in illa cõ manifestare abscondita tenebrarum, nisi quod absque dubio reuelabit intima & occulta conscientiarum? Non erit itaque illud iudicium in altercatione sermonum, sed manifestatione cogitationum. *Testimonium* (secundũ Apostolum) *reddente singulis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit dominus occulta hominum.* Sed proculdubio ad inspectionem mutuarum conscientiarum sicut palam erit Apostolis quam recte reprobi damnentur, sic palam erit reprobis quam recte Apostoli glorificentur. Sicut ergo Apostoli dicuntur iudicare reprobos, cur non recte & reprobi dicantur iudicare Apostolos? An forte dicturi sumus, quia boni vident conscientias malorum, sed mali non vident conscientias bonorum? Sed si boni quique mutuo conscientias alterutras conspiciunt, cur iuxta prædictam iudicandi rationem non se inuicem iudicabunt? Sicut ergo inferiores a superioribus, sic superiores iudicabuntur ab inferioribus. An forte perfectiores videbunt conscientias inferiorum, inferiores vero non videbunt conscientias perfectorum? Sed si superiores quique videbunt conscientias inferiorum, boni vtique omnes videbunt conscientias malorum. Cur ergo non dicuntur iudicare reprobos quilibet electi quemadmodum & Apostoli? Sed si ad maiorem eorum confusionem patebunt omnibus conscientiarum malorum, cur non æque ad maiorem eorum gloriam pateant omnibus conscientiarum bonorum? Quomodo ergo non se inuicem iudicabunt qui se inuicem exterius interiusque videbunt? Quid ergo quasi pro magno Apostolis promittitur cõ eis a domino dicitur. *Sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel.* Ex hac itaque sententiarum perplexione (vt arbitror) patet in his omnibus sub quantum inuolucro veritas latet. In primis itaque sciendum est quod aliter consideratur iudicium secundum hoc, quod versatur in sola cogitatione, aliter secundum hoc,

Rom. 2.

Boni vident conscientias malorum non e conuerso.

Prima Responsio.

Matth. 19.

Notandum.

Pro resolutione. Dupliciter considerari iudicium.

Iudicium secundum partem & secundum plenitudinem.

Discrimine iudicium partiale, & vniuersale.

hoc quod exercetur in opere. Illud est presentia, illud (vt sic dicam) experientie. Illud cognitionis, istud executionis. Illud est presentis vite, istud vite future. Illud itaque iudicium quod dicitur presentie, non impedit illud in quo est executio sententie. Istud ergo quod est presentis vite non tollit illud quod est vite future: immo si illud non esset futurum, istud esset nullum. Si igitur consideres iudicium presentie ecclesie secundum modum huius vite, inuenies ordines quatuor, vel potius quinque. Nam exceptis his quos nouit in locum iudicium assurgere, certa est de quorundam damnatione, certa de quorundam saluatione, & de quibus certam sententiam non habet, nouit alios ad vitam, alios ad mortem pertinere. Quantum autem ad vltimum future vite examen tres ordines tantum inueniuntur. Alij autem iudicant, non autem iudicantur. Alij vero iudicantur & saluantur. Alij iudicantur & damnantur. Iam vides (vt arbitror) quam recte dicantur adhuc iudicandi illi etiam qui iam dicuntur iudicati. Iudicium siquidem quod in presentia prænoscat, in futuro iudicatur, sed illud forte erit adhuc aliquibus mirabile, quod illi qui post mortem retributionem pro meritum suorum qualitate receperunt, adhuc ad iudicium venturi, & pro suis meritis iudicandi sunt, maxime illi qui damnationis suã sententiam & agnouerunt & acceperunt. Sciendum itaque est, quod iudicium aliquando est, secundum partem: aliquando secundum plenitudinem. Secundum partem est, quod fit de sola sententie qualitate, non autem de eius quantitate. Tale est iudicium presentie ecclesie. Nam qualitatem sententie (vtrũ videlicet damnandi vel saluandi sunt) de quibusdam nouimus, sed quantitatem suppliciorum in hac vita vel vnus alicuius damnati scire non possumus. Sed illud vtique iudicium quod mortem hominis sequitur non solum in qualitate, sed etiam in quantitate iuxta meritum modũ dispensabitur. Moderabitur autem retributionum quantitas & secundum multitudinem, & secundum magnitudinem. Secundum multitudinem, vt vbi fuit multiplex culpa, ibi fit & multiplex pena. Secundum magnitudinem, vt in vno quoque genere peccandi vbi fuerit culpa maior, ibi fit & pena intensior. Iudicium itaque huius vite videtur vniuersum, nam est (vt iam diximus) de sola sententie qualitate. Illud autem quod datur in hominis morte videtur esse multiforme, non tamen omniforme. Nam quamuis modificetur secundum vitam hominis, non tamen secundum totum quod est hominis. Quamuis. n. vnusquisque in morte accipiat prout gessit in corpore, recipit tamen in anima sola, non autem in anima simul & corpore. Vide ergo quid sit inter istud secundum & illud tertium, vltimumque iudicium. Istud quod fit in vnuscuiusque morte, & illud quod futurum est in communi omnium resurrectione. Istud (vt dictum est) fit de tota vite hominis, non tamen secundum totum quod

est hominis. Illud autem vltimum iudicium erit de toto, & secundum totum. Istud fit cum aliquibus, & coram aliquibus: illud fiet simul de omnibus & coram omnibus. Vide quam recte confunditur coram vniuersis, qui hic non timuit offendere dominum vniuersitatis. Vide quam recte glorificatur coram omnibus, qui dominum vniuersitatis glorificauit in omnibus. Vide quam recte caput perditionis coram omnibus deiectionis suã ignominiam suscipit, qui a principio omnium deiectioni insudauit. Attende autem illud vltimum iudicium quam sit congruum, vel vt sic dicam necessarium. Sæpe diuina iudicia quasi in iusta reprehendimus: sæpe contra eius flagella murmuramus. Ibi iudicantibus Apostolicis viris, propalabitur coram vniuersis quam iustus dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Erit itaque vltimum illud iudicium vsquequaque plenissimum, ita vt sufficienter respondeat conscientijs singulorum, simul & omnium. Erit ergo omniforme quod ad omnia poterit satisfacere. Primum itaque dicatur vniuersum, secundum multiforme, tertium omniforme. Primum autem & secundum iudicium sunt secundum partem, solum vero tertium erit secundum plenitudinem. Nam quamuis fin sit multo plenius primo, tertium tamen erit incomparabiliter plenius illo. Sicut itaque primũ exigit fin, sic fin exit tertium. Restat solum illud querere quis sit ille iudicandi modus qui apostolis promittitur cum dicit. *Sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel: vel illud. Iudicabunt sancti nationes & dominabuntur populis.* Videamus itaque quid Ioannes de hoc iudicio dicat cum in Apocalipsi sua scribat: *Et vidi (inquit) mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt, & alius liber aperis est qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.* Quid intelligimus per hos libros, nisi singulorum conscientias? Apertio igitur librorum, manifestatio conscientiarum. His libris inscribitur quicquid ab eis memoriter retinet. His libris quasi scriptũ tenet quicquid ab eis plena intelligentia cõprehenditur. In alijs itaque huiusmodi libris continentur merita humana, in alijs vero etiã iudicia diuina. In illis qualitas actionũ: in istis qualitas est retributionũ. Vnusquisque. n. in corde suo quasi scriptum gerit vnde sua cõscientia accusat, vel defendit. Qui autem diuina contemplationi assistunt, qui in libro Sapientie quotidie legunt, velut in cordũ voluminibus transcribunt quicquid iã perspicua veritate intelligentia cõprehendunt. Quid itaque sunt iudicandorum conscientie, nisi quedã (vt sic dicam) actiones scripte? Quid vero sunt iudicantium corda diuinitus in omnẽ veritate edocta, nisi quedã quasi canonũ decreta? Ex hac gemina scriptura ois sententia trahitur, vnde iudicandorum quilibet damnatur, vel absoluit. Iudicandos itaque nihil aliud est actionũ suarũ libros corã iudicibus aperire, quã conscientias illis non posse abscondere.

Quis nam sit ille iudicandi modus qui apostolis promittitur. Sapient. 3. Apoc. 20.

Apertio librorum.

Discrimine inter libros, & conscientias.

Quid iudicandorum conscientie, quidque sint in dicitur corda. Libros aperire, & i illis legere, qd est



Nihil vero aliud est iudices in huiusmodi codicibus legere, quam conscientiarum occulta manifesta visione penetrare, & quo quisque merito possit, vel fordescat indubitanter agnoscere. Iudices autem coram iudicandis decretorum suorum libros aperire, est ad cordium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet visum admittere, sensumque suum in his quae ad iudicij rationem spectant reuelare. Iudicandi vero dum in huiusmodi quasi canonum decretis legunt, retributionis sententiam, sententiaeque rationem quam quisque meretur inueniunt. Huiusmodi itaque scripturam legere, hoc erit eis iudicij sententiam accepisse. Hoc autem erit Apostolicos viros iudicandorum quemlibet iudicare, danda sententiae rationem oculis eorum ingerere. Certe si haberem autem apertam ad verbum cordis sicut habeo ad verbum oris, sub utraque me sola cogitatione de tuis quae velles secretis docere. Docenda namque cogitare hoc esset docere, & docenda cogitantem intellexisse, hoc esset discenda didicisse. Omne autem quod a sensato dicitur prius cogitatur quam dicitur. Proposita igitur quaestione solutionem cogitare, hoc esset quaestionem soluere si possemus mutuas cogitationes videre. Ecce quam facilis doctrina esset si aurem apertam haberemus ad alieni cordis cogitatum, quanto magis si ad eius sensum oculum haberemus apertum? Attende quae dico. Aliud est videre cogitatum, & longe aliud videre sensum. Multa habeo in cognitione quae modo non habeo in cogitatione. Et innumera sunt de quibus certam & promptam sententiam teneo, de quibus modo nil cogito. In huiusmodi autem cum placuerit possum sensum meum videre, & in considerationem adducere. Quod agitur in corde meo, hoc (ni fallor) & in tuo. Si igitur possem videre cor tuum quemadmodum videt seipsum, ex sola saepe contemplatione sensus tui posset instrui ignorantia cordis mei, & quod nunc agitur verbo oris, tunc ageretur verbo cordis. Quid est enim cordis dicere nisi sic sentire? Verbum itaque cordis sententia intelligentias. Iudicantis itaque sententia ad cordis eius suspensionem vidisse & intellexisse, hoc est iudicium dedisse & accepisse. Nonne in ultimo illo examine iudicandorum conscientia etiam tacendo profitebitur coram iudicaturis: talis & talis est culpa mea? Nonne iudicantium intelligentia coram iudicandis etiam tacendo protestabitur, quoniam pro tali & tali culpa debetur talis & talis pena? Quae est enim ista confessio vel attestatio, nisi mutua ad alterutrum conscientiarum vel intelligentiarum reuelatio? Miraris fortassis qui haec audis. Audi adhuc unde amplius mireris. Certe si possemus mutuos sensus in alterius cordibus alternatim legere, posset de diuersis quaestionibus consulere, & responsum accipere. Nonne idem esset cuique propositae quaestionis solutionem accepisse, & cer-

Aliud est videre cogitatum aliud sensum.

Nota.

tam sententia tuae veritatem in corde tuo legisse? Nil itaque obstat ultimo examine vno etiam quolibet iudicante diuersos diuersis de causis diuersas sententias simul, & sub eodem momento accipere. Alioquin quomodo duodecim homines, duodecim tribus Israel poterunt iudicare, nisi forte putes eos in hoc negotio multa tempora expendere? An forte quia multi sunt qui in numerum iudicantium concurrunt putandi sunt inter se officium diuidere, & itali modo vel ordine negotium accelerare? Sed quantulus quaelo numerus iudicantium in comparatione iudicandorum? Sed cur de rebus inuisibilibus non credimus quod in rebus visibilibus similitudinis attestazione probamus? Certe si multarum quaestionum solutiones scriptae essent in tomo, & coram multis inspectoriis explicaretur, & a diuersis per diuersas quaestiones legeretur, sub eodemque momento posset simul & sub eodem tempore diuersis ad diuersa satisfacere, & nodos dubitationum dissoluere. Cur ergo non credatur carta incorporea digito Dei inscripta hoc posse praestare oculis incorporeis, quod carta corporea digito humano exarata praestare probatur oculis corporeis? Dicis ad haec fortassis, Ecce concedamus vnum eundemque iudicem multis pro singulis causis iuxta ostensa similitudinis rationem sub eodem temporis momento posse satisfacere. Sed nunquid eaque concedendum est vnum eundemque hominem posse simul & semel pro omnibus quae gessit & rationem reddere, & pro singulis sententiam retributionis accipere? Nam testimonium habemus ex euangelio, quia oportet nos rationem reddere etiam pro omni verbo ociofo. Sed si credimus nos de singulis verbis, vel factis, cogitationibus, voluntatibus, singillatim & succedenter respondere: quot quaelo tempora oportet in eius examinatione expendere quem constat (vt scribitur) noventos annos, & eo amplius vixisse? Sed miramur quaeque, vel etiam minime credimus quae experti non sumus. Miramur utique vt pote qui interim alienas conscientias non videmus, & proprias non nisi palpando, nec nisi ex parte cognoscimus. Certe si contingit quaestiam quamlibet domum inter densas nocturni temporis tenebras intrare, potest multa eorum quae ibi latent etiam palpando deprehendere. Sed si alius superuenerit & cum lucerna intrauerit, cogita quam multa sunt quae potest sibi & alijs sub vno & simplici aspectu ostendere, non solum eorum quae vix potuit per multa tempora palpando cognoscere, sed & eorum quoque quae nullo modo posset palpando deprehendere. Vt. n. de caeteris taceam quando inter album & nigrum, inter formosum & deforme palpando discernere poterimus, quod ad lumen lucernae sub primo statim aspectu dijudicamus? Quid autem sunt perfectorum corda diuinae sapientiae splendore illustrata, nisi luminaria accensa? De his lucernis dominus minatur vbi per prophetam loquitur. *In tempore illo scrutabor domos*

Matt. 12.

Pulchra similitudo.

Perfectorum corda.

Sopho. 12.

Hieru.

*Hierusalem in lucernis.* Hierusalem idem sonat quod visio pacis. Domus itaque, Hierusalem sunt conscientiae securae, nam haec sunt quae videtur internam pacem habere. Quid igitur fiet de domibus Babylonis quando domus est Hierusalem scrutanda sunt cum lucernis? Quid erit de conscientijs turpibus & desperatis, si conscientiae praesumptio tollitur etiam male securis? Domus itaque Hierusalem a domino perscrutanda prohibentur, quia in illis est conscientijs quae securae sibi videbant nihil occultum nihil indiscussum relinquere quod a veritatis lumine non arguatur. Hoc autem domorum scrutinium cum lucernis sed dominus facturum perhibet, quia latebrosarum est cogitationum vel voluntatum iudicium, illorum utique ministerio faciet, quos summa veritatis intelligentia ad omnis iudicij examen intime illuminauit. Splendor ergo quidam diuini luminis de perfectorum cordibus radiabit, qui vnicuique vniuersa quae in corde suo bona vel mala latebant, manifesta visione denudabit. Cogita igitur quomodo nunc ad huius corporeae lucis infusionem eorum quae in domo sua sunt statim oia circumspicit, & non solum quantitatem, sed qualitatem rerum sub vno & simplici aspectu deprehendit. Constat autem lucem illam incorpoream multo praestantior, multo efficacior in genere proprio, quam ista sit vel esse possit in genere suo. Parum itaque est quod dixi quod radius ille incorporeus plene demonstrat singulos sibi metipsum, immo & sibi & alijs. Videmus quomodo ad primum radium emergentis solis oia quae omnium oculis caeca non abduerat iterum omnium oculis reddat, quomodo statim oia pateant quae prius latebant. Vix adhuc montium cacumina lucis radium suscipiunt, & iam ex lumine reuerberatione qua in valles refundunt: oia quae ibi sunt: oia quae ibi sunt, omnibus patefiunt. Sic utique sic summi & perfecti viri perpetua stabilitate fundati stupenda sublimitate magnificati & vere montes aeterni, radium diuinae sapientiae immediate suscipiunt, & ex suscepta (vt si dicam) reuerberatione quae circumquaque diffundunt omnia quae pro iudicij ratione manifestari oportet sub temporis momento in lucem adducunt. Hinc est illud quod audis in Psalmis. *Illuminant tu mirabiliter a montibus aeternis.* Iam (vt arbitror) ex parte perpendis, ista illuminatio a montibus aeternis quam sit absque omni ambiguitate mirabilis. Nam ex illo diuini splendoris lumine quod immediate suscipiunt ad inferiora refundendo iudicandorum quibuslibet tam meritorum quam retributionum qualitatem haud dubia visione ostendunt. Certe non qui in hac adhuc vita sumus enim alios quos illustrare volumus multos ad idem, sed diuersos ad diuersa sub vno eodemque tempore illuminare non possumus. Sed si non possumus simul & sub eodem tempore erudire diuersos ad diuersa, quomodo minus vnum eundemque ad multa multumque diuersa? Cogita ergo quam sit mirabilis illuminatio illa vbi sub vna visione in multitudine maxima sin-

Si domus Hierusalem Scrutabunt, quid fiet de domibus Babylonis.

Psalm. 75.

gularum quilibet simul & semel illuminatur ad innumera. Sed istam mentis dilatationem quam ad tam multa sub vna visione comprehendenda in Dei lumine dilatatur animus humanus, quia per experientiam interim probare non possumus difficile credimus. Hic illud occurrit quod venerabilis Papa Gregorius de beato Benedicto scribit. Refert siquidem de illo quod quodam tempore dum nocturnis insisteret orationibus, subito fusa desuper luce totus mundus solis radio collectus ante eius oculos est adductus. Sed audiamus quid ipse Gregorius ad haec velut exponendo adiungit. Quod autem (inquit) collectus mundus ante eius oculos deus non caelum & terra contracta est: sed videntis animus dilatatus. Si igitur animus in hoc adhuc mundo positi in Dei lumine tantum dilatari potuit qui mortali carne circumdatus, & sub huius vitae statu catenus constitutus fuit quid de illo future vitae statu credere debemus vbi alterutras conscientias mutuo videbimus? Sed si ad corporeae lucis infusionem innumera possunt sub vno aspectu cadere, quanto magis ad illam incorporeae lucis infusionem credendum est incomparabiliter plura posse comprehendere sub vna & simplici visione? Si igitur iuxta proprietatis suae similitudinem demus incorporeae luci quod experimento probamus de luce visibili, nescio quid impediatur vltimum illud iudicium sub omni celeritate fieri. An forte hoc ipsum dominus per similitudinem exprimere voluit cum dixit. *Sicut fulgur exiit ab oriente & paret usque in occidentem, sic erit aduentus filij hominis.* Fulgur certe cum paret, subito apparet, & sub omni celeritate disparet. De illa itaque luce quae malorum conscientias detegit, & quales qualia mereantur ostendit, nunquid credere oportet quod subito illis appereat & subito dispereat, quamuis memoria eorum quae viderint omnino non pereat? Non enim sine causa fortassis aduentum suum fulguri potius quam radio solis comparauit: nam & ipse ab oriente usque in occidentem pertingit, sed fulgur nunquam nisi ad modicum apparet, nam de radio solis multo aliter accidere solet. Apparebit itaque sicut fulgur, & ab oriente in occidentem attingens a fine usque in finem, vt sub miranda celeritate omnia quae vbiq; terrarum sunt, erunt, vel fuerunt proferat in lucem, & quantum spectat ad iudicij rationem omnia simul & semel prodeant ad manifestationem. Omnes (inquit Apostolus) *Resurgemus, sed non omnes immutabimur in momento in istu oculi.* Qui poterit omnium corpora sub tanta festinatione reparare, nunquid nam sub eadem celeritate non poterit omnium corda ad quaecumque uoluerit in quantum placuerit illuminare? Si tantae claritatis radium qualem superioris designauimus de uirorum Apostolicorum cordibus radiare non putamus, quid de illo corde dicturi sumus in quo habitat candor illae lucis aeternae, in quo absconditi sunt

Gregorius Li. 2. Dialog. c. 35.

Matt. 24.



omnes thesauri sapientiae & scientiae, in quo habitat plenitudo illius luminis quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Nemo utique fidelium est qui dubitare audeat lucem ad omnia sufficientem de Christi corde posse radiare, & quod consequens est nemo qui negare praesumat tantae illustrationis radios viros Apostolicos immediate suscipere, & in alios refundere, vt constat quod scriptum est: *Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis.* Erunt itaque absque dubio Apostolici viri praeter hominibus caeteris, immo & praeter omnibus spiritibus malignis non solum veritatis intelligentia perspicaciores, sed & potestatis praerogativa supereminenciores, intantum vt caeterorum omnium nemo omnino possit eorum vel sententiam refellere, vel violentiam resistere. Nam & tortores Daemonum qui prius homines trahabant ad tormenta, iam versa vice iuxta decreta iudicantium hominum disponuntur per loca poenalia. Ecce iam apparet (vt arbitror) quae sit illa iudicariae potestatis praerogativa apostolicis viris ab vno omnium domino collata. Ecce quae prius putabatur nullius esse momenti tantae sublimitatis inuenta est, quanta a minus eruditis vix poterit credi.

Psal. 75.

## TRACTATUS DE SPIRITV Blasphemiae.

**V**ae in Euangelio leguntur de spiritu blasphemiae, obscura (vt dicitur) & perplexa sunt valde Expectis autem & expectas audire ex me quid sentiam inde. Sed periculosa praesumptio de suo ingenio praesumere, quod praeclearissima ingenia non intactum, sed indefinitum reliquerunt. Solum domini est certe quododo, & qui voluerit eiusmodi reuelare. Vt autem verum fatear, vti mihi durum valde petitione suae omnino deesse. Super hoc igitur inuolucro si videtur aliquid quereudo non diffiniendo non loquamur. Sunt qui se fatentur nescire quid sit spiritus blasphemiae. Audacter tamen affirmant quod hoc genus culpa omnino sit inexpiable, adeo vt quisquis in hoc semel lapsus fuerit, de caetero omnino saluari non possit. Sunt autem & alij summam auctoritatis viri, qui nullum peccatum credunt inexpiable, nisi quod in poenitentia facit irremediabile. Hinc est illa aestimatio putantium quod per in poenitentiam fit, peccatur in Spiritum sanctum, quia in eo specialiter agitur contra ipsum per quem ois est remissio peccatorum. Sunt qui putant quod hoc sit peccatum in Spiritum sanctum de Dei misericordia desperare propter immanitatem scelerum. Sed qui eiusmodi est si iterum ad veritatem redeat & veraciter poeniteat, quis ei veniam patere contradicat? Attende ergo quod homi-

nibus desperatis sola impoenitentia claudit viam salutis. Habere autem animu obstinatum sunt qui putant peccatum in Spiritum sanctum esse. Secundum eos autem idem est obstinatio quod summa animi obduratio, qui adeo obduratus sit vt de caetero poenitere non possit. Sed quid in se eis aufert locum indulgentiae, nisi pertinacia impoenitentiae? Quod ergo diximus de desperatis, dicamus & de obstinatis, quod impoenitentia claudit eis viam salutis. Sed & alij qui peccatum in Spiritum dicunt irremediabile malum, hac ratione id fieri affirmant, quia sic statim obdurantur, vt deinceps poenitere non valeant. Sed iuxta hoc eo ipso ois remedio carent quod poenitere non valent. Attende ergo quod in hoc vno concurrunt horum omnium sententia, quod sola impoenitentia facit peccatum insolubile. Notandum autem quod dicunt impoenitentes in Spiritum sanctum peccare, non tamen dicunt oes impoenitentes spiritum blasphemiae habere. Iuxta id autem quod scripturis sanctis specialiter attribuitur potentia patri, sapientia filio, bonitas vero Spiritui sancto: Iuxta hoc inquam dicunt quod peccare per infirmitatem sit peccare in patrem, peccare vero per ignorantiam, sit peccare in filium, per sola autem peccare malitia sit peccare in Spiritum sanctum. Et qui per infirmitatem vel ignorantiam peccant sicut aliquid excusationis habent in culpa, sic aliquid remissionis accipiunt in poena. Sed qui per solam malitiam peccantes in Spiritum sanctum delinquant, nil eiusmodi remissionis accipiunt, & non remittitur eis in hoc saeculo, nec in futuro. Si enim poenitent, debetur eis plena satisfactio: si non poenitent, plena damnatio. Sed quis per malitiam peccantes dicantur in Spiritum sanctum peccare, non tamen dici possunt humo oes sicut nec oes impoenitentes spiritum blasphemiae habere. Ex verbis sane dominicis pendere possumus, quod hoc genus culpa sit praeter omnibus detestabile. Quae ramus itaque diligentius quid sit illud peccati genus quod est praeter omnibus detestabilius. Quaedam hominum peccata specialiter pertinent ad corruptelam propriam, sicut ebrietas, & stupra, quaedam specialiter ad proximi iniuriam, sicut homicidia, & furta, quaedam specialiter ad contumeliam diuinam quemadmodum blasphemiam. Sed quis nesciat quod contumelia creatoris sit detestabilior caeteris? Sed si quis blasphemet tormentis compulsus, vel per ignorantiam deceptus, quis neget tolerabilius quam si blasphemet malitia sola ductus? Malignitate ergo blasphemiam praeter caeteris est pessima. Est autem in hoc genere sceleratissimum, & in quo malitia crescit ad summum, quod in Dei vituperijs delectatur, & in eis gloriatur. Quid est blasphemiam nisi vituperatio diuina? Ad hoc autem quisquis aspirat quod valitudo affectat, multumque desiderat. Quid ergo aliud vti spiritus blasphemiae quod affectatio & desiderium vituperationis diuinae? Miratur quis & forte non credit quod ad huc malitiae articulum humana corruptibilitas accedere, immo descendere possit. Sed quem huiusmodi cogitatio pulsata audiat quid de-

Qui ex infirmitate & ignorantia peccat excusationem aliquomodo.

Qui per malitiam peccat non omnes in Spiritum sanctum peccant. Quaelio, quod na peccatum sit detestabilius. De diuersis peccatis.

Blasphemiam ex malignitate pessima omnium. Quid sit blasphemiam, quid de spiritus blasphemiae?

huiusmodi hominibus dominus dicat: *Nunc autem oderunt me & patrem meum.* Pro certo quod quisque odit, hoc improbat, hoc vituperat, hoc & ab alijs odio haberi & vituperari desiderat. Hinc est quod qui eiusmodi erant, de Christo dicebant *Quod immundum spiritum habebat.* Pro certo non ista dicebant quia verum esse credebant. Nam assidue videbant fieri ab eo quod nemo facere posset, nisi Deus esset cum illo. Ideo tamen dicebant, quia in eum quem odio habebant aliorum odia & vituperia concitare volebant. Attende ergo quam sint contrarij spiritus isti, spiritus blasphemiae, & spiritus Dei. Spiritus blasphemiae aspirat ad odium Dei. Spiritus sanctus inspirat amorem Dei. Nam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Vides ergo quomodo spiritus blasphemiae spiritui sancto aduersatur, & semper in contrarium nititur. De hoc spiritu dicit dominus *Quod non remittetur hominibus.* Ad idem respicit quod alius dicit: *Qui blasphemauerit in Spiritum sanctum non habet remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti.* Ex his domini verbis (vt credo) affectationis suae argumentum trahant, qui spiritum blasphemiae malum irremediabile omnino dicunt. Credo Augustinum ista legisse, tamen multo aliter quam istos sensisse. Quod dominus per prophetam ait, *Conuertam in profundum maris:* Augustinus intelligit de hominibus desperatissimis. Alius autem dicit quod obstinatos dominus doctores facit in eo *Quod mittit crystallum sicut bucellam.* In libro Retractionum se ipsum accusat, vel potius excusat, quod de peccato in Spiritum sanctum quodam loco minus caute scripserat, quod tamen putando potius quam affirmado dixerat. Ibi aperte dicit, quod de quo cunque pessimo in hac vita constituto non est desperandum, quin potius pro ipso orandum, quoniam non impudenter pro eo oratur de quo non desperatur. Quid enim est dicere esse genus peccati de quo homo post perpetracionem nullo modo possit veniam consequi? Quid inquam aliud est hoc dicere quam eiusmodi hominem docere vt desperet? cum Cain dicat, maior est iniquitas mea quam vt veniam merear? Quis autem deat vt dicat modum humanae malitiae modum excedere misericordiae diuinae? Dicit Psalmista de domino, *Quod copiosa apud eum redemptio.* Sed quomodo quae copiosa erit si est peccati genus quod nunquam in aliquo dissoluit? Ecce finis misericordiae nostrae iuxta quosdam inuenitur, de quo nullus ad dominum conuertitur, contra illam sententiam qua dicitur: *Remiscentur & conuertentur ad dominum omnes fines terrae.* Nonne fatius esset humiliter fateri dominica illa verba se parum intelligere, quam sua expositio- ne aliquos ad desperationem trahere? Nonne fatius est in magni illius (magistram Hugonem loquor) nostri temporis theologi sententiam pergere, quam aliquibus pontem misericordiae pra-

Ioan. 19.

Mat. 3.

Spiritus Blasphemiae & Spiritus Dei omnino contrarij.

Mat. 12. Mar. 3.

Psal. 67.

Psal. 147.

Psal. 129.

Psal. 21.

cidere, & in desperationis profundum deicere? Superius eam breuiter praelibauimus, nunc iuxta eius tenorem in explanandarum consideratione pergamus. Secundum Euangelistam Matthaeum audis dicentem dominum: *Omne peccatum & blasphemiam remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur ei, quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc saeculo, neque in futuro.* Prius generale sententiam ponit, postea excipienda excipit. Ponit remissibilia, excipit irremissibilia. Spiritus (inquit) blasphemiae non remittitur eo quod hoc malum in se nil habeat excusationis, nihil meretur accipere excusationem remissionis. Quod de hoc malo dixit, hoc idem adiungit de quolibet verbo in Spiritum sanctum prolato. Quicumque (inquit) dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc saeculo, nec in futuro. Quid hic dicturi sunt qui omnem vel semel in Spiritum blasphemantem aeternae damnationi addicunt? Nunquid dicturi, sunt quod omnis qui quaecunque verbum contra spiritum sanctum dixerit in aeternum peribit? Quod si abhorrent hoc dicere, exponant nobis quomodo oporteat intelligere quod dicitur de verbo contra Spiritum sanctum prolato, quia non remittetur in hoc saeculo, vel in futuro. Nam si dicturi sunt hoc malum esse expiabile, iuxta aliquid tamen irremissibile, videant ne idem dici possit de spiritu blasphemiae. Aliud est enim peccatum esse inexpiable, atque aliud iuxta hoc quod hic accipitur esse irremissibile. Peccatum Diaboli inexpiable est, quod nullo remedio expurgari potest. Illud autem hominis peccatum non incongrue irremissibile dici poterit, cui nulla poenae relaxatio fit, quae in peccatis actualiter similibus fieri contingit. Ecce vnam eandemque blasphemiam vnus facit ex coactione, alius ex aliqua deceptione, tertius ex sola malignitate. Ecce in tribus culpa quantum ad actionem per omnia similis. In duobus tamen accipit aliquid remissionis, quoniam habet aliquid excusationis. In tertio nullam accipit eiusmodi remissionem, quoniam nullam habebit excusationem. Primus ex his peccat in patrem. Secundus in filium. Tertius (illi cui non remittitur) peccat in Spiritum sanctum. hoc est quod dominus dicit secundum Euangelistam Marcum: *Qui blasphemauerit (inquit) in Spiritum sanctum non habet remissionem in aeternum.* Quod dicitur remissio dari vel non dari secundum mutuum respectum accipientium, vel non accipientium, pro eodem opere debet intelligi. Nam de districtissima pro eadem blasphemiam aliquid remittitur blasphemantibus in patrem & filium, nihil vero blasphemantibus in Spiritum sanctum. Bene ergo dicitur de eo qui blasphemauerit in Spiritum sanctum quod non habet remissionem

Mat. 12.

Cur spiritus Blasphemiae non remittatur.

Aliud est peccatum esse inexpiable, & quod na sit inexpiable & irremissibile.

Mar. 9.

In spiritu sanctum blasphemare.

1. Cor. 13.

Quomodo intelligat illud Apostoli charitas nunquam excidit.

missionem in aeternum, Quoniam si poenitet nihil de plenitudine districtissimae expiationis, si non poenitet nihil ei remittitur de plenitudine districtissimae damnationis. Quod merito hoc fiat consequenter adiungitur cum dicat. Sed est reus aeterni delicti. Quod dicit idem valet ac si apertius diceret. Idcirco remissionem non het, sed nec habere debet, quia non est reus eiusmodi delicti cui debeat aliquid remitti. Sed est reus delicti omnium pessimi, quoniam reus aeterni delicti, & talis cui non debeat aliqua determinate remissionis relaxatio fieri sicut superius docuimus. hoc est in Spiritum sanctum blasphemare, ex sola malignitate verbum blasphemiae profere. Sed talis blasphemia nunquam potest fieri delictum sine detestabili & execrabili odio Dei, proculdubio Dei odium delictum est aeternum. Aeternum delictum dici quod nunquam excidit, quod in perpetuum esse contingit. Pro certo sicut nunquam excidit amor Dei, sic nunquam excidit odium Dei. *Charitas* (inquit apostolus) *nunquam excidit*. Quod ab apostolo de Dei amore dictum est, de Dei etiam odio dici potest. Et sicut Dei amor recte dici potest aeternum, sic & odium Dei merito dicitur delictum aeternum. Quod dicitur de charitate quia nunquam excidit, non est intelligendum quod semel habita amitti non possit, sed quod contra fidei & spei proprietatem in aeternum esse non desinit. Sic sunt quaedam mala quae locum hent solummodo in hac vita, sicut adulteria, & furta, quaedam vero & in hac vita simul & futura. Nam qui cum dei odio ex hac vita discedit, sub eodem morbo in aeternum tabescit, & qui in aeternum odit, in aeternum delinquit, & sine cessatione delinquendo meretur quod sine cessatione patiat. Qui igitur reus est diuini odij, reus est aeterni delicti. Sed sicut superius est demonstratum, blasphemiam quae est in Spiritum sanctum nunquam est praeter Dei odium. Merito ergo dicitur de blasphemo huiusmodi quod sit reus aeterni delicti. Quidam autem ad id quod dominus dicit, addunt de suo quod dominus non dicit. Dominus dicit quod sit reus aeterni delicti, isti dicunt quod sit aeternaliter reus aeterni delicti. Qui enim dicit eiusmodi hominem nulla ratione posse veniam promereri, nonne dicit eum aeternaliter reum esse aeterni delicti? Sed forte hoc isti ex eo colligunt quod ex dominica voce audiunt, *Qui blasphemauerit in Spiritum sanctum non habet remissionem in aeternum*. Sed nunquid non idem dictum est ab eodem domino de verbo contra spiritum sanctum dicto? *Qui dixerit* (inquit) *verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro*. Quot quae homo potuerunt inueniri qui audeant ut dicant nunquam verbum aliquod contra spiritum sanctum dixisse: Nunquid ceteri omnes desperandi sunt qui hoc dicere non presumunt? Numquid de semetipsis desperare debent qui hoc dicere non audent? Sed si per huius doctrinam

A bos vel asinus in puteum desperationis cadat, timo ne animalium dominus animalium hominum precium de manu doctoris, immo deiectionis requirat. Sunt autem quidam temporaliter rei temporales & transitorij delicti, & sunt quidam aeternaliter rei temporales & transitorij delicti. Itē sunt alij aeterni delicti aeternaliter rei. Cur non sint & alij aeterni delicti temporaliter rei? Ad alterum in temporaliter fit & transit, & adulteratē reū constituit, sed temporaliter reū si veraciter poenituerit, aeternaliter autē si poenitere noluerit. Qui cum Dei odio de hac vita transit, aeterni delicti aeternaliter reus erit. Sic & delictum quod (iuxta quod diximus) potest dici aeternum, veraciter poenitentem non nisi ad tempus constituit reum. Si quidem possunt esse aeternaliter rei temporales delicti iuxta diuinam iusticiam, cur non aliqui credantur esse ad tempus rei aeterni delicti iuxta diuinam misericordiam? Misericordies eius super omnia opera eius. Eius siquidem miserationibus nihil est mirabilius, & eo ipso super omnia opera eius. Consideremus adhuc quid marcus de suo adiungat ad ea quae dominus dixerat. *Quoniam dicebant* (inquit) *spiritum immundum habet*. In his verbis videtur Euangelista rationem reddere: unde contingit dominum de pessimo genere blasphemandi ista differere. Ostendit ergo Euangelista quod idcirco dominus eos doceret de blasphemiam quae remissionem non habet, quoniam dicebant quod spiritum immundum haberet. Absque omni ambiguo ista Christi contumelia erat detestabilis blasphemiam. Sed istud quae so blasphemiam verbum fuit contra ipsum hominis filium, an contra spiritum sanctum? Sed si dicitur contra filium hominis esse erit verbum remissibile si contra spiritum sanctum, erit irremissibile. Sed si dicitur remissibile verbum, nihil ad eam blasphemiam quae non habet remissionem in aeternum, & iuxta hoc quod Euangelista subiungit, nihil respondet ad dominica verba quae praemisit. Compellit itaque coherencia dictorum credere Christi calumniatores blasphemasse in spiritum sanctum. Quid ergo dicemus? Nunquid in illum peccabant quem non vituperabant, & in illum non blasphemabant quem verbis suis profanabant? Quis ad ista idoneus? Auctoritate itaque simul & ex ratione possumus aperte colligere Christi profanatores non per ignorantiam, sed per solam malitiam tam nequiter blasphemasse. Intelligebant absque omni ambiguo neminem posse talia signa facere nisi Deus esset cum illo. Quoniam ergo per solam malitiam blasphemabant, in eum cui bonitas specialiter attribui solet, peccabant, & eo ipso quantum ad id genus peccati acerbissimae poenae alleviatione & remissione indigni erant. Nam si per ignorantiam peccassent, & in ipsum qui Dei sapientia est deliquissent, in puniendo peccato remissius ageretur cum ipsis, & in eo reciperet aliquid remissionis. Ex his domini verbis manifeste colligitur

Mar. 3.

De amore quis bene loquitur.

Egregij effectus charitatis Christi.

1. Cor. 13.

figitur quae quaedam quae omnibus personis communia sunt, quibusdam personis non sine magno mysterio appropriantur. Multa sunt adhuc circa haec dominica verba diligenti investigatione digna. Verum hoc melius atque consultius profundioribus ingenij relinquimus. Super eo quod a me quaesisti dixi quod potui. Si insipiens factus sum, tu me coegisti.

## TRACTATUS DE GRADIBVS Charitatis.

De insuperabilitate charitatis. Cap. I.



Mico in Iesu Christi visceribus dilecto. Leuam sponis sub capite, & dexteram in amplexu Cogit me in fantasia charitatis tuae mihi amanti sine aliquid tibi de charitate scribere, atque supra meipsum praesumere, & supra modum paruitatis meae, immo (vt mihi sentire videor) Jesu dero de vacuo, & quod non habeo dare. Difficile dico tibi acquiescit animus meus de ea aliquid dicere, sentiens quod ad ea digne tractanda neque cor, neque lingua sufficiat. Quomodo. n. de amore loquitur homo qui non amat, qui vim non sentit amoris? De alijs nempe copiosa in libris occurrit materia, huius vero aut tota intus est, aut nusquam est, quia non ab exterioribus ad interiora suauitatis suae secreta transponit, sed ab interioribus ab exteriora transmittit. *Solus proinde de ea digne loquitur, qui secundum quod dicitur cor dicitur verba componit*. Ne mireris igitur si alium audire de ipsa malle quam loqui ipse. Illud inquam audire vellem qui calamus linguae tingeret in sanguine cordis, quia tunc vera, & venanda doctrina est, cum quod lingua loquitur, conscientia dicitur, charitas suggerit, & spiritus ingerit. Falleris si me talem putas, immo fallor ego. Nam tibi quidem pius est in illa quae omnia credit aestimare de me supra id quod est in me. Mihi autem durum est bonum quod non habeo de me opinari. Cum est quid haberem expediret forsitan ignorari. Cumque vero diligatur quod non est, sed quod esse putatur, non amor vel amans non est, sed quod amatur. O magna virtus charitas, quae vocas ea quae non sunt tanquam ea quae sunt. O fortis virtus, quae neminem spoliatis omnia rapis, omnia facis tua, & nemini aufers sua dum bonum quod in alio diligis diligendo acquiris. Et quidem fieri potest ut frustra agas bonum quod operaris. Ut autem ego frustra diligam fieri omnino non potest. En ad manum est amoris fortitudo quam quaeris, cui resistere nemo est qui possit? Omnia sibi subicit, omnia suis profectionibus seruire cogit, inimicos amando superat, & sibi amicos facit vel inuitos. Nam & si habeat aemulos, inimicos omnino non habet. Sola. n. quae in aduersis non

deficit, quia patiens est. Quae iniurias non repedit, quia benigna est. Quam foelicitas aliena non cruciat. *Quia non emulatur*. Quae conscientia mala non pungit, *Quia non agit perperam*. Quae honore non extollitur, quia non inflatur. Quae praesente non mitit, *Quia non est ambitiosa*. Quae cupiditas non coarctat, quae non quaerit quae sua sunt: Quam iniuria non prouocat, *Quia non irritatur*. Quae sinistrae suspitiones non foedant, *Quia non cogitat malum*. Quam aliena mala non letificat, *Quia non gaudet super iniquitate*. Quae errores non caecant, *Quia congaudet veritati*. Quae persecutiones non frangunt, *Quia omnia suffert*. Quae perfidia non indurat, *Quia omnia credit et si non omnibus*. Quae desperatio non absorbet, quia omnia superat. Quae intolerantia non deiecit, *Quia omnia sustinet*, i. omnia de Deo promissa patienter expectat: Quae mortis separatio non intercidit, quia nunquam excidit. Quid nisi morte non vincit, quae fortis est, vt mors, immo morte fortior, quae ipsam quoque mortem mori coegit in morte redemptoris? O insuperabilis virtus charitas, quae ipsum quoque insuperabilem superasti, & cui omnia subiecta sunt omnibus quodammodo subiecti dum victus amore Deus humiliavit semetipsum formam serui accipiens, factus non modo homo, sed opprobrium hominum, & abiectionis plebis. Propter nimiam enim charitatem qua dilexit nos continere non potuit in ira sua misericordias suas, quominus dilectam animam illam inimicis exponeret pro amicis suis, vt mortis terrorem pariter & vigorem tolleret ab amicis suis. Et si contra Deum fortis fuit, quanto magis contra homines praeualebit? Hinc extunc illa fidelium intrepida constantia cordis, qua supplicia contemnentes, & mortem calcantes, lateri per medias mortis fauces ad patriam reuertuntur. Morientes exultant, & morti insultant dicentes. Vbi est mors stimulus tuus? Iam non stimulus, sed iubilis, dum per medium tui latum letumque exitum a miseria paradisi ad regnum, Facit igitur charitas vt pro ipso, vel in ipso mori non metuat, sed affectent, a quo sic amari se vident, vt ne morerentur ipsi morte turpissima voluit condemnari. Admirantes. n. & amplexantes in Christo illi amoris excessum quo proposito gaudio sustinuit crucem humana consensione contempta, vicē non rependere confunduntur, atque passionis eius ludibrijs quasi qui busdam aculeis incitati ferunt effrenes in amoris abyssum, in profundum charitatis, id omnino & solummodo quaeritantes. *Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi?* Sicque quaedam sana & sancta insaniam mente translata parum amare se reputant sic amati. Vehemens quippe vis amoris ratione non compescitur, quae teste Apostolo supereminet scientiae maiestate. Non terretur, quia in infirmitate perficitur. Propterea virtus omnipotens quae ipsas miseras facit potentes dum conuertit in adiutorium quae paratae sunt ad nocendum, qua suffulti milites Christi impaudierant,

Psal. 115.

Vis amoris ratione non compescitur. Ephes. 3.



Rom. 8.

certat, certi de victoria medijs periculis incedit  
 tutissimi, nec damonem, nec hoīem metuentes.  
 Hinc Paulus periculis plurimis enumeratis e q-  
 bus inclite triumphauerat, triumphī cām adiun-  
 git dicens. *Et in his omnibus superamus propter  
 illum qui dilexit nos.* Securus inter frendētium  
 vndiq; hostium fulgurantes hastas, & circumuo-  
 lantia spicula cū charitate dormit, q̄ sola potens  
 est ignita nequissimi tela extinguere, q̄ flumina  
 multa non extinguunt. Deniq; multitudinē pec-  
 catorū operit & opprimit, & tentationū mulsis  
 morientibus non fruēbit. Præualeat, & subijcit,  
 & illum Iebuscum populū, ceterosq; Cananitide  
 stirpis seruire facit in tributū, & in materiā exer-  
 cendæ virtutis. Maioris profecto potentie est ere-  
 ctum hostē deicere, q̄ conatē reprimere. Cha-  
 ritatis proinde est tentationes non perimere ne  
 infurgāt, sed cū surrexerint sternere ne procedāt.  
*Itaque non tam virtus potens, quam virtutū po-  
 tentia dicenda est,* eo q̄ ab illa oēs accipiant vt  
 vere virtutes sint. *Hæc vita fidei, spei robur, &  
 omnium intima vis, & medulla virtutū.* Hęc quę  
 vitā ordinat, affectus inflāmat, actus informat,  
 excessus corrigit, mores componit, valens ad om-  
 nia, & omnibus præualens, quę ipsam quoq; om-  
 nipotentiam quodammodo reddit impotentem.  
 Nonne hæc est quę in Moyse diuinæ iustitiæ &  
 potētiae obstans præualuit in fortitudine? *Dimit-  
 te me* (inquit) vt irascatur furor meus contra po-  
 pulum istū. Audis dimitte, & Deū teneri nō du-  
 bites, nec aliunde q̄ amoris fortitudine. Quæris  
 cuius? Illius vtq; serui fidelis, qui in populū ma-  
 iorē maior fieri & gloriosior renuit, non carna-  
 li (vt affolet) detentus affectu, sed ne in Dei glo-  
 riam rueretur venenatis spiculis blasphemorū,  
 ne quæso (ait) dicant *Agyptij callidē eduxit eos  
 vt interficeret in montibus, nec potuit inducere  
 in terram quam promisit. Quid ni cessit potētia  
 cessit iustitia, vbi charitas de corde tam pu-  
 ro non tam rogabat quam vrgebat.* O quantum  
 talium virorum penuriam patimur, qui pro no-  
 stris delictis domino se opponerent, pacaret irā,  
 auerterent vltionem. *Non est* (ait propheta) *qui  
 inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat  
 te.* Sola quę deum tenere possit vis amoris est,  
 qua non solum teneri se patitur, sed quod non  
 teneatur pie conuocetur in propheta. Quæsiui  
 de eis virum qui interponeret sapem, & statet  
 oppositus contra me, pro terra ne dissiparem eā,  
 & non inueni. Quærit Deus qui sibi se opponat  
 irato, cuius profecto proprium est misereri, pere-  
 grinum vlcisci, Peregrinum inquit opus eius ab  
 illo, quod opus? Nimirum opus vltionis, & iræ.  
 Charitas igitur sua fortitudine extentam Dei  
 manum ne feriat continet. Sathan sub pedibus  
 contēdit, & super inimicorum capita carbones  
 congerit. Potens non modo aduersus carnem &  
 sanguinem, sed & aduersus principatus, & pote-  
 states tenebrarum harum, contra spiritalia ne-  
 quitie in celestibus. In aduersus fortis, sed for-  
 tior in prosperis, Solus enim Christi amor est

Esa. 64. Vis amoris Deum tenere potest. Eccc. 22.

Esa. 28.

Amor Christi, iulq; esse aut.

A qui ridentis & iridentis fortunæ purē blāditias  
 spernit, & conspuit, sapore dulciori delectatus.  
 Cuius respectu omnis dulcedo amara est, ois iu-  
 cunditas mærorum est. Omne pulchrum fœdum,  
 omne suauē molestum. Et hæc de eius insuperabi-  
 litate sufficiant, etsi non ad materiæ copiam,  
 quæ multa est nimis, saltē profint ad occupatio-  
 nē tuam. Iā ad eius insatiabilitatem accedamus.

De amoris insatiabilitate. Cap. II.

Sane amoris fortitudinem illa efficit dulcedo  
 quam sentit, cuius qui gustant illo gustu fa-  
 cile Deum amant. Anima cuncta cōtēnit quæ  
 nisi in huius contemptu amari non possunt,  
 sciens dilectum prius inuenire non posse quam  
 prætereuntis mundi figuram quodam despectu  
 pertransierit. Hinc se in se totam perstringens  
 nō iam ascensorijs gradibus vel passibus vitur,  
 sed inopinatis capitibus, vel excessibus fertur, vo-  
 lans, non vadens in illa sublimia secreta cele-  
 stia. Vnde & Paulus non in tertium cœlum a-  
 scendisse, sed raptum fuisse perhibetur. Sic affici  
 quasi deficari est, dum animus diuino debriatus  
 amore obliuiscitur omnium, & totus pergit in  
 Deum, gustans illud quod nemo nouit, nisi qui  
 accipit. At quoties illam felicitatem participat,  
 miseriam nesciat necesse est, quæ vtique simul  
 esse non possunt. Ad hunc tamen amoris gra-  
 dum etsi mortalibus interdum peruenire datur,  
 diu tamen stare omnino prohibetur, donec cor-  
 ruptibilibus exuta exuuijs liberē euaserint in li-  
 bertatem gloriæ filiorum Dei. Nituntur tamen,  
 & trahuntur illius faciei desiderio, *Quam* (iuxta  
 prophetam) *pater vt adamantem possit, vt fer-  
 rea quæque attrahere possit in funiculis charita-  
 tis.* Tractus iste & si suauem quādam habeat vio-  
 lentia, magis tamen mortalitatis impotentiam  
 notat, qua mole grauata misera animarū pe a vo-  
 latu suo decidit, & deficit a conatu, si non ab il-  
 lo trahitur qui exaltatus a terra omnia trahit ad  
 seipsum. Habent igitur amatorij spiritus corpo-  
 ris corruptione detenti & distenti crebram de  
 Dei visitatione laticiam, sed nullam copiam, dū  
 nec plena esse sinitur, nec morosa. Vnde & quo-  
 dam iucundo loco interim Deus ludere videtur  
 cum filijs hominum, a quibus dum teneri putat  
 e manibus labitur, infectatus se comprehendī pa-  
 titur, & disparens rursus non videtur, donec de  
 nouo lachrymis & precibus vocatus reuertatur, &  
 ita licet delectet visitatio, molestat vicissitudo.  
 Sed quāto putas stupore perfunditur anima sub  
 tracta illa dulcedine, & ad hos sensus laqueos ca-  
 priua retracta? Nonne quasi de patria spirituum  
 pulla in Vallem corporū in aliud quoddā igno-  
 tū sæculum sibi cecidisse v̄ longe priori distimi-  
 le, in quo & charitas friget, & sensualitas regnat,  
 caligat oculus mentis, & sensus viget corporis?  
 Hæret tunc, & alta trahens suspiria inde misera  
 vnde beata efficitur. Nā quo gratiora fuerat ex-  
 pta, eo molestius fert ea sibi esse subtracta. Sub-  
 tractio

Deus ab aia nō inuenitur, antequā mundus despicat ab illa.

Osee. 11.

Amoris visitatio delectat, molestat vicissitudo.

Quo aīo languet subtracta amoris dulcedine.

Languor amoris quid.

Iob. 16. Psal. 76.

Luc. 6.

Quid faciat aia priuata diuino amore?

Aug. 4.

Amoris violentia, nulla possibilibitate frenatur.

Deut. 6.

Psal. 111.

Cant. 1.

tractio. n. rei amatæ augmentatio desiderij est, & A  
 qđ ardentius optas, carēs ægrius. Et hic est lan-  
 guor amoris, qđ nō est aliud nisi tādū impatiē-  
 tis desiderij quo necesse est affici mentē vehemē-  
 ter amantis absente quę amat. O præsens absē-  
 tia, & absens præsentia eius qui simul perdit &  
 h̄. Frustra (ni fallor) sic languentis aīe conatur  
 quis lenire dolorem, temperare mærorem, cum  
 de intus curari oporteat dulce vulnus amoris.  
 Nullo proinde humano solatio mitigat secreti  
 doloris sacra amaritudo, cū sublato interno dul-  
 coris gustu nil queat exterius cōsolari, immo iux-  
 ta beati Iob sniam, *Omnes consolatores reputat  
 onerosos.* Sensit hoc qui dixit: *Renuit consolari  
 anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.*  
 Fœlix tristitia quæ non de creatura, sed de crea-  
 tore concipitur, quæ nulla præsentis vitæ luget in  
 commoda, dignum plane est vt Deum totius cō-  
 solationis consolatorem habeat, qui rerum fluen-  
 tium qualibet affluentia renuit consolari. Non  
 est igitur citra Deum vnde possit solatium cape-  
 re, qui præter illum didicit nil amare. Habeant a-  
 lij vana & varia sua solatia quibus dicitur. *Vt vobis  
 diuinitibus qui hic habetis consolationem ve-  
 stram.* Sibi solus consolator est qui & inhabita-  
 tor est. Caritas Deus, qui & si iustis nunquam  
 desit ad meritum, plerumq; tamen ad solatium  
 abest: illud vtilius, iucundius istud habetur. Latet  
 igitur dum sensum cordis minime tangit illa sua  
 uitas habita, sed abdita. Moram autem faciente  
 quem desiderat, non iam cum illis fatuis dormi-  
 tat, vel dormit, sed crebris succussa suspitijs, & ge-  
 mitibus excitata dissimulare non valet vltra mæ-  
 stitiam, nec ignem abscondere qui triste pectus  
 adurit. Non iam delibet, non consulit rationi,  
 non verecundatur, modum ignorat & ordinem,  
 id omino & solummodo fatagente animo, quo-  
 modo redeat in præsentia dulcedo, cuius quan-  
 tamlibet festinationem reputat tarditatē, hoc est  
 dulcissime quod aliquando quæsiisti, quid sit qđ  
 ait beatus Augustinus, Amor Dei non capit de  
 impossibilitate solatiū. Omne. n. desiderium tūc  
 rōne solet mitigari, cum desideratum impossibi-  
 bile sit haberi. Amoris tamen violentia nulla im-  
 possibilitate frenatur. Nam etsi animam terrena  
 in habitatione pressam & immerfam luto, illa fœ-  
 licitate ex integro frui omnino omni homini cō-  
 stet impossibile, nullum tamen sic amanti hæc  
 impossibilitas præbet solacium, quominus ar-  
 deat & æstuet in fruendi desiderio, quo tamen  
 desiderio etsi ratio excæcatur, Deus tamen mi-  
 nime offenditur, qui simile quoddam suo vide-  
 tur inuuisse precepto. *Diliges* (inquit) *domi-  
 num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota  
 anima tua, & ex omni mente, quod tamen in  
 hac vita mortali, vel potius morte vitali, sicut a  
 nemine constat posse impleri, ita ab omni homi-  
 ne debet optari, vnde & in iusti descriptione di-  
 citur: In mandatis eius uolet nimis. Quid est  
 velle nimis, nisi plus velle quam posse? Quo  
 sensu & ego dictum puto. Adolescentula di-*

lexerunt te nimis. Infinitus quippe, & immen-  
 sus est Deus in quem tendit amor carum, vt  
 nullus esse debeat finis, vel mensura amoris.  
 Amat igitur sic amans anima, etsi non minus  
 posse suo minus tamē velle suo, nec capit de hac  
 impossibilitate solacium, sed potius desiderij su-  
 scipit incrementum. *Concupiuit* (ait quidam)  
*anima mea desiderare iustificationes tuas.* Non  
 potuit satiari desiderio, qui nihil desiderare con-  
 cupiuit. Fames enim animæ desiderium est. Sic  
 vero Deum amans anima amore non satiatur,  
 quia Deus amor est, quem qui amat, amorem  
 amat. Amare autem amorem circulum facit, vt  
 nullus sit finis amoris. Vides igitur quemadmo-  
 dum insuperabilis est charitas, omnia superans,  
 ita & insatiabilis, omnia vorans, & ex copia pa-  
 rit inopiam, dum ex prægustatis delictijs amplius  
 in desiderijs exardescit. Quod & si dentur ad  
 plenitudinem, nunquam tamen ad satietatem.  
*Qui edunt me* (inquit) *adhuc esurient.* O bone  
 Deus quem amare edere est, quomodo amantes  
 te sic reficis vt magis esuriant, nisi quia tu simul  
 cibus es & esuriens? Et qui te non gustauit te  
 prorsus esurire nescit. Ad hoc ergo cibus, vt  
 esurire facias. *Esurientes* (ait illa puella) *imple-  
 uit bonis,* impleuit, non satiavit. Amoris nam-  
 que bona eo minus satiant, quo magis replent.  
 Impleuit bonis: quibus bonis? nolo a me quæ-  
 ras, quæ sint bona charitatis, profecto illa esse æ-  
 stimo de quibus dicitur: *Oculus non vidit abs-  
 que te, quæ preparasti diligentibus te, & alio  
 loco Oculus non vidit, & auris non audiuit, &  
 in cor hominis non ascendit.* Audis diligenti-  
 bus præparata, vt dilectionis bona fore non am-  
 bigas. In hac enim repositæ sunt æternitatis deli-  
 citiæ, & omnis celestis suauitas. In hac sunt Pax  
 patientia, longanimitas, & gaudium in spiritu  
 sancto, & quicquid iucundum mente concipit,  
 & vltra, hæc inquam præparasti diligentibus te,  
 sed abscondisti timentibus te, donec charitas fo-  
 ras mittat timoris velamē, vt videre possint quā  
 magna multitudo dulcedinis tuæ, q̄ etsi repleat,  
 fatiat nunquam. Non audeo dicere ipsos si qui  
 sunt secunda stola vestitos. Obijcis forsan il-  
 lud. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Et il-  
 lud quod ad Hierusalem quæ sursum est dicitur.  
*Adipe frumenti satiat te,* sed satietatem desi-  
 deranti abundantiam ibi notare noueris, non  
 desiderij finem. Finis autem desiderij (vt ait  
 quidam) satietas est. Qui vero semper esur-  
 iunt, liquet quod satiati non sunt. Sed verē  
 beata esurics quæ esurit solum quod habet, &  
 solum habet quod esurit. His itaque persuasus  
 charitati tuæ, quod dulcedine diuini amoris  
 nemo in futuro satiari poterit, nemo in præ-  
 senti impleri, de qua impossibilitate solacium  
 tibi sit nullum habere solacium, patientiam  
 tibi opto, sed patientem esse in hoc magis ex-  
 pediat.

Psal. 118.

Fames animæ qui Deum amat amare amat.

Eccle. 24.

Luc. 1.

Esa. 64. & 1. Cor. 1.

Psal. 16.

Psal. 147.

Quod



Quod amor in eo abiliiter videt amatum. Cap. III.

**H**is igitur utrumque præactis ad inuestiganda reliqua stilus percurrat, quatinus ad tã digna aditũ aperire dignabitur in dulcedine sua pauperi Deus. Solet tamen facilius in his patere ingressus pie pulsantibus, quam subtiliter persecutantibus. Pulsat qui affectat, & qui orat, & pulsanti aperitur. Non enim ambigendum est quin libenter pulsanti aperiat, qui nondum pulsanti hortatur vt pulset. Sic Deus pius vult a se requiri etiam quod promittit, & ideo quod dare disposuit prius promittit vt rogandi ausum præbeat, et quod daturus gratis erat deuota promeretur oratio. In hoc a nobis merita extorquet, dum nos præuenit tribuendo quod retribuat, gratis agit ne gratis tribuat, plane dignus vt reametur, qui sic nos præuenit in amando.

**I**n hoc (inquit Ioannes) est charitas, non quasi nos dilexerimus illum, sed quia prior ipse dilexit nos. Præcedit igitur amor suus, nostro quidem benignior, sed noster reprehenditur, ipse enim adhuc ingratos gratis diligit, nos vero suo dono & debito constat diligere. Dat vnde, & facit quod ametur, vt de suo, & pro suo pariter diligatur. Et quidem donum istud prosequi omittere, eo quod ineffabile sit. Nam etsi sentiri a paucitate spiritualium possit, exprimi tamen a nemine potest. Solum ille nouit qui dat, & qui accipit exclusis cæteris; ipsis etiam accipientibus, & habentibus suspecta est & incerta ipsa collatio, idque salubriter ne præsumat. Sed nunc quæso mi Seuerine reduc oculos ad hæc inferiora, & vide quæ videntes plerique non vident, & aduerte si non cuncta quæ vel nobis in prosperis feruiunt, vel contra nos leuiunt in aduersis quædam non sint charitatis calcæria vrgentia quodammodo ad cursum amoris. Ad hæc enim omnia cursus suos dirigunt vt humanis vtilitatibus & oblectamentis occurrant, vel defectibus certe succurrant. Hoc cælum, & terra, mare, & æra, hic circuitus temporum rediuiuis patibus antiqua innouans, dilapsa reformans, consumpta restituitans impicere non cessat, vt sicut hæc continua communia beneficia respicere nemo est qui possit, ita qui benefacit non diligere nemo est qui debet. Assentis forsitan de prosperis, at aduersa quomodo amorem doceant, vel exigant, tibi innotescere cupis. Cum plerumque humana ingratitude superbe sibi arrogat dona conditoris, vult idem hominis conditor alto salubrique consilio hominem tribulationibus exerceri, vt cum defecerit homo & subuenierit Deus, Deus vt dignum est ametur ab homine, hoc enim est quod dicit: *Inuoca me in die tribulationis, etiam te, & honorificabis me.* Et occasione quippe frequentium necessitatum crebris necesse est in tribulationibus Deum ab homine frequentari, frequentando gustari, gustando probari quam dul-

Ingressus ad Deum facilius videntur pie pulsantibus quam subtiliter per scrutantibus.

1. Ioan. 4.

Dona Dei exprimi non possunt.

Nota.

Quare Deus perimitat tribulari quænes? Psal. 49.

A cis est Deus. Sicque fit vt cor ferreum quod beneficijs emolliri nequibat, flagellis eruditum ad gratiam liberantis liquecat, discatque Deum diligere, etsi non propter suam bonitatem, certe propter propriam vtilitatem, & hic gradus amoris amare inchoantibus primus est, iam vero amantibus infimus, cum non propter ipsum, sed propter nos Deum diligimus. Liqueat igitur quemadmodum tamen carnaliter & carnalia amantem ad Dei amorem aduersa instruant, & quodammodo cogunt. Sed & ipsis amore succensis, non inferiori consilio interdum prospera subtrahuntur, & ingerunt aduersa, vt si forte (quod vitare difficile est) blandiens prosperitas aliquando sibi subripuit amoris particulam, succedens tollat aduersitas, quæ sola (iuxta beati Ioannis doctrinã) veraciter docet non diligere mundum, nec ea que in mundo sunt. Sic Israheliticæ coguntur ab Ægyptijs Ægyptũ egredi, quia teste beato Gregorio: Dum mundus calamitatibus animã pulsat, nil aliud nisi vt non diligatur clamat. Solus igitur amor est quem a nobis Deus exigit, aut cum beneficijs obruit, aut cum flagellis corrumpit, vel consilij instruit, vel mandatis astringit. Plenitudo legis est charitas, & legem continet & prophetas, quia quicquid diuina lege indicitur, vel interdicitur ad solum amorem reducitur. Solue tributum amoris, & domino noueris satisfactum. Quid igitur (inquit) nobis prodest tanta in nostro victu parcitas, in habitu vilitas, in vilijs & disciplinis iugis austeritas? Paucis accipe, quædam sunt charitatis obsequia placetia & placantia si in charitate fiant. At sine charitate nihil profunt, hæc est enim virtus in qua nec minimum opus respicitur, sine qua nec maximè acceptatur, non prædicatio, etiam si fiat linguis angelorum, non fides, etiam si montes transferat. Non elemosina, etiam si omnes facultates in cibos pauperum distribuatur. Non corporis afflictio, etiam si tradatur corpus ita vt ardeat. Non missarum solemnitas, quia ante fratris reconciliationem munus prohibetur offerri. Ipse enim amator hominis Deus est, cui omnis creatura merito confitetur, & dicit: *Bonorum meorum non eges, sed hoc solum requirit ab homine, quod nulli constat difficile.* Solus enim amor est (vt ait beatus Augustinus) qui nomẽ difficultatis ignorat, qui cum multa amico impenderit, pauca vel nulla se iudicat impendisse. Hinc est quod illa annorum multitudo videbantur Iacob dies pauci præ amoris magnitudine. Verus enim amans animus quicquid pro amico patitur præ amore vix sentit, dum sic totus amori intenditur, ut præter dilectum nil pœnæ cogitare sinatur, quia signaculum gerit super cor, & super brachium suum. Denique qua parte subreperere possit illius obliuio, qui præter illos radios incircumpecti luminis, præter illos riuos incorrupte dulcedinis quibus ineffabiliter animã influit, in rebus et visibilibus amati se exhibere nõ cessat. Integer quippe amator Dei quocun-

Quomodo cor quod beneficijs liquefacto re nequit, Deus flagellis mollescat, & erudiat. Primus amoris gradus quod sit? 1. Io. 20.

Ioan. 2. Exod. 12.

Greg. Quomam nõ Deus solũ amorẽ a nobis exigit.

Amore satisfacti Deo. Sine charitate nihil prodest.

Psal. 15.

Augustinus amor nomẽ difficultatis ignorat. Gen. 29.

Amator Dei reb. pro speculo vitæ.

cumque se vertit familiarem habet admonitionem amoris, rebus his pro speculis vitur, & in omne quod cernit sui amatoris sibi resultat memoria. Aspiciet cuncta quæ condidit, & quod condiderit sine, & in his non tam admirabilis quam amabilis sibi occurrit, atque ex arra dilectionis quam præconuulit sapienter æstimat quanta referuauit in dotem. Castis profecto columbinusque oculus amor est, qui in rebus humano vsui concessis nulla libidine figitur, sed in transitorijs contemplantur æternum. Ille est oculus qui non clauditur, quia carnalitates palpebra caret, nullo iniecto turbatur, quia nihil admittit forinsecus, nulla cœcatur caligine, quia tenebræ in eo non sunt vllæ, nullo grauatur sopore, ipso teste qui ait: *Ego dormio & cor meum vigilat.* Oculus rectus, oculus vere dexter, quem nulla scorsum auertit sinistra intentio, nulla deorsum inflectit terrena affectio, oculus vero simplex & prudens quem nulla concutit incerta suspitio, nulla detinet curiosa sollicitudo, illum incessabiliter intuens in quem Angeli prospicere desiderant. Amor enim vehemens (vt ait beatus Augustinus) non potest non videre quem amat, quia amor oculus est, & amare videre est. Hoc oculo se vulnerari fatetur qui ait: *Vulnerasti me in vno oculorum tuorum.* Duos nempe oculos habet anima. Vnum quo intelligit, & alium quo requirit illum qui respicit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirẽs Deum. Et horum duorum dexter oculus est amor qui requirẽdo vulnerat. Neque enim ille saliens in montibus, & transiliens colles. Omnem sensum superans, humanum videlicet & angelicum, absque vulnerare capitur dumtaxat amoris. Quæris quid sit vulnerari Deum? Respondeo ego, quod est illa omnipotentiam nostræ infirmitati pie descendere, & quasi quædam vulneris apertura in ternæ suauitatis secreta patefacere. Vulnerari ergo potest, qui & si sit impassibilis, nõ tamen est impassibilis. Vulnerus hoc absque ira infligitur, & absque dolore sentitur. Hunc vulnerantẽ oculũ ille Ammonitarũ rex suo infelici cœdere molitur eruere. *In hoc inquã feriã vobiscum sedus, vt omnium vestrum oculos dextros eruat.* Sublato enim amore qui dexter oculus est, ad solum errorem remanet intellectus quem sinistrũ diximus. Intelligere quippe non amare illorum error extitit. *Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis.* Quod multi qui errores persequi videntur hoc errore cœcantur, quo nullus forsitan potest deterior inueniri. Videtur itaque ab amantibus Deus oculo vtroque, sed altero vulneratur, quia vbi intellectus caligat, amor penetrat, & vbi ille repellitur, iste admittitur. Quippe persequari prohibemur, & plus sapere quam oportet, sed amare etiam plusquã possumus præcipimur. Non potest igit obturari amoris oculus quominus videre possit quẽ amat, & si nõ visus est, teste beato Ioãne *Seruat in præmiũ,*

Cant. 5.

August.

Cant. 4. Duos oculos habet anima.

Quid sit vulnerari Deum?

3. Reg. 11.

Rom. 1.

Oculus amoris nõ potest obturari. 1. Ioan. 4.

A Certè tamen videtur sicut vult quod in præsentia ad solacium indulgetur: Videtur enim a quolibet amante prout amat, ab alio quidem sic, ab alio vero sic, pro varietate affectu quibus feruntur in ipsum. Alij ad diuinitatis arcana feruentius inhiant. Alij humanitatis mysteria securius admirantur, contemplantes consilium altissimũ Dei super salute generis humani, totum quidem tutũ est quod oculus intuetur amoris, qui solus nunc videt ad meritum, visurus quandoque ad præmium, cum sublato corruptionis nubilo, *Faciem illam* (vt scriptũ est) *videbit in iubilò.* Poterant his multa adijci famelicis, & si nõ fastidiosis profutura, sed ne prolixiori sermone te graue, stilum premo multo plura fateor cupientem.

De amoris inseparabilitate. Cap. IIII.

**I**am nunc ad medium veniat vltimæ petitionis tuæ particula, maximè illa quam instantè postulas vir deuotissime Seuerine, meis quidem labijs, sed tuis certe meritis explicanda, quibus non tantum in studijs, sed & in cunctis necessitatibus non mediocriter fido. Vt aut in ea quæ proposuimus suo tramite sermo gradiatur, quæ dicta sunt breui reuocetur epilogo. Habes aut in præmissis quod charitas insuperabiliter pugnat, insatiabiliter gustat, incessabiliter videt. In manibus bardet, & inseparabiliter hæret. A deo nempe tenax est amoris glutinum, vt non tam iungere, quam vnire dicatur. Prorsus iuxta prophetã *Glutinum bonum est tripliciter vnies virum virtutis*, videlicet sibi, proximo, Deoque, sic quod ei conueniat & cohæreat in vnitate. In se quippe per amorem homo vnus efficitur, dum se intra se recolligens, & reductis affectibus cunctis a locis quibus captiuus tenentur solum vnum incommutabiliter amat, nec amplius in diuersa mutatur. Paratus enim per amorem in plura nunquam sibi inuenitur vnus, vel idem, sed semper sibi ipsi dissimilis, quia toties variari cogitur, quoties quod amat variatur. Qui enim labet iniquitatem, necesse est vt cum labente labatur. Proximo per charitatem vnitur homo, dum non solum sine querela quantum in ipso est idem omnibus studet effici, sed & omnium successibus coaptari. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, infirmari cum infirmis, & cum scandalizatis vri, iuxta quod scriptum est: *Socius in tribulatione & regno.* Sic multitudinis credentium erat cor vnum & anima, quam nec voluntatum varietas, nec rerũ proprietates animos diuidebat, sed firmiter stringebat charitas, & suauiter cohibebat in vnitate spiritus, in vinculo pacis. Heu in quã inferiori sæculo dilapsi sumus, Heu in quos fines, immo fœces sæculorum homines deuenerunt, Cum (vt de sæculi hominibus tacemus quos excecavit ambitio) ipsã religionis electio nostro miserabili tempore tanta diuisione spargatur, vt vix vnus alteri conueniat in vnum, nisi forte aduersus dominum & aduersus Christum eius.

Iob. 33.

Charitas Quomodo gustet & pugnet.

Esa. 41.

Quib. per charitatẽ vnus homo, & quomam modo.

Apocal. 1.

cius. Vbiq̄ue apparent scissurę ciuitatis Dauid, & intatum iam habitat, vt vicinam ruinam omnino minentur. Seruauit sub tunica vna & veste simili cor varium & omnino dissimile, ita vt de religione antiqua vix signa seruentur, & venientibus ad sepulchrum domini quod claustru est, & Christum quarentibus sola linteamina pateant, id est habitus forma. Fateor tader hic esse, excamus hinc, neque enim hoc loco de vicij loqui propositum est. Deum etiam homini, & hominem Deo vnj charitas, non solum illa ineffabili vnitate qua nostra natura verbo æterno in vnitate personę vnitur, quam efficit vtique illa charitas qua ante mundi constitutionem nos di-

1. Cor. 6.

lexit, sed illa qua ait Apostolus. *Qui adheret Deo vnus spiritus est.* Profecto vnitas hæc amoris est, qua homo secundum cor Dei totis votis supernę & æternę voluntati conformis vnitur Deo glutino quod non dissipabitur, & vinculo quod non disrumpetur. Est enim charitas vinculum perfectionis quo membra fidelium artificifimo complexu sibi inuicem hærent & suo capiti per omnes iuncturas connectuntur in vnum corpus, in mutuo participio bonorum omnium, vt fidenter quilibet dicere possit, particeps ego sum omnium timentium te, & custodientiu mandata tua. De hoc dictu puto. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Triplex dicitur eo quod (vt præfatus sum) tripliciter ligat, vis tibi funiculum triplicem describat Apostolus, *vnus* (inquit) *præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Solum cor purum est q̄ perfluere nescit, nil facilius scedatur corde exposito, quod sola continet charitas ne frustra pateat. Porro secundum Apostolum conscientia bonam habet ad omnes qui proximi bonum æque vt proprium diligit, si quominus conuincitur non habere illam quę non quarit quę sua sunt. fides non ficta illa est, quę per dilectionem operatur. Alioquin non modo fictam, sed etiam mortuam Iacobus eam dicere non veretur, Et vñe iste triplex funiculus difficile rumpitur, quo vnctus Paulus audet & dicit. *Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas?* Validum profecto vinculum cui nulla præualet violentia, inseparabiliter continens amantem paritur cum amato. Nemo me æstimet cum illis sentire, imo desipere qui charitatem semel habitam asserunt vltra perdi non posse, quia si omnis qui habet charitatem habet & perseuerantiam, frustra suos discipulos dominus monuisset dicens. *Manete in dilectione mea.* Sed in hoc indubitanter censẽrem charitatem sponte posse desereri, non violenter auferri. Offeritur omni, auferitur nulli, vt nullus nisi suo vitio illa careat. Vt autem hac vnitiua virtute in vnum concurrere possint affectus amantiũ, cor amanti a se liquefieri necesse est, vt trãsum di possit, & transformari, & in illum quem amat mutari & vniri alteri, quemadmodum aquę stil la in fusa vino deſicere a se tota videtur dum al-

Charitas est vinculum perfectiõnis.

Eccel. 4.

Eccl. 4. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Triplex dicitur eo quod (vt præfatus sum) tripliciter ligat, vis tibi funiculum triplicem describat Apostolus, vnus (inquit) præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Solum cor purum est q̄ perfluere nescit, nil facilius scedatur corde exposito, quod sola continet charitas ne frustra pateat. Porro secundum Apostolum conscientia bonam habet ad omnes qui proximi bonum æque vt proprium diligit, si quominus conuincitur non habere illam quę non quarit quę sua sunt. fides non ficta illa est, quę per dilectionem operatur. Alioquin non modo fictam, sed etiam mortuam Iacobus eam dicere non veretur, Et vñe iste triplex funiculus difficile rumpitur, quo vnctus Paulus audet & dicit. *Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas?* Validum profecto vinculum cui nulla præualet violentia, inseparabiliter continens amantem paritur cum amato. Nemo me æstimet cum illis sentire, imo desipere qui charitatem semel habitam asserunt vltra perdi non posse, quia si omnis qui habet charitatem habet & perseuerantiam, frustra suos discipulos dominus monuisset dicens. *Manete in dilectione mea.* Sed in hoc indubitanter censẽrem charitatem sponte posse desereri, non violenter auferri. Offeritur omni, auferitur nulli, vt nullus nisi suo vitio illa careat. Vt autem hac vnitiua virtute in vnum concurrere possint affectus amantiũ, cor amanti a se liquefieri necesse est, vt trãsum di possit, & transformari, & in illum quem amat mutari & vniri alteri, quemadmodum aquę stil la in fusa vino deſicere a se tota videtur dum al-

1. Tim. 1.

1. Tim. 1. *Charitas est vinculum perfectiõnis.*

Iacob. 2.

Iacob. 2. *Charitas est vinculum perfectiõnis.*

Rom. 8.

Rom. 8. *Charitas est vinculum perfectiõnis.*

Ioan. 17.

Ioan. 17. *Charitas est vinculum perfectiõnis.*

Charitas est vinculum perfectiõnis.

terius saporem induit & colorem. Hinc illi piẽ amantiũ crebri defectus, immo profectus de se in se nihil sentiant, nisi quod in Christo Iesu. Nostri quid dicere velim, nemo te melius. Solum liquidum est quod omni forme congruit, q̄ optimẽ conuenit cordi amatoris. *Factum est* (ait ille) *cor meum tamquam cera liqueſcens.* Res liqueſcendo mollitur, dilatatur, purgatur, & nunc hunc triplicem effectum considera in amore, qui vere ignis diuinus est corda resoluens, purgans, & conſans in massam vnitatis, quemadmodum varia metalla soluta igne cõcurrunt in vnum. Ad tactum cuius mollitur & cedit illa odiosa durities quę est insensibilitas cordis, qua homo nec se sentit, nec alium, nec pietate flectitur, nec precibus mouetur, exemplis non inducitur, minis non terretur, beneficijs duratur, flagellis nõ eruditur. Frontofas ad turpia, pronus ad illicita, subdi nescius, nisi cum resistere non potest, & in omnibus his exemplam tibi sit Pharao homo duri cordis. Emollitur autem cor (iuxta beati Pauli doctrinam) dilatatur in charitate, & a dextris & a sinistris vsqueque diffunditur, subueniens pariter hostibus & amicis, atque grato quodam & spontaneo cursu omnibus occurrit, congaudens profectibus, vel defectibus condolens proximorum. Fluit igitur, sed non effluit, quia sic se deriuat ad alios, vt a se aliquatenus, non recedat. Et vide tu ne forte propheta senserit id ipsum, qui cum cor suum cerę liqueſcenti cõparasset, protinus adiunxit, in medio ventris mei, liquidum ergo fuit, sed extra se non effluebat. Solum effluit qui sic intendit alijs vt sibi non attendat. *Videte* (ait Apostolus) *ne forte perſuatis,* neque etiam

Pſal. 21. Triplex effectus amoris.

2. Cor. 6.

Hob. 2.

Amor ignis consumens.

Luc. 7.

Pſal. 37.

2. Cor. 6. *ne forte perſuatis,* neque etiam necesse est vt in his excessibus quibus humani spiritus latofis sensibus diuino munere auelluntur, extra se esse dicamus, cum Paulus in suo raptu an in corpore, an extra corpus fuerit, se dicat profus ignorare. Vbi ergo sunt inquis? In eo interiorius est sui, profundum est cor hominis & inſcrutabile, homo enim ita secretus sibi est quod solus sui ipſus noſcat quod interior, nõ ergo educuntur sed inducuntur spiritus in illo interiori cõnaculo, quod quę & illuc clauſis ſcorſum ſenſuũ ostijs ſecurius ſecretiũque caſtiſſimo complexu conueniant cum dilecto, & ibi melius ſecũ ſunt, & cum ſic ibi ſunt ſimul, tutius ſe habent. Porro cor liquefactum purgari necesse est, & ad purũ excoqui ſi quã habet ſcoriam ipſo amore qui

Hob. 2. *Amor ignis consumens.*

Luc. 7. *Amor ignis consumens.*

Pſal. 37. *Amor ignis consumens.*

Cant. 5. Luc. 24. Dulcis cõfabulatio Dei.

omnem dilecti sermonem compungitur & ebulat. *Experiens illud quod canitur. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est.* Et illud q̄ in Euangelio legitur. *Nonne cor noſtrum ardẽs erat in vobis, dum loqueretur vobis in via?* O dulcis cõfabulatio Dei in anima quę sine lingua & laborum formatur ſtrepitu, quę sine aure percipitur, sed ſub ſilentio ſolus qui loquitur & cui loquitur audit illam, a qua omnis alienus excluditur. Sunt autem verba illa quędam cœlestis fontis irrigua rigantia corda arenita, & tædientia præ amoris desiderio. Quoru dulcis narratio de ciuitate Dei, de pace & copia ciuitatis, de ciuium gloria, & decore lucidiffimę mansionis, pellens a corde ſatidium, & a corpore fatigationem, nõ cians amico quod possessio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere, nec aliud petijt, vel paſſus eſt qui dicebat. *Dormitauit anima mea præ tædio, confirmame in verbis tuis.* Similia autem ſunt verba veritatis noſtris cogitationibus, & nemo tam vigil obſeruator eſt motuum, qui facile diſcernat quid cor pariat, vel quid audiat niſi qui dominũ loquentem aduerit. *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris.* Et illud *De corde exeunt cogitationes male.* Et item. *Qui mendacium loquitur de ſuo loquitur.* Et iſtud Apoſtoli. *Non quod ſuſficiẽtes ſimus cogitare aliquid ex vobis.* Mala ergo in cordibus dicimus iuxta illud. *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.* Bona autẽ audi mus. Vnde. *Audiam quid loquatur in me dominus Deus.* Et proſus huic auditui dabitur gaudium & lætitia, nec reuertetur verbum vacuum, sed faciet ad quodcumque miſit illud, rigans & fecundans penetralia cordis, qui talibus verbis docentur, docibiles Dei ſunt, & vnctio eos docet, quę ſola omnem veritatem docet ſuaui celerique magiſterio. Loquitur quędam profunda myſteria Dei quę non licet homini loqui, & ſi audire liceat, qualia apud magiſtros ſæculi nul latenus audiantur, quorum virtute & auditu corda liqueſcunt, liqueſcendo deſiciunt, & deſiciendo perficiuntur. Dura in illam vnitatem concurrunt, quam ſuis Saluator orat & optat in Euangelio. *Viſi ſint* (inquit) *vnum ſicut & nos vnum ſumus.* Cuius ſanctus Ioannes in ſua epiſtola mimit dicens, ſicut ipſe eſt, & nos ſumus in mundo, vt ſicut videlicet illa beata beatificans perſonarum trinitas amore cõtinetur æterno abſque conſuſione & diuiſione, vt nec vnitatem turbet perſonarum diuinarum qui eſſentiam non multiplicat, nec vnitas trinitatem redigat in ſingularitatem perſonę, ſic & ipſi vniantur, & ordinẽtur in charitate, cum comparatione quidem ſed qualicumque ſimilitudine, nec abſurdum putetur quod dixi Deum amore contineri, cum non alio dixerim quam ſeiſpo & quam ſeiſum. Hęc autem pauca ita ſuſcipiat charitas tua, vt cũ a te perlecta fuerint, nulli tranſcribẽda cõcedas, niſi quibus ad ædificationem anime talia credideris expedire. Noſti enim quã proni ſint quidã ſim- plicia dicta conſpuere, his ſoli intenti quę quę-

Pſal. 118.

Math. 9. Ibid. 15. Ioan. 8.

2. Cor. 3.

Pſal. 13.

Pſal. 84.

Ioan. 17.

stiones verboru generant, quaru nullus est finis, & fructus modicus.

# TRACTATUS DE QUATTOR

Gradibus violentę charitatis.



Vulnerata charitate ego sum. Vrger charitas de charitate loqui, libeter me impedo charitatis obsequio, & dulce quidem, & omnino delectabile de dilectione loqui. Lucunda materia, & satis copiosa, & quę omnino generare non possit vel tedium scribenti, vel fastidium legenti. Sapit enim supra modum cordis palato quod charitate conditur, si dederit homo pro dilectione omnem substantiam domus sue, quasi nihil despiciet eam. Magna vis dilectionis, miranda virtus charitatis. Multi gradus in ea, & in ipsis magna differentia. Et quis eos digne distinguere vel saltem dinumerare sufficiat? Est sane in ea affectus humanitatis, sodalitatatis, affinitatis, consanguinitatis, fraternitatis, & in hunc modum alij multi, super hos tamen omnes dilectionis gradus est amor ille ardens & feruens qui cor penetrat, & affectu inflamat, aſamque ipsam eouſque medullitus transigit vt veraciter dicere possit, Vulnerata charitate ego sum. Cogitemus ergo quę sit illa supereminencia charitatis Christi quę dilectionem parentum, nunc amorem prolis, vxoris affectum transcendit vel extinguit, inſuper & animam suam in odium vertit. O vehementia dilectionis, o violentia charitatis, o excellentia, o supereminencia charitatis Christi. Hoc est fratres quod intendimus, hoc est illud de quo loqui volumus, de vehementia charitatis, de supereminencia perfectę amulationis. Noſtis fatis quia aliud est loqui de ipsa charitate, & aliud de eius consummatione. Aliud sane loqui de ipsa, atque aliud de eius violentia. Attẽdo ad opera violentę charitatis, & inuenio quę sit vehementia perfectę amulationis. Ecce video alios vulneratos, alios ligatos, alios languentes, alios deficientes, non tamẽ a charitate. *Charitas vulnerat, charitas ligat, charitas languidum facit, charitas defectum adducit.* Quid horum non mirum, quid horum non violentum? Hi sunt gradus ardentis charitatis, gradus quibus interim toti intendimus. Hęrete animo fratres, attendite ad illam quam multum concupiscitis, audite de illa, & anhelate in illam quam vehementer ambitis. Vultis audire de charitate vulneratę? *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuoru, & in vno crine colli tui.* Vultis audire de charitate ligantę? *In funiculis Adã traham eos, in vinculis charitatis.* Vultis audire de charitate languentę? *Filig hierusalem si inueneritis dilectum meum, annunciate ei quia amore langueo.* Vultis audire de charitate deficiente, & in defectu addu-

Affectus charitatis.

Vis charitatis Christi omne amorẽ superat.

Effectus charitatis.

Cant. 4.

Oſeę. 1.

Cant. 5.



Pf. 118.

Quæ sint vincula charitatis?

Primus gradus vite charitatis.

Signa charitatis.

Secundus gradus.

adducere? *Defecit* (inquit) *in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum super speravi.* Charitas itaque defectum facit, languorem adducit. Charitas vincula habet, charitas vulnera facit. Sed qui sunt isti funiculi Adam primi parentis nostri, nisi munera Dei? *Quæ* inquam sunt ista charitatis vincula, nisi Dei beneficia? Bona natura, gratia, & gloria, His enim beneficentia vinculis obnoxium fecit, & benevolentia debitor constituit. Naturam condidit, gratiam contulit, gloriam repromisit. Ecce funiculus triplex; Dona conditionis, bona iustificationis, præmia glorificationis. Et scimus quia funiculus triplex difficile rumpitur, fuit tamen ruptus. A seculo enim confregit homo iugum, rupit vincula. Adiecit autem & dominus adhuc manu valida multiplicare super nos charitatis suæ vincula, ut nos sibi atque astringeret, altius irretiret. Contulit nobis bona sua, pertulit pro nobis mala nostra, ut ex vtroque sibi obnoxios redderet, & de bonis quæ contulit nobis, & de malis quæ pro nobis pertulit. In huiusmodi charitatis funiculis captivam duxit captivitatem largiter donans dona hominibus, & libenter sustinens mala pro hominibus. O quam male fortis est, quem tot charitatis vincula tenere non possunt. O quam male liber est, quem huius captivitatis iura non inuoluunt. Sed ecce ad illum amoris gradum redimus quem primo loco posuimus, & vulnerantem iam diximus. Nonne tibi corde percussus videtur, quando igneus ille amoris aculeus mentem hominis medullitus penetrat, affectumque transuerberat interim, ut desiderij sui æstus cohibere vel dissimulare omnino non valeat? Desiderio ardet, feruet affectu, æstuat, anhelat, profunde ingemiscens & longa suspiria trahens, hæc tibi anime vulnerata certa sunt signa gemitus atque suspiria, vultus pallens atque tabescens. Hic tamen gradus interpolationem recipit, & incumbendum negotiorum curis & sollicitudinibus cedit. Febricitantium itaque more qui hoc typo vexantur, nunc acrius vruntur, nunc occupationum suarum occasione aliquantulum recerantur. Sed iterum post modicam interpolationem æstuaans, ardor feruentior redit, animumque iam fractum acrius incendit & vehementius vrunt. Sæpe itaque recedens semperque seipso maior rediens paulatim animum emollit, viresque effringit atque exhaurit, donec plene animum sibi subigat, atque substernat iugique sui memoria totum occupet, totum implicet, totum obliget, ita ut hoc ei excidere aut aliud cogitare non possit, & iam de primo gradu ad secundum transit. Primum enim gradum diximus qui vulnerat, secundum qui ligat. Nonne vere & absque vlla contradictione animus ligatus est, quando hoc vnum obliuiscit, aut aliud meditari non potest? Quicquid agat, quicquid dicat hoc semper mente reuoluitur perennique memoria retinetur hoc dormiens somniat, hoc vigilans omni hora retractat. Facile est perpendere hinc (vt arbitror) quomodo hic gra-

adus superiorem transcendit, qui mentem hominis nec ad horam quietam esse permittit. Recte itaque dictum est quod prior sit ille gradus qui vulnerat, secundus autem ille qui ligat. Sæpe minus est vulnerari quam ligari, Quis enim nesciat quam sepe contingat, vt miles in conflictu certaminis percussus & vulneratus persequentis manus effugiat, & cum inflicto vulnere liber tamen euadat? Sed postquam in congressu certaminis miles percussus deijcitur, deiectus comprehenditur: comprehensus adducitur adductus incarcerationatur, incarcerationatur concatenatur atque ligatur, iam omnino captiuus tenetur. Quid horum quæso maius, quidve molestius? Nonne tolerabilis est quemuis vulneratum effugere, tamen liberum, quæ captum atque ligatum teneri captiuum? Hic autem gradus non sicut ille superior aliquam interpolationem recipit, sed acutè febrius more continuo ardore animum vrunt, iugique desiderij sui æstu incedit, nec die, nec nocte animi quiescere sinit. Itaque sicut ille qui lecto de cubat vel quem catena coercet, ab eo loco quo addicti sunt longari non possunt, sic vtique qui ab hoc secundo violentæ charitatis gradu absorptus est, quicquid agat, quocumque se vertat ab illa vna & inanima sollicitudinis suæ cura auelli non potest. Primi itaque gradus impetu in prauis desiderijs non resistendo, sed declinando, non tam reluctando quam fugiendo repellere debemus & possumus, si solliciti semper ad viles & honestas tam occupationes quam meditationes prouidamur mente confuziamur, & impleamus quod scriptum est, *Fugite fornicationem.* Primi itaque gradus violentia declinari potest, superari non potest. Secundi autem gradus vehementia omnino non valet nec reluctando & gementem, & de fuga desperantem: *Perijt fuga mea, & non est qui requirat animam meam.* Sed sæpe vt videmus qui fugere non possunt, redimere se possunt. Cum ergo tentationem non possumus vel virtute repellere, vel prudentia declinare: debemus per misericordiam & obedientiam opera nos ipsos redimere, & a seruitutis iugo eripere. Hæc sunt veræ & propriæ diuitiæ de quibus scriptum est. *Redemptio animæ viri, diuitiæ propriæ.* Sed cum ad hunc secundum vehementiæ gradum amor excreuerit, quid est quæso quo se amplius extendere possit? Quid hac vehementia vehementius esse potest, si superari non potest, si declinari non potest? Si omnino insuperabilis est, si omnino inseparabilis est quæd hac vehementia vehementius esse potest, si ab alio affectu superari non potest, summus est, & si inseparabiliter inhæret, sempiternus est, & quid eius violentia violentius esse potest si summus & sempiternus est? Sed aliud est esse summum, atque aliud est esse solum: sicut & aliud est semper præsentem esse, & aliud consortem omnino non admittente. Possumus enim & præsentem esse & multos socios habere, & præ-

i. Corin. 6

Pf. 147.

Prou. 13. Quid sciendum cum tentatione non possemus virtute repellere.

Tertius gradus & eius proprietates.

Discrimine inter secundum & tertium gradum.

Psal. 57.

quidem superiorem locum tenere. Vides ergo A quanta supereminentiæ magnitudo ad excre-

scendum ei adhuc superat, vt cum summus iam sit etiam solus esse possit? Ad tertium itaque iam violentiæ gradum amor ascendit, quando omnem alium affectum excludit, quando nihil præter vnum vel propter vnum diligit. In hoc itaque tertio violentæ charitatis gradu nil omnino satisfacere potest præter vnum, sicut & nihil sapere nisi pp vnum. Vnum amat, vnum diligit, vnum sinit, vnum concupiscit. Ad ipsam anhelat, in ipsam suspirat, ex ipso inardescit, in ipso requiescit. Solum est in quo reficitur, solum ex quo satiatur. Nil dulcescit, nihil sapit nisi hoc vno condatur. Quicquid vltro se offerat, quicquid sponte occurrat, cito rejicitur, subito concalcatur quod suo affectui non militat, vel eiusmodi desiderio non deseruiat. Sed quis huius affectus tyrannidem digne describat? quomodo omne desiderium expellit, quomodo omne studium excludit, quomodo omnem exercitum violenter opprimit quem suæ concupiscentiæ deseruire non prospicit? Quicquid agat, quicquid fiat inutile, immo intolerabile videtur, nisi in vnum desiderij sui finem concurrat atque conueat. Cum frui potest eo quod diligit, omnia pariter habere se credit. Sine illo horrent omnia, sordent vniuersa. Si enim eo frui non possit corpore deficit, & corde tabescit. Consilium non recipit, rationi non acquiescit, nullam omnino consolationem admittit. In secundo adhuc gradu alienis negocijs per actionem vtique occupari potest, sed per cogitationem non potest, quia eius quod diligit omnino obliuisci non potest. In hoc autem gradu mens tabida & amoris nimietate languida, sicut non potest alia meditari, sic nec potest aliena operari. Ille gradus cogitationis inuoluit, iste etiam actiones dissoluit. Ille ligat in cogitatione, iste eneruat in actione. In illo gradu manus ac pedes adhuc liberos habemus, & febricitantium more huc atque illic extendere atque iactare possumus, quia pro discretionis arbitrio adhuc eos extendere, & in bono opere exercere & possumus & debemus. In hoc autem gradu amoris nimietas ad languoris similitudinem manus ac pedes eneruat, vt deinceps mens nil penitus pro arbitrio agat. Mens itaque in hoc statu quasi immobilis manet, & nusquam se per cogitationem neque per actionem mouet, nisi quo eam vel desiderium trahit vel affectus impellit. In prauis autem desiderijs in primo adhuc gradu (vt superius dictum est) per circumspeditionis studium fugere potest, in secundo autem gradu vbi fugiendi locus omnino non est, per bona adhuc opera redimere se potest. In hoc autem gradu quid his potest præsidij, quod genus potest esse remedij, qui iam nec necessaria meditari, nec vilia possunt operari? Audi tam corde quam corpore languidum, corpore tabidum, & corde turbatum. *Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea.* Sub hoc necessitatis articulo nullum aliud re-

medij genus inuenio quam ad diuinam clementiam respicere, eiusque misericordiam implorare. Si omnino languidus es, si manus & pedes liberos non habes, certe adhuc linguam habes, & labia mouere potes. Si ergo tuæ industriæ nullus euadendi locus relictus est, clama ad eum qui omnia potest. Vides (vt arbitror) vis illa amoris quæ tum iam inualuit, cum ad huius tertij gradus vehementiam exercendo ascendit, & mirum est si habet adhuc aliquid quo amplius ascendere possit. In primo gradu transigit affectionem, in secundo ligat cogitationem, in tertio dissoluit actionem. *Affectio itaque captiuatur in primo, cogitatio in secundo, actio autem in tertio.* In his totum hominis est, & quid his amplius habere potest? Si ergo totum captiuatum est quod hois est, quid illi vltius fieri potest? Si vis illa amoris totum possidet, si amoris magnitudo totum absorbet, in quo se quæso amplius dilatare valet? Si enim totum obtinuit, non est quod vltius vendicare possit. Sed quid dicimus si totum obtinet, & totum ei sufficere non valet? Quid inquam dicturi sumus si totum in potestate est, totum tamen desiderio satisfacere non potest? Certe incomparabiliter maius est quod homo non valet, quam quicquid homo valet. Vtrumque tamen desiderari potest, & quod homo potest, & quod homo non potest. Vide ego quam infinitum sit quo desiderium in se extendere possit, & postquam ad tertium gradum peruenerit. Quartus itaque violentæ charitatis gradus est, quæ æstuantis animi desiderio iam oino nihil satisfacere potest. Hic gradus quia humanæ possibilitatis metas semel excessit, crescendi vt cæteri terminum nescit, quia semper inuenit quod adhuc concupiscere possit. Quicquid agat, quicquid sibi fiat, desiderium ardentis animæ non satiat, sitit & bibit, bibendo tamen sitim suam non extinguit, sed quo amplius bibit, eo amplius & sitit. Auide enim immo insatiabilis animæ sitis vel esuries non sedatur, sed irratatur dum voto suo pro voto perfruitur. In hoc statu non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu, dum vel absentem loquitur, vel præsentem intuetur. Sed huius supremi gradus violentiam quis digne explicare valeat, quis eius supereminentiæ vel digne pensare sufficiat? Quid quæso est quod cor hominis profundius penetret, acerbius cruciet, vehementius exagitet? Quid quæso molestius, quidve acerbius, cum sitim suam nec resistendo temperare, nec inebriando possit extinguere? Miranda immo & miseranda ingluuius, quæ nec vlla accuratio- ne expellitur, nec aliqua satisfactione sedatur. Morbus irremediabilis & omnino desperabilis, vbi semper & remedium queritur, & nusquam inuenitur, imo quicquid præsumitur ad remediū salutis, vertitur in augmentum furoris. Hic est ille gradus (vt diximus) qui defectum adducit, quæ de remedio iam desperare facit. Et sic desperatus æger qui quasi præ mortuis membris iacet iam vltimus quæd agat vel ab alio expectare debeat non habet,

Quartus gradus violentæ charitatis & eiusdè proprietates.



iam ei omnis medicorum cura subtrahitur, sibi- que ipsi totus relinquitur, solo adhuc spiritu anhelat, & omni hura quali ad exitum appropinquat. Vltimum iam spiritum trahit, & quid circa se agatur, vel quid sibi fiat, nec attendit, nec aduertit. Sic sic sane qui sub eiusmodi aestuantis desiderij ardore anhelat, quicquid sibi fiat omnino non potest vel remedium afferre vel consolationem adhibere. Dum igitur adhibita consolatio qualibet omnino animum non tangit, quodammodo quasi praemortuus quae circa se geritur omnino non sentit. In pravis aut desiderijs dum mens humana ad hunc statum violenter attrahitur, nil aliud iam superest nisi ut pro ipso ab alijs oratur, si forte dominus fidem illorum respiciens vitae quae restituentis reddat illum matri suae, qui potens est et de lapidibus suscitare filios abraham, & quoties voluerit deducit ad inferos & reducit. In hoc statu amor sepe quasi in insaniam vertitur, nisi mira prudentia, parique constantia eius impetus refringatur. In hoc statu inter amantes saepe irae surgunt, saepe rixas committunt, & cum vere inimicitarum causa non suppetunt, fallas, & saepe nec verissimi les fingunt. In hoc statu amor sepe in odium transit, dum mutuo desiderio nihil satisfacere possit. Hinc fit illud quo de sepe in quibusdam vidimus, ut quo se prius ardentius diligere videbatur, eo se postmodum vehementiori odio persecuerunt, immo (quod magis mirum est) sepe sub vno eodemque tempore sic odiunt, ut tamen per desiderium aestuare non desinant, & sic diligunt ut tamen velut ex odio persecui non desistant. Diligendo itaque odiunt, & odiendo diligunt, & modo mirabili, immo miserabili crederet ex desiderio odium, & ex odio desiderium. Et ignis & grando mixta patiter feruntur, dum nec aestus desiderij odij gelu possit dissoluere, nec detestationis grando concupiscentiae ardentis ignem possit extinguere. Supra modum autem, immo supra naturam ignis conualescit in aqua, quia amoris incendium magis exaestuat ex alterutra contradictione, quam inualefcere possit ex mutua pace. Ecce iam habemus in ardenti dilectione quattuor violentiae gradus, de quibus proposuimus. Primus ergo violentiae gradus est, quando mens desiderio suo resistere non potest, secundus autem gradus est, quando illud obliuisci non potest, tertius vero gradus est, quando ei aliud sapere non potest, quartus autem qui & vltimus, quando nec ipsum ei satisfacere potest. In primo itaque gradu amor est insuperabilis, in secundo inseparabilis, in tertio singularis, in quarto infatibilis. Insuperabilis est qui alij affectui non cedit, inseparabilis qui a memoria numquam recedit, singularis qui socium non recipit, infatibilis cum ei satisfieri non possit. Et quamuis per singulos gradus possint notari singula, specialius tamen in primo gradu notatur amoris excellentia, in secundo eius vehementia, in tertio eius violentia, in quarto eius supereminetia. Quanta enim excellentia amoris quae omnem alium affectum excedit? Quan-

Luc. 4. & 7  
Matth. 3.  
& Luc. 3.  
1. Reg. 1.

De omnibus gradibus humul.

ta quae so vehementia dilectionis quae mentem quietere non sinit? Quanta obsecro violentia charitatis quae omnem alium affectum violenter expellit? Quanta supereminetia amolationis cui omnino nihil efficit? O excellentia amoris, o vehementia dilectionis, o charitatis violentia, o amolationis supereminetia. Hi quattuor amoris gradus aliter se habent in affectibus diuinis, atque aliter in affectibus humanis, atque omnino aliter se habent in desiderijs spiritibus, & in desiderijs carnalibus. In desiderijs spiritibus quanto maior tanto & melior. In desiderijs carnalibus quanto est maior, tanto est peior. In affectibus diuinis ipse qui summus idem & praecipuus. In affectibus humanis ille qui summus ipse est & pessimus. In humanis sane affectibus primus potest esse bonus, secundus absque dubio est malus, peior tamen est tertius, quartus autem est pessimus. Scimus quia in humanis affectibus coniugalium amor primum locum tenere debet, & idcirco in nuptiali thoro ille amoris gradus bonus esse valet qui omnibus alijs affectibus dominari solet. Mutuus namque intimi amoris affectus inter federatos pacis vincula astringit, & indissolubilem illam perpetuandamque societatem gratam & iucundam reddit. Primus ergo gradus in humanis (ut dictum est) affectibus bonus esse potest, non iucundus absque dubio malus est. Cum namque indissolubiter obligauerit dum cum in alia sollicitudinem transire non sinit, saepe & prouidentorum curam, & disponendorum prouidentiam tollit. Tertius autem ille amoris gradus qui omnem alium affectum excludit, non solum est malus, immo etiam incipit esse amarus, cum voto suo semper pro voto frui inpossibile sit, & ex alia aliqua re consolationem recipere non possit. Quartus autem gradus (ut diximus) omnium est pessimus. Quid illo peius inueniri possit quod animam non solum malam, sed & miseram reddat? Quid miserabilius quam eius rei desiderio semper fatigari cuius fructu numquam possit satiari? Superius docuimus quomodo sub hoc gradu assiduo aestu & gelu mens vitatur, dum nec ex desiderio odium, nec ex odio desiderium extinguitur. Et quid hoc aliud quam quaedam forma futurae damnationis esse videtur, vbi semper transitur de calore ignium ad frigora niuium, & de frigore niuium ad calores ignium. Hic itaque vltimus amoris gradus in humanis desiderijs omnium pessimus est, in diuinis autem affectibus (ut dictum est) omnium est praecipuus. Ibi enim humano animo quicquid sibi fiat sufficere non potest, hic autem quicquid pro Deo suo faciat, voto suo satisfacere non potest. Ibi mens semper sollicita est, quid sibi fiat, non quod ipsa faciat. Hic maiorem sollicitudinem mens gerit quid ipsa faciat quam quid sibi fiat. In coelestibus itaque desiderijs quanto affectus est maior, quanto gradus

Gradus amoris quomodo se habent in affectibus diuinis & quomodo in humanis.

In affectibus quibus quis nam gradus primum locum obtinet.

Quartus gradus amoris in humanis est quaedam forma futurae damnationis.

gradus superior, tanto vtiq; melior atque preciosior. O quam preciosus primus ille dilectionis gradus in Dei amore quando est insuperabilis, multo preciosior ille secundus quando ardens affectus incipit esse inseparabilis. Multo tamen ad huc melior est quando in alia aliqua re quam in Deo delectari non potest. Summus autem atque praecipuus amoris gradus est, quando desiderio suo nihil satisfacere potest. Iam in primo gradu *Aque non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*, eo quod insuperabilis sit. In secundo iam gradu *Ponit anima dilectum suum sicut signaculum super cor suum*, eo quod illum omnino obliuisci non possit. In tertio iam gradu, *Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione quasi nihil despiciet eam*, eo quod in re alia aliquis delectari non possit. In quarto autem gradu *Fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus emulatio*, eo quod ei parum sit quicquid pro Deo suo facere vel sustinere possit. In primo gradu amor insuperabilis dicitur. *Diligam te domine fortitudo mea*. In secundo inseparabilis amor dicitur. *Adhaereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui*. In tertio gradu singularis amor dicitur. *Renuntiaui consolari anima mea memor fui Dei & delectatus sum*. In quarto gradu dicitur infatibilis amor. *Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi?* In primo est insuperabilis, & dicitur. *Quis nos separabit a charitate? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* In secundo charitatis numquam excidit, eo quod in separabilis sit, vnde & dicitur. *Adhaereat anima mea post te eo quod ab illo auelli non possit*. In tertio *Omnia arbitratur ut stercora ut Christum lucrifaciat*. In quarto *sibi uiuere Christus est, & mori lucrum*, eo quod cupiat dissolui & esse cum Christo. In primo gradu diligitur Deus ex corde, & ex anima, & mente, nullum tamen horum fit ex toto. In secundo diligitur ex toto corde. In tertio diligitur ex tota anima. In quarto autem diligitur ex tota virtute. Dilectio ex corde, dilectio quae est ex deliberatione. *Diligere autem ex anima est diligere ex affectione, ad cor consilium, ad animam autem pertinet desiderium*. Vultis autem nosce quod consilium ad cor debeamus referre? *Esraim* (inquit) *columba seducta, non habens cor*. Quid est populum cor non habere nisi ipsum sine consilio esse? Quid inquam est populum columbam esse seductam, & sine corde, nisi quod alibi dicit, *Gens absque consilio & sine prudentia?* Nihil itaque aliud est sine corde esse, quam consilio & prudentia carere. Sed quemadmodum iam dictum est, sic ut ad cor consilium, sic ad animam pertinet desiderium. *Qui perdidit* (inquit) *animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam*. Quid est aliud animam suam in hoc mundo perdere, nisi in hoc mundo (quemadmodum alias praecipit est) *Post concupiscentias suas non ire?* Quo enim in hoc mundo quis desideria sua pro-

pter Deum mortificat, eo velius ipsa ad aeternam plenitudinem dilatat. Diligere itaque ex corde est diligere ex consilio & deliberatione. Diligere ex anima est diligere ex desiderio & affectione. Illud ex studio, illud pro voto. Diligere ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute, est oecum adu, oec desiderium, oec exercitium in hoc vnum impedere. Saepe ad aliquid diligendum trahimur ex affectione, & tamen renititur ex ratione. Et saepe multa ex proposito deliberationis diligimus, quae tamen per desiderij appetitum minime affectamus. In carnalibus itaque desiderijs saepe prius est diligere ex anima quam diligere ex corde. In spiritualibus autem semper prius est diligere ex deliberatione quam ex affectione. Numquam in spiritualibus ex desiderio diligimus, nisi ad eorum affectum cum magno studio animam inflammemus. Si igitur Deum cupimus ex tota anima diligere, prius satagamus diligere ex toto corde. In hoc sit ois nostra cogitatio, ad hoc ois nostra deliberatio, circa hoc ois nostra meditatio si volumus diligere ex toto desiderio. Sed tunc non volumus quam ex tota anima diligimus, nisi prius toto corde diligamus, sic numquam tota virtute diligimus, nisi prius tota anima diligamus. Si namque ad aliquid affectum habemus quod pro Deum non diligimus, profecto adulterinus affectus intantum summam charitatis constantiam fragit virginitatis eius immunit, in quantum ad aliena desideria animam trahit vel impellit. In primo igitur gradu (ut dictum est) diligitur ex corde, in secundo diligitur ex toto corde, in tertio autem ex tota anima, & in quarto ex omni virtute. Forte adhuc Dauid in primo gradu erat, sed iam de secundo praesumebat quando psallens dicebat. *Confitebor tibi domine in toto corde meo*. Qui in secundo gradu est fiducialiter psallere potest. *In toto corde meo exquilius te*. Qui tertium gradum obtinet, profecto eiusmodi iam dicere valet. *Concupiuit anima mea domine desiderare iustificationes tuas in omni tempore*. Qui quartum gradum ascendit, & Deum ex tota virtute diligit, dicere potest, profecto *Non timebo quid faciat mihi homo*, eo quod sit paratum cor eius, sperare in domino, confirmatum est cor eius, non commouebitur in aeternum donec despiciat inimicos suos. In primo gradu sit desponsatio, in secundo nuptiae, in tertio copula, in quarto puerperium. In primo gradu dilectus dicitur. *Sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iusticia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide*. In secundo gradu fiunt nuptiae in Chana Galilee, & dicitur ei. *Ecco ego uir tuus, & post me ingredi non cessabis*. De tertio gradu dicitur. *Qui adheret domino unus spiritus est*. De quarto dicitur. *Concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum*. In primo itaque gradu dilectus frequenter uisitat, in secundo ducitur, in tertio dilecto copulatur, in quarto fecundatur. In primo ergo gradu semper suspensa ad reditum dilecti clamat, & dicit. *Veni dilecte mihi*

desideria sua magis mortuaria, eo uerius ad Deum tendit.

Quid sit uere spiritualia diligere?

Adulterinus affectus quid faciat.

Psal. 110.

Psal. 118.

Ibidem.

Psal. 117.

Osee 2.

Hier. 3.

1. Cor. 6.

Esai. 26.

Cant. 8.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Psal. 17.

Psal. 136.

Psal. 76.

Psal. 115.

Rom. 8.

Psal. 62.

Philip. 3.

Philip. 1.

Osee 7.

Deut. 32.

Ioan. 12.

Eccle. 18.

Quo quis

**Cant. 2.** *similis esto capreae, binnuloque ceruorum super montes Bethel.* In secundo inuitatur vt veniat, & dicitur ei. *Veni ad libanum foror mea, sponsa veni a libano.* In tertio gradu dilecto copulata proficitur, & dicit. *Lana eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* In quarto gradu de sua fecunditate gloriatur, & dicit. *Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis.* Vnde & ei dicitur. *Duo vbera tua sicut duo binnuli caprearum qui pascuntur in lilijis.* Penetremus adhuc profundius, & loquamur apertius. In primo gradu anima sitit, in secundo sitit ad Deum, in tertio sitit in Deu, in quarto sitit fm Deum. Deum anima sitit quae dicit. **Esa. 26.** *Anima mea desideravit te in nocte, sed & spiritu meo in praecordiis meis de mane vigilabo ad te.* Ad Deum anima sitit quae dicit. **Sitiui anima mea ad Deum fontem vivum, quando veni & apparebo ante faciem domini.** In Deum anima sitit quae dicit. **Sitiui in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.** Secundum Deu anima sitit quae dicit. **Concupiui anima mea domine inquisitiones tuas in omni tempore.** Sitiit anima Deum, quando experiri desiderat quae sit illa interna dulcedo quae mentem hominis inebriare solet, dum incipit gustare, & videre quam suavis est dominus. Sitiit anima ad Deum quando per contemplationis gratiam supra se eleuari, & regem in decore suo videre desiderat, vt veraciter audeat & dicat, *Quia vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* In Deu anima tunc sitit, quando per mentis excessum tota in Deum transire concupiscit, ita vt sui penitus oblita veraciter dicere possit. *Sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scis.* Secundum Deum anima sitit quando de propria voluntate, non dicam in carnalibus sed nec in spiritualibus quidem animus aliquid de suo arbitrio relinquit, sed totum domino committit, numquam cogitans quae sua sunt, sed quae *Iesu Christi*, vt & ipsa dicere possit. *Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem patris mei quae in caelis est.* In primo itaque gradu Deus intrat ad animum, & animus redit ad seipsum. In secundo gradu ascendit supra seipsum, & eleuatur ad Deum. In tertio gradu animus eleuatus ad Deum totus transit in ipsum. In quarto animus exit propter Deum, & descendit sub semetipsum. In primo animus ingreditur ad seipsum, in secundo transgreditur semetipsum. In primo pergit in seipsum, in tertio pergit in Deum suum. In primo ingreditur propter seipsum, in quarto egreditur propter proximum. In primo intrat meditatione, in secundo ascendit contemplatione, in tertio retroducitur in iubilatione, in quarto egreditur ex compassione. In primo itaque gradu spiritus ille super mel dulcis intrat ad anima, & dulcedine sua inebriat eam, intantū vt habeat mel & lac sub lingua sua, & sicut fauus distillans labia sua. Memoria abundantiae suauitatis eructabunt qui eiusmodi sunt, eo quod ex abundantia cordis os loquatur. Hae

A est prima consolatio quae abrenunciantes secundo primo excipit, & in boni proposito consolida re confucit. Hic est cibus ille caelestis qui egredientes de Aegypto solet reficere, & per solitudinem pascere, hoc est illud manna abconditum quod nemo nouit nisi qui accipit. Hic est ille dulcor spiritalis & interna suauitas, quae quasi modo genitos infantes semper solet lactare & alere, & ad maturitatis robur paulatim perducere. In hoc itaque statu anima a domino in solitudinem ducitur, ubique lactatur, vt interna dulcedine inebrietur. Audi quid de hoc statu dicitur, ubi dominus per prophetam loquitur. **Propter hoc** (inquit) *ecce ego lactabo eam, & educam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Sed prius oportet Aegyptum deserere, prius oportet mare rubrum transire. Prius necesse est Aegyptios in aquis perire, prius necesse est Aegypti cibos desicere, quod possimus hoc spirituale alimētum cibūque celestē percipere Aegyptum non solū corpore, sed & corde deserat, mundique amorem penitus deponat quod celestes illos solitudinis cibos desiderat. Transcat rubrum mare, omnem iniquitatem & amaritudinem studeat de corde expellere qui fatiari desiderat interna dulcedine. Prius subiugentur Aegyptij perantque mores peruersi, ne degenere conuiuii dedignetur ciues angelici. Prius necesse est Aegyptiacos cibos desicere & carnales voluptates in abominationem vertere, quam experiri liceat quae sint illae interna & aeternae deliciae. Absque dubio amor Dei quāto plenius omnem alium affectum vincit, tanto sepius, tanto vberius animum interna iucunditate reficit. Sub hoc itaque statu mens fugit mel de petra, oleūque de saxo durissimo. Sub hoc statu stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel. Sub hoc statu animam esurientem & sitientem saepe dominus visitat, saepe interna suauitate fatiat, spiritusque sui dulcedine inebriat. Saepe sub hoc statu dominus descendit de caelis, saepe visitat sedentem in tenebris & umbra mortis, saepe gloria domini implet tabernaculum sedentis. Sic tamen praesentiam suam exhibet vt faciem suā minime ostendat. Dulcorem suum infundit, sed decorem suum non ostēdit. Infundit suauitatem, sed non ostendit claritatem. Suauitas itaque eius sentitur, sed species non cernitur. Adhuc nubes & caligo in circuitu eius. Adhuc thronus eius in columna nubis. Et lenē quidem, & blandam admodū quod sentitur, sed nubilū oīno quod cernitur. Nondum namque apparet in lumine. Et quamuis appareat in igne, magis tamen in igne accendente quam illuminante. Accendit namque affectum, sed nondum illuminat intellectum. Desiderium inflammat, sed intellectum non illuminat. In hoc itaque statu anima dilectum suum sentire potest, sed (sicut dictum est) videre non potest. Et si videt quidem, videt quasi in nocte, videt velut sub nube, videt denique per speculum in enigmate, nondum autem facie ad faciem. Vnde & dicit. *Illumina faciem tuam*

Oser 2. Not. Detinetur in spiritu a ha & gratia hanc volēti quā dulcia sint quid facie dum.

Quoniam modo dominus se cū anima deuota sepe gerat.

**Psal. 118.** *tuam super seruum tuum.* Hoc igitur ex isto primo dilectionis gradu agitur: vt dum mens saepe visitatur, saepe reficitur, saepe inebriatur, quandoque ad maiora audenda pronocetur. Incipit ergo tandem aliquando ampliora praesumere, & sublimiora postulare: in tantum, vt audeat & dicat: **Simueni gratiam in oculis tuis ostende mihi temetipsum:** nectamen quod petitur statim pro voto percipitur, quamuis intimo desiderio postuletur. Oportet sane ardentem petere, diligenter querere, fortiter pulsare, & in his hominibus pertinaciter insistere, si optata volumus obtinere. Nonne tibi videtur iam diu multumque laborasse, iam iamque pæne deficere, & quasi a spe concidisse qui dicit: *Uisne quo domine obliuisceris mei in sinem, usquequo auertis faciem tuam a me?* Sed sciens quia omnis qui petit accipit, & qui quarit inuenit, & pulsanti aperietur, iterum iterumque fiduciam recipit, viresque eius refumit, & dicit: **Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram.** Quando ergo mens cum magno studio ardentique desiderio ad diuinam contemplationis gratiam proficit, iam quasi ad secundum amoris gradum proficit, quando meretur per reuelationem inspicere quod oculi non vident, nec auris audiunt, nec in cor hominis ascendit: ita vt veraciter dicere possit. **Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.** Nonne hanc gratiam videtur accepisse qui angelos ascēdētes & descendētes meruit videre, simulque dñm innixum scalae? Vnde & dicit: **Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.** Hanc gratiam acceperat, & quasi affluens repetebat qui dicebat: **Emittite lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.** Hanc gratiam acceperat, & penna contemplationis volabant quos propheta mirando intuebatur, & inuēdo mirabatur. **Qui sunt isti (inquit) qui vt nubeculae volant, & quasi columbae ad fenestras suas?** In hoc itaque gradu alij petunt sibi dari pennas vt columbae, alij accipiunt pennas vt aquilae. **Quis (inquit) dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo, & requiescam?** Et alias propheta? **Qui sperant (inquit) in domino mutabunt fortitudinem, assume ut pennas vt aquila, volabunt & non deficient.** In hoc gradu contemplationis suae alis animae sustolluntur supra altitudinem nubium: in hoc gradu eiusmodi alis euolant vsque ad caelum, non solum vsque ad primum, sed etiam ad secundum, ita vt de reliquo dicere possint. **Nostra conuersatio in caelis est.** Supra hoc geminū caeli est adhuc tertium caelum, quod dicitur caelum caelorum. Ad hoc itaque tertium caelum omnino ascendere non possunt etiam illi qui ad secundum amoris gradum profecerunt. Quod est terra ad primum caelum: & quod est primum caelum ad secundum, hoc est secundum caelum ad caelum caelorum. Secundum itaque caelum si vultis terra est, & caelum, immo & caelum caeli est: Sed caelum caeli est ad primum caelum;

terra autem ad caelum caelorum. Hanc terram (vt arbitror) propheta significare voluit cum dicit. *Portio mea in terra viuentium:* Habet itaque haec terra caelum suum: habet & solem suum. Nec alium hunc esse arbitror quam illum quem dominus per prophetam pollicetur. **Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia dominus erit tibi in lucem sempiternam.** Si igitur in hoc caelo, siue in hac terra es, illum solem videre habes sub quo astuant & ardent illi angelici spiritus qui Seraphim hoc est ardentes dicti sunt; Et ex re nomen habere meruerunt, eo quod non sit ex eis omnibus qui se abscondat a calore eius. Solem itaque iustitiae videre potes si in hac terra es, & ad secundum amoris gradum profecisti, & dicitur tibi, **Non erit amplius tibi sol ad lucendum per diem: nec splendor lune illuminabit te; sederit tibi dominus in lucem sempiternam, & Deus in gloriam tuam.** In hoc itaque statu experiri licet illius sententiae veritatem, quam dulce lumen, & delectabile oculis videre solem. In hoc statu anima experientiae magisterio edocta psallit ex sententia: *quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Verum huius visionis iucunditas quanta sit, quis dignè exprimere possit? Hae sane iucunditas semel experta, semel degustata: sicut nec praesens, fastidiri potest, sic nec absens obliuisci potest. Dum enim animus ab illo lumine descendit, & ad seipsum recidit, quasdam inde secum reliquias cogitationum trahit ex quibus seipsum reficit, immo & diem festum agit, quemadmodum scriptura loquitur quae dicit: *Et reliquiae cogitationum diem festum agent tibi.* Cogita igitur quanta sit solemnitatis in abundantia visionis, si festum agitur ex reliquijs cogitationis. Quae erit iucunditas in ipsa visione, si tanta delectatio est in eius recordatione? Hae itaque in hoc statu diuini luminis reuelatio, reuelationisque admiratio iugi recordatione, perennique memoria ita animum insolubiliter ligat, vt expertam iucunditatem obliuisci non valeat. Et sicut in priori gradu degustata suauitas animum fatiat, affectumque transfigit; sic in hoc gradu inspecta claritas cogitationem ligat, vt illius obliuisci, vel aliud cogitare non possit. In secundo itaque gradu (vt dictum est) caelum caelorum, lumenque illud inaccessible videri potest, sed adiri non potest, alioquin inaccessible non esset si adiri potuisset. **Beatus (inquit) Apostolus & solus potens rex regum & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibleem.** Adiri itaque non potest, quod inaccessible est. Denique & Apostolus ad illam aeterni luminis regionem se raptum fuisse gloriatur. **Scio (inquit) hominem in Christo, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi vsque ad tertium caelum**

Psal. 141.

Esa. 60.

Ibidem.

Eccle. 11.

Psal. 83.

Psal. 78.

1. Tim. 6.

2. Cor. 12.



**Psal. 67.** *celum . Tertius itaque amoris gradus est quan-*  
*do mens hominis in illam rapitur diuini lumi-*  
*nis abyssum: ita ut humanus animus in hoc sta-*  
*tu exteriori omnium oblitus penitus nesciat se-*  
*ipsum, totaque transeat in Deum suum, & faci-*  
*at quod scriptum est. Etenim non credentes in*  
*habitare dominum Deum . In hoc itaque statu*  
*plene compefcitur, profundeque sopitur carna-*  
*lium desideriorum turba, & fit in celo silentium*  
*quasi hora dimidia. Et quicquid molestia inest*  
*abforbetur a gloria. In hoc statu dum mens a se*  
*ipsa alienatur, dum in illud diuini arcani secreta-*  
*rium rapitur, dum ab illo diuini amoris incen-*  
*dio vndique circumdatur, intime penetratur, vs-*  
*que quaque inflammatur, seipsam penitus exuit,*  
*diuinum quendam affectum induit, & inspecte*  
*pulchritudini configurata tota in aliam gloriam*  
*transit. Vide quid interit inter ferru & ferru: in-*  
*ter ferrum frigidum & feruidum, hoc est inter*  
*animum & animum: inter animum tepidum, &*  
*animum diuino incendio inflammatum . Cum*  
*enim ferrum in ignem projicitur, tam frigidum*  
*quod nigrum proculdubio primo videtur . Sed*  
*dum in ignis incendio moram facit paulatim in*  
*calescit, paulatim nigredinem deponit, sensim-*  
*que incandescens, paulatim in se ignis similitu-*  
*dinem trahit, donec tandem totum liquefiat, &*  
*a seipso plene deficiat, & in aliam penitus qua-*  
*litate transeat. Sic itaque sic anima diuini ardo-*  
*ris rogo, intimique amoris incendio abforpta,*  
*eternorumque desiderioru globis vndique circumse-*  
*pta primo incalescit, postea incandescit, tandem*  
*autem tota liquefcit, & a priori statu penitus de-*  
*ficat. Vultis audire ex eiusmodi igne iam incale-*  
*scentes, & interiorum desideriorum aestibus iam*  
*iamque inardescentes? Nonne cor nostrum ar-*  
*dens erat in nobis dum loqueretur nobis in via,*  
*& aperiret nobis scripturas? Nonne & illi ex*  
*circumfusa diuinitatis flama, & velut ex inspecta*  
*gloria incandescunt, & diuinæ luci configurati*  
*iam quasi in aliam gloriam transeunt, qui reuela-*  
*ta facie gloriam domini speculantes, in eandem*  
*imaginem transformantur a claritate in clarita-*  
*tem tanquam a domini spiritu? Vultis adhuc au-*  
*dire animam diuinæ lectionis igne succensam*  
*& liquefactam Anima mea liquefacta est vt di-*  
*lectus locutus est, Statim siquidem vt ad illud in-*  
*ternum diuini arcani secretum admittitur, præ ad-*  
*mirationis magnitudine, iucunditatisque abun-*  
*dantia, in seipso, immo in ipsum qui loquitur to-*  
*ta resoluatur, dum incipit audire arcana illa ver-*  
*ba quæ non licet homini loqui, & intelligit in-*  
*certa & occulta sapientiæ diuinæ manifestari sibi.*  
*In hoc itaque statu spiritus omnia scrutatur,*  
*etiam profunda Dei. In hoc statu qui adhæret*  
*domino vnus spiritus est. In hoc statu ( vt di-*  
*ctum est) anima in illum quem diligit tota lique-*  
*fcit, & in seipsa tota languescit, vnde & dicit. Ful-*  
*cite me floribus, stipate me malis quia amore*  
*langueo . Quemadmodum igitur in liquidis*  
*vel in liquefactis nihil duriciæ, nil firmitatis vi-*

**A** demus inesse, sed duris omnibus ac rigidis sine  
 difficultate cedere; & quemadmodum in lan-  
 guidus videmus nil proprii vigoris nil nature  
 virtutis habere: sed totum quod iuuat ex alie-  
 no arbitrio pendere, sic qui adhuc ter-  
 tium amoris gradum profecerunt, nil iam pro-  
 pria voluntate agunt: nihil omnino suo arbitrio  
 relinquunt, sed diuinæ dispositioni omnia com-  
 mittunt. Omne eorum votum, omne desiderium  
 ad diuinum pendet nutum, ad diuinum spectat  
 arbitrium. Et sicut primus gradus affectum fau-  
 ciat, & sicut secundus cogitationem ligat, sic ter-  
 tius actionem implicat, vt omnino circa aliquid  
 occupari non possit, nisi quo eum diuinæ volun-  
 tatis virtus trahit, vel impellit. Cum igitur ani-  
 ma in huc modum Diuino fuerit igne decocta,  
 medullitus emollita, penitusque liquefacta, quid  
 iam supererit nisi vt ei proponatur quæ sit vol-  
 untas Dei bona, beneplacens, atque perfecta,  
 quasi quædam ad quam informetur, consumma-  
 tæ virtutis formula? sicut enim exclusores lique-  
 factis metallis propositi que formulis, quamlibet  
 in ignem pro voluntatis arbitrio excludunt  
 & vasa quælibet iuxta modum congruum for-  
 mamque destinata producunt; Sic anima in  
 hoc esse ad omnem Diuinæ voluntatis nutum  
 facile se applicat, immo spontaneo quodam desi-  
 derio ad omne eius arbitrium seipsam accommo-  
 dat, & iuxta diuini beneplaciti modum omnem  
 voluntatem suam informat. Et sicut metallum  
 liquefactum quocumque ei via aperitur, facile ad  
 inferiora currendo delabitur; Sic anima in hoc ef-  
 se ad omnem obedientiam se sponte humiliat,  
 & ad omnem humilitatem iuxta Diuinæ dispo-  
 sitionis ordinem libenter inclinat. In hoc itaque  
 statu animæ eiusmodi proponitur forma volun-  
 tati Christi: vnde & dicitur ei. *Hoc sentite in vo-*  
*bis, quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma*  
*Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se qua-*  
*lem Deo: Sed semetipsum ex inaniuit formam ser-*  
*ui accipiens, in similitudinem hominum factus,*  
*& habitu inuentus vt homo: humiliavit autem*  
*semetipsum, factus obediens vsque ad mortem;*  
*mortem autem crucis. Hæc est forma humili-  
 tatis Christi, ad quam conformare se debet qui-*  
 quis supernum consummatæ charitatis gradum  
 attingere volet. Maiorem siquidem charitatem  
 nemo habet, quam vt animam suam ponat quis  
 pro amicis suis. Ad summum itaque charitatis  
 culmen profecerunt, & iam in quarto charitatis  
 gradu positi sunt, qui pro amicis animam suam  
 ponere, & illud Apostolicum implere iam pos-  
 sunt. *Estote imitatores Dei sicut filij charissimi:*  
*& ambulate in dilectione sicut & Christus dile-*  
*xit vos, & tradidit semetipsum pro vobis obla-*  
*tionem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. In*  
 tertio itaque gradu anima in Deum glorifica-  
 tur. In quarto propter Deum humiliatur. In  
 tertio gradu conformatur Diuinæ claritati.  
 In quarto verò conformatur christianæ humili-  
 tati. Et cum in tertio gradu quodammodo,  
 quasi

Similitudo.

Similitudo pulchra.

Alia.

Philip. 2.

Ephes. 5.

quasi in forma Dei esset, nihilominus tamen in A  
 quarto gradu semetipsum exinanire incipit, for-  
 mam serui accipiens, & habitu iterum inuenitur  
 vt homo. In tertio itaque gradu quodammodo  
 mortificatur in Deum, in quarto quasi resuscita-  
 tur in Christum. Qui igitur in quarto gradu est,  
 veraciter dicere potest: *Viuo autem iam non ego,*  
*viuit vero in me Christus.* Incipit ergo in noui-  
 tate vitæ ambulare, qui eiusmodi est: quia de reli-  
 quo sibi viuere Christus est, & mori lucrum. Co-  
 arctatur sane e duobus desiderium habens dissol-  
 ui & cum Christo esse: multo enim melius, per-  
 manere in carne necessarium ducit propter nos. B  
 Charitas enim Christi vrget eum: sit igitur noua  
 creatura, qui eiusmodi est: vetera transierunt,  
 & ecce noua facta sunt omnia: In tertio enim  
 gradu mortificatus, in quarto quasi resurgens ex  
 mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non do-  
 minabitur, quod enim viuunt viuunt Deo. Secun-  
 dum aliquem igitur modum anima in hoc gra-  
 du efficitur immortalis, & impassibilis. Quomo-  
 do enim mortalis est si mori non potest? aut  
 quomodo mori potest, si ab ea separari non po-  
 test, qui vita est; Scimus satis cuius sit ista sen-  
 tentia. *Ego sum via, veritas, & vita.* Quomo-  
 do ergo mori potest, qui ab illis separari non  
 potest? *Certus sum* (inquit) *quia neque mors, ne-*  
*que vita, neque Angeli, neque Archangeli, ne-*  
*que Principatus, neque potestates, neque virtutes,*  
*neque instantia, neque futura, neque fortitudo,*  
*neque altitudo, neque profundum, neque crea-*  
*tura alia poterit nos separare a charitate Dei,*  
*que est in Christo Iesu.* Nonne & ille, secun-  
 dum aliquem modum impassibilis videri possit,  
 qui illata damna non sentit; qui semper ad om-  
 nem iniuriam hilarescit, & quicquid infertur ad  
 penam, totum præsumit ad gloriam, iuxta illam  
 6. Cor. 12. *Apostoli sententiam, Libenter* (inquit) *gloria-  
 bor in infirmitatibus meis, vt inhabite in me*  
*virtus Christi.* Quasi enim impassibilis manet,  
 cui in passionibus, & contumelijs pro Christo  
 complacet, *Propter quod complaceo mihi* (in-  
 quit) *in infirmitatibus, in contumelijs, in neces-*  
*sitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Chri-*  
 sto. Qui in hoc gradu est, dicere fidenter potest:  
*Omnia possum in eo qui me confortat,* eo quod  
 sciat satiari, & esurire, & abundare, & penuriam  
 pati. In hoc gradu *Charitas omnia suffert, omnia*  
*credit, omnia sperat, omnia sustinet.* In hoc gra-  
 du charitas patiens est, benigna est, non est am-  
 bitiosa, non querit quæ suæ sunt. Nescit reddere  
 malum, pro malo, nec maledictum, pro maledi-  
 cto, Sed e contrario benedicit. Qui ad hunc cha-  
 ritatis gradum ascendit, absque dubio in hoc gra-  
 du amoris, est qui veraciter dicere potest: *Omi-*  
*bus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.*  
 Denique cupit anathema fieri a Christo pro fra-  
 tribus suis, qui eiusmodi est: Quid ergo dicemus;  
 nonne hic amoris gradus videtur animum  
 hominis quasi in amentiam vertere, dum non  
 finit eum in sua æmulatione modum, mensu-  
 Richardi S. Victoris Pars I.

ramue tenere; Nonne summæ amentię videtur  
 esse, veram vitam repellere, summam sapientiam  
 arguere, omni potentię resistere? Nonne vitam  
 repellit, qui pro fratribus à Christo separari cu-  
 pit, sicut & ille, qui dicit: *Aut ignosce illis hanc*  
*noxam: aut dele me de libro, quem scripsisti?* Nō  
 sapientiam arguere, seu velle docere videtur,  
 qui ad Dominum loquitur: *Abstine à te vt hanc*  
*rem facias & occidas cum impio iustum fiatque*  
*iustus sicut impius.* Nō est tuum hoc, qui iudicas  
 omnem terram: nequaquam facies iudicium?  
 Nonne omnipotentia resistere tentauit. Omni  
 potentisque iram mitigare homo præsumpsit at-  
 que præualuit, quando iam egressa sententia a  
 Domino, quando iam saeuente incendio, igni fu-  
 renti homo se obiecit, & timentes, ac morientes  
 medius inter stetit, necessitati que finem impo-  
 suit? Ecce in quantam præsumptionis auda-  
 ciam, consummatio charitatis solet mentem ho-  
 minis erigere: Ecce quomodo facit hominem  
 vltra hominem præsumere. Sic enim totum plus  
 est quàm humanum, quod de Domino præsu-  
 mit, quod pro Domino agit, quod in Domino  
 agit, quod in Domino viuunt: Totum mirum, to-  
 tum stupendum. Quantum præsumit de Domi-  
 no, tantum se deicit pro Domino. Quantum a-  
 scendit per præsumptionem, tantum descendit  
 per humiliationem. Sicut supra hominem est  
 quo ascendit per fiduciam: Sic vltra hominem  
 est quo descendit per patientiam. In primo ita-  
 que gradu (vt dictum est) animus redit ad se ip-  
 sum: In secundo ascendit in Deum: In tertio  
 fit in Deum: In quarto descendit sub semetip-  
 sum. In primo & secundo eleuatur: In tertio, &  
 quarto transfiguratur. In primo ad semetipsum  
 ascendit, In secundo semetipsum transcendit. In  
 tertio configuratur claritati Dei, In quarto confi-  
 guratur humilitati Christi. Vel in primo reducitur,  
 in secundo transfertur, in tertio transfigura-  
 tur, in quarto resuscitatur.

Exod. 32.

Gen. 18.

Quantū præsumit de Domino, tantū pro eodē deicit quis se.

### TRACTATUS DE GEMINO, Paschata.

**E**minum Pascha colimus geminū san-  
 celebrare debemus. Primū est illud, quod  
 vulgo solet floridū dici, de quo & mo-  
 do cōpellimur aliqua pro tpe loqui. Sed quæ  
 so de tali tpe loqui nō oblectet? quæ eius ameni-  
 tas in sui laudē nō excitet, vel ad amorem inflam-  
 met? O tempus amenum, tempus acceptum, tem-  
 pus floridum. Tempus amenum, quod florum  
 multiplici varietate distinguitur. Tempus ac-  
 ceptum, quod gratō circumquaque odore resper-  
 gitur. Cui quæso gratū vel acceptam nō sit, cum  
 iā veraciter dici possit. *Iam n. byems transijt, im-*  
*ber abiit et recepit: flores apparuerunt: & in eis flo-*  
*rētes odorē dederūt:* Cui nō libeat in eius laude  
 illud

Can. 2.



**1. Cori. 6.** illud Apostolicū exclamare, Ecce nūc tps acceptabile, ecce nunc dies salutis? Acceptabile vtiq̄ tempus, quod floribus ornatur; nec minus salubre de quo & fructus speratur. Absque omni ambiguitate si non præcedat floridum tempus, frustra, & spe vana fructus expectamus. Præcedat ergo Pascha florigerum, vt subsequatur Pascha fructiferum. Hoc geminum Pascha debemus sane festiū ducere, & cum omni celebritate suscipere. Vis nosse apertius quid sit quod dicere velimus? Nesci (vt arbitror) quia Pascha transitus interpretatur, & à transitu Domini Pascha nominatur. Quid ergo dicimus Pascha floridū, nisi transitum honestum & gratum? Quid autem Pascha fructiferum, nisi transitum iucundum & omni gaudio plenum? Accipe ergo geminum transitum vtrumque gratum, vtrumque honestum. Primum est vt transeamus de malitia ad iustitiam, secundum est vt transeamus de miseria ad gloriam. Fratres, quid ad hæc dicimus, vel quales esse putamus huiusmodi transitus? Quale quæso erit transire de iniquitate ad bonitatem, transire de calamitate ad beatitudinem? Primum transitus ad Pascha primum, secundus pertinet ad Pascha secundum. Videtis obsecro, quam libenter & gratanter debeamus huiusmodi tempus festiū ducere, & solemniter celebrare. Et quidem Pascha illud secundum, omnes in commune diligimus, & pariter affectamus. Sed numquid primum illud eadem deuotione suscipitur, vel pari studio celebratur? Vtinam omnes tam studeant esse boni: quam affectant esse beati, verè tunc futuri tam beati quam boni. Vtinam tam affectarent omnes iustorum primordia, quam optant extrema. *Moriatur* (ait Balaam) *anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia*, sed qui volunt habere iustorum nouissimis similia studeant habere eadem primordia. Floreant interim per iustitiam, & fructum capient ex ea, vitam æternam. De vita iusta, vita eterna, de vita bona vita beata, de tali flore, fructus talis, de vita perfecta, vita perennis; Omnis arbor ex fructu suo cognoscitur. Non est arbor mala, quæ facit fructus bonos. Si arbor bona, & fructus eius boni, & flores eius grati, Sed semper necesse est flores præcedere vt fructus sequantur, alioquin sine præcedentibus floribus frustra sperantur. Præcedat ergo Pascha floridum, vt sequatur Pascha fructiferum, transeamus interim de inhonestate ad honestatem, vt postmodum transeamus de infelicitate ad felicitatem. Si adhuc mali sumus, transeamus de malo ad bonum: Si boni, transeamus de bono in melius, & per melius in optimum, & fecimus Pascha floridum. Cur quæso homines in hoc Pascha florido conueniunt, nisi vt processionem pro more faciant? Nonne ipsum procedere est transire, & Pascha facere? Et ipsum quidem Pascha tunc floridum facimus, si ordinate, & ad honestiora transimus, & processionem quidem pulchram facimus si in bono proficimus. Quam

Pascha transitus.

Primum transitus de malitia ad iustitiam secundus de miseria gloriam.

Quomodo transitus secundus sit.

A pulchram, quam speciosam putamus processionem ire de virtute in virtutem, quæ retro sunt obliuisci & in anteriora extendi? O quales flores veræ virtutes. Sternamus itaque viam nostram floribus talibus, & per florida virtutum trāscamus, munde, & honeste procedamus vt processionem nostram pulchram, & gratam faciamus, & Pascha floridum digna celebritate perficiamus. O quam mundum quam iucundum erit per flores ire, & per virtutum amena transire: per crocum charitatis, per lilium castitatis, per passionis rosam, & humilitatis violam. O quam iudabile, & quam amabile gratum odore n vndiq; spargere, & opinionis suæ fragrantiam circumquaque diffundere, & ad iucundum processionis suæ spectaculum vndique accurrentium animos attrahere, & ad probitatis suæ exemplum intuentium animos prouocare. Hæc itaque est processio prima, & pertinet ad Pascha primum: nam est & alia, & ipsa pertinet & ad Pascha secundum. Processio prima promotio ad perfectionem bonitatis. Processio secunda, promotio ad plenitudinem beatitudinis. Geminam processionem Christus fecit, geminam sane facere nos voluit. *Exiit* (inquit) *à Patre, & venit in mundum, iterum relinquit mundum, & vadit ad Patrem*. A summo celo egressio eius, hæc est processio prima, & occurus eius vsque ad summum eius: hæc est processio secunda. Primo descendit, postea ascendit. Prima processio est humiliatonis: secūda est exaltationis. Si verè Christiani sumus Christum imitari debemus. Qui enim se dicit in Christo manere, debet sicut Christus ambulauit & ipse ambulare. Primo humiliemur cum Christo, vt postmodum exaltemur cum Christo. Humiliamini interim sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die iudicij, in tempore aduentus Domini nostri Iesu Christi. Sequamur itaque Christum interim qua iuit in terris, vt tandem sequi mereamur qua iuit in caelis. *Oculi sapientis in capite eius*. Si sapiens es, qui Christum caput habes, ad ipsum respicere debes. Itineris eius vestigia attende, & virtute qua potes sequi contende. Vide ergo, quomodo processit, vel qua te via processit certe Paschalis ista hodiernæ festiuitatis processio, quæ generaliter fit ex operū eius recordatione, vel imitatione processit. Attende ergo quam equam tibi imitandam proponat. Videamus ergo vnde incepit, videamus quo perrexit, videamus qua transit, videamus quomodo processit: hoc est quod dicere volo, quod te attendere moneo; vnde, & quo, qua, & quomodo processionem suam Christus fecerit. Vnde incepit? *A Bethania. Quo tendit?* In Ierusalem. Qua transit. Per montē Oliueti. Quomodo venit? in asino. A Bethania itaque iter suum incepit, & in Ierusalem perrexit, in asino sedens & per Oliuetum transiens: hæc est processio Christi, quam imitari debent Christiani. Ecce quo ordine, ecce quali

Qui sine veri floribus.

Prima processio. Secunda. Ioan. 16.

Si verè Christiani sumus Christum imitari debemus.

Vnde Christus processio nem suam incepit.

Ioan. 12. Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19.

Et vbi si- quali itinere, in Ierusalem ire debemus, ecce ad A ucti transimus, cum infirmioribus quibuscumq; quem finem in omni eo quod agimus tendere debemus. Seruate fratres vnitatem fidei in vinculo pacis, & in Ierusalem estis, & qualē Christus docuit processionem consummasti. Nam Ierusalem (vt nostis) interpretatur visio pacis. Ecce fratres quid est ad quod hortari vos volumus vt pacem quæramus, pacem apprehendamus, pacem custodiamus. Declina à malo & fac bonū, & qualem processionem christianum decet in choasti, inquit pacem, & persequere eam, & ad Ierusalem uenisti, & processionem consummasti. Denique quantum in nobis est, habeamus pacem cum omnibus, & in Ierusalem sumus, habemus sane alios superiores, alios inferiores alios autem pares. Habemus ergo pacem cum superioribus, pacem cum inferioribus, pacem cum paribus, & habemus pacem cum omnibus, & vsque ad Ierusalem peruenimus. Primum vtiq; & per necessarium per omnem modum, ne perturbemus pacem prælatorū nostrorum quibus à Domino est dictum. *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit*. Parati simus omni hora ad omnem obedientiam: & absque dubio habemus cum prælati nostris pacem, plenam. In quo quæso erga nos perturbari possunt si nolumus omne quod nolunt, & volumus omne quod volunt? Si ergo volumus ad Ierusalem tendere, & pacem veram obtinere, oportet ab obedientia incipere, & iter pacis à Bethania inchoare. Nam Bethania interpretatur domus obedientiæ. Sed nec illud hic prætereundum puto, quod tamen breuiter admonere volo, quod alij nobis superiores potestate, alij autem dignitate: illi officio, isti merito: Illi præfunt quibusdam gradibus honoris & potestatis, isti præcellunt quibusdam prouentibus Sapientiæ, & sanctitatis, illos præfedit electio humana, istos exultit ordinatio diuina. Cogita ergo quale sit illos vereri quos prætulit humana institutio, & hos nolle venerari quos singulariter magnificauit diuina dispositio. Si debito honore venerandi sunt, qui ad tempus nobis præfunt, quāto honore digni sunt qui merito sanctitatis in sempiternum nos æterna exaltatione præcellunt? hinc est quod boni prælati huiusmodi subiectos cum magno honore venerantur, quibus tamen quibusdam (vt dictū est) prælationum gradibus principantur. Primum igitur & præcipue fatagendum est, vt habeamus pacem cum omnibus nobis superioribus, sed nec hoc sufficere debet, nisi studeamus seruare vinculum pacis, etiam cum inferioribus, & infirmioribus. Superiores delinire debemus obsequēdo, & obediendo, inferiores infirmitati eorum compatiendo, & subueniēdo. Superioribus obedientia exhibenda, inferioribus misericordia impendenda, Ergo à Bethania iter inchoandum: sed per Oliuetum transeundum. Nam & ὀλιβη apud grecos misericordiā sonat, & ipsum oleū opera pietatis designat. Per montem itaque Oli

Pax cum omnibus habenda, si ad Hierusalem peruenire desideramus.

Quid necessarium sit ut habeat Pax. Luc. 10.

Adueram pacem obtinendam obedientia est necessaria. Superiores dupli- ces.

Quomodo cum superioribus & inferioribus sit agendum. Quando transimus per montem Oliueti.

ueti transimus, cum infirmioribus quibuscumq; pietatis operam impendimus, cum eorum infirmitati compatimur potius quam irascimur, vel indignamur. Certe vides quantum hoc valeat ad infirmorum pacem obtinendam, & ad animi tui tranquillitatem possidendam. Qui enim turbatur, & indignatur ad omnem offensam quam videt, quando quæso pacem inueniet? quando obsecro veram animi tranquillitatem obtinebit, uel saltem obtinendam sperabit? Semper in infirmioribus inueniet quod iure reprehendat, quod misericorditer tolerari debeat. Alioquin infirmi non essent qui infirmitatis nihil haberent. Profectus itaque nostri promotio, uel processio per montem Oliueti fiat, & pietas nostra in immanem excreseat, vt magnitudinis iure iuste mons dici queat, ut discamus infirmorum non tantum minima, sed etiam maxima cum animi tranquillitate tolerare, & proximorum infirmitatem, non solum corporalem sed etiam spiritalem patienter, & cum pietate sustinere. Profecto si hæc agimus, iam Hierusalem appropinquamus, & pacis plenitudinem eo vicinij attingimus, quo obedientiæ & misericordie perfectionem altius apprehendimus. Puto quia iam opus erit asinum quærere, & inter eiusmodi virtutum insignia humilitatis sibi præsidium vendicare, sic & Christus Iesus cū appropinquaret Hierosolomis asinum sibi adduci fecit, & super ipsum sedit. Scimus autem omnes asinum esse animal sordidum, & vile, mansuetissimum sane, sed pœnæ præ cæteris omnibus contemptibile: humilitatis itaque (vt arbitror) formam gerit, per quam animus sibi ipse vilescit, & in contemptum venit. Et quidem sine huiusmodi animali poterit forte processio nostra fore spectabilis, non tamen absque dubio sine eo erit, vel esse poterit vsq; adeo admirabilis. Quis obsecro non digne miretur choris præcedentiū & hinc inde psallentium asinum interesse: & inter tam gloriosos, solemnēque apparatus tam sordidum animal apparere? Certe quantum ad me attinet in meis quidem oculis mirabilius apparet, hominem pontificalibus indutum in asino sedere, & inter eiusmodi insignia tale sub sellium non erubescere, quam illud cunctis pœnæ dulce lignum in manibus portare quam mitram in capite, vel pallium in humeris gestare. Nec nouum sane, nec mirum de virtutibus gloriari, sed illud magnum atque mirandum inter summa quæque ornamenta virtutum; Asinum non dedignari, humilitatis bono firmiter inhaerere, vnum eundemque hominem alijs omnibus mirabilem soli sibi contemptibilem apparere. Hoc ordine sane processionem nostram mirabilem facimus, si inter obedientiæ, & misericordie fastigia humilitatis modestiam non deserimus, hæc sane arte poterimus pares nostros nobis conciliare, si summa cum diligentia studeamus semper nouissimum locum tenere, illos nobis venerationis officio, & honoris loco sine simulatio-

De Asino qui interuit processionem.

Humilitas & humiliatio, utramque habere debet seruus Christi. Quae sit vera humiliatio, & vera humilitas.

Esa. 47.

Humilitas etiam consistit ad pacem habendam.

1. Cor. 13.

ne praeferre, immo, & praeferendos esse veraciter credere, & sibi persuadere, & alijs persuaderi velle. Vides certe quare in hoc negotio opus habemus, quod paenae nobis excidit, ex Asina, & eius pullo. Duo sunt, humilitas, & humiliatio, humilitas in asina, humiliatio designat in pullo. Pullus ex Asina nascitur, & ex humilitate humiliatio vera oritur, humilitas interior, humiliatio exterior, humilitas in corde, humiliatio in actione, humilitas pertinet ad affectum, humiliatio autem ad actum. Sola autem humiliatio illa necesse est vera sit, quae ex humilitate descendit. Qui infirmitatem suam veraciter agnoscit, & in oculis suis sibi ipse vilescit, iam asinam in sua quasi praesentiam adduxit. Sed si in oculis hominum se humiliare, vel contemptibile apparere erubescit, matrem quidem praesentem habet, sed usque ad huc pulli praesentia caruit. Si te exterius humilias, sed magnum aliquid de te existimas, pullum habes, sed matrem non habes. Adducamus itaque asinam & pullum cum ea, ut veraciter humiles sciamus in mente; & veram humilitationem exhibeamus in actione. Alioquin si te sicte humilias, & fraudulenter incedis, cum (secundum Prophetam sententiam) Compulsus fueris transire fluminem, & superire eum, absque dubio turpitudine tua reuelabitur; eo quod nihil opertum sit quod non reuelatur. Studeamus ergo veraciter humiles esse, & veraciter humiles apparere, & hoc ordine (ut arbitror) poterimus pares nostros nobis conciliare. Constat namque quia inter pares maxime nasci solet invidia, & ex invidia discordia. Sed si in Asino (ut dictum est) sedemus, & infimum inter eos, & vilem quenquam, & abiectionem locum tenemus, invidiam fomitatem amputamus. Absque dabo vera humiliatio non solummodo pacem inter pares reformat, sed etiam cum superioribus, & cum inferioribus confirmat. Vide ergo quale sit tale subsellium querere, & si opus fuerit etiam de longinquo adducere. Alijs namque facile assumitur de proximo, alijs autem adduci oportet de longinquo. Qui enim adhuc enormiter viuunt, & erubescenda committunt, satis ad manum inueniunt unde erubescant, & humiliare se debeant. Qualis fuit publicanus ille, qui erubescere vel oculos suos in caelum leuare: Sed qui in vita sua nil erubescendum inueniunt, quales esse credo qui de Bethania veniunt, & per Oliuetum transeunt, qui Pascha floridum faciunt, & viam suam virtutum floribus sternunt, necesse habent (ut arbitror) asinum de longinquo adducere, & humiliatiois suae materiam vel de pristinae vitae lapsu vel de futurae vitae statu assumere. Sic & Paulus eo quod ad manum non haberet unde sibi nihil conscias esset, ad antiquae conuersationis viam considerationis suae exploratores misit, & inde sibi humiliandi materiam asciuit. Audi unde sibi asinum adducat, vel quam humilem sibi deiectionis locum eligat, cum dicat Ego

A sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei, sed quid ille facturus est qui cum beato Iob dicere potest. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea: profecto qui cuiusmodi est, non habet unde Asinum adducat de his quae iam post tergum reliquit, quia unde sibi vilescat de praeterita conuersatione non inuenit. Sed ecce habet quid faciat, ante faciem suam mittit modum summam perfectionis quam nondum apprehendit ad quam attendat. Attendat autem quae sit illa perfectio Angelice puritatis, quae illa consummatio Angelice integritatis, & absque dubio in castello quod contra se est in perfectionis suae modum ex comparatione colligere potest. Consideret quae sit illa futurae vitae puritas, vel qualis eius integritas, quae sit pura ab omni malo, quam sit integra in omni bono, pura ab omni corruptione, integra ab omni imperfectione, & puto quia in hoc gemino ministerio asinum sibi adducere valeat, & inuenire unde se veraciter humiliare debeat. Profecto tatum non erit sine huiusmodi humilifubfollio pueris haebreorum occurrere, ac clamantibus illis vndique euge euge, eo quod pueri sint, & idcirco discernere non possunt quos, quando, vel quomodo debeant laudare. Tale (ut arbitror) subsellium voluit nos Apostolus querere, cum admoneret nos de nobis non alta sapere: Non alta (inquit) sapientes, sed humilibus consentietes. hic est processiois modus quem Christus tenuit, quae utique & nos tenere voluit. Vultis apertius noscere, quia a Bethania venit, & quia in oliuetum egit obedientiam tenuit. Non veni (inquit) facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. Et Apostolus protestatur Quod factus sit obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Utique & per montem Oliueti transijt, & ex morte sua quam pro nobis sustinuit, quantum nos diligeret ostendit. Maiorem enim caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vultis scire quomodo in Asino sedet, vel quam humilis venit, eum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalis Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus ut homo. Sed quod per omnem eiusmodi viam in Hierusalem tendat, quis ignorat nisi forte quem latere valeat, quod ipse sit pax nostra, quae fecit utraque vnum, medium parietem macerie soluens inimicitias in carne sua lege mandatorum decretis euacuans. Ecce quomodo Christus transijt; ecce qualibus floribus viam suam strauit ut Pascha floridum faceret, & per virtutum amena transiret. Ecce qualis fuit Christi processio. Ecce unde, & quo, ecce qua, & quomodo, quod superius proposuisse me recolo. Ex obedientia per pietatem, cum humilitate ad pacem. Nescio si compendiosius recapitulari potuit quod superius prolixior oratio copiosius digessit. Memento, & tunc talibus

Iob. 17.

Rom. 12.

Ioan. 6.

Philip. 2.

Vnde

Christus

venit

quo

&

quomodo

processio

seruata

Rom. 6.

Philip. 2.

1. Cor. 13.

Osee. 1.

Rom. 5.

Fructus obedientiae.

Humilitatis & humilicationis fructus.

talibus floribus viam tuam sternere, si cupis pascha floridum celebrare. Boni flores obedientia & misericordia, boni flores humilitas, & Pax. Ecce inquit de floribus, & ubi sunt fructus: Vultis in Christo nosse qui sint fructus seruatae obedientiae, vel impenita misericordiae quod factus est pro nobis obediens patri usque ad mortem Recole illud Apostoli. Quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, quod enim viuit, uiuit Deo. Accipe & illud quis sit fructus quae sit pax, vel suscepta humilitatis Propter quod (inquit) et Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernarum. Ecce qualis transitus, ecce quam fructuosus. De morte ad vitam, de tribulatione ad gloriam. Ecce pascha secundum: Ecce pascha fructiferum, & qualis fructus vita, & gloria. O fructus dulcis, & fructus sublimis, sempiterna vita cum summa gloria: Et gloria summa cum vita sempiterna. Sed hos fructus Christus noluit comedere solus, quin immo dispersit dedit pauperibus. Et iam sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnus quisque autem in suo ordine. Primitia quidem Christus: Deinde qui sunt eius. Et in loco ubi dictum est, Non populus meus vos, iam dicitur eis, filij Dei uiuentis. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituantur multi. Si enim in unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantia gratiae, & donationis, & iustitiae accipientes in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Scientes igitur quis sit fructus obedientiae, immortalitas ualet & incorruptio vitae aeternae, accurramus omnes cum magna festinatione in Bethaniam, subiicientes nos ad omnem obedientiam: De eius fructu nihil diffidentem, sed sine ulla hesitatione tenentes, quia oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Sed quia secundum Apostolum corporalis labor ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia ualet, promissionem habens vitae quae nunc est, & futurae: transeamus per montem Oliueti exercentes nos ad pietatem, scientes absque dubio, quod accepturi simus oleum pro oleo: oleum letitiae pro oleo misericordiae. Beati enim misericordes quonia ipsi misericordiam consequentur. Nec vos pudeat sedere in Asino, vel recumbere in nouissimo loco, non ignorant quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nihil itaque fiat per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes: non quae sua sunt singuli considerantes, sed quae aliorum, libenter (ut arbitror) nos humiliamus, si vere humilicationis fructum attendimus. Absque dubio sicut omnibus qui se exaltat humiliabitur, sic omnes qui se

humiliat exaltabitur. Cogita tamen quae sit exaltatio ista, ut agnoscas quem fructum habeat humiliatio vera. Quae aut quantum putas possidere regnum caelorum, nam ipsam arbitror veram humilicationis fructum. Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Ecce quo ordine. Ecce quo fructu, vel sine debeamus procedere, & in Hierusalem tendere. Profecto si hoc ordine incedimus, si hac intentione properamus: Hierusalem appropinquamus, si obedientiam cum caritate, & humilitate seruamus, veram quam quaerimus pacem citius inuenimus. O stultum, & caecum quae studiose non properat ubi pacem, & pacem veram inueniat. Vultis tamen fructum eius agnoscere, ut inde colligere valeatis quantum ad eam obtinendam oporteat properare. Beati (inquit) pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. O fructus mirabilis, o fructus singularis, o quanta gloria serui, & serui tam indigni fieri filium Dei. Quid ei quae soiam sapere, vel satisfacere possit quem huius fructus concupiscentia non trahit. Si hunc fructum esurimus, si eo frui desideramus, vere paci studeamus. Teneamus interim pacem quam nobis Christus reliquit, & securi expectemus illam, quam Promisi. Pacem (inquit) relinquo vobis cor tuum. neque formidet, & pacem habes quae tibi Christus reliquit, & seruare te voluit. Sed forte, & illam quaeris quae nam sit quam Christus promisit, vel suam nominauit. Sed quibus quaeso vobis explicare possum quae sit illa pax, Dei quae exuperat omnem sensum. Curramus itaque per pacem ad pacem, per pacem internam ad pacem aeternam. Nam est pax quae est tantum exterior, & est pax quae est tantum interior, & est pax quae est simul interior, & exterior. Prima, pertinet ad solam carnem, secunda, ad solam mentem, tertia, ad mentem simul, & carnem. Primam, & secundam in hac vita, nunquam tamen simul habere possumus, quas semper in moribus disparibus seorsum & seorsum videmus, tertia in futura tamen vita speramus, vnde & aeterna nominauimus: Primam venit Christus destruere secundam statuere, tertia dare, sed in futurum tamen referuare. De prima Dicit: Non ueni mittere pacem in terra, sed gladium. De secunda, & tertia illud intelligimus quod & iam supra posuimus. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Detestamur itaque illam quam Christus dannaui, amemus illam quam Christus docuit, speremus illam quam Christus nobis reposuit, quae fidelis est quae promissit: Amemus internam, speremus aeternam. Illa ad florere, ista pertinet ad fructum, illa ad Pascha primum, ista pertinet ad Pascha secundum. Qui adhuc amat primam, relinquat eam, & transeat ad secundam, certus quod per ipsam transiturus sit ad tertiam. Qui ad secundam transijt iam Pascha primum, iam Pascha floridum celebravit. Qui de secunda ad tertiam, secundum iam transitum fecit, & de eius fructibus gustauit, ad secundum Pascha iam transijt, cuius celebritas sempiterna erit.

Math. 5.

Ioan. 14.

Matt. 10.

Ioan. 14.



erit: Ecce de floribus: Ecce de fructibus. tētamus A istos desideremus, illos, ut in eternū fuit merca-

SERMO IN DIE PASCHAE.

Alcha nostrū immolatus est Christus frates scripturas scitis & virtutem carū. Ideo sermo noster ad vos non erit doctrina, sed admonitio, & notorū ad memoriā reuocatio: De quo fonte enim bibo ego, bibitis & vos Vbi haurio hauritis, & vos. Si ego haurio aquas in gaudio de fontibus saluatoris, hauritis & vos. Iudicate ergo tan q̄ spiritales virtū aqua q̄ vobis propinabo fluat de medio fontiu, an sit hausta de fontibus saluatoris. Pascha nostrū immolatus est Christus. Fructuosa dñi passio, & gloria ipsius resurrectio, non solum facta sunt & signa, sed insuper remedia. Non solum sunt veritas & figura, sed etiam medicina. Veritas sunt, quia vere qui mortuus est ex infirmitate, resurrexit ex virtute. Signa sunt, & figura: quia mortuus est & resurrexit vt peccatis mortui iustitiae viua mus. Medicina sunt, quia mortuus propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificacionem nostram. De exemplo ergo & remedio passionis: & de remedio & exemplo resurrectionis pro modulo nostro prosequamur, Christus factus est obediens vsq; ad mortē, humilitatis perfectus, & caritatis consummatus dedit nobis exemplū. Quae sit aut vera humilitas & nō ficta, ipsis verbis expressit loquens ad patrē dicens: Nō sicut ego volo, sed sicut tu. Hec est vox verae humilitatis, quae semper humanae voluntati preponit diuinam, & in hoc ab humana in diuina dirigitur. Nec hoc solū, sed et alterius hoīs, nō solū maioris vel parīs, sed et inferioris voluntatē suā praeponit. Contrariū vox superbiae est, non sicut tu, sed sicut ego, cuius propriū est suā praeponere voluntatē, nō solū hoīs alterius voluntatē, sed et diuinā, & in hoc a diuinis in ima demergitur. Humilis ergo nō suā, sed Dei facit voluntatē. Superbus vero non Dei, sed suam facit voluntatē, humilis nō suā, sed Dei querit gloriā. Superbus vero nō Dei, sed propriā querit gloriā. Humilis aedificat super petrā, superbus super arenā. Oēs ergo superbi discipuli sunt Diaboli qui est rex & magister sup filios superbiae. Oēs vero humiles discipuli sūt Christi, qui ad hoc vt humilitatē doceret & fieret magister humilitatis, humilis factus est. vnde & gloriā in discipulis, humilis in humilibus dicens: Ecce ego pueri mei quos dedit mihi dominus. Tales enim dat filio, trahens eos ad filium, iuxta illud: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Qui veniunt ad filium tracti a patre, non inuiti veniunt, sed sine coactione, sine necessitate, voluntate, amore & cordis vinculo. In hoc enim pater tra-

Passio Christi fructuosa Resurrectio gloriosa.

Matt. 26. Vera humilitas.

De humilibus, & de superbo.

Superbi discipuli cuius.

Esa. 5.

Ioan. 6.

hit ad filium humiles, q̄ eis reuelat filium. Vnde, abscondisti haec a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Filius aut ad se venientes non foras eiecit sed benigne suscipit. Et vt probet eos an eum diligant fasciculum myrrhae eis apponit, de quo & ipse comedit, sicut & de torrente bibit transiens per foramen acus, per angustias scilicet passionis. Ipsi vero pra amoris magnitudine non sentiunt amaritudinem myrrhae gloriae in tribulatione. Vnde vnus ex illis ait. Scimus quia neque mors, neq; vita poterit separare nos a caritate Christi. Caritatis etiam consummatur exemplum nobis in ipsa sua immolatione dedit, orando pro inimicis. Quā descripsit, vbi ait, Nemo maiorem caritatem habet quam ut animam suam det pro amicis suis. Dominus vero Iesus animam suam cum elemus inimici posuit, & in hoc caritatem suam commendauit. Quam Apostolus supereminere scientia dicit. Quam quidem comprehendere non possumus, nisi fuerimus radicati & fundati in caritate. Radicati ad similitudinem arboris, fundati ad similitudinem domus, fundati per dilectionem Dei, per quam sumus domus Dei, & templū, & Deus habitat in nobis. Radicati per dilectionem proximi per quam sumus arbores fructiferae proferentes folia protectionis, & fructum sustentationis. Qui aut sic sunt in caritate radicati & fundati, possunt comprehendere quae sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum caritatis cum omnibus sanctis. Latitudo caritatis in hoc consideratur vt diligatur inimicus, longitudo vt perseueretur vsq; in finem. Altitudo vt oia fiant propter Deū. Profundum vero caritatis in hoc attenditur, vt homo nil boni sibi ascribat, sed totum gratiae Dei, cui causas inuestigare est nimis profundum, excedens sensum humanum, scilicet cur hunc induret, illum vocet. Vnde Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quā incōprehensibilia sunt iudicia eius. Medicamento humilitatis sanatur motus totius elationis. Dono caritatis curatur infirmitas cupiditatis. Per haec duo scilicet superbiam & concupiscentiam habitabat in nobis princeps huius mundi, p̄ superbiam in mēte, per concupiscentiam in carne. Sed nunc princeps huius mundi eiectus est foras per gratiā Christi: vnde ipse ait. Ecce eicio demonia, & perficio sanitates. In hoc q̄ peccata dimittuntur, demonia eiciuntur. In hoc q̄ virtutes mētibus, infundunt, sanitates pficiunt. De remedio passionis de cetero dicēdū est q̄ in iustitia & mīa intelligit. Saluator noster cum sit oipotēs, solo verbo virtutis suae potuit hoīem liberare à ptate tenebrarū. Sed i nostra liberatio ne maluit vt iustitia q̄ potētia, q̄ diabolus amator est potentiae, desertor iustitiae. In quo homines magis cū imitantur qui affectāt potentiam, & exosam habent iustitiam. Quae est illa iustitia? Audite. Christus innocens est, & immunis ab omni peccato, solus inter mortuos liber, non habens causam peccati sub auctore

Rom. 8.

Ioan. 15.

Quae sit longitudo, latitudo, & profunditas Charitatis?

Rom. 11.

Medicamento elationis & cupiditatis.

Luc. 13.

Etote peccati. Sicut ipse ait. Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Tota enim possessio hostis antiqui est peccatum, cui data est in hereditatem terra spe sterilis, spinis & sentibus plena, terra cui maledixit dominus, cui ceciderunt funes in obscuris & tenebrosis. De hac tota substantia eius nihil inuenitur in Christo, occidit tamen innocentem, & ideo iustus est recedere a nocentibus confugientibus ad Christum. Occidit eum qui nil debuit morti, & iustus est recedere a debitoribus mortis credentibus in eum qui pro eis mortuus est. M. misericordia autem nostrae redemptionis in hoc insinuat, Christus sola caritate, nostrae miseriae compassione patri obediens mortem pertulit, & in hoc ipso apud Deum patrem multum meruit, omneque meritum suum suis membris concessit. Et in sua passione eum qui mortis habebat imperium destruxit, & hominis reatum expiavit, & peccatorem Deo patri reconciliauit, & sicut David Goliam gladio proprio occidit, sic Christus diabolum proprijs armis peremit. Quae fuerunt arma diaboli quibus mundum vicit, & a Christo victus est? Mors, q̄ auctore peccati ideo ex diuina sententia mortem corporis inferre potuit quibus voluit, ideoque homines timore obnixi erant peccati vel diaboli seruituti, & quilibet patiebantur ne morerentur. Vnde Iob ait. Pelle pro pelle, & omnia dabit homo pro anima sua. Saluator vero voluntarie mortem suscepit, & moriendo mortem destruxit, & sic homines a timore mortis eripuit. Vnde sancti iam mortem timent, sed cupiunt dissolui & esse cum Christo. De hoc remedio ait saluator. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Nota est vobis hystoria qualiter filii Israel murmurantes percussi sunt ab ignitis serpentibus in deserto. Tunc Moyses precepto domini serpentem aeneum in pertica erexit, ad quem filii Israel aspicientes sanabantur à moribus serpentinis. Per hunc serpentem aeneum in pertica exaltatum in telligimus Christum crucifixum, quia per serpentem mors intrauit in mundum, ideo mors per eum figuratur. Serpens ille aeneus similitudinem habuit serpentis, sed nō habuit venenum. Sic & Christus similitudinem habuit carnis peccatricis sed nō habuit venenum peccati. Quia si peccati venenum haberet, a veneno peccati non liberaret. Quoties ergo a serpentibus percutimur, id est a demonibus vulneramur, ad hunc serpentem aspiciamus oculo carnis, & oculo mentis, oculo carnis per imitationem exempli, vt crucifigamus carnem cum vicijs, & concupiscentijs. Oculo mentis per fidem remedij dicendo cum Petro, Quia non est aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri, & sine dubio perfecte curabimur ab omni plaga, & per imitationem exempli sanabimur ab omni actu peccati, per fidem remedij purgabimur ab omni reatu, hoc est intri-

Ioan. 14.

Job. 3.

Ioan. 3.

A. Cor. 4.

num Dei quod est fortius hominibus. Quis enim hominū potuit facere quod Christus per mortem suam effecit? Nullus, immo nec totus mundus, hoc est stultum Dei quod est sapientius hominibus. Quis enim huius sacramenti potest penetrare profunditatem? Nunc de remedio resurrectionis dicendum est. Pascha nostrum immolatus est Christus. Pascha interpretatur transitus, qui pertinet ad resurrectionem, immo transitus domini ipsa est resurrectio domini, vnde Dies praesens Dies Pascae, & Dies resurrectionis dicitur. Christus enim resurgens ex mortuis transiuit de morte ad vitam, de corruptibilitate ad incorruptionem, & in hoc factus est Pascha nostrum, quia in illo & per illum transimus de tenebris ad lucem, de vitijs ad virtutes, de hoste ad patrem, de morte ad vitam. Et videte quomodo consistat, quia iustus ex fide viuuit. Vbi ergo non est fides, nec iustitia, vbi non est iustitia, nec vita. In morte autem Christi fides eius, etiam in Apostolis mortua est, quia percussio pastore dispersa sunt oues. Ipso autem resurgente, & discipulis suis apparent reformata est fides in Apostolis. Insuper accensa sunt corda, & inflammata amore & desiderio immortalitatis & futurae beatitudinis, & sic intus viuificati & iustificati transmigrauerunt de infidelitate ad fidem, de peccato ad iustitiam, & sic de morte animae tranfierunt ad vitam. Hodie namque (vt dicit Apostolus) datum est Christo nomen quod est super omne nomen. Ab aeterno quidem habuit nomen quod est super omne nomen secundum diuinitatem, & in sua incarnatione quidem nomen datum homini per gratiam, sed quod hucusque latuit per resurrectionem in palam venit. Ideoque dominus tot argumentis ipsam resurrectionem probauit. Quia ipsa constante, cetera constat, ipsa enim est quasi basis sub columna, quasi fundamentum fundamentorum, cui omnes articuli fidei inniuntur. Vnde Apostolus totam summam nostrae salutis in ipsa posuit dicens Si corde credideris, & ore confessus fueris quia Deus suscitauit eum a mortuis, saluus eris. Hanc igitur non solum credere sed etiam inungi memoria tenere debemus. Vnde Apostolus ait ad Timotheum. Mementote dominum Iesum resurrexisse a mortuis. Sicut enim ex cupiditate quae est radix omnium malorum oriuntur mala desideria, & nocua quae mergunt hominem in perditionem & in interitum, si ex assidua resurrectionis memoria nascuntur sancta desideria, & affectiones pie, mundi contemptus, amor aeternorum, & mutatur homo in virum alterum, & spiritalis efficitur. Vna igitur resurrectio domini secundum carnem, geminam nostram resurrectionem efficit, & animarum in presenti, de qua dicit Ioannes in Apocalypsi. Beatus qui habet partem in prima resurrectione, quia non ledetur a morte secunda, & resurrectionem corporum in futuro. De qua Apostolus: Et reformabit corpus humilitatis nostrae configuratū corpori claritatis

Philip. 2.

Rom. 10.

2. Tim. 2.

Sicut ex cupiditate oriuntur mala desideria, sic ex memoria resurrectionis bona.

Apoc. 20.

Philip. 3.





quod ipse quaesisti. Audi & ipse modo quid mihi exponi desidero. Noua certe conspersio nisi prius coquatur, comedi non potest. Sed panis absque fermento comedi potest. Cur ergo ab Apostolo non ad id inuitantur quod melius profectiusque esse probatur? Cur non inuitantur, ut sint panis absque fermento potius quam noua conspersio? Ecce dubitationem meam, audi & aliam. Quid est panis azimus nisi cibus? Si ergo erant azimi, nunquid & in cibum assumendi? Sed & in azimis iubentur epulari. Nunquid idem ipsi sunt epulandi & sunt epulaturi? Nunquid idem ipsi sunt conuiuium & conuiua, epulantes & epula? Si ipsi sunt azimi, si in azimis epulaturi, nunquid ipsi a semetipsis deuorandi? Has duas quaestiuiculas pro seonoris debito, tertiam gratis requiro. Nam iuxta abundantiam largitatis tuae debes vel ad vnam gratis respondere. Cum semper esse solet vel debeat prius esse fides vera quam opera sincera, cur prius epulari iubentur in azimis sinceritatis, non in azimis veritatis.

*Expurgate vetus fermentum ut homo efficiatur noua conspersio.*

**F**ateor iam non valeo exactiōnis tuae importunitatem aequanimiter tolerare, qui me cogis non solum mihi a te, verum etiam tibi a me propositas quaestiones soluere. Sed si volumus illas ad plenum explicare, totam illam paschalis ecclesie Apostolicam lectionem oportebit explanare. Expurgate vetus fermentum ut sitis noua conspersio sicut estis azimi. Ut hunc locum Apostoli possimus plenius intelligere, opus est (vbi mihi videtur) multiplici inquisitione. Primo quid sit fermentum, quid fermentum modicum, quid fermentum vetus, quis expurgandi modus, quid sit azima, quid conspersio noua, vel qua sit panis & conspersio differentia. Deum autem (quod superius iam dixi) cur ab Apostolo moneatur fieri noua conspersio, & non potius panis absque fermento. Quid sit fermentum corporale, vel cuius sit efficiat noxiū, & eo ipso perpendimus quid de spiritali fermento sentire debeamus. Videtur itaque esse fermentum spiritale quod corrumpit integritatem spiritualis & rationalis substantiae. Spiritale igitur fermentum dicitur esse omne peccatum quod eam corrumpit vel secundum sensum vel affectum. Secundum sensum corrumpitur ex falsitate, secundum affectum vero ex impuritate. Quamdiu ergo veraciter dicere possumus, si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, recte nobis dicitur; & merito dicendum videtur. Expurgate vetus fermentum. Si vero fermentum merito dicitur omne peccatum, consequens est ut in fermento modico intelligatur veniale peccatum, quod & de facili committitur, & de facili remittitur. Dico autem modicum, non quod ipsum sit paruipen-

Fermentū spiritale quid.

Fermentū peccati quid.

dendum, sed quod modicum sit comparatione peccatorum criminalium. Sed dicitur fortassis. Si modicum fermentum secundum Apostolum potest totam meritorum massam corrumpere, non possumus etiam in modico fermento nisi criminale aliquid intelligere. Et illud quidem inquis, contra quod Apostolus in superioribus disputauit, quamuis magnum peccatum, modicum tamen fermentum secundum eundem ipsum fuit, alioquin ad quid consequenter adiungit, *Au ne scitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Sic tibi forte videtur. Quid ergo? Nunquid modicum fermenti contraxit, qui patris sui uxorem habuit? Si modicum fermenti facit corruptionem modicam, & multum fermenti corruptionem magnam, nunquid dicens quia modicum & non multum corruptus fuit, qui tale flagitium commisit? Ego magis intelligo idcirco dictum ab Apostolo, quod modicum fermentum totam massam corrumpit, ut intelligerent qui audirent quantam corruptionem tale tamen abominabile flagitium ingereret, cum quanto studio & festinatione expurgari oporteret, quam doquidem modicum etiam fermentum totam massam corrumpere solet. Si secundum Apostolum Ioannem *Omne peccatum iniquitas est*, quid erit criminale peccatum, nisi iniquitas magna? Dicemus ergo quoniam iniquitas magna sit corruptio modica, nam hoc consequens videtur, si modicum fermentum criminale peccatum dicatur. Sed quomodo inquis peccatum veniale totam potest secundum Apostolum massam corrumpere? Audi quid alia scriptura dicat, & ex illa perpende quomodo haec intelligi debeant. *Qui modica negligit, paulatim defluit.* Et scimus quoniam a modica scintilla ignis exarde fecit. Videmus saepe patrefamilias dormiente quam ex modico ignis exardescit, & sub nocte vna vel hora totam possessoris substantiam, quandoque autem ipsum habitatore cum eius habitatione consumit. Sic sane concupiscentia in exordio tationis modica si contemnatur incipit paulatim crescere & mentis vires pedetentim emolliere, & virtute exhausta ad crimē impellere, & iuxta hunc modum meritorum nostrorum massam corrumpere. Sic utique sic si negligatur, a modico fermento non modica saepe massa corrumpitur, nam si minime negligamus quamlibet turpiter lapsi in expurgando cuiuscunque criminis fermento fortiter insistamus, ab eius corruptione bonorum nostrorum massam conseruare poterimus. Hinc est quod post specialem admonitionem sumpta occasione ad generalem doctrinam affurgit, cum dicit. Expurgate vetus fermentum. Putas docet nos insistere in expurgando solo modico vel solo magno fermento, & non potius in magno & modico? *Expurgate* (inquit) *vetus fermentum*. Fermentum illud merito dicitur vetus vnde animus est infectus, & ex infectione corruptus. Recens namque videtur illud fermentum quod adhuc animum pulsat per solum cogi-

Fermentū modicum quid.

1. Cor. 5.

1. Ioan. 2.

Eccl. 19.

Principijs quāvis paruis oblitendū.

Fermentū vetus quod quidve recens.

cogitatum. Quod in sola cogitatione est, exterius quasi ad foras pulsatur, quod affectum iam tenet, interiora occupat & inquinat. Illud itaque repellendum, istud expurgandum. Modus autem expurgationis multiformiter agitur, arguendo orando, confitendo. De primo habes in psalmo: *Quaeritis in cordibus vestris, & in cubilibus vestri compungimini.* De secundo & tertio habes in Apostolo Iacobo. *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem.* De quarto est illud Iohannis Baptistae. *Facite* (inquit) *dignos fructus penitentiae.* In criminalium expurgatione opus est pro certo confessione & satisfactione. Nam compunctio, & oratio quandoque solent ad venialium expurgationem sufficere, Criminalia expurgare oportet ad plenum tam secundum reatum, quam secundum actum. Secundum reatum, ut de praeteritis satis facias, & de reliquo nil tale praesumas. Sed quia venialia nunquam possumus quid in hac corruptibili carne viuimus ad partem de vita nostra extirpare, debemus semper eorum expurgatione insistere, & ad quotidiana puritatis incrementa studia nostra innovare. Ut sitis (inquit) noua conspersio sicut estis azimi. Videtur quidem azima dici posse tam panis absque fermento, quam nondum fermentata conspersio. Nam idem sonat azima quod sine fermento. Quid horum itaque debemus intelligere in eo quod dicitur eos azimos esse? Sed si noua iam conspersio fuerant, non oportuit monere ut essent quod erant. In eo ergo quod azimos dicit (quantum videtur) panes absque fermento intelligi voluit. Quod ergo? Nunquid eos hoc monere voluit ut desinerent esse panis absque fermento, & fierent noua conspersio? Quis hoc dicat? Nam nec conspersio solet fieri de pane, quin potius panis de conspersione. Intelligitur ergo quod iuxta aliquid azimi erant, & item iuxta aliquid azimi non erant. iuxta id quod absque fermento non erant nouam eos conspersio fieri volebat. Multi enim sunt azimi secundum fidem, qui non sunt azimi secundum operationem, & multi videntur esse azimi secundum operationem: qui tamen azimi non sunt secundum intentionem, quemadmodum hypocritae. Et sunt qui habent azima sinceritatis in intentione, qui tamen ad plenum fermento non carent in affectu. Et ideo absque dubio quamdiu mente quidem in conscientias legi Dei aliam legem videmus in membris nostris repugnantem legi mentis nostrae, & captiuam in legem peccati, quamdiu inquam hoc in nobis videmus, proculdubio fermenti purgatione opus habemus, merito dicitur nobis: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio sicut estis azimi.* Quod dicitur conspersio, non qualiscunque, sed noua, idem valere videtur, ac si diceret non fermentata. Nam conspersio iniecto etiam fermento

Consper- sio noua quid.

non fermentatur sine mora. Postquam ergo fermentata iam fuerit recens esse iam definit, & nouitatem suam amittit. Sicut ergo iuxta aliquid iam facti erant quasi panis absque fermento, sic iuxta aliquid eos fieri volebat conspersionem absque fermento. Vtrobique sine corruptione esse, & in eo quod iam erant, & in eo quod adhuc esse poterant. Videmus nunc quid sit inter panem & conspersionem. Panis (vbi iam dictum est) sit de conspersione, non autem conspersio de pane. Conspersio est materia tenera, & mollis, & diuersae formae susceptibilis. Panis est res iam formata, & firma, & ad ignem solidata. Panem itaque azimum reddit sensus exercitatus, Panem azimum efficit affectus in bono firmus, atque robustus. Nouam conspersionem facit recens animi propositum, sed, adhuc rude & minus exercitatum. Conspersio inter manus formatur, postea ad ignem excocta solidatur, sicque panis efficitur. Sic utique sic meritorum nostrorum promotio profectuumque innovatio ex deliberatione inchoatur, per discretionem moderatur, in dilectione consumatur. Quando ergo ad augendam animi puritatem nouum aliquid statuimus, & eiusmodi intentioni cum multa deliberatione insistimus, quid aliud quam fermentum expurgando nouam conspersionem facimus? Sed quia non omnes omnia possunt, nec omnibus omnia aequae expediunt, cum mensuram nostram, & bonum agendi modum in quolibet proposito operando addiscimus, & per propriam experientiam ad discretionem erudimur, ita ut omnia cum modestia exequamur, quid aliud quam coquendos panes formamus? Nam tunc panis quasi ad ignem excoquitur quando propositum bonum per usum quidem in oblectamentum vertitur, & per amorem solidatur. Aliud itaque est boni promotio, atque aliud boni confirmatio. Aliud denique boni inchoatio, & aliud eiusdem consumatio. Istud pertinet ad panem, illud ad nouam conspersionem. Quia ergo nemo repente fit summus, nec ad omnem boni inchoationem statim in ipso confirmatus, hominibus humanum loquens propter infirmitatem eorum monet Apostolus ut fiant noua conspersio; non panis absque fermento, quamuis absque dubio ad hunc finem tenderet, ut facti noua conspersio de conspersione noua quandoque etiam panes azimi fierent. Nemo siquidem ob aliud conspersionem facit, nisi ut inde panis fiat. Merito ergo monet Apostolus ut id fiant quod interim fieri poterant, & ex coipso innuit ad quem finem tendere debeant, id est ut tandem aliquando ex toto azimi fiant, & veri boni consumationem confirmationemque proficiant. Ecce iam habes cur mo-

Discrimē inter panem & conspersionem.

B b nentur

mentur fieri noua conspersio, nō panis absq; fer-  
 mēto. Sed illud est mirum, nec minus inuestigā-  
 dum, cur hi qui dicuntur azimi inuitantur ad  
 esum agni. Comedere namque non est azimi,  
 conspersio vero nō est comedere vel come-  
 di. Dicitur itaque quod azimi erant, iniuncto q̄  
 noua conspersio fiant, que consequentia que-  
 so est vt consequenter adiungat. *Etenim pascha  
 nostrū immolatus est Christus, itaque epulemur?*  
 Scimus quidem in lege præceptum vt quando  
 agnum immolarent, paschaque celebrarent,  
 alium panem quam azimum omnino non co-  
 mederent. Si ergo dixisset Apostolus eos quidē  
 non azimos esse, sed azima habere, & vt abundā-  
 tius adhuc haberent inuitaret, consequens satis  
 videretur vt adiungeret. Etenim pascha nostrum  
 immolatus est Christus: itaque epulemur. Quod  
 de illo historialiter intelligimus, de isto spirita-  
 liter intelligere debemus. Nam quicquid de illo  
 dicitur, propter istum dictum videtur. Quod  
 ibi dicitur de fermento corporali, hic intelli-  
 gitur de fermento spirituali. Qui ergo dicuntur nō  
 azima habere, sed esse, mirum qua ratione inui-  
 tantur azima vel agnum comedere. Sed qui vim  
 Apostolice sententiæ plenius intelligere volue-  
 rit, altius ista eum perferunt oportebit. Gemi-  
 num sane pascha oportet nos celebrare, geminū  
 absque dubio transitum facere. Pascha siquidem  
 (vt sæpe audiimus) interpretatur transitus. Trā-  
 situmque primo de iniustitia ad iustitiam, secū-  
 do de miseria ad gloriam. Bonus transitus tran-  
 sire de iniquitate ad bonitatem, bonus nihil  
 ominis transire de miseria ad beatitudinē. Vtrū-  
 que debemus celebriter agere: de vtroq; intimē  
 gaudere. Sed quantum ad primum in re, quantum  
 ad secundum in spe. Primam itaque celebritatē  
 debemus nos ipsi cum eius adiutorio facere, secū-  
 dam de solo eius munere expectare. In ista opor-  
 tet nos agnum in esum sumere, in illa nosmetip-  
 sos in eius edulium idoneos exhibere. In ista er-  
 go oportet nos azima habere, azima comedere,  
 in illa nos oportet azima esse, & in esum agni  
 cedere. Nec miretis quod audis, quia oportet  
 nos agno cibari, & agni cibum fieri, cum simili-  
 ter legas (si recolis) *Quia Christum induimus,  
 Rom. 13. qui tamē Christi indumentum sumus: & de vtro-  
 que scripturarū testimonia habemus. Oportet  
 itaque nos interim azimos fieri, & ab omni ve-  
 tustatis fermēto purgari si volumus in futura il-  
 la celebritate digni, & acceptabiles inueniri. Sed  
 si volumus azimi esse, oportet nos azima come-  
 dere. Sed nunquid (inquis) si panem azimum  
 comedimus idcirco panis erimus? Nouimus cer-  
 te panem qui comedenti solet incorporari, non  
 autem comedentem incorporare sibi. Nouimus  
 panem qui solet carnem nutrire, carnem impin-  
 guescere, & robustiorem reddere. Quis est iste  
 panis qui quod carnis est facit a se ipso deficere,  
 & comedentē in sui similitudinem transire? Sed  
 ne super hoc miretis amplius, audi qualem tibi  
 panem, quale tibi azima ad comedendum pro-*

1. Cor. 5.

Bonus transitus.

Rom. 13.

ponimus. Ego sum panis viuus qui de celo  
 descendi. Proculdubio si hunc panem comederis  
 non ipse in te, sed tu in illum mutaberis.  
 Si mihi non vis credere, audi illum qui  
 non audeas contradicere. Cibus sum grandium,  
 cresce, & mādacabis me. Nec tu me mutabis  
 in te sicut cibū carnis tuæ, sed tu mutaberis  
 in me. Sed forte adhuc quæris euidenti tibi  
 ostendi quonam modo id possit fieri. Si ergo  
 veritate frueris, & tali cibo delectaris, putas  
 quia veritatem esuriendo & fruendo veritatē  
 in falsitatem mutare possis? Si Christum in tuū  
 cibum assumis, melius tibi est vt te faciat de  
 mendace veracem, quam tu illum de verace  
 mendacem. Proculdubio Christus summa  
 veritas est, proculdubio Christus summa  
 puritas est. azima veritatis facit de mendace  
 veracem, azima sinceritatis facit de immundo  
 mundicordem. Cum in veritate & sinceritate  
 confirmati fueritis, proculdubio azimi  
 eritis, & digni vt in agni cibum assumi de-  
 beat. Sed cum ille cedit in cibum tuum  
 & cum te assumit in cibum suum, vtroque  
 non ille in te, sed tu mutaris in illum. In  
 prima mutatione facit te similem sibi in  
 iustitia, in secunda facit te similem sibi in  
 gloria. In prima (vt dictum est) facit de  
 mendace veracem, & de immundo mundicor-  
 dem, in secunda de mortali immortalem, &  
 de corruptibili incorruptibilem, quando consi-  
 gurabit corpus humilitatis nostræ corpori cla-  
 ritatis suæ. *Oportet enim (teste Apostolo)  
 corruptibile hoc induere incorruptionem, &  
 mortale hoc induere immortalitatem.*  
 Si volumus itaque illi in gloria similes fore,  
 oportet nos azimos esse: & si azimi fieri vo-  
 lumus, oportet vt azima sinceritatis & verita-  
 tis comedamus. Non autem sufficit huius-  
 modi azima haberi, & quid sinceritatis sit, vel  
 quid verum consistet per intelligentiam capere  
 & memoriter tenere, nisi addamus ut etiam  
 comedamus, & operando quidem velut masti-  
 cando studeamus in affectum nostrum trans-  
 figere, & intima nostra eiusmodi suauitate &  
 satietate replere. Vides certe quia aliud est  
 azima habere, & aliud est azima comedere,  
 aliud denique azima esse. Si igitur azimi esse  
 non possumus nisi designatum azima com-  
 edamus, quid mirum si eos qui iam azimi  
 ex parte erant, & ex parte non erant, & me-  
 diante noua conspersione ex toto azimos fieri  
 volebat, quid inquam mirum si eos ad azi-  
 ma comedendum inuitabat? Principaliter autem  
 eos inuitat ad esum agni sine cuius gratia  
 perseverare non poterant in eo q̄ iam erāt azi-  
 mi, vel in eo q̄ adhuc azima erant, nec noua con-  
 spersio, nec ex ea azimi fieri. Nunc illud obsecro  
 attende, quam sit consequens, quamve con-  
 ueniens vt qui de seipso fecit tibi cibum tuū, tu  
 illi de te ipso facias cibū suum. Ad mensam diui-  
 tis sedisti, attende quæ tibi apposita sunt, & vi-  
 de

Ioan. 6. Lib. 7. C. 6. session. D. Aug. cap. 10.

1. Cor. 15.

Aliud est azima habere, & aliud comedere, & aliud esse.

Si volumus Christum similes fieri oportet nos azimos esse.

de quia te oportet talia præparare. Vult Apostolus  
 Nos fieri noua conspersio, & de conspersione panis  
 absq; fermento, & merito. Etenim Pascha no-  
 strum immolatus est Christus. Efficiamur itaq;  
 noua conspersio, vt inueniat Christus in nobis  
 vñ possint sibi epulæ fieri. Etenim pascha nostrū  
 immolatus est Christus, vt inueniamus in illo  
 quod possimus epulari. Ex eo aut quod immo-  
 latus est Christus vtrumq; efficitur, vt id quod  
 monet Apostolus & merito facere debeamus,  
 vel etiam perficere valeamus. Ex agni enim  
 immolatione & comestione (si tamen cum in  
 azimis sinceritatis, & veritatis comedamus) gra-  
 tiam accipimus, vt monita Apostoli implere pos-  
 simus. Agnum itaq; cum azimis comedat, qui  
 noua conspersio, qui purus ab omni fermento  
 esse desiderat, qui se in Christi esum aptum &  
 idoneum parat. Ecce iam accepisti cur illi qui di-  
 cuntur azima, cur illi qui monentur noua con-  
 spersio fieri, præcipiuntur agnum in azimis epu-  
 lari. Sed restat adhuc illud quærare quod vltimo  
 loco posuimus. Cum enim Salomon dicat. *Pal-  
 pebra, præcedant gressus tuos, & prius sit pro-  
 spicere q̄ pergere, agnoscere q̄ facere: cur azima  
 veritatis ab Apostolo postponitur in admonē-  
 do, si prius esse oportet in comedendo? Sed vt  
 ad hunc quæstionis locum commodius acceda-  
 mus, prius quæ præmittantur diligenter inspi-  
 ciamus. Docet itaq; Apostolus quō agnum e-  
 dere licet, & quō eum comedere omnino non li-  
 ceat. Non licet eum comedere in fermento ma-  
 litiae & nequitiae. Sed sicut consequenter auditis  
 in azimis sinceritatis & veritatis. Hinc animad-  
 uertere licet quid sit inter pascha Iudeorum, &  
 pascha christianorum. Illic certe interdicitur fer-  
 mentum corporale, hic vero fermentum spiritua-  
 le. Ibi dicitur azimus panis, hic autem azima  
 sinceritatis & veritatis. Et merito quidem, ibi  
 namque immolatur agnus legalis, sed animalis,  
 hic vero agnus spiritualis & superælestis. Ibi ani-  
 mal brutum, hic homo Deus Dei verbū. Vtrius-  
 que immolatio dat transire de seruitute ad liber-  
 tatem, sed illius de corporali ad corporale, istius  
 de spiritali ad spirituale. Illa immolatio dat trā-  
 sire de Aegypto in desertum: ista dat redire de  
 mundo in Paradisū. Illa deniq; dat trāfire de ser-  
 uitate Pharaonis in regnū terrenū: ista trāsmi-  
 tit de seruitute Diaboli in regnum cælorū. Ex  
 his intelligi datur q̄ incomparabiliter sit maior,  
 q̄ inestimabiliter sit dignior solēnitās ista q̄ illa  
 nostrum denique q̄ Iudeorum pascha, *Etenim  
 pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq;  
 (ait) epulemur.* Audistis quis sit fructus immo-  
 lationis. Vultis adhuc audire quis sit fructus  
 epulationis? *Nisi manducaueritis carnē filij ho-  
 minis, & biberitis eius sanguinem non ha-  
 bebitis vitam in vobis.* Sed ne de quali-  
 cunque vita dictum putetur, audiamus ad-  
 huc quid super eodem dicatur. *Qui manducat  
 meam carnem, & bibit sanguinem meum, ha-  
 bet vitam æternam.* Ecce quem fructum ex esu  
 Richardi S. Victoris. Pars I.*

Prōu. 4.

Differētia inter Pascha Iudeorū, & Christiānorū.

1. Cor. 5.

Ioan. 6.

Ibidem.

A ipsius inuenit, non omnis quidem, sed qui di-  
 gne accedit. *Alioquin qui manducat & bibit  
 indigne iudicium sibi manducat & bibit.* Epu-  
 lemur itaque sed non indigne. Hoc est quod  
 Apostolus docere te voluit cum subiungit Non  
 in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azimis  
 sinceritatis & veritatis. Comedere in fermento  
 malitiæ & nequitiae, proculdubio est comedere  
 indigne. Vt autem dignus efficiaris, comede in  
 azimis sinceritatis & veritatis. Ecce duo prohi-  
 bentur, duo præcipiuntur. Ecce habes duo cō-  
 tra duo, azima sinceritatis contra fermentum ma-  
 litiae, azima veritatis contra fermentum nequi-  
 tiae. Videtur autem omnis in hominibus spiri-  
 tualis corruptio, vel ex concupiscentia carnis,  
 vel ex ignorantia mentis oriri, & omne  
 genus spiritalis fermenti sub istis duobus con-  
 prehendi. Nomine vero malitiæ & nequitiae nō  
 dicitur Apostolus omne genus fermenti com-  
 prehendisse. Non enim omnis concupiscentia  
 pertinet ad malitiam, sicut nec omnis ignora-  
 tia deputatur ad nequitiam. Aliud est concupi-  
 scentiam sentire: atque aliud concupiscentiæ cō-  
 sentire, infirmitati deputatur q̄ contra volunta-  
 tem concupiscentiam sentimus, malitiæ q̄ con-  
 cupiscentiæ ex deliberatione consentimus. Ma-  
 litia namq; est ex proposito & deliberatione  
 malo cognito prono animo consentire. Quid  
 igitur aliud est malitio q̄ concupiscentia effra-  
 nata? Nam concupiscentia alia frænata, alia effre-  
 nata. Illa venialis, ista damnabilis. Vtraq; tamen  
 inficit, vtraq; corrūpit, & vtraque ex eo ipso ad  
 fermentum se pertinere ostendit. Sic vtiq; igno-  
 rantia alia venialis alia autem dānabilis. Venia-  
 lis quidem quæ ex infirmitate descendit, damna-  
 bilis quæ ex malitia surgit. Illa mentem obnubi-  
 lit, nam ista excecatur. Malitia namq; solet adeo  
 sæpe hominem excecatur, vt eum non sinat mo-  
 do de proximo, quandoq; et nec de Deo in sim-  
 plicitate & bonitate sentire. Malitia itaq; gignit  
 & nutrit vitium, quod Apostolus hoc loco ne-  
 quitiam nominat: eo quod in suo iudicio verita-  
 tis & bonitatis regulam seruare iam nequeat.  
 Non te moueat si hoc nomen inuenias positū  
 sub alia acceptione, nam verborum inopia co-  
 git significationem dictionum modo extendere  
 modo restringere, vel alio quocunq; modo va-  
 riare. Sed debemus semper in huiusmodi ex cir-  
 cūstantia literæ sensū auctoris perpendere, &  
 assignare. Si ergo sensum Apostoli sequi volu-  
 mus, sic (ni fallor) interpretari debemus, vt quæ-  
 admodum ex opposito malicia sinceritati, sic &  
 nequitia respondeat veritati. Nequitiae propriū  
 est, semper sinistra suspicari, omnia sinistra in-  
 terpretari, derogationi, & detractioni deservire,  
 diuina iudicia reprehendere, in fide hesitare: &  
 in Dei flagellis murmurare. Sicut ergo sub no-  
 mine malitiæ non intelligitur qualiscunq; con-  
 cupiscentia, sed effrænata, sic sub nomine  
 nequitiae non intelligitur qualiscunq; igno-  
 rantia, sed maliciosa. Itaque si diceretur non

Quid aliud sit concupiscentiæ sentire, aliud eide con-  
sentire.

Duplex concupiscentia & duplex ignorantia.

Quid sit propriū nequitiae?



in fermento concupiscentiæ & ignorantia, ubi ponitur non in fermento malitiæ & nequitia: videretur Apostolus aliquid perfectius præcepisse, & ei quod subiungit in azimis sinceritatis & veritatis, quasi ex opposito plenius respondere. Sed voluit Apostolus (vt iam diximus) docere quô ad esum agni accedere liceat, vel quô accedere non liceat. Veniale aut est cum veniali concupiscentia, & veniali ignorantia accedere. Damnable vero cû damnable concupiscentia, vel damnable ignorantia appropinquare. Pertinet aut ad malitiam sola danabilis concupiscentia, ad nequitiam vero sola danabilis ignorantia. Merito ergo Apostolus noluit dicere non in fermento concupiscentiæ & ignorantia, sed temperatius aliquid, non in fermento malitiæ & nequitia, ne videretur oem hoïem ab esu agni arcere. Quis, n. fermentû concupiscentiæ & ignorantia in hac vita ad plenu purgare sufficiat, vbi caro concupiscit aduersus spiritû, q̄ diu q̄ d oremus quæadmodu oportet nescimus. Attende ergo q̄ discrete, q̄ cõsulte, Apostolus illud præcipere noluit q̄ supra humanam virtutem fuit, solû illud homini iniungit quod homini possibile cognouit. Dicit ergo, *Non in fermento malitiæ & nequitia, sed in azimis sinceritatis & veritatis.*

**1. Cor. 5.** Cur ab Apostolo prius ponitur azima sinceritatis q̄ veritatis. *Cur ab Apostolo prius ponitur azima sinceritatis q̄ veritatis. Fides qd fit.*

**Esai. 7.** *Si non credideritis non intelligetis.* Sed illa quæ est in fide sola solet præcedere semper opera bona. Illa vero quæ per intelligentiã est, bona opera sequitur, quia bene operando ad veritatem illuminamur. Hinc est illud Sapiētis: *Fili concupiscentiæ sapientiam, serua mandata, & præbebit illa tibi Deus.* Hoc ipsum in semetipso per experientiam dicit qui dixit: *A mandatis tuis intellexi.* Ad illa itaque veritatis cognitionem quæ per intelligentiam est Apostolus nos vocat, cum nos ad epulas sinceritatis & veritatis inuitat. Nô nobis ergo debet sufficere fidei nostræ sacramenta veraciter & firmes credere, nisi satagamus inquit possimus et per intelligentiam capere. Ex azimis sinceritatis satiamus affectum nostrum, ex azimis veritatis reficiamus intellectû nostru.

**QVOMODO SPIRITUS SANCTUS EST AMOR PATRIS & FILII.**

Væris scire quô verum sit quod Augustinus dicit. Dicit enim q̄ pater Spiritu sancto diligit filiû & filius eodem spiritu diligit patrem suum. Quod tamen pater ea sapientia qua filius sapiat, omnino contradicit, & huiusmodi ratione conuincit. Nam si ea sapientia quæ filius est sciret, non tam filius a patre, q̄ pater a filio esset, quib. est idem esse q̄ sapere. Hinc est q̄ quidam in hunc modum opponunt & dicunt. Cum idem ibi sit diligere quod esse, quomodo dicitur pater vel filius nô esse ea dilectione qua alter alterum diligit? Cum igitur pater negetur sapere sapientia quam genuit ne ea esse intelligatur, hoc illi quantum mihi videtur multum est inter facere & fieri: inter erudire & erudiri, inter sapientem facere, & sapientem fieri. Certe si pater ea sapientia quæ filius est sapere & sapiens fieret, ab ipso proculdubio esset cui idem est esse quod sapere quod sapientem esse. Quando autem per filium pater aliquem erudit, ea sapientia quæ filius est aliquid facit, nec tamen sequitur vt a filio sit. Sicut itaque pater filio erudit, nec tamen sequitur vt a filio sit, sic spiritu sancto diligit: nec tamen sequitur vt a spiritu sancto sit. Quod tamen pater, vel filius dicitur spiritu sancto diligere, possumus & recte, & prauè intelligere, & ad verum vel falsû sensum deriuare. Sed fortassis a me quæris hoc ipsum distingui, & qualiter modo iuxta verum sensum, modo iuxta falsum possit intelligi. Proculdubio quod filius agit pater agit a quo filius accipit vt agit, & agere possit: Hinc est illud beati Hylarij. Intellige filiû agentē. Similiter dico intellige spiritum sanctû agentē, & per eû nô mô patre, sed & filiû agentē. Filius erudit, Spiritus sanctus diligit, & utrobique pater agit, quia ab ipso uterque accipit vt id ipsum modo agit. Quod aut pater per filiû operari dicit, nô sic intelligitur quasi filius sit auctor & origo potentiæ quæ pater est, & quæ vult operatur, sed q̄ pater auctor & origo sit potentiæ quæ filius est, & p̄ beneplacito agit q̄ agit. Similiter q̄ pater spiritu sancto diligit dicit, nô sic intelligitur quasi spiritus sanctus auctor & origo existat dilectionis q̄ pater est, & pro arbitrio amat, quod amat, sed q̄ pater eã dilectione qua filius diligitur & spiritus sanctus est spirat, & illius auctor & origo existat. Dicit ergo pater spiritu sancto diligere nô q̄ p̄ eû amore hëat, sed exhibeat, nô q̄ amore ab eo accipiat, sed per eum impendat. Dicit Augustinus de filio. Filius dicebat, & pater docebat, & filius de seipso. Mea doctrina nô est mea. Cur & spiritus sanctus nô æqua ratione dicit. Mea dilectio non est mea, sed patris de quo procedit, sed filij qui eã spirauit. Si spiritus sanctus est amor vtriusque, cur pater non dicatur recte spiritu sancto, hoc est suo amore diligere? cur non & filius dicatur recte spiritu sancto, hoc est sua dilectione amare? Animus humanus amor non est, sed ab ipso amor procedit, & ideo seipso non diligit, sed amore qui a seipso procedit. Pater vero amor est, & spiritus sanctus eius amor est, & ideo pater diligit seipso, diligit spiritu sancto. Diligit seipso amore diligit suo amore.

amore. Quis nesciat quod filius beate Mariæ & filius Naue Iesus dicantur æquiuoce? Similiter æquiuoce dicentur amor tuus & amor diuinus, si spiritus sanctus dicere amor cordis tui, sicut spiritus sanctus dicitur amor patris & filij. Quis quæso posset negare te spiritu sancto (hoc est amore tuo) diligere? Si recte diligere diceris amore qui de te procedit, cur pater & filius non recte dicantur diligere amore qui ex ipsis procedit? Heccine frater est illa quæstio q̄ insolubile putant insolubile, & dicunt, & scribunt.

**TRACTATUS EIVSDEM DE DIFFERENTIA**

**Peccati mortalis & venialis.**



Uoniam quæstioni tuæ non potui satisfacere verbo, conabor vt si fieri potest satisfaciã vel scripto. Dicis q̄ a magistris didiceris q̄ veniale peccatum temporali peccato panitur, mortale vero perpetuam penã meretur. Hinc igitur pergis ad inquirendam de his qui secundum Job ducant in bono dies suos, & in puncto ad inferna descendant, si cum veniali & mortali peccato deprehensi fuerint, & præuerti, vtrum ad illud penã quod sustinent pro mortali aliquid adijcitur pro peccato veniali. Sed hoc negare non ausus sum, pro eo q̄ nullum peccatû creditur impunitum. Sed adhuc pergis, & quæris vtrum adiectio illa sit eis æterna. Sed nec hoc ipsum negare præsumo legens & credens, quia in inferno nulla est redemptio. Quæ est ergo illa (inquis) magistrorum nostrorum sententia qua inter vtrumque distinguitur, si vtrumque æterna penã multatur: & quô veniale dicitur si nil veniæ in æternum meretur? & si meretur, quid est quod a iusto iudice in æternum nil veniæ impeditur? Nonne huiusmodi quilibet æternæ mortis addictus videretur etiam si sublata omnium criminum pena hæc solam quæ ei pro veniali infligitur in æternum pateretur? Nonne etiam secundum hoc peccatum etiam tale rectius dicere respectu grauioris peccati: si mili ratione fornicatio potest dici veniale peccatum respectu adulterij, & adulterium respectu flagitij. Hæc sunt quæ obijcis, & vnde miraris. Sed sicut conuincere niteris ex vna consideratione vtraque de dictis peccatis esse mortale, miror cur non æque ex alia consideratione attendis, & simili ratione contendis vtrumque esse veniale. Nam sicut in quibusdam vtrûq; æterna penã punit, sic in quibusdam vtrûque teporali penã purgatur. Sicut. n. in nô penitentibus, sed contemptibus vtrumque percutitur pena æterna, sic in confitentibus & vere penitentibus vtrumque mundatur penã transitoria.

Peccatû mortale & veniale in vere penitentibus.

Quid ergo? Erit ne vtrumque veniale, & non veniale, mortale, & non mortale? Sed si vis inter vtrumque recte discernere, attendere debes quid vtrumque faciat per se sine alterius adiectione. Ecce vnus aliquis multis meritis diuus cum vno qualicumque veniali peccato ab hac vita discessit morte præuentus, locum confitendi vel penitendi habere non potuit. nunquid pro eo æternam mortem incurret, & non potius penã temporali purgante veniam percipiet? Ecce alium aliquem in multis bonis exercitatum contingit subito in vnum aliquod mortale peccatum cadere, & subita morte præuentum confitendi, vel penitendi spaciũ omnino non habere, nunquid eum putas ab æterna morte per transitoriam penã posse euadere? Quis hoc dicat, vel dicere præsumat? Ex his (vt arbitror) animaduertere licet quid in his dumtaxat qui in Christum credunt vtrumque faciat per se, & quam merito vnum veniale, alterum dicatur mortale. Ecce (vt arbitror) assertio mea non multum distat a magistrorum tuorum sententia, si pensamus potius sensum quam verba. Vt de eo quod quæris dicam quid sentia, & breuiter inter veniale & mortale peccatum distinguiam. Videtur mihi veniale peccatum quod in Christo renatis per se solum nunquam inducit æternum supplicium, etiam si defuerit penitentiæ remedium. Mortale vero peccatum etiam si fuerit solum, si penitentiæ remedium defuerit, æternam mortem inducit. Veniale itaque peccatum in Christo renatis quantum in se solo est, semper pertinet ad veniam, mortale vero quantum in se solo est semper pertinet ad mortem æternam. Mortale peccatum quantum mihi videtur tripliciter recte ratione distinguitur. Mortale est quod a quouis non potest committi sine grandi corruptione sui. Item mortale est quod non potest committi sine graui lesione proximi. Mortale nihil ominus quod non potest committi sine magno contemptu Dei. Cætera vero omnia videtur mihi venialia. Veniale peccatum est reatus cui quantum est in se solum fide mediante nõquam debetur æterna danatio. Mortale peccatum est reatus cui quantum est in se solum semper debetur æterna damnatio.

tibus m. datur po. na. transitoria.

Differen. tia inter peccatum veniale & mortale.

*Patris elemosyna non erit in obliuionem, & pro peccato matris restituetur.*

**E**lemosyna patris non erit in obliuionem, nam pro peccato matris restituetur tibi bonum. Prima ex his sententijs (inquis) potest intelligi. De alia nescio quid velit sibi. Videamus ergo de prima. Si dicimus elemosynas non posse venire in obliuionem hominum, videbitur sententia falsa, si non fallit illa Salomonis sententia. *Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem que postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.* Si ad Dei memoriam refertur quod dicitur, sententia non tam falsa quam friuola videbitur. Nonne quæso

Eccle. 3.

Eccle. 1.

friuolum videtur dicere elemofynas ei no esse in A obliuione, de quo costat quia nihil omnino pos-  
 fit sibi in obliuionem venire? Si igitur superfici-  
 etenus considerent, forte alicui videbitur vna ha-  
 rum sententiarum friuola, alia falsa. Quomodo  
 pro peccato matris non potius ira restituenda  
 credetur, quam gratia? Sed in qualicumque diui-  
 narum scripturarum quam non aliquid falsum,  
 In divina In diuina  
 scriptura nihil friuo- lam.  
 lam.  
 dum itaque diligenter quod dicitur. No dicit elemofy-  
 na hominis, sed elemofyna patris. Ad filium ita-  
 que relatio, sit in eo quod scriptura de patre di-  
 citur. Tunc namque elemofyna patris quasi obli-  
 uioni tradita videntur, quando pro eis nihil om-  
 nino gratia filio diuinitus impenditur. Quid ergo  
 vult scriptura facta hoc loco docere, nisi qd in  
 filio est, vt quantum ad ipsam elemofyna patris  
 sui sint vel no sint in obliuione, & (quod multo  
 mirabilius est) vt possit illi etiam peccatum ma-  
 tris prodesse? Vide mirandum, nec tamen falsum.  
 In te est vt nulla gratia impendatur tibi pro bo-  
 no patris. In te nihilominus vt bona gratia resti-  
 tuatur tibi pro malo matris. Dicit itaque scriptu-  
 ra tibi quid possit fieri, sed modum implendi tuae  
 relinquit discretioni. Vtraque itaque sententia  
 fit tibi pro emblemate, nam in vtraque opus est  
 diuinatione. Vis ergo breuiter audire quomodo  
 do possit tibi bonum patris prodesse? Patrem ve-  
 nerando, simul & imitando. Vis & illud similiter  
 nosce quomodo prodesse poterit tibi etiam  
 malum matris tuae? Matrem venerando, nec tamē  
 imitando. Quod autē dicitur de elemofynis pa-  
 tris, poterat veraciter dici de elemofynis matris:  
 & econuerso quod dicitur de peccato matris, po-  
 terat dici de peccato patris: sed pro more sacrae  
 scripturae quod vtrouique tacetur, vtrouique in-  
 nuatur. Illud tamen notandum quod prolem sua  
 tam mater quam pater fouet & nutrit dulcius, &  
 eo ipso a prole saepe amatur ardentius. Inde fit vt  
 sit velut naturale, & pene inuitabile vicia ma-  
 tris non affluere, maris itaque meritum videt  
 ex odio iniquitatis illius malum vitare quem  
 plus diligis, & econuerso virtutis amore minus  
 amati bonum imitari.

DE SVPEREX-  
 CELLENTI  
 Baptismo Christi.

**S**anguine cognato, sanctitate domino,  
 dilecto suo. N. suus qualicumque. R.  
 Idē in vno vnanimiter velle. Promis-  
 sionis meae poenitentia ductus, penē malui fal-  
 so promississe quam vana scribere, eo quod super  
 his quae a me vobis explanari postulastis nil om-  
 nino sentire quod dictu quidem, necdū scriptu  
 dignum iudicarem, maxime tamen idcirco quod  
 in his quae tenuiter sentio verborum inopia la-

boro. Sed qm parvulus Iesus in pannis latere no Luc. 4.  
 erubuit tenuitatis meae pauperē sensum sub ver-  
 borum pannis transmittere minime puduit. To-  
 ties; Maria parvulum suū pannis inuoluit, quoties  
 mens casta veritatem quā vel tenuiter sen-  
 tit verbis simplicibus exponit. Et forte (ni fal-  
 lor) vaniloquium quam falsiloquium satius erit  
 incurere. At tēdit itaque obsecro quis, cui loqua-  
 tur, magis quam quid, quomodo dicatur. Oratio-  
 nem itaque pro oratione non tam disertam quā  
 deuotam, non illam verborū varietate distinctā,  
 sed lachrymarum imbre refertā deponso. Si que-  
 rā in his quae a me exigitur melius ipsi sentitis, id  
 a vobis iure retributionis exquirō. Sed nunc ad  
 prophetae verba nouitate plena, admiratione di-  
 gna quae vobis referari desideratis stilum conuer-  
 to. Illumina faciem tuam &c. Deus autē incremē-  
 tum dat intus illuminando & sanctificando. Ecce  
 quā magnus Ioannes, q̄ magnus Paulus. Nō  
 tū magna sed humilia de se sentiebant, quia illū-  
 minati erāt vt se agnoscerent. Nos nihil sumus,  
 & tū magna de nobis estimamus, quia cecī ha-  
 bentes albuginem in oculis. Qui misit me bap-  
 tizare in aqua ille mihi dixit super quem vide-  
 ris, &c. Spūs sancti descensionem sicut & ipsius  
 filij missionem quidā simpliciores, minus sane  
 intelligunt. Cum. n. audiunt ab ipsa veritate. Ego  
 exiui a patre, & veni in mundum, sic intelligūt  
 quasi prius fuerit in patre, & non in mundo. Et  
 cum a patre exiuit patrem deseruit, & a patre re-  
 cessit. Et cum in mundum venit, illuc venit vbi  
 prius non fuit: Haece intelligentia praua, & ab om-  
 ni corde fidelis eliminanda. H. n. Dei immensa  
 tem non animaduertunt. Deus. n. cum sit immen-  
 sus, est in oī loco, oēm locum replēs. Ideoque nō  
 potest transire de loco ad locum, quasi vnum lo-  
 cum deserens, & alium occupans. Nec solum est  
 in omni loco quia est immēsus, sed et vbi que est  
 totus quia simplex. Haece est. n. natura simplicitatis  
 q̄ vbi que est. ibi tota est. Cum ergo Deus  
 sit immensus & simplex, cōsequens est qd vbi que  
 sit totus. Nec cum dicitur esse vbi que totus, praedicat  
 habere partes immo in hoc ipso habere negatur  
 partes: Quia si partes haberet, totus vbi que; nō ef-  
 fet. Nec cum dicitur totus vbi que, intelligēdū est quasi  
 oī creaturē secūdū plenitudinē se infundat. Sed  
 vbi que est totus in seipso. i. vbi que est se totū ha-  
 bet. Hoc de patre, hoc de filio, hoc de Spū sancto  
 est intelligendum. Quid est ergo filij missio nisi  
 formae seruilis susceptio? Et quid Spiritus sancti  
 descensio nisi quaedam symbolica ipsius praesen-  
 tatio & mystica significatio? Non. n. sic in colum-  
 ba descēdēs in se est motus qui se p in se immo-  
 tus manet. Nec aliquo modo cepit esse in dño  
 quo prius non fuit in eo. Nobis non habentib.  
 datur, & habētib. vt amplius habeat. Dño quasi  
 non habenti nō est datus, nec habēti vt amplius  
 cum haberet cui in sua cōceptione datus est fm  
 plenitudinē. Sicut. n. p̄r cum filio erat maiestate  
 & in hoīe assumpto grā infusione, sic & Spūs  
 sanct. Solum autē filius in eo erat psonali vnione.  
 Vade

Pannis in uoluerē Iesum, quid.

Psal. 118.

Nos nihil sumus & magna d nobis sentimus. Ioan. 1.

Ioan. 16.

Deus in omni loco, & vbi que totus.

Misso filij quae.

Vnde ipse solus non pater, non spiritus sanctus  
 dicitur Emanuel. i. nobiscū Deus. Spiritus sancti  
 igitur descensio non est nisi mystica quaedam ip-  
 sius significatio. In hoc. n. qd visibiliter tali specie  
 super dñm baptizatum se manifestauit, insinua-  
 uit quid in nobis inuisibiliter fiat cum in Chri-  
 sto renascimur. sicut filius non p̄ se quasi indi-  
 gēs aliquo remedio, sed vt nobis humilitatis p̄-  
 beret exēplū, salutis conferret remedium baptiza-  
 tus est. Et ipse p̄r sic intonuit, *Hic est filius meus  
 dilectus, &c.* sic demōstrans nos eius filios effici-  
 p virtutē tāti sacri. Considerate q̄ tā sit huius sa-  
 cri dignitas, qd ipse filius sic commendauit illud  
 suscipiendo & Spiritus sanctus se praesentando, &  
 p̄r sic intonādo per efficaciam eius efficiamur. mē-  
 bra Christi, tēplū Spiritus Sancti, & filij Dei. In sa-  
 per cœli prius per culpam clauū nobis aperunt, nō  
 sine magno mysterio Spiritus sanctus descē-  
 dit, nō in cotuuo, vel miluo, vel in alia sp̄e, nisi in  
 sola sp̄e colūbae. De colūba scriptū est in canticis  
 canticorum. *Vna columba mea, vna matri suae.*  
 Per colūbā intelligit ecclesia. Ecclesia est cor-  
 pus Christi Spiritus sanctus est spiritus Christi.  
 Conuenienter ego Spūs sanctus in colūba appa-  
 ruit, & non in alia sp̄e. Quia spūs Christi nō est  
 nisi in corpore Christi. Et solum corpus Christi  
 viuūt ex spū Christi, sicut corpus meū solū viuūt  
 ex spū meo, & corpus tuū viuūt ex spiritu tuo. In  
 corpore Xpi nil mortuū, extra nihil viuū inueni-  
 tur. Ad cuius corporis vnitate nos inuitat Apo-  
 stolus dicens. *Solliciti estote seruare vnitatem spūs  
 in vinculo pacis.* Vnitatē vocat spūs, illā vnitatē  
 q̄ facit spūs in corpore Xpi qd est ecclesia, cuius  
 vnitatis vinculum est pax ad q̄ vnitatē nos inui-  
 tat dicens. *Vnū corpus, & vnus spūs* quasi dicat  
 Ideo vnitatē spūs seruare debemus, quia sumus  
 vnū corpus, & vnus spūs. Vnū corpus cū proxi-  
 mo, & vnus spūs cū Deo, Vnū corpus ad inuicē  
 subministrando, vnus spūs idē volēdo. Vnū cor-  
 pus sumus multorum membrorū adunatione, &  
 vnus spiritus habitus in nobis. Ideo & debemus  
 seruare vnitatē spūs, quia nobis est vnus dñs, &  
 vna fides, & vnū baptisma. Non oportet nos dis-  
 sentire p̄ diuersitate dñorū, quia nobis est vnus  
 dñs p̄r, & filius, & Spūs sanctus. Qui. n. diuersos  
 dominos habent quandoque discordant pro co-  
 rum discordia. Sunt etiam qui habent eundē da-  
 minum, sed non diu manet, vnus, sed fere singu-  
 lis momentis mutatur, modo letus modo tristis,  
 modo iustus, modo iniustus. Noster autē dñs  
 sicut vnus est, sic & vnus & idem semper perse-  
 uerat. Et vna fides, idem iubemur omnes crede-  
 re, sicut & idem dicere. Non decet nos fideles in  
 fidei confessione dissentire. Sit ergo pura & sin-  
 cera fidei integritas in corde, sit pura & sincera  
 fidei confessio in ore, quia corde creditur ad iu-  
 stitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Si nō  
 possumus omnia credenda ad plenum intellige-  
 re, saltem illum vsum & formam loquendi tenea-  
 mus quas sancti patres in scripturis nobis tradi-  
 derunt, maxime cum sermo sit de verbi incarnati-  
 Richardi S. Victoris Pars I.

atione, vel de ipsius aeterna gnatione. Veluti pueri  
 prius erudiuntur vt sciunt verba sana formare,  
 deinde docendi sunt vt ea ouae dicunt intelligāt.  
 Ecce quotidie audio in ecclesia quod Christus  
 est perfectus homo ex anima rationali & huma-  
 na carne subsistēs. Et item quod ipse est ex sub-  
 stantia patris ante seculi genitus. Contra hanc  
 formam loquendi multi loquuntur dicētes, quia  
 christus non est aliquid in quantum est homo,  
 nec ex substantia patris genitus, cum sancti in  
 pluribus locis dicāt quod diuina essentia genuit  
 diuinam essentiam, & natura naturam, & substā-  
 tia substantiam, sicut Deus Deum, & persona p̄-  
 sonam. Non est mirum si linguas habent lepro-  
 sas quorum manus sunt leprosa. Quaedam enim  
 lepra volatilis est, quae transit de membro ad mē-  
 brum. Quid ergo mirum si prauē intelligunt qui  
 malē viuunt. Cœci, & duces cœcorum solidissi-  
 mis sanctorum patrum autoritatibus humanae  
 rationis argumenta, immo fragmenta praerūt,  
 quae omnia ad petram fidei vt baculus arundineus  
 franguntur. Vera est sententia veritatis quā  
 protulit de fidei soliditate, quia *Porte inferi nō  
 praeualebunt aduersus eam. Et oues meae vocem  
 meam audiunt, & alienum non sequuntur.* Et il-  
 lud Apostoli. *Fundamentum fidei firmum stat  
 habens singulum hoc nouit dominus qui sunt  
 eius.* Vos autem fratres oues domini, filij colum-  
 bae, filij matris ecclesiae, membra Christi, quos ip-  
 sa vnctio docet de omnibus, manete in vnitate,  
 quia nobis est vnus dominus, vna fides, vnum  
 baptisma, vnus Deus, & pater omnium. Vnum  
 baptisma idest eiusdē virtutis & efficaciae a quo  
 cunque detur, quia intus est qui interius opera-  
 tur indifferenter, per differentes ministros. Multi  
 gloriantur se habere spiritum sanctum cum ta-  
 men eum non habeant. Natura colūbae nos do-  
 cet agnoscere eos in quibus est Spiritus sanctus.  
 Est enim colūba simplex, sine omni felle, non  
 viuūt rapina, gemit ex amore. In his ergo qui  
 sunt simplices sine totius maliciae felle gementes  
 ex amore, & dilatione futurae vitae habitat Spi-  
 ritus sanctus. Et in his qui sunt concordēs, & ve-  
 ram pacem & dilectionem inter se custodientes  
 quam significant oscula colūbarum. Hanc sim-  
 plicitatis innocentiam scriptura nobis commen-  
 dat per agnum, etiam & puerum. Vnde ipse do-  
 minus propter omnimodam innocentiam dicitur  
 est agnus Dei. Et de eius consimilibus dicit ad  
 Petrum, *Pascis agnos meos.* Et dictum est pastor  
 ouium, & fideles oues pascuē eius. Et legis praē-  
 ceptum est vt quotidie sacerdotēs duos agnos of-  
 ferret, Vnum mane, & alterum in vespere. In ma-  
 ne incipiunt homines operari. Ideo per mane in-  
 telligitur principium actionis, sicut per vespere  
 datur intelligi finis. Quid est ergo duos agnos  
 offerre nisi opera innocentiae incipere & ad finē  
 perducere? hoc est sacrificium iuge, quia semper  
 Deus requirit a nobis innocentiae virtutē quae p̄  
 puerū etiam significatur. Vt ibi, *Ecce ego et pueri  
 mei, & in Euangelio. Simite paruulos venire ad  
 me,*

Athanat. in synodo lo.

Matth. 16. Ioan. 10. 2. Tim. 2.

Spiritus sanctus in quibus inhabitat.

Ioan. 1. Ioan. 2. Ioan. 10. & Hebr. 13. Exod. 29.

Esai. 8. Mar. 10. Matth. 18.



*me, talium est enim regnum celorum. & alibi. Nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paru- lus iste, non intrabitis regnum celorum.* Si ergo volumus esse de grege dñi simus agni. Si yolumus intrare regnum celorum sumus paruuli, sed malicia, non sapientia. Si volumus vt Spūs sanctus in nos descendat, & in nobis maneat, simus simplices sicut colūba. Insuper prudētes sicut serpentes, hæc est præcipua serpentis prudētia vt caput suum obseruet. Et nos ergo omni custodia custodiamus caput nrm in quo vita est nra, vide licet Christi qui est Dei sapientia. In hoc capite oculos nostros semper fixos habeamus iuxta illud. *Oculi sapientis in capite suo.* Si quis oculos suos ab hoc capite euulerit, necesse est vt cæcus fiat. Sed dicit aliquis hoc caput iam in celo est, non indiget vt illud custodiam, hic audiat quid dicat Apostolus Christum habitare per fidē in cordibus nr̄is, fides, n. Christi in corde tuo, Xps est in corde tuo, hoc igitur caput ille sum & intēgrū custodiamus, quia in hoc capite est vita nra, qm̄ iustus ex fide uiuit, hoc caput inquit custodiamus sicut ille qui ait, fidem seruauit quasi serpens prudens. Ne autē simplicitas nostra sit frigidā, oportet nos esse feruentes spū. Vnde Spūs sanctus super Apostolos apparuit in igne. Quoniam uero hic feruor spūs non solum dē esse in corde, sed et in ore vt peccantes arguamus, & frigidos in flāmemus, ideo in linguis igneis se ostēdit spūs almus. Sunt quidam qui alienum ignem portant in ore, qui sicut serpens mordent in occulto. Iste ignis non est cœlestis, sed gehennalis, nec lucidus, sed caliginosus, quia qui male agit odit lucem. Ille qui misit me baptizare &c. Ioannes baptizabat in aqua solum sicut homo. Iesus in aqua & Spū sancto, sicut homo & Deus, baptizare in Spū est ab oī forde peccati mūdare, in super gr̄as infundere. Prius. n. dñs Iesus baptizās in spū effundit amaritudinē, post infundit dulcedinem, prius uasa cordium mūdāt, post mūdāt replet. Vnde Apostolus. *Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo uite, vt exhiberet eam gloriosam, non habentē maculam aut rugam.* Considerate ordinē & vim uerborū. Dilexit, & tradidit. Magnæ dilectionis magnum indicium. Quid ei cōtulit illa traditio? Audite. Vt prius eam mundaret ab omni contagione peccati. Deinde eam sanctificaret donorū collatione. Et tādē in futuro exhiberet eam sibi gloriosam. i. in aīo & corpore rutilantem, & gemina stola decoratam non habentem maculam in carne, nec rugam in mente. Et hoc totum nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum magnam misericordiam suam fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spūs sancti quem effudit in nos abunde. i. per lauacrum baptismatis per quod regeneramur in filios adoptionis qui prius eramus filij perditionis. Et p Spiritum sanctum in hoc sacramento nobis datum depositum uetustate quotidie renouamur in

Quid sit a cerdotes duos agnos offerre, vnum manē, & alterū uespere.

Eccle. 2.

Ephes. 3.

Baptizare in spiritu quid.

Ephes. 5.

Explicatio huius apostolice sententia.

A cognitione & amore Dei. Quem spiritum effudit in nos abunde. i. ad omniū peccatorū remissionem & copiā virtutum per remissionem peccatorum eripimur de potestate tenebrarum. per copiam virtutum transferimur in regnum filij Dei. per remissionem peccatorum incipimus nō esse quod fuimus. per copiā virtutum incipimus esse quod non fuimus. Intuemini uia mecum sit per eminentē scientiæ charitatem Xpi, ex qua nō solum homo fieri, sed et homo factus p nobis mori uoluit. Prius se dedit nobis, deinde se dedit pro nobis. Nobis per incarnationem, pro nobis per passionem, spūm suum in corda nra misit, patris uisionē promisit, p̄tatem qua filij Dei efficiamur contulit. Et talem dignitatem tribuit vt ipsum habeamus caput, & simus eius mēbra, & hæredes uitæ æternæ. Cum ergo sit oīpotens quid amplius nobis dare potuit? Non. n. angelicæ naturæ collata est hæc dignitas, vt a uerbo Dei in unitatē personæ assumeretur. Tantæ igitur gr̄æ referamus gratias quas possumus, quia condignas non ualemus. Non simus ingrati. Nemo sanguinem Christi, sanguinē noui testamenti, sanguinem quo sanctificatus est pollutum dicit. Nemo spiritui sancto cōtumeliā faciat. Dico uobis quia multo deteriora meretur tormentū qui filium Dei iam glorificatum, iā super oēm super celestium essentiarum dignitatem sublimatum, & in sede paternæ maiestatis locatum contēpserit, q̄ Iudæi qui cum adhuc mortalem crucifixorunt p ignorantiam meruerunt. Nos iam cognouimus ueritatem, & ideo inexcusabiles erimus si tantam contēpserimus salutem. Vtraque uia nobis annunciata est, & illa quæ ducit ad sinistram, & illa quæ ducit ad dextram. Via lata & spaciōsa quæ ducit ad perditionem, & uia arcta quæ ducit ad uitam. Via salutis arcta quidem est in principio. i. incipientibus quasi in ianua, quia inchoat a timore gehēnæ & uiciorum mortificatione q̄ non sit sine amaritudine, priusquam uero quis ianuā tranſierit iam in atrijs dñi constituto occurret latitudo caritatis & suauitas internæ dulcedinis, per quas ea quæ prius uidebatur amara fient iucunda. Tunc primum proferet gemitum colūba. Quis est gemitus colūba? *Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. Et quando ueniā, quando apparebo ante faciem domini? Et cupio dissolui & esse cum Christo. Et ueni domine Iesu, ueni ostende faciem tuam. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei & delectatus sum.* Omnis. n. anima Deo deuota, & vulnerata caritate, & amore languida nihil inuenit sub sole in quo conſoletur. Sola memoria Dei eam delectat, cuius omne desiderij est vt sit ante dominum. Coruus uero longe alium habet gemitum. Tunc enim gemit coruus cum ei defuncti cadauera in quorum fetore immergat rostrum. tūc gemit coruus cum dicitur ei vt egrediatur de corpore. Tunc clamat, & dicit, non hodie sed cras, non hodie sed cras. Columba non dicit cras, sed hodie cum monetur exire de carcere.

Via arcta quid.

Psal. 119. Psal. 41. Columbe gemitus. Philip. 1. Psal. 79. Psal. 74.

Coruige mitus.

carcere. Videat ergo unusquisque quid diligat, & sic unde sit, & qualis sit, coruus an columba intelligat. Fratres omne studium nostrū, & tota animi intentio sit carnis morbidum affectum mortificare, & a concupiscentis mundi animi auellere, & in amore æternæ uitæ corda nostra accendere, quod sit assiduitate orandi, legendi, & meditandi. Ad illam uitam in qua nemo moritur, nemo nascitur, nemo esurit, nemo sitit, nemo formidat inimicū, nemo prodit amicum, in qua est æterna satietas, summa beatitudo. Ad quam nos perducere dignetur qui est super omnia Deus benedictus in sæcula Amen.

Studij nostrum quale esse debeat.

Sap. 1.

Consolator quem dominus promisit qualis sit.



**S**piritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet uocis. Ecce qualem fratres paracletum de domini promissionē accipimus, ecce qualem consolatorem habemus. Fortassis aperitque nosce cupitis quantus sit iste uel qualis. Vbi que est, omnia potest, & omnino eum nihil latere potest. Vtique talem oportebat esse, qui posset omnibus ubique occurrere, quem oportebat tot exules reducere, tam dispersos colligere, tot mœstos confortare, tot desperatos ad ueniam reformare. Talem item oportebat esse qui posset quæ uellet replere, quem oportebat tot infirmos curare, tot oppresos protegere, & inter tot discrimina custodire, & contra tot tentamenta munire. Talem denique qui nihil non noscet, quem nihilominus oportebat tot infideles conuertere, tot incredulos docere, tot rudes instruere, tot inscios erudire. Qualem utique oportuit accipimus consolatorem, protectorem, atque doctorem. Consolatorum ubique præsentem, protectorem omnipotentem, doctorem omnia scientem. Et sane consolatorem ubiq; præsentem exigebant tot miserijs addicti, protectorem omnipotentem tot vicijs corrupti, doctorem oīa scientem tot erroribus adducti. O consolatorem dulcem, o protectorem fortem, o doctorem efficacem, qui ubiq; sit, q̄ omnia possit, qui omnia nouerit, & quid aliud uerba illa superius posita proponere uideatur si digne pensentur q̄ promissum uel missum paracleti nostrum ubiq; esse, omnia posse, & omnia nosce? Spiritus dñi repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet uocis. Si iste dñi spiritus replet orbem terrarum, quanto magis implere hēt regnum cœlorum? Quod enim in cœlis sit dubitare q̄s possit? Pro ea igitur parte scriptura asseruit pro qua fortassis dubitare quis potuit. Habemus itaque argumentū a minori q̄ hic spiritus debeat ubiq;

præfens credi. Si. n. ubique terrarum, quanto magis (vt dictū est) ubique celorum? Erit igitur ubi que locorum. Vultis autē & illud nosce q̄ spiritus iste omnia potest, de quo iam constat q̄ ubiq; est. Sed quō non omnia ualeat qui omnia continet? Profecto si sine ipso posset aliquid subsistere, nullo modo spiritus iste diceretur omnia continere. Si igitur sine ipso nil subsistere potest, profecto ab ipso hēt esse omne quod est. A quo igitur est omnium esse, constat nimirum cum oīa possit. Argm̄ itaque est a toto quia omnia possit, q̄ sine ipso nihil subsistit, nihil subsistere possit. Audistis de p̄sentia, audistis de potentia, uultis adhuc scire quid sentiri debeat de eius scientia? Attende ergo quid sit illud qd̄ de eodem asserit in eo quod dicit. *Et hoc quod continet omnia scientiam hēt uocis, idem est acti diceretur omniū uocum, nili qd̄ illa positio potius q̄ ista eo conuenientius accipitur, q̄ illa non tm̄ ad particularia quō & ista, uerum etiā ad generalia qd̄ non potest ista apte accommodat.* Scientiam itaque hēt hic spiritus, non tm̄ modo uocis generaliter, uerum etiam cuiuscunq; modi uocis specialiter, sed & cuiuslibet uocis etiā singulariter. Sed quia scientiam hēt uocum nunquid & rerum? sic absq; dubio. Semper. n. *Plenam cognitionem uocum comitatur scientia rerum, sed nō semper cognitionem rerum comitatur et scientia uocum.* Quod multa putamus sæpe cognoscimus, quorum tm̄ uocabula non nouimus uel oblitum sumus. Sed quæ huius uocis quæ est bos plenam notitiā habeat, si ipsam rem penitus ignorat? Sed puto q̄ angeli plenam scientiam rerum haberent etiam si uoces non essent. Potest itaq; naturaliter esse scientia rerum etiam ubi non est scientia uocum. Certe Adam qui rebus nomina imposuit, priusquā uocabula essent, rerum notitiā habuit. Alioquin quomodo congrua uocabula illis imponeret, quorum notitiā nullam haberet? Omne enim quod uocauit Adam anima uiuentis, ipsum est nomen eius. Plus itaque esse uidetur habere scientiam uocum, quam rerum, quandoquidem rerum scientia (vt dictum est) semper comitatur scientiam uocum. Notandum sane q̄ non dicit scientiam sermonis, sed uocis. Omnis autem sermo uox est, sed conuertit non potest, non. n. omnis uox etiam sermo est. Quædam autem uoces naturaliter habent significare, sicut mugitus bouum, balatus pecudum, sermo uero uox est significatiua scdm̄ placitū. Omnis itaq; uox aut naturaliter, aut accidentaliter aliquid significare habet. Nihil autē arbitror esse quod nō possit sermone exprimi uel uoce significari, quia ergo *Latius extenditur significatio uocis quam sermonis, uelle de hoc spiritu dicit, quoniam scientiam hēt uocis.* Sed (vt superius iam dictum est) scientia uocum semper subinfert scientiam rerum. Argm̄ itaque est hunc spiritum omnia nosce q̄ asseritur uocis scientiam habere. Si scit illud quod maius est, multo magis ergo illud quod minus est. Sed monstratum est plus esse scientiam uocum quam

Sap. 2.

Sciētia rerū semp̄ comitat scientiam uocis, sed non e cōtra.

Gen. 2.

Sermo quid.



quam rerum. Argumentum itaq; est a maiori q; ab hoc spiritu debeant oia sciri. Primum itaque argum sumitur a minori, tertium vero (vt dictum est) sumitur a maiori, media aut argumentatio argum habet a toto. Dicitur ergo de hoc spiritu dicitur, *Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet uocis.* Dicitur q; orbem terrarum repleat vt credatur vbiq; esse, dicitur q; omnia contineat vt perpendat oia posse, dicitur q; uocis scientiam habeat vt subintelligatur oia nosce. Notandum in his adhuc uerbis q; congrue vel distincte comendat & personarum pluralitas & substantia: unitas. Cu enim premissum esset spiritus domini repleuit orbem terrarum, statim subintertur, & hoc quod continet omnia, no is qui continet omnia, quamuis & sic quide recte dici potuisset. Sed miranda rone uoluit scriptura sacra (vt dictum est) sub tanta uerboru breuitate & personaru pluralitate, & substantia unitatem ostendere. Personarum pluralitas ostenditur in eo q; spiritus iste spiritus dñi dicitur, Alius est enim ipse, atq; alius ille, cuius spiritus dr esse. *Identitas* uero substantia ostenditur du idem *Spiritus illud esse dicitur per quod omnia continentur.* Est itaq; hic spiritus illud idem quod est ille a quo sunt oia, illud ide quod est ille per que omnia, illud idem quod est ille qui in principio creauit caelum & terram, illud quod est ille per quem oia facta sunt, & sine quo factu est nihil. Erut itaq; hic spiritus idem q; pater, idem q; filius, qui pater & filius & Spiritus sanctus vnus est Deus, vna substantia, vna natura, vna diuinitas, vna maiestas. Recte ergo de hoc spiritu scribitur, *Spiritus domini repleuit orbem terrarum & hoc quod continet omnia scientia habet uocis.* Sed si spiritus iste omnia continet, paritur & replet, quid est quaso quod discipuli dñi hodierna die acceperunt, si eo spiritus qui oia replet, & ante hanc diem pleni fuerunt? Quid est q; in hac pethecoltes celebritate spūs sancti aduentum recolimus, vel colimus quem constat vbiq; esse, & oia replere? Vnde quo ueniat si vbi que est, & nusquam deesse pot, vel quid illi amplius caperent si & antea hoc spiritu pleni fuerant? Sed sciendum q; hic spūs quemadmodum & tota trinitas aliter adest per vbiq; presentem maiestatis suae potentia, aliter ad est per illuminantem sapientia, atq; aliter adest per aspirantē gratiam. Maiestatis suae praesentia adest omnibus creaturis corporeis & incorporeis, tam in animatis q; animatis, spūs enim sapientiae attingit vbi que pp suam mundiciam, per illuminantem sapientiam: adest idem spiritus tantummodo rationalibus creaturis, oibus tñ siue bonis siue malis, beatis similiter & miseris. Illuminat siquidem omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si oem hominem, ergo iustos & iniustos, beandos atque damnandos. Per inspiratē gratiam adest omnibus bonis, perfectis, & imperfectis, beatis, atque beandis, Ipse enim est qui operatur omnia in omnibus, diuidēs singulis prout uult. Om-

Sap. 1.

Quo mysticū sanctissimae Trinitatis scriptura sacra significet illis uerbis spūs dñi &c.

Sap. 1.

De modis esedi Dei.

nibus itaque creaturis inest substantia suae diffusione, omnibus rationalibus adest sapientiae suae participatione. Omnibus autem bonis adest gratiae suae cooperatione. Praesentia itaque maiestatis suae praesto est vti que omnia creaturae, semper vbiq; adest, vt nunquam omnino sicut nusquam abesse potest. Secundum hunc itaque modum nusquam habet recedere, nusquam habet redire, sed vbiq; omni in tempore immobiliter permanere. Sapientiae aut suae participatione sicut quibusdam creaturis suis immobiliter est absens, sic & alijs quibusdam semper est praesens, illis iuxta hunc modum nunq; pot abesse. Rationalibus enim creaturis praesentis abesse non potest quibus semper sapientiae suae participatio communicabilis est. Alioquin quomodo quaso rationales essent quae rationis capaces, sapientiaeque participes omnino esse non possent? Irrationabilis aut creatura quia capax rationis non est, secundum sapientiae participationem hunc spiritum capere non potest. Alioquin ipsa irrationabilis non esset, si rationis & sapientiae capax fuisset. Secundum infusionem uero gratiae uisde ipsi pot & post diuinam absentia praesens adest, & iterum post longam praesentiam absens fore, & longius abesse. Secundum hunc itaq; modum spiritus iste vadit & uenit, recedit & redit. Spiritus. n. ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat aut quo uadat. *Gratiae. n. suae infusionem spiritus iste (vt dictum est) modo subtrahit, modo impendit, & in hunc modum saepe vadit & uenit.* Sed (vt magis mireris) eo tingit saepe sub vno eodemque tempore hunc spiritum iuxta aliquid manere, & iuxta aliquid recedere. Cu enim istae multiformis grae spiritus vnā *Aliquam gratiam homini ex prius habitis subtrahit, alia uero & sub eodem tpe habere permittit, nonne eidem homini sub eodem tpe ut discretu est iuxta aliquid vadit, & iuxta aliquid uenit?* Vides ergo quam dissimiliter se solet hic spūs hñe secundum triplicem modum infusionis suae substantiae uidelicet, sapientiae, vel gratiae. Sane secundum diffusionem substantiae suae creditur vbiq; esse, secundum infusionem uero grae constat eum hodierna die in illam terram de secedere, illamq; terram gratiae suae illustratione replere, do qua legitur, *Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat?* Quae est ista terra nisi ecclesia primitiua? Quae inquam est terra ista in quam descendit ignis ille coelestis nisi ecclesia Christi in quam hodie descendit spūs sanctus in igne & linguis? Haec est illa terra quae in aeternum stat, eo quod fundata sit supra firmam petram, & idcirco nec portae inferi poterunt praualere aduersus eam. Ad hanc sane terram pertinet quisquis in fide & caritate Christi fixus manet. Nam qui in fide hesitat, vel adhuc per uaria desideria fluctuat, similis est fluctuanti maris qui a ueto mouetur & circumfertur. Qui autem eiusmodi est ad illam terram seu orbem terrarum pertinere non potest, de quo scriptum est,

Quo finitelligedu illud, spūs ubi uult spirat &c.

est, *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uinuesi qui habitant in eo.* Quin potius ad maria illa pertinere videtur supra quae orbis ille terrarum domino operante fundatur, de quo & dicit, *Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina preparauit eam.* Quisquis aut spiritum Christi non habet ad hunc orbem terrarum non pertinet. Qui enim spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si itaq; uere, & absq; dubio Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum & uinuesi qui habitant in eo, oportet eum domini spiritum habere qui ad hunc orbem terrarum se cupit pertinere. Recte ergo de hoc orbe terrarum intelligitur quod hodierna die tñ festiue canitur, *Spiritus domini repleuit orbem terrarum.* Nonne hoc spiritu terra domini pertinet immo & replet, fuit quando primitiua ecclesia (vt dictum est) paraclitum illum qui a patre procedit in ignis linguis accepit? Nonne tunc temporis impletum tibi uideatur quod in psalmo canitur, *Visitasti terram, & inebriasti eam.* In tantum enim terra huius habitatores multo illo spirituali inebriati sunt, vt quiuis eorum qui tunc temporis eos audire poterat iuste mirari debuisset quomodo illi ebrii essent cum esset hora diei iam tertia. Siquidem repleti sunt omnes spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, hoc est sane quod annuatim recolere debemus, hoc utique quod annuatim recolimus cum canimus, *Spiritus domini repleuit orbem terrarum.* Vultis & illud nosce quomodo in illa terra omnia contineat in qua omnia repleuerat. Cogita ergo post huius spiritus repletionem quam constanter egerit qui prius ad ancillae uocem expaui Christumque negauit. Sic & caeteri qui prius se occultabant propter metum Iudaeorum, iam palam profitentur Christum coram principibus sacerdotum. Vnde hoc eis, nisi quia uirtute ex alto induti erant in eo quod spiritum domini acceperant? *Spiritus enim oris eius omnis uirtus eorum.* Quicquid constantiae, quicquid patientiae in ipsis erat, ex illo spiritu erat qui eorum cor da repleuerat. Denique quicquid uirtutis, quicquid fortitudinis habebant, ab eodem spiritu acceperant qui omnia continebat. Nemo ergo sibi attribuat quod in fide stat, vel in bono perseverat. Nemo enim potest dicere domine Iesu nisi in Spiritu sancto. Si non potest sine hoc spiritu boni aliquid dicere, quando poterit sine ipso boni aliquid facere? Ipse enim est qui operatur omnia in omnibus diuidens singulis prout uult. In illo ergo stat omnis qui in bono perseverat, & qui stat uideat ne cadat. Sed quomodo inquis aliquis cadere, immo quomodo vel aliquid boni alicui excidere ualet, si spiritus iste omnia continet? An forte illa dicuntur esse quae iste spiritus dignatur continere? Quis enim negat quin uerum esse amittat quem spiritus iste dimiserit? Nullo deniq; modo pot ad uerū esse pertinere quae ab hoc spū non sunt quem constat oia

Psal. 23.

Ibidem.

Psal. 64.

Act. 2.

Psal. 32.

continere. Quo enim uel esse dicendi sunt q; uerū esse amiserunt? Sed iterū idē ipsi quasi ad esse redeunt, cu hunc dñi spūm recipiunt, ipso id uerū agente qui uocat ad ea quae non sunt tanq; ea q; sunt. Emitteret. n. spiritum suū & creabunt, & renouabit faciē terrae. Ois ergo reformationis status sicut per ipsum obtinetur, sic nihilominus & ab ipso continetur. Et quia quod ab illo deserit definit quodammodo esse, recte hic spiritus dr omnia continere. Sed quae ro item quo idem spiritus sciam uocis habuit. An forte in eo q; habere fecit, sic & Abraham dictum est. Nunc scio q; timeas Deū pro eo q; diceretur scire feci. Quod aut esset miranda uel stupenda scientia illa uocis q; spiritus ille dedit qñ corda discipulorum repleuit testantur Iudaei illi, uiri religiosi ex omni natione quae sub caelo est. *Nonne ecce omnes isti inquit, qui loquuntur Galilaei sunt. Et quomodo nos audiuimus unumquisq; linguam nostram in qua nati sumus.* Sed ne tibi parum uideatur, q; linguis omnium nationum loquitur, interroga adhuc eosdem Iudaeos quid eisdem linguis loquantur. *Audiuimus eos (inquit) loquentes nostris linguis magnalia Dei.* O quantum est magna lia Dei uel in vna lingua loqui. Sed quamuis magnum fuerit quod foris per uerbu sonuerit multo magis tñ creditur quod ipsi intus audierunt. Magnū sane fuit uocem illā audire per q; discipuli Christi magnalia Dei docuerūt, sed multo magis fuit illam internae aspirationis uocem intelligere per q; ipsi didicerunt, utriusque tñ uocis scientiam habebant, & eius per quam didicerāt, & eius per quam docebant. Alioquin magnalia Dei nec ipsi noscent, nec alijs innotuissent. Vox illa quam exterius formabant, uox erat corporalis, uox illa quam interius audiebant, uox erat spiritalis. Illa cum strepitu extrinsecus sonabat, & alia post alia quomodo poterat & quantum ualebat auditoribus exprimebat, ista absque omni strepitu intrinsecus spirabat, & in momento, & in ictu oculi quomodo uolebat, & quantum placebat mentibus imprimebat. O quantum est inter uocem & uocem, inter uocem corporale & uocē illā spiritalem. Utriusque tñ scientiam hēt, utriusque scientiam hñe facit spiritus ille qui omnia continet. Nam sane sicut legis hoc quod continet omnia scientiam habet uocis, parum obsecro tibi sit qui haec audis uel legis, solam illam uocem audisse uel nosce eiusque scientiam habere quae solet exterius perstreperere. Stude & satage illam audire & intelligere quae sola sufficit in omnem ueritatem adducere, & sola sine uerborum strepitu docet hominem scientiam, hanc internae aspirationis uocem propheta ambiebat cum dicebat. *Audiam quid loquatur in me dominus Deus.* Quid tamen mirum si ad illam anhela bat, si in illam suspirabat cuius uirtutem, cuius dulcedinem tam edoctus toties expertus fuerat? Audistis superius de eius uirtute, uultis adhuc de eius dulcedine audire? Audistis inquam illae internae locutiones quam efficaces sunt ad docen-

Rom. 4. Psal. 103.

Gen. 22.

Act. 2.

Ibidem.

docen-

docendum, attendite & modo quam dulces sint ad audiendum. Ille tamen hoc dicit quem experientia docuerat. *Quam dulcia* (inquit) *in faucibus meis eloquia tua, super melliori meo.* Si tam magnum est, tanquam iucundum (ut experta loquar) spirituales viros audire, & doctos adeo doctores veritatis habere, quanto maius, quantoque iucundius ab ipso deo quotidie discere, quotidie didicisse. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Hanc sane beatitudinem perdere, dominique sui doctrinam amittere propheta metuebat cum in oratione dicebat.

**Psal. 82.** *Domine quis similis erit tibi, ne taceas neque compeſcaris Deus.* Parum utique mihi est si linguis hominum loquar & angelorum, nisi merear quandoque audire & intelligere quid loquatur in me dominus Deus meus. Quid enim iuvat scientiam habere humanam, seu angelice vocis & eius vocem nescire qui scientiam habet, & cum vult habere facit omnis vocis? O vere beati Apostoli qui talem magistrum habuerunt, qui spiritum veritatis acceperunt, qui omnium scientiam habuit, qui omnium scientiam dare potuit. O vere beati quorum corda spiritus iste gratia sua repleuit, quorum animos ad omnem virtutem roboravit, quorum mentes ad omnem scientiam illuminavit. Recte in eius facti recordatione canimus quod tam toties replicauimus, & replicare non cessamus.

**1. Cap. I.** *Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet nocis.* Ecce iam diximus secundum quem modum potuerunt Christi discipuli domini spiritum accipere, quae tamen eis secundum aliquid nunquam potuit deesse, quem constat ubique esse & omnia implere. Qui enim secundum maiestatis suae praesentiam ubique est, secundum gratiae suae exhibitionem (ut iam diximus) adesse & abesse potest. In hoc itaque illis spiritus iste praesentiae suae copiam exhibuit, quae eis gratiae suae abundantiam infudit. Veraciter igitur & absque dubio hodierna die spiritum sanctum acceperunt qui ipsius aduentum secundum Christi promissum cum fide & desiderio expectauerunt. Sed iterum quaero nunquid ante illum spiritus sancti aduentum sine spiritu sancto fuerunt? Nunquid ante illam penthecostes diem gratiam sancti spiritus non habuerunt? Si nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto, nunquid Petrus tunc temporis erat sine illo quoniam tam secrete quam vere ante Christum de Christo ausus est confiteri, quia tu es Christus filius dei viui? Nunquid non discipuli Christi sine spiritu sancto erant quoniam spiritum immundum de obsessis corporibus eiecerunt, & coetera in hunc modum multa signa faciebant? Certe ante illam diem factum nouimus, nec inde dubitare debemus quod in Euangelio legimus, quia insufflauit eis Iesus dicens. *Accipite spiritum sanctum quorum remisistis peccata remittantur eis.* Sed ut cetera taceam sine spiritu

sancti gratia nec in Christum saltem credere potuerunt. Quid ergo hodierna die acceperunt si & ante hanc diem spiritus sancti gratia percipi fuerunt? Sed constat sane quod eiusmodi stillicidia gratiae datur modo ad solam infusionem, modo vero usque ad diffusionem, quandoque autem etiam usque ad effusionem. Infusio est etiam si minus influit quam vas capere possit. Diffusio est quando eousque profunditur donec nulla eius pars vacua relinquatur. Infusio in effusionem iam transit quando quod infusum est superfluit, iuxta huius similitudinis formam solum accipiunt spiritus sancti gratiam, alij ad solam infusionem, alij usque ad diffusionem, alij autem usque ad effusionem. Ad solam infusionem accipit qui gratiam quidem percipit, minus tamen quam sibi sufficere possit. Usque ad diffusionem accipit qui tantum gratiae percipit quantum sibi sufficere possit. Usque ad effusionem accipit cui tantum suppetit quod sibi & certis sufficere possit. Infusio est ad sustentationem, diffusio ad satietatem, effusio ad erogationem. Infusio ad refectionem, diffusio ad repletionem, effusio ad dispensationem. Infusio ad boni inchoationem, diffusio, & effusio ad boni consummationem. Infusio ad edificationem sui, effusio ad edificationem proximi. Ex hac ergo homo accipit ut proficit, ex illis ut proficiat. Possimus itaque & gratiam habere & eius tamen plenitudine carere. Aliud enim est habere gratiam praesentem, & aliud est habere gratiam sufficientem. Certe & ante hanc diem discipuli domini sine gratia non fuerunt, sed in hac die gratiae plenitudinem acceperunt. Denique vnus ex illis erat quem gratia plenum scriptura affirmat cum dicit. *Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat signa & prodigia multa in populo.* Acceperunt itaque spiritus sancti infusione apostoli hoc tempore usque ad diffusionem, quia repleti sunt omnes spiritu sancto, nec ad solam diffusionem verumetiam usque ad effusionem, quia acceperunt loqui varijs linguis magna Dei. Qui ergo spiritu sancto repleti, sunt gratiae plenitudinem acceperunt. Et qui prius habuerunt gratiam praesentem, iam habere acceperunt gratiam sufficientem. Quales fuerit prima gratia testatur casus Petri, qualis fuerit secunda, loquitur constantia Stephani. Certe nec Petrus caderet si gratiae plenitudinem haberet, nec Stephanus in tanto virtutum fastigio staret si plenitudine careret. Quod autem eos plenitudinem gratiae accepisse dicimus, sic sane intelligi volumus quod sufficientem quidem gratiam acceperunt, non quod omnem gratiam post illam infusionem possederunt. Omnem enim gratiam possidere vel capere potuisse, est utique solius illius de cuius plenitudine omnes accepimus. Nihil itaque aliud dicimus vnumquemlibet gratiae plenitudinem accipere, quam secundum praesentis vitae statum & vnus cuiusque

Gratia  
Spūs san-  
cti quibus  
modis da-  
tur.

Cuius sit  
omne gra-  
tiam pos-  
sidere.

capacitatem gratiam sufficientem habere. Nam alia sane erat illa plenitudo gratiae quam homo habere poterat, seu potius habebat ante peccatum: & alia quam modo habet vel habere valet secundum praesentis miseriae statum. Ante peccatum siquidem homo sufficientem gratiam habuit, & ad omne malum cauendum, & omne debitum soluendum; alioquin non potuit vitare peccatum. Hanc autem gratiae plenitudinem in hac vita sicut nemo habet, sic absque dubio nec habere valet. Cui enim hominum vnamquam datum est, vel omne debitum implere, vel omne illicitum vitare? Hoc de illo solo recte creditur de quo veraciter scribitur, *Quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Quantum ergo ad praesentis vitae statum nihil aliud dicimus hominem alicuius spiritu sancto plenum esse, vel gratiae plenitudinem habere, quam gratiam sufficientem a domino accepisse ad omnia illa quae ab ipso vult districte exigere, quamuis non ad omnia illa quae ipsi disponit miser corditer ignoscere. Multa tamen sunt & magna, immo & caeteris omnibus magis ardua atque difficiliora: quae Deus ab homine exigit postquam peccauit, quae utique nunquam exigeret si homo nunquam peccasset. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Recole quae quanta pro Christo passi sunt qui ab ipso audierunt, *Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Nosti satis per quam viam Christus intrauit in gennam. Oportebat enim pati Christum, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suam. Similiter & sancti ludibria & verbera experti, in super vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, ut post Christum currerent, & Christi viam tenentes cum Christo ad vitam intrarent. Sed nunquid tolerantiam tribulationum, & laborum, iniuriarum, & contumeliarum, passionis & mortis Deus ab homine exigeret si homo non peccasset? Omnino non exigeret. Sed ecce eiusmodi omnia modo ab homine exigit, & ad eiusmodi omnia multis quidem gratiam suam misericorditer tribuit, & largiter impendit. Videtur itaque homo iuxta aliquid maiorem quidem gratiam in huius mortalitatis nostrae statu posse percipere, quamuis primae illius perfectionis integritatem ad plenum non possit recuperare. Et miro utique modo qui ad primam illam perfectae puritatis viam non sufficit ad maiora se iam virtutum certamina accingit. Sicut igitur vasculum plenum dicimus quando tantum capit quantum capere potest: sic hominem gratia plenum asserimus, quando talem tantamque gratiam accipit, ad qualem quantamque habitudinis suae capacitatem idoneus est. Accipit itaque alius alio maiorem: & alius alio minorē: & secundum quod diuisiones gratiarum sunt, vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sa-

pietiae: alij sermo scientiae secundum eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu: alij gratia sanctorum in vno spiritu. Et in hunc modum alia multa operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Ecce qualem fratres paracletum, ecce qualem consolatorem acceperunt qui a Domino audire meruerunt: *rogabo patrem meum & alium paracletum dabit vobis.* O quale erit habere ipsum consolatorem qui potens est operari omnia in omnibus, & diuidere singulis prout vult. Si ergo volumus talem consolatorem habere, studeamus tales esse in quos dignetur descendere & sua gratia replere. *Super quem* (inquit) *requiescit spiritus meus nisi super humilem, & quietum, & timentem sermones meos?* Ecce qualem esse oportet qui huilius spiritus aduentum expectat. O quam libenter, quam gratulante debemus nos ad omnem subiectione deicere, ad omnem humilitatem inclinare: ut mereamur hunc spiritum accipere, & talem consolatorem habere. Cogita quae sit dulce, quamve delectabile eius consolatione foueri, eius dulcedine repleri, cuius suauitas omnem suauitatem vincit, cuius dulcedo omnem dulcedinem excedit. Audi quid de eo sentiat de *quo ista dulcedo emanat. Spiritus* (inquit) *meus super mel dulcis.* O cor felix, quod hoc melle repletis: o anima beata, quae hac suauitate reficere: mel inuenisti, comede quod satis est, gustate & videte obsecro qui eiusmodi estis: gustate inquam & videte quam sit suavis spiritus ille super mel dulcis. Miror si non exclamabitis in voce exultationis & confessionis. O domine quam suavis est spiritus tuus in nobis. Beati qui exultant & sitiunt suauitatem hanc intimam, quoniam ipsi saturabuntur cum gustauerint eam. Audacter affirmo quia sola vna huius mellis stilla potest, quod totus mundus facere non potest. Cor quod totius copia mundi non satiat, vna huius dulcedinis gutta plene inebriat. Certe magnus ille Alexander qui totum mundum subiugare potuit, desiderio suo satisfacere non potuit. Nam subiugato sibi mundo, si mundus adhuc superesset, cordis illius ingluuiem irritare potius quam satiare potuissent. Cogita ergo quanta sit latitudo illius orbis terrarum qui intus est, quem exterior iste orbis terrarum quantumcunque dilatatus vel quotiescunque multiplicatus satiare non potest. Nonne Philosophi videntur errasse qui hominem microcosmum id est minorem mundum dixerunt? Nunquid nam obsecro non merito maior mundus dicens est humanus ille animus qui mundo utique maior est, quem totus mundus nulla sua dilatatione, nulla sui multiplicatione satiare potest. Si enim orbis iste terrarum latitudini cordis vnus comparetur, quid aliud incapacitatis, vel audiuitatis illius comparatione quam parua quaedam

Gratia an-  
te pecca-  
tum quaer.

1. Pet. 3.

Math. 16.  
& Luc. 9.  
Luc. 24.

Hab. 11.

Deus non  
exigeret  
ab homi-  
ne tribu-  
lionum to-  
lerantiam  
si non pec-  
casset.

Ioan. 14.

Esa. 66.

Humili-  
tas est pre-  
paratio  
ad spiritum  
sanctum re-  
cipiendum.

Eccle. 14.

Suauitas  
spiritus  
est quan-  
ta.

E

bucella



bucella esse videtur qui in illud interioris hominis os iniecta penitus implere non valet, immo penè non comparat? Sed si ad illam internam & supernam dulcedinem inhias, si ad veram & æternam suauitatem suspiras: audi quid tibi diuinitus præcipitur: & attende quid tibi simul promittitur: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Certe si terrena oblectamenta esuris: si carnales voluptates stis, melius est tibi os tuum contrahere quam dilatare, desiderium tuum restringere quam extendere, cum nusquam locorum inuenias vnde illud satiare, & illi satisfacere valeas. Quidnam est os illud interioris hominis nisi desiderium cordis; Nam os illud exterioris hominis implere nec Deo magnum promittere, nec homini magnum accipere, quia vna bucella panis valet & solet illud implere. Sed illud os interioris hominis (desiderium videlicet cordis) nunquam satiatur, nunquam impletur nisi interioribus spiritualibus delictis: & beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis. Certe quisquis est qui spirituales delicias ad manus habes vel habere potes, habes vnde impleas os tuum, habes vnde impleas vèrem tuam, habes & vnde impleas tabernaculum tuum. Dilata ergo locum tentorii tui, longe fac funiculos tuos, extende ne parcas. Sufficiant satis & superabundant delictis spiritus ad implendum os tuum, vèrem tuam, tabernaculum tuum, ad implendum denique vniuersum illum orbem terrarum, de cuius latitudine multa iam diximus verumtamen digne exprimere non potuimus. Cum igitur interna illa dulcedine in hunc modum spiritus domini repleuerit orbem terrarum, & repleuerit in bonis desiderium tuum: mirari incipies quomodo terra illa quæ non satiatur aqua possit saturari dulcedine illa. An forte melle saturari potest quæ aqua saturari non potest? An forte quæ non potest aqua saturari, spiritali vino potest & inebriari. *Visitasti terram & inebriasti eam.* Tali vtique vino potati sunt quos Iudei mirati sunt quomodo ebrii essent cum esset hora diei vix tertia. Audisti vino inebriatos, audite & melle satiatis. *Cibauit illos ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit eos.* Nescit omnino, nescit quæ sit vera & plena refectio: quem non satiat super cæ estis illa & plus quam dulcedo mellea: & potest domino psallere qui est eiusmodi, quia anima mea sicut terram sine aqua tibi. E contrario autem quotiescunque dulcor ille spiritalis satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis, psallere debet & dicere, *Quia spiritus domini repleuit orbem terrarum*, eo quod ipse sit qui impleuerit in bonis omne desiderium suum. Vti autem superius iam designauimus non omnes æquiformiter hanc intimam dulcedinem accipiunt infillationem, alij namque ad solam infusionem: alij autem vsque ad diffusionem: alij vero accipiunt etiam vsque ad effusionem. Si contentus es adhuc infusione sola, merito dicitur tibi, *Quia mel & lac sub lingua tua.* Sed cum infusionis eiusmodi abundantiori copia repleas

Pfal. 80.

Or interioris hominis...

Pfal. 64.

Pfal. 80.

Pfal. 142.

Sap. 1.

Cant. 4.

aris non solummodo sinum mentis verumtamen oris, & hanc spiritualis dulcedinis infillationem vsque ad diffusionem acceperis, tibi dictum putabis, *Diffusa est gratia in labijs tuis.* Cum vero ista spiritalis gratia inundatio capere alius excrecere, & per os vbertim emanare, & dulcedinis infusio in effusionem transire, merito (vt arbitror) eiusmodi effusione iam facta dicitur tibi quicumque es eiusmodi effusione anima perfusa quia fauus distillans labia tua. Hanc intimam dulcedinis abundantiam profecto expertus erat qui dicebat: *Quam magna multitudo dulcedinis tue quam abscondisti timentibus te.* Hanc absque dubio expertus erat qui omnem aliam consolationem reuebat quoties de huius subtractione dolebat, vnde & dicebat. *Reuult consolari anima mea.* Hæc enim sola animam in intimis inxit, & per aliena desideria currere, & euagari non finit. Mirari vtique habet cui hæc experiri licet, humanus ille animus vagus & profugus super terram, qui fugit velut umbra & nunquam in eodem statu permanet, quomodo in vno suauitatis internæ desiderio totus inhæreat, & quomodo tota illa tot desideriorum turba ad vnum se votum astringat, vel quomodo tanta tam innumerabilem cogitationum familia in vno eodemque concupiscentiæ suæ respectu fixa permaneat. Sed vnde hoc quæso, nisi quod spiritus domini qui replet omnia, simul & etiam continet omnia? In eo enim quod replet, in eoislo & continet. Nam vnde interiora nostra sua dulcedine afficit inde ad se omnes cordis motus, conuertit, & in illius expertæ suauitatis desiderio figit. Nunquam enim discursus ille fluctuantium desideriorum, & tumultuantium cogitationum compescitur, nisi interna refectioe fatietur. Quamdiu enim mens ad veram & plenam refectioem pertingere non valet, habet semper quo per desiderium festinet, vna itaque eademque spiritalis dulcedo est quæ sola sufficit intima nostra satiare, & ad vnam pacem componere, ita vt idem spiritus recte dicatur omnia replere, & omnia continere. Sed hanc vtique spiritalem satietatem melius vè dicat, & facilius comparat pauperes spiritus quam copia census. Vere beati pauperes spiritu secundum sententiam domini Iesu. Edent enim pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum. Econtra diuites egerunt, & esurierunt. Merito ergo pauperes laudabunt qui saturari meruerunt. O quam iucunda laudatio quæ hanc saturitatem sequitur. O quam intima exultatio quæ hanc suauitatem comitatur, *Memoriam* (inquit) *abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabunt.* Ad hanc vtique laudationem ad eiusmodi exultationem illius intimæ suauitatis conuiuas propheta inuitabat cum dicebat. *Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.* Et causa subditur cum dicitur: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Quanta quæso acclamatio, quanta obsecro vociferatio in altum ascendit, & ad aures domini Sabaoth

Pfal. 44.

Cant. 4.

Pfal. 30.

Pfal. 76.

Quam sit mirabile inhaere humani animi vni desiderio suauitatis internæ.

Matt. 5.

Pfal. 144.

Pfal. 102.

DE COMPARATIONE CHRISTI

Ad florem: & Mariæ ad virgam.



IRGO Dei genitrix virga est, flos filius eius: Quia recte dicitur virga beata virgo Maria: virga recta: virga erecta, & in cælum vsque porrecta gracilis: virga flexibilis: virga florifera, virga fructifera. Recta per fidem: erecta per speciem: procerata per longanimitatem: Per humilitatem gracilis: per compassionem flexibilis per virginalem conceptionem florifera: per partum salutis fructifera. Virgo Dei genitrix virga est, flos filius eius. O quam bene, quam recte flos dicitur, qui ex virga virginali producit. Quid flore tenuius, quid flore tenerius? Quid ad tactum lenius, quid ad portandum leuius? Quid flore formosius, quid flore fragrantius, quid flore fructuosius si effectum attendimus? In flore namque mellificatio, ex flore factificatio. Ex flore itaque fauus & fructus. In fauo mel & cera; in fructu potus, & esca. Si parua sunt ista, addo quia & in flore est medicina. Quid namque flore tenuius cum astringitur? quid tenerius cum atteritur? quid lenius cum atretur, quid leuius cum portatur? quid speciosius cum aspicitur? quid fragrantius cum odoratur, quid vtilius si effectus attenditur? Septem itaque sunt quæ in flore miramur, tenuitatem, tencritudinem, lenitatem, leuitatem, pulchritudinem, odorem, vtilitatem. Ex his itaque collige virginis ille filius qualis inuenitur ab illis quibus in florem vertitur. Nam qui incredulis & prauaricatoribus est lapis offensionis, & petra scandali, flos est spe & amore inhærentibus illi; flos vtique mirabilis, spe & vtilitate singularis flos inquam est filius virginis. Flos tenuis, ad indignationem, tener ad miserationem, mansuetudine lenis; quo sit damnatione leuis pulcher, per conuersationem, fragrans, per repromissionem, vtilis per remunerationem. Est ergo tenuis in flagellis, tener in misericordijs; lenis in donis; leuis in præceptis, pulcher in exemplis, fragrans in promissis; fructuosus in præmijs. Hic flos factus est nobis medicina; ex illo mel & cera; in ipso potus & esca. Medicina in redemptione, potus & esca in iustificatione, mel & cera, in glorificatione. Ex hac medicina, sanitas sempiternæ incorruptibilitatis. Ex eius esca, refectio internæ satietatis. Ex eiusmodi potu, ebrietas æternæ securitatis, de illius cera, splendor summæ claritatis, in eius melle, dulcor indeficientis felicitatis.

Pfal. 117.

Sap. 1.

D

E

E

Christus quo sit Flor.

QVO.



QVOMODO CHRISTVS

Ponitur in signum populorum.

**E**tsi. 11. **R**adix Iesse qui stat in signum populorum. Quis sit iste qui stat in signum populorum, quem gentes deprecabuntur, cuius iam quidem sepulchrum est gloriosum; nemo vestrum ignorat. Quis enim alius est cuius sepulchrum est gloriosum, nisi quem oportuit pati & resurgere a mortuis: & ita intrare in gloriam suam ut in hunc modum fieret sepulchrum eius gloriosum? Quia mortuus mortem auctorem spoliavit, quod mors eius mortem superavit: quod resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, fecit sepulchrum eius gloriosum. Tanta enim gloria sepulchri eius gloriosum reddidit, vel quis alius est quem gentes deprecantur, nisi ille de quo scriptum est, *Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes servient ei: qui habet scriptum in vestimento, & in femore rex regum, & dominus dominantium?* Et iuste quidem ei omnes gentes deseruiunt vel deprecantur, cui dicitur esse omnipotens in celo & in terra, intantum ut merito ei flectatur omne genu caelestium, terrestrium, & infernorum. Et quem alium dicimus stare in signum populorum, nisi qui positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur? De hoc signo iterum scribitur: *Leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget, & quatuor plagis terrae.* Modum leuationis audis cum dicitur, *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto sic oportet exaltari filium hominis.* Audis modum: attende & fructum, Leuatur serpens in altum qui daret aspicientibus remedium. Leuatur serpens aeneus qui venenum non haberet, sed destrueret: qui venenum non inferret, sed auferret. Tali profecto signo primi parentes nostri, tali profecto omnes eorum posterit signum opus habebant, ut esset ad quod per deuotionem aspicerent, & sententiam mortis euaderent quam ex veneno serpentinae sybilationis ab antiquo contraxerant, & quotidie contrahere non cessant. Vtinam Iudaei, vtinam Iudaizantes nostri attendant, & intelligant: retrahant & recogitent hoc signum quale, quam sublime, quam insigne oportet esse, si in hoc positum est ut possit profugos Israel, & dispersos Iuda a quattuor plagis terrae colligere. Vere oportet esse sublime, ut possit omnium aspectibus patere, alioquin nec scire poterunt quo debeant currere. Vere oportet esse insigne, & omnino mirabile quo possit cuiusdam quali miraculi nouitate omnium aspectus in se ipsum conuertere, & omnium vndique concurrere.

Signum hoc quod sublime, & insigne sit.

**A** sus in sui admirationem attrahere. Nunquid forte leuabitur hoc signum in montem magnum, & altum, ut sic pateat aspectibus omnium? Sed ubi quae so poterit eius magnitudinis mons inueniri qui possit ab omnibus, & ab omni parte terrarum videri? An forte mons domus domini in hoc ipsum eleuabitur supra verticem montium? Sed si sic est oportet ut mons iste quisquis est tangat, immo transcendat altitudinem nubium. Si omnino sic est, merito quare propheta, & dicit, *Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius.* Sed si hoc de quo loquimur signum eleuatur vsque in caelum, nunquid vel sic poterit patere aspectibus omnium, nisi fuerit praecipua quadam miranda claritatis nouitate perspicuum? Audeo, & dico nisi hoc signum sit solis huius luce insignis, praecellius, atque praecelcius, nulla ratione videbitur posse concurrere omnium (ut dictum est) in sui admirationem prouocare. Nunquid ergo faciet dominus nouum super terram: nunquid solem nouum qui possit illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum: ita ut veraciter dicere possit ille qui stat in signum populorum, *Ego sum lux mundi?* Vide ne forte haec lux sit lux illa quam designare voluit qui dixit, *Habitabit in regione umbrae mortis lux orta est eis.* Bona lux, & vere desiderabilis si veraciter expellit non dicam tenebras noctis, non dicam vmbra caliginis, sed vmbra mortis. Certe lux ista visibilis claritatis huius solis nihil tale facere solet, nil simile facere valet. Vere necessarium erat eis qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant tale signum accipere, vere fuit dignum patrem misericordiarum tale signum dare quod etiam vmbra mortis de finibus nostris paulatim exterminaret: ita ut nullum tandem aliquando mortis vestigium apud nos remaneret: intantum ut ille qui stat in signum populorum veraciter dicere possit, *O mors ero mors tua.* Sed quae quae erit lux ista quae tenebras mortis expellere possit, nisi illa quam propheta describit cum dicit, *Exortum est in tenebris lumen rectis misericors, & miserator, & iustus.* De ortu huius luminis alio loco legis. *Veritas de terra orta est.* De terra sane nostra humanitatis de illius propagatione cui dictum est terra es & in terram ibis: nascitur lumen rectis: verbum & sapientia patris. Nascitur inquam veritas de terra Christus Dei virtus, Christus Dei sapientia &c. sapientia de carne humana. Deus Dei filius de Virgine Maria ut fieret nobis Emanuel, & esset nobiscum Deus. *Ecce* (inquit) *virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* hoc est illud signum quod dominus promisit & exhibuit. O signum singulare: o signum desiderabile, & ad quod digne debeant omnes pari voto concurrere, signum sane mirabile, & quale decuit dominum maiestatis dare. Propter hoc (inquit) *dabit dominus ipse vobis signum:* hoc vti que est signum, hoc absque vlla contradictione

Psal. 32.

Ioan. 8.

Etsi. 9.

Olez. 13.

Psal. 84.

Etsi. 7.

Ibidem.

**A** ctione quod veraciter possit veros Israelitas a quattuor plagis terrae colligere, & veros Dei filios qui dispersi erant in vno congregare. Ad hoc sane signum datur, & ad hoc sane signum hoc eleuatur prius in patibulum, postmodum in caelum, prius in patibulum crucis, postea ad dexteram patris, & huius rei testis fidelis, *Ecce* (inquit) *video celos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei.* Ecce ubi vsque hodie Emanuel noster, radix Iesse erectus est in signum, & stat in signum populorum. Sed quale (inquiunt) signum, vel cuius rei signum? Audi Iudae, hoc ne tibi videatur signum satis grande, satisque mirabile, quod virgo concipiet, virgo pariet, & talem filium qui sit nobiscum Deus, & quid hoc signo mirabilis? Sed cuius rei inquit? Certe imagine illius promissionis quam propheta paulo superius mystice designabat, cum de ea quae in medio terrae derelicta erat prophetando dicebat. *Semen sanctum erit id quod steterit in ea.* Vere magna, vere miranda rei signum esse debuit & potuit semen quod virgo concepit: quod virgo peperit. Merito signum sanctitatis fuit semine quod virginis sanctitatem non abstulit, sed auxit, quod matris integritatem non minuit, sed sacravit. *Semen* (inquit) *sanctum erit quod steterit in ea.* Huius sane futurae sanctitatis modum exprimit nobis qui stat in signum populorum. *In resurrectione* (inquit) *non nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli Dei.* Si ergo futuri sunt angelice sanctitatis, cur non & angelice felicitatis? Sed quomodo sicut angeli in caelo, si similes in vno dissimiles in altero? Sed & quae ratio non sunt similes in sanctimonia, dissimiles fore in gloria. Si tales futuri sunt merito in ostensionem erunt. Et erunt in ostensionem sicut therebinthus, & sicut quercus quae expandit ramos suos. Scimus quia eiusmodi arbores gratiam foliorum & viriditatis quam perdunt in hyeme, recuperare solent superueniente aestate. Datur ergo nobis spes integre reparationis in omnibus quae perdidimus sub tempore huius hyemis. Quicquid tulit status aquilonis, totum recuperabimus sub aestate futurae regenerationis. Quicquid infecit sybilus serpentis, totum reformabit semen mulieris. De quo dominus ad serpentem, *Inimicitias* (inquit) *ponam inter te & mulierem: inter semen tuum & semen illius.* Denique quicquid amisimus ex suggestione Diaboli, totum reintegrabit nobis gratia mediatoris nostri, intantum ut sit omnibus mirabile quomodo de tanta miseria potuerit homo ad tantam gloriam asurgere. *Et erit* (inquit) *in ostensionem sicut therebinthus, & sicut quercus quae expandit ramos suos.* Erunt itaque homo angelis vti que in ostensionem, angelorum domino in ostentationem. Glorietur enim apud patrem suum coram angelis suis de meritis nostris, & fructu sui laboris. Vis modum ostensionis audire? *Omnis qui constituitur me coram hominibus, constitetur & ego eum coram patre meo.* *Gratum*

Act. 7.

Etsi. 6.

Mat. 22.

Gen. 3.

Etsi. 6.

**A** dis honor. Et erit in ostensionem sicut quercus quae expandit ramos suos. Ecce vnde ostentio, De expansione ramorum. Expansio ramorum dilatatio meritorum. Dilatamini fratres in charitate, ut & digna sit quae debeat esse in ostensione. Magna dilatatio charitatis omnia arbitra- ri ut spercora, ut Christum lucrifacias. Magna dilatatio charitatis quemlibet nostrum abnegare se ipsum, tollere crucem suam, & Christum sequi. Haec profecto: haec vti que sunt quae non immerito in ostensionem erunt. Multum ergo dilatamur in opere: ut multum dilatari debeamus in retributione. Sane secundum dilatationem meritorum, erit & dilatatio praemiorum. Quid homo non facere debeat ut illud recuperare valeat, quod iam in Paradiso perdidit; Sed quid illud dicimus quod accedente aetatis tempore quercus solent ramos suos longius extendere, multiplicius dilatari, firmiter roborare, ita ut sint & numero plures, & proceritate maiores, & robore fortiores; Nunquid & nos ex hac domini promissione debemus tale & aliquid expectare? Absque dubio, Peramplius enim atque perfectius erit multo recuperabimus in caelo, quam quod perdidimus in paradiso. In paradiso erat posse peccare & posse non peccare: in caelo erit omnino peccare non posse. In paradiso erat posse mori, & posse non mori: in caelo erit nunquam posse mori. In paradiso erat posse impugnari, & posse non expugnari: in caelo erit nec posse impugnari. Ecce quo tandem aliquando homo ramos totius honoris & gratiae supra primae possibilitatis modum extendit. Quid ultra antiquae conditionis iura dignitatis suae magnitudine excreuit. Quis hoc unquam crederet? Quis credere potuisset quod putredo & vermis de tanta ignominia ad tantam gloriam quandoque asurgeret, nisi signum acciperet & tale quidem quod ad tantae dignationis mysterium digne sufficeret. Ad tantae igitur promissionis certitudinem propheta signum supponit, & quae vere ad fidei nostrae securitatem sufficere possit.

Dilatatio charitatis quae.

Materia habenda in statu gloriae, quam in statu in nocentiae.

DE SACRIFICIO DAVID PROPHETAE, Et quid distet inter ipsum, & sacrificium Abrahae Patriarchae.

**Q** uocauit medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hyrcis. Videamus si placet quid sibi velint huiusmodi sacrificia: caro arietina: caro bouina: caro hyrcina. Puto namque haec omnia in figura esse dicta. Alioquin si in his omnibus carnaliter sapitis si sola littera attenditis, attendite quid dicat vobis, *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hyrcorum potabo?* In carnalibus igitur

Psal. 65.

Psal. 49.

igitur Iudæorum sacrificijs nihil carnaliter sapia mus: sed quæ iuxta litteram carnem sapiunt spiritaliter discutiamus. Nunquam enim carnem arietinam, bouinam, vel hyrcinam propheta domino velut pro magno promitteret: nisi in his aliquid magnum, dominoque admodum gratum adumbrari perpexisset. Arius est animal admodum mansuetum, quod coram tondente obmutescit, & non aperit os suum. In hoc ipso itaque formam mansuetudinis gerit, quæ inter prælluras & contumelias patientiam custodit. Lactis autem re quanta sit virtus mansuetudinis, vel quæ sit retributio huius muneris? *Mansueti autem* (inquit) *hereditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis.* Quantum quæso est æternam hereditatem accipere, & cum pace possidere? Sed quali pace? *Delectabuntur* (inquit) *in multitudine pacis.* parum fuit ei dicere, delectabuntur in pace, sed delectabuntur (ait) in multitudine pacis, quæ a pacis illius non erit finis. Est autem aries dux gregis. Oportet ergo per virtutem mansuetudinis formam se exhibere totius congregationis, ita ut sit in exemplum omnibus alijs, qui vult esse auctor huius muneris. Probata ergo mansuetudinem, & omnibus imitabilem habere, hoc est arietem offerre, probata autem virtus corripit insipientes. Ecce de ariete, videamus nunc de boue. Bos (ut nouimus) sponte inclinat collum suum ad portandum iugum. Hæc est forma obedientiæ quæ se solet semper, & debet subdere voluntati alienæ. Quæ admodum igitur in ariete probata mansuetudo, sic & in boue intelligitur voluntaria subiectio. O quale quantumque sacrificium suam voluntatem omnino postponere, & totum se ad alienum arbitrium exponere, nihil sibi de semetipso reseruare. O quam confidenter crucifixo astitit, qui se propter ipsum ad omnem obedientiam subdit. Cum quanta conscientie securitate verus obediens ad thronum gratie illius accedat, qui factus est patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Cum quantis trophæis de stadio huius vite exhibet, qui semetipsum propter Christum penitus abiicit, & aliæ servituti addicit. Iuxta Salomonis sententiam, *Vir obediens loquitur victorias.* Profecto hoc loquitur quod operatur. Quanta victoria vincere peccatum; Quanta victoria vincere seipsum, vincere mundum, vincere diabolum? Sic omnia vincit qui propriam voluntatem euincit, qui ceruicem suam obedientiæ iugo libenter supponit. Bouem itaque offerre est voluntariam subiectionem libenter exhibere. Ecce de carne bouina. Videamus nunc quid sentientium sit de carne hyrcina. Scimus satis quæ sit illa virtus quæ hominem facit sibi ipsi viscerare, & quasi in suis naribus fætere. Hyrcus sane habet odorem fætidum, & quasi hyrcum domino offerimus per voluntarium contemptum. Sicut in boue itaque voluntaria subiectio, si in hyrcum apte figuratur voluntaria abiectione. Semetipsum ergo ad omnem villitatem re quæ sit. & abiectionem propter dominum exponere, &

Aries gerit formam mansuetudinis.

Psal. 36.

Ibidem.

Bos forma obedientiæ.

Obedientiæ sacrificium quantum.

Prou. 21.

Carnem hyrcinam offerre quæ sit.

infirmitatem suam humiliter recognoscere, est domino hyrcinam carnem offerre. Eiusmodi caro quæto minus sapit palato humano, tanto magis sapit palato diuino. Excelsus enim dominus & humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Ecce iam diximus quid sibi velit huiusmodi sacrificia, caro arietina, caro bouina, caro hyrcina. Arietina caro, probata mansuetudo. Bouina caro, voluntaria subiectio, hyrcina caro, voluntaria abiectione. Hæc sunt sacrificia medullata, sacrificia domino admodum grata. Medulla intra ossa latitat, & impinguat. Virtutum medulla, intentio bona. Virtutum medulla, deuotio intima. Ex bona namque intentione, ex intima animi deuotione virtutes irrigantur, & ad perseverantiam robur solidantur. Sacrificia itaque medullata obsequia deuota. Sit ergo deuota mansuetudo nostra, sit obedientia nostra, sit humilitas nostra deuota, ut sit medullata quælibet oblatio nostra. Ecce habemus quales hostias domino offerre debeamus. Ecce habemus quales epulas ei apponamus cum volumus. Puto quia si ex designatis animalibus tria ei ferula apponimus, gratiam ad modum ei carnem exhibere poterimus. *Ecce ego* (inquit) *pulso ad ostium: si quis aperuerit mihi, intrabo ad ipsum, & cenabo cum illo.* Introducamus eum interim ad carnem nostram, ut quandoque introduci mereamur ad carnem suam. Si qui autem sunt in vobis viri diuitiarum quibus parum sit tria tantummodo ei ad similitudinem David ferula apponere, studeat iuxta exemplum Abraham quartum, & quintum superaddere. Quinque partium namque sacrificium domino Abraham obtulit, sicut ex ipsius domini institutione accepit, accepta namque promissione Abraham de terra Chanæorum quam in suis hæredibus possessurus erat, nimio familiaritatis ausu quam apud dominum habebat, signum in hoc ipsum a domino humiliter quærebat. *Domine Deus* (inquit) *unde scire possum quod possessurus sim eam?* Et dominus ad Abraham. *Sume* (inquit) *mibi vaccam triennem: & capram trimam; & arietem annum trium: sturturem, & columbam.* Fecit Abraham quod ex diuina institutione accepit, & super hostias suas accepto cælestis ignis, signum quod concupierat obtinuit. Quia ignem cælestis accepit, signum profecto magnæ dilectionis fuit, & merito sperandi maiora magnam fiduciam præbuit, minora namque beneficia libenter impensam, dant ausum absque dubio præsumendi maiora. Sic arras accipimus, ut conuentionis certitudinem inconcussam teneamus. Diuinæ ergo promissionis quasi quædam arra Abraham fuit ignis ille cælestis missus, qui suas hostias absumpsit. Puto quia & nos si ignem cælestem, si ignem diuinitus missum acceperimus, de diuinis promissionibus iam ulterius omnino dubitare non poterimus. *Ignem* (inquit) *veni mittere in terram: & quid volo nisi ut ardeat?* Sed quæ hunc ignem Iesus de summis attulit, nunquid in terris tunc tps ignis defuit, aut forte bonus non fuit? Inuenit absque dubio

Medulla virtutum que.

Apo. 4.

Gen. 2.

Ignis & celo venit super sacrificium Abraham.

Luc. 12.

dubio ignem terrestrem: attulit, autem ignem cælestem. Illum venit extinguere: istum vehementer accendere. Omnis amor ignis est: sed non omnis amor bonus est. Malus ignis amor secularis: amor carnis: amor turpitudinis. Bonus ignis amor spiritualis: amor veritatis: amor virtutis. Bonum itaque est illum extinguere. Bonum nihilominus istum accendere, & diligenter nutrire. Bonus ignis, ignis charitatis, ignis bonus & vehementer nutriendus. Hic est ignis qui de cælis venit: qui super discipulos in ignis linguis descendit. *Charitas Dei* (dicit Apostolus) *diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.* Ecce ignis qui cælestis mittitur. Ecce ignis qui non nisi diuinitus datur. Absque dubio qui hunc ignem acceperit, de æternæ hereditatis promissione ulterius dubitare non poterit. Profecto ubi charitatis abundantia est, diffidentia locus esse non potest. Perfecta enim charitas foras mittit timorem. Vultis autem apertius nosce quia qui hunc ignem accipiunt, de æternæ hereditatis promissione hæsitare non possunt. *Charitas* (inquit) *omnia suffert: omnia credit: omnia sperat.* Quomodo namque de diuinis promissis diffidat, quæ omnia credit: quæ omnia sperat? Puto quia cælestem hunc ignem propheta acceperat quando dicebat. *Credo videre bona domini in terra viuentium.* Et Abraham quidem Chanæorum terra reprobatur, & quasi arra quadam in igne desuper missa accepta in spei sue certitudine solidatur. Quomodo igitur Abraham dictæ sunt promissiones, si volumus eiusmodi promissionum coheredes existere, satagamus de signatum ignem a domino precibus obtinere. Cogitemus quale sit terram lacte & melle manantem in hereditatem accipere, & eam de manibus Chanæorum violenter eripere. Res vtiq; grandis, & valde difficilis. Nouit hoc patriarcha, & bene nouit: & idcirco tantæ promissionis confidentiam signo confirmari quæsiuit. Sed quæ est ista terra putamus quæ lacte & melle manat, quæ tanta dulcedine tota redundat? Vbi quæso est hæc terra? Vbi quærenda: vel quo inuenienda? De regno cælorum catholica fides certissime agnouit quod intra nos sit. Sed cælum illud quod intra nos est, cur non habeat sui generis terram, quemadmodum & illud quod cernitur habet terram? Si intra nos est regnum cælorum, cur non & intra nos sit terra viuentium? Certe hæreditas illa quæ spiritualibus promittitur, spiritualis esse comprobatur. Si vultis terra esse: si vultis cælum esse. Terra propter stabilitatem: cælum propter sublimitatem. Si spiritales sumus: si spiritaliter sapimus, terram hanc lacte & melle manantem quæramus interius, non exterius. Quæramus itaque quæ ista terra sit quæ cultores suos mira dulcedine reficit: dulcedine potat: dulcedine pascit. Scimus autem quia cetera elementa semper in motu sunt & nunquam quiescere possunt, sola terra vno in loco subsistit, & summa se quiete componit. Scimus nihilominus quia timor so-

Malus ignis qualis. Bonus ignis qualis.

Rom. 5.

1. Cor. 13.

Psal. 26.

Terra promissionis quæ sit spiritualis: que declaratio eius.

Hereditas spiritualibus promissionibus Abraham.

let semper mentem concutere: securitas autem stabilire, & ad quietem componere. Formam igitur terræ in eo ipso conscientie securitas gerit, quæ cor humanum semper ad quietem colligere cõsuevit. Hæc terra multa prorsus dulcedine manat, quia cordis iucunditatem conscientie securitas parat. Promissionis terra, conscientia secura. Terra melliflua, conscientia iucunda. Merito talis terra Chanæis aufertur, merito talis terra Iudæis confertur. Perfectum hominum genus omnium quæ tunc tps fuerunt in terra, genus Chanæorum. Optimum hominum genus omnium quæ tunc tps fuerunt in terra, genus Hebræorum. Videtis quæ hæc terra sit aut valde malorum, aut valde bonorum. Profecto securitatem conscientie non valent vel solent nisi aut valde mali, aut valde boni habere. Vultis apertius nosce quomodo eiusmodi terram soleant valde mali possidere? Sunt impij qui ita securi sunt: ac si opera habeant iustorum. Impius enim, cum venerit in profundum malorum contemnit. Scimus nihilominus quia perfecta charitas foras mittit timorem, & uestigio intronitit securitatem. Si necor nostrum non reprehenderit nos: fiducia habeamus apud eum. Vides certe quæ securitatem conscientie facit aut magna peruerlio, aut magna perfectio. Conscientia mala atque secura in valde malis conscientia bona atque secura in valde bonis, conscientia mala, sed non secura in non valde malis, conscientia bona & non secura in non valde bonis. Quædiu ergo conscientia est secura & mala, adhuc sunt Chanæi in terra. Cui autem ceperit esse conscientia secura & bona, nouerit iam Iudæos morari in terra. Securitatem enim conscientie non solet omnino facere, nisi aut multa enormitas viciorum, aut magna perfectio virtutum. Hæc est hereditas illa quæ omnino oportet de manibus Chanæorum eripere, & ab omni labe viciorum summo studio purgare. Hæc est hereditas illa quæ fluit lacte & melle; quia securitas conscientie solet mentem humanam leticia & exultatione replere. Lactis & mellis dulcedine reficit nos voluit, qui dixit. *Letamini in domino & exultate iusti.* Securitas falsa facit gaudium falsum; securitas vera gaudium verum. O quale quantumque gaudium habere bonæ conscientie testimonium. *Gloria nostra* (inquit) *hæc testimonium conscientie nostræ.* In lacte & melle intellige duplex gaudium, conscientie securæ & bonæ. Geminum sane gaudium integra conscientia parit, gaudium de beatitudine corporis, gaudium de beatitudine mentis. Ex hac gemina retributione gaudemus interim in spe, in futuro autem gaudebimus in re. Lac de carne profluit, mel cum rore de cælo descendit. Lactea dulcedo quidam de carne trahitur, quando ex corporis beatitudine gaudium & exultatio oritur. Melliflua dulcedo velut de cælo defluit, quando de mentis incorruptibilitate inæstimabilis quædam gratulatio surgit. Lac est & illa dulcedo quam hauriemus in contemplandis creaturis. Mel autem & illa quæ mentem inebriat ex contemplatione creatoris. Nonne & hoc exit lac fugere, de inspecta Christi humanitate

Eccle. 3. Prou. 18.

Quomodo in nobis oritur securitas conscientie.

Psal. 31.

1. Cor. 1.

Quid sit fugere lac & comedere mel.



manitate gaudere? Nonne & hoc erit summæ dulcedinis melle refici, le inspecta Christi diuinitate in immensum gloriosi? In lacte quidem dulcedo sola, non tamen summa. In melle vero dulcedo & sola & summa. Quid enim melle dulcius? In contemplanda Christi humanitate iucunditas quidem magna, non tamen summa. In contemplanda autem eius diuinitate iucunditas & sola & summa. Pertinet ad beatitudinem hominis exterioris exterioribus oculis videre in Deo naturam humanam. Pertinet vero ad beatitudinem hominis interioris interioribus oculis videre in homine naturam diuinam. In lacte ergo intellige quicquid beatificæ dulcedinis corporeis sensibus corporea substantia subministrat. In melle accipe quicquid glorificæ iucunditatis in corporeis sensibus incorporea substantia distillat. Quid itaque aliud erit terram lacte, & melle manantem in hereditatem accipere, quam geminæ beatitudinis æternam securitatem in æternum possidere? Si igitur huiusmodi promissiones cum fidei Abraham hereditare cupimus ad spei nostræ certitudinem, cælestem illum quæ superius designauimus ignem velut pro signo petamus. Nam (sicut superius docuimus) cor quod charitatis igne plene incanduerit, nulla ignorantia nebula, nullus diffidentia torpor inuoluere poterit. Sed qui ad similitudinem Abraham ignem cælestis missum optat accipere, studeat æque & ipse simile sacrificium offerre. Iubetur itaque Abraham (vt iam dictum est) sumere vaccam triennem, & capram triennem, & arietem triennem annorum, turturem quoque, & columbā. Videamus modo quid sibi velit hoc sacrificium Abraham, vel in quo videatur a iam dicto illo Dauid sacrificio differre. Quid quæso est quod dominus a summo Patriarcha non bouem, sed vaccam quærit? Nunquid nam in hoc genere hostiarum plus feminam quam masculum diligit? Forte sic est. Neque enim a tanto amico exigeret quod minus ipse diligeret. Si mystice dicta mystica interpretatione discutiantur, puto palam fieri ratum inueniri quod dicitur: Scimus de boue quia iugum portare potest, lac autem dare, nō pot. Cōtingit vero, vaccā vtrumque facere, & lac dare, & dñi sui iugū portare. O quale sacrificiū, & obedientiæ iugū humiliter portare, & inter quilibet obedientiæ ardua cordis dulcedinē seruare, & nil aliud quā lacteū dulcorē puerba distillare. Multi cum dura sibi præcipiuntur molestum quidem habent: nec tam dulciter quam fortiter sustinent. Scimus autem quia masculinus sexus quam femininus fortior est: sed lac tamen dare non potest. Bouem itaque facit obedientia fortis: vaccam vero obedientia dulcis. Bouem offerre est obedire viriliter: vaccam offerre est obedire gratanter. Bouem offerimus obediendo constanter: vaccam offerimus obediendo gratulante. Caro bouina, obedientia robusta: caro vaccina, obedientia iucunda. Qui igitur potest carnem offerat vaccinam: qui hoc non potest, offerat

Quid sit accipere terram lacte & melle manantem.

Gen. 15.

In quo differat sacrificium Abraham a sacrificio Dauid.

Qualis obedientia erit perfectum sacrificiū.

rat bouinam, Qui neutrum potest ex istis, offerat saltem vitulum de armentis. Vitulus sane ad iugum portandum nutritus: interim tamen ad ipsum non applicatur. Quod autem interim non portat, non est ex vicio recalcitrationis, sed ex defectu possibilitatis. Si igitur obedientiā non profiteris, non quia non vis, sed quia non possis: vitulum voues & soluis. Quid enim intelligimus per vitulum, nisi obediendi propositum, quemadmodum in boue & vacca obedientiæ exercitium? Si igitur vaccam vel bouem offerre non potes, offer vel vitulum, quem cum integre volueris ad manum habere potes. Certe si non potes habere obedientiæ officium vel vsum, potes habere obedientiæ propositum, potes habere obedientiæ desiderium: & cum volueris offerre potes eiusmodi vitulum. Qui matrimonio iuncti sunt, non statim obedientiam profiteri possunt cum volunt. Matrimonio nāque iuncti, sine alterutra licentia non possunt abinuicem separari, & ideo nec obedientiam profiteri. Vitulum ergo offerant qui eiusmodi sunt, qui obedientiæ iugum promentis arbitrio subire non possunt. Hinc est quod pro peccato ignorantia in lege vnctus sacerdos iubetur vitulum offerre. Sacerdos vnctus, prælatu charitate præditus. Sacerdos vnctus, prælatu erga proximum pius, & erga Deum deuotus. Huiusmodi sacerdos quāto subiectos suos verius diligit, tanto eorum errata vehementius in seclatur & odit. Sed sæpe dum eorum culpas minus discrete percipit, dum percussorum vires pensare nescit, vel negligit, charitatem in eis minus caute feriens extinguit. Per ignorantiam itaque peccat, quando malum vnde amputare debeuerat accumulatur. Sacerdos igitur qui indiscrete agendo dum bonum intendit per errorem delinquit, vitulum pro peccato suo offerat, & obediendi potius quam imperandi desiderium de cætero habeat, qui creditum sibi regiminis officium ad plenum prout oportet dispensare non posse, per experientiam iam probat. Quid enim est aliud cum vitulum offerre, quam malle iam, & desiderare subesse potius quam præesse, & obedientiam alijs potius exhibere, quam ab alijs exigere. Offerit igitur vitulum de armentis, qui fieri iam optat quasi vnus ex subiectis. Notandum sane quod sacerdos, per ignorantiam peccans iubetur pro peccato non bouem, sed vitulum offerre: ne pastorale curam quam semel accipit de audeat temere & inconsulte abijcere. Debet ergo qui eiusmodi est, subiectionis locum non tam subire quam ambire: non tam arripere quam desiderare, & hoc erit non tam bouem quam vitulum offerre. Amorem ergo prælationis, ab affectu suo abscondat: prælationis tamen officium propter timorem Dei & vtilitatem proximi teneat, donec opportunum & rationabilem exitum inueniat, & interim pro peccato suo vitulum per subiectionis desiderium offerat. Illud autem quod esse dicimus quod Dauid non bouem, sed boues promittit, de manibus vero Abraham capram potius non

Propositum obediendi per vitulum designat.

Sacerdos vnctus offerre vitulum, quid significet.

Cur in sacrificio Abraham, vnctus tantum vaccam Deus requisit & Dauid plurimas obtulit. non vaccas, sed vaccam exigere voluit? Si plus est boues quam bouem promittere & exoluere cur non & æque maius sit vaccas quam vaccam in Dei sacrificio exhibere? Sed nunquid in sacrificio Abraham debemus credere aliquid minus a perfecto esse potuisse? Cui ergo perfectio iure ascribitur, si summo patriarchæ denegatur? Quis autem dicat vel dominum tantum amicum ad optima non instituisse, vel tantum virum ad perfectionis instituta animum promptum non habere? Vt autem breuiter dicam quid in boue vel bobus sentiam, hoc est (vt mihi videtur) bouem offerre, manum suam ad debitam obedientiam plene exoluendam fortiter extendere. Hæc hostia geminatur, quando & ad debitam & ad indebitam obedientiam operationis nostræ manus viriliter extenditur. Pæne omnes cum ad religionem venimus, obedientiam cum determinatione promittimus, nam obedientiam secundum ordinem profitemur. Non est ergo in prelati potestate ad ea quæ supra professionis suæ ordinem sunt, subiectum suum violenter cogere. Debitum namque est quod præcipitur secundum ordinem, indebitum quod est supra professionem. Boues itaque cum propheta offerimus, quæ & debita & indebitam obedientiam animo nostro extorqueamus, & constanter exhibemus. Vaccas autem veraciter tunc offerimus, quæ vtramque obedientiam nō solum æquanimiter, sed etiam delectabiliter exoluimus. Quæ ergo ab Abraham sola vacca requiritur, vel a tanto (vt dictum est) viro vna tantum exoluitur? Nam nec sola indebita obedientia ad debiti solutionem, nec sola debita sufficit ad perfectionem. Dicā certe, dicā quod super hac re aius mihi suggerit, iudicet quisque: quæ voluerit. Potes si volueris nullam obedientiam indebitam tibi facere, & tunc non video quomodo Deus a te possit plus quam vnā vaccam exigere. Si promittis coram deo tuo, vel profiteris coram prælato tuo obedientiam ad omnia, iam tibi de religio nulla obedientia erit indebita, & pro debito obedientiæ sufficit tibi solam vaccam offerre. Melius (vt mihi videtur) vna sola vacca iuxta hunc modum offeratur, quam cum hostia tua iuxta prædictum modum geminatur. Nulla sane tibi obedientia videbitur grauis, vel importabilis, si illius exemplū perfecte gemularis qui factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vaccam ergo in dñi sacrificio iuxta Abraham exemplū offerimus, si plenā ad omnia obedientiā promittimus, & cū gaudio exoluimus. Prompti autem & parati sumus quantum in nobis est non solum melioribus vel æqualibus, verū & peioribus talem obedientiā exhibere, & constabit nos proculdubio iuxta dñicū præceptum vel documentū vaccam triennem obtulisse. Hostiā talem, vaccam profecto triennem offerre nos voluit qui dixit: *Subieci. Et estote omni humane creature propter Deum.* Ecce de vacca, nunc videamus de capra. Sed facile est (ni fallor) ex superioribus colligere, cur maluit dominus ab Abraham capram potius

Boues quando nā sunt a nobis oblati. Quando vaccas offerimus.

Philip. 2.

1. Pet. 2.

quam hyrcum exigere. In hyreo vel capra intelligitur voluntarius contemptus. Capra autem licet præbere solet non hyrcus. Capram ergo offerre est contemptum suum cum magna cordis dulcedine sustinere. Est autem (vt dictum est superius) fortior sexus masculinus quam femininus. Hyrcus ergo non capra offertur, cum sui contemptus a quolibet non tam gaudenter suscipitur, quam fortiter sustinetur. Qui ergo capram non potest, offerat vel hyrcum, qui horū potest neutrum, offerat vel hædum. Hædus tenera res est, & qui sine lacte matris vix vel nullo modo viuere potest. Hædum itaque offert, qui contemptum suum ægre quidem & cum magna molestia sustinet, alienæ tamen consolationis lacte recreatus patientiam sibi extorquet. Dum itaque contemptum suum alius sustinet patienter, alius fortiter, alius gratanter, vnus hædum, alter capram, alius capram offerre videtur. Si igitur contemptus patientiam amplecteris, offers hædum de capris. Offers capram contemendo contemptum tuum. Offers capram exhylarefendo ad illatam iniuriam. Capram (ni fallor) erat oblatio eorum de quibus habetis in actibus Apostolorum. *Ibant Apostoli gaudentes a conspectu contumeliam pati.* Si autem pauperculus es, & ad oblationem capræ uel hyrci non sufficis, offer saltem hædum de capris. Hædinus certe carnibus Iacob patrem suum satiat, & fratri debita benedictionem accipit. Audis benedictionem attende & qualem. *Det tibi Deus* (inquit) *De rore cæli, & de pinguedine terre, abundantiam frumenti, & vini, & olei, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratri tuo, & incuruetur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi benedictionibus repleat.* Qui igitur cupit talē benedictionē hereditare, audiat cōfiliū Rebeckæ. *Affer* (inquit) *mibi duos hædos optimos, vt ex eis faciā escas patri tuo, quibus liber uescit.* Vides certe quod duos eū hædos parare oporteat, quod ad tantā benedictionē anhelat. Certe cū male agis, iuste cōtemneris. Et quod aliud quæ hædinas carnes offers si patientiā amplecteris? Qui autem est inter bona opera cōtemnit, & tū patientiā amplectitur, hostiā suā geminare vult. Geminus itaque hædos offerre, est tā iustum quā iniustum contemptum patienter sustinere. Geminū autem hyrcū tūc quis offerre vult, quæ & ad iustum & ad iniustum contemptum fortiter sustinendū præoptus inuenit. Capras autem offerre, est ad vtrumque contemptum mente hylarefere, & inter quilibet iniurias & quilibet iniustas, cordis dulcedinē corde retinere. Sed quæ cū beato Iob veraciter dicere potest, *Neque enim reprehendit me cor meum in oī vita mea*, nescio quō in hoc genere sacrificij possit geminari illius hostia. Quomodo n. quæso iustum contemptum incurere valet, quæ sua conscientia in nullo remordet? Merito ergo dñs ab Abraham vnā tantum caprā quæruit, cuius vita irreprehensibilis fuit, & qui ab alijs non nisi indignè

Cur capri potius quæ hyrcū comminus ab Abraham exacerbat.

Act. 5.

Gen. 27.

Hodierne carnes quando à nobis oblati.

Iob. 27.



contemni potuit. Merito David suam in hac parte hostiam duplicavit, quia inter multa bona quae egit, gravissima etiam quaedam mala commisit. Habuit itaque in vita sua & vnde iuste, & vnde non nisi iniuste reprehendi vel contemni potuisset, vnde & necesse fuit ut suam hostiam in domini sacrificio geminare. Facilis qui sic vivit, ut non sit vnde ab alijs iure reprehendi possit. Sufficit ei qui cuiusmodi est caprum vnu offerre, & iniustam contemptu aequanimiter suscipere. Capra aut tunc est perfecti viri oblatio, cum iniuste spreus suscipit cum gaudio. Contemnimur sane modo a superioribus, modo a coequalibus, modo ab inferioribus. Debemus aut quorūlibet derisus & opprobria iniuste libenter, immo & gratulanter suscipere, & hoc erit (ut arbitror) capra trimam offerre. Ecce de vacca, ecce de capra. Superest adhuc considerare de oblatione arietina. Bidens aial mansuetus est, & idcirco (ut iam docuimus) potest huiusmodi mansuetudinem figurare. Pecudem ergo offerre cum mansuetudinem exhibet. In te autem est utrum velis agnum vel ovem sine arietem offerre, & in domini sacrificii ponere. Agnus (ut novimus) hac non tam fundit quae fugit. Ecce trario aut ovem non tam fugit, quam fundit. Arietis vero neutrum horum solet facere, quin potius cornibus ferire. Agnum itaque facit, qui ex aliena consolationis dulcedine ad mansuetudinis gratiam proficit. Quem autem in domini sacrificio exhibet, qui blanda de consolationis, & pietatis sollicitudinis studio alios ad mansuetudinis gratiam promouet. Arietem vero tunc veraciter offerimus, si in spiritu lenitatis delinquentes corripiamus, & pro domino zelantes contra praevicarios pietatis severitatis cornibus saevimus. In agno itaque intelligimus mansuetudinem trepidantem, in ove mansuetudinem blandientem, in ariete mansuetudinem zelantem. In agno mansuetudinem timorantem, in ove mansuetudinem pietatis, in ariete mansuetudinem severam. Agnum offerre humiliter acquiescendo, ovem devote blandiendo, arietem pie increpando. Itaque in mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salutare animas vestras, & agnum obtulistis. Cofortate manus fatigatas, & genua dissoluta roborate, & ovem sacrificatis. Iuxta Apostolum autem argue, obsecra, increpa, virtute mansuetudinis ubique servata, & erit aries (ut arbitror) oblatio tua. Puto iam non miraris cur dominus in hoc genere hostiae masculinum sexum ab Abraham exegerit, qui in alijs hostiarum generibus femininum praeelegit. Non est mirum vel insolitum animam mansuetudine fundatam cordis dulcedinem corde servare, & iuxta ovem similitudinem conceptam dulcedinem quasi lac quoddam effundere, & per verba distillare. Sed hoc vere magnū, hoc vere mirandū, cum cor mansuetū & piū sibi extorquet pro domino zelare, & increpationis cornibus delinquentes ferire. Quātū ad me attinet plus miror, vel malo vnu arietem iuxta Danielis somnii ventilantē contra occidentem, & contra aquilonem, & meridie quae plures oves lacte abundantes. O quale quantumque sacri-

Capra quando sit perfecti viri oblatio?

Quis offerat ovem? Quis arietem?

Agnus ovis, & aries, quando nostra sint sacrificia. Iacob. 1. Esai. 35. 2. Tim. 4.

Dan. 8.

ficiū erit pro veritatis testimonio, nec sibi ipsi quidem parcere, sed pro reformationis zelo persecutū furorē contra se sponte provocare. O quale sacrificiū suas iniurias cum mansuetudine pati, libenter obliuisci, domini iniurijs vehementer indignari, & increpationis cornibus seuendo fortiter vici sci. Hoc est (ut arbitror) arietem offerre, & in domini sacrificio ponere. Sed merito & hoc in loco iuxta superiorem in modum quaeritur, cur ab Abraham vnum tamen aries exigitur, cum David propheta maius aliquid proponere vel promittere videat, in eo quod dicitur. *Holococausta medullata offeram tibi cum incenso arietum.* Non dicitur cum incenso arietis, sed cum incenso arietum. Sed sicut in caprae immolatione docuimus, quia quicquid iuste, quicquid iniuste committitur, sic sane modo iuste modo iniuste affligimur, & vicissim iustā vel iniustā persecutionem patimur. Qui igitur iustā persecutionem quoties incurrit cum mansuetudine tolerat, quasi vnum qui cuiusmodi est arietem in domini sacrificio immolat. Qui autem inter zelandum pro domino modo iniuste affligitur, & veramlibet persecutionem sine mansuetudinis suae detrimento patitur, isto profecto hostiam suam geminare videtur. Qui vero sine querela sunt, & irreprehensibiliter vivunt, hi sane non habent vnde hostiam suam geminare vel debeant vel valeant. Puto quia illis sufficiebat ad perfectionem vnum tamen arietis oblatio, de quibus testimonium habemus ex Evangelio. *Erant autem ambo (inquit evangelista) iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela.* Animadvertitis (ut arbitror) quod maius sit vnum arietem iuxta hunc modum offerre, quam iuxta praedictum modum hostiam suam geminare. Ille vero trium annorum arietem domino immolat, qui non solum in patientiores vel aequales potentes, sed et potentiores libere increpationis cornibus impugnat, quoties zelus reformationis hoc exigit, vel regula veritatis dicitur. Ecce iam diximus quid de vacca, quid de capra, quid demum de ariete sentire debeamus. Ex his itaque (ut arbitror) animadvertitis qualia fereula in domini mensam parare debeatis. Sed si domino mensam locupletem volumus exhibere, debemus ad similitudinem Abraham ex turture & columba adhuc quartum vel quintum ferculum superaddere. Studijs igitur perfectae operationis adiungamus etiam studia contemplationis. Illa sane ad quadrupedia, ista pertinent ad volatilia. Quadrupedia in terra degunt, volatilia pennas se in alta sustollunt. Per actionem quasi in terra conuersamur, per cogitatum & desiderium in sublimibus suspendimur. Quasi igitur pennata aialia domino offerimus, quoties ex deuotionis officio ad futurorum considerationem penna contemplationis volamus. Per turturē & columbā intellige contemplationem geminā. In turture contemplatione aeternorum malorum, in colūba contemplationem aeternorum bonorum. Haec autem aues non tam canere quam gemere solent, & gemitum per catum habent. Sicut in penna gratiam contemplationis, sic in caru catu vel gemi-

Psal. 67.

Luc. 24.

Quid in oblatione turturis & columbae intelligendum.

tu intellige virtutem compunctionis. Debemus autem hincinde aeterna mala vel bona meditari, contemplari, & in eorum consideratione compungi. & hoc erit turturē & columbā offerre, & pro parte hostiam nostram duplicare. Turtur solitudinem diligit, & soliuagus incedit, & in hoc formam timoris gerit, qui semper diuerticulum quaerit. Columba gregatim volat, & ex eo formam dilectionis ostendit, quae corda semper conciliat, & in vnum pacis concordiam ligat. In turture igitur compunctio timoris, in columba attenditur compunctio amoris. Si aeterna mala meditaris, & in eorum consideratione non compungeris, turturis pennas habes, sed turturis cantum non habes. Si in aeternorum bonorum contemplatione defigeris, & in eorum desiderio inardescis & lachrymas fundis, profecto columbinum & volatum & cantum te habere ostendis.

DE DIFFERENTIA SACRIFICII ABRAHAE a sacrificio Beatae Mariae virginis.



Vdiumus de magno patriarcha Abraham quod obtulerit in sacrificio domini turturē & columbā, beatę vero virginis Mariae sacrificio fuit par turturū, & duo pulli columbarum. Multū oino videri differre sacrificio patriarchae Abraham a sacrificio beatę Virginis Mariae. Quid horum maius, quid horum melius? Sed quis audeat aliquem sanctorum nisi solū sanctū sanctorum beatę Virginis Mariae anteferre, vel aequiparare? Indubitanter itaque quod optimum est tantę dominae attribuimus, sed iterum valde durum ut perfectioni tantū patriarchae aliquid detrahamus. Omnino tamen non videri esse sine causa talis vel tanta hostiarum differentia. Sed si iuuat ista plenius intelligere, opus est altiori consideratione. Videtur autem ad turturis volatum & cantum pertinere in aeternorum malorum consideratione, gemitum & planctum effundere. In eternorum vero bonorum contemplatione gemere & suspirare, hoc est columbinū cantum habere. Recolat itaque homo quid boni peccando amiserit, vel quid mali eodem modo incurrit, ut melius pleniūque intelligat ad quem statim laborando, gemendo, suspirando anhelare oporteat. Geminā namque captiuitatem peccando in currit, & geminam dignitatem amisit. Sponte siquidem subditus culpa, iniustus quidem additus est poena, & de cetero perdidit stabilitatē gratiae, & perpetuitatē gloriae. Tali itaque gratia & gloria nudatus homo volens nolens subleuit peccato & subiecit flagello, & beui vivens tunc repletur multis miserijs quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Geminā itaque captiuitatē, ut pote exactionē culpae & poenae Richardi S. Victoris Pars I.

ne nascendo contrahimus, & quamdiu hic viuimus, fixam gratiae stabilitatē gloriaeque perpetuitatē recuperare non possumus. Debemus ergo omnī diligentia, & quanta possumus instantia ad hoc utique laborare, modumque in omnibus obtinere, ut mala quae contraximus nascendo, deponamus moriendo, & bona illa quae in prokursu huius vitae recuperare non possumus, statim ad ingressum subsequenter vitae obtineamus. Perfecti namque viri in ipso statim exitu animae, in ipso primordio incipientis vitae emancipantur a culpa, & liberantur a poena, confirmantur in gratia, & sublimantur in gloria. Hanc autem geminā libertatē a culpa & poena, hanc vero geminā dignitatem in gratia & gloria, quas soli perfecti accipiunt in egressu animae, quid aliud dixerim quam quaedam primitias plenitudinis futurae? Accipiant ergo perfecti primitias istas in sola anima, accepturi postmodum plenitudinē in vtraque natura. Pro primitiis vero geminā libertatis gemere & suspirare, & de ipsis per mortē obtinendā firmā spem tenere, hoc erit (ut arbitror) par turturū offerre. Pro primitiis autem geminā dignitatis gemitus & suspiria effundere, & eorum obtentum in exitu animae de domini pietate presumere, hoc erit (ni fallor) duas columbas in domini sacrificio impendere. Geminā libertatem, & geminā (ut diximus) dignitatem in morte accipiunt soli perfecti, vnam vero libertatem, & vnam tamen dignitatem accipiunt omnes electi. Nam statim post egressum animae sub eodem tempore momento, & emancipantur a peccato, & confirmantur in bono. Si quidem electorum sed minus perfectorum animae sicut & certae mox in corporis sui depositione fortis suae suam accipiunt, & ex eo quod aeternam damnationem euaserunt, ex eo quod futuram glorificationem suam praenoscunt, ex eo quod a gratia saluatoris Christi post tot delicta se nunquam destitutos esse cognoscunt, ad tantum conditoris sui amorem conualescunt, ut nemo eorum de cetero aliquid omnino facere vellet vnde Deum offenderet, et si id impune liceret. Contra autem omnes reprobi postquam damnationis suae suam accipiunt, ad quantulumcumque diuini amoris scintillā nunquam assurgunt, & ex quo de aeternis bonis penitus desperant, ad ea quae in hac vita nouerant, & peruerso amauerant, desiderant redire, & in eis semper viuere vellent, si impune hoc possent. Constat itaque eos peccato in perpetuum subseruire, non tam actione quam voluntate. Malorum itaque animae in exitu suo confirmantur in malo, bonorum vero confirmantur in bono. Et quis electae quaedam, sed minus perfectae teneatur adhuc satisfactionis debito, & multo forte tunc purgentur a vicio, absit tamen ut de cetero aliquo modo subseruiant peccato. Emancipantur itaque a culpa, non tamen liberantur a poena, confirmantur in gratia, nec tamen sublimantur in gloria, sed quae post mortem saluatoris agit erga minus perfectos, hoc antefolutū redemptionis nostrae precium agebatur et erga valde perfectos. Emancipabantur namque a seruitute peccandi, nec tamen liberabantur ab omni debi-

Par turturum offerre quod sit. Duas columbas offerre quid sit.

to patendi. Nam ( vt de cæteris taceam ) patiebantur certe exilium & ergastulum. Sed quale ergastulum? Certe infernum. Taceo q̄ non rapiantur ad gaudia cæli, sed nec reuertebantur ad amena paradisi. Quamuis igitur confirmarentur in bono, non tam consummabantur in gaudio. Audenter dico, q̄ nec ipse Abraham geminam illam libertatem quæ est a culpa & pœna in corporis depositione accepit, nam illam quæ est a captiuitate longinque peregrinationis nec petere, sed nec sperare præsumpsit, merito ergo non turtures, sed turturem obtulit, & pro hac parte hostiam suam duplicare non debuit. Quod dico de obtentu gemine libertatis, idem dico de obtentu geminæ dignitatis. Stabilitatem namque prioris gratiæ quam sperauit & quæsuit in morte accepit, sed ante saluatoris aduentum ad æternitatis gloriã transire non potuit. Merito ergo eius oblatio in eiusmodi auium genere, non nisi vna columba fuit. Beata vero virgo Maria quoniam de vtraque tam libertate quam dignitate in carnis depositione obtinenda secura fuit, recte hostiam suam ex vtraque parte duplicare potuit. Iam credo tenetis quam merito debuit eiusmodi differentia interesse inter sacrificium Abraham & sacrificium beatę Virginis Mariæ. Sed adhuc illud in his videtur inquisitione dignum, cum magis elegerit offerre par turturum quam par columbarum, e conuerso autem duos pullos columbarum potius quã duos pullos turturum. Vnum autem scio, quia bona cœlestia, bona eterna, quanto certius, quanto fidentius speramus, tanto libentius, tanto propensius pro eis laboramus. Quanto autem pro eis amplius desideramus, tanto maiora vel potiora speramus. Quãto autem meliora speramus, tanto ardentius amamus. Quanto vero ardentius amamus, tanto vehementius, tanto anxius desideramus. Sic utiq; sic ex securitate spei nascitur anxietas desiderij. Habes itaque auem in spei securitate, habes eius pullum in desiderij anxietate. Spes siquidem quę cœlestibus & æternis inhiat, auium more ad alta quidem & longinqua volat. Pullus de volucris nascitur, & desiderij anxietas eo ordine quo diximus de spei certitudine generatur. Pullo- rum est assidue clamare, & raro a clamore cessare. Nouit hoc ille qui dixit: *Sicut pullus hyrundinis sic clamabo.* Pullus itaque satis anxie clamare solet, & anxium desiderium in aure conditoris vocem magni clamoris habet. Hinc est quod Moyse tacenti, sed anxio desiderio æstuantem dicitur a domino. *Quid clamas ad me?* Hinc est illud psalmistę. *Desiderium pauperum exaudiuit dominus.* Solet autem huiusmodi desiderium in quibusdam adeo crescere, vt tædeat eos viuere, ita vt veraciter vox illorum videatur esse. *Tædet animam meam vitę meę.* Illud namque bonum quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quis quæso poterit cum spei certitudine expectare, & ingenti desiderio non æstare, & pe-

Cur B. Maria obtulit par turturum, & duos pullos columbarum, si se declaratur.

1. Cor. 10.

Exod. 14. Psal. 10.

Iob. 10.

nè non nisi impatienter viuere? Pertinet autem ad auem (vt dictum est) confidentia spei, ad eius vero pullum impatientia desiderij. Audi vocem volucris in loco solitudinis suaviter modulantis. *Scimus* (inquit) *quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam eternam in celis.* Ecce quanta confidentia spei. Attende & in alio vehementer desiderij, simul & intellige clamorem vociferantis pulli. *Quando veniam* (inquit) *& apparebo ante faciem Dei.* Sed quando aliquis huius vitę fastidio, futuraque vitę desiderio æstuat, interest vti que qua intentione id agat. Nam alium ad hoc ipsum timor impellit, alium vero amoris vehementia trahit. Illum exagitat timor incipientis periculi, & incumbentis mali, istum amor & æstus perfuendi desiderij. *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Accipe & illam amoris nimitate æstuantis. *Cupio dissolui & esse cū Christo.* Vtrobique audis desiderium mortis, & tædium vitę p̄sentis. Illa vox pertinet ad pullos turturum, ista ad pullos columbarum. Qui nam geminæ (quas superius distinximus) captiuitatis odio, geminæq; libertatis desiderio morti desiderat, & multis gemitibus atq; suspirijs in id ipsum anhelat, qd aliud in Dei auribus q̄ mors pullorū de nido turturū clamitat? Qui autē cū mori cōdij desiderio orat & plorat pro abundantia græ & glorię q̄ in futuro expectat, quid aliud q̄ pullorū more voce colubina clamat? Geminā namq; libertatē in carnis depositione sumiter sperare, & in hac expectatione patienter viuere, hoc est (vt iā diximus) par turturū offerre. Harū vero libertatē desiderio ardentius æstare, & pro earum obtentu citius mori velle, & hoc ipsum qd̄ viuunt impatienter ferre, hoc esse v̄ de pullis turturum hostiã immolare. Similiter q̄ sublimationē geminæ dignitatis in spe securitatis patienter expectat, par colūbarū i dñi sacrificio immolat. Qui vero morarū impatientis in id ipsum anhelat & æstuat, de pullis columbarum domino sacrificium parat. Quis, n. plenitudinem illam gratię & glorię quantumlibet perfectus in hac vita obtinere, quam statim post anime exitum obtinere non dubitat, sic vt possit iugiter diuinę contemplationi inherere, & ab illa nulla abduci cogitatione, vt possit in illo solo delectari, & in illo omni hora vel momento gloriarī? Non est hoc huius vitę vt oportet quantumlibet perfectum tantę iucunditatis dulcedinem (vt cœtera taceam) saltem dormiendo interpolare. Quis illud primum & maximum mandatum in hac vita ad plenum possit implere Deum videlicet toto corde, tota anima, tota virtute diligere? Qui igitur pro obtinendo tantę plenitudinis desiderio vitam istã fastidit, & pro implendi desiderij acceleratione suspirat, ingemiscit, & lachrymas fundit, pullos colubinos dñi sacrificio impendit. Multi in magnis tribulationibus & tētionibus sunt, & fortiter agunt, securi de gemina

1. Cor. 10.

Psal. 41.

Rom. 7. Philipp. 1. Vocē pulloꝝ turturę quis habet.

Et quis habet vocem pulloꝝ columbarę?

mina libertate, si detur perseuerare. Sed sepe non nouit eorum qui eiusmodi sunt, propter metum cadendi, & laborem patendi, desiderant cito mori, vt ab omni periculi suspitione de cætero possint esse securi. Sed attende ne forte videatur esse signum nonnullius impatientiæ laborum certamina subterfugere velle, signum similitur nonnullius diffidentię sub cadendi metu vltra modum trepidare. Certum namque esse debet perfectis omnibus, quia fidelis est Deus, qui nõ patitur nos tēteri supra id quod possumus ferre, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possimus sustinere. Hinc est quod quidã inter summam pericula tam constanter agunt, tam securi de dñi protectione consistunt, vt indubitanter audeant & dicant, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei quę est in Christo Iesu. Quantum itaq; ad considerationē euadendi periculi, maius v̄ firma de dñi protectione securitas spei, quã nimia vehementia desiderij. Sed illud pertinet ad par turturū, istud ad pullos eorū. Maius ergo v̄ esse par turturum q̄ eorum pullos offerre. Sed absq; dubio alia v̄ esse lex timoris, atque alia (ni fallor) amoris. Velle quiescere & esse securū, non est tā amantis amicum, quam amantis semetipsum. Illum vero quę diligit aia sua velle videre, illius desiderio æstare, & donec illum videat, apprehendat, inhercat, nullo modo posse quiescere, videtur esse signum summę deuotionis, & admirandę charitatis. Videtur itaque pro hac parte multo maius aliquid esse impatientiæ æstuantis desiderij, quam sine ardenti desiderio sola securitas spei. Sed istud vltimum pertinet ad par columbarū, illud primum ad pullos earum. Maius itaque sacrificium videtur esse, duos pullos columbarum quam ipsas columbas offerre. Ecce quod diu quæsiuimus tandem aliquando inuenimus, quia maius aliquid est offerre par turturum, quam pullos eorum, e contrario vero minus videtur offerre par columbarum, quam pullos earum. Iam non miraris (ut arbitror) si sanctorum sanctissima perpetua Virgo Maria in utroque genere hostiã obtulit, quod iuxta mysterij dignitatē utrobique optimum esse cognouit. Absit ut dicamus uel credamus beatã Virginem Mariam propter metum patendi, vel timorem cadēdi mortis desiderio vrgeri. De nullo enim sanctorum rectius creditur quam de ipsa quod parata fuerit semper quantum in ipsa fuit, ad omnia tormentorum genera pro Christi nomine sustinenda. Metu vero cadendi quomodo vrgeri potuit, quę in carne qua Christi carnem genuit, nutriuit, nil cōtradictionis portauit? Ad momentaneum contactum dextrę salutaris leprosus mundatur, ad tactum simbrię mūdāta est & illa quę fluxum sanguinis patiebatur, quanto magis illam ab omni contagio mentis & corporis mundari oportuit, quę tãdiu totum in

1. Cor. 10. Confidentia & securitas in fidelibus vnde.

Rom. 8.

Velle quiescere & esse securū cuius sit.

B. Virgo semper parata ad omnia genera tormentorū sustinenda.

Matth. 8. Luc. 8.

vtro, quę toties totum in gremio circumplexa fuit, quę illius (vt sic dicam) medelę plenitudinē modo intus intusam, modo exterius adhibita sufficienter habuit, illius inquam medelę quę tollendis omnibus omnium morbidorū morbis satis superque sufficere possit? Quomodo obsecro cadendi vel patendi metu vsq; ad vitę tædium vrgeri potuit, quę iuxta angelicę salutationis preconium gratia plena fuit? Sed quo eam impellere non potuit timor, potuit attrahere amor. Quis vnquam ex omnibus Christi dilectoribus libentius mori vellet, vt eius diuinitatem videre posset, vt maiestati illius immensitateque perpetuã cōtemplatione inhereret? Quis vnquam huiusmodi desiderij seruiore ardentius æstauit? Quãto certe præ cæteris dilexit, tanto præ cæteris diuinę visionis dulcedinem, dulce dinisq; sempiternitatem ardentius desiderauit. Audenter dico quod nec illa quę præ cæteris dilexit huic dulcedini inseparabiliter inherere, vel hanc solam & sine interpolatione haurire potuit, quamdiu in hac vita fuit, & corpus corruptibile portauit. Corpus. n. quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Quia igitur illam plenitudinem, gratiæ & glorię in hac vita obtinere non potuit, quam in sua assumptione accepit, quid mirum si acceptionis illius horam ardentem desiderauit, q̄ nullus cadendi vel patendi timor ad mortis desiderium impellere potuit? Par turturū in eo quidem obtulit, q̄ geminam libertatē in carnis suę depositione quam confidenter, tam patienter expectauit. Pullos vero columbinos potius quam par columbarum obtulit, in eo q̄ ad geminam illam superius iam dictam gratiæ & glorię plenitudinem, etiam cum mortis desiderio anhelauit. Abraham vero (vt dictum est) ad carnis depositionem, non de obtentu glorię, sed de sola acceptione stabilis gratię securus fuit, non tñ in ea plenitudine quam beata Virgo Maria, vel perfectorū quilibet sub hoc tempore accepit. Quid ergo mirum si horam acceptionis tepidius desiderauit, qui minus sperauit? Recte ergo non pullos vel pullum columbarum, sed solam columbam obtulit. Turturem itaque Abraham in spe certa obtinendę libertatis a culpa, columbam obtulit in spe certa percipiendę perpetuę stabilitatis in gratia. Si perfectionis studia æmulari, si spūales effici volumus, in sacrificio dñi iuxta exēplum Abraham animalibus etiam aues adiungere debemus. Aues quidem se in acra suspendunt, quod animalia facere vtique non possunt. In auiibus itaque intellige studia spiritualia, in animalibus exercitia corporalia. Ad animalia pertinent studia exteriora, ad aues studia interiora. Ad illa exercitia corporis, ad ista exercitia mentis. Interiora autem nostra solus Deus videt, exteriora vero nostra videre etiã proximus valet. Illa quę intus agimus fiunt propter solum Deum, illa quę extrinsecus gerimus partim propter Deum tantum, partim etiam propter proximum. Multa enim

Sap. 9.

Quid ita auiibus, quid animalibus intelligendum.



enim sunt propter solum beneplacitum diuini, multa propter utilitatem vel beneplacitum hominum. Recte ergo de Abraham scriptura dicit, quod animalia diuisit, aues vero non diuisit. In illis namque exercitijs quae solummodo patent diuinis conspectibus, & qualia ad aues pertinere iam diximus, nihil aliud oportet intendere, nisi ut merito debeant diuinae voluntati placere. In corporalibus vero exercitijs quibus tum propter Deum, tum propter proximum insistimus, intentionem geminamus, & pro hac parte hostiam nostram diuidimus. Debemus vero hostiam nostram non solum iuxta hunc modum diuidere, sed etiam diuisiones ipsas aliter contra se inuicem ponere, & utramque partem alterna consideratione pensare. Nam in his quae propter proximum facimus, offensam Dei cum omni cautela cauere debemus, & in his quae propter Deum gerimus in quantum possumus proximi scandalum vitare debemus. Solum autem illam hostiam quae ex animalibus est debemus diuidere, sed tam istam quam illam quae ex auiibus oportet iuxta exemplum Abraham a volucrum rapacitate defendere. Nam volucres (ut scriptum est) super eius hostiam descendebant, & Abraham eas abigebat. Quid autem intelligimus per huiusmodi volucres, nisi vanas & inceptas cogitationes? Sepe ex bonis quae intus vel exterius operamur, modo superbia, modo inani gloria tangimur, & apud nosmetipsos in immensum gloriamur. Sed si huiusmodi inceptis cogitationibus viriliter non resistimus, boni operis fructum nobis in Dei oculis euacuamus. Dicitur autem volucres quasi ad sacrificiorum nostrorum rapinam descendunt, quoniam improbae cogitationes a spiritibus malignis ad meritorum nostrorum corruptelam immittunt cordi nostro superueniunt. Nam spiritus quidem maligni coisps quasi supra nos sunt, quo eminationis conditionis & angelicae naturae existunt, & in Euangelio volucres caeli dicti sunt. Debemus itaque inceptas cogitationes, & quaslibet immisiones per Angelos malos, per increpationem ferre, & hoc erit cuiusmodi volucres abigere. Qui igitur haec audit, vel legit apostolico documento addiscat, quomodo elationis vel inceptae gloriationis rapacitatem abigere oporteat. Quid (inquit) habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quod gloriaris quasi non accepisti? Solum malum habere potes de teipso, nullum autem bonum, nisi ex munere diuino. Attende ergo quam sit impudens gloriatio gloriari de malo tuo, vel de bono non tuo? Si ista diligenter, si ista frequenter retractamus, deuotionis nostrae hostiam citius ab ea quam diximus volucrum rapacitate eripimus. Ecce habemus quales hostias debeamus domino Deo nostro offerre, ecce habemus quomodo eas oporteat a rapacitatis incursum defendere. Vtinam vnusquisque nostrum huiusmodi studijs consueque insistat, donec sol occubatur, & vanitatis amor paulatim deficiat, & carnalis prudentiae radio subdacta feruor concupiscentiae tepescat. Per globum namque igneam atque corporum qui molem terrae

Gen. 15.

Quid in nostris operibus cauendum.

Idem.

Ineptae cogitationes e corde nro, exemplo Abraham, abigere debet.

Matth. 13. Mar. 4. & Luc. 8.

Quid sit volucres abigere?

1. Cor. 4.

A circumuire non definit, & in circuitu pergens nunquam quiescit, quid melius, quid rectius hoc loco intelligimus, quam amorem terrenorum, amorem transeuntium qui infirma ambit, & animum quem inflammat nunquam quiescere sinit? Sol iste & per prudentiam carnis splendat, & per carnis concupiscentiam feruet. Sol iste absque dubio tunc occumbit, quando carnalis prudentia hebescit, & carnis concupiscentia sensim refrigerat. Ut autem sciamus quid eiusmodi solis occasum quandoque sequi soleat, audiamus quid scriptura dicat. *Cumque sol occubisset irruit sopor super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.* Solis itaque occasum sopor, sopor sequitur horror. Per soporem corporis (ut oes nouimus) sensus corporeus sopitur, & animus humanus a rebus adiacentibus alienatur. Congruere igitur satis per soporem, mentis alienatio intelligitur. In huiusmodi vero sopore mens saepe ex diuina reuelatione cognoscit, & quasi per somnum apta visione cernit quae prius & velut vigilans vix tenuit, vel nullo modo cognoscere potuit. Hinc est illud quod in Iob per Helium dicitur. *Per somnium in visione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.* Huiusmodi sopor iuxta arbitrium hominis nullo modo venit, sed pro beneplacito ipsius qui illum immittere consuevit. Merito ergo de hoc sopore dicitur quia irruit, eo quod subito & inopinatum venit. Sopor itaque irruit, quando spiritualis quispiam repentino impetu in mentis alienationem transit. Quando autem homo iuxta hunc modum soporatur, & extra semetipsum rapitur, mira & stupenda sunt saepe quae per excessum videntur. Miraris fortassis qui haec audis, quia nil in te tale adhuc experieris. Nescis quia omnia tempus habent? Vigilantia vti que & sopor tempus habent. Vigilantia in die, sopor in nocte. Forte tibi nondum sol occubuit, necdum vanitatis amor defecit. Solo feruente nescit ille quem determinauimus sopor irruere. Solis occasum (ut diximus) sequitur sopor, soporem nihilominus quandoque subsequitur horror. Multa enim mens humana sub huius saepe soporis tempore videt, quae sine pauore & tremore seu etiam horrore videre non valet. Vnde est illud Eliphaz Themanites. *In horrore visionis nocturnae, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.* Audi & alium, & attende quid intellexerit quasi per somnium. *Ego dixi in excessu mentis meae, proiectus sum a facie oculorum tuorum.* Quid mirum si eius animus inhorruit qui se a facie domini proiectum vidit? De homini terrore vel horrore per ipsum Iob dicitur. *Si dixero consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.* Quasi. n. per somnia terre, & per visiones horrore concuties, quoniam mens humana supra semetipsam ducta

Amor terrenorum, nunquam animum quiescere sinit.

Gen. 15.

Sopor quid.

Iob. 33.

Sopor quando irruit in homines.

Iob. 4.

Plal. 3e.

Quid sit hominem terrore concuties.

ducta, & ad diuinorum iudiciorum contemplationem raptam, ex diuina reuelatione videt quantum periculis quotidianis momentis subiaceat. Videt quam sint infinita aeterna bona quae perdidit, quam sint horrenda aeterna mala quae meruit, videt quam facile sit omni hora cadere, semel lapsus quam sit impossibile per semetipsum resurgere, videt quomodo quidam a summis virtutum studijs in ima viciorum cadunt, quomodo econuerso quidam ab imo viciorum ad summa virtutum fastigia consurgunt, & in his omnibus nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues comprehendunt laqueo, sic capiuntur homines tempore malo cum eis ex templo suo peruenit. Quid ergo mirum si quodam horrore concutiuntur, qui sub quanto periculorum incerto humana infirmitas laboret diuinitus eruditur. Denique attende quid Abraham quasi per soporem didicerit & animaduertens quam merito inhorruerit. Dicitur namque est ad eum. *Scito praenoscens quod peregrinum sit futurum semen tuum in terra non sua, & subiciet eos seruituti, & affliget quadringentis annis.* Per semen Abraham si vis intellige ipsius virtutes. Per semen Abraham si vis intellige virtutum aemulatores, Abraham exemplo viuentes, & vitae ipsius imitatores. Nonne virtutes ipse regi Pharaoni deseruiuit, quando sinistra intentione fuit, & per hypocritam deprauatae nil nisi mortis luera conquirent? Et saepe fit vt virtutum studia quae inchoata fuerant intentione bona, tandem acutentur intentione mala. Nonne semen Abraham regi Pharaoni in luto & latere seruit, quando quilibet virtutum aemulator fortis, qui egrediens de terra & de cognatione sua, diu iuxta Abraham exepit, iuxta tandem aliquando in modum Dauid in aliquod flagitium cadit? Nam & huiusmodi quilibet si interim ad iustitiam reuertitur, inter filios Abraham reputatur. Attende ergo quam sit plenum timoris pauper & horrore, quod nec in excelso quodam vel de fastigio virtutis detur homini in hac vita vltimus locus securitatis. Valde est rarum & vere paucorum magna agere, nec se magnum putare, multis praereminere, neminem despiciere. Cum enim quilibet nostrum miranda agit, caeterosque studiorum bonorum agilitate praecedat, facile est vt illud Pharaei dicat apud semetipsum, non sum sicut caeteri hominum. Vnde fit saepe vt his qui eiusmodi sunt gratia diuina subtrahatur, & eade permittantur, & consueque nonnunquam paulatim perducuntur, vt tandem aliquando sint tam pertinaces in malo, quam prius fuerant constantes in bono. Nonne hoc est quod dominus minatur, cum ad Abraham dicitur. *Scito praenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua.* Cum caetera clementia semper fluctuare soleant, sola terra in aeternum stat, vnde congrue satis cordis stabilitatem designat. Sed quae bonum est esse stabile in proposito bono, tam malum est esse stabile in proposito malo. Illud est constantia istud pertinacia. Constantia itaque in bono,

Gen. 15.

Per semen Abraham quid spiritus qualiter intelligenda.

Luc. 18.

Gen. 15.

A terra est bonorum, pertinacia in malo, terra est malorum. Quando itaque quilibet praedestinatus ad vitam aeternam perducatur, paulatim ad eiusmodi pertinaciam vere peregrinatur in terra aliena, in terra non sua. Ecce quid facit superbia, ecce quid facit arrogancia. Vasa itaque misericordiae cum incipiunt de suis meritis intumescere pia Dei dispensatione permittunt cadere, vt discant humiliter sapere, & de infirmitate sua vera sentire. Cognitio autem humanae infirmitatis vt plena sit in quatuor gradibus consistit, duos habemus in consideratione mali, duos in consideratione boni. In consideratione mali primo vt sciamus nos nullum malum nostra virtute posse cauere, secundo vt sciamus a nullo malo post lapsum nostra virtute posse resurgere. In consideratione boni vt cognoscamus nos ad nullum bonum nostra industria posse conualescere, secundo vt cognoscamus nec in eo quod diuinitus accepimus nostra industria posse perseuerare. In cognitione autem sui multiplex promotio profectuum, quod aliud est quaedam successio alternatiuum dierum. Ois autem alternatio crescentium seu decrecentium dierum sub anno concludit, & solis cursu consumatur. Recte ergo per annum in quacumque re plenitudo & consummatio cognitionis intelligitur. Ad hoc vero (iuxta quod superius dictum est) permittit homo in vno aliquo vicio multoties multiformiter cadere, vt per multa experientia plene & integre addiscat ab eiusmodi seruitute nulla sua virtute se posse eripere. Quae autem ista experientiae multiformitas vsque ad cognitionis plenitudinem perducitur, quasi annus consummatur. Quando autem eundem infirmitatis suae defectum quilibet in alijs & alijs vicijis per quotidianam experientiam addiscit, & eandem veritatis sententiam in multis experimento probauit, et in alijs ex ratione colligit, & tandem idem in oibus vniuersaliter sentit, iam annorum numerus in cognitionis multiplicatione in centenarium surgit. Nam quia omnes digiti & articuli ab eisdem denominati & ab utrisque compositi infra centenarium concluduntur, recte in centenario vniuersitas figuratur. In anno itaque plenitudinem, & in centenario intellige vniuersitatem. Quando ergo necessariae cognitionis abundantiam & in singulis sufficientur, & in omnibus generaliter habemus, annualem eruditionis nostrae profectum in centenarium producamus. Infirmitatis autem nostrae cognitionem superius per quatuor gradus distinximus. Oportet ergo quasi quadringentorum annorum numerum explere, si volumus hanc quam praelocuti sumus, quadrifidescientiae plenitudinem apprehendere. Pro certo habere, nec est vnde haesitare debeas, quod vsque oporteat te Pharaoni Egyptijsque subesse, vicijis viciorumque in centoribus subsistere, donec experientiae magisterio docearis de tua infirmitate vera sentire, donec plene addiscas in cauendis vel corrigendis malis, in obtinendis vel conseruandis bonis nil oino de tua virtute praesumere. Ecce iam audiuimus vnde patriarcha inhorruit, & quidem vnde merito inhorreere debuit. Audiuimus quae

Quid sit peregrinatio in terra non sua.

Gradus quatuor cognitionis humanae infirmitatis.

Vicijis necessario seruendu, vsque dum vera de nostra infirmitate sentiamus.



Gen. 15. q̄ erāt ad terrorē. audia nus & q̄ esse poterant A ad cōsolationē. *Verūta. nen gētē* (inquit) *cui seruituri sunt ego iudicabo. Et post hęc egredietur cū magna iuba. Tu aut ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona Generatione quarta reuertentur huc. Necdū enim completa sunt iniquitates Amorrhœorum vsq; ad præsens tēpus.* Ecce (vt ex istis aduocare possumus) ex diuina reuelatione, & velut p̄ somnū addiscimus modo tristitia, modo iucūda, modo aut ex vtrifque permixta. Gentē (inquit) cui seruituri sunt ego iudicabo, Per gētes siquidem siue vicia, siue viciorū incētores velis intelligere, vtrosq; vtiq; B hēt Deus iudicio suo atterere, & de bonorū cordib. exturbare, & illa quidē sic atterēdo vt vñq; oīno nō sunt istos alio dānādo vt de cætero semper miseri sint, & bonis in aliquo in aternū praeuolare nō possint. *Et post hęc* (inquit) *egredietur cū magna iuba. Scimus q̄ dē quia filij recōciliationis ex casu suo erudiuntur ad discretionē, ad circūsp̄ctionē, ad humilitatē, & cōpassionē, ad constantiam, ad patientiam simul & perseuerantiam.* Egrediantur itaque cum magna substantia q̄n̄ secū reportant h̄mōi virtutū lucra, & sc̄entia talēta. Habes ego aīarū substantiā in penitentię fructibus & virtutū lucris, habes virtutū substantiam in scientiā & sapientiā thesauris. De h̄mōi substantiā thesauro intelligitur illud in psalmo. Et eduxit eos cum auro & argento. Vide ergo quam sit mirandum, q̄ iucundū, q̄ stupendū q̄ ipsa ēt ruina morū bonis cooperatur in bonū, & impletur q̄ in Apostole legitur. *Scimus q̄m di ligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Cooperat itaq; in bonū q̄ in terra non sua ad tps̄ subseruiunt, qui tādē aliq̄n̄ inde cum magna substantiā exeunt. Cooperat in bonū q̄ aliquatulum t̄pis̄ vicijs succūbūt, qui postmodum quāto exercitiores, tanto cautiore quanto humiliores, tāto cōstātiores vel robustiores resurgūt. Verū illi supra modū felices iudicandi sunt qui ad humilitatis grām ex pr̄uidentię dono proficiūt, qui humanā infirmitatis modū nō tā ex propria q̄ aliena ruina addiscunt. Horū persona in Abrahamā exprimitur, cui a domino dī. *Tu aut ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.* Nec dominus pr̄dicit, nec aliqua scriptura innuit, q̄ Abrahamā alicubi alicuius seruitio addictus fuerit. Non igitur sepe cadendo, sepe resurgēdo vicijsque subseruendo ad humilitatis grām profecit. E Sed dū in libro prouidētię reuelate Deo lectitat, per aliorū exēpla probat quid de sua infirmitate sentire deat. Videamus ergo si illā humilitatis reuelatā q̄ si pius p̄ quatuor gradus distinximus in istius diuinitis edocti dīctis inuenire valeamus. Loquentē ergo cū dño audiamus. *Loquar* (inqt) *cū dño meo cū sim puluis & cinis.* Puluis ad oēm statū de suo loco excutit, & quocunq; deiectus, nunq̄ nisi alieno īpulsu leuat. Ecce hēs formā defectus humani, q̄ tū p̄tinet ad cōsiderationē mali. Subtracta nāq; grā & p̄tēctione di-

Quid sit ex Aegyptio egredi cū magna substantia.

Psal. 104.

Rom. 8.

Gen. 15.

Gen. 18.

uina hō ad inimici suggestione in quodcūq; ma- lū deiecit, & semel deiectū ad statum rectitudinē propria uirtute roborat. Cinis ex se nullū oīno germē producit, & aliunde susceptū, nō dicā ad incrementū, sed ad sustentamentum nutrire ulla sua pinguedine oīno nō sufficit. Habes hic item formā defectus humani, quantū p̄tinet ad cōsiderationē boni. Nullum siquidē boni operis germen pōt hō ex semetipso sine operante grā producere, & cum ex grā operante habere iā reperit, per semetipsum oīno nō poterit sine eius cooperatione custodire. Ecce Abrahamā (vt ex his diētis intelligit) ad illā humilitatis plenitudinē diuinitus eruditus inuenit, ad q̄ quadruplicatū an norum centenariū a multis post multa experimēta peruenit. Quod itaque alij uix per multa experimēta, hoc alij facile addiscunt ex reuelatione diuina. Tu autem (inquit) ibis. Tu quem prae cæteris abundantiori grā praeuenit, tu quē prae cæteris profundius illuminauit. Tu ibis ad patres tuos in pace, immunitis ab oī indignē & dure seruitutis oppressionē. Quid autē est ad patres suos ire, nisi eodē virtutū tramite quo alij in uita uia praeceffere, ad intimā quietis tranquillitatē bonorū operū agilitate properare? Ergo ad pacem properabat qui in pace iturus erat. Ibat p̄ pacē & ad pacē, per pacē internā, ad pacē aternā. Per pacē illam quā mutuo sibi cōciliat, oēm sensum, ad pacem illam quā exasperat omnē sensum. Sopienda itaq; est illa discordia quā est inter carnē & spiritū, vt transitū possit ad illam quā est supra omnem sensum. Quid autē est dñm h̄mōi promissiones alicui facere, nisi eū ad eiusmodi sp̄s̄ & certitudinem interna inspiratione animare? Tu aut ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. In senectute solet tā sensus q̄ appetitus exterioris hōis languescere, & quotidianis detrimētis defectui appropinquare. Senectus bona q̄n̄ sub idem t̄pis̄ quo exteriorū & trāscantiū appetitus minuitur, inde interiorum & aternorum innouatur. Senectus bona quando exterior sensus decrescit, interior vero excrefcit. Senectus bona, quando corpso interior homo roboratur, quo exterior homo infirmatur. *Cum enim infirmor* (inquit) *tunc fortior sum & potens.* Melior est senectus morū quam annorum, meritorū quam temporum. Gloriosus est appetitum exteriorum bonorū languescere ex studio industrię, quam ex vicio naturę. *Sepultus* (inquit) *in senectute bona.* Prius homo moritur vt postmodum sepeliatur. Mortuus quidē desinit videre, sed nō statim desinit videri. Sepultus vero desinit videre, simul & videri. Qui vult ergo huic mūdo mortuus esse, oportet illū oculos illos claudere, quos in primis parentib. legimus apertos, & oblectamenta sensuū non attēdere, nec auertere. Sed & tūc qui eiusmodi est quasi post mortē sepulturā inuenit, q̄n̄ per sapiētiā studium, aternitatēq; desideriu, a mundanis insuper mundana transiens, in eiusmodi statum proficit, quale carnalis quilibet non dicam scire, sed nec suspiciari possit. Per

Homo diuina gratia delitatus, in oī malū deiecitur.

Quid sit ad patres suos ire.

Senectus bona qd.

2. Cor. 12. Senectus morū & meritorū, melius q̄ annorū.

Senectute bona.

vitam

vitam actiuam mortificamur, per speculati- uam & contemplatiuam cum Abraham quasi duplici spelunca sepelimur. Proprium est speculatiuæ inuisibilia Dei ea quæ facta sunt intellecta consp̄cere, & velut per speculum & in enigmate videre. Proprium est contemplatiuæ, veritatem absque inuolucro, & quasi facie ad faciem videre. Per speculatiuam itaque & contemplatiuam a rebus humanis absentiamur, & (vt dictum est) velut duplici spelunca sepelimur. Bonum itaque est desiderij appetitum studijque conatum a rebus humanis languescere deficere, absentare, & celestibus theorijs immerfos carnaliter sapientium obtutus latere. Sic vir virtutum emulatur inueteratur, moritur, sepelitur. Ecce de Abraham vel de eis quorum formam gerit audiuius: nunc de filijs peregrinationis quid consolationis adiungat audiamus. *Et quarta* (inquit) *generatione reuertentur huc.* Quod quarta generatione dicit, non ab Abraham tempore, sed a peregrinationis tempore computare debet, sicut ex Euangelio vel alijs locis scripturarum habes. Quando interna illa familia cogitationum siue voluntatum in peregrina abducitur, & viciorum seruituti vrgentibus tentationibus addicitur, primo quidem non desinit conscientia omni hora submurmurare, & inquiete agere, sed paulatim inualefcere praua consuetudine ad hoc vsque perducitur, vt exactoribus suis desinat recalcitrare, & velut vitula docta diligere trituram seruiat sine murmure & contradictione. Sed cum tempus beneplaciti, tempusque miserendi coram domino aduenit, post multa mala domino miserante, & quasi Moyfi officio visitate ad poenitentiam compuncta fuerit, incipit iam recalcitrare, & captiuitatis iugum iam excutere velle, sed nondum tamen potest praeualere. Deinde crebrefcensibus consolationibus diuinis, multique choruscantibus velut miraculis incipit paulatim conualescere, robur acquirere, audaciam assumere, & tandem aliquando hostibus praeualere, sed non sine magno labore, & summa difficultate. Ad vltimum vero viciorum tyrannide subacta, & tota illa velut pharaonis militiā intimā compunctionis inundatione submersa, inualefcente bonæ consuetudinis studio, hostiumque terrore sublato, incipit iam de bonæ conscientia tranquillitate gaudere, & ad promissam iucundæ securitatis terram appropinquare. Prima itaque generatio seruientium, nec reclamantium, secunda reclamantium nec praeualentium, tertia praeualentium & laborantium, quarta praeualentium & quiescentium. In solitudine namque commemorantibus, ciboque celesti victitantibus, quod aliud esse oportuit officij genus quam vacare & videre quoniam suauis est dominus? In primis est conscientia tranquilla, & mala, in secundis iniqua & mala, in tertijs iniqua sed bo-

Gen. 15.

Quid spiritualiter intelligendum in illis verbis, Generationis quartæ, &c.

na, in quartis tranquilla & bona. Per conscientia vero tranquillitatem appropinquatur ad conscientia securitatem. Iucunditas securitas securæ conscientia est illa (vt superius dictum est) terra fluens lacte & melle quæ a domino promittitur & datur hæredibus Abraham. Merito ergo dicitur: *Generatione autem quarta reuertentur huc.* Et additur. *Necdum enim completa sunt iniquitates Amorrhœorum vsque ad præsens.* Secundum differentiam morum, dispensantur merita singulorum. Sunt qui magis confunduntur, vel compunguntur de turpi cogitatione, quam quidam alij ex turpissima actione. Hinc est quod quidam post turpem cogitationem rapiuntur vsque ad prauam delectationem. Alij ex delectatione praua labuntur in solum prauitatis consensum, alij etiam post consensum præcipitantur in actum. Quidam etiam peruersam actionem ducunt in consuetudinem. Moderatur itaque casus singulorum, secundum illius vtiq; arbitrium cuius dispensatione omnia cooperantur bonis in bonum. Inueniuntur quidam sane tantæ impudentia, tantæ duritiæ atque superbia, vt post multa mala vix valeant ad plenam infirmitatis suæ cognitionem erudiri, vix in veritate humiliari, vix de sua prauitate intime compungi. Amorrhœorum itaque iniquitates tunc completæ vidētur, quādo eo dispensante qui omnia moderatur, ad eam enormitatem excrefcere permittitur, quæ suo tempore abundanter sufficit ad cordis impudentiam, duriciam, superbiā confundendam, conterendam, conculcandam. Ecce iam audimus quanta Abraham ex diuina reuelatione didicit postquam ei sol occubuit, sapor irruit, horror inuauit. Adhuc repetit scriptura quod superius iam dixerat, vt quæ sint illa quæ solis occasum sequi soleant plenius ostendat. *Cum ergo* (inquit) *occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans: & lampas ignis transiens inter diuisiones illas, dixit quid audierit, dicit iterum quid viderit postquam ei sol iste occubuit, & carnalis amor defecit.* Audiuius quæ audierit, attendamus & quæ viderit. Prius ignem fumigantem, postea ignem flāmantē. Prius ignem succedentē, postea ignem illuminantem. Vidit ergo clibanum fumigantem, & lampadem. Nemo sane accendit lampadem ad calefactionem, sed ad solam illuminationem. Econtrario vero nemo succendit clibanum ad illuminationis beneficium, sed ad calefaciendum. In clibano itaque fumante intellige incendium amoris, in lampade lucem gratia reuelantis. Item & illud attende quia ad hoc ignem clibano immittimus, vt eius interiora, nō autem exteriora calefaciamus. In incendio itaq; clibani intellige amorem spiritualium, amorem internum, amorem virtutum. Ignis ergo quasi in clibano succenditur, & quasi in interioribus clausus tenetur, quando amor cordis in interioribus nutritur, & tunc vere velut intus clausus

Terra fluens lacte & melle, est iucunditas securæ conscientia.

Gen. 15.

vbi

Bona ani-  
mi vere  
opranda,

Quid nā  
sit in cha-  
ritate sub-  
limius,

Psal. 17.

Lucerna  
hominis  
quādo di-  
uinitus il-  
luminat.

vbi oritur illic cohibet et, quando animus ad  
animi bona diligenda, de sideranda acius inflam-  
mat. Quasi clibanum succendimus, quando cor  
dis desiderium ad ea quae intemius desideranda  
sunt vehementius inflammamus. Vera & inti-  
ma animi bona vere & intemius desideranda dixi-  
mus ipsam virtutem, ipsam bonitatem. Quan-  
do ergo sine respectu mercedis virtus propter  
virtutem ipsam diligitur, quando etiam sine re-  
tributionis intentione bonitas ipsa propter se-  
metipsam amatur, vere & absque dubio amo-  
ris incendium in intimis succendi, & ne ad ex-  
teriora erumpat in intimis coerceri videtur. Sed  
illud merito quaeritur, cur Abraham clibanus fu-  
mans, & non potius flagrans ostenditur? Sed sci-  
mus quia in clibani succensione in primordio  
quidem semper fumus suboritur, sed paulatim  
crescente incendio paulatim & ipse decrefcere,  
tandem autem omnino deficere videtur. Quid  
ergo aliud quam quaedam intimi amoris inchoa-  
tio exprimitur, in eo quod Abraham clibanus fu-  
mans per visionem ostenditur? Nam quatum-  
cumque homo in caritatis promotione in hac vi-  
ta videatur profecisse, si futurae vitae plenitudi-  
nem cogites, in eius comparatione non videbi-  
tur nisi quaedam perfectionis inchoatio fuisse.  
Et fumus quidem oculos vrit, lacrimasque pro-  
ducit, & caritas secundum statum vitae praesentis  
quantumcumque profecerit bene examinatus  
diligenter inspectus, ex conscientiae remordatio-  
ne animum compungit, quoniam quamdiu hic  
viuitur, quod ei diuinitus praecipitur tota anima,  
tota mente non diligit. In clibano itaque fuman-  
te exprimitur inchoatio dilectionis intimae &  
summae. In caritate siquidem nihil sublimius,  
nihil praecarius inuenitur, quae cum bonitas ipsa  
per semetipsam diligitur. Sed sicut in clibano  
fumigante recte intelligitur quaedam inchoa-  
tio intimae & summae dilectionis, sic & in lam-  
pade conuenienter exprimitur quaedam inchoatio  
intimae & summae lucis. Nemo enim lucernam illumi-  
nat, ut circumquaque regionem, vel quae in ea cir-  
cumquaque sunt videat. Sed ad hoc sane lucer-  
nam accendimus, ut propinqua, & quae in pe-  
netralium nostrorum interioribus sunt videamus.  
Quid autem vicinius spiritui quam ipse sibi,  
nisi forte cum vana festando semetipsum de-  
serit, & intima sua proijciendo ipse quidem a se  
metipso recedit? Quid illi magis vicinum, quid  
magis intimum esse potest, illo spiritu qui ubique  
est, et nusquam deesse potest? Certe prauium est  
cor hominis & inscrutabile, nec potest cognosci si-  
cut nec videri nisi ad lumen lucernae desuper mis-  
sa diuinitus incensa. Nam & Abraham desuper  
mittitur, & Psalmistae diuinitus illuminatur.  
*Quoniam tu illuminas lucernam meam domine,  
Deus meus illumina tenebras meas.* Si itaque si-  
ne beneficio diuiniae lucernae non potes videre  
intima tua, quanto magis arcana diuina? Homi-  
ni itaque lucerna diuinitus illuminatur, quando  
ei intimorum bonorum supereminetia in di-

A uino lumine manifestatur. Sed si diuinā reuelationis formā Abraham oportuit exhibere, cur ipsa ei in lucerna exprimitur, & non potius in sole? Sed quantumcumque humana intelligentia in hac vita in intimae lucis manifestatione profecerit, usque ad perfectum diem non excrecit, & futurae illius plenitudinis non nisi quoddam quasi initium sumit. Sicut ergo in clibano fumigante merito intelligitur quaedam inchoatio futurae plenitudinis in summae bonitatis amore, sic in lucerna ardente recte intelligimus quoddam futurae plenitudinis initium in summae sapientiae contemplatione. Solent autem haec duo mutua incrementa in alterutrum prestare, nam dilectio ex cognitione, & cognitio crescit ex dilectione. Contingit tamen ut homo eo saepe tempore quo multum per desiderium feruet, parum videat, & econuer-  
so eo tempore quo multa videt, parum ferueat. In his autem absque dubio summus ille artifex artis utique suae peritiam ostendit. Et quam nihil homo nisi ex diuini muneris cooperatione possit innotescit, cum ei in causatum effectibus praeter spem & aestimationem contingit. Hoc est quod Abraham clibanus fumans, & lampas ostenditur, & tam diuinae aspirationis, quam reuelationis seorsum & seorsum forma proponitur. Attendendum est autem quomodo hic vel vbi videtur. *Transiens* (inquit) *inter diuisiones ipsas.* Quod per figuram cernimus, re-  
rum experientia probamus. Bonitatis namque veritatisque reuelatio semper in honorum omnium fontem tendit, & animum quem afficit post se in idipsum trahit. Sed quid illud est quod spiritualium exemplar quod patriarcha vidit, inter medias ei diuisiones apparuit? Sicut superius iam diximus, illi hostias suas diuidunt qui in bonis quae agunt tum Deo, tum proximo placere contendunt, qui tam iram Dei quam scandalum proximi cum omni studio deu-  
nitare proponunt. Absque dubio nihil laboriosius: nihil difficilius. Vide ergo gemina illa quae superius descripta est gratia quae merito inde confertur vel cumulatur, unde animus humanus propter Deum acius vrgetur, nam hoc est quod Abraham inter medias diuisiones clibanus & lampas apparuisse describitur. Sed notandum quia Abraham antequam ista viderit, caliginem tenebrosam incurrit. Profecto qui humani erroris opaca, periculorumque latebrosa in quibus versatur necdum agnouit, ad illum verae dilectionis ignem, qui infimis inhaerere nescit non pertingit. Qui necdum intelligit quod tentatio sit vita hominis super terram, exilij quod patitur ignarus, nescit suspirare ad patriam, nescit lucem internam, nescit veri & intimi amoris flagrantiam. Hic est ignis qui caelitus immit-  
titur, qui post solis occasum datur. Hic est qui fiduciam generat, confidentiam parat, nutrit spem, tollit timorem, Caritas enim omnia

omnia credit, omnia sperat. Denique perfecte ad ignis acceptionem in quantum possumus  
ita caritas foras mittit timorem. Nam & anhelare debemus. Qualem hostiam patriar-  
Abraham postquam ignem illum caelitus mis- cha, & eo ordine quo ipse obtulit & ipsi  
sum meruit accipere, nusquam de cetero legi- paremus, & absque dubio in signum acci-  
tur de domini promissionibus dubitasse. Et piendae hereditatis qualem desideramus ignem  
nos certe si terram illam lacte & melle manan- accipimus.tem hereditare concupiscimus, ad eiusmo-

## FINIS PRIMAE PARTIS.



# RICHARDI S. VICTORIS

DOCTORIS CELEBERRIMI

OPVSCVLORVM VARIORVM.

P A R S S E C V N D A.

*Expositio difficultatum suborientium in descriptione  
Tabernaculi fœderis.*

T R A C T A T V S P R I M V S.

**R**ogatus ab amicis ali-  
qua in explanatione  
tabernaculi scribere,  
timui fateor eorū pe-  
titioni satisfacere, ne  
viderer in eo ipso pa-  
trum auctoritati derogasse. Dat tamen  
tentandi ausum ipse, qui vulgatam ex-  
positionem edidit, dum inter exponen-  
dum adiungit. Hæc (inquit) de re diffi-  
cillima prout nobis intellexisse visi fu-  
mus, strictim explicare curauimus, para-  
ti veriora in his discere, si quis nos doce-  
re voluerit. In quibus tamen omnibus  
patet allegoriæ sensus perucidus. Ecce  
quam fidentur de allegoriæ sensu pro-  
ponit, qui tamen literæ expositione sub  
ambiguitate præmisit. Qui igitur certi-  
tudinis suæ testimonium allegoricæ ex-  
positioni tam fidentur dat, historicæ de-  
negat, patenter innuit, quod in illa sua  
expositione nec sibi ipsi satisfecerit.  
Quid me arguis, vel cogis credere illi in  
quo nec ipse credit sibi? Sed ut verum  
fatear, illos quos iam constat summæ ve-  
ritatis contemplationi assistere, timeo  
magis offendere, quam propicios redde-  
re si cognitam veritatem dubitauero  
quasi ob reuerentiæ eorum gratiam in  
cōmune proferre. Attendamus, quam  
multa, quā magna, quam profunda cum  
omni diligentia pertractauerunt, quam  
multa historicè, quam multa allegoricè,  
quam multa tropologicè mirāda ratio-  
ne exposuerunt, & tunc desinet esse mi-  
Richardi Sancti Victoris.

rum si alicui loco minus sufficiētem ex-  
positionem reliquerunt. Non est ergo  
magnum, vel mirū si in vno aliquo ali-  
quid possumus addere, quod ad maio-  
rem euidentiam, vel planiorem intelli-  
gentiam possit proficere. Hæc propter  
illos dicta sunt, qui nil acceperant nisi  
quod ab antiquissimis patribus accepe-  
runt. Sed qui assidue producit nouos  
fructus ad recreationem hominis exte-  
rioris, numquam credendus est nullos  
de cætero scientiæ profectus impertiri,  
ad innouandos sensus hominis interio-  
ris? Vbi ergo illud est quæso, pertransi-  
bunt plurimi, & abundabit scientia? Ne-  
mo itaq; mihi obsecro indignetur, si de  
messe domini remanentes spicas, & que  
messorum manus effugere poterant col-  
legero, & esurientibus, atq; petentibus  
libenter erogauero.

*De fabricatione arca. Cap. I.*

**R**ecepturus dominus Moyse de con-  
structione tabernaculi: primo om-  
nium instruxit eum de arca fabri-  
canda: ut ex eo ipso innueret quod  
quædam dignitatis prærogatiua longe præcede-  
ret cætera omnia, quæ in tabernaculo erant faciē-  
da. Quæ autem dicuntur de eius materia, vel me-  
sura, seu fabricandi modo, satis patent, & expo-  
sitione non indigent. Quattuor circulos per  
quattuor angulos fieri præcipit: sed quomodo  
hoc intelligendum sit consequenter ostendit.  
Duo (inquit) sint in latere vno: & duo in altero.  
Erant itaque non vsquequaque in angulis: sed  
Pars II. A iuxta

Exod. 25.



Propiciatorium quod sit.

Exod. 25. Exod. 30.

iuxta angulos: duo in latere vno: & duo iuxta angulos in latere opposito. Dubitari potest quid de propiciatorio sentire oporteat, eo quod auctor ipsum seorsum describat. Sed nihil aliud intelligo propiciatorium nisi arcæ ipsius operculum: tabulam videlicet quandam de auro purissimo ex integro factam: unde & habebat cum arca tam in longitudine, quam in latitudine vnam per omnia eandemque mensuram. Sed ne super hoc tibi aliquid ambiguitatis remaneat: audi quod de arca: audi quid de propiciatorio scriptura ipsa proponat. Nam de arca scribitur. In qua ponetur testimonium quod dabo tibi, & longe post de propiciatorio: coram (inquit) propiciatorio quo tegitur testimonium ubi loquar tibi. Testimonium quod in arca ponitur quomodo quæso propiciatorio tegitur, nisi quia non aliud est eius operculum, & aliud propiciatorium? Sed dignitatis eius excellentia innuitur in eo ipso quod separatim describitur. De ipso propiciatorio diuinitatis respectu iuxta diuine propiciationis modum, modo dabantur, modo non dabantur. Merito ergo propiciatorii nomen accepit in quo dominus propiciationis suæ prærogatiuam exhibere, vel ostendere consuevit. Intelligendum est autem quod corona illa aurea quæ arcæ suprema ambiebat ubi & affixa erat, totum illud propiciatorium intra se includebat: & se altius erigendo spissitudini eius supereminerebat.

De factura duorum Cherubin. Cap. II.

Exod. 25.

Paral. 3.

DE Cherubin dicit quod mutuo se respiciat. Corpore quidem ad exterius tabernaculum versi erant: sed versis vultibus in eam partem intendebant qua arca de sub alis eorum in medio stabat. Illi duo Cherubin qui in templo Salomonis erant, ad horum absque dubio similitudinem facti fuerant. Quod itaque de illis legimus, de istis & æque intelligimus, quod Cherub vnus tangebatur ala sua parietem vnum: & alius ala sua tangebatur parietem alium: alius autem alis in medio tangebatur se vicissim. Sicut itaque illi de templo, sic nec isti super arcam & propiciatorium stare poterant: quia non nisi bicubitum, & semissem longitudinis arca habebat. In illis vero Cherubin extensio coniunctarum alarum decem cubitos: in istis quinque cubitos tenebant, quod igitur de istis dicitur quod essent super arcam testimonium, non sic debet intelligi quasi ipsi arcæ insisterent, sed quod ipsi arcæ toto corpore supereminerebant.

De formatione mensuræ. Cap. III.

VT autem de forma mensuræ breuiter dicam quod sentio videtur mihi esse quasi arca sine fundo: ita tamen vt superior superficies intel-

ligatur omnino plana: & inferioribus immobiliter affixa. Eiecturam vero quandam auream super prema mensuræ ambientem habebat: quam & auctor ipse propter similitudinem labii vocat: cui & corona quatuor digitorum altitudinis adhaerebat. Erat autem ipsa variis celaturis ornata: & prout celaturæ varietas exigebat, crebris intercisionibus perforata: unde & interafilis dicta. Hinc erat & alia superposita, quasi virgula quædam rotunda & plana, sicut ex pluribus velut virgulis perplexa, & prima illi ob firmitatem, & decorum coniuncta: imò ita omnino vnita, vt ambæ viderentur esse vna. Hæc de mensura sufficiunt: nam cetera per se satis nota sunt.

De factura candelabri. Cap. IV.

Nunc de candelabro videndum est: circa id maxime unde dubitari potest. Cippi eius in modum nucis describuntur. Cippus autem medietatem spheræ habere videtur. Habet itaque rotunditatem concavam, & vacuam, & à superioribus præcisam. Nux vero ab imo se dilatando in venterem distenditur: à superioribus aut paulatim se acuendo ad vnum punctum in summitate colligitur. Cippus itaque habet rotunditatem sphericam, sed præcisam, & concauitatem vacuam: nux autem rotunditatem oblongam, nec tamen vacuam, vel præcisam. Quoniam igitur duo habebat communia cum Cippo (vacuam scilicet concavitatem cum rotunditatis præcisione) Cippum, non nucem vocat: & quia solum habebat commune cum nucem (rotunditatem scilicet oblongam) non nucem nominat, nucis tamen similitudinem habere denunciat. Habebant itaque ornatum huiusmodi tam hastile, quam omnes sex calami, primo rotunditatem velut nucis oblongam, sed præcisam: postea rotunditatem sphericam: quam vocat sperulam: & post duo hæc adiuncta sibi habebat florem in modum lilii. Itaque hastile primo ad primum Cippum quasi in ipsum deficiebat: & iterum velut de medio floris cum duobus hinc inde calamis emergebat. Eodem modo intelligendum est loco secundo, & tertio. Simile vero ornatum excepta adiunctione calamorum habebat in summo. Hæc autem ex similitudine hastilis quid intelligendum sit de calamis. Notandum vero quod sperula dicitur esse sub duobus calamis per tria loca hastilis. Radices namque calamorum florem liliæ non tam habebant sub se quam circa se, sperulam autem omnino habebant sub se. Ecce de candelabro: nunc videndum est de tabernaculo.

De modo & mensura cortinarum. Cap. V.

Notandum in primis quod quidam quasi pro auctoritate recipiunt, quicquid in Iosepho de istis scripta reperiunt. Putant enim cum (vt pote Iudæum) tabernaculum vidisse: & eo ipso

Iosephus historicus Iudæus nunc quam tabernaculum vidit.

Exod. 26.

Ibidem.

ipso tam vera, quam nota scripsisse. Mihi autem secundum testimonia scripturarum luce clarius constat, quod tabernaculum nunquam viderit. Nam quæ quæso scriptura, vel saltem fingit ipsum reportatum de loco ubi illud Hieremias ex diuino responso abscondit? Libenter recipiatur Iosephus in his quæ per experientiam nouit, vel ex authenticis scripturis colligit. Nam ubi aliter sentit, confidenter ei Exodum præfero, vel quoscunque libros in Canone reperio. Verba itaque auctoris in mediū proferamus: et ex ipsis inquitur dominus dederit, quid de tabernaculi constructione, vel erectione sciendum sit eliciamus. Præcipit ergo fieri cortinas decem, vigintio cubitorum longitudinis: & quatuor cubitorum latitudinis. Ait itaque de his cortinis. Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo: et alie quinque nexu simili copulabunt. Ex quinque igitur cortinis faciendæ erant cortina vna: & ex quinque aliis cortina alia. De his magnis cortinis intelligitur quod sequitur. Anfulas hyacinthinas in lateribus, ac summitatibus facies cortinarum, ut possint inuicem copulari. Ecce dicitur quod anfulas habeant in omni parte: nec tamen dicitur quot sint in summitatibus: sed tantum quod habeant in vtroque latere. Sed tacendo de vno, quod determinat, de alio dat auctor intelligere: vt secundum modum laterum fiant & anfulæ summitatum. Quinquagenas (inquit) anfulas cortina habebit in utraque parte, ita insertas, ut anfula contra anfulam ueniat: et altera alteri possit aptari. Quod dictum est anfulam anfulæ coaptandam, intelligendum est in coniunctis lateribus. Nam quid de reliquorum laterum anfulis sciendum sit, melius videbitur in sequentibus. Sequitur. Facies et quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt: ut vnum tabernaculum fiat. De eodem in sequentibus legitur. Unde et quinquaginta sudis circulos aureos: qui morderent cortinarum anfulas. Ex his intelligi datur quod circuli denticulos quosdam inherentes haberent, qui anfulas per circulos traiectas mordicis apprehenderent: sicque duo vela in vnum constringerent. Ecce de cortinis.

De factura sagorum. Cap. VII.

Exod. 26.

Facies et saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos, et latitudo quatuor. Aequa erit mensura sagorum omnium, & quibus quinque iunges seorsum: et sex sibi mutuo copulabis, ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices. Duo hic dicunt notari: & quod debeat duplicari: & quod duplicatum debet esse in fronte tabernaculi. Duplicetur itaque non passim sagi tantum: sed ipsum sagum a summo vsque ad summum, vt sic plicatum, & duplicatum teneat, triginta cubitos in longitudine: & duos transversos in latitudine. Se-

Richardi S. Vict.

quitur. Facies et quinquaginta anfulas in ora sagi unius, ut coniungi cum altero queat: et quinquaginta anfulas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur. Quinquaginta fibulas æneas quibus iungentur anfulæ, unum ex omnibus operimentum fiat. Quod dicitur de fibulis sagorum, vel anfulis coniunctorum laterum, intelligi per omnia debet iuxta similitudinem cortinarum. De anfulis extremitatum taceat, quia iuxta præmissam similitudinem posse intelligi præuidet. Habet itaque operimentum cortinarum cubitos vigintiocto sagorum, triginta iuxta dimensionem vnam. Item cortinarum, quadraginta sagorum vero, quadraginta duorum iuxta dimensionem aliam. Ecce de factura vtriusque operimenti, & statim adiungit unde intelligi possit quomodo vnum superducendum sit alteri. Quod autem superferretur in sagis quæ parantur tecto, id est vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi, et cubitus ex vna parte pendebit: et alter ex altera: qui plus est in sagorum longitudine vtrumque latus tabernaculi protegens. Consideremus interim hæc ac li tentandi, vel ostendendi gratia in plano alterum superponeretur alteri: vt postmodum plenius intelligatur quomodo sibi coaptari debeant in erectione tabernaculi. Copula itaque cortinarum primo sic extendatur, vt exterius latus primæ cortinæ sit ad orientem: decimæ vero ad occidentem. Summitates autem earum hinc inde sint, ille ad Austrum: iste ad Aquilonem. Huic ergo velo cortinarum superducatur velum sagorum, ita vt vnum ad alterum æquiformiter se habeat ab omni parte: & videbis suppositum circumquaque cortinas vno cubito excedere. Hæc superductio sagum duplicatum ad orientem habeat. Nam tabernaculum ad illam partem frontem habebat. Si igitur saga cortinis conferas: & singula singulis compares, videbis vnum sagum numero superesse. Si vero consideres quantum vtrumque velum se possit extendere, videbis in sagorum copula solam sagi medietatem superabundare: si positionem attendas, videbis illam medietatem postrema tabernaculi operire: non quod tota illa medietas extremitatem tabernaculi transeat: sed quod dicta extremitas contra medium illius medietatis iaceat: & operimenti more æquam illius partem vtrinque habeat. Dicit ergo. Quod autem superferretur in sagis etc. Littera sic legatur. Ex medietate autem eius quod superferretur in sagis quæ parantur tecto, id est sagum vnum. Nam vndecimum sagum ibi est supra numerum cortinarum: ex medietate inquit illius vndecim sagi operies posteriora tabernaculi. Cetera satis patent. Notandum quam congruo ordine agit de omni tabernaculi parte, prius de eius fronte, ubi iubet sagum duplicare, postea de posteriori eius extremitate, quæ iubet ex vndecimi sagi medietate operire. Tertio de vtroque eius latere, ubi dicit vtrinque cubitum vnum ex sagorum superabundantia dependere. Si quis autem dicit quia dicta medietas

Pars II. A 2 intan.

intantū posteriora operit inquantū extrema cor-  
tinarū excedit, & sic intelligi dīcē contendit: nec  
sic quidē, vel iuxta hunc intellectū oportet con-  
cedere totā illam medietatē in eiusmodi vsum ce-  
dere: quāuis dicat ex illa medietate id fieri opor-  
tere. Nam qui dicit Eua ex costa factā, verum di-  
cit, & qui dicit Eua ex viro factā, nihilominus ve-  
rū dicit: nec tñ tota viri substantia, sicut costa in  
eiusmodi facturā celsit. Si vero quod dictum  
est satisfacere non potest: & contendat totam il-  
lam medietatem extrema cortinarum transire  
deberē: & idcirco in fronte tabernaculi tam sa-  
ga, quam cortinas ab vna linea incipere: melius  
cenfeo alieno intellectui cedere, quam conten-  
tionibus deservire.

*De gemino operimento arietinarum pellium.*  
Cap. VII.

Exod. 26.

**S**equitur. *Facies et operimentum aliud recto  
de pellibus arietum rubricatis, et super hoc rur-  
sum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.*  
Quod operimentum hyacinthinum sit supra operi-  
mentum rubricatum inuenio, quod autem hæc  
duo sint supra tectum cilicinum in auctore non  
inuenio. Sed sunt qui putant eundem ordinem  
seruandum in erectione qui seruatur in descri-  
ptione. Sed videant ne forte ratio ista omnino sit  
nulla. Nam prius describuntur cortinæ, poste-  
rius tabulæ, & tamen in erigendo prior est ere-  
ctio tabularum quam extensio cortinarum. Ego  
autem magis credo auctorem propter similitu-  
dinem facturæ descriptionem sagorum descri-  
ptioni cortinarū annectere. Frequens est in scri-  
ptura sacra indeterminatum relinquere: quando  
facile est quid eligendum sit ex ratione collige-  
re. Asperioris autem naturæ est sagum elicinum:  
mollioris vero pelles arietum. Pellium ergo mol-  
licie, sagorum asperitas intercluditur: ne crebra  
asperitatis confractione cortinarum teneritudo  
attereretur. Arietinum operimentum geminat-  
ur, vt si primum per medium sagorum hume-  
taretur, secundum siccum permaneret, ita vt  
nullam injuriam cortinarum teneritudo sentiret,  
vel sentire potuisset. Sunt qui putant arietina  
operimenta a summis non descendere: & hoc  
vnde probetur vellem audire. Nam si ve-  
rum est, non poterant cortinæ vel post vnam  
nimix tempestatis pluuiam in sua pulchritudi-  
ne perdurare. Sed & illud constat quod supre-  
mum tabernaculi planam, non cristatam super-  
ficiem habebat: & quomodo (secundum quod  
quidam scribunt) propter sui decorem stuporem  
aspicientibus ingerebat, si in ea tantum parte hu-  
iusmodi decorem habebat qua videri non pote-  
rat? Sed & illud audire vellem, quomodo eius-  
modi operimentum ibi in summis inhærebat.

*De modo & mensura tabularum.*  
Cap. VIII.

**S**equitur. *Facies & tabulas stantes tabernacu-  
li de ligno sethim, quæ singula denos cubitos  
in longitudine habeant, et in latitudine singulos,  
ac semissem.* Ecce de tabularum mensura: & an-  
nectitur statim de earum incastratura. Duo au-  
tem sunt incastraturæ genera. Primum vbi vnum  
tabulæ latus cauatur, alterum acuitur: & sic vna  
tabula alteri infigitur. Sed huiusmodi incastratu-  
ra in partem neutram reddit superficiem planā.  
Est & aliud genus incastraturæ quod fit in vtro-  
que latere. Nā hinc fit quadā præcisura lateris  
vsq; ad medietatē tabulæ ex parte interiori: illinc  
identidē, sed à parte exteriori: & tabularū incisu-  
ra incisuræ inferitur, vt totus paries vna tabula  
videatur: & superficies vtrinque per plana redda-  
tur. De huiusmodi incastratura intelligit quod  
sequitur. *In lateribus tabulæ due incastraturæ  
fiant, quibus tabula alteri tabulæ connectatur.*  
Erant autem viginti tabulæ cū quadraginta basi-  
bus in latere Australi: totidem vero & eiusdem  
mensuræ in latere Aquilonari. In occidentali au-  
tem parte, octo tabulæ cum decem & sex basi-  
bus erant. Nam singulæ tabulæ duas bases argē-  
teas suppositas habebant. Sunt qui tradunt angu-  
lares tabulas hincinde dimidium tantummodo  
cubitum habere: sed vnde hoc probetur, non  
possunt ostendere. Sed parum (vt mihi videtur)  
attendunt generalem sententiam quam in prin-  
cipio descriptionis legunt. *Facies, inquit, et ta-  
bulas stantes tabernaculi de lignis sethim, quæ sin-  
gula denos cubitos in longitudine habeant: et in  
latitudine singulos, ac semissem.* Si singulæ habēt  
cubitum & semissem in latitudine: ergo & angu-  
lares tabulæ. An forte quia de eis separatim agi-  
tur, recte singularem mensuram habere dicun-  
tur? Immo tanto magis diffidentium: quoniam  
cum de eis seorsum agitur, nullo earum mensu-  
ram a generali regula excipit. Cui istud quod de  
tabulis diximus non sufficit: audiat quid auctor  
longe post de basibus dicit. Fuerunt præterea  
centum talenta argenti è quibus constatæ sunt  
bases sanctuarii: & introitus vbi velum pendet.  
Centum bases factæ sunt de talentis centum: sin-  
gulis talentis per bases singulas supputatis. Si  
angulares tabulæ tertiam tantummodo partem  
latitudinis habuerunt: quomodo cum reliquis  
pares bases acceperunt? Sed dicunt tabernaculū  
solummodo decem cubitos latitudinis tenere: &  
inde colligunt quod iam dictum est de angula-  
rium tabularum latitudine. Quod tabernacu-  
lum triginta cubitos longitudinis habeat: vnde  
probetur inuenio. Quod autem decem cubitos  
tantum latitudinis teneat vnde probetur nō in-  
uenio. Dicam tamen quid inde soleat ani-  
mum pulsare: vnde hoc possumus magis conii-  
cere quam probare. Credimus illud Salomonis  
templum iuxta modum suum ad huius taber-  
naculi similitudinem factum. Iuxta ergo simili-  
tudinis rationem erit tabernaculi longitudo  
tripla

tripla ad latitudinem. Iuxta similitudinis ra-  
tionem erit longitudo interioris domus æqua-  
lis ad latitudinem. Subdupla vero ad extero-  
ris domus longitudinem. Possumus tamen &  
illud quod de tabernaculi latitudine conii-  
mus, & ipsum quod generaliter de tabularum  
mensura legimus inconcussim tenere, si dica-  
mus angulares tabulas decimum cubitum qui  
sex tabulis superest ex medietate cubiti hincin-  
de implere: & vno cubito vtrobique excedere.  
Nam inde proculdubio tabernaculum robu-  
stius stabat, & impulsum ventorum validius to-  
lerabat. Talem credo dispositionem designa-  
re voluit qui dixit. *Ad occidentalem vero pla-  
gam tabernaculi facies sex tabulas: & rursum,  
alias duas quæ in angulis erigantur post ter-  
gam tabernaculi, & rursum, alias de eisdem  
fecit sex tabulas, & duas alias per singulos an-  
gulos tabernaculi, retro.* Respectu enim pa-  
rietum hincinde dicuntur retro, vel post ta-  
bernaculum esse. Nam si parietibus a latere tan-  
tum iungantur, non erit cuius respectu retro,  
vel post tergum dicantur. Erit itaque (iuxta  
hoc quod dictum est) occidentalis frons taber-  
naculi decem cubitorum latitudinis interioris: &  
duodecim cubitorum latitudinis exterioris. Vi-  
de ne forte hoc sit quod Ezechiel intelligi vo-  
luit, cum in templi descriptione inter care-  
ra annectit (& mensus est frontes sex cubi-  
tos latitudinis hinc, & sex cubitos altitudinis  
inde) latitudinem tabernaculi. Illud suo lo-  
co plenius exposuimus. Sed illud hic tantum  
attendendum quod latitudo tabernaculi dicitur  
duplicata fenarius. Et notandum quod  
tantum habuit orientalis pars templi circa por-  
tam interioris, quantum tota latitudo occiden-  
talis partis tabernaculi exterioris. Est autem  
indubitanter tenendum iuxta lectionem Exo-  
di, quod quinque vestes essent per omnes tres  
parietes tabernaculi: vnus circa summum ta-  
bularum: alius circa inum tertius circa me-  
dium, quartus inter medium & summum, quin-  
tus inter medium & inum. Nam illa quo-  
rundam de quinque cubitorum vestibus senten-  
tia videtur tam frivola, auctoritati vero tam con-  
traria, ut nec videatur refellenda.

*De erectione tabernaculi.* Cap. IX.

**R**estat adhuc & illa de tabernaculo dice-  
re quæ addenda sunt de eiusdē erectione.  
Prius ergo erigebantur tabulæ super bases: po-  
stea per circulos inducebatur parietum vestes.  
Deinde inferebatur vestis ille qui ad continen-  
dos parietes per medias tabulas secundum librū  
de angulo in angulum ibat, vbi in introitu taber-  
naculi velum dependebat. Post hæc insecti fu-  
nes per transversum tabernaculi fortiter exten-  
debantur: & ad paxillos eminus a tabernaculo si-  
xos firmiter annectebantur. Sicq; fiebat vt & ta-  
Richardi S. Vict.

bernaculum ipsum contra violentiam ventorum  
firmum & incōcussim continerent, & operimē-  
tum ipsius supportarent, ne in superioribus ven-  
trem faceret: & inundantium pluuiarum aquas  
colligeret: ne vicissim ex incremento collectio-  
nis ipse sinus: & ex incremento ipsius sinus col-  
lectio aquarum cresceret, donec tandem ponde-  
ris nimietas operimētum omnino dirumpere-  
t, vel auulsū ad se introrsum, & deorsum traheret.  
In occidentali vero plaga funes ab interiori parte  
aduncati per parietum summitatem ad inferiora  
oblique descendebant, & ad paxillos firmiter an-  
nexi tabernaculum ab ea parte continebant. Si-  
militer ab orientali plaga debemus intelligere  
funes a dicto vecte, & ab extremitatibus parie-  
tum descendere: & a paxillis protensos ab ea par-  
te tabernaculum continere. Qui tabernaculum  
quasi infantix pannis inuoluunt, ad quos vsus  
paxillos habeat inuenire non possunt: cum tamē  
de his in hūc modum legunt si volunt. *Cum hæc  
vasa tabernaculi in omnes vsus, & ceremonias:  
paxillos eius, quam atriij ex are facies.*

*De superductione operimento-  
rum.* Cap. X.

**T**abernaculo erecto, & funibus distenso, iux-  
ta prædictum modum, superducendum est  
primo velum decem cortinarum: ita vt prima ha-  
beat latus exterioris ad orientem: vltima vero ea-  
rum latus exterioris habeat ad occidentem. Iuxta  
eam itaque dimensionem qua dictum est supe-  
rius totum velum, quadraginta cubitos habere:  
vno solummodo cubito descendat a fronte: tri-  
ginta vero expandantur in tabernaculi longitu-  
dine: reliqui autem nouem cubiti oblique per  
funes descendant a posteriori parte. Iuxta eam  
vero dimensionē qua vigintiocto cubitos habuit,  
decem medii cubiti expandantur in tabernaculi  
latitudine: nouem autem hinc, & nouem inde in  
vtriusque lateris descensione. Tunc vero funi-  
bus ad primos paxillos e regione frōtium hinc-  
inde annexis: & postea per primas laterum an-  
sas inductis: & iterum ad alium paxillum adun-  
catis: & sic vicissim, modo ad ansas, modo ad pa-  
xillos funibus aptatis atque constrictis, velum  
super distentos primitus funes distendatur: ita  
vt quoddam quasi appenditium per tres taber-  
naculi partes tecisse videatur. In illis vero ansis  
quas orientale latus in fronte gerbat, iniectum  
funem habeat, per quem debeat velum ab ea par-  
te extendi, ne vlla vi ventorum possit lædi: vel  
aliqua distensione a debito tenore deflecti. Su-  
per hoc velum extendatur operimentum rubri-  
catum: super quod & illud operimentum hyacin-  
thinarum pellium. In supremo debemus velum  
sagorum superducere: ita vt videatur in omni  
parte cortinarum velum cubito vno excedere.  
sicque vt duplicatum sagum totū habeat in fron-  
te. Et sicut de velo cortinarum docuimus: sic &  
Pars II. A 3 hoc

hoc velum, & iuxta eandem similitudinem ad pa  
xillos astringere, & extendere debemus, Ecce  
iam palam est intelligere quomodo sagum du-  
plicetur in fronte: quomodo posteriora taber-  
naculi tegantur ex undecimi sagi medietate, quo-  
modo cubitus vnus pendeat ab vtroque latere,  
Ecce quomodo dicta cortinarum distensio, ve-  
lut quoddam appenditium per tres tabernaculi  
partes efficiat: quod quidem sacerdotibus ad in-  
duendas, vel deponendas sacras vestes, vel alios  
eiusmodi vsus deseruire poterat; in quo & illi  
qui tabernaculum intrare non audebant, taber-  
naculi decorem pendere valebant. Ad quid  
enim decor dependentium cortinarum: ad quid  
aurum annulorum: ad quid deauratio vestium: ad  
quid exterior deauratio tabularum, si sic totum  
inuoluitur vt a nemine videatur: si sic totum  
inuoluitur vt ad nullos vsus, ad nullam vtilitatem  
habeatur? Ad quid aliud velum iuxta cortinarum  
similitudinem in introitu tabernaculi fieri opor-  
tuit, si reductio cortinarum totum introitu clau-  
dit? Cum solum sextum sagum per Moysen iubea-  
tur duplicari in fronte, cur & aliud (iuxta quos-  
dam) duplicat similiter in posteriori parte? Sed  
si illa eorum reductio ibi fiat, vbi in fronte sextum  
sagum dependet; vti que ipsum sextum sagum  
ibi non modo duplicatur, sed ad minus triplica-  
tur. At si contra tres cubitos in finibus qui depen-  
denti sagorum velo supersunt, reductio reductio-  
ni superductio, vt sextum sagum duplicetur, &  
ipsa superductio, vt propter preceptum consi-  
stere valeat vinculis alligatur: proculdubio iam  
non erit vnde a sacerdotibus intretur. Quae de  
duobus velis sequitur, satis per se patent: & ex-  
positione non indigent.

Exod. 26.

Descriptio altaris holocausti. Cap. XI.

DE altari holocausti sequitur, quod in hunc  
modum describitur: *Facies est altare deli-  
gnis Sethim, quod habebit quinque cubitos in longi-  
tudine: et totidem in latitudine: id est quadrum,  
& tres cubitos in altitudine. Cornua autem per  
quatuor angulos ex ipso erunt.* Hoc altare quat-  
tuor tantummodo parietes habebat. Nam in su-  
perioribus apertum erat: & (sicut in sequentibus  
legitur) non solidum, sed inane, & cauum intrin-  
secus erat. Haec omnia satis sunt aperta. Sed que  
de craticula sequuntur, valde sunt perplexa; & eo  
diligentius discutienda. Dico itaque prius quid  
mihi videtur: inde & postea conabor id ipsum li-  
terae ipsius auctoritate probare. Primo igitur  
duae aeneae virgae tantae grossitudinis, vt superpo-  
sita holocausta, & ligna supportare valeant, du-  
cantur ab vno latere in aliud latius altaris: ita vt  
capita eorum prope angulos exterius appareant,  
annulosque quatuor aeneos insertos habeant. De-  
bent autem inseri ita, vt vna altaris medietas sit  
supra, alia vero infra. Ab his autem debent emer-  
gere introrsum quatuor aenei stipites, quasi

Exod. 27.

quatuor craticula pedes. Duo scilicet hinc, &  
iuxta latus vnum: Duo vero inde, iuxta latus op-  
positum. In horum vti que summitate debet fieri  
craticula, iuxta videlicet librum in modum  
reptis aenea. Fiant autem ad eam altitudinem, vt ipsa,  
& altare sibi respondeant ad vnam equalitatem.  
Erant itaque primo dictae illae virgae quasi craticu-  
lae bases: quatuor vero stipites quasi ipsius pe-  
des. Haec autem omnia sibi inuicem ita inseri, &  
coniungi debent, vt quasi vnum corpus efficiant:  
& nec ab inuicem, nec ab altari auelli queant.  
Erant autem duo ostiola in posteriori pariete:  
in superiori videlicet altaris medietate. Vnum  
pendebat a latere vno, & alterum ab altero: &  
clausa continebant se in medio. Altaris vero  
arula nihil aliud erat quam tabula quadam aenea  
aliquantulum spissa. Nec arula per aditum dicto-  
rum ostiorum inferebatur, & super craticulae ba-  
ses, & super ostiorum limen imponebatur, terra  
tamen prius tota illa altaris inferior medietas vsque  
ad situm craticulae implebatur. Per hunc aditum ligna  
ingerebantur, vnde ignis nutrebat, per cuius-  
dem aditum cineres extrahebantur. Idcirco au-  
tem altare ipsum mediotenus terra implebatur,  
vt firmiter inter sacrificandum staret, & hoc ip-  
sum ad illud dominicum preceptum accederet. *Altare*  
*de terra facietis.* Craticula vero ipsi altari pro supe-  
riori superficie erat: vbi holocaustum imponi, &  
igne supposito cremari consueuerat. Inani itaque  
suspitione laborant, qui sine gradibus, vel aliqua  
subleuatione in altari sacrificari posse non pu-  
tant. Nam tres tantummodo cubitos altitudinis  
habebat. Nunc autem illud considerare debe-  
mus, vtrum scriptura ipsa concordet his quae de  
craticula iam diximus. De craticula sic legitur,  
*Craticulamque in modum retis aeneam (vbi sub-*  
*auditur facies) per cuius quatuor angulos erunt*  
*quatuor annuli aenei, quos pones subter arulam*  
*altaris.* Nota quod annuli erant in craticulae angu-  
lis, & subter arulam altaris. Et additur, *Erantque*  
*craticula usque ad altaris medium.* Si vsque ad al-  
taris medium, ergo vel ab imo sursum: vel a sum-  
mo deorsum vsque ad eius medium. Conferamus  
cum hoc loco, quod longe in sequentibus de  
eadem craticula legitur cum dicitur. *Craticu-*  
*lamque eius in modum retis fecit aeneam: et subter*  
*eam in altaris medio arulam, suscit quatuor annu-*  
*lis per totidem retiaculi summitates.* Si arula subter  
craticulam, & in medio altaris erat, ergo craticu-  
la superiorem altaris medietatem tenebat, alio-  
quin ipsa subter arulam erat. Notandum quod  
bases iuxta aliquid de craticula erant. iuxta ali-  
quid de craticula non erant. Iuxta aliquid viden-  
tur de craticula non esse; quia craticulae non so-  
lent bases habere. Iuxta aliquid tamen de ipsa  
erant: quia eis insidebat. Recte ergo de arula di-  
citur, quod subter craticulam esset, quamuis su-  
per bases iaceret. *Fecit, inquit, quatuor annulis*  
*per totidem retiaculi summitates.* Quandoque  
summitas idem sonat quod extremitas. Erant cr-  
go

Exod. 20.

Exod. 27.

Exod. 38.

Ibidem.

A T R A C T A T V S  
S E C V N D V S.

De templo Salomonis ad literam.



SCRIPTIO templi Salomonis se-  
cundum librum Regum ex magna  
parte satis est aperta: in quibusdam  
autem locis multum perplexa: &  
nimis obscura. Compellor autem

quorundam instantia, quibus libenter deseruio,  
vbi in his explanatione opus est, dicere quod  
sentio. Tempus igitur aedificationis in primis ex-  
primitur cum dicitur. *Factum est, quadringen-  
tesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum*  
*Israel de terra Aegypti: in anno quarto mense*  
*Zio: ipse est mensis secundus Regis Salomonis su-  
per Israel, aedificare cepit domum domino.* Ad id  
quod dicit in anno quarto in construendo ad-  
uertendum est: Regis Salomonis super Israel.  
Nam quod dicitur mense Zio: ipse est mensis se-  
cundus interpositio est. Hoc ipsum in Paralipo-  
menon planius exprimitur, vbi legitur. *Capitulum*  
*autem aedificare mense secundo: anno quarto Re-*  
*gni sui.* Mensura templi determinatur, in co-  
quod sequitur. *Domus autem quam aedificabat*  
*Rex Salomon domino, habebat sexaginta cubi-*  
*tos in longitudine: & viginti cubitos in latitudi-*  
*ne: & triginta cubitos in altitudine.* Quod dicitur  
triginta cubitos altitudinis habere: vel debe-  
mus de prima mansione sub primo cenaculo in-  
telligere. Nam tota altitudo domus pro certo ce-  
rum viginti cubitos habebat, sicut liber Paralipo-  
menon in haec verba declarat. *Porro altitudo ce-*  
*nae viginti cubitorum erat.* Et quod cenacula  
habuerit idem liber in sequentibus ostendit. *Ce-*  
*nae quoque textit auro.* Notandum autem quod  
mensura ista longitudinis, & latitudinis templi  
qua modo describitur, intra parietes sumpta, sicut  
ex his quae de cherubin in sequentibus dicuntur  
manifesta ratio conuincit. Mensuram porticus de-  
scribit, cum adiungit. *Et porticus erat ante templum*  
*viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram*  
*latitudinis templi: & habebat decem cubitos la-*  
*titudini: ante faciem templi.* Sequitur. *Fecitque*  
*in templo fenestras obliquas.* Hoc est interius la-  
tiores: & exterius striatiores. Erant autem tria  
deambulacra forinsecus parietibus adiacentia:  
vnum in vno contra templi inferiora: secundum  
priori superpositum contra cenaculum primum:  
tertium secundo superpositum contra cenacu-  
lum secundum. Tabulata autem quae ista deam-  
bulacra tegebant, subsequenter auctor describit,  
cum in haec verba subiungit. *Et aedificauit super*  
*parietem templi tabulata per girum in parietibus*  
*domus per circuitum templi & oraculi.* Has tem-  
plo adiacentes coedificationes latera vocat: quia  
templo lateraliter adiacebant. immo illi quasi pro  
lateribus erant. *Et fecit inquit latera. Tabulatum*  
quod

Exod. 27.

Exod. 20.

Exod. 27.

Exod. 38.

Ibidem.



quod subter erat 5 cubitos habebat latitudinis. Et medium tabulatum 5 v cubitorum latitudinis. Et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Ecce de mensura. Additur adhuc & de modo. Trabes autem posuit in domo per circuitum forissecus: ut non haberent muris templi. Quod dicit: ut non hererent muris templi. Quod dicit: ut non hererent muris templi, non de trabibus debet intelligi. Trabes namque contra pavementum primi cœnaculi muris appositæ erant: quarum extremitates ex alia parte columnæ excipiebant. Super has trabes stratum ligneum erat, quod primum deambulatorum quinque cubitorum latitudinis tenebat: ipsum tamē ligneum stratum, seu tabulatum nō vsquequaue ad murum pertingebat. Iuxta quod dixi de primo potest intelligi quid sentiendum sit de secundo, & tertio, nisi quod singulorum mensura ab invicem differat, secundum quod liber determinat. Tabulatum quod supremum septem cubitorum latitudinis deambulatorum tenebat, tecto ipsius templi respondebat. Quoniam ergo paries templi trabes cum superpositis tabulatis portabat: ideo dicit, quod super parietem tēpli tabulata edificavit. Notandum autem quam cōvenienter vnaqueq; māsio templi circa se deambulatoria habebat, vbi et tempore pluviæ deambulandi, vel potius orandi gratia conuenire poterant, qui templum intrare non audebant. Quō aut, vel vnde ab imo in medium: vel a medio latere in supremum ascenderetur, paucis in terpositis satis aperte determinatur. Sequitur. *Domus autem cum edificaretur, lapidibus dedolatis, atque perfectis edificata est.* Quando aliquid satis pro modo consuetudinis dolatum subtilius adhuc supra consuetudinem dolatur, quasi de eo quod dolatum est, dedolatum efficitur. Vel dedolatum, quasi de omni parte dolatum. Nam omnes lapides illius templi per omnes sex superficies erant dolati. Attende quam ordinate in sua descriptione procedit: nam ab exterioribus incipiens post descriptionē laterum de tēpli muro agit qui postea primo occurrit, Sed mirandum valde quod dicit, cum postea subiungit. *Et malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo cum edificaretur.* Et quidem de lapideo opere, hoc satis possumus intelligere. Nam omnes lapides simul, & omnia ligna erant alias dolata: & cum summi diligentia perpolita. Sed sunt qui putant sine eiusmodi instrumentis talem fabricam nullo modo posse erigi: & ex tam multiplicitate materia in vnum coniungi. Nam vt de cæteris taceatur, quomodo sine alicuius generis malleo, auro, argento, vel ligneo, uel alio aliquo clauo illi fortiter affigerentur, de quibus scriptura in sequentibus loquitur. An forte cuiusmodi mallei excipiuntur, determinatur in eo quod dicitur. *Et omne ferramentum non sunt audita in domo cum edificaretur.* Sed vt dicam quod sentio: non est mirum si in Salomonis operibus inuicimus, quod rectius mirari, quam per

Ascrutari possumus. Sequitur. *Ostium lateris medij in pariete erat domus dexteræ: & per cocleam ascendebant in medium cœnaculum; & a medio in tertium.* Ecce hic habemus, quod superius iā diximus. Nam in his verbis describitur quomodo, vel qua de infimo latere in medium latus ascēderetur, & intraretur. *Ostium, inquit, lateris medij, quod latus sex cubitorum erat: & inter infimum & supremum, medium locum tenebat in pariete erat dexteræ ipsius domus.* Quod dicit addit domus, transituē. Ecce qua, & vbi intrabatur, sed quomodo illuc ascendebatur. *Et per cocleam ascendebant in medium cœnaculum.* Nota quam artificiose vnum aperte dicit, alterum tacite innuit. Ostium medij lateris determinauit: & de ostio medij cœnaculi tacuit. Ecōuerfo autem de via ascensionis in medium cœnaculū loquitur: de via ascensionis in medium latus tacite praterisse videtur. Sed vtrobique quod tacet de vno, dat idem intelligi ex eo quod dicit de altero. Vna via ascensionis ad vtrumque seruiabat: & ad triginta ascensionis cubitum introitus ad vtrumque patebat. Hæc via in pariete, id est in ipso muro in dextera quidem, hoc est australi parte erat: quæ in girum gradatim ducta ad superiora ferebat: vnde eam scriptura cocleam, quæ etiam vsus vitæ vocat. Iuxta id autem quod dicitur est de via, & ostio medij lateris, intelligere possumus quid de tertio sentire debeamus. Quod autem dicitur cœnaculum medium, & tertium, non sic est intelligendum, quasi ibi fuerit triplex cœnaculum: sed quod illud de quo prius agit sit medium trium mansionum: & quod id de quo secundo loco agitur, locum teneat supremum, & tertium. In duobus cœnaculis erat triplex tabulatum: vtriusque videlicet pavementum: & totius domus tectū. quæ quidam putant hoc loco dici triplex cœnaculum. Sed si sic auctor sensisset: nō vtiq; dixisset, *Et per cocleam ascendebant in medium cœnaculum: & a medio in tertium.* quin potius diceret: & per cocleam ascendebant in primum cœnaculum: & a primo in mediū: & a medio in tertium. Sed nec recte dicitur ascendi in tabulatum: sed ad tabulatum. Sequitur. *Et edificavit domum: & consummavit eam.* Quamuis (inquit) esset fabrica grandis: & modus fabricandi mirabilis, vbi non est auditus malleus, & securis: nihilominus tamen edificavit, & consummavit. Ab exterioribus incipiens, postquam egit de lateralibus extremis, annectit statim & de extremitatibus supremis. *Texit quoq; domum laquearibus cedrinis.* Quod de supremis laquearibus hoc dictum sit, ostenditur in eo quod dictū est. Texit. Additur adhuc de his quæ erant in superiorum extremis. *Et edificavit tabulatum super omnem domum quinq; cubitis altitudinis.* Tectū domus iuxta morem palestinorum, creditur fuisse planum. Quantum videtur ad hoc, hæc tabulata quinq; cubitorum altitudinis in supremorum extremi-

extremitatibus per circuitum fabricata erant: vt a fortuito casu descenderent eos qui in superioribus deambularent. De tecto aut ipsius domus intelligitur, quæ statim adiungitur. *Et operuit domum lignis cedrinis.* Descriptis templi exterioribus antequam de interioribus agat, ipsum opus ex diuino responso mirabiliter commendat, atq; magnificat. In quo quidem lectores suos multū per omnem modum attentos, & beneuolos reddidit: ne cui forte ociosum videatur, quod singula quæq; tam diligenter describit. Adiungit ergo auctor: & dicit. *Et factus est sermo domini ad Salomonem dicens. Domus hæc quam edificas: si ambulaueris in preceptis meis: et iudicia mea feceris: et custodieris omnia mandata mea gradiens per ea: firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum tui ad Dauid patrem tuum, et habitabo in medio filiorum: Israel. et non derelinquam populum meum Israel.* Hæc omnia per se satis patet, & nō extra expositionem non indigent. Addo tamen & illud quod forte Salomon hoc diuinitus responsum inter operandum accepit: & bono incepto diuina beneuolentia benigno fauore occurrit: & quo ordine sunt impleta, eodem & scripta. Sequitur. *Igitur edificavit Salomon domum: et consummavit eam.* Hoc superius iam dixerat, sed ecce idem repetit, postquam ex diuino responso ostendit cuius dignitatis, & auctoritatis domus merito fuerit, quam dominus se velle inhabitare prædixit, ac si apertius dixisset: opus quod tantæ dignitatis fuit, edificavit, & consummavit. Forte ista templi commendatio, & ad hoc poterit valere: ut legentium quilibet non me audeat arguere, ex eo quod viderit me obscuriora quæq; cū tanta diligentia discutere, & explanare: Superius descripsit tēpli exteriora, nunc incipit describere eius interiora. *Et edificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis.* Vnusidēq; paries marmoreus erat extinsecus: & tabulis coopertus intrinsecus: nec in parte tātū, sed totus. Hoc est quod aperte determinatur, in eo quod subiungit. *A pavimento domus vsq; ad summitatem parietis: et vsq; ad laquearia operuit lignis intrinsecus.* Operuit itaq; lignis parietes per omnia, vsque ad summa laquearia. Exiit pavementum domus tabulis abiignis. Ecce differentiā pavementi atque parietis. illud tegitur tabulis abiignis: iste cedrinis. Post ista describit tabulatum quod diuidebat exterius templum a sanctis sanctorum. *Edificavitque iugine cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedarina a pavimento vsq; ad superiora: et fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum.* Notandum quod ista tabulata dicuntur erecta a pavimento vsq; ad superiora: non autem vsq; ad laquearia. Nam vsq; ad laquearia plus quam viginti cubiti altitudinis erant: infima siquidem māsio templi (vt superius dictum est) triginta cubitos altitudinis tenebat, *Et fecit, inquit, interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum.* Pro-

priè dicitur oraculum: diuinum responsum homini a Deo per semetipsum, seu per Angelum, seu per hominem factum: vnde & dicimus oracula Prophetarum. Oraculum etiā dicitur propiciatorium: vel locus ille templi vbi responsa dabantur: & vnde audiebantur, iuxta quod in Exodo legitur. *Duos quoq; Cherubin aureos, et produces facies ex utraque parte oraculi.* De hoc sane loco Moyse a domino dicitur. *Inde precipiam, et loquar ad te: super propiciatorio scilicet, ac medio duorum cherubin.* Aliquando per oraculum tota domus illa interior intelligitur, in qua locus ille continebatur. Hoc autem loco nomen oraculi secundum primam acceptionem debet intelligi. Nam eo quod maxime dedicata fuerat in id genus officii, recte dicitur domus oraculi. Sequitur, in quo vtriusque domus longitudo determinat. Porro quadraginta cubitorum erat ipsius templum pro foribus oraculi. Si templū exterius quadraginta cubitos habuit: ergo interiori domui viginti cubitorum longitudo remansit. nam templum sexaginta cubitos longitudinis tenuit. Hic oraculi nomine, domū interiorem oportet intelligere. Quod pro foribus dicitur: idem est, ac si ante fores dicitur. Sententiā quam superius posuerat repetit, vt addat. *Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, et iuguras suas sabrefactas, et celaturas eminentes.* *Omnia cedrinis tabulis vestiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete.* De his quæ hic proponuntur, dicam quod mihi videtur. Quod in sequentibus legitur de laminis aureis, idem intelligo de tabulis istis: quod iste sicut ille erat æquilatere, opere quadro ad regulam factæ, in quibus secundum librum erat tornaturæ in modum circuli toro circumductæ: & intra circulos celata Cherubin, & palmæ. Hæc autem tabulata erant in hunc modum coniuncta. Inter postes muro intrinsecus adherentes: & ab invicem æqua mensura distantes, trabeculæ quædam hinc inde postibus affixæ, a pavimento vsque ad laquearia ordinatæ erant: quæ descriptas tabulas a superiori & inferiori parte excipiebant: nam earum iuncturas ipsæ tabulæ insertæ, & clauis affixæ erant. Hæc ergo trabeculæ iunctæ vocant: quoniam tabulata parietum ex ipsis in vnam compagem iungebantur. Iuxta eandem formam & similibus lignis quibus tabulæ erant compactæ a superiori & inferiori parte, intellige etiam iunctas in vtroque latere. In istis autem iuncturis artificiosa quædam concatenatio: nodosaq; plectra perplexio celata erat, sicut liber Paralipomenon (si bene recolo) in his verbis commemorat. *Sculpsitque in ea (hoc est in domo) palmas: et quasi catenulas se invicem complectentes.* Sequitur. *Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat: ut poneretur ibi arca fœderis domini.* Per oraculum hoc loco locum illum in quo arca inter cherubim media stabat intelligere debemus. nam domus interior non fuit in medio

Exod. 25.

Ibidem.

3. Reg. 6.

3. Reg. 6.

2. Paral. 3.

exterioris domus, nec esse potuit in medio sui ipsius. In eo autem quod dicit in medio domus, per domum hoc loco totum templum oportet intelligere, & in eo quod addit, in interiori parte, per interioram partem, interioram domum debemus accipere. Subsequently autem oraculum, pro tota domo interiori ponitur, in eo quod statim adiungit. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis et viginti cubitos latitudinis, et viginti cubitos altitudinis: et operuit illud, atque vestivit auro purissimo. Quod 20 cubitos altitudinis dicit, de illo pariete intelligi voluit, qui specialiter pro oraculo factus fuit: de quo et superius mentionem fecit. Forte aliquis estimabit, quod prima capitula eo loci demissius fuerit. Sed si in medium decimus quod in Paralipomeno legitur, gimus citius fortassis elucescet quod querimus. Nam postquam de interiori domo, & duobus cherubin egit, statim adiungit. *Fecit quoque velum ex hyacintho, purpureo, cocino, et bisso: et intexit ei cherubin.* Quis dubitet intelligendum esse de hoc velo quod legitur in Evangelio: *Et factum est velum templi a summo usque deorsum.* In hoc autem omnes Doctores, & scripturarum expostores consentiunt: quoniam ad hoc scissum est velum, ut paterent ea quae erant intra sancta sanctorum. Vbi ergo obsecro hoc velum pendeat, quod sancta, & sancta sanctorum ab inuicem diuidebat. Si dicimus quia ante parietem appensum fuerit, quod eius scissio profuit, si ipso scisso paries integer remansit. Tenendum itaque est absque ambiguo quod dictum velum contra illos decem cubitos in superioribus pendeat, qui parietem viginti cubitorum altitudinis excedebat: & in ea parte sanctum, a sanctis sanctorum diuidebat. Ut autem melius intelligatur quod de situ arcae, seu duorum Cherubin dicere volumus: veniat in medium quod de his in Paralipomeno in hunc modum legitur. *Et intulerunt sacerdotes arcam sedentis domini in locum suum: id est oraculum templi, in sanctam sanctorum subter alas Cherubin: ita ut Cherubin expanderent alas suas super locum in quo posita erat arca: et ipsam arcam tegerent cum vestibus suis.* Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita patebant ante oraculum. Si vero quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Notandum itaque quid de arcae vectibus hoc in loco legis, qui secundum lectionem Exodi semper erant in arcae circulis, & nunquam extraherentur ab eis. Dicitur itaque de his vectibus qui arcae circulis inserti erant, quod eorum capita extra oraculum propius existentibus patebant: nam a paululum remotis videri non poterant. Ex his itaque datur intelligi, quod vectes qui arcam portabant, ex una parte super summam partem, viginti cubitorum altitudinis iacebant: ita ut eorum capita extrinsecus apparerent: quae quidem capita dictum velum in id loci descendens ab exteriori parte velabat. Qui igitur iuxta parietem

Mar. 4.

2. Paral. 5.

stabant: inter summam partem parietis, & extremam partem veli apparcia videre poterant: remotiores vero propter interpositionem veli, videre non poterant. In hanc sententiam concurrere videtur. quod de eisdem vectibus in hoc eodem libro in sequentibus legitur. *Cumque eminerent vestes, et appaerent summities eorum foris sanctuarium ante oraculum, non appaerant ultra extrinsecus.* Ex hoc ite loco habemus, quod summities vestium ex eminenti loco appaerant foris sanctuarium, & ante oraculum. Nota quod dicitur cum additur: non appaerant ultra extrinsecus. Prius ostenditur quod extrinsecus appaerant: postea dicitur quod ultra extrinsecus non appaerant. Nouus, & inusitatus dicendi modus, ultra extrinsecus. Locus qui ante oraculum parieti adhaerebat extrinsecus quidem erat: cuius operatione quaelibet remotior ultra extrinsecus dici poterat. Quoniam ergo summities vestium de solum adiacenti loco videri poterant, dicitur quod ultra extrinsecus non appaerant. Ex his facile est perpendere, quod oportuit esse, quod vectes exciperet ab interiori parte. Sed quoniam quod id fieri potuit facile perpenditur, legentium conciectione relinquitur. In eo quod dicitur, quod altare de cedro vestiuit, notatur quod prima eius factura de lapide fuerit. Ea vero quae de duobus cherubin sequuntur, tam sunt aperta, ut non egent expositione aliqua. *Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum: positi sunt quoque angulorum quinque: & duo ostia de lignis oliuarum.* Contra usum nostrae consuetudinis tam in ingressu oraculi, quam in ingressu templi duo ostia erant: & utrobique vnum ab interiori, alterum ab exteriori parte extrinsecus pendeat: & utrumque ex duobus ostiis, hoc est ex duobus valuis coniunctum erat. Non enim valuarum more vnum ostium pendeat ex parte vna: & aliud ex parte altera, sed duo ostiola aurea quadam concatenatione in vnum ostium ita erant coniuncta, ut inuicem complicata medietatem introitus teneant, explicata vero totum ostium clauderent. Notandum quod postes ita dolantur quandoque, ut habeant angulos, quatuor aliqui ut habeant angulos quinque, aliqui autem habent sex, vel septenos, seu etiam octonos. Factura igitur operis exprimitur, in eo quod dicitur. *Postes quoque angulorum quinque.* Est autem intelligendum hos postes ante oraculi introitum erectos tam a pariete distare, quantum ostium plicatum se poterat extendere: tam vero inter vnum & alterum spacii interesse, quantum ostium explicatum poterat claudere. Interstitium vero quod inter postes & parietes erat, tam a superiori parte, quam ab utroque latere tabulatum tegebat. Vnum ex ostiis pendeat de poste ex parte ista: alterum autem de pariete, sed ex parte alia. Bene autem prius dicitur, quod fecerit ostiola, postea quod fecerit ostia: quoniam ex quatuor ostiis duo ostia sunt facta. Superfluum vero videtur quod expressio materiae

Ezech. 41.

materiae reperitur. Ecce habemus de ingressu oraculi: videamus nunc quid dicatur de introitu templi. *Fecit quoque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulos, & duo ostia de lignis abiegnis extrinsecus.* In superioribus habuimus postes quinque angulos, hic habemus postes quadrangulos. Ibi describuntur ostia de lignis oliuarum, hic vero de lignis abiegnis, quod vero dicit extrinsecus. Intelligendum est, tam de istis, quam de illis. Nam utrobique duo ostia erant: & utrobique vnum ex parte Australi: & alterum eorum ex parte Aquilonari pendeat, ita ut vnum eorum affigeretur ex parte interiori: alterum vero ex parte exteriori. Tam illis, quam istis conuenit quod de istis adiungit. *Et utrumque ostium duplex erat, & se inuicem tenens aperiebatur.* Utrobique utrumque ostium duplex erat: quoniam utrumque ex duobus ostiis, hoc est ex duabus valuis, sicut de interioribus iam docui compositum fuerat. Valuae autem non hincinde pendentes: sed se inuicem tenentes aperiebantur, & in aperiendo, vel claudendo modo inuicem plicabantur: modo explicabantur. Nota quod in introitu portae hincinde solent in ipso muro fieri quaedam eiectiones, ad quas ostium utrobique reuerberatur cum introitus clauditur. Sed quoniam in hoc templo omnia intrinsecus operiebantur ligno, in loco huius eiectionum erant duo postes ex parte interiori, & duo alii ex parte exteriori. Vnusquisque autem (ut dicitur) quadrangulus erat: prout ratio operis in eo loci, seu etiam ratio mysterii exigebat. His quae hoc loco de ostiis legimus, simile est quod in descriptione templi apud Ezechielem inuenimus. *Et duo ostia (inquit) erant in templo, & in sanctuario: & in duobus ostiis ex utraque parte bina erant ostiola, quae in se inuicem plicabantur.* Bina enim ostiola erant ex utraque parte ostiorum. Quod in sequentibus dicit de muro interiori atrii, intelligendum est & de muro templi: sed de eo dicitur, quod de ostiis legimus. *Et edificauit (inquit) atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum: & vno ordine lignorum cedri.* In praecipuis aedificiis temporis nostri superficiales tam lapides tam interiores, quae exteriores solent poliri: sed media inter hos minoribus lapibus & minime politis solent repleri. Sed in operibus Salomonis tam illi qui medium tenebant, quam illi qui interius exteriorisque appaerant, perpoliti erant, ita ut essent ibi tres ordines lapidum politorum, duo quidem superficialium, tertius interiacentium, quartus vero ordo erat de ligno, quoniam omnia intus vestiebantur cedro. Expletis quae de templi aedificatione dicturus erat, repetit quae in descriptione exordio praemiserat. Repetit namque, & dicit quo tempore aedificatio fuerit inchoata: ut addat quo tempore fuerit consummata: & inserat quantum tempore fuerit perfecta. *Anno quarto fundata est domus domini: in mense Zio, et in anno undecimo mense bulipse est octauus, perfecta est domus*

*in omni opere suo: et in uniuersis utensilibus. Aedificauit quoque eam annis septem.* Expleta de descriptione templi: addit de domo quam Salomon fecit sibi: adiungens & de domo saltus Libani. De domo regia latius agit: de domo saltus Libani solummodo mentionem facit. *Domum autem suam aedificauit Salomon, decem & tribus annis & ad perfectum usque perduxit.* Ecce de tempore, & facta de domo saltus Libani interpositio ne: adiungit de regiae domus modo, & magnitudine. Nam quod ad ea quae domo regia praemiserat, adiungit: aedificauit quoque domum saltus Libani, interpositio fuit: non enim de domo saltus Libani intelligi debet, quod de domo mensura annectit, cum dicit. *Centum cubitorum longitudinis: & quinquaginta cubitorum latitudinis: & triginta cubitorum altitudinis: & quattuor deambulacra inter columnas cedrinas.* In domo autem saltus Libani arma reponebantur, sicut in sequentibus legitur. *Fecit quoque Rex Salomon ducenta scuta de auro: & trecentas pelias ex auro probato. Posuit quoque ea Rex in domo saltus Libani.* Vnde & idem locus armamentarium dicebatur. Hinc est, quod de dictis armis in Paralipomenon scribitur. *Posuit quoque rex in armamentario, quod erat constitutum nemore.* Nota quod locus ille nemore constitutus dicitur, vnde & pro nonnulla similitudine saltus Libani vocabatur. Ecce de armamentario: nunc consideremus ea quae dicitur de regia domo. Patet de mensura, videamus quae dicuntur de ipsius factura. Sicut ex sequentibus colligitur: triplex ordo columnarum ibi erat, quorum vnusquisque quindecim columnas habebat. Vnus ordo totam domum a fronte in frontem in duas medietates diuidebat. Alius autem ordo in gemina distinguebat medietatem vnam: tertius vero in totidem medietatem aliam. In hunc igitur modum erant ibi quattuor deambulacra triplici columnarum ordine distincta. Vnde & adhuc addit. *Ligna quippe cedrina exciderat in columnas: & tabulas cedrinis vestiuit totam cameram.* Dicendo cameram, satis compendiosè exprimit facturam operis a superiori parte. Ex eo namque notatur quod inter columnas ipsas laquearia non erant plana, sed arcuata. Nam cameram idem sonat grece, quod curuum, vel conuexum latine. Tota itaque superincumbens deuectas cedrinis tabulis vestiebatur, quae quadraginta, & quinque columnis sustentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas, decem & quinque contra se inuicem positas. Ex hoc loco habemus, quod superius de ordinibus columnarum, & deambulacris iam diximus. Attende, quam argute factura porticus exprimitur, in eo quod porticus columnarum nominatur: ex eo videlicet quod ab exteriori parte muro carens columnis distinguebatur. Quod post maiorem porticum, de ceteris duabus subsequenter adiungitur, sic intelligendum videtur: quod vna earum erat in fronte maioris porticus ex parte vna:

3. Reg. 10.

2. Paral. 9.





capita facta iuxta mensuram columnarum, non sic oportet intelligere, quasi utrorumque grossitudo esset eiusdem mensuræ. Ista assignatio non est æqualitatis, sed proportionalitatis. Quod enim capitellorum mensuram, iuxta mensuram columnarum assignat, idem est ac si dicat. Talis erat mensura capitellorum, qualem exigebat magnitudo columnarum. De capitellis igitur, & retiaculis breuiter repetit, ut de malogranatis competentiùs adiungat, de quibus hucusque nil dixerat. *Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.* Si ordinem positionis attendas, primo supra stillim ponebatur epistilium, secundo loco illud capitellum quod habebat in duobus retiaculis ducentos ordines malogranatorum. Iuxta hanc considerationem epistilium rectè dicitur capitellum primum: illud vero de quo modo loquitur, secundum. *Malogranatorum,* inquit, *ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.* Vbi nulla pluralitas est, ordo esse non potest. Vbi quique itaque est ordo, non possunt esse minus quam duo. Vbi ergo ducenti ordines malogranatorum fuerunt, non minus quam quadringenta esse potuerunt. Longè inferius de his malogranatis iterum legitur. *Duo versus malogranatorum in retiaculis singulis.* Hic dicuntur esse in circuitu capitelli: sed modus determinatur ibi: quoniam in retiaculis erat, quæ capitellum ambiabant. Sed nõ video quomodo in retiaculis esse potuissent: nisi interposita, vel appensa fuissent. Sed ex Paralipomenon habemus, quod centum fuissent interposita: unde & constat quod reliqua fuissent appensa. *Fecit,* inquit, *malogranata centum quæ interposita erant.* Si ergo centum malogranata vni retiaculo interposita ita fuerunt circa capitellum ordinata, ut quodlibet vnum haberet è regione subter se aliud appensum, profecto vnum retiaculum continuit ordines centum. Vnum autem capitellum habebat (ut diximus) retiacula duo: & iuxta dictum modum erant centum ordines in vno, & centum in alio, & impletur quod dicitur. Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. Quod autem paucis interpositis subiungit, & super capita columnarum opus in modum lili posuit, repetitio est sententiæ quam superius in his verbis præmisit. *Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere lili fabricata erant.* Et notandum quidem quam sit auctori familiare eandem sententiam repetere. Post ista vas quoddam describit, quod & mare vocat, in quo sacerdotes manus, & pedes lauabant quæ in templo ministraturi erant. *Fecit quoque mare fuisse, decem cubitorum à labio usque ad labium, rotundum in circuitu quinque cubitorum altitudo eius.* Hæc omnia satis sunt aperta. Sed quod statim annectitur, omnino impossibile videtur. Et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. Si enim vas aliquod rotundum

3. Reg. 7.

2. Paral. 3.

habeat decem cubitos de vno latere in latius oppositum, impossibile est ut illud cingat resticula triginta cubitorum. Sed hæc quæstio melius in sequentibus soluitur, sicut suo loco dicitur. Circa superiora (ut dicitur) resticula triginta cubitorum ipsum cingebat: inferius autem ubi resticula decem cubitorum ambiri poterat, delectabiles quasdam & iocosas celaturas habebat, hoc est quod statim adiungit cum dicit. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare. Duo ordines sculpturarum histriatarum erant fusiles. Quæ dicuntur satis patent, & expositione non indigent. *Grossitudo autem luteris trium vnciarum erat.* Per grossitudinem, spissitudinem debemus intelligere, per luterem, hic idem quod mare. Sequitur. *Labium eius quasi labium calicis: & solum repandi lili.* Ex hac descriptione intelligitur, quod eius labium ad exteriora reflectebatur: unde & illa mensura subter labium sumpta intelligitur, quæ superius in his verbis describitur. *Et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.* Nã & illa mensura, decem cubitorum, non est sumpta subter labium: sed ubi ibi legitur a labio usque ad labium. *Duo milia batos capiebat: & tria milia metretas.* De his mensuris melius videtur supersederi quam aliquod dicere: quoniam sub eisdem nominibus apud diuersos diuersè intelliguntur mensuræ. In sequentibus quædam vasa describuntur, in quibus holocausta lauabantur, quæ liber iste luteris vocat, Paralipomenon cõcas nominat. De his concis ibi in hunc modum legimus. *Fecit quoque concas, decem quæ posuit quinque a dextris, & quinque a sinistris, ut lauarent in eis omnia quæ in holocausto oblaturi erant.* In hoc libro prius luterum bases quam luteris describit, cum dicit. *Et fecit bases, decem areas quattuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quattuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis.* Quoniam obscurum est quod de basium mensura dicitur, dico prius quod mihi inde videtur: postea littera explanabitur. Sed ut melius intelligatur quid inde sentimus, singula quasi membratim tractemus. Primo itaque ponantur duæ tabulæ: area ex maiore sui parte perforatæ quattuor cubitorum, tam in longitudine, quam in latitudine. Vna habeat foramen quadratum æquilaterum, altera rotundum, ita ut quadrati latus non excedat diametrum alterius. Tabula vero cum foramine quadro iaceat in imo. Supra hanc autem circa eius foramen erigantur quattuor tabulæ, tam primæ tabulæ, quam sibi inuicem per quattuor angulos foraminis firmiter coniunctæ: & teneant tres cubitos in altitudine. Per quattuor autem angulos iacentis tabulæ, iuxta erectarum iuncturam erigantur columnæ: areae habentes tres cubitos in altitudine. Tabula autem cum rotundo foramine tam tabulis erectis, quam columnis debet ita superiacere, ut omnia

2. Paral. 4.

nia iungat superius, sicut prima tabula omnia in vnum coniungit inferius. Super foramen autem supremæ tabulæ, quædam quasi emisperi concauitas debet collocari: formam habens per omnia quasi peluis inuersæ. Summitas namque huius emisperii in planam quandam rotunditatem deficiebat, quæ cubitum & dimidium quaque usum tenebat, cui luter insidebat. Circa vero basium superiora, per quattuor partes sustentacula quædam, quæ scriptura humerulos vocat, exhibent: quæ ventres luteris ab omni parte excipiebant, & sustinebant. Quod de rotis, & earum axio dicitur, satis apertum videtur, sed nunc ad litteræ expositionem reuertamur. Dicitur itaque de his basibus. *Et ipsum opus basium interrasile erat.* Hoc dicitur pro ea parte in qua erant celaturæ. Vnum est genus celaturæ in quo cuiuslibet corporis lineameta superficietenus circumscribuntur: aliud in quo tota corporis imago membratim formatur: & campus qui celaturis interiacet cauatur: & in parte, vel funditus abraditur. Itaque ad distinctionem alterius generis celaturæ, dictum est opus basium interrasile. Sequitur. *Et sculptura inter emeluras, & inter coronulas & plectas, & leones, & boues, & Cherubin: & in iuncturis similiter desuper.* Quattuor latera tabulæ in imo suppositæ iuncturas vocat: quorum vnamquodque duas hinc inde columnas, & adherentem tabulam erectam in vnum coniungebant: iuncturæ autem desuper, latera supremæ tabulæ dicuntur: quibus a superioribus similiter in vnum iungebantur: quibus singulis sculpturæ: inesse describuntur. In basibus autem columnarum per latera: & in tabulis illis quæ per quadrum stabant erectæ, coronulæ erant insculptæ, similiter & plectæ vel vimina quædam, inuicem artificiosè perplexæ. Inter has itaque plectas ubi in se inuicem in modum circuli replicabantur, similiter & inter coronulas & plectas insculpti perhibentur & leones, & boues, & Cherubin. *Et subter leones et boues quasi lora ex ære dependentia, & quattuor rotae per bases singulas: & axes ærei.* Omnia ista satis aperta. Et quod adiungitur de humerulis patet ex ante iam dictis. *Et per quattuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles contra se inuicem respicientes.* Plana sunt ista, sed quæ de luteris factura adiunguntur, subobscura videntur. Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate, & quod foris apparebat, minus cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat vnum cubitum & dimidium. Cogita facturam ipsius luteris quasi formam rotundam pixidis operculum non habentis, Caput eius, superiora ipsius. Summitas capitis ambitus foraminis. Summitas autem capitis, id est margo ipsius foraminis, adherentem sibi teretem quandam concauitatem in modum fistulæ factam cingebat, atque conglutinabat: quam liberos luteris vocat, quia per ipsum sibi infusa transiebat. Huius autem proce-

ritas semis cubitum tenebat, dimidius vero cubitus in ventrem descendebat, vnus autem cubitus exterius apparebat. Dicitur itaque quia os luteris in capitis eius summitate intrinsecus erat quoniam eiusmodi, quam diximus fistulam, marginis supremum intra se concludebat. His de luteris factura interpositis ad basium descriptionem redit, cum adiungit. *In angulis autem columnarum variæ celaturæ erant: & media inter columna quadrata, non rotunda.* Erant itaque celaturæ nõ solum in coronulis basium, sed etiam in angulis earum qui iacebant extra circulum. Inter columna vocat tabulas superiores dictas, inter quattuor columnas per quadrum erectas. Si autem subiecta tabula rotundum foramen haberet, & circa ipsum rotunda concauitas in altum ascenderet, profecto intercolumna non fuissent quadrata sed rotunda. Sequitur. *Quattuor quoque rotae quæ per quattuor angulos bases erant, cohærebant subter basim.* Nam axes quibus superpositæ bases incumbebant, ab vno basium latere transeuntes, & vtrinque excedentes, & rotis iniecti, rotas adinuicem copulabant. Ea quæ de basibus, vel luteribus in sequentibus adiunguntur, ex ante iam dictis perspicua videntur. In sine descriptionis columnarum superius descriptarum iterum mentionem facit, ubi & aliquid interferit quod prius non dixit. *Et perfecit omne opus Regis Salomonis in templo domini: columnas duas: & funiculos capitellorum super capita columnarum duos, & retiacula duo, ut operirent duos funiculos qui erant super capita columnarum.* Vique modo de funiculis capitellorum nullam mentionem fecit nunc duos super capita columnarum esse definit. Funiculos capitellorum eos vocat, quoniam capitellis inerant. Sed quod dicitur fecisse super capita columnarum funiculos duos, potest in dubium venire, an fecerit in singulis singulos, an potius in singulis duos. Sed hoc ipsum determinatur ex eo quod de retiaculis adiungitur. *Et retiacula duo, ut operirent duos funiculos qui erant super capita columnarum.* Hæmus ex superius positis atque expositis, quod duo retiacula erant in singulis capitellis. Quod ergo dicit duo retiacula, referendū est ad singula capitella. Singulorum capitellorum vero retiacula, duos funiculos operire non possent, si duo in singulis non fuissent. Quid adhuc fecerit, adiungit cum dicit. *Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis.* Sciendum pro certo hoc quod loco legendum sit quadringenta: non quadraginta secundum quod habent codices multi vicio scriptorum deprauati. Quod facile conuincitur ex eo quod superius legitur ubi dicitur. *Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.* Cui ista attestatio non sufficit, per Hebræos, Hebraicam veritatem consulat, & quod dicimus verum esse inueniet. Adhuc autem addit de his malogranatis, quomodo ordinata erant in retiaculis singulis.

3. Reg. 7.

gulis. *Duo versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiens funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum.* Concinit huic lectioni quod in Paralipomeno legitur, vbi de malogranatis, vel retiaculis scribitur. *Malogranata quoque quadringenta: & retiacula duo, ita ut bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistulas, & capita columnarum.* Nota quod vnus dicit versus; alius ordines vocat. Secundum quod superius legimus, & exposuimus, ducenti ordines malogranatorum erant in retiaculis duobus, centum videlicet in retiaculo vno, & centum in alio. Centum itaque ordines erant in singulis secundum lectionem istam. Absque dubio centum erant secundum considerationem vnâ: & duo sicut considerationem aliam. Si sicut vnâ dimensionem attendas, inuenies ibi duos centenarios: si sicut aliam cogites, inuenies ibi centum binarios. Quod superius dixerat de retiaculis, idem repetit de malogranatis. De vtrisque namque dicit quod funiculos operirent: vnde intelligitur, vsquequo retiacula descenderet, quæ malogranata de suis extremitatibus dependentia contra funiculos haberent. Ex superioribus (vt iam ostendimus) datur intelligi, quod in vno capitulo fuerunt duo retiacula: & duo tantum funiculi. Potuit ergo vnus ordo malogranatorum vnus retiaculi operire vnum funiculum; & vnus similiter ordo alterius retiaculi operire alterum. Quid est ergo quod dicitur, quod in retiaculis singulis erant duo versus, vel ordines malogranatorum ad operiendos funiculos capitellorum. Sed in hoc notatur quod decor operis, vel ratio significationis non sinebat vt primus ordo haberet contra se funiculum: & ideo in singulis retiaculis est additus ordo secundus: vt posset anteponi ea loci, quo ratio poscebat poni funiculum. Primus itaque ordo malogranatorum in singulis retiaculis septena (vt superius diximus) versus retiacula distinguebatur; secundus autem ante positus funiculis illos intuentium aspectibus obnubilabat. Hæc de rebus obscurioribus prout potui digessi. Si quis me non tam fastidiat, quam prolixitatis arguat, sciat me malle videri sciolis prolixior, quam simplicioribus obscurior. Sed quod dictum est à me forsitan nimis prolixè, quilibet peritior habet in potestate ad compendium reuocare. Notandum quod de mensura basium nihil dicitur: sed de eo quod in hoc libro, vel in Paralipomeno, legitur, quam sit facile deprehenditur. Secundum hunc enim librum stilus ipse decem & octo cubitos habebat: duo autem capitella octo cubitos tenebant. Secundum Paralipomenon vero tota columna habebat cubitos trigintaquinque, vnde & constat ipsius basium nouem cubitos habere. In principio descriptionis huius legitur quod templum triginta cubitos altitudinis habebat. Si ergo alti-

tudo porticus, altitudini templi respondebat, quomodo columnas trigintaquinque cubitorum altitudinis capere poterat? Ex inuicem igitur distorum collatione manifestè colligitur, quod in porticum gradibus ascendebatur, & quod eo loci quo columnæ stabant, terra quidem porticus ipsius pavimento quinque cubitis demissior erat. Nunc ea quæ de dictis retiaculis, vel malogranatis in fine Hieremias leguntur, in medium ducantur, ne forte alicui his quæ superius dicta sunt dissonare videantur. *Et retiacula, inquit, & malogranata centum retiaculis circumdabantur. Et retiacula, & malogranata nonaginta & sex dependentia. Et omnia malogranata centum retiaculis circumdabantur.* Sicut superius dictum est, in vno retiaculo erant centum malogranata in medio ipsius interposita, & centum in vno dependentia. Ex qua autem factum sit occasione, vt non fuerint ibi plus quam nonaginta sex dependentia tempore Hieremias, fateor me nescire. Secundum quod hic intelligi dedit, vnum retiaculum ex centum retiaculis compositum fuit, vnum ordinem concatenationum circumtextentium vnum ordinem foraminum, vult intelligi vnum retiaculum. Si à summo deorsum numeres quatuordecim foramina in vno ordine inuenies. Si numeres per circuitum, inuenies in ordine vno foramina centum. Erant ergo ibi quatuordecim retiacula secundum considerationem vnâ: & centum, secundum considerationem aliam. Septem versus retiacula erant vsque ad malogranata in medio interposita. Vnde & dicitur. *Et retiacula, & malogranata centum, retiaculis circumdabantur.* Et erant alia septem versus retiacula vsque ad malogranata in imis dependentia. Vnde & adiungit. *Et retiacula, & malogranata nonaginta sex dependentia.* Vtrum autem in inferiora malogranata in extremis foraminibus, an sub ipsis dependentia, dubitari potuit: sed determinatur in eo quod generalem sententiam subiungit, cum dicit. *Et omnia malogranata, centum retiaculis circumdabantur.*

## TRACTATUS TERTIVS

*De concordia temporum Regum conregnantium super Iudam & super Israel.  
Ad Beatum Bernardum Abbatem Clauuallensem.*

**I**N his quæ in libro Regum de diurnitate vel varia successione regnantium dicuntur: multa vt dicis contrarietas inesse videtur, vnde & numerorum computatio vitio scriptorum corrupta putatur. Vnde & antiquam de his iuxta petitionem tuam aliquid scriberem per Iudæos Iudæorum scripta consuli, & tam eorum scripta

scripta quam nostra in vnâ sententiam concurrere didici. Constat itaque apud me quod in his nulla contrarietas sit, quamuis & ipsis hucusque veritas ipsa latuerit. Abiit vt credam quod in diuinis scripturis veritas vsquam adeo oberrauerit, vt omnino recuperari non possit. In primis itaque sciendum, quod cum legitur Rex aliquis tot vel tot annos regnasse, non sic semper oportet intelligere, quasi vltimum Regni sui annum quisque ita compleuerit, vt ad eius completionem nulla diminutio superflua sit. Sed si ille annus qui inter successorem, & prædecessorem diuidebatur, neutri illorum ascriberetur, de collectionis summa pars magna veritati detraheretur. Satis itaque congruè & compendiosè ad denotandas minutias annum duobus communem scriptura illi attribuit, qui maiorem illius anni partem obtinuit. Item si diligenter attendimus, inuenimus pro certo frequens fuisse illis temporibus, quod in nostris sæpe accidit videmus. Videmus sæpe quod Reges filios suos dum adhuc viuunt coronant, vt subditorum contradictionem & rebellionem præueniant. Hoc apud Reges Israel frequens erat, timentes ne per aliquam rebellionem Regnum eorum ad domum David rediret. Et hoc quidem in scriptura quamuis vbiq; aperte non dicitur, inuenitur tamen in ea vnde suis in locis facile conuincatur. Et notandum quod tempora conregnantium quandoque attribuuntur soli patri, quandoque filio soli, quandoque tam filio quam patri. Sunt enim qui quamuis filios suos iam coronauerint, nullo modo dum viuunt Regiam potestatem eos exercere velint. Merito ergo eiusmodi tempus regnandi attribuitur soli patri. Sunt qui post filiorum coronationem modo propter corporis, modo propter mentis infirmitatem ocio vacant, luxui deseruiunt, & negocia Regni per omnia filios committunt. Nonne hæc tempora regnandi rectius ascribuntur filio quam patri? Sed quando Regni negocia communiter tractabant, & contra rebelles modo simul, modo separatim Regnum defendebant (sicut & Romani Imperatores suis temporibus fecisse leguntur) nonne hæc regnandi tempora vtriusque merito ascribuntur? Ecce Hieroboam Rex Israel dicitur regnasse viginti duos annos, & filius eius Nadab annos duos. Si vero duo isti dicantur viginti sex annos regnando implese, quod de duorum Regnorum collatione dicitur nullo modo poterit stare. Nam si Asa Rex Iuda regnauit Regis Hierobam anno vigesimo, quomodo potuit Nadab, vt legitur regnare Regni Asa anno secundo, & Baasa tertio? Sed si intelligamus Asa Regnum inchoasse, in vicefimi anni fine, ita

vt annus qui est Hieroboam vigesimus primus, sit Regi Asa primus, & qui est Hieroboam vigesimus secundus, & Regi Asa secundus, idem sit Nadab regnandi initium, & annus primus, ita vt annum vnum regnet cum patre: maiorem vero partem anni sequentis sine patre, si inquam sic velis accipere, videbis in his omnibus nil contrarietatis inesse. Item dicitur, quod Baasa qui Nadab occidit, tertio anno Regni Asa regnare incipiens, viginti quattuor annis regnauit. Intelligitur igitur quod Baasa vsque ad vigesimum septimum annum Regis Asa durauerit, quamuis cum non nisi ex maiori parte compleuerit. Quomodo ergo dicitur Hela filius Basa vigesimo sexto anno Regni Regis Asa regnare cepisse, & duobus annis regnasse, nisi quia vigesimum textum Regis Asa, & primam vigesimi septimi anni partem cum patre, & posteriorem eiusdem anni partem regnauit sine patre. Nam in fine ipsius anni vigesimi septimi, Zamri eum occidit, & pro ipso septem diebus regnauit. Legitur autem quod cum exercitus audisset rebellasse Zamri & occidisse Regem, fecit sibi Regem omnium Israel Zamri. Constat ergo quod idem annus fuerit Zamri regnandi primus, qui fuit Regi Asa vigesimus octauus. Quid ergo est quod legitur de ipso, quod regnauerit Regni Asa anno trigesimo primo? Sed scimus quod rebellante Thebni media pars populi sequebatur vnum, & media pars alium. Quod ergo dicitur regnasse anno Asa trigesimo primo intelligitur de eo tempore dictum, quando mortuo iam Thebni cepit regnare in toto. Scriptura autem dicit quod duodecim annis regnauit. Si igitur annus Asa vigesimus octauus fuit Zamri regnandi primus, constat quod annus Asa trigesimus nonus fuit isti in Regno duodecimus. Quomodo ergo constat, quod Achab filius ipsius Zamri regnauerit (vt legitur) anno Asa trigesimo octauo, nisi quod absque dubio duobus annis regnauit Achab cum patre suo? Concinit autem huic sententiæ, quod Iosaphat filius Regis Asa quarto anno Regni Achab dicitur regnasse. Idem siquidem annus qui fuit Asa quadagesimus primus extitit Achab in Regno quartus. Refert autem scriptura quod Rex Asa mortuus sit Regni sui anno quadagesimo primo, & regnauerit Iosaphat filius eius pro eo. Regnauit vero Achab annis viginti duobus, vnde & idem annus in Regno fuit Iosaphat decimus octauus, qui Achab extitit vigesimus secundus, & vltimus. Sed Ochozias filius Achab regnauit anno (vt legitur) Regni Iosaphat decimo septimo, & frater Ochozias Ioram anno eiusdem decimo octauo prior videlicet anno patris sui penultimo. Al-

ter autem eiusdem ultimo anno. Quomodo ergo verum fuit quod Ochozias duobus annis, vel pro patre quomodo regnavit, si frater eius ultimo patris eorum anno regnare cepit? Sed hinc intelligi datur, quod vnum annum in Regno egit cum patre, alium vero cum fratre. Intelligitur quod idem Ochozias in fine penultimi anni patris sui Regnum à patre accepit, & maiorem sequentis anni partem, cum patre exegit. Idem autem annus (vt diximus) qui fuit Achab vltimus, fuit Regi Iudæ Iosaphat decimus octauus. Perpenditur ergo quod in fine eiusdem decimi octavi anni, post mortem patris Ochozias per lapsum contractus, & Helia Prophetante de vita desperatis, fratrem in Regnum asciverit, & cum eo alium annum languendo exegit. Sed si Ioram filius Achab & frater Ochozias (vt de eo legitur) regnavit anno decimo nono Iosaphat Regis Iudæ, quid est quod paulopost dictus est regnasse, secundo anno Ioram filii eiusdem Iosaphat Regis Iudæ? An forte idem annus erat filio secundus, qui erat patri decimus octauus. Et potuit quidem esse, quod pro aliqua infirmitate seu alia aliqua causa instigante, pater tunc temporis filium coronasset, quamvis exercendi regiam potestatem per aliqua tempora omnino non permisisset. Notandum namque, quod cum Ioram filius Achab dicitur regnasse secundo anno alterius Ioram, non dicitur Regis Ioram, nec dicitur anno secundo Regni eius, nihil tale scriptura dicit, sicut superius per ceteros dicere consuevit, sed de morte Ochozias mentionem faciens, adiecit. Et regnavit Ioram frater eius pro eo anno secundo Ioram filii Iosaphat Regis Iudæ. Si filius Achab secundo anno filii Iosaphat regnavit: quomodo verum est quod econverso dicitur, filius Iosaphat quinto anno Ioram filii Achab regnavit, nisi quod datur intelligi quod ab eo tempore patre concedente & ordinante Regia potestate pro parte vsus sit, & Regni negocia simul cum patre tractaverit? Hinc est, quod conregnantium tempora ab eodem anno quinto ascribuntur tam filio quam patri, nam retroacta attribuuntur patri soli. Annus autem ille qui fuit filio Achab quintus, fuit Iosaphat qui viginti quinque annis regnavit vigesimus tertius. Vis autem ex ipsa scriptura apertius posse quod ille annus fuerit tribus communis? Anno quinto inquit Ioram filii Achab Regis Israel: & Iosaphat Regis Iudæ, regnavit Ioram filius Iosaphat Regis Iudæ. Ecce idem annus dicitur esse Iosaphat Regis, qui eius filio fuit primus, & filio Achab quintus, non quod fuerit quintus Iosaphat Regis, sed quod fuerit ei cum ceteris communis, Annis itaque tribus regnaverunt simul pater & filius. In eandem sententiam videtur concurrere, quod filius Iosaphat dicitur octo annis regnasse. Nam post mortem patris non potuit re-

gnare tot annis, quinto siquidem anno post mortem Iosaphat, Iehu tam Ahaziam filium filii Iosaphat, quam Ioram filium Achab occidit. In Regno autem Iudæ, iste filius Iosaphat invenitur primus patri conregnasse. Notandum quod idem annus Ioram Regi Iudæ fuit octauus, qui fuit Ioram Regi Israel duodecimus. Quomodo ergo dicitur quod Ahazias filius Ioram Regis Iudæ pro patre, & vno anno regnavit, si idem annus patri & filio, & Regi Israel vltimus fuit? Sub eodem namque tempore (sicut iam dictum est) Ahazias & Rex Israel ab Iehu interfectus est. Sed potuit filius maiori anni parte regnasse cum patre, reliqua sine patre. Et quoniam in Regno superuixit patri suo, dicitur regnasse pro eo. Ex his itaque quæ dicta sunt manifestum erit (vt credo) quam falsa sit quorundam opinio (ne dicam assertio) qui mota falsa questione solutionis gratia dicunt filium Iosaphat viginti annis regnasse. Non enim viginti annis pater regnare potuit, si filius eius qui regnavit pro eo octavo patris sui anno, vel modico post, ab Iehu occisus fuit. Constat quod Iehu vt dictum est Ioram filium Achab occiderit, qui duodecim annis regnavit, & postea de eodem Iehu dicitur, quod vndecimo anno Ioram filii Achab, & Regis Ahazias super Iudam, in Iezrael venerit: & Iezabel interfecerit. Quid igitur est quod illud quidem quod Iehu prius fecit, dicitur fecisse anno Ioram Regis Israel duodecimo & quod posterius fecit dicitur fecisse anno eiusdem Regis vndecimo. Sed miranda ratione innuit quod diuersis respectibus vnus & idem annus fuerit illi vndecimus & duodecimus. Nam vndecim annis per se solus regnavit, vni vero in Regno cum fratre exegit. Notandum vero quod similem positionem hoc loco inuenimus, qualem superius denotauimus. Ibi legitur: Anno quinto Ioram filii Achab Regis Israel, & Iosaphat Regis Iudæ, regnavit Ioram filius Iosaphat Rex Iudæ. Hic autem dicitur. Anno vndecimo Ioram filii Achab, & Regis Ahazias super Iudam, venit Iehu in Iezrael. Ibi quintus annus Ioram filii Achab dicitur esse tam Iosaphat quam ipsius, cum tamen fuerit soli Ioram in Regno quintus. Hic annus vndecimus eiusdem Ioram dicitur esse tam Ahazias, quam ipsius, cum tamen fuerit soli Ioram in Regno vndecimus. Iehu super Israel decimo octo annis regnavit, cuius septimus Iosaphat filius Ahazias super Iudam regnare incepit, & quadraginta annis regnavit. Idem autem annus fuit Iosaphat filius Iosaphat Regis Iudæ, qui & Iehu vltimus. Iosaphat vero filius Iehu vigesimo tertio anno Iosaphat regnare incepit, & decemseptem annis regnavit. Idem ergo annus fuit Iosaphat vltimus, qui & Iosaphat Regis Iudæ trigessimus nonus. Quomodo ergo scribitur quod Iosaphat filius Iosaphat trigesimo septimo Iosaphat Regis Iudæ anno regnavit, nisi quod Iosaphat filium suum triennio ante mortem

tem suam Regem constituit? Mortuo autem Iosaphat filius eius Iosaphat anno quadragesimo, & vltimo Iosaphat Regis Iudæ regnavit solus, vnde & Amasias filio eiusdem Regis Iudæ inuenit esse annus regnandi primus, qui filio Iosaphat esse secutus. In anno ait scriptura secundo Iosaphat filii Iosaphat Regis Israel regnavit Amasias filius Iosaphat Regis Iudæ. Notandum quod conregnandi tempora soli patri attribuntur, vnde & Regiam potestatem ante mortem patris filius minime exercuisse colligitur. Iosaphat Rex Israel sexdecim annis dicitur regnasse, cuius anno secundo regnavit Amasias Rex Iudæ. Annus igitur qui fuit Iosaphat decimus sextus, & vltimus, fuit Amasias decimus quintus. Quomodo ergo Iosaphat filius Iosaphat Regis Israel decimo quinto anno Amasias regnavit vt scriptura dicit, nisi quod vltimo patris sui anno patri conregnauit? Idem annus, vt diximus fuit Iosaphat decimus sextus, & vltimus, qui & Amasias Regi Iudæ decimus quintus. Annis igitur quatuordecim post mortem Iosaphat, Amasias regnavit, de quo legitur, quod annis viginti nouem regnavit. Quid est ergo quod Amasias post mortem Iosaphat dicitur regnasse viginti quinque annos vixisse, qui tamē post eiusdem mortem non inuenitur secundum scripturam nisi quatuordecim annis regnasse? Sed intelligi datur quod post vigesimum nonum Regni sui annum seu propter infirmitatem, seu alia aliqua de causa vacaret sibi, & filio coronato committeret negocia Regni. Hinc est quod Azarias qui Iosaphat filius Amasias vigesimo septimo anno Iosaphat Regis Israel regnasse dicitur, si cut in sequentibus legitur. Anno vigesimo septimo, inquit Iosaphat Regis Israel regnavit Azarias filius Amasias Regis Iudæ, vt superius iam diximus idem annus fuit Regi Iosaphat in Regno primus, qui patri ipsius fuit in Regno, & vltimus. Inter primum autem, & vigesimum septimum annum inuenies annos viginti quinque quibus Amasias Regi Iosaphat dicitur superuixisse. Ab eo ergo tempore cepit Azarias filius Amasias non sola sicut ipsius patris permissione, sed iure hæreditario Regiam potestatem exercere. Sicut superius dictum est decimo quinto anno Amasias Regis Iudæ, cepit Iosaphat super Israel regnare. Idem ergo annus fuit Iosaphat in Regno decimus quintus qui Amasias extitit vigesimus nonus. Et si Azarias filius Amasias statim post vigesimum nonum patris annum à patre Regnum suscepit, profecto idem annus & Azarias vigesimus sextus, & Iosaphat in Regno quadragesimus primus & vltimus fuit. Nam idem Iosaphat quadraginta & vno, & Azarias quinquagesimus duobus annis regnavit. Quid est ergo quod Zacharias filius Iosaphat trigesimo octavo anno Azarias vt legitur regnare incepit? Nunquid a vigesimo septimo anno Azarias vsque ad trigessimum octauum annus Regnum Israel sine Rege perman-

fit? Potest vtique in dubium venire, an tempore tem, an pp rebellionem vel ob aliam causam potuerit eatenus in Regno patris permanere. Quam anno trigesimo octavo Azarias Regis Iudæ dicitur Zacharias filius Iosaphat regnasse, sic oportet intelligere, quod trigesimo octavo quidem anno regnare cepit, & sex mensibus, non tam eiusdem quam sequentis anni regnavit, & post eum Sellum mense vno qui eum occidit. Post hos Manaliam eodem trigesimo octavo regnare incipiens, minorem eiusdem anni partem in Regno transegit. Nam si maiorem anni illius partem transegit, scriptura ei pro more non tantum decem, sed vndecim annos ascriberet. Quæ de Phaceia, vel Phacee dicuntur, satis aperta videntur. Ioathan filius Ozias decimus sextus annos regnasse describitur, & tamen Osee Rex Israel vigesimo eius anno regnare perhibetur, vnde intelligi datur eum in Regno viginti annis vixisse, sed a decimo sexto anno filium suum Regem constituisse, & quod quicumque de causa in Regno adeo meruit exaltari, vt tempora conregnandi potius ascriberentur filio quam patri. Anno secundo Phacee qui viginti annis regnavit, Ioathan Rex Iudæ regnare cepit. Idem ergo annus fuit Ioathan decimus sextus, qui & Phacee decimus septimus. Anno autem decimo septimo Phacee cepit Achab filius Ioathan regnare, sed vt intelligi datur in eiusdem anni fine, nam si toto anni illius tempore vel maiore eiusdem anni parte regnasset, non video cur annus ille Achab non ascriberetur, sicut & ceteri qui sequuntur. Idem ergo annus fuit Achab tertius, qui Phacee quem Osee occidit fuit vigesimus. Idem nihilominus fuit Achab quartus, qui patris eius dicitur esse vigesimus. Regnavit itaque Osee anno Achab quarto. Quid ergo est quod in sequentibus dicitur regnare eiusdem Achab anno duodecimo. An forte sicut Zamri contigit, ab eo tempore quo Phacee interfecto Regnum sibi præripuit vsque ad duodecimum regis Achab annum multis rebellantibus præualere non potuit? Vnde contigit videtur, quod ei subsequencia non autem præcedentia tempora in Regno ascriberentur, alioquin decimus octauus annus potius quam nouem regnasse diceretur.





**S**YMMARIA DECLARATIO A duarum tabularum sequentium ad agnoscendam contradictionem, et concordiam temporum Regum conregnantium super Iudam & Israel.

**I**n sequentibus duas tabulas adieci, in quibus continentur ea quae superius digessi. In prima continentur ea quae quaestionem mouere, vel contrarietatem inferre videntur. In secunda tabula eadem ipsa disposita sunt eo ordine, ut singula quae quaestionem mouebant videantur ex ea posse intelligi sine expositione. In prima tabula, & in primo ipsius ordine habes ordinata a summo usque deorsum, nomina regum in Iuda regnantium. Et in secundo ordine quot annis regnauerit unusquisque eorum.

**I**n tertio ordine habes reges Israelitici regni. Et in quarto tempora regnandi. In numeris qui quibusdam regibus subscribuntur, notatur quoto anno regni ipsius, qui superscribitur, regnare ceperunt, qui de contra e regione scribuntur. In secunda tabula, in prima eius fronte ordinatur series temporum ab exordio scismatis, usque ad tempora primae captiuitatis. In secundo ordine continetur series temporum Regum Iuda ordine sibi succedentium. In tertio ordine est palam videre, quando contigit filios patribus conregnasse. Quod de regibus Iuda eorumque filius docet ordo secundus & tertius, hoc de regibus Israel docet ordo quartus, & quintus. In quibus & illud perpendi potest, quod quaedam conregnandi tempora attribuntur solis filiis, quaedam solis patribus, quaedam vero tam filiis quam patribus.

*Ex hac prima tabula habes ea quae faciunt, & inferunt contrarietatem temporum regum conregnantium super Iudam & Israel.*

Nomina Regum Iuda.	Numerus temporum regnatum in Iuda.	Nomina Regum Israel.	Numerus temporum regnorum Regum in Israel.
Roboam.	xvii.	Ieroboam.	xxii.
Abia.	iii.	xviii.	
Afa.	xli.	xx.	
Anuo ii.		Nadab.	ii.
Tertio.		Baasa.	xxiiii.
xvii.		Hela.	ii.
xxvi.		Zambri.	diebus.vii.
xxvii.		Ambri.	xii.
xxxviii.		Achab.	xxii.
Iofaphat.	xxv.	iiii.	
xvii.		Ocozias.	ii.
xviii.		Ioram.	xii.
Ioram.	viii.	v.	
ii.		Ioram.	
Abazias.	i.	xii.	
Athalia.	vi.	Iehu.	xxviii.
Ioas.	xl.	vii.	
xxiii.		Ioaz.	xvii.
xxxvii.		Ioas.	xvi.
Amasias.	xxix.	ii.	
xv.		Ieroboam.	xli.
Ozias.	lii.	xxvii.	
xxxviii.		Zacharias.	vi. mensibus.
xxxix.		Sellum.	i. mense.
xxix.		Manahem.	x.
i.		Phaceia.	ii.
lii.		Phacee.	xx.
Ioathan.	xvi.	ii.	
Achaz.	xvi.	xvii.	
xii.		Osee.	ix.
Ezechias.		iiii.	
iiii.		vii.	
vi.		ix.	

*Finis primae tabulae.*

*Ex hac secunda tabula habetur concordia temporum Regum conregnantium super Iudam, & super Israel.*

Primus ordo temporum ab exordio scismatis usque ad tempora primae captiuitatis.	Secundus ordo temporum regum Iuda ordine sibi succedentium.	Tertius ordo temporis in quo contigit filios regum Iuda patribus conregnasse.	Quartus ordo temporum Regum Israel iuxta ordinem sibi succedentium.	Quintus ordo in quo contigit filios Regum Israel patribus conregnasse.
i.	i. Roboam.		i. Ieroboam.	
ii.	ii.		ii.	
iii.	iii.		iii.	
iiii.	iiii.		iiii.	
v.	v.		v.	
vi.	vi.		vi.	
vii.	vii.		vii.	
viii.	viii.		viii.	
ix.	ix.		ix.	
x.	x.		x.	
xi.	xi.		xi.	
xii.	xii.		xii.	
xiii.	xiii.		xiii.	
xiiii.	xiiii.		xiiii.	
xv.	xv.		xv.	
xvi.	xvi.		xvi.	
xvii.	xvii.		xvii.	
xviii.	i. Abia.		xviii.	
xix.	ii.		xix.	
xx.	iii. Afa.		xx.	
xxi.	i.		xxi.	
xxii.	ii.		xxii.	
xxiii.	iii.		xxiii.	
xxiiii.	iiii.		xxiiii.	
xxv.	v.		xxv.	
xxvi.	vi.		xxvi.	
xxvii.	vii.		xxvii.	
xxviii.	viii.		xxviii.	
xxix.	ix.		xxix.	
xxx.	x.		xxx.	
xxxi.	xi.		xxxi.	
xxxii.	xii.		xxxii.	
xxxiii.	xiii.		xxxiii.	
xxxiiii.	xiiii.		xxxiiii.	
xxxv.	xv.		xxxv.	
xxxvi.	xvi.		xxxvi.	
xxxvii.	xvii.		xxxvii.	
xxxviii.	xviii.		xxxviii.	
xxxix.	xix.		xxxix.	
xl.	xx.		xl.	
xli.	xxi.		xli.	
xlii.	xxii.		xlii.	
xliiii.	xxiii.		xliiii.	
xliiiii.	xxiiii.		xliiiii.	
xlv.	xxv.		xlv.	
xlvi.	xxvi.		xlvi.	
xlvii.	xxvii.		xlvii.	
xlviii.	xxviii.		xlviii.	
xlix.	xxix.		xlix.	
l.	xxx.		l.	
li.	xxxi.		li.	
lii.	xxxii.		lii.	
liiii.	xxxiii.		liiii.	
liiiii.	xxxiiii.		liiiii.	
lv.	xxxv.		lv.	
lvi.	xxxvi.		lvi.	
lvii.	xxxvii.		lvii.	
lviii.	xxxviii.		lviii.	
lix.	xxxix.		lix.	
lx.	xl.		lx.	
lxi.	xli. Iofaphat.		lxi.	
lxii.	i.		lxii.	
lxiii.	ii.		lxiii.	

Richardi S. ViG. Pars II. B 3







qualis, quantusque vir iste fuerit: quali distinctione quantaque virtute preeditus extiterit, contra quem gentes, & populi defuerunt, contra quem Reges & Principes conueniunt. Nos si contra vniuscuiuslibet demonis sauitiam, vel astutiam restitisse, vel resistere nos posse nouerimus, multum nos profecisse putaremus: immo non iam homines, sed supra homines nos esse crederemus. Iste autem non tantum a gente, vel Rege se sentit impugnari: immo a gentibus, & populis, & Regibus, & Principibus se non posse superari, & nouit, & scripsit, & posteris legenda reliquit, ut vel sic confundat superbiam nostram qui nihil sumus, & tamen superbire non erubescimus. Si quis autem gentes, populosque ad cogitationes, reges vero, & Principes referre velit ad affectiones, facile cedo: quia animi affectiones cogitationibus praesidere non ambigo. Sic tamen hunc intellectum recipiamus, ut superiorum quidem non destruiamus, qui scripturam factam multiplicem expositionem recipere non dubitamus. Siue ergo totum ad animi uicia: siue totum referamus ad demonia, aut si melius partim ad uiosos mores: partim referimus ad uictorum inuentores, multum quidem est haec, vel illa superare, maius tamen est utriusque posse resistere. Si tamen propheta utrumque non posset, eis cum tanta fiducia non insultaret, cum dicat.

*Psal. 2.* *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt Reges terrae, et Principes conuenerunt in unum.* Sed si sequentia uerba diligenter attendimus, unde de tot hostibus uictoriam praesumat, citius inueniemus. Ait enim. *Astiterunt Reges terrae, et Principes conuenerunt in unum.* Sed contra quem? *Aduersus Dominum*, inquit, *et aduersus Christum eius.* De illo ergo uictoriam praesumebat, qui in ipso contra tot hostes indefessè dimicabat. Quid enim aliud quam quaedam Dei turris Dauid anima extitit, quae sibi dominus quasi uir pugnator omnipotens nomen eius, contra tot hostes defendit? Vna utique ex his turribus erat pro quibus alibi ipse Dauid proclamat.

*Psal. 121.* *Fiat pax in uirtute tua et abundantia in turribus tuis.* Hanc itaque turrem praeceteris fortem, & inter fortes singularem primo gentes impugnant: populi obsidione vallant. Sed quia praualere non possunt, tandem assistunt Reges, conueniunt Principes. Sed inexpugnabilis manebat quam dominus sibi iugiter defendebat. Stabat itaque Dauid inter tot hostes de Dei protectione securus, & de tot hostibus per Dei uictoriam tandem triumphaturus. Insultare ergo non metuit, quos sibi non posse praualere perspexit: & dicit. *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt Reges terrae, et Principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, et aduersus Christum eius.* *Aduersus Dominum*, inquit, & ad-

Scriptura facta, multiplici expositionem admittit.

*Psal. 2.*

*Psal. 121.*

**A** uersus Christum eius. Alia sunt in nobis dona naturae, & alia sunt dona gratiae. Distinguamus nihilominus Dominum, & Christum eius. Per Dominum intellige creatorem, per Christum intellige Saluatorem. Aliunde dicitur Creator, & aliunde Saluator. Creator est pro eo, quod fecit quod non erat: Saluator autem inde dicitur, quia restaurauit quod perierat. Dona ergo naturae pertinent ad Creatorem, dona uero gratiae specialiter pertinent ad Saluatorem. Dona naturae dico quando secundum naturalem complexionem hos uidemus proniores ad misericordiam, illos rigidiores ad iustitiam. hos naturaliter prudentiores, illos simpliciore, & caetera huiusmodi, quae naturaliter quisque habet, non ex industria possidet. Gratiae autem dona dicuntur, quando quisque nititur habere per gratiam, quod possidere minimè potuit per naturam. Illa igitur accipimus a prima conditione ex munere Creatoris: ista tempore congruo accipimus ex beneficio Saluatoris. Quando itaque dona naturae corrumpimus, in Creatorem peccamus, qui eius opus destruere non timeamus. Quando uero quis dona gratiae destruit contra Saluatorem suum specialiter agit, qui pro reparatione nostra usque ad mortem sudauit. Quia igitur uiciosi mores, siue uictorum inuentores tam dona naturae, quam dona gratiae in nobis subuertere nituntur, rectè non solum contra Dominum, sed etiam contra Christum eius, gentes & populi, Reges & Principes assistere perhibentur. Quia ad Creatoris iniuriam in nobis corrumpere festinant opus Creatoris, & ad contumeliam Saluatoris euacuare satagunt opus redemptionis. Rectè ergo dicitur. *Astiterunt Reges terrae, & Principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* *Dirumpamus uincula eorum: et proiciamus a nobis iugum ipsorum.* Per uincula retinemur: ne eamus quo ire uolumus. Sub iugo cogimur inuicti operari quod nolumus. Duo magna mala, impediti a bono, occupari in malo. A bono nos reuocant uincula cupiditatis, ad malum nos impellit iugum timoris. Bonum utique est secundum prophetam consilium huiusmodi uincula dirumpere, bonum nihilominus huiusmodi iugum proicere. Sed forte modum queris: quomodo id fieri possit audire concupiscis. Audi, sed negligere noli. Noli diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt, & uincula dirupisti. Noli timere eos qui occidunt corpus, animae uero non habent quid faciant, & iugum proiecisti. *Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Qui habitat in caelis iridebit eos: & dominus subsannabit eos.* Mirum valde si dominus ubique est: cur in caelo, & non potius ubique esse dicitur: uel si in caelo tantum est, cur ubique esse creditur

Dona naturae: quae.

Dona gratiae: quae.

Vincula & iugum quid spiritualiter operentur in nobis.

*Psal. 2.*

Quid sit rumpere uincula, & iugum abicere.

1. Ioan. 2. Matth. 10

Quid sit rumpere uincula, & iugum abicere.

**A** datur. Sed usus noster habet, ut res quaelibet uideatur ibi ubi est, ubi uero non est, minimè uideri potest. Quem uero constat ubique esse, uoluit tamen scriptura in caelo specialiter assignare, & ibi maximè inesse dicitur ubi ab omnibus inhabitatoribus incessanter uidetur. Ut qui eum uidere desiderat ubi uideri potest, illuc per meritum ascendat, & est quidem in terra, nec tamen eum uidemus, qui in terra sumus, nec inferno deest quamuis ab inferni habitatoribus uideri posse non credimus. Eundem tamen in caelis esse, & in caelis uideri non dubitamus. Sciendum tamen est, quod aliter uidetur per fidem, aliter autem per contemplationem, aliter uero cernitur per speciem. Quod est inter caelum & terram, hoc interest inter fidem & infidelitatem, & possumus quomolibet perfectum dicere caelum propter fidem, Huius tamen caelo supereminet aliud caelum, dignitas scilicet spiritualium uirorum, cui tamen superferretur tertium sublimitas uidelicet Angelorum. In primo itaque uidetur per solam utriusque fidem, in secundo autem uidetur etiam per contemplationem, in tertio uero cernitur facie ad faciem. Per fidem eum uidemus, quando illa quae de eo scripta sunt firmiter credimus. Per contemplationem autem eum cernit, qui in eo quod de illo prius credidit, ex inspiratione diuinæ intelligentiae oculos figit. Per speciem uero uidetur, quando in propria substantia sicuti est facie ad faciem cernitur. Verum tamen quocumque modo uideatur, non tamen uidetur nisi in caelo. Nam in primo (ut diximus) per fidem, in secundo caelo per contemplationem, in tertio uero uidetur per speciem, solummodo in huiusmodi caelis habitat per gratiam, cum tamen nusquam desit per potentiam, uel essentiae suae praesentiam, Quia ergo singulari quodammodo in sanctis dominus habitat rectè scriptura eum in caelis specialiter locum habere designat, Sed si per terram, carnem, per caelum, animam intelligimus, est adhuc aliud quod in his uerbis animaduertere debemus, Sciendum namque quoniam ad illud diuinitatis arcanum nunquam sensus ingreditur carnis, nunquam ad illa inuicibilis secreta sensus corporeus admittitur, Sola anima quae ad similitudinem eius facta est, diuinæ naturae substantiam uidere potest. Sed nec eam aliquis ibi corporaliter uidere desiderabit, sicuti nec hic sapientiam suam corporaliter uidere querit. Quoniam igitur sola anima diuinæ claritatis capax est, ad quod sensus corporeus nunquam penetrare potest, merito in caelo (hoc est in anima) Deus habitare asseritur, quae eius in aeternum & praesentia fruatur, & uisione letatur. Quid igitur mirum si Deus animam sibi contra hostes defendit, in qua in aeternum habitare elegit? Sicut scriptum est: *Hæc requies mea in seculum seculi hic habitabo*, quoniam elegi eam.

*Psal. 131.*

**A** fiducialiter itaque agam, & non timebo si talem habitatorem habuero, si talem protectorem inuenero, tunc demum inter hostes securus in eis insultare non trepidabo, dicens. Qui habitat in caelis iridebit eos, & dominus subsannabit eos. Qui in caelis habitat, qui animas inhabitare amat, ipse sibi defendat, ipse hostes repellat, conuincat, irideat. Qui habitat in caelo iridebit eos, & dominus subsannabit eos. Aliud est iridere, aliud est subsannare. Irrisio est quasi aliquem ironice laudamus, cum supra quod est, uel aliquid quod omnino non est amplificando ei ascribimus, ascribendo amplificamus. Subsannatio uero est, quando in alicuius denotatione uultum nostrum simulata deformitate transfiguramus, & qualis ipse sit, uel potius quales nos esse credat, mentita deformitate depinguimus. Et licet subsannatio a nasi deductio, ne specialiter dici uideatur, rectè tamen qualibet laborum, nasi, oculorum, faciei, irrisoria detorsio, subsannatio dicitur, Irridendo igitur alterius pulchritudinem simulamus, subsannando uero nostram quodammodo dissimulamus, uel potius iridendo feciditatem illius dissimulamus, subsannando nostram, quae nulla est, simulamus. Fit uero ex huiusmodi simulatione, uel dissimulatione, ut aliena deformitas deformius appareat, & nostra formositas formosior emineat. Quid igitur aliud est dominum suos inimicos iridere, quam eos ad fortia quaedam, uel etiam magna agenda relaxare, in quibus possint ad tempus sibi, uel aliis gloriosi apparere? Et tunc quasdam quasi eorum laudes in eorum auribus loquitur, cum eos id agere permittat unde superba mens eorum inaniter gloriatur. Quales propheta percussit cum dicit: *Disperdat dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est?* Irrisio itaque est cum inimicorum suorum fortitudinem simulat. Subsannatio uero est cum suam potentiam, uel iustitiam dissimulat. Saepè enim iniustos in hac uita prosperari, iustos uero affligi permittit, quasi qui malitiam resistere non possit, uel innocentiae compati non possit. Dum igitur peruersis mentibus, uel minus potens, uel minus iustus apparet, quid nisi uultus sui rectitudinem (ut ita dicam) in eorum consideratione detorqueat? Quia enim, qui iustus est iustus esse non creditur, quasi uultus ipse speciositas in suo decore ab ipsis non uidetur. Fit namque saepe ut dum impii mala impunè faciunt, Deum res humanas minimè curare credant. Quales illi describuntur, qui dixerunt: *Non uidebit dominus, nec intellet Deus Iacob.* Quorum quidam dixerunt in corde suo oblitus est Deus, auertit faciem suam ne uideat in finem. Peruersi itaque iridentur, cum de seipsis tam falsa, quam magna praesumunt. Subsannantur autem, cum tam prophana, quam uana de domino insana mente concipiunt, suas quasi laudes

*Psal. 2.*

Differencia inter iridere, & subsannare. Irrisio quod subsannatio quid.

*Psal. 110.*

*Psal. 93.*

*Psal. 120.*

laudes, sed falsas audiunt in quantum de se magna, sed minime vera credunt. Dominum autem quasi deformem aspiciunt, quando de eo indigna sentiunt. Maxime autem malignis spiritibus hac sententia conuenire videtur, contra quos specialiter prolata videtur. Suis enim tentationibus David fatigabant, suis cum insidiis subuere festinabant, sed David de domini protectione securus fiducialiter psallebat, dicens: *Qui habitabit in caelis iridebit eos, & dominus subsannabit eos.* Saepem, maligni spiritus electis quibusdam ad tempus praeualere permittuntur, unde fit ut illos quos dñs sibi in eternum seruat, extra Dei dispositione perdere moliantur. Sed dñs saepe post lapsum electi quilibet tanto fortiores, quanto humiliores resurgunt, quid aliud suis impugnationibus maligni spiritus, quam honorum praesectibus nolentes seruiunt? Vide si potes qualliter iridentur, cognosce quomodo derident. Nihil est unde magis dolcant, nil est, quod amplius ingemiscent, quam bonum nostrum, quaprofectum nostrum. Paene plus odium bona nostra, quam tormenta sua immo malitiam quotidie tormenta sua augere, quam nostra bona, quam merita nostra non minuere, & tā tot conatibus, tantis discrimenibus nil aliud agunt, nisi ut boni qui; quotidie meliores fiant: *Iridentur itaque, cum se aliquid contra electos posse gloriatur, subsannantur autem cum contra Dei dispositione aliquid agere arbitrantur.* Saluti quippe electorum militat quicquid contra illam inimica malignitas accitat, & inde ordinationem Dei implere cogitur, unde eam impedire sitiuole nititur. Recte ergo de his dicitur quia iridebit, & dominus subsannabit eos. Nemo miretur, nemo indignetur, si ea quae de Christo dicuntur, & intelliguntur iuxta litteram, & edificationis gratia deriuemus ad eius membra iuxta mysticam intelligentiam.

Annotatio in Psal. Cap. III.

**I**n pace in idipsum dormiam, & requiescam. Pax illa per quam, & in qua anima obdormit, per quam exteriorum omnium interim memoriam amittit, per quam ipsa sibi in obliuione venit in qua seipsum supergressa, tota in Deum transit. Pax inquam illa quid aliud esse videtur, quam internum illud verum, & plenum gaudium, quaedam (vt sic dicam) supereffluentia spiritualium deliciarum, mira scilicet & ineffabilis quaedam fatietas celestium desideriorum? Pacem sanetulle tantum veram plenam obtinere videtur, quando omne eius desiderium internae illius dulcedinis superabundantia penitus absorbetur. Quamdiu enim animus in ea quae nondum habet estuanti desiderio anhelat, pacem quomodo habet, quam pacem habet his quem desideriorum suorum vexatio fatigat? Gaudium ergo nostrum nisi plenum fit, desideria nostra ad ve-

Iridentur illi qui gloriantur se posse aliquid contra electos Dei. Substantur qui arbitrantur se posse agere aliquid contra Dei dispositionem.

Quam sit illa pax in qua anima cu do. Quam mire cupit

ram pacem non componit. Et quidem in hac corruptibili vita humanus animus perfectum gaudium habere non potest, quia perfectum gaudium in hac exiguitatis suae angustia capere non potest, plenum tamen gaudium habere potest, quia tantum habere potest, quantum capere potest. Pace itaque sua tunc veraciter mens humana perfruitur, quando in id, quod interius de diuina dulcedine sentit tota resolutur. Haec autem pax ut plena sit, in duobus consistit, in contemplatione videlicet veritatis, & satietate internae suauitatis. Ab vno inchoatur, & ex alio perficitur. Primum siquidem est, ut celestis sponsi amica, & veri amici dilecti sui desiderio accensa, & in eius aduentum suspensa, primum inquam est, ut videat quem diligit anima sua, secundum est ut in amplexu eius ruat, & oscula iungat, secundum, quod incessanter postulat, osculetur me osculo oris sui, ut ad eius deosulationem hauriat de dulci dulcedinem, & de suavi exprimat suauitatem. Facius quippe distillans labia eius, & spiritus eius super mel dulcis. Ipse siquidem summa pulchritudo, ipse summa dulcedo. Pulchritudo ad visum, dulcedo ad gustum. Quasi exterius adhuc est quod videtur, interius esse incipit quod gustatur, plus est gustare, quam videre. Quod enim gustamus nobis incorporamus, & cum eo quasi vnum efficiamur. Sic proculdubio cum diuini spiritus infusionem accipimus ipsi quodammodo vnimur: *Qui adhaeret domino*, inquit Apostolus, *vnus spiritus est.* Haec utique est illa vera ac plena Diuinae infusionis dulcedo, haec summa, & singularis delectatio, quae sola potest cordis desiderio satisfacere, quae praeualet eius ingluuicem satiate. Haec sola desideriorum nostrorum fatigatione compefcit, haec sola animum ad veram pacem componit, quia quid amplius requirat non inuenit. Quid enim est quod amplius requirat, quae hoc ipsum quod habet capere non potest? Videamus ergo nunc quibus gradibus haec pax crescat. Primo est desiderii sui longa expectatio, expectationem sequitur circumspectio, circumspectionem contemplatio, contemplationem admiratio, admirationem exultatio, exultationem dulcedo. Expectatio est, ex quo sponsa Christi post diuturnam fatigationem desiderii sui tandem aliquando incipit de eius quem diligit anima sua aduentu per internam aspirationem certificare, dum dicitur ei quotidie expecta, reexpecta, modicum hic, modicum ibi. Qui enim venturus est veniet, & non tardabit. In hac expectatione incipit anima huc illucque frequenter circumspicere, & cum summa diligentia attendere qua parte occurrat qui expectatur ut veniat, utrum ab oriente, an ab occidente, an a desertis montibus. Cum ecce subito ab austro veniens, Deus siquidem ab austro veniet, & sanctus

1. Cor. 6.

Esa. 28.

Cant. 6.

Quam suavis & iucunda sit contemplatio diuinae.

Cant. 4.

Profectus gradus in augmento suauitatis internae.

sanctus de monte Pharan. Exultat ut gigas accurrendam viam. Venit itaque subitus & festinus, saliens in montibus: & transiens colles. Properatque in occursum sponsae suae, acclamans & dicens. *Auerte oculos tuos a me, quia si me auolare fecerunt.* Ecce quomodo expectationem sequitur circumspectio, circumspectionem vero contemplatio. Contemplatio siquidem est, quando tandem anima videre incipit quae longa expectatione sustinuit, & frequentis circumspectione quaesitauit. Sed absque dubio ex quo incipit anima contemplari, incipit pariter & admirari. Quid enim mirum si miratur speciem speciosi forma praefiliis hominum? Absque dubio quanto limpidius contemplatur, tanto vehementius miratur, & quanto amplius miratur, tanto audidius, tanto attentius contemplatur. Crescit itaque quantitas admirationis ex qualitate contemplationis, & ex vehementia admirandi crescit diligentia contemplandi. Sed quale, quam ve iucundum spectaculum putamus esse, summam pulchritudinem ex quantumque parte videre, luminosum illum diuinae claritatis vultum limpidius contemplari, & in eius admiratione assidue suspendi? Huiusmodi itaque mirando, iucundaque spectando oritur illa quam praefati sumus magna, & vehemens congratulatio. Nam (vt iam dictum est) contemplationem admiratio, admirationem vero sequitur exultatio. In hac autem exultatione perfunditur animus mira quadam, & ingenti dulcedine, quam nullus sensus potest aestimare, nullus sermo valet explicare. Cum enim celestis ille sponsus sponsae suae charitatis amplexibus coniungitur, & ad eius osculum inclinatur, ad eius contactum subito celestis quadam dulcedine animus perfunditur, quam quidem sentire potest, sed (vt superius iam dictum est) nulla sermonis latitudine explicare potest. Ille enim diuini labiorum fauus distillans fixis sponsae labiis fortiter expressus, incipit distillare dulcedinem, & emanare suauitatem. Influens itaque ille celestis suauitatis dulcor, incipit quidem primo sponsae interiora replere, postmodum autem vsque ad os effluere, tandem vero per labia emanare, intantum ut a sponso suo statim audire mereatur. *Mel, et lac sub lingua tua, fauus distillans labia tua*, eo quod ex abundantia cordis os loquatur. Sed sicut in superioribus, sic & in hac exerescentia suauitatis internae quosdam possumus profectum gradus attendere. Primo enim incipit sentiri illa interna suauitas, & ex illa generatur mira quaedam perfruidi auditas, auditatem sequitur saturitas, saturitatem ebrietas, ebrietatem securitas, securitatem tranquillitas. Quod enim gustata suauitas auditatem

exacuet, quis ignorat? Quanto enim quid cui dulcius sapit, tanto degustantis animum ad eius appetitum acrius accendit. Sed proculdubio quo audidius comedimus, eo citius ad desideratam saturitatem pertingimus. In hunc itaque modum & suauitatem auditas, & auditatem saturitas subsequitur. Scimus autem quia quique postquam ad saturitatem comedendo perueniunt, quaelibet apposita, vel oblata fastidiunt. Quid igitur huiusmodi saturitatem quam praefati sumus, quid inquam aliud esse dicemus, quam quoddam quarumlibet corporalium deliciarum fastidium, & ex intimo affectu exteriorum omnium rerum quendam & spontaneum despectum? Aliud est enim blandienti delectationi resistere, & violenter repellendo ei nolle acquiescere, atque aliud spontaneo quodam intimi affectus nutu fastidire, & quaelibet interim carnis blanditas penitus sibi sapere non posse. Ad veram itaque internae satietatis plenitudinem anima peruenit, quando praefiliis suauitatis abundantia quam interius sentit, omnium quae exterius apponi possunt quoddam necessarium potius quam voluntarium fastidium incurrit. Hanc autem veram suauitatis satietatem sentire non possunt, qui exterioribus delectis affluunt. Non enim inuenitur huiusmodi suauitas in terra suauiter, uiuentium, nec sapere potest sapor huiusmodi inter tot oblectamenta deliciarum, & tam varia condimenta ciborum: *Edent*, inquit, *pauperes, et saturabuntur*, pauperes (inquit) non diuites. Hanc autem saturitatem (vt iam dictum est) ebrietas sequi solet. Scimus autem omnes quoniam qui plene ebrii sunt, irrationes suas saepe nec quidem auertunt, & circumstantia pericula nec declinare, nec saltem attendere norunt. Cum igitur videamus multos quotidie inter conuiuia & opprobria hilarescere, inter pericula, & rerum damna gaudere, quid qui huiusmodi sunt nisi ebrios debemus iudicare? Quid tantam dixerim mentis alienationem, nisi spiritalem quandam ebrietatem? Prius autem est ut fastidiamus uaria, sed vana mundi oblectamenta. Secundo ut despiciamus quaelibet eius aduersa. Primum efficit spiritualis fatietas: Secundum autem spiritualis ebrietas. Satietaem ergo ebrietas sequitur, vt eorum effectibus comprobatur. Ex hac autem ebrietate animus in tantam constantiam excrescit, tantamque fiduciam de domini protectione assumit, vt cum Apostolo audiat, & dicat. *Certus sum, quia neque mors, &c. vsque quae est in Christo Iesu, & caetera.* Haec est rata, & firma securitas quam sequitur tranquillitas. Quid enim mentis illius tranquillitatem turbare valeat, quem nullus cupiditatis stimulus inquietat, quem nullus timoris aculeus

Saturitas spiritualis quae.

Psal. 21.

Quinam sint ebrii spiritu.

Rom. 8.



leus exagitat? Hæc autem tranquillitas est pax illa quam diu loquendo quaesiuimus, ad quam tot gradibus vix tandem ascendimus. Hæc est illa pax in qua anima obdormit, pax, quæ mentem ad interiora rapit, pax, quæ exteriorum omnium memoriam intercipit, quæ ingenii acumen exuperat, quæ rationis lumen reuerberat, quæ desiderium cordis replet, quæ omnem intellectum absorbet. Hanc quietem Iohannes dicit silentium, psalmista vocat somnum. Ab Apostolo dicitur pax Dei quæ exuperat omnem sensum. O quam rectè silentium. O quam verè dicere possumus somnum, si excedit omnem sensum. Quid enim de eo digne dici possit quod omnem sensum excedit? Factum est (inquit) silentium in celo, quasi hora dimidia. Quam rectè silentium dicatur audiuius, sed quomodo erit & somnus? Cogita quid faciat somnus exterior circa hominem exteriorem, hoc facit somnus huiusmodi circa hominem interiorem. Somnus corporeus exuperat sensum corporeum, auferit enim officium oculorum, officium aurium, ceterorumque sensuum, atque membrorum. Sicut autem per somnum exteriorem sopiuntur omnes sensus corporis, sic per hunc de quo loquimur interioris hominis somnum exuperantur omnes sensus mentis. Simul enim absorbet cogitationem, imaginationem, rationem, memoriam, intelligentiam, ut constet quod Apostolus scribit, quia exuperat omnem sensum. Huiusmodi somnum anima inter veri sponsi amplexus capit cum in eius sinu requiescit. Vnde & dicit. *Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Huius quietis in huiusmodi reclinatorio iam spem firmam conceperat, qui cum tanta fiducia pallebat. *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.*

Annotatio in Psalmum. XXV.

**I**udica me domine. Vellem scire qualis ipse sum, sed vix de meipso vera discernere possum. Amor namque priuatus quem erga meipsum habeo, aufert mihi verum iudicium de meipso. Iudica me ergo domine qui veraciter nosti me. Tu mihi dicis de te quia ego sum veritas, & ego scio quia omnis homo mendax. Parum itaque mihi de meipso credo, utpote homini mendaci, timens ne si meipsum iudico mentiatur iniquitas sibi. Tu rectius hoc facis qui verax es. Tu melius hoc potes qui veritas es. Intret ergo veritas in cor meum, verum contra me perhibeat testimonium, verum de me proferat iudicium. Iudica me ergo domine, indica mihi obsecro qualis sum domine, tu veram de me profers sententiam, ego ipse de meipso exerceo vindictam. Vel si forte in me per penitentiam deleta est culpa, ostende mihi quid adhuc mihi desit de perfecta iustitia. Vtiliter enim

Ps. 126.  
Phil. 4.

Apo. 8. 1

Cant. 8.

Ps. 4.

A me coram meipso iudicas, si qualis apud te sum mihi manifestè indicas. Iudica me ergo domine, quoniam in innocentia mea ingressus sum. Tu intus eras, ego foris eram, & idcirco vocem tuam audire non poteram.

Extra eram, dum exteriora quaerebam, dum exteriora cogitabam. Sed iam vnus ex his factus, qui conuertuntur ad cor, festinaui implere illud præceptum quo dicitur.

Redite prauaricatores ad cor. Et ecce domine iam intus sum, vide qui intus es, quoniam in innocentia mea ingressus sum, ut te

audire possem, ut tecum loqui possem, idcirco ad te ingressus sum & ecce iam intus tecum sum. Loquere ergo domine, quia audit seruus tuus. Paratus sum audire quid iam loquatur in me dominus Deus meus. Qui enim extra sunt, qui adhuc exteriora diligunt, qui sola exteriora cogitant, vocem tuam audire nequeunt. Alii extra sunt per cogitationem, & dilectionem, alii autem per solam cogitationem. Similiter quidam intus sunt sola cogitatione, alii vero pariter cogitatione, & dilectione. Nam qui vanitatem cogitat, & vanitatem amat, extra utique est, non solum per cogitationem, sed etiam per dilectionem. Sed qui exteriora inuiti ex dispensationis officio administrant, sed tamen exteriorum curam non tam amant quam tolerant, isti quidem quamuis intus sint per dilectionem, coguntur quidem exire saltem per cogitationem. Quidam sunt qui tam curiosè, quam studiosè veritatem quaerunt, veritatem tamen non diligunt. Et isti quidem quasi intus sunt per studium veritatis, intus tamen ipsi non sunt per amorem virtutis.

Sed qui veritatem quaerunt & veritatem diligunt, per cogitationem pariter & amorem intus sunt.

Si ergo domine sola interiora cogito, si sola interiora diligo, constat ergo profecto quia amplius exterius non sum, patet quia tecum intus sum. Iudica ergo me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Proculdubio si innocens non essem, ad te intrare non præsumerem, in conspectu tuo apparere non aude-rem. Si innocens non essem, inspirationis tuæ vocem audire non possem, vel potius non aude-rem. Et idcirco obseruabo me ab iniquitate mea, ut possim audire verba tua, ut non trepidem apparere in conspectu tuo, ut fruierer colloquio tuo. Sciens utique quia non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia, fiducialiter ad te ingressus sum in innocentia mea. Scio quia maior, scio quia peior est corruptio mentis quam corporis, inimo sæpe sanamur intus, dum percutimur exterius, & idcirco ut verè innocens essem, animas lædere vitabam. Alterius animæ nocere poteram per prauum exemplum, meam autem necare etiam poteram per solum prauitatis consensum. Sed studui innocens

Esa. 46.

Qui exte-  
riora dili-  
gunt, vocē  
Dei audire  
nequeunt.

cens esse ut aude-rem ad tuum iudicium venire, & nunc iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Quicquid potui in me iudicio proprio malum deprehendere festinaui corrigere, nunc autem tu iudica me domine. Quantum ad iudicium meum iam innocens appareo, sed mihi de me satis credere non audeo, & idcirco obsecro iudica me domine. Innotescere mihi qualis lateam apud te. Interim quoad potui innocentiam seruaui, sed meam forsitan, non tuam. Innocentia enim erat secundum arbitrium meum, sed forsitan vera non erat secundum iudicium tuum. Et ecce iudica me domine, quoniam in innocentia mea ingressus sum, *Et in domino sperans non infirmabor.* Adam, intus erat, & sanus erat, sed tamen sanitatem seruare non potuit. Infirmatus intus permanere non potuit, quia in se, non in Domino sperauit, ego autem in Domino sperans non infirmabor. Diabolus non solum in intimis, sed etiam in summis bonis conditus stabat, & tamen sanitatis suæ firmitatem quam à conditione acceperat, diu seruare non poterat, quia in sua fortitudine, non in domini pietate sperabat. Ego autem in Domino sperans non infirmabor, vterque intus erat, vterque sanus erat, ambo profecto infirmi erant effecti, ambo postmodum foras eiekti, vnus ex celo, alter de Paradiso. Nam vterque præsumebat de seipso. Ego autem in innocentia mea ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. Ego foris eram, ego infirmus eram, nunc autem ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. Nunc autem ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, in voce exultationis, & confessionis, & introgressus in domino sperans non infirmabor. Non me latet domine quantus labor sit intus permanere, in interioribus perseverare, credo tamen quod in Domino sperans non infirmabor. Et quidem difficile fuit ab exterioribus ad interiora mentem reuocare, durum valde de rebus visibilibus ad inuisibilia penetrare. Sed multo fortè difficilius erit in illis diutius permanere, sperans tamen in Domino non infirmabor. Filii Israel vix post multa tempora atque pericula terram repromissionis intrare potuerunt, & tamen sine multo labore, sine magna fortitudine, eam sibi postmodum defensare non valuerunt. Vix tandem terram lacte & melle manantem tetigi, sero contemplationis dulcedinem degustare merui, & iam contra me hostium inuidiam inflammari, vehementius intueor, certus tamen sum, quia in Domino sperans non infirmabor. Qui confidunt in Domino mutabunt fortitudinem, quanto magis non timebunt infirmitatem? *In Domino ergo sperans non infir-*

mabor. *Proba me domine: & tenta me.* Duo sunt, facere bona, & declinare mala. Proba me ergo Dñe vtrum paratus sim ad bona facienda, tenta me vtrum nam cautus sim ad mala deuitanda. Proba me Domine, & tenta me. Proba per aduersa, tenta per prospera, proba me Domine, & tenta me.

Duo item sunt quæ hominem perfectum efficiunt, virtus, & sapientia. Vtrumque desidero, quia ad perfectionem suspiro. Proba me ergo Domine, & tenta me. Per probationem proficimus ad uirtutem, per tentationem erudimur ad ueritatem. Probationibus exercetur virtus nostra, tentationibus instruitur prudentia nostra. Proba me Domine & tenta me. *Vre renes meos, & cor meum.* Scis quia concupiscentia aliquando surgit ex vicio carnis, aliquando descendit ex vicio mentis. Vre ergo renes meos, & cor meum. Ad extinguendam pruritum carnis, vre renes meos, ad extinguendam desideria cordis, vre cor meum. Vre renes meos, ad consumendum prurium carnis, vre cor meum, ad exstercandum fluxum mentis. Vre renes meos, & cor meum, vre carnem meam, & mentem meam. Vre carnem igne tribulationis, vre mentem incendio compunctionis. Caro conteratur, cor compungatur. Caro affligatur labore, cor afficiatur dolore, vtrumque concremetur: vtrumque purgetur. Vre renes meos & cor meum.

*Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.* Nil tamen præsumo de fortitudine mea, sed de misericordia tua, non confido in sapientia mea, sed in misericordia tua, quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Scio quia hostis meus fortior me est, scio quia callidior me est, mihi tamen timendus non est, quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Scio quidem quia potentior, quia prudentior, sed super inimicos meos despexit oculus meus, quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Proba, tenta, vre, renes & cor. In his omnibus nil trepido, nil metuo: quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Scio quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Scio nihilominus quia fidelis dominus, qui non patitur nos tentari ultra quam ferre possumus, sed faciet cum tentatione simul prouentum, ut possimus sustinere. Pugnare ergo non refugio, quia vincere spero, quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Ante oculos meos est, quia eam agnosco, ante oculos meos est, quia ad eam respicio. Oculus prouidentiae, oculus intelligentiae, vterque dirigitur, vterque figitur in te, quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Quia illam cogito, quia illam cognosco, misericordia tua ante oculos meos est. Quia in illa spero, quia ad illam sus-

Virtus et  
sapientia ho-  
minē per-  
fectum effi-  
ciunt.

picio,



picia, ante oculos meos est. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua, non in virtute mea, sed in veritate tua. Non in sanctitate mea, sed in veritate tua. Non enim confido de meritis meis, sed presumo de promissis tuis, quoniam complacui in veritate tua. Tu mihi promissisti, tu ab aeterno praedestinasti, me tibi non potes qui veritas es, quae promissisti implere potes, quae praedestinasti adimplere debes, quia verax es. Si talis sum qualis ab aeterno praedeterminatus sum, tibi placere debeo, imò scio quia placeo, & si nōdum talis sum, placeo tamē apud te, quia talis futurus sum, quoniam complacui in veritate tua. In veritate tua placeo tibi in veritate tua placeo mihi, quoniam complacui in veritate tua, & tibi, & mihi. Placuit inquam mihi non in adulatione aliena, non in elatione propria, sed in veritate tua. Non secundum os loquentium iniqua, non secundum cor fingentium falsā, sed complacui in veritate tua. Si mundus sum corpore, si purus meate, tunc scio quia complacui in veritate tua. Si iusta sunt opera, si casta desideria, verē complacui in veritate tua. Si placeo interius, si placeo exterius, placeo in vtroque, placeo vndique. Philosophi gentiū virtutem colunt, sed vera non credunt, quorum & si opus placet, fides displicet, & idcirco ipsi complacere non possunt qui fidem veram despiciunt. Falsi Christiani fidem habent, sed fidei opera non habent, in vno placent, in altero displicent, & idcirco vel ipsi complacere nequeunt. Ego si vtrumq; habeo scio verē quia tibi complacuo. Ad neutrum tamen attingo per me ipsum, neutrum ex me ipso habere possum. Sed quis me hoc docuit, nisi veritas tua? Et ob hoc complacui in veritate tua. Docuit me veritas tua bona mea esse, bona tua, mala mea esse peccata mea, & complacui in veritate tua. Erudiuit me veritas tua ascribere mala mea mihi, attribuire bona mea tibi, & idcirco complacui in veritate tua. Didici quia per me surgere non possum: cognoui quia sine te stare nō possum, credo, & confiteor quia tu es qui operaris in me, & velle, & perficere pro bona voluntate tua, & ob hoc complacui in veritate tua. Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introiui, odium ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebam. Tria sunt quae odium, quartum detestatur anima mea, vanitas, iniquitas, malignitas, tria haec valde odibilia. Impietatem vero quae in Deum est, omnino execratur anima mea. Inutilis vanitas, mala iniquitas, peior malignitas, pessima impietas. Vanitas contemptibilis, iniquitas odibilis, malignitas abominabilis, impietas detestabilis. Curam corporis nimiam habere, carnem in desideriis carnis fouere, cibo, vel somno nimis indulgere, ornatum in vestitu quaerere, totum hoc vanitas est, quia totum hoc vanum est. Sua auarē retinere, aliena auide quaerere, quae auctor omnium omnibus voluit esse commu-

Quid sit complacere Deo in veritate.

Vanitas quid.

Iniquitas quid.

nia in priuatam potestatem redigere, quae nobis ab aliis fieri volumus illis nolle impendere, minimē quidem aequum est, quia totum hoc contra aequitatem est, quia totum hoc iniquitas est. Odium in corde retinere, vitionem de inimicis quaerere, de inimici ruina gaudere, in alienis bonis ex inuidia tabescere, totum hoc maliciosum est, totum hoc malignum est, & idcirco mihi placere non potest, quia totum malignitate plenum est. Murmurare, blasphemare, iusta iudicia Dei reprehendere, contra Deum in superbiam erigere, in Dei donis propria gloriam affectare, totum hoc impium est, totum hoc piū cor recipere non potest, quia totum hoc impietas est. Et aliter sentire, quam piū, tam bonum est. Contemnenda itaque vanitas, odienda iniquitas, damnanda malignitas, execranda impietas. Vanitatem persuadet nimius amor sui, iniquitatem subinfert inordinatus amor mundi, malignitatem generat odium proximi. Impietatem autem nutrit contemptus Dei. Curis siquidem carnis incumbere, vanum, in mundi gloria ceteros velle praere, iniquum, inimicitias in proximos exercere, malignum, contra Creatorem suum superbe insolere, impium. Gula, & luxuria vanitatem suggerunt, quia vanum est quod quaerunt, vanum est quod diligunt, quia haec in naturae usus superfluos apparatus requirit, illa in luxus, & risus, & iocos ineptum animum dissoluit. Auaricia iniquitatem accendit, dum quae ab auctore vno omnibus communia sunt in singularem proprietatem redigit. Dum enim quod ab aliis sibi fieri optat, aliis ipsa improbe negat, contra aequitatem peccat. Iracundia & inuidia malitiam generant: malignitatem inflammant. Quia dum haec furit in laesione propria, illa vritur in fecelitate aliena. Vtraque maliciose agit in eo quod proximi sui haec in malo hilarescit, illa in bono tabescit. Ex tristitia, siue superbia impietas succenditur, quae vtraq; improbo ausu diuinā bonitati derogare conuincitur. Nam accidia saepe contra Dei flagella murmurat. Superbia vero quicquid de Dei dono accipit, ad propriam gloriam vsurpat. Tristitia enim dum à Deo corrigitur, non conscientiam propriam, sed Dei iusticiam accusare nititur, quodq; illi Deus ad eius correctionē, & quasi quendam specialium morborū medicinā parat, illa ad eius contumeliam retorquere non trepidat. Quid quāso tā impium, quid à vera pietate tam alienū? Superbia vero dū donis suis meritis vel viribus arrogat, quantū in se est glorificantis gloria euacuat, & hoc ipsum quam impiū sit quis dignae describit? Vanitas tē itaque vitare volens, non sedi cū concilio vanitatis, & quia iniquitatem declinare studeo, cum iniqua gerentibus non introibo, Malignitatem autem amare non possum, & idcirco odium ecclesiam malignantium, Fateri autem oportet

Malignitas quid.

Impietas quid.

et quod verum est, quia veniunt saepe ad mentem meam cogitationes innumeræ, & surgunt affectiones multæ, & sollicitant me de cura corporis, & suggerunt multa de vrbibus necessitatibus. Conueniunt ibi quasi ad consulendum, veraciter autem ad decipiendum, & congregantur consiliarii multi, & consiliatores vani, immo deceptores veri. Congregantur autem quasi in consilium vnum, & quasi ad quaerendum consilium bonum, & dantur in commune consilia multa sed inutilia, & vana, quia concilium vanitatis est, & totum eorum consilium de vanitate est. Suadent sumere vinum propter stomachum, somnum extendere propter cerebrum, carnem fouere ne tabescat, corpus recreare ne deficiat, abstinentiam aliquantum relaxare, quieti parumper indulgere, & in hunc modum agitur de cura corporis, cura superflua, & de vanitate ventilatur quæstio vana, & super huiusmodi inuili negotio consumitur saepe dies integra. Sed experimento multo iam didici non credere consilio vanitatis, & ob hoc maxime, ne apponerem cor ad consilia vana, non sedi cum concilio vanitatis. Quoties enim video huiusmodi conuenire consiliarios vanos, non sedeo, nec quiesco, sed mentem excutio, nunc ad operationem, nunc ad orationem confugio, dicens. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Nec prius cesso donec euanescat vanitas, & elucescat veritas. Bonum est ergo domine non sedere cum concilio vanitatis. Bonum nihilominus non introire, sed potius declinare consortia iniquitatis. Sed si prius non vitetur vanitas, minime declinatur iniquitas. Qui enim seruit gulæ, seruiat necesse est auaritiæ. Quia qui amat delicias, optat citius habere pecunias. Sed si ad amorem pecuniæ animum meum semel appono, consiliariis iniquis, & iniqua gerentibus citius acquiesco, & eorum consilia libenter recipio. Adsum subito cogitationes prauæ, assurgunt affectiones peruersæ, consulunt accrescere census, quaerere redditus, docent extendere prædia, erigere palatia, monent tributa regum ambire, multa pauperum non despiciere, copulare agrum ad agrum, coniungere domum ad domum, manus habere ad prædandum porrectas, ad dandum aliquid contractas, omnia accipere, nulla erogare, hospitalitatem non amare, elemosinas defraudare, monent dilatare simbrias, magnificare philateria, extenuare faciem, extendere orationem, vt videatur ab omnibus, vt audiat a transeuntibus, sermonem ad populum proferre, in publico lacrimas producere, fallaciter quasi ad animas lucrandas, veraciter autem ad pecunias congregandas. In hunc modum saepe post consilium quaerentium vana agitur odiosa collatio

Psal. 118. Psal. 42.

Cogitatio nūm prauarum esset.

agentium iniqua, & loquentium peruersa. Sicque saepe dum internē quietis secretiora defero, dum exteriora cogitanda de intus exeo, circumstat me subito talium cogitationum copiosa multitudo. Nec declinare licet confabulationes talium tam iniquorum, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Propter hæc, & huiusmodi non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Absit enim a me cum tali conuentu intrare atria domini, absit inquam ut cum ipsis ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Omnino cum huiusmodi iniqua gerentibus non introibo ad altare Dei, ad Deum qui laetificat iuuentutem meam, veruntamen ipsis prius disculis, vel exclusis fideliter introeo nunc in sancta sanctorum, modo intra primum velum tantum ad orationis secretum, modo etiam intra secundum ad contemplationis arcanum. Excludantur ergo prius huiusmodi phantasia, ne forte intus admixta confundant orationem, praepediant contemplationem. Solent enim hanc perturbare, illam obnubilare. Intra primum velum petimus a Deo bona caelestia. Sed quomodo illa accipimus, si proximo nostro negamus terrena? Aequum valde si volumus metere spiritualia, non dubitemus seminare nostra carnalia. *Dare, inquit, & dabitur vobis.* Si libenter damus, fiducia liter intremus intra primum velum petentes ut detur nobis. Intremus autem intra secundum, & dabitur nobis. Intra primum namque quasi mendicantes ad ianuam diuinæ refectiois elemosinam postulamus, intra secundum autem admissi quasi inter portam diuitis recepti, quasdam quasi ciborum reliquias accipientes, parum quiddam de domini suauitate gustamus, & sunt multi usque hodie qui optant diuinā dulcedinis gustum accipere, qui tamen nolunt humanitatem quā debent proximis impendere. Dari sibi cupiunt, ipsi autem dare nolunt, & quid quæso iniquius? Et idcirco cum iniqua gerentibus non introibo, sciens quia si petenti non do, petens ipse non accipio. Quæcumque ergo cogitatio, uel quælibet affectio suadeat mihi auide appetere aliena, auarē retinere propria, omnino eam non audio, & nisi ea discussa, & amota tabernaculum domini non introeo, quia iniqua sunt quæ suadent, & cum iniqua gerentibus non introibo. Sed de malignantibus domine quid dicam? Scis domine quia odium ecclesiam malignantium, & cum eis sedere, quanto minus cum eis ad te intrare non possum? Quos amare nequeo, quid mirum si eorum colloquia declino? Malignantes sunt, qui proximo mala quaerunt, vel cupiunt. Verē maliciosam omnem uoluntatem dixerim, uere malignam iudicauerim, quæ me ad lefionē proximi excitat, uel ad eius odium inflammat.

Iuca 6.

Malignantes qui.

Scis autē dñe, quia sæpe lacessitus iniuriis vltionē nō cogito: sæpe prouocatus opprobriis, dara nō respōdea. Quia odiui ecclēsiā malignantium, & illis acquiescere iudico malignum. Cum concilio vanitatis non sedi, ecclēsiā malignantium odiui. O vanitas, o malignitas. Vanitas suggerit superfluum amorem mundi. Malignitas tollere nititur amorem proximi. Habet tamen vanitas delectationem aliquam, quamuis vanitas, & ineptam. Malignitas nil nouit, nisi dolorem, & amaritudinem. Quomodo putas mentem lacerat iracundia, quantum quæso animum torquet inuidia? Quid autem vtrāq; malignus: quid vtrāq; acerbius? Est igitur malignitas pœna, & culpa. Duo hæc mala maxima facillē mihi persuaserunt vt malignitatem non diligerem, immo illa coegerunt vt malignitatem odissem. Et iam vere odiui ecclēsiā malignantium: & eam amplius diligere non possum. Quonā enim modo illud diligo in quo Deum offendo, proximum lædo, meipsum torqueo? Certē si non tangit cura proximi, parcam in hoc vel mihi: malignitas etenim semper torquet possessoris sui animum, quamuis sæpe lædere non possit suum erga quem sæuit proximum. Propter huiusmodi odiui ecclēsiā malignantium. Sed cum mala sit omnis malignitas, pessima tamen est huiusmodi mali species, quæ sub specie sanctitatis suas exercet iniurias. Sæpe etenim quando sæuit in proximum ex vicio iracundiæ, vel veneno inuidiæ, singit sibi cogitatio quod faciat illud pro zelo iustitiæ. Læsus namque quilibet à suo proximo non iam eum facillē respicere potest simplici oculo: displicet sibi quicquid ab illo fieri considerat, omni fere hora tacita apud se illum cogitatione accusat. Surgunt causæ quotidie innumerae quæ illum culpabilem ostendunt, occurrunt rationes multæ quæ illum reum, illum puniendum esse conuincunt. Crescit autem sepe cōsuetudo, vt apud Deum esse se credat reum, nisi illum seuerius corripiat, & de sua illum peruersitate redarguat. Loquitur enim apud se huiusmodi maligna cogitatio: vsquequo illum talem tolero, consentire ei comprobor si eum non corripio, consentire autem Deum offendo. Corripiam ergo, ne Deum offendam, nihil pro mea, sed pro Dei iniuria vltionē totum faciam, immo sic illum sibi restituam. Quid enim? proximum corripere, & eum castigare, hoc non est proximo nocere, sed prodesse velle. Sic sæpe apud se loquitur cogitatio maligna, excœcavit enim eam malicia sua, & putat odium suum amorem esse, & in iniuria sua iustitiam exercere. Conueniunt itaque vndique huiusmodi malignæ cogitationes ad mentem, & putant ecclēsiā facere, non exercitum congregare. Fingunt enim se ad obsequium Dei conuenire, non autem suum odium exercere velle. Quasi enim exercitum congregat qui se ad sui vltionem parat. Sed ecclēsiā quodammodo cogitationum

Vanitas suggerit amorem mundi.

Malignitas tollit amorem proximi.

Pessima malignitas quæ.

multitudo facit, quæ in obsequium Dei conuenire se fingit, verum tamen iam facillē illud callem conuentum, quoniam odiui ecclēsiā malignantium, & cum impiis non sedebo. Fateor, nondum profeci vsque ad eorum odium, quemadmodum testatus sum de ecclēsiā malignantium. Facio tamen quod possum: declino eorum consortium, & ammodo cum impiis non sedebo. Nescio quo pacto nihil sic animum delectat, quomodo vt gloriari queat, cum tamen scriptum, *Et gloriam meam alteri non dabo.* Illud ergo solum præ cæteris sibi mens humana vsurpat, quod alteri cuiquam Deus dare nolens sibi soli reseruat. Nec sufficiunt homini tot bona naturæ, tot dona gratiæ, nisi addat etiam rapinam facere, & vt se induat, suum Dominum gloria sua spoliare. Hinc est, quod semper est paratus sua peccata excusare, & in Deum suum illa declinare, dicens cum Adam. Mulier quam dedi sti mihi decepit me, putans totum quod peccat de carnis vicio procedere & idcirco in auctorem eius culpam qui eam talem fecit respicere. Econtra autem dona Dei suis meritis ascribit, & ex eis non illius cuius dona sunt, sed propriam gloriam quærit, & quid quæso tam impium? Mala sua scilicet Deo velle imputari, dona Dei sibi velle ascribi, quis non videat hoc quam sit impium, & quam sceleratum? Quam obrem ammodo cum impiis non sedebo, sed eorum consilia declinabo, & vltionem tam odissem omnem impium cogitatum, quam odiui ecclēsiā malignantium. Vltionem tam non affectarem vnquam vsurpare mihi gloriam Dei, quam me non delectat malum proximi, verum tamen & si nondum ab affectu meo eradicare nequiverim amorem vang laudis, quemadmodum me profecisse credo ad odium malignantium, faciam quod poterō, cum impiis non sedebo. Sed illis conuenientibus ad mentem, protinus illos expugnaturus exurgo, & amaritudine qua possum illos à mente exturbo. Sicut ergo non sedi cum concilio vanitatis, sic nihilominus cum impiis non sedebo. Sed quia non sufficit declinare malum, nisi etiā addamus facere bonum. *Lauabo inter innocentes manus meas.* Non mihi ergo satis est domine quod cum concilio vanitatis non sedi; quod ecclēsiā malignantium odiui, quod cum iniuriam agentibus non introibo, quod cum impiis non sedebo, quia totum hoc est tantum declinare à malo. Sed vt placeam perfectè in conspectu tuo, studebo deseruire tibi in opere bono. Lauabo ergo inter innocentes manus meas. Gemina manu, geminum est opus, opus iustitiæ: opus misericordiæ. Exercebo ergo me in hoc gemino opere, vt habeā quas possum manus ad te per bonam intentionem leuare. Et si fortè his manibus inter agendum aliqua (vt assolet) macula inheserit, & eas vel cœnum superbiæ, vel puluis cenodoxiæ scædauerit, lauabo vtique inter inno, manus meas, & satagam in quantum poterō

Esai. 47.

Gen. 3.

Dona Dei suis meritis ascribere, impiissimum.

Quis in religione cœfatur filius Dei.

Quis in sacrificio agnum offerat.

potero mundare eas. Quoties enim pro foribus operum in conspectu tuo desleo, manuum mearum maculas lacrimarum vnda lauare contendo. Quicquid enim per culpam scædatur, cito per compunctionis lacrum diluitur. Qui vult ergo mundas manus habere, studeat eas assiduis fletibus mundare. Sed quia hoc inter bonos melius agitur quorum exemplis instruimur, quorum doctrina erudimur, quorum orationibus adiuuamur. Lauabo & ego non inter quoslibet, sed lauabo inter innocentes manus meas. Scio quia illi innocentes existant, & illi veram innocentiam seruant, qui nec propriam animam lædunt per consensum prauæ voluntatis, nec alienæ nocent per exemplum peruersæ operationis. Tales ergo socios habere studio quia opera munda habere desidero.

**A**fferre domino filij Dei, afferre domino filios arietum. Vobis dicitur nouicij, attendite si cupitis esse Filij Dei. Vobis optio datur, in vltura electione relinquatur, an transeat in libertatem filiorum, an maneat in subiectione mercenariorum, an potius seruiatis sub conditione seruorum. Quid quisque esse eligat, eius hostia declarat. In lege præcipitur, vel docetur aliam esse debere hostiam Principum, aliam sacerdotum, atque aliam esse oportere hostiam pauperum. Sic (ni fallor) alia hostia conuenit filio, & alia atq; alia mercenario, vel seruo. Sicut diuersa est conditio, sic differens debet esse oblatio. Afferre ergo domino Filij Dei, afferre domino filios arietum. Si filij estis, libenter facitis, si filij esse cupitis, oportet vt libenter faciatis. Ne appareatis vacui in conspectu domini. Afferre non quodlibet quilibet, sed Filios arietum Filij Dei. Si quis, tantam ouis ad occisionem ducitur, & sicut agnus coram tondeute se obmutescit, & non aperit os suum, iste profecto inter filios annumerabitur qui offerunt domino filios arietum. Neque enim qui adhuc seruus est, sufficit ad talem hostiam, magnum siquidem ei est si possit offerre turturem, siue columbam. Qui enim adhuc seruit sub timore, & Deum non tam diligit quam metuit, sibi sufficere videtur dummodo possit plangere, & gemitu quasi columbino quodam cantu satisfacere. Mercenarius autem quamuis petulantia, & prauæ delectationis hædum anteauctum in ara domini mactet, ne mercedem amittat, non facile contingit vt in holocaustum domini agnum agnium immaculatum manus eius inueniat. Nam qui potuit terrenarum opum vellera absque vltura contradictione deponere, sine persequentium odio quamlibet tribulationem libenter sustinere, inter quælibet tormenta interuam pacem, & cordis tranquillitatem retinere, profecto

quo qui huiusmodi est in sacrificio Dei agnum obtulit, & ipsa sola oblatione filium se esse ostendit. Beati enim pacifici quoniam Filij Dei vocantur. Licet ergo (ni fallor) personarum dignitatem ex eorum hostiis percipere. Seruo siquidem sufficit pro terrore gehennæ de malis penitere, mercenario mercedis causa a malis abstinere, filio parum est pro domino animam in morte ponere. Ad seruos itaque pertinet penitentia, mercenariis conuenit abstinentia: Filij congruit patientia. Patientia itaque, & mansuetudinis agnos afferre vobiscum qui speratis, vel suspiratis adoptionem filiorum. Afferre ergo domino Filij Dei, afferre domino filios arietum. Sed cur maluit dicere filios arietum, cum compendiosius dici potuisset agnos, neque enim arietes possunt alios generare filios? Sed forte voluit nos quoties desideramus perfecta opera habere ad Dominici Gregis Duces & Principes, Prophetas scilicet & Apostolos, eorumque similes respicere, & ex eorum factis, vel dictis quid facere, quid desiderare debeamus agnoscere. Qualia ex se desideria genuerunt, qualia opera habere studuerunt, talia & nos in nobis gignere, & nutrire studeamus, & tunc nos absque dubio domino Filios arietum immolamus. Afferre domino Filij Dei, afferre domino Filios arietum. Afferre, afferre, domino domino, vtrunque bis ponitur, vtrunque repetitur. Si vultis habere geminam stolam, duplicate hic hostiam vlturam. Qui hostiam suam hic duplicare dedignatur, duplici contritione conteretur. Pro gemina hostia duplex dabitur stola. Pro stola corporis offerre hostiam bonæ actionis, pro stola mentis, date hostiam piæ deuotionis. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animæ vero non habent quid faciant, & possunt hi quidem dominari corpori, sed non habent quid faciant spiritui. & idcirco ipsi sunt domini tantum, non domini domini. Illud ergo timete, illi munera offerre, qui postquam abstulit vlturam, potest & animam mittere in gehennam. Afferre ergo domino, domino, domino, corpori, dño spiritui. Semel domino, quia dominatur in tempore, secundo domino, quia principatur in eternitate. Domino, quia cui vult donat temporalia bona, vel mala, domino iterum, quia cui placuerit dabit æterna præmia, vel tormenta. Afferre ergo domino Filij Dei, afferre dño Filios arietum. Congrua verborum distinctio Filij Dei afferre domino. Si Deus bonitatem sonat, dominus potestatem designat. satis ex hac distinctio innotuit, quia quod filij sumus gratia est, non meritum, quod seruitium exhibemus, debitum, non beneficium. *Afferre domino gloriam, & honorem, afferre domino gloriam nomini eius.* In superiori versu afferre bis ponitur, in secundo item bis positum inuenitur. Primo dicitur. Afferre, afferre propter nosmetipsos: secundo afferre, afferre propter proximos. primo afferre filios arietum

Mat. 5.

Filios arietum quando immolamus.

Cur propheta dicit bis, Afferre domino, &c.



ad meritum: secundo afferte gloriam, & honorem ad exemplum. Afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius. Proximi alii sunt boni, alii autem sunt mali. Afferte domino gloriam & honorem propter bonos, afferte domino gloriam nomini eius propter malos. Sic luceat lux vestra coram hominibus, & cetera. Si filios arietum offeritis, si opera mansuetudinis, si desideria pietatis habetis, facile est ut de tali hostia cor eleuetis. Idcirco vobis dicitur afferte domino gloriam & honorem. Ac si aperte dicat, in virtutum vestrarum hostiis non vestram, sed domini gloriam querite. In omnibus que bene agitis, eius laudem, non vestram desiderate. At hoc agite, in eo studete, ut Deus glorificetur, ut Deus honoretur. Afferte domino gloriam, & honorem. Laudibus Deus glorificatur, operibus honoratur. Si videntes opera vestra Deum laudant, & eadem operari studeant, obtulistis domino gloriam, & honorem. Si videntes mirantur, si mirantes imitantur, absque dubio obtulistis domino gloriam & honorem. Propter bonos afferte gloriam & honorem, propter malos vero afferte domino gloriam nomini eius. Mali quia bona opera vestra imitari recusant, non inueniant saltem quid in eis iure reprehendant, ne forte contra domini preceptum per vos nomen Dei blasphemetur in gentibus. Videant ergo in vobis quae iure laudare possint, et si bona vestra imitari nolint. Si per vos disciplina domini laudatur, etiam ab ipsis in quibus per bonam voluntatem ipse non recipitur, obtulistis domino gloriam nomini eius. In bonis ergo domino obtulistis non solum gloriam, sed & honorem, quia & laudando glorificant, & operando honorant. In malis vero saltem gloriam nomini eius, quia eius disciplinam laudant, quamvis eam custodire non studeant. *Adorate dominum in atrio sancto eius.* Superius offerre hostiam precipimur, hic intus adorare iubemur. Prius ne intremus uacui, secundo ne stemus ociosi. ne intretis uacui, afferte domino gloriam nomini eius. Ne sitis intus ociosi, adorate dominum in atrio sancto eius; Quid est adorare, nisi totum corpus nostrum ad pedes prosternere, & summum nostrum ad eius ima inclinare? Vult ergo Propheta non solum superioribus membris domini (hoc est prelati) uos subici, sed & usque ad nouissima eius membra uos sponte humiliari. Subiecti estote modo omni humanae creaturae propter Deum, & absque dubio adoratis dominum. Itaque cum hostiis intrate, ingressi adorare. Arripite arctam viam, intrate angustam portam, in habitu religionis, in voto professionis: manete in domo discipline, tenete instituta regulae. Si enim intra claustrale disciplinam vos coarctastis, in atrium domini absque dubio intrastis. Si vero votum professionis facitis, si instituta regulae seruatis, hostias domino admodum gratas obtulistis. Si enim in clau-

Quibus modis gloriam & honorem Domino adferamus.

Quid sit adorare dominum in atrio sancto eius

stro viuentes per omnia humiliter obeditis omnibus, verè adorastis dominum in atrio sancto eius. Sed inquit aliquis. Ecce vnam aliquam congregationem è ceteris eligens, propono promittere stabilitatem corporis mei, sed timeo nimium nimiam leuitatem cordis mei. Ecce promitto emendationem morum meorum, sed dura sunt instituta canonicorum. Propono tamen mores emendare, precipue in castitate, in communione, in obedientia, si non desit gratia. Sed promittens castitatem, quomodo extinguo libidinem? Timeo nihilominus communionem propter infirmitatem, obedientiam propter superbiam. Bene utique facis desperans de teipso, si tamen non desinas sperare in domino. Reucla ergo domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet (scio) & ipse quidem mentis humanae fluctuationes, & cogitationes vagas. *Sed vox domini super aquas.* Si trepidas de infirmitate, siue pusillanimitate tua, cogita quia vox domini in virtute: vox domini in magnificencia. Times elationem mentis, & fastus tumidos. *Sed vox domini confringentis cedros.* Si vero metuis incendia libidinis, maxime autem spiritum fornicationis, agnosce quia vox domini intercedentis flammam ignis. Ista cogita, ista pertracta. Sed nunc redeamus ad singula. Ecce dicis quia mens tua valde leuis, multum instabilis, vaga, & profuga, ubique se variat, undique fluctuat, quia vult, & non vult piger, consilia mutat, voluntates alternat, similis fluctui maris qui a vento mouetur, & circumfertur. Sed qui conuerit mare in aridam, facile potest precipere ut eogregentur aquae quae sub caelo sunt in locum vnum, & appareat arida. Quia saepe ad vocem iubentis domini, huiusmodi carnalium desideriorum reuerfae sunt aquae, eutes, & redeunt quoad usque siccaretur vniuersa superficies terrae. Quoniam vox domini super aquas, quantumlibet multas, quantumlibet magnas. Ad voluntatis enim suae nutum congregat eas in locum vnum, & coarctat eas intra metas necessitatis, ut appareat arida, & solidetur propositum bonae voluntatis, quia vox domini super aquas. Sed si parum creditis uerbis, credite uel exemplis: Ecce enim quantos uides te ad religionem praecessisse, & ordinis rigorem rigide tenere, prius quidem instabiles, & leues, & tibi admodum similes, nunc in proposito stabiles, in bono constantes, prius mente vagos, studio uanos, nunc uero in disciplina rigidos, in religione fundatos. Sed quomodo quae id fieri potuit, nisi quia Deus maiestatis intonuit super aquas multas? Quid est intonuit super aquas multas, nisi perterruit mentes multipliciter uagas, & multum fluxas? Exsiccauit ergo in eis dominus aquam nimiam, & coevertit mare in aridam. Qui ergo exsiccauit in aliis aquas multas, non potest exsiccare tuas? Nonne & te tonitruo perterrere poterit, qui cum uoluit super illos intonuit? In illis enim Deus maiestatis intonuit: terribiliter insonuit, corda perter-

Exemplum bonorum pronouendi sunt tibi.

perterruit, & uoluntatem mutauit. Tanta autem, & tam subita mentis mutatio ad diuinam uocem tonitruum facta est, ut statim deferentes mundum, sequentes Christum, non dubitarent cum ipso transfretare stagnum Genesareth, quae uis insurgerent, & scirent contra ipsos mirabiles elationes maris. Erat enim uentus contrarius eis, flatus uidelicet diabolicae suggestionis. Sed surgens Iesus imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Ecce enim quomodo potes uidere, non iam nutant, nil iam trepidant, quin potius spiritu feruentes, spe gaudentes, & vnusquisque eorum exultauit ut gigas ad currendam uiam mandatorum domini. *Deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas.* Aliquando enim tonat ut Deus, aliquando uero intonat ut Dominus, quando miratur mala aeterna, intonat ut Deus, quando irrogat mala temporalia, tonat ut Dominus. Solus Deus donare aeterna bona, uel mala potest. Temporalis etiam Dominus affligere corpora potest. Quando ergo uides quoslibet corpore sanos, corde compunctos, mundum relinquere, habitum religionis assumere, scito quia Dominus maiestatis intonuit, Deus maiestatis corum corda perterruit, quando quis corporis morbo, uel rerum damno compulsus deserere cogitur uias suas prauas, agnosce quia dominus intonuit super aquas multas. Si igitur saepe uisisti alios corde compunctos, alios corpore afflictos lubricam uitam deserere, ad ordinem currere, religiosè uiuere, ad antiquae uitae luxus non respicere, quid est quod amplius timeas de te qui multos tui similes, te uides in uia domini praecessisse? Qui super illos intonuit, qui illos perterruit, & in bono solidauit, fluctuationes mentis tuae stabilire poterit, & reprimeret cogitationes nihilominus uagas, sicut in eorum cordibus quando uoluit Deus maiestatis intonuit super aquas multas. Ecce inquis (tandem uix animatus uerbis, uel exemplis) facio quod hortaris. Sed si promitto corporis mei stabilitatem, oportet utique & tenere communionem, sed timeo infirmitatem corporis, formido pusillanimitatem cordis. Sum etenim infirmus, & pusillus homo, tener, & delicatus, utpote in terra sua uiter uiuentium educatus, qui mollibus uestiuntur & epulantur quotidie splendide. Infirmus omnia fastidit, paruulus noua semper concupiscit. Communionem itaque tenere quomodo poterero, qui quod alii habent semper fastidio, quod alii habere nequeunt auide concupisco? Herbarum radices, & quaeque uilissima prodeliis summis computo, tantummodo cateri non habeant: quoslibet regum epulas nauisco, si mecum omnes in commune participant, & ut quod sollicitat mentem meam totum tibi plenius exponam, cor quam corpus magis de-

ficat, uirtute exilis, sensu exiguo animus tabescit, concedo, quia uirtus tua exilis, uel nulla: prudentia parua. *Sed vox domini in uirtute: vox domini in magnificencia.* Recte quidem qui infirmus est desperat de sua fortitudine: speret tamen de domino, quia vox domini in uirtute. Qui sensu coarctatur, non praesumat de sua prudentia, sensum autem suum a domino dilari postulet, quia vox domini in magnificencia. Postulet autem in fide qui indiget sapientia, ab eo qui dat omnibus affluenter & non improperat. Noli timere pusille grex, Dominus uirtutem populo suo dabit, quia vox domini in uirtute. Qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem: quia vox domini in uirtute. Et si forte iam accepisti fortitudinem, & forte dominus praecinxit te uirtute ad bellum, & induit decori tuo uirtutem, sed es adhuc sensu exiguus, & minor ad intellectum iudicii, & legum, scito quia ad petitionem tuam crescere te faciet dominus meus sicut arenam maris, & dabit tibi de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam, ut alia capias per intelligentiam, alia crudiaris per experientiam, hinc hauriens de rore contemplationis, illinc instructus ex assiduitate perfectae operationis, & tunc in tanta rerum abundantia crescens, fias magnus, utpote inter deliciarum copias increpatus, impinguatus, dilatatus. Dilataberis autem ad orientem, & ad occidentem, septentrionem, & meridiem, ut plene cognoscas, & perfecte scias quid sit sperandum, quid timendum, quid odiendum, quid amandum, & dabit tibi dominus latitudinem cordis sicut arenam quae est in litore maris: ut tanta sit copia cogitationum bonarum, quanta fuit prius multitudo inutilium, & uanarum, cum adhuc cor tuum iuxta hoc mare magnum mundi huius per desiderium requiesceret, & amore nimio nimis inhereret. Dilatato autem corde, cogitationes bonae, & sancta desideria cordis super arenam maris multiplicabuntur, & occurrent sponte cogitationes bonae, sicut prius mala sine studio nostro per se oriebantur, & tunc temporis capillus de capite uestro non peribit, quia nec una saltem bona cogitatio coram Deo in obliuionem uenit, si tu sit de capite, & descendet de ratione, uel procedat de recta intentione. Credo autem quia hanc admirabilem commutationem dexterae excelsi admirantes, ac obstupescentes de te, tuique similibus, tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. Et uere utique magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus letantes, quia vox domini in uirtute, vox domini in magnificencia. Sed dicis adhuc. In ordine quidem non solum obseruantur dura, sed & praecipiantur indigna. Huc accedit quod fortiantur praelationem saepe personae uiles & penitus contemptibiles, homines stulti, & ignobiles, & in terra penitus non apparentes. Sufficeret ad malum ut indigni saltem indigna minimè praeciperent, uel qui abiecta imperant, saltem illi

Declaratur ille locus, Capillus de capite uestro non peribit.



abieci non essent. Nunc autem ad cumulum mali, viles vilia cum auctoritate precipiunt, & precipiendo non rationem, sed beneplacitum suum attendunt. Quando putas ego hac potero homo ingenuus, & literatus, arte strenuus, ingenio clarus? Quando talibus ad talia cor meum inclinabo, vel quando inclinare poterero? Gero siquidem cor durum ut lignum erectum, ut cedrum; animum impium, superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani. Ad hac breuiter respondeo, quia *Vox domini confringentis cedros*, & facile reprimat animos elatos, & cito inclinare potest saltus tuos. Fateor quidem quia difficile est valde immo impossibile Camelum per foramen acus transire, cor arrogantia tumidum obedientiae angustum sponte penetrare. Sed quae impossibilia sunt apud homines, apud Deum possibilia, immo facilia sunt. Omnia enim quaecumque voluit fecit in caelo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Vbi inuenit cor intelligentia lucidum ut caelum, ubi reperit mentem firmam ut terram, si vidit cor amatum, & instabile ut mare, si aspexit animum tenebrosum ut abyssum, semper, & vbi que quidem omnia quaecumque voluit fecit in caelo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, & non solum ad vocis suae tonitruum, sed saepe ad aspectum suum, saepe ad ingressum contriuit montes arrogantiae, incuruauit colles superbiae, & quoties voluit deposuit potentes de sede. Ad aspectum inquam, quia aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes saeculi. Ad introitum etiam, quoniam ad ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto, in curuati sunt colles mundi ab itineribus aeternitatis eius. Ad vocem autem domini saepe contractae sunt elationum cedri: quia *vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros libani*. Aliud est confringere cedros, & aliud est confringere cedros libani. Neque enim in libani monte crescunt, vel crescere possunt quaecumque cedri. Ergo aliae cedri crescunt in libano, & aliae in quolibet monte alio. Libanus decandidatio interpretatur. Vis scire quae sit ista decandidatio? Sanctorum iustificatio ipsa est eorum dealbatio. Ioannis Apostoli est ista sententia, non mea. *Byssinum*, inquit, *sunt iustificationes sanctorum*. Doce me ergo domine iustificationes tuas, & super niuem dealbabor, Huiusmodi colore, vel candore superducta erant vestimenta illa domini mei Iesu, vestimenta illa candida ut nix, qualia non potest facere fullo super terram, Sed potest hoc fullo caelestis, quia a summo caelo egressio eius. Mentior si ipse idem non promittit, ubi peccatores admonens ait. *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, velut nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt*. Vtilis admodum huiusmodi fullonis, grata eius decandidatio, quia bona iustificatio, Talis decandidatio cum excreuerit in montem, & attolli coeperit super aliorum

Quid sit confringere cedros & quid confringere cedros libani.

Apoc. 19.

Mar. 9.

Esai. 1.

montium celsitudinem, cum se quis iam singulariter magnum, putauerit, & ceteris quibuslibet sanctior se esse crediderit, facile de se gignit magnas magnarum elationum cedros: cum se quaedam virtutum prerogatiua supergredi arbitratur ceteros. Sed potens est dominus non solum conterere montes saeculi: sed facile etiam cum voluerit confringet dominus cedros libani. Alia est superbia quae surgit de saeculi vanitate: & alia est illa quae nasci videtur quasi de adepta sanctitate. Illam designant cedri: istam autem cedri libani. Nouiter venisti de saeculo: superbis adhuc fortassis pro litteris tuis, vel forte pro pecuniis tuis: iactas te forsitan pro nobilitate generis: attolleris forsitan pro habitudine generis: tales talium elationes cedri quidem sunt: sed cedri libani non sunt, quia de vanitatis nigredine, non de sanctitatis decanditatione surgunt. Sed statim in primordiis bonae conuersationis tuae, confringet dominus saecularium pomparum cedros: quia vox domini confringentis cedros, & si forte postmodum (ut fieri solet) post virtutum opera quasi de perfecta iustificatione surgant quaedam magnarum elationum cedri: addet dominus & illas confringere: quia confringet dominus cedros libani, & idcirco pro illis ponit praesens, non futurum: de cedris vero libani loquens futurum ponit, non praeteritum. *Vox*, inquit, *domini confringentis cedros & confringet dominus cedros libani*. Vis adhuc melius nosse quae sunt cedri libani, quas confringere sufficit sola vox domini? Ecce quis forte parum aliquid icinauit: paulo plus ceteris vigilauit: lachrymam in oratione fudit: incipit statim se sanctum credere: ceteros in sui comparatione despiciere: patrum praecedentium institutis suas adinventiones praeferre. Miratur saepe apud se, cur miracula non faciat: indignatur alius quod in eis praelationem non accipiat, quod in maiori reuerentia non habeatur, aliorum inuidia, non suae inertiae deputat. Quod pallidam faciem, non quam politam mentem gerat attendit: immo saepe cum sese caedis titillationibus perturbari: & immunda delectatione scadari persenserit: non propter suam negligentiam, sed quasi ad humilitatis custodiam, hac se perpeti fingit. Vnde fit ut contra libidinem quasi humilitatis custodem non euigilet: & humilitatem putat, quod se turpiter scadari non timet; & nescit quam sit detestabilis superbia quod in tanta putredine non se peccator: sed alterum Paulum reputet, quasi cui datus sit angelus satanae, stimulus carnis suae ut eum colaphizet, ne eum multitudo virtutum, vel magnitudo reuelationum extollat. Fitque miro, immo miserabili modo, ut sic superbiat, ut tamen luxuriare non desinat: sicque luxuriat, ut tamen superbire non desinat. Quis putas sufficit conterere cedros huiusmodi: nisi ille ad cuius vocem confringuntur cedri: qui cum voluerit confringet etiam cedros

Superbia quae oritur ex vanitate saeculi designatur per cedros, quae ex sanctitate per cedros libani.

Cogitationes pessimas in religiosis.

cedros libani? Et ut amplius miretis, *Comminuet, ut vitulum libani*. Vere haec est mutatio de xterae excelli, rigorae cedri conterere ad similitudinem vituli libani: & quaelibet tumida corda inclinare ad imaginem humilitatis Christi. Quomodo putas attritus est propter scelera nostra, non propter peccata sua. Vitulus ille singularis veniens a libano: de monte umbroso, & condensato: quia a summo caelo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius, ubi splendet candor lucis aeternae: vnde egrediens traxit secum splendorem iustitiae: quo regrediens mortalitate deposita induit nitorem gloriae: quo inquam putas contumacitatus est vitulus ille, nisi quomodo scriptum est, *quia cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: Sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens: & habitu inuentus ut homo*. Qui tradidit semetipsum pro nobis, factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Attende quae so magnitudinem humiliationis: immensitatem attritionis. Tormento crucis nihil acerbius: morte crucis nihil ignominiosius. Huc accedit quod dicitur sponte sua: adde illud adhuc, quod moritur sine culpa propria. Audiatur quae so quomodo inclinari debeat qui se ut vitulum libani comminui desiderat. Asperissima, vilissima, sponte sua, etiam sine culpa sustineat. Nunquam haec tamen aliquis de sua virtute posse praesumat. Spero haec tamen de pietate domini: cui suppetit cum voluerit comminueret quaelibet cedros libani. Quoties ergo videris quoslibet prius de sua correptione furentes: postea in tribulatione gaudentes: prius latari in explendis suis desiderii: postea gloriari in infirmitatibus suis: prius laudibus suis inflari: postmodum libenter pro nomine Iesu contumeliam pati, scire potes quia comminuit eos dominus ut vitulum libani, talem & exhibere oportet si inflectere cupis rigorem cedri, & humiliari te vis iuxta formam humilitatis Christi. Sed ipse te melius docet quam ego. Audi quid dicat, & imitari memento. *Quia descendit de caelo*, inquit, *non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me Patris*: Ipse uoluit facere uoluntatem suam: & tu satagis implere uoluntatem tuam. Pater tuus praesertim tuus, Christus qui uenit quae suum implere uoluntatem patris suis: & tu studeas facere uoluntatem prelati tui. Ecce vix tandem vitulum inuenimus quem in holocausto domini mactare debemus. Nihil itaque flagrat domino in odorem suauitatis quam si mactetur domino vitulus propriae uoluntatis. Interest tamen verum sit de libano, an de carmelo? Alii sunt vituli qui pascuntur in vertice libani: atque alii qui nutriuntur in pascuis carmeli. Vitulum carmeli nutriunt, qui uoluntatem suam non deserunt in rebus adhuc carnalibus: vitulos libani pascunt, qui uoluntatem suam sequuntur, in studiis spiritualibus: iste quaerit lautiores cibos quam ceteri: vitulum suum impinguat de

Vitulum Libani.

Philip. 2.

Quid faciendum uolenti comminui vitulum Libani.

Ioan. 6.

Quid sit pascere vitulum pro propria uoluntate in pascuis Libani, & quid in pascuis Carmeli.

saeculo carmeli. Ille abstinere uolens, dedignatur comedere quod ceteri, vitulum suum nutrit in pascuis libani. Ille forte cupit vestem molliorem, ille usurpat sibi forte praeter ceteris habitum hispidiorem, uterque pascua quirit suo vitulo: sed hic de carmelo, ille de monte libano. Denique quidquid propter molliciam mentis, & teneritudinem carnis agitur, ad carmelum pertinere videtur: quia carmelus molle, vel tenerum interpretatur. Quicquid autem quasi pro sanctitate supra ordinis institutum, vel contra prelati consilium insolenter praesumitur, inter armenta libani iuste annumeratur. Ve vobis qui confiditis in vitulo Samarie, qui tanto studio seruitis uoluntati propriae. In Iudaeam uenistis, ut quid ad Samariam descendistis propriam uoluntatem custodientes, & excusantes? An nescitis quia Iudaei non contumunt Samaritanis? Prius a saeculo uenientes proprias uoluntates uestras confitentem damnabatis: nunc ab illo priore seruire deficietes, proprias uoluntates quaeritis, custoditis, defenditis. Sic, licet de Iudaeis Samaritani facti essis. In Iudaea vitulus propriae libertatis domino mactatur, in Samaria pro Deo adoratur. Si in Iudaea es, vitulum in sacrificio domini interficis: si in Samaria es, vitulo tuo omnibus uiribus tuis seruis. Si carnis curam in desideris agis, vitulum tuum de saeculo pascis, quia omnis caro saeculum, & omnis gloria eius quasi flos feni. In hoc gloriaris si desideria tua perficis. Non est bona gloriatio tua. Nonne multo melius, nonne multo rectius, ut qui gloriatur, in domino gloriatur. An nescitis quia haec est gloria nostra testimonium confectioe nostrae? Sed mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis saeculum. Sed quid fiet quae so, de carnibus huius vituli, quando nec saltem placere potest vitulus libani, nisi forte diligenter comminuat, quemadmodum decet uictimam holocausti. Sed quoniam (inquis) modo illum comminui oportet? Hoc te Moyses quam ego melius docet: prius illum iubet per frustra diuidere, postea suppositum flammis in cinerem redigere. Quomodo quae so illum subtilius inquam comminuumus, quam cum prius per frustra diuisum, per ignem postea in tenuem puluerem redigimus? Vitulus noster in libano pascitur, si uoluntatem nostram non nisi in rebus honestis sequimur. Vitulum nostrum mactamus, cum obedientiae amore omnem singularitatem abdicamus, vitulum autem nostrum secare, est de praesumpta libertate mentem increpare. Sed hunc usque ad frustra diuidit, qui quaeque singularitatis suae opera diligenter distinguit, & se in singulis de praesumptionis audacia reprehendit. Tunc autem nihil amplius superest, nisi ut igne compunctionis, vel flamma diuinae dilectionis eoque concremetur quousque omnis huius arrogantiae uoluntas sopiatur. De huiusmodi holocausto quasi quidam adhuc cogitationum cinis remanet, qui omnino a

Exod. 29.

nostra recordatione perire non debet, quia vtiliter satis suas quisque presumptiones reminiscitur, quando in carnis recordatione conscientia humiliata confunditur. Sed ecce dum vitulum nostrum diligenter tractare, & iuxta legis preceptum comminuerere volumus, paulo longius digressi sumus.

Restat illud adhuc addiscere in fine sermonis nostri, que sit differentia inter Cedros Libani, & vitulos libani. Per vitulos libani accipimus presumptiones arrogantia, per cedros intelligimus fastus superbia. Arrogantia est supra se aliquid presumere. Superbia est de sua etiam presumptione intumescere. Toties itaque vitulos in libano nutritus, quoties supra virium modum (quamvis bona intentione) presumimus. Tunc cedri quasi de libano surgunt, cum de nostris operibus bonis elationum fastus se in altum attollunt. Sub talium cedrorum umbra vituli delectabiliter depascunt, dum pro adipiscendo sanctitatis nomine in tantis laboribus non lassescunt. Et comminuet eos tanquam vitulum libani, & dilectus, quemadmodum filius vnicornium. Ergo non solum dominus comminuit cedros, tanquam vitulum libani, sed & iste dilectus quemadmodum filius vnicornium. Sed quis est iste dilectus, vel quorum dilectus? Non dicit horum, vel illorum, idcirco fortassis ut intelligamus dilectum omnium, quemadmodum cum dominus dicitur intelligitur ille qui est Rex Regum, & dominus dominantium. Quis ergo est iste singulariter dilectus: & singulorum dilectus. Sed quis alius hoc erit, nisi ille speciosus prae filis hominum qui pro incomparabili pulchritudine sua omnibus se admirabilem ostendit, & ambabilem facit? Vultis videre quomodo sit omnium dilectus? Audi quid dicat de eo pater eius. Attende quod pro eo clamet sponsa eius; vox patris ad dilectum: *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* vox sponsae de dilecto: *Adiuvo vos filia Hierusalem si inuenieritis dilectum meum ut annuncietis ei, quia amore langueo,* & de angelis scriptum est: *in quem desiderant angeli prospicere,* & item de hominibus legitur, *veniet desideratus cunctis gentibus.* Ergo dilectus iste dilectus est patris sui, dilectus sponsae suae, dilectus hominum, dilectus angelorum, dilectus omnium, dilectus singulorum. Pater ergo, quia veram dilectionem non habet, qui huius dilecti dilectione non ardet. Audiuimus quorum dilectus, audiamus adhuc quemadmodum, vel quantum dilectus. & dilectus, inquit, quemadmodum filius vnicornium. Sed quid est quemadmodum filius vnicornium? An forte hoc genus animalium prae caeteris omnibus diligit foetum suum, ut paratior sit vnicornis pro foetu suo perire, quam foetum suum perdere: ut malit pro ipso mortem incurere, quam ipsum vel vitulum amittere? Sed quis hoc de dilectoribus Christi non videat, quomodo eos pro

Per vitulos Libani accipimus presumptiones arrogantia, per Cedros intelligimus fastus superbia. Arrogantia quid. Superbia quid.

Matth. 3. & 17. Luc. 9. Cant. 5. 1. Pet. 1. Aggae. 2.

Christus dilectus omnibus.

Qui non diligit Christum veram dilectione non habet

**A** Christi nomine mori delectat? Testis sit tantus ille effusus sanguis martyrum quomodo Christus sit dilectus quemadmodum filius vnicornium. Nam ipsi eius dilectores, ipsi vique sunt vnicornes: & ipse eorum dilectus, eorum quidem est filius: & idcirco verè dilectus: quia veraciter filius, & diligitur ab eis quemadmodum filius vnicornium, quia diligunt eum quemadmodum decet eos diligere filium suum. Cur autem eos scriptura sancta vnicornes dicit, ratio manifesta occurrit. Homo ante peccatum geminam fortitudinem quasi geminum cornu accepit, quia ad repellendum peccatum, & ad remouendum incommodum gemina virtute munitus fuit: vna fuit integritas corporis, alia fuit integritas mentis. Integritatem carnis accepit contra miseriam: integritatem mentis contra malitiam. Illam contra mortalitatem: istam contra iniquitatem. Cōgressus cum diabolo quia per negligentiam cecidit, in ipso casu diabolus vnum ei cornu exculsit: alterum ei inclinavit. Quia enim mortem homo nulla ratione euitare potest, quasi altero cornu penitus nudatus est. Sed quia libero arbitrio penitus priuari non potuit, dextrum quodammodo cornu non perdidit: sed tamen in quantum infirmatum, intantum inclinatum gerit, & idcirco si qui erant post primum lapsum qui peccata resistere volebat, facile eorum aduersarius de eis triumphabat. Sed misertus tandem hominum visitauit nos oriens ex alto. Visitauit ergo, & fecit redemptionem plebis suae: & erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Quia igitur vnum tantum cornu deinceps, sed erectum portant, mortis quidem supplicia patienter tolerant, sed peccata quasi quosdam animae hostes fortiter impugnant, ut non regnet peccatum in mortali corpore eorum. Hinc est quod fiducialiter psallunt dicentes. illi à quo cornu acceperunt. *In te inimicos nostros ventilabimus*

Dilectores Christi sunt vnicornes & cur ita appellati.

**B** *cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.* Accipiunt itaque interim cornu salutis, ac cepturi quandoque cornu securitatis, ut tunc gemino cornu polleant, qui nunc in vno fortiter pugnant, & gloriose de hoste triumphant. Ut tunc habeant quo sint & à peccato liberi, & ab omni poena securi: cum suam in eis promissionem impleuerint, qui eis nunc cornu salutis erexit. Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Vides ergo quomodo quantum ad praesens spectat, vbi que non nisi de vno cornu agitur, vnde & iustus quisque vnicornis dicitur, cui tamen quandoque cornua non tantum erigentur, sed etiam exaltabuntur. Et non solum erigentur ad illam celsitudinem quam accepit homo adhuc probandus: sed exaltabuntur ad illam sublimitatem quam habere debet homo glorificandus. Prima namque hominis fortitudo, vel virtus fuit posse non mori, & posse non peccare, nouissima autem erit non posse mori, & non posse peccare, quando mors absorpta iam erit

Psal. 43.

erit in victoria, & ipse homo sublimatus in gloria, de caetero iam erit confirmatus in bono, & consummatus in gaudio. Ecce quomodo vnicornes sunt, sed vnde talem filium habere potuerunt? Vnde inquam habent talem filium ut veraciter dicatur esse filius vnicornium. Interrogemus ipsum eorum filium. *Quicumque, inquit, fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, soror, & mater est.* Quid est filius patris nisi virtus, & sapientia patris? Verbum patris filius patris, voluntas patris. Idem est filius tuus, & filius patris. Veritas, sapientia, voluntas, corde concipitur, & ex corde generatur. Si igitur idem vis, idem lapis quod pater: eundem filium habes quem pater. Miraris. Est adhuc quod amplius mireris. In te est vtrumque pater, an mater, an potius vtrumque pater & mater. Potes cum gignere in corde tuo, & in corde alieno, & potes eum concipere a corde tuo, & ab ore alieno. Intellectu gignitur, consensu concipitur, affectu nascitur, effectu nutritur. Quando veritatem intelligis, vel alium intelligere facis, Christum gignis. Quando veritas tibi a te, vel ab alio persuaderetur, Christus veraciter concipitur. Ergo quando gignis, es pater, quando concipis es mater. Nostri voluntatem Dei, consenti ei, & concepisti. Amando parturias, operando nutrias. Vide quod in potestate cuiusque relinquatur vtrumque tantae prolis mater efficiatur. Merito ergo maledicta sterilis, & quae non parit, quae talem filium pro voto habere potuit. Cur putas similiter non maledictus qui non gignit, sicuti maledicta sterilis, & quae non parit: nisi quia non aequae in nostra potestate consistit veritatem intelligere, & veritati consentire? Non enim semper veritatem intelligo cum volo, intellecta autem semper consentio si voluero. Felix homo est cui praesto est cui voluerit habere filium, nec qualemcumque, sed Deum. O quanta dignitas hominis filium habere Deum maiestatis. Audi homo, ausculta o homo. Tandem erige spem, exhilara faciem. Si confunderis de patre tuo, confide tamen de filio tuo. Si erubescis in parente exulta in prole. Si contristaris in Adam primo, congratulare in Adam secundo. Maior hic ad erigendum, quam ille ad deiciendum. Per illum eiectus a Paradiso, per istum glorificandus in caelo. Intuemini quantus sit gloriosus iste, & homo est, & quis cognoscat illum? Homo inquam & hominis filius; veruntamen quis cognoscat illum? Quid putatis, quem dicunt homines esse filium hominis? Respondeat Petrus vnus, pro omnibus. Tu es Christus filius Dei viui. Christus se dicit filium hominis, Petrus eum dicit filium Dei patris. Res mira, & admiratione digna: ut vnus idemque sit filius Dei viui: & filius hominis morituri: dicam an mortui? Nam si mortuum negamus, quomodo illud stabit quod legitur? *In quacunq; die co*

Matth. 12.

Quomodo Christi concipitur in se, & in alijs.

Matth. 16.

**A** *mederis ex eo morte morieris.* Sed forte tunc incipit uiuere, cum incipit talem filium habere. O quanta humilitas omnipotentis, o qualis sublimitas hominis. Deum habere hominem patrem, humilitas incomparabilis, hominem habere filium Deum, sublimitas inestimabilis. O quam recte diligitur iste tam humilis, tam altus, uere singulari amore dignus iste noster dilectus. Dilectus hominum, dilectus Angelorum, dilectus omnium, dilectus quemadmodum filius vnicornium. Nunc autem illud querendum restat, cur postquam dixit. *Confringet dominus cedros libani:* postea addat, & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

Gen. 2.

**B** Idem enim est dominus, & dilectus quemadmodum filius vnicornium, ac si dixisset dominus, ac Christus eius. Sed dicto confringet Dominus: quid addi oportet & Christus eius, cum sit vnus atque idem Dominus, non solum pater & filius: sed & Spiritus sanctus? Nonne quaecumque pater facit, haec & filius facit similiter: & tamen in pluribus scripturae locis talem distinctionem inuenire poteris, ut est illud. *Assiterunt Reges terrae, & Principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.* Quid ergo dicemus? Sed scimus quia Christus in eo quod vnus atque idem est quod pater: idem atque eodem modo operatur quo pater. Sed quid mirum esse debet si in quo aliud est quam pater, alium modum operandi habet quam pater? Si similiter agit ut pater in sua diuinitate, in qua similis est patri, quid mirum si dissimiliter operatur quam pater in qua dissimilis est patri? Quod autem secundum aliquid dissimiliter operatur, manifeste (ut arbitror) ex tali distinctione innuitur, cum dicitur. *Confringet dominus cedros libani, & comminuet eos tanquam vitulum libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Confringet, & comminuet cedros ut diximus: non solum dominus, sed & iste suus, vel noster dilectus. Quid est cedros confringere, vel comminuerere, nisi superbiae mentis rigorem contere, vel altitudinem inclinare? Sed dominus absque dubio: & nihilominus dilectus omnem arrogantiam quando vult humiliat, quantum vult inclinat. Sed facit hoc dominus terrore suae maiestatis: sed dilectus hoc facit exemplo suae humilitatis. Dominus utpote dominus in seueritate, dilectus ut dulcis, & suauis in suauitate, & tamen vterque vnus & idem dulcis, & rectus dominus, suauis & mitis omnibus inuocantibus eum. Quando ergo quis dominum considerat: potentia in conspectu tantae maiestatis altum sapere erubescit, & aliquid contra eius voluntatem presumere pertimescit, absque dubio in eius corde dominus elationum cedros confringit. Alius visa dilecti nostri mira humilitate confunditur superbus apparere, cum videat dominum maiestatis formam serui accipere, legem implere, hominibus obedire, impropria hominum, crucis probra patienter sustinere. Quando ergo quis viso dominicae humilitatis exemplo,

Psal. 2.

**C** **D** **E**



Ignis terre  
nue & ce-  
lestis qui,

Luc. 12,

Leuit. 10.  
Leuit. 6.

Luc. 24.

Iob. 31.

Psal. 28.

Dan. 3.

exemplo in sua praesumptione confunditur, & ab omni altitudine pristinae tumoris deicitur, pater proculdubio quod dilectus iste cedros male rigi- dz mentis contregit: & tanquam vitulum libani (hoc est ad similitudinem sui) cominuit. Recte ergo dicitur: *Confringet dominus cedros libani, & confringet eos tanquam vitulum libani, et dilectus quemadmodum filius unicornium, Vox domini intercedens flammam ignis.* Alius est ignis quem venit Iesus in terram nittere, alius quem venit in terra extinguere. De caelo veniens, coelestem ignem secum detulit. Ad terram veniens, terrenum ignem inuenit. Omnis arrior ignis est, sed non omnis amor bonus est. Est amor licitus, & est amor illicitus, & licitus amor bonus est, & qui licitus non est, bonus amor non est. Amor itaque bonus, ignis est bonus, & amor malus, ignis est malus. Ignis bonus, ignis caritatis, ignis malus, ignis libidinis. Ignis bonus erat de quo Iesus dicebat, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Ignem ergo bonum venit accendere, ignem vero malum venit extinguere. Idcirco per Moysen prohibet ne offerant ignem alienum super altare suum. De suo autem igne praecipit ut semper ardeat in altari suo. Amat ergo ignem suum, odit autem ignem alienum. Igne suo ardebant qui dicebant. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur nobis in via.* Tali igne ardebant qui spiritum sanctum in igneis linguis acceperant, quia ipse spiritus sanctus ignis est, non comburens, sed illuminans: & idcirco rubus ille quem Moyses intuebatur ardebat, & non comburebatur: Sed ignis malus & alienus e contra consumit, non illuminat. *Ignis est enim, ut ait Iob, usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans gemina, arctes usque ad inferni mouissima, & montium fundamenta comburens.* Flammam tamen huius ignis dominus cum voluerit intercidit, cum placuerit penitus extinguit. Quod autem quandoque intercidat ut in parte ardeat & in parte deficiat, hoc scriptura manifeste ostendit cum dicit. *Vox domini intercidit flammam ignis.* Quod autem aliquando huius ignis flammam extinguit, aliter scriptura euidenter declarat ubi legitur. *Angelus autem domini descendit in fornacem, & exussit flammam ignis, & fecit medium fornacis quasi vortum roris flammam.* Vides ne quomodo ibi dicitur exussisse, hic promittitur intercidere. Sed cur hic quem admodum & ibi non extinguitur. Forte quia pueri erant quibus rogus ille parabatur: sed forte pueri non erant quibus Dauid loquebatur. Non dum plene conuersi erant, & effecti ut paruli. Sed erant adhuc in oculis suis magni, & erubescabant adhuc humiles videri. Sed ut illud quod in eis pro elatione tumet excidetur flammam ignis in parte aliqua referuatur, & iterum ne flammam incendit vique ad consensum prauitatis eos rapiat, & quodammodo quasi in cinerem redigat, flammam ipsa ex maiori parte abscondit, & extin-

guitur. In parte ergo ardet vtiliter haec flammam ad custodiam humilitatis, & in parte magna nihilominus salubriter extinguitur ad cautelam turpitudinis. Sic Paulo datus est stimulus carnis suae ut eum colaphizaret, ne eum magnitudo reuelationum extolleret. Vides ne quomodo hoc ipsum ad nostram vtilitatem agitur, quod haec flammam ad tempus in parte referuatur. Sed cum quis plene conuersus fuerit, & effectus ut parulus, & perfectam puritatem adeptus, forte tunc tempus erit ut extingatur, sicuti in tribus pueris illis, quia pueri erant, quia pueri fuerant, extincta fuisse legitur, & creditur. Puer enim a puritate dicitur, & qui purus est, recte puer appellatur. Et est alia puritas mentis, alia puritas oris, & alia puritas actionis. In corde simplicitas, in ore veritas, in opere sinceritas. Hos igitur tres pueros habere credimur cum sanctum est quod meditatur, verum quod loquimur, iustum quod operamur. O felix nimium, & Deo nostro grata societas horum trium pueros propter vnam puritatis concordiam in voluntate, sermone, pariter & actione. Videt hoc Rex Babylonius, & innidet, & prius quidem ad adorandam statuum suam auream compegit, sed adorare detrectantibus fornacis incedium parare iubet. Facile enim eorum sanctitatem deridet, & despicit si eos ex sua sanctitate in superbiam erigere possit. Quid est enim statuam auream adorare, nisi superbiam, & vanam gloriam in talibus studiis deseruire? Tunc eos in regno suo libenter patitur, cum eorum studia elationi militare intuetur. Sed cum videt ab eis statuam suam altitudinem & aurum despici, & inter miranda quae gerunt omnem elationis gloriam derideri, iubet fornacem accendi, & rogum eis incendii parari. Quos enim non potest superare per gloriam elationis, superare se posse sperat per flammam libidinis. Rex Babyloniae est ille qui est Rex super omnes filios superbiae. Ministri quos ad tale opus dirigit, sunt deceptorii illi spiritus, quos Scriptura sacra spiritus fornicationis appellare consuevit. Ab his fornax accenditur, quando caro nostra ardore libidinis inflammatur. Accensa fornace pueros ligant: in fornacem proiciunt. Pueri extra fornacem inueniuntur, quia studiis spiritualibus, & coelestium contemplationi intenti pene se in carne esse obliuiscunt. Hos enim pueros est quodammodo extra carnem esse, nil corde, nil lingua, nil manu carnale tractare. Sed tunc quasi ligantur, quando tentationibus depressi a suis studiis praepediuntur: tunc velut in fornacem sunt, quando stimulis carnis fatigati nil aliud cogitare, plangere, vel flere possunt. His angelus Dei in adiutorium venit, quia diuina protectio fideles suos nunquam in certamine deserit. Ab his flammam ignis excutitur, quando diuina virtute ardor libidinis extinguitur. Medium fornacis angelus quasi ventum roris flantem efficit, & pueros linguam in laudem creatoris resolutum.

Puritas simplex.

Quod sit mistice, adorare statuam Nabuchodonosor.

Non extinguitur flammam libidinis, nisi flatur rigor elationis.

Medium fornacis est intimum cordis, flante ergo spiritu sancto caelesti rore perfunditur, & ex diuina inspiratione conscientia tota refrigeratur. Pueris liberatis Chaldaeos flammam succendit, quia cum bonis praualere non possunt, insidiantes malignos inuidiae flammam consumit. Ecce quomodo testimonia Prophetarum inuicem sibi concordant. Prius in Daniele elatio in aureae statuam despectione calcatur, postea in fornacis refrigeratione flammam libidinis extinguitur. Ita & hic prius cedri franguntur: postea flammam ignis interciditur. Nam si prius non fleat rigor elationis, absque dubio non extinguitur flammam libidinis. Hoc autem inter haec, & illam lectionem esse videtur, quod dicitur flammam tota excussa variatur: hic per Dauid intercidenda promittitur. Sed proficientibus, & perfectis pariter congruere. Nam utrobiusque quidem flammam interciditur, quando vel ab ipsa pars eius aliqua diuiditur, vel tota a suo fomite separatur. Et scimus quidem quia flammam a suo fomite separata est, nec ad horam saltem perdurare potest. Videamus itaque prius quo modo haec flammam augetur, & tunc facile erit agnoscere quomodo per partes absconditur. Notandum tamen quod non ignem extinguitur, sed eius flammam promittit intercidere. Ignem enim, istum quamdiu viuimus, hoc est peccati fomitem intra nosmetipsos habemus: sed non aequo eius semper flammam sustinemus. Tunc enim hic ignis in flammam prorumpit quando estibus carnalis incedit nos vrit. Primo ergo titillat carnem: secundo delectatione turpi coinguit mentem. Tandem per consensum prauitatis subdit liberationem. His itaque gradibus sulphurea illa flammam libidinis crescit, sed eisdem quidem gradibus (conuerso tamen ordine) ad vocem iubentis domini decrescit. Primo namque vox illa domini intercedentis flammam ignis in incipientibus, & nouiter conuersis intercidit quicquid inclinare posset consensum rationis. In proficientibus autem saepe aufert illicitam delectationem mentis. In rarioribus autem, & valde perfectis remouet etiam titillationem carnis. Multi tamen quamuis ad summam perfectionem profecerint, stimulum carnis suae extinguitur non potuerunt, sed diuina hoc dispensatione in eis accidit, quam quidem quid vnicuique vtilis accidat latere non potest: & in aliis quidem fiebat ad demonstrationem singularis eorum fortitudinis: quia tales erant qui semper pugnare assidue, & triumphare sufficerent. In aliis autem ad custodiam humilitatis, quando singulare aliquod bonum praeter aliis omnibus acceperat. Quia igitur in peccatis destruit actum turpitudinis, in conuersis consensum voluptatis in proficientibus

Quibus de causis relinquit Deus stimulum carnis in quibusdam perfectis viris.

contagium foedae delectationis, in perfectis quibusdam motum titillationis, recte hic dicitur. Vox domini intercidit flammam ignis. Sciendum tamen est quia sicut nullus in hac vita hoc igne perfecte caret, sic nullus est qui eius flammam semper sentiat. Quis enim fomitem peccati hic plene destruere potuit, vel quis vnquam actum libidinis sine cessatione sustinuit? Multum est itaque hunc ignem sopire, & eius flammam extinguere. Non est vtrique in potestate hominis, valet hoc sola vox domini intercedentis flammam ignis. Vox domini concutientis desertum: & commouebit domus desertum Cades. Hucusque roborauit contra genera tentationum. Abhinc promittendo enumerat dona gratiarum, quasi coronam post uictoriam, premium post meritum, triumphum post trophaeum. Dicit ergo vox domini concutientis desertum, & commouebit domus desertum Cades. Vnum videtur exhibere, alium de se expectationes promittere. Hoc quod dicitur concutientis desertum, exhibentis est, quod additur commouebit desertum Cades, hoc est vtrique promittentis. Primum ergo statim datur, illud secundum expectatur. Tale fuit illud superius, vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros libani. Sed & hoc quoque notandum quod sicut ibi prius franguntur cedri, postea autem cedri libani, sic & hic prius concutitur desertum, postea desertum Cades. Ecce quomodo vbiq; prius ponitur quod pertinet ad inchoationem, & aliud promittitur quod consummat perfectionem. Sed nunc videamus quae de deserto dicenda occurrant. Est namque desertum aliud bonum, aliud malum. Desertum malum est, vbi desunt germina virtutum. Desertum bonum vbi longe sunt tumultus viciorum. Desertum est & malum desertum, vbi nulla est cultura hominum, vbi nullum est sanctitatis vel religionis studium. Itē desertum est sed bonum, vbi nullus strepitus tumultuationis, sed in silentio auditur vox turturis, & gemitus non cessat ex desiderio diuini amoris. Desertum igitur malum est, vbi desunt desideria caelestia, desideria spiritualia: desertum bonum, vbi procul desideria saecularia, desideria carnalia. Desertum denique Ydumea, desertum est malum. Desertum autem Cades, desertum est bonum. Vtrumque tamen concutitur, vtrumque ex diuina voce in fluctu compungitur. Sed desertum Ydumae compungitur formidine: desertum vero Cades compungitur amore. Ydumea interpretatur terrena, Cades immutata, vel sancta. Ydumea itaque quia nil nouit nisi terrenum, nisi transitorium, facit desertum malum. Cades autem quia nil amat nisi iustum, nil desiderat non sanctum, facit desertum bonum. In Ydumea desolatio sanctitatis. In Cades desolatio terrena cupiditatis. Recte desertum malum Ydumea hoc est terrena. Recte desertum bonum dicitur Cades, id est sancta, quia in illo desit sanctitas, regnat terrena cupiditas.

Desertum duplex.

Desertum Ydumae malum. Desertum cades bonum.

In isto



In isto abest concupiscentia: permanet sanctimonia. Istud scriptura sancta ex proprio nomine designat: ut pote quod nouit commendat, & approbat. De malo loquens non nominat, sed tantum dicit desertum, ut intelligas aliud quilibet quod non est sanctum, & cades nomine prorsus indignum. Vtrumque tamen (ut diximus) concutitur. vtrumque commouetur ut vtrumque immutetur. Ad hoc namque concutitur desertum malum, ut commutetur in bonum. Ad hoc commouetur desertum bonum, ut promoueatur in optimum. Et commutari de malo in bonum, commutatio bona, & immutari de bono in optimum, immutatio sancta. Recte ergo desertum quod de bono immutatur in optimum cades dicitur. Nam cades (ut dictum est) immutata vel sancta interpretatur. Desertum ergo quod adhuc malum est, et ob hoc cades dici non potest, concutitur. Nec mirum, & compungitur consideratione & horrore propriæ iniquitatis. Desertum vero cades quod bonum iam sit, sed ad meliora inardescit concutitur & ipsum, & compungitur ex desiderio amplioris sanctitatis. Illud ergo expauescit malum quod fecit. Istud ingemiscit, pro bono quod nondum accepit. Illud tremat ad recordationem diuinæ maiestatis. Istud liquefit ad contemplationem supernæ pietatis. Illud ergo trepidat multa formidine: istud suspirat præ nimia dilectione. Illud ne rapiatur ad tormenta, istud quia necdum subleuatur ad gaudia. Incipientium ergo est concuti timore, perfectorum autem est compungi amore, & idcirco vnum statim datur ad inchoationem, aliud promittitur ad perfectionem. Recte ergo de eis dicitur, concutientis, & commouebit. *Vox* inquit, *domini concutientis desertum, & commouebit dominus desertum cades*, quia compunctio timoris quibusdam in ipso initio datur. Sed compunctio amoris quousque perfecta caritas foras mittat timorē differtur. Hoc geminū compunctiois genus est irriguum superius, & irriguum inferius. Vnde alibi per eundem psalmistā dicitur. *Qui diuisit mare rubrum in diuisiōnes*. Maris quidem aquæ amaræ sunt valde. Quid ergo rubrum mare nisi amaritudo poenitentiae? Mare ergo rubrū ei adhuc quasi indiuisum manet, qui non nisi ex sola damnationis formidine gemere nouit, sed mare diuiditur, quando compunctio geminatur. Amaritudinem enim cordis tunc geminat, quando quis compunctiois fletum alternat: ut modo defleat malum quod pertimescit: modo suspiret pro bono quod concupiscentiam, in altero vitamus negligentiam, quia qui expectat præmium, extendit se ad meritum, & qui metuit poenam sollicitè declinat cul-

Psal. 135.

am. Sciendum tamen quod compunctio timoris est utique tempore prior, sed dignitate posterior. Post multas enim poenitentiae lacrimas tandem ad spem veniæ reducimur: & vix aliquando suspiris multis & fletibus, & gemitibus inenarrabilibus ad beatitudinis certitudinem reformamur. Semel autem sumpta æternorum fiducia, multo anxius, multo vberius ingemiscimus, & flemus ex impatienti desiderio bonorum, quam prius fecimus sub formidine malorum, quando cupimus dissolui & esse cum Christo, certi de reposita nobis corona iustitiæ. Amoris etenim lacrimæ & acrius afficiunt, & vberius currunt. Hinc est quod per quendam dicitur. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*. Magna namque amaritudo est, quando quis renunciatis seculo ad religionem conuertitur. Maior autem quando abnegans semetipsum innumeris inimicis tentationibus fatigatur. Maxima autem quando pace illa quæ exuperat oem sensum ex parte degultata, ad illam tñ plenè non admittitur. Amara itaque in conuersione, amarior in tentatione, amarissima internæ, & æternæ dulcedinis expectatione, & impatientis desiderii dilatione: quia spes quæ differtur affligit animam. Hinc est quod alibi ipse David proclamat dicens: *Hen me quia incolatus meus prolongatus est. & illud Renouit consolari anima mea*. Qualis quantaque putas amaritudinis magnitudo animum transfixerat, quæ pro doloris leuamine nullam etiam consolationem recipere uolebat? Multum quidem vexat hominem cum relinquatur amor mudi, multo amplius cruciat cum calcatur amor sui, verum tamen supra omnia transfigit, & penetrat cor hominis, & excoquit desiderii æstibus amor Dei. Vnde est vox illa flebilis. *Situiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Domini. Fuerunt mihi lacrima mea panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus.* & illud in Canticis. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* & illud quod superius commemorauimus. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*. Sic itaque, sic post fletum & gemitum timoris peruenitur quādoque ad desiderium, & suspiria amoris. Quia ergo cor hoīs prius concutitur timore: postea compungitur amore. rectè per David dicitur. *Vox domini cōfringentis desertum, & cōfringet dominus desertum cades. Vox domini preparantis ceruos, & reuelabit condensā.* Sicut in cōcussione deserti gratia compunctiois, sic in præparatione cerui gratia administrationis. Non enim sufficit deslere mala nostra, nisi postmodum accingamus nos etiam ad opera bona. Ad hoc itaque concutitur desertum corporis nostri, ut simus deuoti ad orationem. Ad hoc datur nobis ceruina velocitas, ut prompti simus ad operationem. Ceruus namque animal velox, & pavidus, sed ferpentibus inimicum. In agilitate itaque pedum rectè intelligitur expedita, & prompta velocitas actionis.

Isai. 38.  
Quæritur sit amarissima amaritudoPsal. 119.  
Psal. 76.

Psal. 41.

Cant. 2.

Isai. 38.

Concussio deserti quæ significet.

actionis: Vultis audire ceruum alacriter currentem? *Viam*, inquit, *mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum*. Vultis audire vocem preparantis ad ceruinam velocitatem? *Sic currite ut comprehendatis*. Vultis audire vocem preparantis ad ceruinam formidinē? *Beatus*, inquit, *homo qui semper est pavidus*, & in sensu cogitat circūspeditionē Dei. Vultis audire vocem preparantis ceruum ad serpentium infestationem? *Mortificate*, inquit, *membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiā &c.* Tria itaque hæc ad ceruum videntur pertinere. Viam mandatorum velociter percurrere. Dæmonum insidias semper suspectas habere. venena vitiorum audacter destruere. Actio itaque expedita, prouida, & iusta ceruus facit, quia in quantum expedita, velocitatem tribuit, in quantum prouida, vtiliter pavidum, quia cautum reddit, in quantum iusta, viciorum venena extinguit; Multi in eo quod velociter currunt serpentes non occidunt, sed nutriunt, quia ex eo quod fortiter agunt superbia, vana gloria, aliisque huiusmodi serpentes conualescunt. Alii autem bonam in bonis operibus intentionem habent, & in quantum valent serpentina viciorum venena mortificare studeat, sed dum modum, & tempus in suis studiis tenere nesciunt, in dæmonum insidias quasi venarum laqueos incidunt, vnde se velut securos incautè crediderunt. Et isti quidem quamuis habeant ceruinam velocitatem, erubescunt: tamen habere ceruinam formidinem, quia tantum precipites, quantum ueloces nesciunt, vel potius nolunt habere circūspeditionem. Vnde est quod eis clamat. *Vox preparantis ceruos, filii accedens ad ser. Dei*, ita in timore, & præ. *a. t. ad tenta. & alibi. Seruite domino in timore*. Vt ergo ad ceruorum numerum pertineant qui inter tales ceruos annumerari desiderant, oportet eos & velociter currere, & cautè timere. Talibus ergo ceruis, taliterque preparatis dominus reuelabit condensā, & referabit scripturarum profunda, al legiorum opaca, sacramentorum mysteria, mysteriorum secreta. Amant enim huiusmodi cerui huc illucque discurrete inter condensā salutus libani, abdita quæque loca percurrere, & occulta penetrare, opaca frequentare, in condensis, & vmbrosis requiescere. Ibi enim & contra venatorum insidias latebras reperiunt: & contra solis æstus refrigerium accipiunt. Quanto enim altius scripturarum intelligentiam perceperint, quanto earum profunda perfectius penetrauerint, tanto securius, tanto quietius quasi in condensis latitantes, & in vmbrosis requiescentes, hinc derident dæmonum insidias, illinc despicunt concupiscentiæ æstus & carnales illecebras. Nam ex ipsa scripturarum lectione contra astutias dæmonum plenius erudimur, & inter tot sapientiæ delicias, carnalium illecebrarum nec saltem reminiscimur. Quid ergo mirū post talem tantæque gratiam, in templo eius omnes di-

cent gloriam? Quid inquam mirum si eius gloriam in ædificationem proximorum quærunt, a quo tot dona gratiarum gratis acceperunt? Dei templum congregatio est fidelium. In hoc itaque templo laudem Deo dicunt, & gloriā eius quærunt, qui per verbum prædicationis proximis ædificare, & in ipsis Dei gloriam dilatare contendunt. Et rectè quidem prius accipiunt intelligentiam scripturarum ad instructionem sui: postea donum prædicationis ad vtilitatem, & ædificationem proximi. Prius datur intelligentia ut vera credant, & recta intelligant, postea additur eloquentia ut vtilia doceant, & salubria persuadeant. Possumus tamen per templum non presentem ecclesiam, sed cœlestium ciuium frequentiam conuenienter intelligere. Nam solet sæpe scriptura sacra ad distinctionem vtriusque, hanc per tabernaculum, illam per templum designare. Hæc enim adhuc in motu, & in bellorum procinctu posita rectè per tabernaculum: illa autem iam in æterna stabilitate fundata, melius designatur per templum. Ad hoc itaque (nisi per contemplationem subleuati) accedere utique nequeunt. Sed intro admissi præ admirationis magnitudine a laude creatoris cessare non possunt: & impletur quod dicitur, & in templo eius omnes dicent gloriam. Quia quicumque ad illud se contemplando eleuant, quamdiu intus sunt, diuina laude non vacant. Hinc est quod inde reuertentes clamant, *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine quam abscondisti in mentibus te*. Hinc rursus dicit, *Et reliquæ cogitationis diem festum agent*. Cogitet qui potest, qualis, vel quanta sit illa celebritas solemnitatis illius quam intus positi perficiunt, quando etiam reliquæ cogitationum quas ad se reuertentes secum trahunt ex memoria, vel recordatione gultatæ suauitatis domino Deo diem festum agunt? Quod si per templum Dei cor ipsius hominis intelligimus, qui sint qui in hoc templo gloriam Deo dicent citius inueniemus. Qui enim sunt alii huius templi habitatores, quam cogitationes mentis, & cordis affectiones? *Quoniam cogitatio*, inquit, *hominis confitebitur tibi*. Raro tamen contingit ut huius templi habitatores omnes in vnum conueniant: ut vna congregati in templo eius omnes simul gloriam dicant, ut nulla se aliena cogitatio interferat quæ illa diuinæ solennitatis gaudia perturbet, vel imminuat. Posse tamen quandoque hoc fieri ille melius nouit, quem non tam lectio, quam experientia docuit. Fit enim aliquando ut mens super pauca fidelis, intrans in gaudium domini sui torrente voluptatis ebrietur, & tota in iubulum versa non solum exteriorum omnium, sed & sui ipsius obliuiscatur: & tota in se collecta; imò supra se eleuata, ab illo spiritualis letitiæ pelago plenè absorbeatur, experimēto felici iam approbans, quam sit vera sententia illa qua dicitur, *Beatus populus qui scit iubilationem*

Quid per templum possumus intelligere

Psal. 30.

Psal. 75.

Templum Dei cor hominis.

Psal. 75.

Psal. 88.

nem; & tunc temporis impletur quod dicitur, & in templo eius omnes dicent gloriam. Secundum primam itaque expositionem, intelligitur donum prædicationis. Iuxta secundam autem, gratia contemplationis. Secundum ultimam vero, exprimitur iubilus mentis. Quid autem horum rectius intelligatur, ignorare me fateor, ubi totum verum est quod dicitur. Nam multi sæpe per scripturarum intelligentiam accipiunt verbum prædicationis, & sæpe inter legendum perfunditur mens lucæ contemplationis, vel in iubilum versa tripudiat in voce exultationis, & confessio nis. Quia postquam vox domini præparantis cer vos reuelauerit: ostensa, mox in templo eius omnes dicent gloriam. Ecce quam magna, & quanta admiratione digna facit vox ista domi nica, vox domini cõstingentis cedros, vox domi ni intercedentis flammã ignis: vox domini cõen. desir. vox domini præ. ceruos, & multa adhuc alia in hunc modum efficit, quæ iste numerare non potuit, vel quæ hic enarrare non oportuit. Multum tñ sæpe interest inter vocem, & sermonem. Nam habent vtiq; & animalia vocem, & tamen sermo non formatur sine voce, quamuis vox sonare possit sine sermone. Emittit ergo quandoque sermonem cum voce, quandoque vocem sine sermone, aliquando etiam sonitum sine voce. Nunc enim (vt ipse de se dominus dicit) stridet vt plaustrum onustum sceno, modo sibilat vt apis quæ est in extremo Aegypti, aliquã do rugit vt leo, & cum voluerit mittit eloquiũ suum terræ, velociter currit sermo eius, per soni tum ergo stridet, per sibilum demulcet, per rugi tum terret, per sermonem docet. Quando enim, & quibus loquitur, beneplacitum suum aperte demonstrat. Sed in voce sola voluntatem suam non tam loquitur quam significat. Nam per stridorem quidem altius abscondit, & profun dius celat. Ad sonum etenim stridoris audiens nõ tam eruditur quam consternatur, vel potius indignatur. Displeet enim ei quod audit, & sæ pe audacter reprehendit. Hinc est quoddã Dei di spositio in rebus tẽporalibus a quibusdam aperte reprehenditur, quibus dñs in sui operis guber natione quodãmodo stridere videtur, cum det indifferẽter bona & mala. tã bonis quam malis, qui solem suum ortiri facit super bonos & ma los, & pluit super iustos & iniustos. Alij autem in his omnibus intus recurrunt, & de his omni bus rationem consulunt, & dum bonis præmia, E prauis tormenta reposita ex ratione colligunt, vocem quodãmodo dominicam percipiunt, & qui ad remunerationis promissionem se præpa rant, quasi ad persuasionis sibilum euigilant, & qui tectoris minas formidant, quasi ad leonis rugitum trepidant. Quasi sibilu enim quodam suscitatur, qui temporali commodo, vel præmio æterno ad aliquid agendum prouocatur. Et ille quasi ad rugitum confunditur, qui ex alicuius damni, vel damnationis futurę consideratione a

Vox & sibilum Do mini quomodo au diantur.

sua præsumptione deicitur. Longè tamen excel lentius, & quasi per loquelam seipsum dominus insinuat illis, quibus voluntatem suam inspirat, quia aliud est recta discernere, & aliud benepla citum domini perfecte intelligere, & ei ex amore inherere. Sonum ergo quodãmodo ha bet dominus in administratione operis, uocem in reuelatione veritatis, sermonem in aspiratio ne voluntatis. Dominus diluuium inhabitare fa cit, et sedebit dominus Rex in æternum. Cum sit vna eademque aqua sapientiæ salutaris, illam terram tamen viuientium vbique non equaliter infundit, sed se per eius amplitudinem multi fariẽ, multisque modis diuidit. Aliàs enim efficit puteum, vel cisternam, alias torrentem, vel fontem salientem in vitam æternã, hic in riuum deducitur, illic in fluuium colligitur. Modo excresecit lacum, vel stagnum, modo exuberat in abyssum, vel diluuium. His decem (ni fallor) differentiis in scriptura sancta (si bene intendi mus) differentes diuinæ sapientiæ donationes: di stinctas esse facile probare poterimus. Longum esset nimis de singulis hic diligenter discernere, immo supra vires nostras de tanta materia di gnum aliquid dicere. Dicamus ergo aliquid de eo quod interim occurrit, quod huic fortè loco sufficere possit, pro eo quod dictum est dominus diluuium inhabitare facit. Hæc itaque salutaris sapientiæ aqua si scripturæ sacræ credi mus, immo quia ei omni ambiguitate postposita credere debemus. Hęc inquam sapientiæ aqua in tanta quandoque erumpit copia, in tanta se dilatas abundantia, vt non solum valles im pleat, campos operiat, sed & omnes montes, & colles longè transcendat. Ita vt omnium carnalium cogitationum incurfus, omnes terrenos affectus, penitus absorbeat, immo etiam quic quid hominibus est altum, cacumina ipsa virtu tum, & quod his omnibus maius, ipse sibi con templantis animus in obliuionem veniat. Con templantis siquidem animus qui supra se at tollitur, cum cœlestibus totus suspenditur seip sum nimirum, & quæ sub ipso sunt obliuiscitur, & in tanto sapientiæ diluuiõ nil nisi cœlum aspi eitur, & ipsa sapientiæ aqua qua perstratur, a qua & in altum subleuatur. Sed ad hoc opus quis putas erit idoneus, & quis huiusmodi di luuii in habitatione inuenietur dignus? Nemo hoc speret de virtute sua, nemo hoc præsumat de industria propria. Non est hoc negocium me riti humani, sed muneri diuini. Dominus so lus est qui hoc dare potest. Si quidem solus dñs diluuium inhabitare facit. Ad huiusmodi (ni fal lor) diluuii in habitationẽ domino instigante, & instruente fabricatur illa arca conscientia: bo nã, si tñ viuat & vigeat in nobis vir ille Noe, qui solus ad tñ negociũ per diuinum duntaxat adiu toriũ potest sufficere. Noe requies interpretat, & cõstat satis quæ sine quietis amore arcę fabrica nullo modo p̄ficiẽt. Ferueat ergo in nobis amor quietis,

Aqua diu ne sapientiæ quomodo se habeat erga homi nes eiusq; effectus.

Psal. 45.

Anima iusti sedes in sapientiæ.

Psal. 48.

Gen. 7. Psal. 35.

Ibidem.

Fõtes abyssi quando spiritaliter rumpuntur.

quietis, delectemur illo interno ociofio negotio, A vel negotio, vel ociofiofio ocio inuestigandẽ ve ritatis, & illud quod in Psalmo legitur studio sè impleamus. *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.* Si tamen disponimus arcæ huius in nobis fabricã erigere quo digni, vel idonei sumus quos Dominus dignetur præfiniti diluuii inhabitato res efficere. Dominus enim solus (vt superius iã diximus) diluuium inhabitare facit. Duo (ni fal lor) in hoc vno verbo monemur, ne desperemus tam mirabile opus posse impleri, & ne præsuma mus tam singularẽ negocium aliqua humana in dustria posse consummari. Sed videamus modo quid sequatur huiusmodi diluuii inundationem, vel potius quid sequi soleat huius diluuii inha bitationem. *Et sedebit, inquit, Dominus Rex in æternum.* Doceat scriptura sacra didicimus, quia anima iusti sedes est sapientiæ. Quid itaque est quod Rex ille regum, & Dominus dominantiu, qui est Dei vicus, & Dei sapientia non nisi post diluuium in hac sua sede dicitur sedere? Cur non etiam ante diluuium sedebat Rex in æternum? An forte quia gigantes erant super terram ante diluuium non sinebatur regnum suum sapientia possidere quietum, & idcirco non ei vacabat tẽ pus, vel locus ad sedendum, sed potius ad prælia dum. Ideoque quasi vir pugnator omnipotens nomen eius quotidie cogebatur apprehendere arma, & scutum, & exurgere in adiutorium suo rum, & vt pote dominus fortis & potens, domi nus potens in prælio expugnare impugnantes exercitum suum, clamantibus quotidie sibi qui sui erant. *Exurge Domine adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum?* Proculdubio quandiu viuunt gigantes super terram, quandiu adhuc viget in carne, vel corde carnali enormitas illa horrenda vicioru, non sinitur ille dominus exer citium, dominus virtutum regnum suum possi dere quietum. Sed quia sapientiã vincit maliciã, cum se ceperit latius effundere, imò totam oc cupare terram, cito & absque mora absorbet quicquid prius male vivebat super eam. Ad pri mam siquidem iussionem domini ruptis fontibus abyssi, apertisq; catharactis cœli, fit subita, & tam vehemens inundatio diluuii, vt absq; om ni dilatione omnes sapientiæ subuertantur inimi ci. *Rupti sunt, inquit, omnes fontes abyssi magnæ, & catharactis cœli apertæ sunt.* Si autem vis scire quæ sit abyssus hæc magna, recole quid de ea dicat Propheta. *Iudicia tua, inquit, abyssus multa.* Et vt æquẽ scias qualis esse possit pluuiã illa volũtaria, quam segregauit Deus hæreditati suæ, recole quod alibi legis in verbis eiusdem Prophe tæ, & veritas tua (inquit) vsque ad nubes. Vides certè huiusmodi nubes quæ veritatem portant, cuiusmodi aquam pluere valeant. Rumpuntur itaque fontes abyssi, apertunturq; catharactæ cœli cum tempus instet faciendi diluuii, vt illa salutaris sapientiæ aqua partim se effundat ex oc culta diuinæ aspirationis vena, partim emanet

ex reuelatione angelica. Fontes abyssi rupti e rant, cum Propheta dicebat: *Et apparuerunt fon tes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.* Catharactæ cœli apertæ erant, cum Apostolus dicebat. *Reuelatur autem ira Dei de celo super omnem impietatem, & iniustitiam.* Di luuium autem tunc fortassis inundauerat, cum aliàs in admiratione sapientiæ proclamabat. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.* Quomodo itaque putas carnalia desideria lan guescunt, immo cum quanta putas festinatione deficiunt, cum vniuersa illa diuinorum iudicio rum abyssi se ad manifestationem effundit, & illud diuinæ sapientiæ pelagus, totam humani cordis terram occupat, eiusque habitatores cogitationum, affectionumque multipliciter pe nitus absorbet? Sola itaque illa huic diluuiõ su per sunt quæ in arcæ sinu inclusa viuunt, quæ con scientiæ bonæ mensuram nõ excedunt: quæ mo destiã terminos non deserunt. Alia igitur sunt quæ extra arcam ad interitionem exponuntur, alia quæ intra arcam ad vitam referuantur. Refer uantur autem non solum rationabilia, sed etiam irrationabilia. Sed de ipsis irrationabilibus non solum munda sed & immunda quantum videlicet exigit cura necessitatis, vel cantela conseruan dæ humilitatis. Desideria illa quæ surgunt ex rati onis deliberatione, pertinere videntur ad ho mines, vt pote ad animalia rationabilia: sicut illa quæ sine discretionis iudicio emergunt, ad ani malia irrationabilia. Et sunt quidem ex vtroque genere, alia bona, alia mala, quia sunt homines iusti, & sunt homines iniusti, & animalia alia mû da, & alia immunda. Vultis apertius nosse diffe rentiam animalium mundorum, & immundo rum: hominum iustorum, & iniustorum? Fortè exemplo illud melius, quam diffinitione osten dimus. Ecce quis transiens videt quempiam fame vel frigore afflictum, vel alia qualibet inedia oppressum, subito & absque omni animi delibe ratione affectu pietatis medullitus tangitur, & ei quem afflictum videt subita animi miseratio ne compatitur. Interpellat eum cogitatio sua, vt illius inopiam sua abundantia temperet, sed forte auaritiæ suæ nimia tenacitate pietatis aurem obturat. Statuit itaque apud se nil illi de suo im pendere, ne suorum bonoru videatur aliqua mi norationis damna sustinere. Ecce animal mun dum, & hominem iniustum. Quasi animal mun dum est illa animi iudicium præueniens pietatis affectio, sed velut homo iniustus est illa subse quentis obdurationis impia deliberatio. Ecce alius ad aspectum mulieris turpitudinis motum prius in se sentit, quam rationis decretum con sulere possit. Sed postquam rationem consu luerit, exurgens malum viriliter repellit. Ecce animal immundum, sed hominem iustum. Quid enim turpitudinis motum, nisi animal im mundum dicimus, & quid subsequenti delibe rationis iustum decretum, nisi hominem rectum

Psal. 17.

Rom. 1.

Rom. 11.

Quæ de sideria ad homines p tinentur, & quæ ad ani malia.



Munda animalia quae & quomodo & impediunt & adiuuat bonum.

rectum iudicare debemus? Immunda itaque desideria ex appetitu urgentia, & rationis iudicium praecipientia animalia sunt bruta, & immunda. Munda autem animalia sunt desideria illa quae nil fecerunt suggerunt. Illud autem est admodum mirabile, valdeque notabile, quod saepe immunda animalia impediunt bonum, impellunt ad malum, sicut saepe contra munda adiuuant ad bona, roborant contra mala. Pietatis affectus erga parentes ordinatos esse quis neget? quam multis tamen nocuit & ab amore Dei retraxit, quod suos tenere diligebant, quos nec propter Deum deserere volebant. Stimulum carnis suae quis, vniquam nisi peruersus non erubuit, & tamen quam multis contra superbiam adiuuit, & in humilitate custodiuit. Sic sic saepe ex bonis qui busdam a melioribus retrahimur, & ex malis quibusdam ad optima compellimur, unde est quod mundorum animalium innumera diluuium absorbentur, & immundorum non pauca post diluuium reseruantur. Recte enim illi affectus siue sint pudendi siue pudici, sapientiae diluuium pereunt, qui perfectionis studium impediunt. Recte solum illi siue inter pudicos, siue inter impudicos deputentur, post diluuium referantur qui in bonum cooperantur. Sed si est inutile, vel impossibile omnia immunda animalia ad mortem exponere, caueamus saltem peruersorum hominum neminem intra conscientiae arcem recipere. Aliud est pondum posse perfecte mortificare omnes appetitus carnis, & longe aliud ex deliberatione in se recipere consensus prauitatis. Quid iam de gigantibus dicimus? Nunquid vel vnum diluuium praefinito posse superesse credimus? Absit hoc credere. Neque enim facile erit post tale diluuium mentem criminalia aliqua committere posse, etiam si non sufficiat omnia venialia perfecte posse delere. Non vos, inquit Apostolus, apprehendat tentatio, nisi humana. Ecce quomodo satagebat Apostolus gigantes penitus deleri de terra. Quid enim rectius per gigantes habentes formam monstruosam, formam immoderatam, quid inquam rectius accipimus quam tentationem plus quam humanam? Quam perfecte putas huiusmodi gigantes de suo corde deleuerat, qui eos etiam de alienis cordibus ardenti studio extirpare satagebat? Sed videamus modo postquam hunc de quo loquimur Paulum dominus diluuium inhabitare fecit, an forte diluuium illi quod ex diuinis reuelationibus supra humanam intelligentiam modum in eius corde excreuit aliud quod immundum animal superfuit. Sed me magnitudo, inquit, reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, diluuium tunc inunda esse non potest negari, quando audiebat arcana verba, quae non licebat homini loqui: & tamen post tale diluuium stimulum carnis sentiebat, quem inter animalia immunda deputandum nemo est qui ambigat. Veruntamen quia gigantes diluuium penitus perierant, & quaeunque sapientia

1. Corin. 10.

Quid per Gigantes intelligitur.

2. Cor. 12.

regnum confundere poterant, nil iam obstabat quominus sibi erigeret thronum, & sederet Rex in aeternum. Quid enim aliud illa eius verba sonare videntur, vbi aperte contestatur dicens. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, &c. usque in Christo Iesu. Ecce quam securus erat Paulus post tale diluuium, quod qui per fidem in eius corde habitabat Christus, sederet Rex in aeternum. Vides certe quam recte postquam dictum est, dominus diluuium inhabitare facit, statim illud adiunctum est, & sedebit dominus Rex in aeternum. Ad hoc nomenque (ni fallor) effundit super terram hoc diluuium, quo mundet Rex iste regnum suum, & sedeat Rex dominus in aeternum. Sed haec quae de diluuium dicta sunt, tunc tantum de eo intelligenda credimus, quando accipitur in bono. Est enim quando accipitur in malo, sed est ibi longe alia lectio. Si est enim ignis bonus, & ignis malus, si est desertum bonum, & desertum malum, sicut superius ostendimus, si est aqua bona, & aqua mala, cur non aequè diluuium bonum, & diluuium malum esse credamus? Credendum sane, & absque ulla hesitatione bonum illud esse diluuium quod dominus inhabitare facit, ut sedeat Rex in aeternum. Facto autem huiusmodi diluuium, mandatoque regno, incipit extunc, & deinceps (vtpote parata sede sua) extunc incipit inquam sedere in throno suo, & regnare in populo suo proficiens & crescens de die in diem, donec attingat a fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter, & dominetur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Intra enim hos terminos suum sapientia regnum cohibere voluit, nec illud ultra hos fines extendere decreuit. Hinc cientes mare Orientale, amaritudinem aperte malitiae, illinc excludens mare Occidentale, abyssum videlicet tenebrosam ignorantiae. Ex alio autem latere, a flumine incipiens sapientiae regnum pertingit usque ad terminos orbis terrarum. A fluuium ergo incipiens, totum tamen fluuium exterius relinquens. Detestatur siquidem sapientia omnem fluxum voluptatis, extendens se per infinita pene multiplicis obedientiae spatia pertingit usque ad terminos impossibilitatis. Certe vides quam recte inter hos fines regni sui terminos constituat, vel cur illud ulterius dilatate indignum ducat, ne scilicet amaritudinis mare, vel abyssum ignorantiae, seu etiam luxum concupiscentiae intra regni sui metas includat; sed ista usquequaque excludens, de caetero pertingit usque ad terminos orbis terrarum dilatans fines populi sui usque ad nouissima impossibilium. Haec igitur quattuor sunt quae huius regis regno finem constituunt: malicia, ignorantia, voluptas, impossibilitas. Inter hos itaque terminos se dilatat beatus ille populus, de quo scriptum inuenimus. Beatus populus

Diluuium bonum quid.

populus

Psal. 88. & 143.

Prou. 8.

Psal. 32.

populus qui scit inbilationem, beatus populus cuius dominus Deus eius. De quo hic dicitur. Dominus virtutem populo suo dabit, dominus benedictur populo suo in pace. Qualem tamen populum paratis possidere Regem istum, qui sedet Rex in aeternum, & regni eius non erit finis? Recole nunc vocem illam, & intelliges qualem populum possidere decet Dei virtutem, & Dei sapientiam. Ego sapientiam habito in consilio, & eruditus inter sum cogitationibus. Consilia ergo, cogitationesque eruditus Rex iste inhabitat, possidet, regit, atque moderatur. Talis siquidem populus a sapientia regitur, a sapientia instruitur, a sapientia ruetur. Ad huius regis populum pertinet omnis voluntas bona, omnis cogitatio munda, omne desiderium sanctum, omne consilium rectum, omnis intellectus verus, omnis affectus ordinatus. Delectatur admodum Rex in tali populo, & complacet sibi in illo, quia beneplacitum est domino in populo suo. Laudabilis populus quem dominus exercituum benedixit diceas, haereditas mea Israel. In huius laudabilis populi admiratione Propheta acclamabat cum dicebat: Beata gens cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in haereditatem sibi. O quam alienus populus, quam huic populo erat dissimilis populus ille gentium qui ambulabat in tenebris donec videret lucem magnam, & inciperet cognoscere, regem suum, & habere ducem sapientiam. O popule genitum, peruersitas voluntatum, vanitas cogitationum, usquequo non cognoscitis regem vestrum? Usquequo sedetis in regione umbræ mortis, usquequo moramini in regione dissimilitudinis? Tandem aliquando exite de medio Babylonis, & exite de tenebris, properate ad patriam luminis, & ad regionem lucis. Tandem aliquando exite ad lucem, & accendite lucem veram, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Exortum est in tenebris lumen rectis corde miseris coris, & miserator, & iustus. Lumen ad reuelationem gentium. O popule gentium, qui ambulabas in tenebris, currite ad lucem habetis, ne tenebrae vos comprehendant. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nocte tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabunt. Ibunt autem de virtute in virtutem donec videantur. Deus Deorum in Syon. Sed quia vanum est eis ante lucem surgere, quanto magis currite. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, lumen ad reuelationem gentium, ut in lumine tuo videant lumen quo currere possint in lumine viuentium. Emitte domine, emitte lucem tuam & veritatem tuam, donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti, pertranseat autem de gente ad gentem, & de Regno ad populum alterum, de regione umbræ mortis ad patriam luminis. Tali taliterque currerit

ti Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suae benedictus Deus, ut impleatur in eis Prophetica illa promissio. Dominus virtutem populo suo dabit dominus benedictur populo suo in pace. Videte & attendite diuinæ donationis ordinem. Daturus populo suo dominus virtutem, & pacem, prius dat virtutem, & postea pacem. Habet namque aduersarios innumeros populus iste Dei, & quod adhuc grauius est, inimici eorum fortissimi. Opus ergo habent virtute, & fortitudine magna, contra quos iugiter sollicitudine vigilat tot aduersariorum tam periniqua constantia. Vultis autem audire qualem, vel quandam virtutem & eis eorum Dux promittat, ita tamen si eius praecepta, mandataque custodiant: Persequimini, inquit, inimicos vestros, & corrucunt coram vobis. Persequuntur quinq; de vobis centum alienos, & centum de vobis decem millia. Cadent inimici in conspectu vestro gladio. Parum est hoc, audi adhuc aliquid maius de huius Regis militibus. De huius Regis siquidem tristitia esse dubitandum non est illos, quorum vnus persequatur mille, & duo sugarunt decem millia. Virtus mirabilis, & prorsus stupenda, ut vnus contra mille, & duo praeualeant contra decem millia. Quis tamen ignorat quantam inimicorum stragem efficiat cum egregius ille huius regis miles, timor videlicet domini, sub Ducis protectione, contra vicinorum exercitum dimicat? Quid cum ci ille Dei miles praecipuus, & princeps militiae, Dei videlicet amor adiungitur? Quae quae hostium multitudo eorum impetus ferre valebit. Qui timet Deum, inquit scriptura: nihil negligit. Ecce qualis praefiator timor Dei, qui non solum nequitias, sed etiam negligentias omnes ante se fugare conuenit. Longe tamen cum singularis fortitudinis praerogatiua praecedit ille Dei miles electus in millibus, qui omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Si ergo tantum praevalent vnus, vel duo, ut nec eis resistere valeant decem millia, quantum est quaequo quod efficere valeat in vnum collecta Regis huius militia vniuersa? Mirabilis Rex, qui sic suos magnificare potuit. Amabilis prorsus, qui suos sic magnificare voluit. Puto quod huic Regi militabat qui dicebat: Non timebo millia populi circumdantis me. Vtinam et me dignetur ascribere inter suos, ille, qui de puluere suscitatur egenum, & de stercore eleuat pauperem, ut sedeat cum principibus, & ipse qui dat virtutem & fortitudinem populo suo benedictus Deus. Sit ipse fortitudo mea, & firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, & tunc fiducialiter psallo. Non timebo quid faciat mihi homo. Doceat manus meas ad proeliu, & digitos meos ad bellum; & tunc proculdubio si constant aduersus me castra, non timebit cor meum, & exurgat aduersus me praefiliu, in hoc ego sperabo. Tu quoque

Qua egregius praefiator timor umens Deum.

Eccles. 7.

Psal. 32.

Richardi S. Vict.

Pars II.

D

quoque



Pfal. 28.

Bellum primum aduersus milites Dei. Psal. 30. Ioan. 16.

Bellum secundum.

Bellum tertium.

Iacob. 4.

Rom. 8.

quoque si illi Regi militare uolueris, non timebis nullia populi, quoniam in medio cadent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis, & tunc in teipso probare poteris, quam veraciter scriptum sit: *Dominus virtutem populo suo dabit.* Ut autem plenius agnoscas qualem virtutem de domini sui dono accipiant, cogita quales aduersarios habeant, & contra eos, quam viriliter agant. Nonne huius Regis milites sunt, contra quos saeuit mundus, insanit diabolus? Sed confortat eos Rex suus dicens: *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. In mundo quidem pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Nonne isti sunt contra quos ille, qui in maligno positus est mundus, formidanda illam triplicis cohortis aciem producit, in concupiscentia oculorum, in concupiscentia carnis, in superbia vite? Isti sunt qui destrunt nihilominus Regnum peccati, vt non regnet peccatum in mortali corpore eorum. Istud est bellum secundum multo periculosius quam primum bellum, civile, & plusquam civile, vbi Regnum spiritus dividitur aduersum seipsum, vbi spiritus concupiscit ad carnem, & caro ad spiritum, vbi appetitus carnis rebellat aduersus decreta rationis. Subacto autem primo, & secundo praelio, restat adhuc tertium immanissimum, atque durissimum contra acrias potestates, rectores tenetrum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Hi animae hostes omnium crudelissimi, contra tirones Christi tanto acrius seuiunt, quanto eos in gemina victoria gloriosius triumphasse conspiciunt. Sed absit vt vel istos Christi milites posse preualere, quis credat, quibus eorum Rex iam agmine constituto, praelioque conferto per Iacobum vnum ex magnis eius ducibus, de dubio belli euentu non dubiam sententiam mandat. *Resistite*, inquit, *diabolo, & fugiet a vobis.* vnde est quod ille huius Regis magnus athleta gloriabatur dicens: *Inimicos meos dedisti mihi deorsum, & odientes me disperdidisti.* Hinc est quod ille alius inter principes populorum, qui congregati sunt cum Deo Abraham, princeps electus, & praecipuus agonista cum fiducia protestatur, dicens: *Certus sum quod neque Angelus, &c.* Ecce quales triumphatores, qui fortiter agentes despiciunt Regnum mundi, destrunt Regnum peccati, dissipant Regnum diaboli. Sed nec hoc eis sufficit, nisi inuadant Regnum caeli. Ab istiusmodi siquidem bellatoribus violentis, & triumphatoribus gloriosis, Regnum caelorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Puto quia hic est eis opus fortitudine magna, mirabilique virtute antequam irrumpant firmissimum illud habitaculum, quod operatus es domine, sanctuarium tuum quod firmauerunt manus tuae. Est enim firmatum in summis montium, & montes in circuitu eius. Nec nisi duabus tantum viis, vna hinc, & altera inde adiri potest. Vniuersa enim

viam domini misericordia, & veritas. Est autem vtraque via admodum arcta. Si quidem arcta est via, quae ducit ad vitam, & pauci sunt, qui ingrediuntur per eam. Multum tamen est inter istam, & aliam. Est enim via veritatis, non solum arcta, verum etiam multum ardua. Illa autem planior, sed multo prolixior, et quae vix toto vitae termino conficitur. In quibusdam autem nec ante mundi finem finitur, ista denique est fortium, illa autem infirmorum. Istam ascendunt viri duntaxat ad bella doctissimi, illam non ascendunt nisi pauperes infirmi, & mendici. Isti ad vim faciendam, illi ad elemosinam petendam. Haec non admittit nisi illos tantum, qui iam profecerunt in virum perfectum, in mensuram plenitudinis Christi. Illa recipit pauperes, & debiles, caecos, & claudos, illi ad elemosinam promiscuum, eorum duntaxat, qui faciunt sibi amicos de mamonam iniquitatis, vt recipiantur in aeterna tabernacula, & vt pote misericordiam viam tenentes sint beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. At illa terribilis castrorum acies ordinata virorum fortium, & eorum qui possunt ad bella procedere viam veritatis eligentes, vt pote vim facturi, arctam illam, & arduam illam quae ducit ad vitam cum alacritate apprehendunt, & cum summa festinatione per semitam mandatorum de valle laetimarum ascendunt de virtute in virtutem, quae retro sunt obliti, & in interiora extenti, fatagunt semper magis magisque sapere quae sursum sunt non quae super terram, donec vix cum multo labore tandem aliquando apprehendentes montis verticem, perueniant vsque ad ciuitatem munitam. Collecta itaque omni multitudine in summis montium, & secundum castrorum disciplinam acie ordinata, mirabiliter in montibus aeternis cingunt vrbes, & inchoant obsidionem, & in primo quidem congressu ciuium constantiam telorum iactu emollire nituntur. Assistunt hinc sagittarii, illinc fundibularii. Iaciuntur itaque ab aliis suspiriorum sagittae ab imbecordis euulsae, ab aliis ignitae orationis tectae acensae. Volant vndique sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis. Hinc isti in funda, & lapide, illinc illi in splendore fulgurantis hastae suadant, crebros ictus in gemitibus inenarrabilibus, vniuersis rugientibus a gemitu cordis sui. Nec dubium in tam acri certamine, in tanto talium telorum imbrey, quin caelestes ille Angelicarum virtutum phalanges, crebra suscipiant miserationum vulnera, imtantum vt sauciorum caterua necessitate urgente clamare cogatur, vulnerata caritate ego sum, vt pote pietatis affectibus medullitus confossa, & passim perforata. Eriguntur praeterea machinae meditationum, speculationum, contemplationum. Patent iam vrbis interiora. Ab alta si quidem illa contemplationis machina facile conspiciuntur

Via arcta, via periclitiorum.

Quibus modis perfecti viri rapiunt Regnum caelorum.

Math. 11.

quae intrinsecus sunt, uel geruntur. Applicatis denique ad murum machinis, & electorum ex omnibus bellatorum fortium ordinibus intus dispositis, aggrediuntur cominus propugnatores ciuitatis. Sed ne spiculis ex diuerso venientibus aliqua errorum vulnera suscipiant, induiti lorica fidei, proteguntur galea spei, tenentes in manibus gladium spiritus, quod est verbum Dei. His igitur machinis, illis est propugnaculis fortiter dimicantibus, vicissim feriunt & feruntur, vtrinque valent & vulnerantur, his compunctionis, illis pietatis vulnera suscipientibus. His itaque in hunc modum certantibus, alii ad torquendos lapides balistas erigunt, & de scripturarum canonum ratas, irrefragabilis auctoritatis sententias erunt. Feruntur itaque in muros ingentes saxorum motes, lapides lapidibus illiduntur, vt ex crebra scripturarum collatione secretioris scientiae secreta pateant. Sed nec ista sufficiunt. Admouetur praeterea ad murum aries, & intercurrente directa ratiocinatione valide argumentationis ictibus murorum firmitas tandem dissoluitur, & crebrentibus circumquaque reuelationum rimis vrbis interiora patefunt. Tandem aliquando moenia vrbis vario machinamentorum impulsu deiiciuntur, & illa alta profunditas, & profunda altitudo mysteriorum diuinitus penetratur, & murus ille spissus, et altus in figuris, & aenigmatibus constructus, dirumpitur. Rupto itaque muro, irruunt vndique fortes, & perseverantes scrutinio, penetrant vsque ad interiora aultrii. His & aliis duntaxat qui in eis audaciores sunt irrumpentibus penetrata diuini palatii, vbi & audiunt arcana illa verba quae non licet homini loqui. Diuiduntur caeteri per vicos, & plateas ciuitatis perscrutantes omnia, penetrantes abdita quaeque locorum, & aedium secretiora, nihil intactum praetereuntes, nihil indiscussum relinquentes. Intrant tandem (nullo obstante) in aeterna gazophylata caelestium thesaurorum, in quibus abscondita iacet altitudo diuinarum sapientiae, & scientiae Dei. Rapit itaque quisque quod potest. Ab alio sermo sapientiae, ab alio sermo scientiae vendicatur. Huic cedit discretio spirituum, illi genera linguarum. In hunc itaque modum illa gazae spiritualium carissimum ab aliis & aliis varia sorte diripiuntur, vt constat quod veritas attestatur, *Quia Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Directo itaque caelestis thesauro a virtutum praedonibus, omnes onerati spoliis, & onusti praeda cum alacritate redeunt, & per aliam viam reuertuntur in regionem suam. Qui enim per semitam veritatis ascenderant, per misericordiae tramitem descendunt, vt sint vniuersae viae eorum misericordia, & veritas. Quae n. ascenderant, erat fortitudinis, quae descendunt, opus est pietatis. Si quidem quod mente excedunt Deo, quae sobrii sunt nobis. Non

bis etenim infirmis condescendunt. Amor Dei rapit eos sursum amor proximi retrahit eos deorsum. Propter Deum itaque est quod ascendunt vsque ad caelos, & descendunt vsque ad abyssum propter proximum, ad visitandum eos qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, educere in manu potenti, & brachio exalto victos in mendacitate & ferro. Venientes itaque veniunt cum exultatione, portantes praedam in humeris suis, gaudentque vehementer, sicut qui letantur in messe, sicut exultant victores capta praeda, & sicut qui inuenit spolia multa, & auditur vndique vox exultationis, & confessionis in tabernaculis iustorum. Ex hac (ni fallor) victoriae praeda sunt illa spolia, quae Benjamin lupus rapax mane quidem rapit, sed vespere diuidit. Sic & isti violenti praedones Regni caelestis directores, ad hoc nimirum descendunt, vt secundum exemplum Benjamin eis qui non possunt ad bella procedere, bellorum suorum spolia diuidant, & secundum quod David nos ter constituit aequa sit portio procedentium ad bella, & remanentium ad sarcinas, eorum duntaxat qui fraterna sollicitudine, non propria cupiditate occupantur circa saecularium rerum curas. Ecce quanta faciunt, ecce quam fortes fiunt qui de munere Dei donum fortitudinis accipiunt, qui cum Propheta psallere possunt. *Fortitudo mea, & laus mea Deus.* Ex his (vt arbitrator) facile aduertere possumus, quae vel qualis illa virtus sit, quam populo suo dare dominus concessit. *Dominus virtutem populo suo dabit, dominus benedictet populo suo in pace.* Benedicet (inquit) populo suo in pace. Ergo post virtutem, praestat & pacem. Sperent itaque pacem qui nondum acceperunt, si iam de Dei dono virtutem accipere meruerunt. Ad hoc siquidem suis Deus dat virtutem, vt fortiter agendo pertingat ad pacem, & poterat quidem dominus sine eorum industria plenam ei pacem praestare, sed gloriosius reputat suos per multiplicem victoriam ad pacis securitatem perducere. Hinc est quod populo suo praecipit, dicens, *Inquire pacem, & persequere eam.* Accipiunt itaque quandoque pacem per circuitum, qui vero Salomoni deseruiunt, qui ipsi militare, eiusque imperio per omnia obtemperare decreuerunt. Alioquin qui princeps pacis non esset, frustra sibi Salomonis (id est pacifici) nomen usurparet. Attendere tamen diligenter vnumquemque oportet, quem Dux suus inquirere pacem, & persequi eam iubet, quia aliter pax quaerenda a Deo, aliter conquirenda a mundo, atque aliter a carne, uel etiam a diabolo. Illa quae est spiritus ad Deum debet humiliter impetrare, illam quae est spiritus de carne violenter exigere, illam quae est spiritus de diabolo precibus apud Deum obtinere. Prima vtrinque ferienda est, a spiritu scilicet, & a Deo. Quarta quae est spiritus de diabolo vt bona esse possit, fieri

Psal. 117.

Pax datur post certamina virtutum.

Psal. 33.

Pax spiritus quomodo obtinenda.

ea oportet a neutro, sed a solo Deo. Secunda autem quae est Spiritus ad mundum, fieri debet a Spiritu solo, non autem exigi a mundo. Tertia quae est Spiritus de carne, Spiritus debet a carne sola violenter exigere, non autem ipse carni suae exhibere. Prima sane ab utroque fieri oportet, quia nec Spiritus ea per vim obtinere valet, nec Deus eam sine voluntario Spiritus consensu facere valet. Ut igitur haec pax vtrinque firmari possit oportet Spiritum se Deo ad omnem eius voluntatem humiliter subdere, Deum autem nihilominus necesse est eius infirmitati misericorditer condescendere, & utilitati consulere nunquam enim Spiritus Deo potest exolvere quod debet, cuius est si hoc humiliter exhibet quod valet. Sed illa pax, quae ab impugnatione diaboli Spiritui optanda est, a neutro quidem idcirco omnino fieri potest, quia qualem diabolus fieri valet, nunquam Spiritus tali consentire debet, & qualem Spiritum approbare decet, diabolus absque dubio tali usque in aeternum non consentiet. Mundo autem debet Spiritus (ut dictum est) pacem exhibere, non ab ipso exigere, immo etiam sponte oblatam despiciere. Nunquam debet querere, nunquam debet velle, ut mundus ei suis oblectamentis deseruiat, ut eius obsequio demulceat. Debet igitur Spiritus omnia quae mundi sunt despiciendo illi proicere, sed ipsam postmodum mundo ad omnem iniuriam gratanter exponere, cui est plena pax in hac parte, nulla eius prospera concupiscere, nulla eius adversa pertimescere. E contrario autem nunquam debet Spiritus carnis suae contumeliam seipsam subdere nunquam eius voluntati deseruire, quini immo iugi labore fatiganda, continua abstinentia domanda, donec simplex pax possit, pax promittat, pax custodiat. Desinat denique concupiscere adversus Spiritum, incipiat tandem recognoscere deum suum, & perseveret obtemperare ad omne eius imperium. Post hanc geminam pacem, quae non potest perturbari a mundo, vel corrigi a corpore suo, quia Spiritui diabolus violentiam aliquam inferre ulterius non permittitur, ad callida argumenta conuertitur, & dolis eius, atque insidiis circumvenire nititur, sed debet Spiritus contra huiusmodi tentationem & vigilare per discretionem, & pugnare per orationem. Prima igitur pax, quae est ad Deum, adipiscenda est per obedientiam. Secunda quae est ad mundum, conservanda est per patientiam. Tertia quae est de carne acquirenda est per abstinentiam. Quarta quae est de diabolo, obtinenda est per prudentiam, & maxime per orationis instantiam, quae quidem ad omnem pacem necessaria invenitur, sine qua nulla acquiri potest, nulla possidetur. De prima pace canitur, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis*. De secunda promittitur, *Pacem relinquo vobis*, quae, qualis esse debeat consequenter exponitur, cum dicitur. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet*. De tertia & quarta in Iob legitur,

Luc. 2.

Ioann. 14.

Iob. 5.

**A** *Et bestia terra pacifica erunt tibi, & scies quod pacem habeat tabernaculum tuum.* Vbi per tabernaculum quidem habitaculum corporis nostri, per bestias terrae intelliguntur Spiritus maligni. Acquisita igitur in hunc modum hac multiplici pace, dominus benedicit populo suo in pace. Sed quae est ista benedictio putamus, quam dominus populo suo dabit, nisi forte illa sit, quam (ut novimus) populo suo dare dominus consuevit? *Crescite, inquit, & multiplicamini.* Bona sane benedictio, multaque expetenda, quae fit ut bona quaeque voluntas efficiatur quotidie scripta maior, & virtutum numerus fiat de die in diem copiosior. Crescere proinde populum domini ex eius benedictione deprehenderit, cum id quod superius in hoc eodem Psalmo legitur, fiducialiter Psallebat. *Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia.* Multiplicare in se optabat, vel potius sperabat plebem illam, quae domino admodum placet cum diceret, *Multiplicabis in anima mea virtutem.* Legimus certe sexcenta millia fuisse, & eo amplius eorum, qui ascenderunt de Aegypto, quos dominus eiecit de ergastulo Aegyptiorum in manu potenti, & brachio excelso. Si igitur tanta populi Dei potuit esse multitudo in exitu Israel de Aegypto domus Iacob de populo barbaro, quantum putamus eos posse multiplicari cum venerint in terram promissionis, & ceperint possidere promissam hereditatem, liberi ab omni servitute alienae dominationis. Si tot sancta desideria dominus suscitavit, si tot bonas voluntates inspiravit, si mundarum, vitiumque cogitationum numerum in quibusdam tantum multiplicat, etiam in initio conversionis, quam innumera, & penes infinita credenda est esse multitudo divinae plebis, quam dominus virtutum possidet in perfectis in eis videlicet qui iam fundati sunt in conversatione perfectionis? *Currus, inquit, Dei decem millibus simplex.* Copiosa multitudo ubi non modo usque ad mille, sed etiam usque ad decem millia numerus extenditur. Sed quanta tunc erit cum iam decem millibus multiplicatur? *Currus Dei decem millibus multiplex.* Quot iam erunt in tota huius regis militia, si eius currus tantum pugnatorum assistant tot millia? Quanti tunc erunt cum iam ceperint multiplicari in terra propria, si tot esse potuerunt (uti iam dictum est) cum adhuc degerent in terra aliena, vel laborarent in via? Puto quia super arenam maris multiplicabuntur, ut iam tot sunt, qui deinceps, aut vix, aut omnino dinumerari non possint. Maxime tamen multiplicabuntur cum ceperint edificari Hierusalem illa, quae edificatur ut civitas, cuius participatio eius in idipsum, obdormiunt, & requiescunt digni sane, qui debeant benedictionem accipere ab eo qui dare solet benedictionem populo suo in pace. Nostis satis quod Hierusalem sonat visio pacis. In tali civitate libenter moratur Rex, & dominus populi huius, quia factus est in pace locus

Gen. 1. 8. & 9.

Psal. 28. Psal. 137.

Exod. 12.

Multiplicatio domorum Dei in perfectis quanta sit.

Psal. 67.

Hierusalem visio pacis.

locus eius. Ad hanc proculdubio civitatem accesserunt qui de domini sui manu benedictionem accipiunt. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini, testimonium Israel, ad confitendum nomini domini. Ascendant itaque dare confessionem, & accipere benedictionem. Siquidem dominus benedicit populo suo in pace. in Hierusalem. Haec est illa Hierusalem cuius modum iam superius per quadrum descripsimus in quadris illa illa pace, de qua nonnulla praelocuti sumus, Alia tamen est illa Hierusalem caelestis quae edificatur in caelis, atque alia est ista, quae edificatur ut civitas, sed in terris. Illam denique non edificat dominus solus, istam autem (non tamen sine eius adiutorio) edificat populus eius. Nescio enim quo pacto pax illa Dei quae exuperat omnem sensum, possit fundari per sensum humanum. Profecto haec talis pax, quae exuperat omnem sensum, qui digni iadenti sunt intrare, vel ad modicum in ipsam, nec tamen possunt ascendere ad eam qui nondum idonei sunt ascendere usque ad caelos, & descendere usque ad abyssos. *Vidi, inquit, Hierusalem novam descendente de caelo.* In hac Hierusalem experiuntur intrantes, quam magnam sit multitudo dulcedinis tuae domine. Intrantes siquidem in gaudium domini sui, inebriantur ab ubertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potari, in pace in idipsum obdormiunt, & requiescunt. Sed ecce iam superpono manum meam ori meo, digitoque compesco labellum, ne videar contaminare sacrosancta secreta huius labii immundis. Melius ista experiendo quam exponendo discutitur. Experti ergo potius de huiusmodi secreto loquantur. Sed nec illud quidem tutum est ista in publicum proferrere, quae debent apud se cum magna reverentia sub silentii claustris reposita custodire. Clement ergo qui huiusmodi sunt cum Propheta & dicant. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi,* ne forte conuincatur a veritate vel margaritas ante porcos sparsisse, vel sanctum canibus dedisse. Vnum autem audeo dicere, quia quicumque potuit ad ultimam pacis excellentiam quantulumcumque ex parte pertingere, cumulabitur ei supra modum quae cumque sit illa benedictio quam daturus est dominus populo suo in pace. Sed tandem prolixus sermo ponat fines suos pacem. Bonum est enim nos hic esse, nec expedit nobis fines pacis excedere. Finiatur ergo sermo noster in contemplatione huius pacis, & pacis cuius non erit finis, quam nobis donare dignetur ipse qui est pax nostra per infinita seculorum secula. Amen.

Apoca. 21.

Esai. 24. Matth. 7.

**H**omo pacis meae in quo speravi, qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem. Richardi S. Vict.

**A** *ratio rem.* Homo pacis meae. Est homo exterior, & est homo interior, etiam inquit Apostolus *Exterior homo noster corrumpitur, interior tamen renouatur de die in diem.* De homine ergo exteriori conqueritur homo interior, & dicit. *Homo pacis meae.* Quamdiu adhuc corpus castigatur, & nondum spiritui plene subiicitur, pugna utique vtrinque geritur. Corpore autem castigato, & in servitutem redacto, pax redit, quia spiritui caro acquiescit, & haec est sua pax spiritus, non corporis, sicut illa qua carni spiritus obtemperat propria est carnis. Suam ergo in sua carne spiritus pacem invenit, quando ei in bonis studiis non contradicit. Unde hic dicit homo pacis meae. Sed numquam homo de pace suae carnis confidat, quamvis eius stimulus quiescat, quamvis ei plenam securitatem promittat, si peccaverit quid sermo Propheticus dicat, *Homo pacis meae in quo speravi, qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem.* In quo speravi, inquit. Scriptum est, *Faciamus ei adiutorium simile sibi.* Quid mirum si de suo adiutorio Adam confidat, quid mirum si in homine pacis suae homo noster interior sperat? Dicit ergo homo pacis meae in quo speravi, & addat, qui edebat panes meos. Alias dicitur. *Fuerunt mihi lacrimae meae panes die, ac nocte.* Et alibi. *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Tales panes spiritus hinc meruit in valle lacrimarum, in loco quem posuit, quando quis pro peccatis suis dolet, & est vult, & tamen plorare non valet, solus spiritus panem doloris comedit, caro adhuc tamen talem panem refugit. Quando autem quae homo interior dolet, homo exterior deslet, unum utique doloris panem comedit uterque, & hominem pacis suae spiritus pane suo pascit. Dicit ergo. *Homo pacis meae in quo speravi, qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem.* Dolet, immo conqueritur, & postquam ei pacem exhibuit, postquam ei spem bonam tribuit, postquam doloris sui panibus participavit, iterum contra se insperat quidem homo pacis suae insurgit, immo iam de tranquillitatis suae statu dicit. Magnificavit super me supplantationem. Scimus maioris reatus esse, post professionis votum peccare. Quotiescumque ergo aliquis sua caro ante votum in peccatum deiecit, toties utique eum supplantavit. Sed quem post factum votum superat, super illum absque dubio supplantationem magnificat. Prius itaque supplantavit, postea supplantationem suam magnificavit.

Corpore castigato, & in servitutem redacto, pax redit, quia spiritui caro acquiescit, & haec est sua pax spiritus, non corporis, sicut illa qua carni spiritus obtemperat propria est carnis.

Psal. 130.

Gen. 2.

Psal. 41.

Psal. 126.

Panis spiritus qui comedunt.

Annotatio in Psalmum XLIII.

**A** *stitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.* Dominus virtutum (ut ait Psalmista) *ipse est Rex gloria.* Hinc dicit Propheta. *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.* Merito regina virtutum caritas esse dicitur, quia virtutis nomine amittit quae caritati non famulatur. A sinistris Dei sunt bona temporalia, a dextris autem bona aeterna. A dextris ergo stare caritas dicitur, quia a bonis aeternis, non

Psal. 23.



Caritas in quibus regnet.

Effectus diligentium se in Deo.

temporalibus innitur. In solis namque illis caritas regnat, quos amor æternorum inflammat. Nam qui temporalia nimis sectantur, se inuicem saepe etiam vsque ad mortem persequuntur. Sic e contrario qui se in Deo diligunt, cum tempus exigit animas pro inuicem ponunt. Astitit ergo regina caritas à dextris, sed in vestitu deaurato. Manifestum est ergo eam summi Regis oculis velle placere, quæ tam preciosas vestes querit habere. Error (vt arbitror) quorundam hic reprehenditur, qui opera nihil esse attestantur. Habeant inquit caritatem, & fac quicquid vis, recte utique. Nam caritate plenus sicut nullum malum ex voto committo, sic nullum bonum quod ad faciendum suppetit, facile prætermitto. Et hoc est utique; quod Augustinus dicit, non quod tua negligentia fingit. Probatio enim caritatis est exhibitio operis. Nam opera bona eius sunt vestimenta. *In vestitu*, inquit, *deaurato*. In vestitu opera iustitiæ, in auro intellige claritatem sapientiæ. Vestimenta ergo aurea, opera sunt discreta. Fortassis tu agis omnia fortiter, minimè tamen suaviter, quia minimè sapienter. Vestimenta quidè habes, aurea tamen non habes; quia sapientia attingit à sine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. A sine inchoationis, vsque ad finem summationis. Tu fortiter inchoas, tepidè cõsummas, cur hoc, nisi quia non disponis omnia suaviter, nec scis operari sapienter? Incipis, turris, festinas, anhelas, lassaris, deficis, non dicam ad finem, sed nec ad medium pertingis. Procedit ergo caritas, imò consistit quæ nunquam à Dei dextris recedit. In vestitu deaurato circumamicta varietate. Decet sanè utpote Reginam multiplicem vestem habere, & variam. Tu nescio quis semper vis esse in contemplatione, nescis (vt audio) vestiri varietate. Alius querit assidue esse in oratione, nec aduertit quod caritas ornari vult varietate. Quisquis vno quolibet, quâlibet precioso delectatur opere, caritatis ornatum non habet quæ vestitur varietate.

Qui vno opere tantum delectatur, ornatum charitatis non habet

Adnotatio in Psalmum. LXXIV.

**Q**uia Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinavit ex hoc in hoc. Veruntamen fex eius non est exinanita. Si diligenter attendimus, tria in hoc Dñi calice inuenimus, merum, fecem, mixtum: Nam si fex de Calice non esset, fex eius (hoc est Calicis) non dixisset, & videtur quidem in his verbis quædam contrarietas esse, imò quiddam omnino impossibile videntur verba præponere. Nam si habet hic Calix vinum merum, quomodo quæso continet fecem, & mixtum? Nam si forte quis dicat eum habere vinum merum in summo, fecem in imò, mixtum verò in medio contradicit ei qui dicit eum plenum mixto. Sed ad diuersa tempora referri potest, quod de hoc Calice Domini dictum est. Merum itaque vinum Calix iste habuit, vnde & eum calicem vini

meri appellauit, quo copinum stercoreis canistrum azimorum (ex eo quod vnumquodque in se continere solet) scriptura appellare contineuit. Sed quia non dicit eum plenum mero quemadmodum postea plenum mixto, simul cum prius vinum merum, & fecem continere rectè utique dicere possumus, sed vinum merum in summo, fecem in imò. Nam hoc in vasis vinaris quotidie videmus. Calix ergo vini meri dicitur, vt quid in se prius habuerit euidenter ostendatur: sed cum plenum mixto eum postmodum scriptura dicat, manifestè innuitur quid in se modo contineat. Satis patet per se quam conuenienter dictum sit, fex eius, non Calix fecis, cum tamè Calix meri prius dictus sit, hæc iuxta expositionem litterarum prælocuti sumus. Nunc quid in his verbis mysticum lateat queramus. Calix domini, iustitia, vinum merum, iucunditas sola, fex amaritudo summa, mixtum, iuncta simul, & permixta bona & mala. Merum quid. Mixtum quid. Fex quid. Hæc omnia ex domini Calice propinatur, quia à iusto Creatore nil nisi iuste agitur: & à iusto rectore, omnia iuste moderantur. Calicem itaque in manu dominus tenet, quia cum sit dominus cui nemo audeat dicere, cur ita facis, in nullo opere suo metas æquitatis excedit. Hic est ille calix in quo bibit dominus meus, non ille Ioseph Aegypto tantum prælatus. Sed ille cui data est omnis potestas in cælo & in terra. Ex hoc ergo bibit, quia illud ei suaviter sapit. Illud enim admodum delectat quod iustitia cõmendat. Hic est Calix in quo augurari solet, quia iustitiæ suæ examine etiam occulta nostra pensat. Hunc calicem in manu tenet, quia iustitiam suam in opere exercet. Alii quidem hunc non in manu, sed vt ille Beniamin in sacculo portant, quia quid iustum sit scientia apprehendunt, sed quod per memoriam tenent, in opere non ostendunt. De hoc (quem diximus) domini Calice, primum inebriata est angelica natura, postea potata, quoadmodum autem inebrianda natura humana. Habuit enim (vt superius dictum est) hic calix fecem: & vinum merum, simul quidem, sed non permixtum. Nam vinum merum in summo, fecem autem habebat in imò. Facta est ergo angelica natura, & ex hoc calice potata. Aliis namque per culpam cadentibus, & cõfirmatis in malo, aliis per gratiam stantibus, & cõfirmatis in bono. Vtrique ex vno diuinæ iustitiæ Calice potati sũt. Sed illi de fece, isti de vino mero sufficienter inebriati sunt, facta postmodum humana natura, similiter & ipsa de Dñi Calice bibitura. Sed quia ipsa per culpam cecidit, de vino mero potare digna non fuit. Quid ergo faciet iustus & suavis Dñs? Scit ipse quid faciat, cuius sapientiæ non est numerus. Quia ergo peccauit, de vino mero ei non dedit, quia autem alio impellente per negligentiam cecidit, de fece eam inebriare misericorditer noñuit. Moto ergo calice fecem cum vino permiscuit, & ex eo vsque modo plenus mi-

Quomodo angelica natura mero & fece potata fuit.

nus mixto permanfit. De hoc ergo mixto homo potatur, nam ab initio vsque ad finem sæculi eius fors per prospera & aduersa assidue variatur. Quia Calix in manu domini plenus mixto. Quantumcumque quis hic floreat, necesse est vt aliquam amaritudinem sentiat, quia calix in manu domini plenus mixto. Item quantumcumque quis in hac vita delectatur, omnino aliqua quandoque consolatione releuatur, quia calix in manu domini plenus mixto. Si igitur in omnibus, & vsque in finem sæculi hæc vicissitudinum alternatio custoditur, manifestum est, quæ rectè calix dñi mixto plenus esse perhibeatur. Si igitur perturbaris, noli deficere, si consolaris, noli securus esse. Quia inclinavit ex hoc in hoc. In die malorum, memeto bonorum, & in die bonorum, memeto malorum, quia inclinavit ex hoc in hoc. Ecce video vas ire perfusum ex domini calice, & repletam amaritudine. Euacuat iterum vas ire de quo plenum erat, & repletur ex eo vas misericordiarum. Cur hoc obsecro, nisi quia ille qui calicem tenet inclinavit ex hoc in hoc? Iterum respicio vas ire repletum oleo temporalis lætitiæ, & ducit in bono dies suos, & habet interim quod ad pacem suam sunt, & subito inclinatur, & quo repletum erat effunditur, & eodem lætitiæ oleo vas misericordiarum perfunditur, & lætatur qui prius dolebat, & contritatur, qui prius gaudebat, & durat hæc rerum alterantium varietas quamdiu ille, qui calicem tenet non cessat inclinare ex hoc in hoc, & non inuenitur vsque hodie, qui in hac vita de domini calice inebrietur vino mero, quia calix in manu domini plenus mixto. Nunquam sola lætitia nec sola tristitia habetur in hac vita. Nunquam sola lætitia, nunquam hic sola tristitia, quia siue in summo, siue in imò calicis permixta sunt ista. Vide pisces in aqua pluralibus vndis turbata, siue ascendant, siue descendant sursum & deorsum, nil nisi turbidum inueniunt, nil nisi turbidum bibunt. Sic homines ascendunt vsque ad cælos, & descendant vsque ad abyssos, & vbiq; bibunt de turbido, quia calix in manu domini plenus mixto. Calix enim domini adhuc in motu, & idcirco purum facere non potest. Quamdiu enim calix mouetur fex non descendit, sed permiscetur, & in de mixtum efficitur. Vis scire quomodo calix hic in motu sit, vt merum propinare, non possit. Angeli quidem quia isti in bono, illi in malo confirmati sunt, impermixtum utique; alii merum; alii fecem biberunt, & sicut mali melius non expectant, sic boni quidem quod semel acceperunt amittere non formidant. Sed quia iusticia in hominibus necdum fixa est, & pars neutra in neutro confirmata est, calix assidue mouetur. Nam in nemine adhuc iusticia imobilis figuratur. Nam qui iniustus est, potest conuerti, & qui iustus est potest peruertere. Item qui bonus est, potest fieri melior, & qui malus est, potest fieri peior. Nam qui sordidus est, potest adhuc sordescere, quod est in calice ad inferiora Richardi Sancti Victoris.

descendere. Similiter qui iustus est, adhuc potest iustificari, quod est ad superiora calicis efferrè, & quousque hoc fit, non bibunt nisi de turbido, quia calix in manu dñi plenus mixto. Verum tñ fex eius non est exinanita, quousque modo permixta sit cum vino mero, & calix plenus mixto, fex tamè eius non est exinanita. Nam postquam omnia consumabuntur, & sicut modo Angeli, tandem homines, hi in bono, illi in malo confirmabuntur, calix moueri desinet, & fex ad calicis ima descendet, & erit vinum merum in summo, & sola fex remanebit in imò, quia fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ qui non timent in suis peccatis perseuerare. Bibent autem boni tunc de vino mero, sed soli mali de sola fece, vt nulli deinceps bono sit malè, & nulli malo sit benè.

Expositio cantici Abacuc iij. c.

**I**n medio annorum notum facies. Quod Apollolus plenitudinem temporis nominat, hoc Abacuc Propheta medium annorum vocat. Ad similitudinem humani corporis de Christi corpore sententia profertur, quando quid futurum a Propheta præuidetur, vel quo tempore venturum sit ab eodem prædicitur. Dimidium namque annorum nostrorum tam statura, quam virtute crescendo percurramus. Dimidium vero quod superest paulatim deficiendo peragimus. Nam vsque ad annos triginta, vel quadraginta quinque fit quisque, quotidie seipso maior. Ab annis vero quadraginta a sua virtute deficiens fit. de die in diem seipso minor. Hoc in Christi corpore (ni fallor) agitur, facile hoc videre potest, qui subtilius intuetur Corpus Christi, dico caput cum membris. In initio enim mundi quasi cum adhuc puer esset, sufficiebat fidelibus tñ in Deo credere, & pro oblatione, vel sacrificia ei placere. Sed ad adolescentiam vsque peruenit, quoniam præceptum circumcisionis & obseruantias legis accepit. Nondum tñ nouerat, vel potius nondum poterat sua pro domino relinquere, animas suas pro Christo in morte ponere: Postea vero quæ plenitudo temporis venit, postquæ ad plenam ætatem peruenit, postquam dimidium annorum peregit, quando (vt diximus) statura corporis maior, virtus vero robustior, præcepta altiora accepit, accepta magnificè impleuit. Iam enim ei dicitur, *Diligite inimicos vestros. Si vis perfectus esse vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Qui amat animam suam plus quam me, non est me dignus.* Sed nouimus quia maiorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Patet ergo quia corpus Christi quod est ecclesia, ad plenam ætatem peruenit, quod medium annorum suorum transegit, quando iam pro domino poterat etiã inimicos diligere, quoniam idonea erat dominum suum etiã vsque ad mortem diligere. Instat Pars II. D 4 bat

Abac. 3. Galat. 4.

Similido augmenti, humani corporis cum ecclesia Christi.

Matth. 5. & Luc. 6. Ibidem. Matth. 10.



bat itaque tunc temporis tempus illud de quo per Abacuc predictum fuerat, in medio annorum notum facies. Quid tamen est quod notum tunc futurum fuit, quod iam forte dominus notum fecit? Quid quæso nisi mysterium illud prius absconditum, quod nemo huius mundi principum cognouit, & quid inquam nisi altitudinem illam consilii diuini super salutem generis humani? Fidenter assero, quia vsque ad tempus illud nemo plenè cognouit quantum Deus salutem hominis dilexerit, qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Congruum valde fuit ut homini tunc innotesceret quod Deus hominem et vsque ad humanam infirmitatis angustias, vsque ad crucis, mortisque; opprobria diligeret, quando & homo idoneus erat cuncta mundi huius pro domino contemnere, insuper & animam suam pro ipso in mortem ponere. Sed sicut prius homini cum adhuc quasi infirmior esset hoc manifestare non debuit, sic proculdubio illud ulterius clari non oportuit. Cogita modo ubi sit constantia martyrum, abstinentia confessorum, penè totum hoc in his modis temporibus defecit. Cur hoc, nisi quia mundus iam in senium vergit, quia iam dimidium annorum transcurrit? Quia ergo ante annorum dimidium mundo quasi adhuc infirmo illud diuini consilii arcuum manifestari non potuit, nec ultra annorum suorum medium quam cum à sua virtute necesse erat deficere, clari non oportuit, rectè nunc dicitur in medio annorum notum facies. Sed forte gratius accipietur si in hoc aliqua moraliter loquamur. In medio annorum notum facies. Tempus quoddam videtur describere, quando nescio quid magnum quibus placuerit Deus vult manifestare. Miram, & ineffabilem quandam dulcedinem inuenimus in Scripturis sanctis sepe descriptam, frequenter nobis promissam, quæ quanto attentius commendatur, tanto ardentius desideratur. In Moyse namque per terram lacte & melle manantem intelligitur. In sapientia Salomonis per escam omne habentem in se delectamentum, omnem saporem describitur. Hanc Apostolus manifestius describit. Hæc dominus aperte promittit in euangelio: *Quod oculus, inquit Apostolus, non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit.* Dominus autem ad omnia quæ homo pro eius amore reliquerit, centuplè promittit in hoc sæculo, & vitam eternam in futuro. Vides ne quemadmodum multifarie, multisque modis Deus loquens patribus in prophetis siue apostolis, nouissime autem loquens & nobis in filio suo, promittit nescio quid nouum, nescio quid magnum, quod quid sit, scire omnino non poterunt, nisi qui experiri meruerunt. Est enim manna absconditum, ut in Apocalypsi Beatus Ioannes asseruit, & Apostolus Paulus testatur, quia in cor hominis non ascendit. Sibi autem, suisque similibus reuelatum ostendit, cum dicit, *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum,*

1. Cor. 2.  
Matth. 19.  
Apoc. 2.  
1. Cor. 2.

quia dominus assignanter repromittit centuplè in presenti sæculo, ne hoc expectaretur in futuro. Veram tamen iuxta litteram hoc vti que stare non poterit. Neque enim qui vnam uxorem reliquerit, centum in hoc sæculo, sed in futuro, ubi nec nubent, nec nubentur, saltem vnam minime habebit. Sed quia per ceterum cœlesti aliquid scriptura sacra significare consuevit, in eo quod centuplum promittitur, dulcedinem quidem pro dulcedine promittit, sed cœlestem pro carnali, spirituales pro animalibus, pro terrena angelicam, pro humana diuinam. Sed inquit, Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? Quin potius quod promittitur, quando dabitur nobis? Non iam dubitamus de promissione, sed adhuc incerti sumus de tempore. Nec iam quarimus quid sit quod sciri non potest, nisi ab eo qui pepercit. De dando eo nulla nobis dubitatio relinquitur, quod tantorum virorum attestacione promittitur. Tantummodo dic nobis quæ hæc erunt, & quod signum quando hæc fieri incipiet. Non est vti que hoc meum, nosse tempora vel momenta: & quæ ipse per me scire non merui, aliis manifestare non potui. Sed Abacuc propheta pro me ipse respondet, pro me vobis ipse sua responsione satisfaciatur. *In medio, inquit, annorum notum facies.* Mira Prophetæ prudentia, quod te scire voluit, tibi tamè dicere noluit. Si nobis loqueretur, dubitare quis poterat, de hoc dicit, quasi cuius tiri non audeat. Noluit ergo dicere in medio annorum notum facies, sed ait in medio annorum notum facies. Vide ergo qui hæc tibi nota fieri optas, qui hæc tibi manifestari desideras. Vide inquam si iam ad medium annorum tuorum venisti, si iam ad perfectam ætatem peruenisti. Nam in media ætate (ut omnes nouimus) statura corporis maior, virtus vero robustior. Credo quod ad annorum medium peruenit, qui veraciter dicere potuit. *Nobis autem reuelauit per Spiritum suum.* O quam multi (inquit) omnia sua pro domino reliquerunt, qui has spirituales delicias in hoc sæculo presenti nunquam gustauerunt, & erant adhuc tales, quibus dominus lac potum daret, non escam. Erant fortassis adhuc quasi modo geniti infantes, & ad percipiendum solidum cibum omnino impotentes. Moriuntur præterea quidam in pueritia, nonnulli subtrahunt in adolescentia. Nullus sane iustorum ad illud ætatis superius peruenire potuit, de quo propheta Abacuc dicit. *In medio annorum notum facies.* Puto tamen quia talium etiã est regnum cœlorum, pro eo quod scriptum est, *Imperfectum meum vid. oculi tui, et in libro tuo oes scribentur.* Nam qui hic bene viuere inchoat, futurus est ut in futuro sæculo quæque ad dimidium annorum suorum perueniat. Nã hoc in eo diuina quæque gratia perficit, quod per seipse hic implere non potuit, si tamen de hac vita ad illam sine læthali vulnere transit. Vulnus mortale, peccatum criminale. Nã qui in criminali peccato moritur, neque hic, neque in futuro ad dimidium annorum perducit,

Quid per centuplum Scriptura sacra signifi-

Abac. 3.

1. Cor. 2.

Psal. 138.

Viri

Viri etenim sanguinè, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Quando enim ad dimidium annorum (hoc est ad robustam virtutum ætatem) perueniunt, qui nunquam in bono crescere incipiunt? Si vis ergo ad has domini promissiones pertinere, festina ad robustam ætatem quasi ad annum medium peruenire. Annos dico meritorum, non temporum. Quantum proficis, tamen crescis. Qui virtutis culmen attingit, dimidium annorum impleuit, quia quasi ad robustos meritorum annos peruenit. Sciendum quia crescentibus adhuc insidiatur negligetia, adultis vero & ad plenam ætatem prouectis surrepit superbia. Sed quantum negligis, tantum decrevis, quasi post tergum redis. Nam qui in negligentia deprehenditur, retro proculdubio reuocatur. Roga ergo dominum & dic. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Caue ergo negligentiam, detestare superbiam. Cito enim mens se in superbiam erigit, quæ se ad virtutis culmen excreuisse perpexerit. Sed quanto quis altius super se per superbiam erigitur, tanto interius sub se deferente Deo per culpam deiicitur. Sicut scriptum est. *Ascendit usque ad celos, & descendit usque ab abyssos.* Hinc est quod per Ezechiam dicitur. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.* Miratur siquid quod postquam dimidium annorum expleuit, postquam ad virtutis culmen meritis excreuit, ad inferi portas relabatur, qui paulo ante celos se teigisse gratulabatur. Portæ inferi duæ sunt, quæ ingrediens ad omne malum introducunt. Vna est ignorantia boni, altera concupiscentia mali. Ad has portas mortis se descensurum prauidit, quia a Deo propter mentis elationem derelictum se esse deprehendit. Sed mox ad orationem confugit, & ne moreretur obtinuit. Quid est hoc quod Ezechias Rex infirmatur, sed orando morte eripitur? nisi quod sepe electi cuiuslibet mens post elationem in delectationem rapitur, sed per orationem ante mortem prauis consensus erigitur.

Psal. 106. Esai. 38.

Portæ inferi quæ.

1. Cor. 13.

Annotatio in Psalmum LXXX.  
Quia dum exiret de terra Aegypti, linguam, quam non nouerat audiuit. Si Aegyptus tenebrarum interpretatur, quid aliud est Aegyptum deferere, quam disculis ignorantie tenebris in lumine veritatis oculos intelligentie figere? Toties Aegyptum deserimus, quoties rerum temporalium obliuio, contemplationis radios in æternitate figimus. Sed qui Aegyptum deserit, citius linguam quam non nouerat audiuit. Quia cum diuinæ contemplationis fretis exterioribus omnibus vacamus, nunc ex angelica reuelatione, nunc ex diuina inspiratione cœlestis sapientiæ secreta percipimus. Lingua ignota, reuelatio Angelica, Lingua incognita, aspiratio diuina. *Si linguis hominum,* inquit Apostolus *loquar & Angelorum.* Quemadmodum igitur lingua hominum, ita & lingua Angelorum. Hanc vti que linguam audire non possunt qui curis secularibus preesi, nil nisi tenebras

aspiciunt. Mundi ergo tenebras deserat, qui cœlestis sapientiæ noticiam desiderat. Nam si ab exterioribus operationis vocem citius audimus, sicut de Israel scriptum est, *Quia dum exiret de terra Aegypti linguam quam non nouerat audiuit.* Quam linguam quanto quis sapius audit, tanto in cœlestis sapientiæ cognitione plus proficit.

Annotatio in Psalmum LXXX.  
Dilata os tuum, & implebo illud. Non omnibus hoc dicitur sed illi tantum quem dominus Deus suus eduxit de terra Aegypti illi inquam rectè hoc dicitur, dilata os tuum, & implebo illud. Nã si adhuc Aegyptum inhabitas, & huius sæculi tenebras amas, melius tibi est os contrahere, quam dilatare, quia facile in Aegypto non inuenis unde possis illud implere. Et quidem multos videmus qui non habent unde queant ventrem satiare. Sed hoc valde mirum videri, si sit aliqua quælibet tam paupercola anima quæ non habeat unde valeat os suum implere. Quid ergo quæso est quod hic dicitur & quasi pro magno promittitur. Dilata os tuum, et implebo illud? Sed si illud interioris nostri hominis os aspiciamus, quod quærimus citius inuenimus. Videamus quid esuriat, vel sitiât Aegypti, & videbimus quæ sint pauperes, vel quantum egeni, qui non inueniunt oes unde vni os possit impleri. Qui in Aegypto sunt non inhiant nisi ad carnalia, nil desiderant nisi temporalia. Sic econtra qui de Aegypto egressi sunt, nil optant nisi spiritualia, nil suspirant nisi cœlestia. De quibus dicitur. *Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Verè beati, quoniam cibauit illos dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris porauit eos. Ad horum numerum pertinere vult cui dominica voce dicitur. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Sed quidem est os interioris hominis, nisi desiderium cordis? Sed hoc os oes Aegypti delicia implere non possunt, quia oes diuitiæ mundi carnali desiderio satisfacere nequeunt. Vide quæ parua portio humani corporis, et quam angustum foramen sit os carnis. Quis non videat quam paruam esse quæ vna panis bucella impleri potest. Quod igitur est vna bucella ad os carnis, hoc est totus mundus, immo multo minus ad os cordis. Nã vna bucella corporei os facile replet sed totus mundus desiderium cordis implere non valet. Considera si potes quanta sit latitudo cordis cuius os implere non potest totus mundus. Considera quomodo diuinus sermo mundi copiam despicit, cui vna bucella panis cœlestis in comparatione antepositus. Si igitur Aegyptum deseruisti, spiritualia esurire didicisti: dicitur tibi. *Aperi os tuum, & implebo illud, & iterum. Dilata os tuum, & implebo illud.* Ergo si clausum est, iuberis aperire, si apertum est, præcipis dilatare. Aperi ergo os tuum, & quatumcumque potes extende desiderium tuum. Multum extende, ut multum possis capere. Quanto ad illa capacior fueris, tanto beator eris. Extende ergo ne parcas, & si parcere vis, tibi non illis timeas. Nesciunt illa deficere, sed tu potes

In sæculo inuenitur unde os nostrum implere valeamus.

Os interioris hominis quid.

tes

tes ad illa minus idoneus esse. Dilata ergo os tuum quantum potes, quia nunquam nimis capere potes: Aperi ergo, & dilata os tuum, & implebitur illud. Facile hoc implere potest, qui fecit illud. Ad hoc enim mittit cristallum suam sicut bucellas, ut ipse non semel, aut bis, sed frequenter impicat quod totus mundus, vel semel implere non valeat. Mittit inquam cristallum suam sicut bucellas, non ut bucellam, sed bucellas, ut habeas unde os tuum sapientius impleas. Sed quis est hic panis cristallinus tam durus, tam purus? Pulcher quidem ad videndum, sed fortis ad masticandum. Hinc est quod celestis panem sapientiarum omnes penam concupiscunt, sed pauci admodum apprehendunt. *Parvuli*, inquit, *perierunt panem, & non erat qui frangeret eis*. Mirabilis hic panis, quem & parvuli concupiscunt, & nec magnum frangere possunt. Sed quid mirum tibi si parvuli concupiscunt, propter cristallinam pulchritudinem, vel quid mirum si magni frangere nequeunt, propter cristallinam duriciem. Idcirco dominus qui vult reficere quoslibet panem vite & intellectus, prius dividit panem suum per bucellas, & sic tandem quibus vult ministrantibus Angelis mittit cristallum sicut bucellas. Sed putas ne, vel tunc sufficiant ad esum panis cristallini utpote in bucellas divisi? Nequaquam credo. Sed idem ipse qui mittit cristallum suam sicut bucellas, emittet verbum suum, & liquefaciet ea, & veniens ipse Christus ad implendam promissionem suam, transiens ministrabit illis, & ne potus videatur deesse, fluit Spiritus eius, & fluent aquae. Vides quomodo Christus in cibo, Spiritus Sanctus ministrat in potu propinquando. O qualis refectio, ubi dapifer est Christus, pincerna est Spiritus Sanctus.

Panis cristallinus quid. Thren. 4.

Annotatio in Psal. LXXXIII.

**I**usticia & pax osculate sunt. Alia pax est ante penitentiam, quando spiritus obtemperat carni? Alia pax est post peractam penitentiam, quia caro subicitur spiritui. Pax namque est quando caro concupiscit, spiritus acquiescit, pax nihilominus quam spiritus imperat, caro obtemperat. De pace spiritus ad carnem dicitur. *Nunc autem quae ad pacem tua sunt, sed venient dies, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternerent te*. Et iterum, *pax pax, & non est pax, quia pax dicenda non est, quae vera non est*. De pace carnis ad spiritum dicit. *Et pax quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras*. Inter primam & ultimam pacem discordia nascitur, bellum geritur, odium exercetur, quia caro eonaduerit spiritui, & spiritus ad carnem, quia corpus castigatur, & in servitutem redigitur. Sed post peractam pugnam, post acquisitam victoriam, pax componitur, discordia sedatur, & transitur de pace ad pacem, de carnali ad spiritalem, de falsa ad veram, de mala ad bonam. In prima pace caro dominatur, spiritus famulatur. In secunda pace spiritus regnat, caro obtemperat. Prima pax

**A**peragitur in regione dissimilitudinis ubi regnat concupiscentia. Secunda invenitur in terra repromissionis, ubi imperium tenet iusticia. Transitus quidem difficilis est, neque enim datur transire de gente ad gentem, & de regno ad populum alterum, nisi in manu potenti, & brachio excelso. Quid est de gente ad gentem, nisi de concupiscentiis carnis ad concupiscentias spiritus? Quid est de regno ad regnum, nisi de regno iniquitatis ad regnum caritatis? Distingue ergo haec tria tempora. Primo, quando expletur concupiscentia, secundo, quando exercetur poenitentia, tertio, quando diligitur iusticia. Quando itaque caro concupiscit, spiritus vero acquiescit, pax quidem est, sed bona non est, quia iusta non est, & idcirco iusticia indignatur. Detestaturque huiusmodi pacem, & recedit iusticia, & remanet quidem pax, sed sola. Fitque quandoque ut post expletam concupiscentiam compungatur cor ad poenitentiam convertaturque ad iusticiam. Exurgit itaque subito, exardescuntque vehementer hinc concupiscentia spiritus, illinc concupiscentia carnis. Spiritus siquidem concupiscit, sed caro contradicit. Fugatur pax, iusticia reuertitur, pugna valida inchoatur. Nec prius quiescit spiritus, donec regnum suum iure in carne sua recipiat, & eam perpetuae servituti addicat. Servit itaque caro, prius tamen inuita, postea vero voluntaria. Componitur item pax munda conscientia, licetque redit pax, ut non recedat iusticia. Nec iam se inuicem patiuntur tantum sed carius amplectuntur, & in caritatis osculo inuicem foederantur, sicut scriptum est. *Iusticia & pax osculate sunt*. Primo ergo est pax, sed sola tempore experiendae concupiscentiae. Secundo vero iusticia, & sola tempore exercendae poenitentiae. Nouissimae autem simul sunt pax, & iusticia, tempore mundatae conscientiae.

Quid sit transire de gente ad gentem.

Psal. 84.

Annotatio in Psal. XC VIII.

**M**oyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui invocant nomen eius. Quid quaeso novi accidit, quid nos docere voluit? Quis enim inter Dei sacerdotes deputabitur si Moyses & Aaron, a quibus omne sacerdotium sumpsit exordium in eis non annumerantur? Sed & Samuel cum adhuc puer esset die ac nocte in templo permanebat, quanto magis tempore David, qui iam senuerat? Quid aliud eum in templo agere oportuit quam domino deservire, qui dominum invocare? Nil ergo novi (ut arbitror) accidit, ut de eo a propheta dicitur, vel scribi oportuerit. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui invocant nomen eius. Sed si diligenter attendimus, multo ante eius tempora Moysen & Aaron mortuos invenimus, & forte tunc Samuel a vita discesserat, quando propheta talia scribebat. Quid ergo est obscuro quod dicit, quod nos docere voluit, cum ait. *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel quoddam templum Dei vivum, si apostolo Dei de eo scribenti credi.*

**C**o. in. 3. credimus. *Templum Dei*, inquit, *sanctum est quod estis vos*. Nequaquam ergo credendum est Deum templum sine sacerdotibus esse, vel absque his qui invocant nomen domini esse debere. Sed utinam Moyses & Aaron sint in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui invocant nomen eius. Quae namque sunt isti Moyses, & Aaron, & Samuel? Per Moysen lex data est. In Aaron sacerdotium institutum est. Samueli donum prophetiae concessum est. Officium itaque Moysi est facienda praecipere, omittenda prohibere. Officium Aaron est ad ea quae Moyses mandat domini implorare auxilium, & transgressoribus oratione, & oblatione Deum iterum reddere propitium. Officium Samuelis est praedicere quod praemium sperare valeant legis executores, quam poenae debeant expectare legis praevicinatores. Si igitur videris aliquem de saeculo nuper venientem, tota die circa hoc intentum, in hoc omni hora occupatum, quid pro praeteritis delictis satisfaciatur, quomodo de futuris se cautum custodiat, quid quo ordine gerendum, quantum, vel quoniam cuiuslibet rei insistendum, scias Moysen in eius qui huiusmodi est corde surrexisse, & quasi novam quandam quodammodo legem condere. Natum namque Moysen, & ad ultimum, mores componit, iam vitam disponit. Cogitat quemadmodum vultum moderari oporteat: quam disciplinate habitum, gestumque, componat, dicitur quid comedendum, quantum vigilandum, qualiter resistat irae, quomodo contradicat gulae, quemadmodum conculcet superbiam, qua ratione extinguat luxuriam, quam promptus esse debeat ad obediendum, qui pariens ad sustinendum, multa praeterea alia quae melius faciendo, quam legendo discimus, & arctius retinemus. Cognoscite itaque Moysen in hoc gemino signo, cum videritis dura praecipiente, distincte punientem. Data itaque lege & accepta incipit velle proficere, sed non datur posse adimplere, ita ut cum apostolo proclamare possit, *Velle adiacet mihi, perficere autem non invenio*. Superba etenim adhuc mens quia omnia praesumit de sua potius industria quam de Dei gratia, deferente Deo, sibi sepius relinquitur ut in firmitatem suam experimento addiscat. Incipit itaque, fatagitur, lacessitur, deficit. Sed nec sic quidem statim a sua praesumptione reprimatur, & a propria confidentia nisi post multa experimenta non reuocatur. Resumit iterum vires, & renouatur, sibi irascitur, sibi indignatur, increpat, castigat, nunc de negligentia, nunc de imprudentia seipsam accusat, ulciscitur seipsam, de seipsa, inuehit in seipsam. Vigiliae itaque extenduntur, ieiunia itaque continuantur, affligitur corpus frigore et nuditate, caro atteritur labore, & verberibus. Maestantur itaque multiplices hostiae in ara tua exteriori, necdum mentio saltem fit de ara interiori. In tanta ergo afflictione corpus dum requies nulla datur, dum nec modus, nec mensura servatur, corpus iam deficit, animus lacessit, & tandem vix aliquando cum se videt corpore deficere, & cor

Officium Moysi quale sit in spirituali homine.

Rom. 7. Cur superba mens a Deo derelinquatur.

**A** de tabescere, in se reuertitur, & illius apostolici recordatur. *Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*. Abiecta itaque spe omni de propria confidentia, tota ad Deum conuertitur, & hausto prius igne de exteriori ara, in sancta sanctorum curritur, non sine tamen vituli sanguine. Maestato namque vitulo superbia, & tota prioris arrogantiae praesumptione abiecta, iam desperans de se, sperare incipit de domini adiutorio, & post multiplices (ut diximus) hostias, in exteriori ara oblatas, in ara iam interiori offerre domino consuescit gemitus, suspiria, preces & lacrimas. Ara exterior sensus carnis. Ara interior affectus cordis. In ara ergo interiori, gemitus, suspiria, & lacrimae offeruntur, & caetera quae cordis affectum commouent, sicut in ara exteriori vigiliae, ieiunia, labor, inedia, caeteraque quae ad sensum carnis pertinent. De hoc tamen ara exteriori videlicet, ignis hauritur, cum ad interioram aram properatur. Nam de afflictione corporis vis doloris ad cor trahitur, unde postmodum compunctionis incensum inflammatur. Cum igitur haec videtas frequentius accitari, non dubites in Aaron novum sacerdotium initiari. Nam ad Aaron (ut superius diximus) pertinet divinae propiciationis protectionem quaerere, & Deum oblationibus, & orationibus propiciam reddere, & ut sacerdotii officium plenius cognoscatur, duo sunt quae praecipue ad ipsum pertinere videntur, populum videlicet instruere, & sibi & populo domini placare. Quorum vnum Moyses plene exequitur, alterum per Aaron magnificentè impletur. Unde & de eis merito dicitur. *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius*. Et addit, *Et Samuel inter eos qui invocant nomen eius*. Superius diximus quod sicut in Moysen & Aaron legislatio, vel sacerdotium claruerat, sic in Samuele donum prophetiae eminebat. Quid ergo est quod nunc de Deo dicitur, & Samuel inter eos qui invocant nomen eius, cum post dici debere videatur, & Samuel inter Prophetas eius? Cur ergo inter eos qui invocant, & non potius inter eos qui prophetant? Sed forte inter eos qui Deum invocant, Samuel libenter prophetat, an forte illi Deum libenter invocant inter quos ipse prophetat? Sic utique est, nec de hac re ambigi potest. Nouit Samuelis prophetia facere vere invocantes, & in veritate orantes. Quanto enim quis plenius nouerit, quanto frequentius, quanto attentius cogitauerit, quae praemia iustis in caelo, quae tormenta prauis sint reposita in inferno, tanto (ut arbitror) verius Deum invocat, tanto attentius orat. Sed si desinit Samuel prophetare, cito desistunt sacerdotes invocare, & quanto fit futurorum contemplatio rarior, tanto redditur oratio tepidior, & tanto surgit invocatio tardior. Ut ergo Moyses distinctus sit in praecipiente, ut Aaron deuotus permaneat in oratione, necesse est Samuel subtilis perseveret in contemplatione. Est adhuc quod de Samuelis officio

Ara exterior, & interior quae.

Psal. 98.

Quid sit exerceri officium Samuelis ab homine spirituali.



officio subtilius loquamur. Solet (vt sepe videmus) in initio conuersionis suae quisque quam promptus ad operationem, tam deuotus esse ad orationem, utpote uiuentibus adhuc Moyse, & Aaron qui his negociis maxime praesse uidentur. Sed cum iam se pro praeteritis delictis satisfecisse crediderit, cum se iam quasi sanctum, & aliquem magnum putauerit, incipit iterum negligere, & à pristino seruore deficere. Mortuis namque Moyse & Aaron mens cito tepescit, & in quadam negligentiam, seu etiam contempum cadit, iuxta Moyse sententiam, qui ait. *Scio quod post mortem meam iniquè ageris, me etenim adhuc uiuente semper contentiosè existis.* Mors Moyse, defectus studiosè sollicitudinis. Interitus Aaron, intermissio deuotae orationis. Mortuis ergo Moyse & Aaron incipit mens in quadam negligentiam cadere, imò et saepe usque ad contemptum uenire. Surgunt hinc inde tentationes, occurrunt uariæ immundae cogitationes, oriuntur in corde subito turpes delectationes. Caro acriter inflammatur, mens uirum, conscientia tota turbatur atque confunditur. Recurritur ad orationem, festinat ad operationem, fit iterum deuota ad orandum, prompta ad obediendum, studiosa in lectioe, feruens in compunctione, festina in opere. Nec prius à sua instantia cessat, quousque ab instanti periculo se eruat, & ad priorem tranquillitatem se iterum reformet, atque componat. Pacatis itaque omnibus, redit prior tranquillitas, tranquillitatem sequitur securitas, securitatem comitatur ociositas. Ociositas generat curiositatem, curiositas subintroducitur cupiditatem. Concupiscentia autem quae omnium uiciorum mater est, arcem mentis tenente, & usque ad cordis penetralia cum quadam uolentia penetrante, facile uiciorum multitudinem ad se admittit, & sub omni festinatione quasi exercitum suum introducit. Sapientiae thesaurus in praedam diripitur; uirtutum plebs seruituti additur, sicut iterum nouissima hominis illius peiora peioribus. Iterum confugitur ad diuinae propiciationis adiutorium, funduntur preces ex corde: renouatur pristinae conuersionis studium, placatur item, fleaturque; tandem diuina benignitas, restituitur homini antiqua libertas, fit itaque, fitque frequenter haec uicissitudinum alternatio, modo uiciorum oppressio, modo uirtutum successio. Saepè propter suam negligentiam hostibus traduntur, saepe per Dei misericordiam iterum ab hostibus eripiuntur. Agitur hoc mira diuinae benignitatis dispensatione, ut per frequentem lapsum sua homini innotescat infirmitas, ut per multiplices hostium incursum, & insidias, inimica homini pateat calliditas, ut per assiduam ereptionem diuina homini manifestetur benignitas. Qui haec plenius nosse desiderat, librum Iudicum paulo diligentius legat: inueniet ibi proculdubio quomodo filii Israel post suas praeruaricationes ab hostibus impugnantur, superantur, seruituti adduntur, Afflicti ab hostibus item ad diuinum adiuto-

Deut. 32:

Mors Moyse & interitus Aaron quid sit:

Cur in frequentes lapsus hominem cadere permittat Deus:

riū confugiant, misericordiam petunt, quarunt, inueniunt, & ad priorem libertatem redeunt. Quid quaeso isti signant hostium incursum, nisi quosdam (vt sic dixerim) uiciorum cum uirtutibus spiritalis pugnae congressus? Deo autem deferente, siue eodem protegente nunc haec, nunc illa superant, modo haec, modo illa superant. Quemadmodum & ibi Israeli peccanti, suscitatur hostis ut eos diripiat, & iterum supplicanti, suscitatur Saluator ut eos eripiat. In quo & illud diligenter attendendum, sed & firmiter retinendum, quod non semper ab eisdem hostibus opprimuntur, sed modo ab his, modo ab illis diripiuntur, à qui uuldam breuiore, ab aliis autem prolixiore tempore affliguntur. Hoc utique Deo dispensante intra nos actitari cito deprehendimus, si spiritalis illius pugnae, & internae quae intra nos geritur congressus non ignoramus. Fit namque ut ab uno quolibet uitio diutius impugnemur, quoad usque omnem eius vim & naturam, & impugnationis modum plenè erudiamur. Vno subactò, aliud contra nos se erigit. Illoque superato, aliud ei in nostra infestatione succedit, & quanto cuiusque uolentia maior, tanto utique eius erga nos fit infestatio grauior, uel pugna prolixior. Ad hoc autem diuina miseratio uult nos ab omnibus impugnari, ad hoc nos permittit à singulis diutius exerceri, ut de omnibus quandam quasi uictoriae triumphum reportemus, & singulorum (ut dictum est) uim, naturam, impugnationisque modum quandoque plenè, perfecteque cognoscamus. Vnde & in libro Iudicum Hebraeorum Saluatores, non Reges nominantur, sed iudices. Regum quippe est pro uoluntatis arbitrio quod placuerit imperare. Iudicum autem officium est leges nosse, causas examinare. Quasi ergo quidam intra nos surgit Iudex, seu legislator, cum de quolibet uitio per multa argumenta, post innumera experimenta animus fuerit plenè eruditus, quando non quod fieri uelit (Regum more) cum auctoritate praecipit, sed cum quadam prudentia implere nititur, quod eum experientia docuit. Quoties mens per multa experimenta erudita sapiens magis quam uolentè à periculo eripitur, quasi toties Iudicum suorum prudentiam ex Dei munere experitur. Iudex itaque post iudicem surgit, quia post unius uitii ad alterius cognitionem mens proficit, ut quaeque post oes iudices, Iudex nouissimus Samuel ueniat, qui de singulis uitii, de uniuersis tetatoris insidiis plenè eruditus existat. Incipit itaque eo tempore uniuersas insidiatoris uersutias, omnium uiciorum naturas non solum ipse cognoscere, sed & aliis manifestè detegere, & prudenter exponere. Saepè dum in aliis uultus habitum, corporis gestum tacitus conspicit, quo quisque uitio impugnetur ferè melius quam is qui tentatur agnoscit. Saepè in ipso tentationis articulo fraudes inimici deprehendit, & quod uel quale ex re qualibet periculum prouenire possit, longe ante praenoscit. Et hic est ille Samuel

Quid sit Regi p Iudices i Spirituali pugna.

Samuel cui dona prophetiae data esse superius dictum est. De quo & scriptum est. *Quia cognouerunt omnes a Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset domini.* Nonne quasi quoddam prophetiae munus uel esse, occultas animi passionis, latentes inimici insidias detegere, futura pericula longè ante quam ueniant prauidere, atque praedicere. Ut igitur ea quae diffusius diximus ad compendium reuocemus, ad Moysen pertinet quod faciendum sit prudenter discernere. Ad Aaron spectat ad ea quae per nos implere non possumus diuinum adiutorium implorare. Samueli incumbit, quid ex re qualibet utilitatis, uel periculi prouenire possit cautè prouidere. Per Moysen itaque discretio, per Aaron deuotio, per Samuel intelligitur circumspectio. Discretionis namque est mores componere, deuotionis autem Deo supplicare: circumspectionis uero de superuenturis prouidere. Si igitur deprehenderit mentem tuam in opere, discretam, in oratione deuotam, circumspectionem prouidam, poteris & tu cum propheta psallere. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Nam cum ad sacerdotes pertineat (ut superius monstrata ratio probat) populum praecipis informare, Deum precibus placare, manifestum est eos sine discretionem, & deuotionem (quasi Moyses & Aaron mortuis) sacerdotum sui officium non posse implere. Sed & quantum circumspectio quidam quasi Samuel facit eos de futuris timidos, & in eos utique reddit in oratione deuotus, & in Dei inuocatione assiduus. Cum ergo uides sacerdotum dignè administrari, & Deum tam frequenter, quam suppliciter inuocari, scias haec sine praesentia Moysi & Aaron, uel etiam Samuelis nullatenus actitari. Haec utique circa se agi prophetam gratulatur: & tam humiliter, quam ueraciter confitetur, dicens. *Moses & Aaron in sacerdotibus eius, &c.*

Discretio per Moysen, deuotio per Aaron, per Samuelè circumspectio intelligitur.

Annotatio in Psalmum CIIII.

Ciues paucos quando habemus.

Cur in numero breui paucissimi & incolumes eius. Quasi paucos, imò paucissimos ciues habemus, cum illas tantummodo uirtutes possidemus, sine quibus omnino saluari non possumus. Fides, spes, caritas numero quidem breui sunt, & facile numerari possunt. Et constat satis, quia sine his salus uera non est, & certum habet, quia cum illis nemo perire potest. Verum tamen mirum uel quod tam breui numero pateat, uel detur transitus, maxime de gente ad gentem, & de Regno ad populum alterum, praesertim cum transcant per terram alienam ad regionem longinquam. Nam sunt quidem non solum paucissimi, sed incola, & peregrini. Fides namque quod credit, nondum per intelligentiam apprehendit, & quod speratur, necdum tenetur, & hinc usque caritas desiderio suo perfruitur, quamdiu procul à deo in terra peregrinatur. Possimus etiam dicere, quia uirtutum tirones pauci quidem adhuc sunt, quamdiu hostilem vi-

corum cohortem funditus delere non possunt. Pauciores autem, cum nondum queant sibi subigere, & sibi saltem tributarios facere. Paucissimi uero, cum non queant sine magno labore, & periculo graui illis resistere, uel vitam defendere. Deo tamen ducatum praebente pertranseunt saepe huiusmodi paucissimi de gente ad gentem, & de Regno ad populum alterum. Quid est transitus de gente ad gentem, nisi de concupiscentiis carnalibus ad delicias spiritus? Quid est de Regno ad Regnum, nisi de Regno concupiscentiae ad Regnum iustitiae. Qui sic transit, rectè Hebraeus dicitur, nam Hebraeus transiens interpretatur. Calcantes concupiscentiam, & apprehendentes iustitiam transeunt Hebraei de Regno ad Regnum, uel potius sicut propheta ponit de Regno ad populum alterum. Quis enim hominum hic sine peccato uiuit, quis nunquam hic carnalem delectationem sentit? Alibi ergo, non hic habet iusticia Regnum quauis etiam hic habeat populum alterum, & à uitiis ualde alienum. Differunt ergo interim Hebraei à iusticia Regno, transeunt tamen de Regno ad populum alterum, & non datur transitus, nisi per medios gladios hostium. Deo tamen protegente penetrant, & pertranseunt medios hostes. Quia non relinquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges. Soli homines inter caetera animantia ratione utuntur, & inter homines alios ipsi Reges Principantur. Quia igitur propheta aduersarios nostros alios astutiores, alios audaciores nouerat, rectè hos hominis appellatione: illos per Reges designat. Isti dolis, & insidiis fallere nituntur, illi quodam impetu feruntur. Hi callidiores, illi fortiores. Hi uersutias tentant, illi uehementius instant. Istorum astutia eruditur prudentia nostra, illorum instantia exercetur fortitudo nostra. Fortassis tamen si diligentius attendimus, illos rectius per Reges designandos intelligimus, in quibus est astuta audacia, & audax astutia, ut eorum tentatio sic sit uolentia, ut sit simul & fraudulenta. Horum infestatio quanto difficilius, tanto periculosior. Quos tamen aeterna Dei prouidentia seruare disposuit, non relinquit hominem nocere eis, sed corripuit pro eis Reges, increpans utique pro eis eorum hostes. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignare. Christi sunt qui uisionem acceperunt, prophetae uero qui uentura prauidendo praedicunt. Sed scimus quia Dei uentio eius est dilectio. Qui igitur huiusmodi uisionem accipiunt, qui ardenter quae Dei sunt diligunt, Christi Dei sunt, & Christi dici possunt. Rectè ergo per Christos caelestia desideria, sanctitatis uota accipimus, quae ex diuina inspiratione in sanctorum cordibus flagrare cognouimus. Vnus habet (ut dictum est) prophetas dicere qui possunt futura prauidere. Prophetæ ergo rectè dicitur, qui deitatis arcana rimantur, qui caelestia contemplantur, qui intima penetrant,

Transitus de gente ad gentem qui.

Transitus de uicio ad uirtutem non datur, nisi per medios gladios hostium.

Cur propheta demones alios homines, alios reges appellet.

Christi Dei qui appellantur.

Prophetae qui dicantur.



trans, qui mysteriorum profunda reuelant. Spiritales itaque sensus quasi quidam Prophetæ sũt, qui cœlestibus secretis sepius intersunt, qui in inuisibilibus contemplationis oculum figunt. Christus ergo facit desiderium æternorum, prophetas efficit cognitio secretorum. Hos accendit feruor dilectionis, illos illuminat subtilitas contemplationis. Hi multum diligunt, illi magna cognoscunt. Iure ergo pro talibus increpat Dominus Reges, seu quolibet eorum hostes. Nolite inquit tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. His enim insidiatur tepor. illis autem insidiatur error. Facile est vt deuotionis feruor deficiat, & in teporem cadat, & sæpè intelligentia caligat, & longius euagãdo se in errorem precipitat.

Adnotatio in Psalmum CXIII.

**M**ontes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Grande spectaculum videre montes exultare sicut arietes, & colles sicut agnos ouium. Talis profecto exultatio, & taliter exultantium non est inuenire in terra suauiter viuentium. Non est impiis gaudere dicit dominus. Si non est eis gaudere, quanto magis taliter exultare? Talis (vt arbitror) exultatio solet fieri in exitu Israel de Aegypto, nec vbiunque, sed in deserto. Exeundum itaque est de Aegypto, fugiendum de sæculo quibus potissimum placet tali potiri miraculo. Sed vt miremur amplius, & desideremus ardentius, perscrutemur altius, proposita exultatio vel qualis describitur, vel quibus ascribitur. Montes, inquit, exultauerunt, vt arietes. Qui sunt exultatores? Montes, & colles, & quale eorum gaudium? Sicut arietum, sicut aghorum. Vnũ autem affirmo, quia arietum, & aghorum exultatio non est in risu, & cachinno. Quales tamen gestus solent in suis iustionibus formare, vel quibus putamus modis solent gaudium suum exprimere? Solent sane in suis exultationibus (vt in cõmune nouimus) saltus quosdam dare, & corpora sua in alta suspendere, & per inano librare. Sed nunquid tale aliquid de collibus, vel montibus expectare debemus? Verè magnum, verè stupendum miraculum, videre montes & colles exultantes in modum arietum, vel aghorum. Quis enim non obstupescat, quis merito obstupescere non debeat, si videre contingat montium molem à plano diuidi, & à solito separari, terram à terra rescindi, & tantã molem, vel ad modicum per inane suspendi? Certe peccanti homini dictum est: *Terra es, & in terram ibis*: vnde & ei alias per exprobrationem dicitur: *Vt quid superbis terra & cinis?* Hæc itaque terra, humana videlicet natura in aliis quidem super conditionis suæ planum excrescit, & montem vel collem facit. In aliis autem in ima inclinatur, & in vallem deriuatur. Montes itaque ascendunt, valles descendunt. Campi in plano resident, & medium locum tenent. In

Gen. 3.  
Eccles. 10.

montibus humana industria supra naturam ascendit. In vallibus infra naturam descendit. In cõpis quæ naturaliter bona habere potuit, bona nutrit, atque custodit. *Ascendunt, inquit, montes & descendunt campi in locum quem fundasti eis.* Cur tacet de vallibus? Quia descendunt quidem, sed non in locum quem constituit eis dominus, sed in locum quẽ elegit sibi animus peruersus. Quo autem campi descendunt, nõ infra naturam, sed infra montium excellentiam. Campi itaque sunt, qui terrena non deserunt, sobriè tamen, & iuste, & piè in hoc sæculo viuunt. Montes seu colles sunt, qui sola quæ sursum sunt querunt. Eiusmodi itaque montes, quanto ardentius cœlestia considerant, quanto vehementius æternis inhiant, quanto altius excrescunt, tanto proculdubio cœli ardua vicinios tangunt. Sed aliud est celsitudinis suæ verticem in alta extendere, & cœli verticem velut è vicino tangere, atque aliud est quosdam velut saltus formare, & arietum, vel aghorum more gestire. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Sed vt & montes & colles, & campos congruis sibi differentis distinguamus, per montes contemplatiuos, per colles speculatiuos, per cãpos actiuos intelligimus. Nã actiuũ vtique huius vitæ plana non deserunt, dũ terrenis actibus inseruiunt, & in camporum morem ad huius vitæ vsum in terrenis lucris quasi quosdam terræ fructus ferunt. Speculatiui sunt qui cœlestibus intendunt, qui inuisibilia Dei per speculum in enigmate vident. Qui eoispe speculatiui diti sunt, quia non nisi per speculum, & in enigmate videre possunt. Per contemplatiuos debemus illos intelligere, quibus datum est facie ad faciem videre, qui gloriam domini reuelata facie contemplando, veritatem sine inuolucro vident in sua simplicitate sine speculo, & absque enigmate. Montes itaque, vel colles sunt qui cœlestibus intendunt. Sed speculatiui corporalium similitudinum nubila nullo modo transcendunt, quia summam veritatem in sua puritate videre non possunt. Contemplatiui autem in montium morem allegoriarum, & enigmatum nubilosa alta intelligentia transcendendo, tranquillum illud superne regionis serenitatis vertice tangunt. De talibus collibus, vel montibus illud prophetæ intelligimus. *In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel.* De montibus dicit, quia stillabunt dulcedinem, nec tamen dicit qualem, nec eam per aliquam exprimit similitudinem. Cur hoc quæso, nisi quia tanta est quæ nulla similitudine digne exprimi potest? Cur hoc quæso, nisi quia dulcedinem purã hauriunt, & effundunt? Collium autem dulcedo per similitudinem exprimitur, cum lac vel mel figuratiuè nominatur. Cogita ergo qualis, vel quanta sit illa dulcedo quæ superiores experiuntur, quando & illa quam inferiores sentiunt lac & mel nominatur. Oportet itaque montes ineffabilem illam quam in tanta

Psal. 103.

Campi sũt q̄ terrena nõ deserũt. Montes qui cœlestia tantũ querunt

Quid per montes, qd per colles, qd per campos intelligendum, spiritualiter.

Speculatiui vnde dicitur.

Amor 9.

abun-

abundantia hauriunt, stillando respicere, non illam abundantiam effundere, & secundum inferiorum capacitatem infusionis suæ modum temperare. *Stillabunt, inquit, dulcedinem, & colles fluent lac & mel.* Talis dulcedo facit eiusmodi montes, & colles coram domino cantare, & vocem exultationis, & confessionis in eius laudibus resonare. Montes & colles cantant coram domino laudem. Talis inquam dulcedo facit montes & colles mirabiliter exultare in domino. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Sed si tales montes & colles cogitamus, profecto desinit esse magnum, vel mirum quod de eis superius iam in admirationem duximus. Etenim magnum non erit homines in modum arietum & aghorum exultare, & iuxta eorum similitudinem quosdam saltus formare. Spiritales itaque, non corporales saltus in hac prophetica sententia queramus, & quales denique decebat vel spiritum sanctum docere, vel Prophetam describere. Corporalis saltus, est totum corpus a terra suspendere. Spiritalis saltus, spiritum & totum quod spiritus est a terrenis alienare. Corporalis saltus, est terræ tactum vsquequaque deserere, & totius corporis membra per inane librare. Spiritalis saltus est mente excedere, & infimis in imo relictis in inuisibilem contemplationem totum transire. Cogita ergo virtuales animarum partes, & sic forte facilius inuenies quantum sit, vel quale eiusmodi omnia a terrenorum contactu suspendere, spiritales saltus formare. Prius siquidem corporalis sensus sopitur, bestialis appetitus obstruitur, exteriorum memoria intercipitur, affectio inebriatur, ratio transformatur, intelligentia innouatur, mens tota a seipsa alienatur, vt spiritalis ille de quo loquimur saltus formetur. Perpende ergo si potes, qualis sit illa cordis gratulatio, quam vehemens exultatio, quæ cogit animum assuetam deserere, & supra semetipsam ire, temporalia ad tempus nescire, & in cordis tripudiantia quosdam quasi saltus in superna & æterna miris modis, & multis inexpertis dare, & frequenter iterare. Respondes fortassis ad hoc voce Nichodemi. Quomodo possunt hæc fieri? Esto, magnum, mirum, & omnino stupendum hoc fieri posse, sed multo magis indignum hoc omnino facere non posse. Vide quam sit indignum quod exterior homo suos quosdam secundum modum suum saltus dare potest, & homo interior sui generis saltus, secundum modum sibi congruum penitus formare non potest. Attende quam sit omnino, & cum omni admiratione stupendum, quod corpus de terra sumptum, terram ad tempus dato saltu deserere, & supra semetipsam ire potest. Spiritus vero spiritualis & incorporea natura, a corporeis & terrenis vel ad modicum separari non potest. Miraris quod spiritualis creatura in

Spiritualis saltus qui.

spiritualibus se suspendere potest, & non potius miraris quod Spiritus a non spiritualibus separari non potest? Siccine in oculis tuis desinit esse mirabile, quod bene consideranti pene videtur contra naturam esse, spiritum videlicet circa corporea tam fortiter, & pene inseparabiliter ligari, adeo vt ab eis vel ad modicum non possit auelli, & illud tibi minus, vel minime mirabile videtur, quod incorporea natura illud non potest, quod secundum naturam iudicatur a corporeis videlicet ad seipsam redire, & in suis, hoc est in incorporeis fixa stare. Sed istud vt arbitror idcirco non miraris, quia in te ipso minime experiris. Sed si necdum potest Spiritus tuus ad semetipsum redire quando poterit supra seipsam ire, & quales spirituales naturam deceat saltus formando in diuina transire? Quid est Spiritus qui incorporeus est, ad se, vel in sua redire, nisi solam incorpoream creaturam, & quæ circa ipsam sunt præ oculis habere? Quid est autem Spiritum quasi dato saltu supra semetipsum ire, & in illam omnium creaturam naturam, & quæ circa ipsam sunt oculum contemplationis figere? Spiritales itaque viri cum in huiusmodi excessus ex magnitudine spiritualis exultationis incidunt, impletur in eis quod per psalmistam dicitur. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Certe ad diuina contemplanda Spiritus rationalis creatus est, quid ergo miramur si hoc facere potest ad quod factus est, cũ hoc solum mirandum videatur, si hoc facere non potest? Est tñ vtrũq; mirabile, & hoc posse, & ipsum non posse. Sed vnum carnalibus, aliud spiritualibus. Posse mirabile, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Non posse mirabile, quia Spiritus est qui adiuuat infirmitatem nostrã. Mirare ergo quod miraris, vt pote carnalis uenundatus sub peccato. Sed vt adhuc altius intelligas quantum admirari debeas, uel quam merito obstupescas, cogita illas nonagintanouẽ oues quas summus pastor in summis illis æternæ hereditatis montibus reliquit, quando unam quæ perierat in terris quæsuit, inuenit, & in propriis humeris reportauit. Cogita ergo quantæ dignitatis sit, vel excellentiæ huius mortalitatis nostræ terram in exultationis suæ montibus cum illo celestium agninum grege cognatæ similitudinis aliquid habere commune. Cogita inquam quam sit plenum honoris & gratiæ humanæ naturæ infirmitatem, vel in ea parte qua magis præminet iuxta Angelicæ similitudinis proprietatem iucundationis suæ saltus posse formare. Si hoc cogites, quo quæso te duces magnitudo admirationis tuæ, nisi ut te intelligas in istis factis admirari non posse? Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Si per terram humanam naturam, si per designatum regem Angelicam naturã oportet intelligere, quis

Spiritus ad se redire quid.

Quam mirabile sit saltus Spirituales formare posse

de





terram, militantes, non ocio torpentes esse debemus. Quam autem cautè, quam strenuè pugnandum sit nobis, diligenter nobis est attendendum, quibus est colluctatio, non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitie in cœlestibus. Preciosa res valdè iustitia, & quæ aduersariorum inuidiam cito excitet, & eorum erga nos odium acriter inflammet. Hæc namque ratio est pugna, hæc est causa uictoria. Ad hoc contra malignos spiritus pugnamus ut iustitiam inuiolatam custodiamus dimicant ipsi contra nos, non ut eam sibi acquirant, sed ut eam nobis uiolenter auferant. Facile autem uictoriam sibi de nostra infirmitate præsumunt, pro eo, quod portamus thesaurum hunc in uasis fictilibus. Sed fortè minime attendunt quod non sumus confidentes in nobis, sed in ipsius adiutorio cui dicimus: *Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Sed miraris fortè, nec immerito tamen, quomodo sibi conueniunt, vel quonam modo conuenire possunt proclium & gaudium, vox lætitiæ, & clamor pugna. Vnde ergo hæc tanta lætitia, nisi de frequenti uictoria? Vox ergo exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Si miraris, si uis habere unde mireris, mirare potius quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia. Nonne & tu cantabis domino canticum nouum, & audietur in tabernaculo tuo vox exultationis & salutis, cum compleri cœperit in te illa Dei tui promissio, cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis? Merito ergo audietur vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum. Quantum ergo putas gau lebunt in patria, qui sic lætantur in terra aliena? Quanta eis inegit lætitia in domo, qui sic exhilarantur in exilio? Quid facturi erunt in illa uitæ æternæ tranquillitate, quorum gaudium sic exuberat in expeditione? Intantum ut tale, tantumque eorum gaudium non iam ualeat coarctari sub silentio, ne in apertum prodeat, & in uocem prorumpat, ualorum utique more, quæ cum de infuso liquore plus capere nequeunt, quod desuper infunditur circum quaque diffundunt. Sic nimirum, sic illud lætitiæ oleum cum cordium uascula repleuerit per uocem se effundit, & statim personat vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.

Annotatio in Psalm. CXVIII.

**A**ufer à me opprobrium, & contemptum. Opprobrium culpa, contèptus pœna. Culpa iniquitas, pœna mortalitas, propter iniquitatem factus sum exprobrabilis, propter mortalitatem factus sum contempibilis. Abominabilem me facit concupiscentia, vilem me facit miseria. Aufer ergo à me opprobrium, & contemptum. Si facis me iustum, aufers opprobrium, si efficiis beatum, aufers contemptum. Super

Pl. 113.

**A** iudicia iustificationis tue. Alia sunt iudicia Dei quæ reprobos damnant, alia quæ electos iustificat, alia quæ iustificatos beatificant. Prima sunt reprobationis. Secunda iustificationis, vltima glorificationis. Damnantia exercentur in inferno, iustificantia in mundo, beatificantia sunt in cœlo. Iudicia tua adiuuabunt me. Iudicia ultionis, iudicia correctionis, iudicia remunerationis, per iudicium ultionis Iudas reprobatus, per iudicium correctionis Saulus cæcatus, per iudicium remunerationis humilis Dauid in Regnum sublimatus. Iudicium ultionis stantibus dat timorem cadendi, iudicium correctionis lapsis præbet spem resurgendi, iudicium remunerationis perfectis confert amorem perseuerandi. Si igitur primum illud Dei iudicium generat timorem, secundum nutrit spem, tertium autem accendit caritatem, rectè de eis dicitur, iudicia tua adiuuabunt me.

Annotatio in Psalm. CXVIII.

**I**llumina faciem tuam, super seruum tuum. Amantibus quid vnquam dulcius, quid iucundius esse potest quam alterutro foueri affectu, alterutro delectari aspectu? Omnia uideant, se inuicem non uideant, horrent omnia, fordent uniuersa. Amantium itaque more anima sancta superni Regis amore succensa, cœlestis sponsi desiderio suspensa clamat, & dicit: *Illumina faciem tuam super seruum tuum,* & alibi: *Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus,* & iterum: *Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Inuenies & aliàs, aliis licet uerbis, aliud tamen non requiri. Quanto putas amore flagrabat, qui dilecti sui faciem toties desiderando requirebat, & requirendo desiderabat? *Illumina,* inquit, *faciem tuam, super seruum tuum.* Grata amantibus, (ut diximus) alterutra præsentia, & iucundus aspectus. Amare delectat, & amari. Videre cupiunt, & uideri. Sed fortè hæc Dei sponsa, hæc Dei dilecta uideri cupiebat, uideri refugiebat, & ubi est quod & alibi clamabat? *Quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei?* O quantus amor, quanta fiducia. Amor inquam pulchritudinis diuinæ, fiducia formæ non alienæ, sed propriæ. Tantis amor ut dicat, defecit in salutare tuum anima mea, & in uerbum tuum supersperaui, & alibi affirmat dicens, *Quia defecit spiritus meus, Tâta præterea formositatis internæ fiducia erat, ut omnino impossibile credat, ut uideatur, & nõ diligatur. Audierat fortassis à sponso suo uerba illa dulcia, uerba amatoria. Tota pulchra es amica mea, tota pulchra, & macula non est in te.* Merito ergo optat ut ueniat, & appareat ante faciem Dei cuius pulchritudini pulchritudinis auctor testimonium perhibebat.

Quæ sine iudicia q nos adiuuant.

Pl. 79. Pl. 26.

Pl. 41.

Pl. 118.

Pl. 142.

perhibebat. Sciebat enim anima illa sancta, & casta, quia omne genus ad suum simile conuertitur. Similis finilem quærit, & Deus profecto similitudinem suam diligit. Vis & tu diligia Deo tuo, Saluatore tuo? Reforma in te imaginem suam, & amabit te, repara similitudinem tuam, & desiderabit te. Si enim reparaueris naturam pulchritudinem tuam, quam fecit ipse ad imaginem, & similitudinem suam, profecto concupiscent Rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus Deus tuus, ipse & amicus, ipse & dilectus tuus. Quid tamen hoc esse putamus quod non nisi faciem ostendi sibi postulat, nec iam posteriora, sed facie ad faciem uidere desiderat? Nunquid enim mente excidit quod Moyli dominus longè ante prædixit: *Non uidebit me homo & uiuet?* Patet ergo quia si huic mundo adhuc uiueret, nunquam talia orare præsumpsisset. Mentior si non & ipse alibi hoc idem testatur dicens: *Propter te mortificamur tota die.* Quare ergo mortuus non creditur, qui tota die mortificatur? An fortè quia non dixit morimur, sed tota die mortificamur. Scimus tamen quia in Dei oculis maioris meriti est sæpe mortificari, quam mori. Nonne mors martirum tanto erat preciosior, quanto mortem præcedens pœna productior, quibus uolentibus mori non dabatur occidi? Nonne prædestinatis ad uitam hoc ipsum ad gloriæ cumulum proficit, quod sine acri pugna, sine acerbâ pœna carnalis in eis uita non deficit? Mortificatur ergo Dauid, ut tandem moriatur, & sic aliquo modo dignus inueniatur uidere faciem Dei in iubilo. Scit namque quia beatus populus qui scit iubilationem. Satagite ergo, & vos secundum Apostoli consilium, mortificare membra uestra quæ sunt super terram, ut possitis cum propheta fiducialiter Deo dicere, *Quoniam propter te mortificamur tota die.* Mortificate ergo, mortificate inquam in die tamen, ut omnia in luce discretionis fiant, ne ultra citraue mensure metam operum uestrorum rotâ discurrat. Sic autem mortuo fortè dabitur uidere faciem Dei in iubilo. O bone Domine, Iesu benigne, moriatur & anima mea morte iustorum, expedit enim mihi mori magis quam uiuere. Qui enim amat animam suam, perdet eam. Moriatur ergo anima mea ut ulterius non sim homo animalis. Animalis enim homo non percipit quæ Dei sunt, quæ omnia sunt ipsum Deum? Nunc ad præmissa prophete redeamus, illa diligentius inspiciamus, *Illumina,* inquit, *faciem tuam, super seruum tuum.* Lumen ad sui claritatem intuendam oculum illuminat, & sine luminis beneficio cetera quæ lumina non sunt oculi non considerat. Lumen ergo diuinum propheta requirit, ut ipsum Deum in eius lumine cognoscere, ceteraque rectè estimare sufficiat. Quam sint enim temporalia omnia siue bona, siue mala contemnenda, futura uero quam sint

Quid faciem uolenti à D. o diligi.

Exod. 3 1.

Pl. 43.

Preciosus in Dei oculis sæpe mortificari quâ mori.

Colo. 3.

Pl. 43.

Richardi S. Victoris.

amanda, uel timenda citius cognoscitur, si hæc in eius lumine pensantur, dicat ergo. *Illumina faciem tuam super seruum tuum:* ut te, ut tua uideam, uidendo intelligam, intelligendo diligam, illumina super me faciem tuam. Ostende mihi lucem tuam, reuela obsecro sapientiam tuam. Illumina ergo faciem tuam. Facies tua lux est, lux tua facies est. Illumina itaq; faciem tuam. Facies est, quia cuncta cõsiderat, lumē est, quia quoslibet ad quolibet cõsiderada illuminat. Illumina ergo faciem tuam, quia oculus hic noster corporeus uidere potest, illuminare nõ potest, lux ista corporalis quæ illuminare ualet, uidere non ualet, at oculus tuus sibi uidet, sed aliis lucet. Quia est lux uera, quæ illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum. Lux itaq; est oculus, sed nunquid tris oculus? Immo & auris tua, quia lumen est tota facies tua. Illumina ergo faciem tuam. In facie quidē uisus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, & hoc totum in te lux tua, & totus hoc lux una. Vides in luce, audis in luce, gustas, odoras, sentis in lumine, quia tenebræ ibi nullæ, sed omnia in luce clarescunt. Illumina ergo quæso faciem tuam. Animaduertis (ut arbitror) quantum de Dei bonitate præsumat, qui eius sibi faciem ostendi deposcit. In facie namque (ut diximus) omnes corporei sensus abundant. Quid igitur aliud est suam ei faciem ostendere, quam plenam sui cognitionem menti eius infundere? Quid inquis mihi? Nunquid Deum hos sensus habere credimus quem incorporeum, inuisibilem esse non ignoramus? Quid me interrogas? Scripturas attēdas. *In omni loco,* inquit, *oculi domini cõspiciuntur bonos, & malos.* Ecce de uisu, *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Ecce de auditu. Quid de cæteris odoratu, gustu, & tactu dicturi sumus? Nunquid in his exempla non inuenimus? Nonne de Noe sacrificio scriptum est: *Quia odoratus est Dominus odorem suauitatis?* Et Abraham audacter eum compellit intrare, & gustare modicum, & propheta asserit: *Quia misit Dominus manum suam, & tetigit os meum.* Quid de his adhuc dubitamus quæ scripturarum auctoritate probamus? An fortè ei sensum deesse credimus, quia quomodo incorporeæ naturæ incorporaliter insit non comprehendimus? Quis cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Qui plautauit aurem, non audiet, aut qui finxit oculum non considerat? Videt ergo, sed inuisibiliter, secundum quod nihil eius sapientiam latet. Audit nihilominus, quia misericordiæ eius auris precibus supplicantium patet. Naribus nos qualitatem discernimus odorum, & ipse per iustitiam qualitatem discernit meritorum, Gustat cum per benignitatem suam beatorum condelectatur gloria, tangi est in afflictorum compati miseria. Et hic est domini sensus, non quinquepartitus, Pars II. E 2 tus, sed

Prou. 15.

Pl. 10.

Gen. 8.

Gen. 18.

Hiere. 1.

Quonammodo Deo habeat & exerceat sensus.



eus, sed unus, & ad hoc quis idoneus? Absit ut eum astruamus ex alio videre, & ex alio audire, per sapientiam tamen cernit, per misericordiam audit. Sed quæ apud nos alia, & alia sunt, apud ipsum omnino diuersa non sunt. Credamus ergo oportet ista quæ enumerauimus in Deo diuersa non esse, licet tamen nobis propter eruditionem nostram subtiliter ista distinguere ponatur ergo quinque contra quinque, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, hoc totum in facie vna.

S<sup>c</sup>us Dei

Sapientia, misericordia, iustitia, benignitas, compassio, & hoc totum Deo est facies vna, & hoc totum intelligere in eius cognitione proficere dicat. Ostende mihi sapientiam tuam, ne errem. Reuela misericordiam tuam, ne desperem, doce me iustitiam tuam, ut non præsumam, innotescat mihi bonitas tua, ut te amem in donis tuis, bonis meis, innotescat mihi compassio tua, ne succumbam in malis meis, flagellis tuis. Si hoc totum ostendis, ostendis mihi faciem tuam, quia hoc totum pertinet ad cognitionem tuam. Et nunc obsecro domine illumina faciem tuam super seruum tuum. Quare tamen non potius dixit luceat mihi facies tua, sed optat magis ut illuminetur ei facies sua? Lux quidem est (ut superius disputauimus) sed non omnibus luceat, quia lux hæc in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Cur ergo non querit lucem istam inaccessibilem, lucem hanc inextinguibilem illucescere sibi potius, quam illuminari opus non erat, An forte quæ in se ardebat, prophetæ minimè lucebat, & accendi sibi queri per gratiam, quam sibi dolebat extinxisse per culpam? An forte quia scit suæ hoc infirmitati congruere, lucem petit diuinam paulatim sibi crescere. Ignem namque cum accendimus paulatim in flammam excrescere videmus. Sic nimirum, sic oportet, ut pedetentim illucescat nobis diuini luminis claritas, ut eam paulatim assuescat per interualla temporum roborata infirmitas. Ne si sedentibus in tenebris, & umbra mortis subito simul appareat, rationis oculum extinguat, potius quam illuminet. Dicat ergo, dicat, illumina faciem tuam, super seruum tuum. Miror tamen si nox aut hyems non erat cum accendi sibi diuinum ignem quærebat. Forte circumdederat eum nox ignorantie, constrinxerat torpor negligentie. Duo magna mala error, & torpor. In igne duo reperiuntur, claritas & calor, claritas contra errorem, calor contra torporem. Iustè ergo ignem diuinum querit, qui ab illis superari erubescit. Bonus proxius ignis in Dei desiderio ardere, & lucere, credere, & desiderare. Bonus valdè ignis intelligere, & amare, videre, & gaudere. Bonus inquam ignis lucere per cognitionem, ardere per amorem, feruere per affectum, splendere per intellectum. Ut ergo multum amet, multum intelligat, oret, & dicat, illumina faciem tuam, super

Bon<sup>9</sup> ignis  
qualis.

seruum tuum. O quis mihi det, mihi misero, mihi frigido, sedenti in tenebris, & in umbra mortis, quis inquam mihi det ad hunc ignem calefieri, ab hoc illuminari, si quo modo aliquando placeam coram Deo in hoc lumine viuentium, ut videam voluntatem domini omnibus diebus vitæ meæ. Verè dulce lumen, & delectabile oculis videre solem. Solem inquam illum in quem desiderant Angeli prospicere. O bone, o benigne Iesu, quod mihi gaudium esse potest qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Verè fateor quoniam conturbatum est cor meum, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Oculi mei languerunt præ huius luminis inopia. O Christi Apostoli. O Christi discipuli, beati oculi qui merentur videre quæ vos videtis. Vobis siquidem exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors & miserator dominus. Ambulate dum lucem habetis. Scio, scio domine, quoniam in lumine vultus tui ambulabunt, & in no mine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Credo utique quod quidam ideo errauerunt in solitudine, viam cinitatis habitaculi non inuenerunt, quia nondum visitauit eos oriens ex alto, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis. Quo properatis miseri, nonne scitis quoniam vanum est vobis ante lucem surgere? Oremus tamen interim, ut illuminet vultum suum super nos, & miseretur nostri. Fugiantibus enim nobis cum Helia à facie Iezabel, insectatione videlicet carnalis illecebræ, grandis adhuc restat via, quousque veniamus ad montem Dei Oreb, celsitudinem scilicet contemplationis. Ad dirigendos itaque pedes nostros in viam pacis, illumina obsecro dñe faciem tuam, super seruum tuum. Quid inquit David te seruū vocas, seruū nominas? Nunquid hic seruis datur obtinere, quod vix amici merentur accipere? Verè, inquit, scio quod amo, quia diligo dñm meum, recordor nihilominus quia dñs dixit ad me, filius meus es tu. Nolo tamen dicere amicū tuū, nolo me vocare filium suū. Qui, n. absq; meritis vult magna petere, meminere saltem se multū deicere, & nūc verè me fateor seruū eius, non tamen iure conditionis, nec solum debito necessitatis, sed et proposito voluntatis. Nā alios seruos efficit ipsa eorum natiuitas, alios seruituti addicit belli necessitas, alios obsequio subiicit humilitatis magistra caritas. Seruiam, seruā igitur creatori meo iure conditionis, obsequar Regi meo ex reuerentia maiestatis, subiciar Saluatori meo debito caritatis. Quantum apud eum possit voluntaria seruitus intelligo, & idcirco magna petens, humilitatis meæ obsequium humiliter recolo, & dico. Illumina faciem tuam super seruum tuum. Nulli iam dubium arbitror, quin se fortiter vendicat à seruitute peccati, qui se non dubitat nominare seruū Dei. Nemo enim potest duobus dñis seruire. Sed qui facit peccatū, seruus est peccati. Consequens ergo est

est ut eum credamus peccato non deseruire, sed A resistere, ut veraciter se possit seruum Dei asserere. Dicat ergo, illumina faciem tuam super seruum tuum. Super seruum, inquit, animaduertis (ut arbitror) quia indignum ducit lumen. hanc ponere sub modio, sed ad lucem huius corporalis similitudinem in excelsis vel ad solis modum qui melius lucet ex alto. Væ illis qui, non dicam se, sed sua, huic lumini anteposunt, quandoque & se & sua perdituri, & sine fine perituri. Si enim lumen hoc corporale non immerito in loco eminenti ponitur, quid mirum si non solum substantia, sed etiam ipsa anima non sita in interni luminis admiratione despicitur? Dicat ergo illumina faciem tuam super seruum tuum & doce me iustificationes tuas. Sciendum quia aliud est esse, aliud est iustum esse, & longe aliud beatum esse. Esse accipimus ex creatione, iustum esse, datur ex sanctificatione, beatum esse, speramus in retributione. Qui ergo scit se esse, sed forte minus iustum esse, merito querit modum iustificationis, ex qua pendere, non dubitat mensuram glorificationis. Tria opera attende, opera conditionis, opera redemptionis, opera glorificationis. De illis primis operibus scilicet creationis, gentium philosophi quæruunt, & disputant, sed desecerunt scrutantes scrutinio. Vtique quo vani filii hominum, mēdaces filii hominum vsque quo diligitis vanitatem, & spiritus mendacium? Vanitas vanitatum, & omnia vanitas dicit vobis noster ecclesiastes litterati, & inflati, sed nunquid beati? Immo beatus vir cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanas falsas. Fortè hæc portio paternæ hereditatis eorum quæ eos contingit, portio autem mea domine dixi custodire legem tuam, doce me ergo iustificationes tuas. Distingue ergo creationes, iustificationes, glorificationes. Priorum inuestigatio potest esse communis etiam damnandis: Secundorum doctrina conceditur iustificandis, vltimorum notitia dabitur, sed beatificandis. Eant ergo mundi huius sapientes tam vani, quæ vana quærentes, illa quærant, illa inueniant, quorum adeptione nunquam beati fiant. Audiant tamen quoniam perdet Deus omnes sapientes Babylonis, stultam faciens sapientiam huius mundi. Propheta ergo iustificari volens, iustificationes requirat, quia ad veram beatitudinem hanc esse viam non ignorat. Et fortassis sufficit Angelis quoniam sancti sunt iustitias Dei cognoscere, sed qui peccator est, ut iustificari possit, iustificationes necesse habet edificare. Recordare, quæ sunt illa quæ Iesus magister bonus in montem ascendens, & coram discipulis sedens, circumfidentibus os suum aperiens docebat, dicens. *Beati pauperes spiritu, beati qui lugent, beati qui esuriunt, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Profecto hæc Angelos vsque hodie per experientiam non didicisse minimè ignoramus, quamuis ad Dei iustificationes hæc ipsa

De tripli-  
ci esse.

Ecd. 1.

Math. 5.

Richardi S. Victoris

pertinere non dubitamus. Et quæ illos capere credimus per intelligentiam, omnino ignorare fatemur per experientiam. Non enim verbote tantum David iustificationes doceri desiderauit, quin potius eo vti que modo quo Iesus qui nihil inquam nescire poterat, ex his quæ passus est didicit obedientiam, quam per experientiam prius omnino non nouerat. Dicat ergo, doce me iustificationes tuas. me, inquit, non diabolum, non Angelum. Quia his ille semel reprobatus informari non debet, & hic in bono consummatus in his exerceri non eget. Iustificationes ergo sibi exoptet qui iustificari eget, & potest, & non illis quorum ille iustus, hic iniustus nunquam fieri potest. Illud omnino sine admiratione non prætereō quod non ab homine, non ab Angelo saltem erudiri postulat, sed à Deo. Putamus quia super omnes docentes se intellexit, & ab his amplius erudiri desepxit. Sed super hoc merito ipse inquisitus respondeat, ipse de se dubitantibus sua nobis responsione satisfaciatur. *Quam dulcia*, inquit, *saucibus meis eloquia tua, super meliori meo.* Desiderabilia vti que super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Qui igitur eloquia domini dulciora dicit, profecto quibus ea in comparatione præfert, dulcia esse innuit. Videamus nunc quæ sint illa quibus eloquia domini merito anteposit. Primo tamen quod sit eloquiū illud quibus illa quattuor supponit. Audiat *Psalm. 118.* (inquit alibi idē propheta) quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquatur pacē in plebem suam. Et fortè hoc est eius eloquium quod quærebamus. Eius locutio, eius est aspiratio, siue quæ docet nos de omnibus eius vnctio. Nūc de auro, & lapide, & cæteris quæ posuit videamus. Ut aurum nitet qui fulget per eloquentiam & lapis & multum preciosus est, qui persecutio nē patitur, si tamen propter iustitiam. Quasi fauus mel continens, sub cera veritas latet sub allegoria. In melle pura dulcedo reperitur, & ex angelica consolatione mens mira suauitate reficitur, his omnibus eloquia Dei superponit, cum dicit ea desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Ac si aperte dicat. Quid agere oporteat, in scriptura sacra reperio, quid imitari debeam, in hominibus aspicio, quid exerceri expediat, ex angelica reuelatione intelligo, multo tamen melius, multoque euidentius, longeq; suauius ex diuina inspiratione cognosco. Fidenter itaque assero de Dei mei eloquiis, quia desiderabilia super aurum, & lapidē pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Aduertere tamen licet quid de illis sentio, quæ auro & lapidi, fauo & melli assimilare non dubito. Illorum doctrina quantum splendeat, mihi aurum, vel lapis ex comparatione edoceat, quantum mihi sapiat mel siue fauus, interrogatus respondeat, verumtamen quantumlibet fulgeat quantumvis sapiant;

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Quid per  
aurum, la-  
pidem, pre-  
tiosum, mel,  
& fauum  
intelligen-  
dum.

pian, maioris tamen claritatis amplioris suauitatis comparatione despicio. Illam ergo, illam Dei mei internæ aspirationis gratiam, quæ prædicta omnia ineffabiliter superat gemens suspiro, suspirando requiro, quia vtiq; eius sermo suauior, doctrina faciliior, sensus subtilior, eruditio incunior. Cui merito dico, doce me iustific. tuas. Possumus tamen per illa prædicta quattuor, videlicet aurum, & lapidem, & fauum, & mel quaternum diuinarum scripturarum sensum, moralem scilicet, & anagogicum, historiam, & allegoricum, non inconuenienter intelligere, quibus tamen omnibus propheta domini eloquia (hoc est diuinæ aspirationis documenta) non dubitauit anteferre. Quasi enim qui in auro fabricat, qui mores exhortando edificat, seu qui splendentium gemmarum fulgorem commendat, qui cælestium præmiorum claritatem disputando demonstrat, velut qui fauo satiat, sic qui miseriarum profunda rimatur. Sicut qui mel purum conuiuui distribuit, sic qui auidis auditoribus absque inuolucro veritatem exponit. In his quattuor (ni fallor) tota diuinarum series contextitur, in his hominum, in his Angelorum omnis doctrina versatur. Supereminet tamen his omnibus diuinæ inspirationis infusio, & ea quæ docet nos de omnibus spiritualis eius, & inuisibilis vnctio. Merito ergo David in eius laudem quam corde gustauit, vociferando prorumpit, & dicit. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum. O cui donatum est ex animo asserere, ex corde cantare, quæ dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel orimeo. Desiderabilia super aurum, & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum. Fauus distillant labia tua, mel & lac sub lingua tua. O cui datum est aliquando experiri quis sit ille spiritus domini super mel dulcis, qui etiam gustare & videre quam suauis est dominus. O quis mihi det hunc habere magistrum qui discipulos suos non tam lædit, quam linit, nec tam pungit, quam vngit, quia vnctio eius docet nos de omnibus. Quo mihi adhuc magistri qui non erudunt mentem, nisi prius lacerent carnem. Sufficiunt domine sufficiunt vulnera à latronibus imposta, qui me spoliauerunt; & plagis impostis abierunt semiuino relicto. Sed ecce adhuc magistri nostri apponunt iniquitatem super iniquitatem eorum, addentes verbera super vulnera, vendentes pro verberibus verba. Eeant, eant regedant, regedant Doctores nostri, immo exaltiores nostri, verè autem tortores nostri vani, & insani, docentes, & despicientes. Illum quaero, illum desidero qui me erudiendo inungat, vngendo erudiat. Vide Domine, & considera, & contrecta corpus meum, & cognosces quia à planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas, & tunc manifestè agnosces non esse opus vice- re sed vnctione. Et nunc obsecro dñe infunde vn-

ctionem tuam clemens nostris sensibus. Nam vt verum fatear, cutis mea aruit, & contracta est, nec hoc solum, sed ossa mea sicut cremium aruerunt, percussus sum vt scœnũ, & aruit cor meũ, vides dñe quomodo omnia arida, ossa sicca, cor, cutis, & ossa. Quid superest nisi vt infundatur eis vnctio tua? Pellis arida, pellis exsiccata, cum trahitur crepat, cum tangitur, crepat. Ecce vides domine quia factus sum sicut vter in pruina. Facilius est ergo vt rumpatur, quam extendatur, nisi prius vngatur vter iste tam aridus. Non enim mittunt (vt ipse dixisti) vinũ nouũ in vtres veteres, alioquin dirumpentur vtres, & vinum effundetur, & nunc oro dñe vnge vtrem hũc vnctione misericordiæ tuæ, vnge in quã, & in noua, & tunc mittes vinũ nouũ in vtrem nouum. Et nunc quid aliud expectat à te seruus tuus, hic miser hominulus, nisi vt exhilaret facie in oleo. & vinum lætificet cor ipsius? Prius ergo inunge oleo misericordiæ tuæ, postmodum reple vino sapientia. O quanto abundabat vnguento qui accepit illud in capite, & descendit in oram vestimenti eius? Ego autem præ vnguento huius inopia ardeo, & tabesco. Quantum putas frater accepisti de Dei tui oleo, quantum debes domino meo? Forte dicturus es centum cados olei, quor sum hæc tibi tanta olei abundantia? Vade, & vade, & redde creditoribus, eroga & pauperibus, tu & fratres tui viuite de reliquo, quietiam date & nobis de oleo vestro. Verè fateor non est mihi nisi parum olei in lecytho quo vngar. Mitte ergo mihi de oleo tuo. Audi apertius quid dicere volo. Plora, & ora pro me, & tunc verè fatebor, quia inunxisti me.

Annotatio in Psalmum CXVIII.

**E**xitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Solent agricolæ siccitatis tempore diductis fontium riuulis terram rigare, ne ariditate nimia exsiccata ne queat commendata semina multiplicare. Ad horum imitationem David imbre gratiarum tardante descendere, operum suorum fructus lachrymarum vnda non negligit infundere. Puto quia aliqua eius culpa hoc exigente mandauerat tunc temporis Deus nubibus suis ne pluerent, & idcirco præ siccitate cuncta aruerant, intantum vt alibi asserat dicens. *Arui tanquam testa virtus mea.* Nonne internæ infusionis imbrem tunc expectabat, quando cum gemitu proclamabat. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Quia igitur supernæ infusionis imbrem ad votum habere non meruit, terram suam iam arentem, iam fructus negantem, lachrymarum fonte rigare contendit. Iam compunctionis vena diducitur, iam fletus abundantia in plura diuiditur. Cui fortè sufficit solam aliquam virtutem colere, cui satis est singulum aliquod donum obtinere, necesse habet lachrymarum fluentia

Psal. 127.

Psal. 142.

fluenta non tam deducere, quam ducere. Qui enim solum aliquid singulariter elegit, ad illud nimirum totum incertis sui impetum inflectit. Sed qui multiplici virtutum segete cordis sui terram dilatat, nunc hæc, nunc illa gratiarum semina rigare contendit, & tunc ipse cantare poterit. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Tunc proculdubio aqua diducitur, quando alternis vicibus nunc hæc, nunc illa fletu culpa diluitur, cum vicissim modo pro hac, modo pro illa gratia fletus effunditur. Deducit aquam qui nunc sua, nunc aliena deslet delicta, diducitur aqua cum modo pro sua, modo pro aliena compungitur quisque miseria. Diuidit aquam, qui quandoque luget mala quæ commisit, quandoque bona quæ stolidè neglexit. Diuiditur aqua quando vicissim pro metu infernalium tormentorum, vel pro desiderio lugeat cælestium gaudiorum. Sciendum tamen est quod aqua quæ in locis sublimibus oritur, facillè iuxta diducens votum ad humiliora quæque loca irriganda deriuatur. Quæ autem in iano defluit, ad eminentiora infundenda non assurgit. Sic nimirum desideriorum vena quæ in infimis labitur, ad sublimia appetenda non attollitur, & qui non nisi terrena appetit, cælestia suspirare nescit. Plus adhuc dico, cui hoc sufficit tantum ne pereat, quando pro verbo ociofo, vel cogitatu superfluo gemens plorat? Vis & tu ad prophetæ similitudinem aquam hanc salubrem deducere? Memineris sublimis de te humilia sentire, & tunc facillè est de desideriorum tuorum collibus, ad deiectionis tuæ vallem compunctionis fluentia decurrere. Distillante itaque compunctionis aqua de summis montibus, in stillicidiis eius letabitur germinans, & campi tui replebuntur vberitate, pinguescent speciosa deserti, sed & valles abundabunt frumento. Tunc profecto labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit, & cantabis corde iucundo, confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Sed qualem inquis fructum? *Fructus autem spiritus sunt* (inquit Apostolus) *pax, patientia, longanimitas, & cætera.* Qualis frater fructus esse creditur veritas, caritas, iustitia, misericordia? Quanto pias mens exuberat gaudio, cum videt quia post disciplinæ cultus veritas de terra orta est? Cum ulabitur autem cum ceperit sperare quod oritur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Quid tibi de terra videtur de qua talis fructus exoritur? Merito extolletur super libanum fructus eius. O qualis, quam preciosus fructus veritas, iustitia, & pacis abundantia. Patet (vt arbitror) quia oportet illum aquam suam diducere, & pro singulis sigillatim flere, qui non vno horum, sed his omnibus cupit fructibus abundare. Sed si hæc omnia lachrymis rigare non sufficias, ro-

Richardi S. Victoris

ga eum qui producit ventos de thesauris suis, educens nubes ab extremo terræ, fulgura in plauiam fecit. Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Et si tardant benignitatis pluuia, in quantum prauales non cesses mæroris aquas deducere, vt possis ex corde cantando psallere. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Quam multos putamus hodie esse qui lachrymarum gratiam nondum acceperunt, qui quotidie fienda committunt, & multum ipsi flendi, minime flere possunt. Sunt alii qui hinc peccata sua, illinc pœnas futuras exaggerant, nunc parua bona sua, nunc præmia æterna considerant, vt vix aliquo modo tandem in lachrymas erumpant. Isti profecto cantare possunt, aquas eduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Nondum tamen ex veritate psallere queunt, exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Sed ecce est aliquis qui tantum de sua vel tenui negligentia confunditur, tantum in diuini amoris desiderio succenditur, vt etiam cum voluerit tenere lachrymas non possit. Huic proculdubio lachrymæ studio non producuntur, sed ipsæ abundanter per se egrediuntur. Nec necesse habet qui huiusmodi est educere aquas quali exire volentes, sed potius oportet diuidere, & deducere vberim egredientes. Si sponte exeunt, exitus aquarum sunt & deduci possunt. Sed qui eas nondum educere potuit, quando deducere præualebit? Illum vti que aquæ indultrium deductorem dixerim, quæ pro voluntatis arbitrio nunc sua, nunc aliena quæ voluerit, quando liberit deflere cognouerit. Videat tamen vt illas non nisi oculi deducant, vt illa tantum defleat quæ ratio, & discretio lugenda esse denunciat. Tunc verè ad oculos arbitrium aqua deducitur, quando rationis iudicium affectus fletu prosequitur. Si igitur lachrymæ sponte exeunt, si ad dirigentis votum vitro decurrunt, fiducialiter cantare potest. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Quæ autem sit causa tanti fletus, propheta idem sublequenter adiungit, & dicit. *Quia non custodierunt legem tuam.* O vtinam contingat mihi aliquando vt necesse non habeam iam amplius flere præsentia delicta, sed præterita, nec me remordeat vltra instans culpa, sed tantum tranfacta. Sed vè mihi misero cui incumbit dolere, & deflere, non solum pro eo dñe quod oculi mei non custodierunt legem tuam, sed idcirco maxime, quod necdum custodiunt legem tuam. Puto tñ frater, quia nihil magis cohibet mentem ne apponatiniquitatè super iniquitatè, ne veteribus superponat quotidie noua, quam si semper meminerit, sæpe defleuerit delicta præterita. Cantare credo poterit qui huiusmodi est. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. In his prophetæ verbis patet (vt arbitror) quæ esset illius quam præfati sumus

Pars II.

E 4

steri-



sterilitatis causa, quando anima ipsius facta est  
 sicut terra sine aqua, intantum vt necesse habeat  
 lachrymarum aquam vbertim effundere, effu-  
 sas vero huc, illuc que ad illam suam terram vn-  
 dique irrigandam deducere. Idcirco vtique  
 egrediebantur, quia lex diuina parum dignè cu-  
 stodiebatur. Ego credo quia si adhuc pro tem-  
 poralibus doleret, si adhuc carnalia desleret me-  
 moris aquas ad votum suum deducere non pos-  
 set. Hoc enim inter spirituales solet interesse,  
 & lachrymas carnales, quòd hæc sæpe iuxta  
 dirigentis votum ad ea quæ expedit flere dedu-  
 cuntur. Illæ vero torrentis more homines rapi-  
 unt secum, potius quam sequuntur. Fluuuius  
 namque in imis decurrens quando ad summa  
 ducitur, & fletus de infimis desiderijs surgens,  
 quando pro cælestibus effunditur? Nonne Aba-  
 na, & Farfar fluuij Damasci, & similibus flumi-  
 num in conuallibus inter medium montium per  
 transibunt aquæ, & idcirco ad superiora irrigan-  
 da deduci non possunt, quia qui adhuc carna-  
 les sunt, carnalia amantes, pro peccatis quidem  
 compungi nequeunt, & cum pro terrenis do-  
 lendi causa emerferit, ne non fiant ipsi sibi im-  
 perare non possunt. Quando ergo fletus fundi-  
 tur à nolente, quid de eo aliud dixerim, nisi  
 raptum à torrente? Et tamen talem persæpe  
 torrentem pertransiuit anima. O Domine  
 non me demergat tempestas huius aque.  
 Qualia nam quæso fluuenta præterfluunt ter-  
 ram cordis? Nunquid adhuc magnificauit Do-  
 minus facere vobiscum, exsicicans in te omnes  
 fluuios Ethan, ponens flumina in desertum, &  
 exitus aquarum in sitim? Nunquid mirificauit  
 tibi misericordiam suam conuertens cordis tui du-  
 riciam in stagna aquarum, ponens in te desertum  
 in stagna aquarum, & terram sine aqua in  
 exitus aquarum? Aquas illas priores, vt pote car-  
 nales exsicicans, aquas has nouissimas, vt pote  
 spirituales effundens? Putas ne quia factus sit  
 adhuc in te fons aquæ viuæ salientis in vitam  
 æternam, rigans montes de superioribus suis?  
 Hoc vnum scio, quia si fontium tuorum vena  
 in montium superioribus nascitur, & si in solo  
 sublimium præmiorum desiderio mens perfe-  
 ctè compungitur; facile est huiusmodi aquas  
 per humilitatis tuæ decliua deducere, & de-  
 iectionis tuæ vallem vsquequaque vbertim ri-  
 gando perfundere. Si sic est frater, profecto be-  
 nedicere habes Deo de fontibus Israel, qui  
 rigat aquis vniuersa. Sed satis dictum sit de eo  
 quod dicitur exitus aquarum deduxerunt oculi  
 mei, nunc causam fletus videamus. Et quid  
 nobis sciendum sit exemplo discamus. Quia  
 non custodierunt, inquit, legem tuam, pro  
 hac lege (ni fallor) aliàs orat dicens. Legem  
 ponè mihi Domine, viam iustificationum  
 tuarum & exquiram eam semper. Quid inquam  
 Dauid, nunquid non sufficit tibi lex Moyfi qui  
 adhuc quaris tibi legem poni? Non, inquit,

Quid in-  
 terest inter  
 spuales &  
 carnales la-  
 chrymas.

Causa no-  
 stri fletus  
 qualis esse  
 debeat.

lex Moyfi mortificans animas, sed lex Domi-  
 ni immaculata conuertens animas. Quando  
 Moyfes populis præcepta dabat faciem suam  
 velabat, & idcirco præceptum Moyfi obscu-  
 rum, & obtenebrans oculos, præceptum autem  
 Domini lucidum, & illuminans oculos. Profe-  
 cto si per Moysem posita lex placuisset, pro po-  
 nenda mihi lege Dominum adhuc orare non  
 oporteret. Quæsiuit ergo Dauid à Dño legem,  
 accepit, exercuit, parum tamen discretè custodi-  
 nit, & idcirco dicit. Exitus aquarum, &c. Lex alia  
 carnis, alia mentis, alia Dei, alia diaboli, & ne me  
 credas ista de meo sensu fingentem, audi Apo-  
 stolus has quas diximus leges subtiliter distin-  
 guentem: *Condelector, inquit, legi Dei secundum  
 interio rem hominem. Video autem aliam legem  
 in membris meis repugnantem legi mentis meæ  
 & captiuantem me in legem peccati.* Vides ne  
 quemadmodum in primo versu legem Dei per  
 se ponit, in secundo autem non solum ab illa,  
 sed à se etiã tres alias distinguit? Nam cū dicat,  
 video aliam legem in membris meis legem sci-  
 licet carnis in eo quòd lex quæ est in membris  
 alia dicitur ab ea quam legem Dei dixerat, di-  
 stinguit, & cum addat repugnantem legi mentis  
 meæ, aliam illam ostendit esse. Cum vero subia-  
 fert, & captiuantem me in legem peccati, ab illis  
 vtriusq; legem peccati discernit. *Lex autem pec-  
 cati nihil aliud est quam lex diaboli.* Distingua-  
 mus ergo quatuor has leges, Dei, diaboli, men-  
 tis, vel carnis. Lex Dei est reddere bonum pro  
 malo. Lex diaboli reddere malum pro bono.  
 Carnis lex est retribuere malum pro malo. Men-  
 tis lex est reddere bonum pro bono. Lex Dei  
 est gratuito velle prodesse, lex diaboli gratis vel  
 le obesse. Mentis lex est facere quod licet.  
 Carnis lex est facere quod libet. Lex Dei  
 caritas, lex diaboli iniquitas, mentis lex æquitas,  
 carnis lex voluptas. Lex Dei dicit: *Diligite  
 inimicos vestros, orate pro persequentibus, &  
 calumniantibus vos.* Lex diaboli dicit: *Op-  
 primamus virum iustum iniuste, quoniam con-  
 trarius est operibus nostris.* Lex mentis dicit:  
*Dentem pro dente, oculum pro oculo, animam  
 pro anima.* Lex carnis dicit: *Comedamus,  
 & bibamus, cras enim moriemur.* Lex dia-  
 boli abominabilis, lex carnis contemptibilis,  
 lex mentis laudabilis, lex Dei desiderabilis.  
 Lex diaboli ignominiosa, lex carnis pericu-  
 losa, lex mentis officiosa, lex Dei gloriosa.  
 Gloriosam legem Dei dixerim, quia de hac  
 sola, vel maximè quisque coronatur: diabo-  
 li vero ignominiosa rectè asseritur, pro qua  
 quisque æterna confusione multatur. Car-  
 nis legem idcirco periculosam dixerim, quia  
 paulatim mentem eneruando ad diaboli legem  
 præcipitat. Mentis legem merito officiosam  
 asserui, quia gradatim animum roborando ad  
 Dei legem exaltat. Superauerat itaque pro-  
 pheta diaboli legem, quia detestabatur omnè ini-  
 quitatem,

Rom. 7.

Leges quæ  
 tuor quæ.

Math. 5.

Sapie. 2.

Erod. 21.

Esai. 22.

quitatem, calcauerat nihilo minus carnis se gem  
 inquantum contemnebat corporis voluptatem.  
 Multum præterea se in lege æquitatis dilataue-  
 rat, sed in lege caritatis parum se perfectum esse  
 non parum dolebat. Sed de his fortè mihi mini-  
 mè creditur, nisi hæc eius testimonio comprobè-  
 tur. *Iniquitatem, inquit, odio habui & abomina-  
 tus sum: ecce victoria de lege iniquitatis. Remittit  
 consolari anima mea: ecce contemptus volupta-  
 tis. Nam pro æquitatis lege fidenter clamat: In-  
 dica me domine secundum iustitiam meam, & se-  
 cundum innocentiam meam super me.* Sed in lege  
 caritatis perfectionis culmen se nondum attigit  
 se deslebat, intantum vt dicat. Exitus aquarum  
 deduxerunt oculi mei, quia &c. Mirum est si non  
 miraris, cur non maluit dicere, quia non custodi-  
 ni legem tuam. Sed si ego non custodiui diceret,  
 voluntatem vtique culparet, & tunc quomodo  
 illud staret vbi dicitur, legem tuam dilexi? Ocu-  
 lorum itaque culpa increpatur, oculorum solum  
 modo culpa desleat. Nam de pedum officio fi-  
 denter domino canit: *Viam mandatorum tuo-  
 rum cucurri cum dilatasti cor meum.* Sed & pro  
 manibus protestatur dicens: *Tota die expandi ad-  
 te manus meas.* Sic de aure, & lingua, cæterisq;  
 corporis membris facile reperies. Solum hic oculi  
 redarguntur, pro solis hic oculis lachrymæ fun-  
 duntur. Nec enim in alijs etiam membris nun-  
 quam peccasse contendo. sed quid sit quomodo  
 defleat diligenter attendo. Quid est igitur ocu-  
 lorum culpam deslere, nisi quod in discretionem  
 errasset gemendo dolere? Tunc oculus peccat  
 quando discretionis iudicium errat. Multi priua-  
 tas obseruantias cõmunibus institutionibus an-  
 teponunt, abstinentiam obedientiæ præferunt,  
 cum tamen scriptum sit, melior est obedientia  
 quàm victima. Multa sunt quæ de his oculis ad-  
 denda credebamus. Sed hæc sub alio fortè capi-  
 tulo dicenda seruamus. Sed nunc quæ interim  
 dicenda videntur, exequamur. Exitus aquarum  
 deduxerunt oculi mei quia non custodierunt le-  
 gem tuam. Cæterorum membrorum nullum hic  
 reprehendit, oculorum verò culpam non sine  
 more graui redarguit. Manus non reprehendit-  
 ur, pro eo fortassis quòd libenter operabatur,  
 lingua non reprehenditur idcirco (vt arbitror)  
 quoniam vera loquebatur. Oculum tantummo-  
 do culpabat, pro eo fortè quod in iudicii discretio-  
 ne caligabat. Quid enim aliud est oculum offen-  
 dere, quam ex intentione bona, sed parum discre-  
 ta in aliquod malum incidere? Sunt qui dicunt  
 quòd malum opus esse non poterit quod ex bo-  
 na intentione procedit. Bene ergo fecerunt qui  
 mortem apostolis intulerunt. Nam scriptum de  
 eis legitur: *Veni hora vt omnis qui interficit  
 vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Nun-  
 quid Iudæorum excusamus ignorantiam, qui se-  
 cundum Apostolum zelum habent, sed non se-  
 cundum scientiam? Vos gloriamini de malo o-  
 pere pro bona intentione. Propheta luget pro

Psal. 118.  
 Psal. 75.

Psal. 7.

Psal. 118.

Psal. 87.

Culpâ o-  
 culorum flere  
 quid.

1. Reg. 17.

Ioann. 16.

Opinio il-  
 lorum, qui  
 dicunt ma-  
 lū opus esse  
 non posse  
 quod ex bo-  
 na intencio-

eo quòd in discernendo errauerat, vnde Pro-  
 pheta dolet, vos gaudetis, vnde Propheta lu-  
 get, vos ridetis. Quomodo ergo (inquiunt) il-  
 lud accipimus quod in eo Euangelio ab ore ve-  
 ritatis audiimus? *Si oculus tuus simplex fuerit, to-  
 tum corpus tuum lucidum erit.* Ego audio hic ex  
 oculi puritate corporis membra commendari,  
 non vitia. Ego credo quia cecitas, surditas, ari-  
 ditas, insensibilitas, & cætera corporis vitia cor-  
 pus non custodiunt, nam neque corpus, neque  
 pars corporis sunt quæ corpus corrumpunt. Sic  
 vtique, sic corpus virtutum bona componunt,  
 mala verò opera, vt pote vitia corrumpunt, vel  
 destruant. Non ergo commendat veritas quæ  
 nec corpus neque pars corporis sunt, opera sci-  
 licet mala, quamuis fiant, si tamen fieri possunt  
 intentione bona. Sed potius hoc ostendere vo-  
 luit, quòd illa quæ verè constituunt corpus vir-  
 tutum, opera scilicet bona, omnino bona non  
 sunt si procedant ex intentione mala. Quia si o-  
 culus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum  
 tenebrosum erit. Quid ergo est (inquiunt)  
 quòd Angelus dicit. Habe caritatem, & fac  
 quod vis. Ergo caritatem cæcam putamus?  
 Sed quid de ea Apostolus sentiat, audiamus:  
*Plenitudo, inquit, legis est caritas.* Quid ergo cari-  
 tatis de his quæ sciri oportet ignorat, quam A-  
 postolus plenitudinem legis nominare non du-  
 bitat? Perfecta caritas plenè illuminat, nam per-  
 fectè amari non potest in cuius cognitione ani-  
 mus caligat. Sed in his amplius immorari ne-  
 cesse non est, quia sicut in bono caritas non ni-  
 si intentionem bonam habere potest, sic eam  
 in discretionem errare posse valde incredibile est.  
 Hoc autem omnino credibile videtur, quia qui  
 adhuc errat in discretionem, nondum est perfe-  
 ctus in caritate: & omnino sine culpa non est,  
 qui malum agit qualibet intentione. Sed nec tan-  
 tum oculos culpandos putes, cum bonum ma-  
 lum vel malum bonum esse existimas.  
 Sed vt oculorum culpam diligentius discutia-  
 mus, prius de ipsis oculis qui sint videamus.  
 Duo vtique sunt interioris hominis oculi, quos  
 quisque habere fatagat quicunque viam manda-  
 torum Dei inoffenso pede currere festinat. V-  
 nus est oculus discretionis, alter oculus circum-  
 spectionis. Sed de sinistro prius oculo scilicet  
 circumspeditionis (vt pote indigniosè) nos ex-  
 pediamus, vt in his quæ de dextro dicenda sunt  
 oculo (videlicet discretionis) latius vacare va-  
 leamus. Sunt nonnulli qui præteritam vitam  
 quidem ad memoriam reuocant, & in his quæ  
 male, vel minus bene egerunt seiplos diiudi-  
 cant. De præsentibus negligunt, de futuris præ-  
 uidere nesciunt. Respiciunt quidem qui hu-  
 iusmodi sunt, sed non circumspiciunt. Alius au-  
 tem cautè considerat ne se vel aduersitas fran-  
 gat, vel prosperitas extollat. Prosperitas quasi  
 à dextris, aduersitas quasi à sinistris. Sed qui  
 sola quæ instant bona & mala attendit, de præ-  
 teritis

ne peccat,  
 resellitur.

Matt. 6. &  
 Luc. 11.

Rom. 13.

Interioris  
 hois oculi  
 qui.

Quid ad si-  
 nistrū o-  
 culū. I. circū  
 cūspic-  
 tio-  
 nis p-  
 tinea.



teritis saepe minus plangit quam culpa antea acta exigit. Talis profecto qui iuxta se posita intuetur, rectius aspicere quam circumspicere dicitur. Nam ad, saepe pro iuxta ponitur. Sed qui nondum nouit respicere, multominus callet circumspicere. Alius decoratur oculo prouidentiae pro eo quod nouit in posterum prouidere, parum tamen proficit, si vel de praeteritis contemnit, vel de praesentibus negligit. Sed si ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum oculos circumspicit, hoc utique ageudo circulum quidem, non sphaeram facis. Adde adhuc oculos tuos nunc sursum attollere, nunc ad ima deponere, quia bonum est nunc caelestium, nunc eorum quae in inferno sunt reminisci, nunc haec, nunc illa suspirando contemplari. Nam si intueri negligis quae sint malis parata in inferno, vel e contra quae sint bonis reposita in caelo, eris proculdubio de praeteritis minus timidus, de praesentibus parum sollicitus, de futuro minime prouidus. Parum sit ergo tibi oculum tuum circumspicere, sed ad sphaeram similitudinem usquequaque circumfunde. Si caeli formam aspicias, admoneris utique ut operum tuorum terram considerationis tuae ambitu includas. Sed quomodo inquis possum, quae circa me sunt ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum, sursum & deorsum simul aspicere, in super & intima mea de quibus adhuc tacuisti non negligere? Sed sane simul omnia quae circumstant considerare non sufficit, nisi agnus ille solus quem oculos septem habere, & cornua septem scriptura sacra describit. Sed de inspectionis oculo quod obicit idcirco tacui, quia, de eo aliquid commemorare superuacuum duxi. Solem namque qui caetera illuminat, quomodo in se te nebras habere quis credat? Sic utique circumspicere oculo si quae circa se sunt ex studio intuetur, multo magis quae in intimis sunt ratio eum ignorare non patitur. Oportet igitur ad solis similitudinem oculo radius locum quem tenet prius illustret, & tunc caetera quae circa se sunt, quae simul non valet, nunc haec nunc illa attentè consideret. Nam si simul haec ante, vel retro, quaeque à dextris & à sinistris, necnon quae sursum & deorsum, vnaque cum his interiora tua aspiceret potuisses, non vno circumspicere oculo egeres, qui septem habuisses, ille solus hoc potest qui vno intuitu omnia videt. Omnia videt, omnia valet, qui habet oculos septem, cornua septem. Oculi pertinent ad notitiam, cornua ad potentiam. De primo dicitur: *Omnia nuda & aperta oculis Dei.* De secundo: *Omnia quaecumque voluit fecit.* Merito ergo cornua septem habere dicitur, de quo quia omnia possit minime dubitatur. Sed nunquid tu similiter? Vtinam haberes vel vnum cornu, vtinam vel vnum, ut iure dici debuisses filius vnicornium. Ego puto quia quibus erexit cornu salutis in domo Dauid pueri sui, sufficit interim ut habeant quo possint pacto resistere, quo valeant repugnare diabolo. Nun-

Apo. 5.

Heb. 4. Plal. 134.

quid potes renouare praeterita, ordinare praesentia, adducere futura, infernum calcare, caelum irrumpere, & hoc totum propria virtute? Non utique (ut arbitror) eo quod non habes cornua septem, quemadmodum agnus ille cui data est omnis potestas in caelo & in terra. Sufficit mihi domine interim interius vnum cornu habere, quo possim inimicos meos in omnem ventum ventilare, etenim in te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Quale tamen hoc libertatis cornu esse putamus, quod pacto nunquam (nisi spiritu) cordis ceruicem inclinamus? Tota daemonum turba circa nos perstrepat, totus in nos mundus defauit, mentem nostram in Deo fixam nunquam à sua voluntate expoliat. Hoc utique cornu cum Dei adiutorio si volueris & ipse habere potes: nam caetera si velis habere non potes, quia quaecumque volueris facere minime potes. Quia igitur ad omnia quae volumus, uti potestate non possumus, discretionem utique uti debemus. Discernendum est itaque cuique primo quid valeat, deinde de his quae suppetunt quid expediat, & hic est ille discretionis oculus, quem paulo superius dextrum nominauimus. Quid enim prodest vel praeterita recollere, vel praesentia respicere, vel futura prouidere, nisi de his omnibus quae sunt bona, vel mala possis discernere? Quid inquam prodest quod vitam nostram circumspicimus, si qualis esse debuerit minime iudicamus? Ut ergo vtilis sit oculus circumspicere, adiuuetur oportet oculo discretionis. Si tibi dicit circumspicere oculus quia hoc & illud egisti, renunciate debet discretionis oculus quid in his bene vel male fecisti. Si quae instent bona vel mala renunciet circumspicere, ad vtraque consilium debet prouidere discretio. Si circumspicere prouidet quae, vel quanta tibi ad faciendum suppetunt, discretio subiungat quae quomodo fieri expediunt. Quoties oculi circumspicere caelum, vel infernum contemplando respicit, addat discretionis oculus quibus meritis ad hoc, vel ad illud quisque pertingit. Cum interna sua circumspicere rimatur, discretio diiudicet quid mali sibi, quid boni Deo merito adscribat. Vides ne quemadmodum inter nos hos oculos in rebus discernendis ratio diuidi non patitur, sicut exteriorum intuitus oculorum natura ad dictante nequaquam diuiditur? Sciendum vero quia oculo circumspicere saepe subrepat negligentia, oculo autem discretionis insidiatur ignorantia. hunc saepe claudit somnus torporis, illam frequenter obnubilat caligo erroris. Quoties enim quis vitam suam circumspicere negligit, toties circumspicere oculus quasi obdormit, & tunc quasi oculus discretionis caligat, cum in his discernendis quae videt per imprudentiam errat. Duo sunt in quibus discretio saepe decipitur. Decipitur siquidem saepe in qualitate: fallitur nihilominus frequenter in quantitate. In qua-

Quid ad dextrum oculum . s. discretionis pertinet.

Spiritus discretionis in quibus decipitur.

litate decipitur, qui quod bonum est malum putat, vel quod malum est, bonum esse existimat. De qualibus per Esaiam dicitur, *Et illis qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras: ponentes amarum dulce, & dulce amarum.* In quantitate fallitur, qui rem quam aestimat maiorem vel minorem quam sit deceptus asseuerat. Tales propheta redarguit cum dicit. Mendaces filii hominum in stateris. Ad hoc namque quid in statera appenditur, ut eius quantitas vel mensura dignoscatur. Decipitur in qualitate qui auriscalcum existimat esse aurum, qui pro gemmis accipit vitrum. Fallitur in quantitate, qui duo auri pondera deceptus pro vno vendit, vel vnum pro duobus à venditore emit? Quia igitur in his duobus vitiis iniuste liberationis ferè semper decipimur, eo quod per nos ipsi non possumus, dominus quidem iuxta aequitatis libram, iuxta regulam mensuram vitam nostram disponere se pollicetur, dicens. *Labor, inquit, & partibus Sichinam, & conuallem tabernaculorum metibor.* Partibus (inquit) & metibor, in partitione agitur vt vnusquisque accipiat quod habere debet. In dimensio- ne vero vt tantum quisque percipiat quantum possidere debet. Hinc est quod dominus per Moysen filiis Israel imperat, vt vnusquisque in terra promissionis hereditatem forte accipiat. Vnde Psalmista commemorat dicens. *Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.* Tunc populus Dei ad mensuram hereditatem accipit, quando quaeque virtus iuxta aequitatis mensuram se extendit. Nihil enim aliud est virtus quam animi affectus ordinatus, & moderatus. Ordinatus est, quando ad id est quod esse decet. Moderatus est quando tantus est quantum esse debet. Quando ad aliud est quam extendit, peccat in qualitate, quando maior est quam oportet, offendet in quantitate. Ut igitur animi nostri affectus ordinare, & moderari possimus, prius mores incompósitos compescere debemus, vnde idem propheta ei quam praemisimus sententiae praemittit dicens. Eiecit à facie eorum gentes, & statim subintulit, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis: prius enim gentes, hoc est mores indisciplinatos eiicimus, postea animi motus in ordinem redigimus, & ad modestiam inclinamus. Nihil aliud est terram in funiculo distributionis diuidere, quam in eo quod cuique virtuti est proprium, etiam mensuram attendere. Vis videre quanta cautela in hac virtutum mensuratione sit adhibenda, quanta discretio exhibenda? Parcitas si se infra mensuram cohibeat, in auaritia se praecipitat. Largitas si se ultra modum extendit, in prodigalitate se effundit. Quidam quasi necessitatis gratia dum cibo potuique nimis indulgent, carnis contra se bella incauti commouet. Alii dum carnem immoderate macerando affligunt, solacium suum vnde ad bonum adiuuari poterant,

Esai. 5.

Psal. 61.

Psal. 59.

Nam. 33.

Psal. 77.

Ibidem.

Diuidere terram in funiculo distributionis quid,

improvidè perimunt. Innumera sunt huiusmodi in quibus homines saepe fraudant, & fraudantur; decipiunt & decipiuntur. Sed dices mihi. Ecce iam per experimentum didici, quia hic discretionis oculus quem dextrum dixisti, frequenter mihi falsa pro veris affirmat, in iudicio multoties errat, & dum parum discernit, me non parum scandalizat. Et ego tibi respondeo, quia si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proice abs te. Melius siquidem tibi est cum vno oculo ingredi ad vitam, quam duos oculos habentem mitti in gehennam. Quid ergo inquis, quoniam quae modo viam mandatorum Dei monoculus inoffenso pede percurrere quam nec modo duorum beneficio oculorum adiutus valeo sine errore consummare. Audi igitur quid facere debeas, qui forsitan parum acutè consideras. Au- rem, & linguam apposuit qui tibi oculum dedit. Habes igitur quo queras, quo audias, si aurem & linguam te habere non dissimulas. Quere itaque domum videntis qui parum vides, à quo quid te oporteat facere quo currere audies. Melius tibi est manu duci, quam vltro errorem sequi. Melius proinde tibi est cum vno oculo ingredi ad vitam, quam duos oculos habentem mitti in gehennam. Si ergo oculus tuus dexter seducit te, si omnino scandalizat te, erue eum, & proice abs te. Sinistro (vt dictum est) oculo vitam nostram circumspicimus, dextro vero qualis sit, vel qualis esse debeat diiudicamus. Sed si in discernendo errat, nos utique scandalizat. Si ergo oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice à te. Nusquam legisse me memini vt oculum sinistrum erere debuisses. De dextro hoc ex praeepto iniungit, si in eo erroris scandalum inuenissem. Cur hoc? Idcirco (vt arbitror) quia vitam propriam me melius nullus scire potest, sed eam alius me multo melius secundum discretionem disponere potest. Debemus itaque vitam nostram spiritualium viorum, & maxime praetatorum discretioni committere, qualibus no- uimus ipsum Dominum claves regni caelorum commisisse.

Adnotatio in Psalmum CX XI.

**L**aetatus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Adam alloquitur Euam Adam hic consolatur Euam dicens: laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Non iam pro magno habet Adam reuerti in domum suam, neque enim dicit. Laetatus sum pro eo quod ibimus in domum nostram, sed iam post erumnas diuturni exilii praesumit se peruenturum ad domum Domini. Vis nosse quis sit iste Adam, vel quam dicimus hanc eius Euam? Per Adam intellige rationem, per Euam accipe affectionem. Duo sunt intellectus & affectus. Duo nominantur anima, & spiritus. Duo quidem non per essentiam, sed per efficien-

Cur dictum sit erue oculum dextrum si te scandalizat, & non sinistram.

Rō per Adā, affectio per Euā intelligitur.

scientiam. Anima viu't, spiritus discernit. Ad animam pertinet dilectio, ad spiritum cognitio. Habes igitur Adam, habes & Euam. Prius Adā formatus est, postea de Adā Eua facta est. Prius enim debemus per rationem quid amandum sit prudenter eligere, deinde secundum electionis iudicium quod amandum est ardentem diligere. Præcedat ergo cognitio veri, subsequatur dilectio iusti. Prius est discernere, postea amare. Prima discretio fiat inter bonum & malū. Secunda subsequatur inter bonum, & optimum, & tunc ex ipsis optimis eligamus, quid potius per amorem amplecti debeamus. Non enim omnia possumus omnes. Vides ne quemadmodum de toto Adam quædam quasi particula eligitur, vnde Eua formetur. Nam bonum & malum discernere, bonum est, sed malum & bonum diligere, malū est, immo utrumque amare impossibile. Utrumque tamen cognoscere, laudabile. Sed & de ipsis bonis, quia non omnes omnia possunt, pars quædam excipitur, vnde in Adā adiutorium Eua formetur. Nam si in electionis iudicio Eua Adg non contradicit, profecto eum in veritatis cognitione valentiorē reddit. Nam ex amore cognitio proficit, sicut ex cognitione amor conualescit. Si vero rationem amor in veritatis inquisitione non subleuat, discretionis oculus citius caligat, & tunc ei eius adiutorium in contrarium vertitur, cum per eam ad erroris caliginem deiicitur. Toties verò Adam Eua de Paradiso in exilium mittit, quoties a veritatis inquisitione deiectam affectio rationem vanis cogitationibus inuoluit. O quoties per Euam Adam deiecitur à domo sua. O quoties per Euam seruire cogitur in domo aliena. Domus Adæ, veritas: domus diaboli, vanitas, domus Dei æternitas, de quo dicitur qui habitat æternitatem, de qua profecto domo hic dicitur, vbi Eua suam Adam alloquitur. In domum domini ibimus. Tunc Adam reuertitur in domum, cum de studio vanitatis redit ad inquisitionem veritatis. Intrat autem domum Dei, cum post diu quæsitam & vix inuentam veritatem per excessum rapitur ad æternitatis contemplationem. Adam vbi es? Vbi te vides? In paradiso, an in exilio? Adam inquam vbi es? Cogita quid cogites, & inuenies vbi es. Si vanitatem cogites, in vanitate es: si vanitatem amas, vanitas es. Nec iam tibi dico Adam vbi es, sed dico Adam quis es? Credo confunderis, & confiteri erubescis. Propheta dicat qui te non palpat, *Vniuersa*, inquit, *vanitas omnis homo viuens*. Non tantum vanitas, sed vniuersa vanitas. Vanitas mutabilitatis, vanitas mortalitatis, vanitas iniquitatis, quia vniuersa vanitas omnis homo viuens. In hac triplici vanitate homo seruit, ut in exilio, in hac diabolus regnat, ut in propria domo: Eiectus namque diabolus de domo æternitatis, erigit sibi fabricam de multiplicitate vanitatis. De vanitate mutabilitatis, extendit sibi porticum, & de vanitate mortalitatis erigit

Quoties Eua mittit in exilium Adam:

Psal. 39.

Triples vanitas i qua homo seruit & diabolus regnat

sibi domum. De vanitate iniquitatis, collocat sibi thalamum. Vide homo cuius seruus sis si adhuc vanitatem diligis. Quid patriam facis de exilio, quid carcere frueris ut domo? Educ domine de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo. Alioquin obsecro te domine, tolle à me animam meam. Tædet etenim animam meam vitæ meæ, quia vniuersa vanitas omnis homo viuens. Expediit ergo domine (ut ait Tobias) mori magis quam viuere, quia vniuersa vanitas omnis homo viuens. Nonne Domine propter te est quod tota die mortificamur, ut tandem aliquando moriamur, quia vniuersa vanitas omnis homo viuens. Moriatur ergo obsecro domine anima mea morte iustorum, ut ulterius iam non sim homo viuens: quia vniuersa vanitas omnis homo viuens: Reduc me domine interim in domum meam, ut tandem introducas in domum tuam. Primo fige me in amore veritatis, postea subleua ad gaudium æternitatis. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, & eripis me de domo aliena. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, & ero in domo mea. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & sum in domo tua. Si me reuocas interim ad domum meam, sperabo me quandoque introire in domum tuam, ut & ipse cantare possim. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus. Lætatus sum (inquit) in his quæ dicta sunt mihi. Adhuc (ut audio) lætatur in spe, nondum de re. Non enim dicit in his quæ data sunt mihi, sed potius in his quæ dicta sunt mihi. Audiam & ego quid loquatur in me Dominus Deus meus. Si forte dicat & mihi, si forte tale aliquid promittat & mihi. Loquere ergo domine, quia audit seruus tuus. Quid mihi Domine dicis? Dicitio tua, inspiratio tua. Inspira ergo mihi obsecro domine per Spiritum sanctum tuum huius rei fiduciam, ne hoc sibi arroget spiritus meus per superbiam. Dicatur hoc mihi a te, non fingatur à me, & tunc cantabo & ego. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus. Ibimus (inquit) loquens Adam, dicere noluit ibi. Alloquens Euam suam, discrete noluit ibi, sed ait ibimus. Superius dictum est, quod per Adam rationē, per Euam intelligimus affectionem, per domum Dei æternitatem. Ad Adā pertinet cognitio, ad Euam dilectio. Si æterna cogitas, sed æterna non amas, ita quidē Adam, sed solus. Si æterna cognoscis, si æterna concupiscis, ita utique Adam, sed non solus. Superna cognoscere, superna diligere, est Adam & Eua simul ire. Debet Adam contemplari, debet Eua congratulari. Si vides & gaudes, simul sunt Adam & Eua. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus. Apostolus gloriatur se raptum fuisse vsque ad tertium cælum, iste (ut audis) se sperat iturum. Primum cælum, subtilitas intelligentiæ, secundum cælum, claritas iustitiæ, tertium cælum, sublimitas gloriæ. In pri-

2. Cor. 12.

In primo cælo contemplatio veritatis, in secundo cælo dilectio æquitatis, in tertio cælo plenitudo æternæ iucunditatis. De primo & secundo cælo dicit Apostolus: *Nostri conuersatio in cælis est*, non dicit in cælo, sed in cælis, ne de vno solo intelligas. De tertio dicit. *Scio hominem huiusmodi raptum vsque ad tertium cælum*. Multum diuersa sunt rapti, & conuersari. In primo & secundo conuersatur: ad tertium verò cælum rapitur. Si in primo cælo, hoc est in veritatis certitudine non esset, non esset catholicus. Si in secundo cælo, hoc est iustitiæ soliditate non degeret, non fuisset vti que iustus. In primo accipit ut fidelis existat, in secundo autem hoc agit, ut bonus fiat. In tertio verò quædam dabitur ut beatus permaneat. In primo illuminatur ignorantia: in secundo extinguitur concupiscentia, in tertio absorbetur miseria. In primo igitur, & secundo interim conuersari potest, ad tertium rapti valet, ire autem non potest. Toties ad tertium admittimur, quoties per excessum mentis illa interna & æterna dulcedine aliqua ex parte fruimur. Tunc ad tertii cæli secreta mens cuiuslibet perfecti rapitur, cum æternæ illius felicitatis pelago absorbetur, & supercelestis torrentis voluptatis eoulsue inebriatur, ut non solum exteriora omnia per memoriam nesciat, sed ipse etiam sibi in obliuionem veniat, ita ut postmodum ad se reuerfus cum Apostolo proclamet & dicat. *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit*. Quod igitur Apostolus vocat tertium cælum, hoc iste (ni fallor) intelligi vult per domini domum, vbi dicit in domum domini ibimus. Sed Apostolus attestatur se raptum, iste (ut superius diximus) se sperat, & asserit iturum. Multo excellentius, multo dignius est ire posse per seipsum, quam rapti, & portari per quemlibet alium: introitus enim eius qui ab alio rapitur, quandiu ei per seipsum posse intrare non conceditur, introitus inquam eius non ex voto pendet introire volentis, sed ex gratia & beneficio portare volentis. Si enim per me intrare poterō, ingrediar vti que cum ipse voluerō. Quem autem adhuc ab alio portari necesse est, læpe etiam cum voluerit, nisi cum portatori placuerit intrare non potest. Quid ad hæc ergo dicemus? Nunquid vel iste aliquid obtinere potuit, quod Apostolus obtinere non meruit? Sed Apostolus gloriatur de præterito, is autem loquitur de futuro. Apostolus gloriatur de re, iste lætatur in spe: vnde & dicit. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Frater si te circumfulget lux veritatis, tenes primum cælum. Si te succendit flamma caritatis, inhabitas secundum. Si delibasti gustum quandam internæ suauitatis, admissus es ad tertium, si tamen gustasti quia dulcis est dominus, ut cum Propheta proclamare possis, quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Attende quid dicat, si gustasti inquit. Credo quia non nisi gustus quidam datur

Quid sit raptus ad tertium cælum:

2. Cor. 12.

Quis tenet primum cælum. Quis secundum. Quis tertium.

his qui adhuc rapiuntur. Nam postea quam ipsi per se ire poterunt, inebriabuntur, inebriabuntur enim domine ab vbertate domus tuæ, quando torrente voluptatis tuæ potabis eos. Frater aliud est gustare, aliud est potare: gustum accipimus ad experientiam suauitatis: potus dabitur ad affluentiam ebrietatis. Si accepisti gustum, securus expectabis & potum. Cantabis itaque: cū lætitia, psallere potes cum fiducia. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c. Hoc autem frater diligenter attendendum, & maxime memoriæ commendandum, quia Adam sine Eua velle intrare non multum laudabile, Eua sine Adā posse intrare omnino impossibile. Quid enim prodest æterna cognoscere, & æterna nolle diligere? Æterna autem si prius non cognoscas, omnino non amas. Sola igitur æterna præ oculis habere, solis æternis inhærere, est Adam & Eua simul secundum quandam modum intra domū Dei esse. Rapiuntur interim ad gustandum, intraturi quandoque non ad gustandum, sed ad inebriandum, ut sperare audeant, & confidenter psallant, in domum domini ibimus.

Annotatio in Psalmum CXXXIV.

Omnia quæcumque voluit dominus fecit, in celo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Si inuenit cor intelligentia lucidum ut cælum, vel econtrario ignorantia tenebrosum ut abyssum. Item si reperit mentem constantia solidam, ut terram, vel econtra concupiscentia lubricam ut aquam, vbi que quidem, & semper omnia quæcumque voluit fecit in celo & in terra, in mare, & in omnibus abyssis. *Educens nubes ab extremo terræ*. Terræ nostræ extrema, peccata infima, & opera abiecta. A tali extremitate nubes producit, quia ex turpitudinis nostræ recordatione caligo confusionis generatur. Sed nubes huiusmodi dum mentem obnubilat, contra concupiscentiæ æstus, quasi contra solis ardores refrigerium præstat. Nam qui peccasse se meminit, & se peccasse erubescit, quanto plus de præterito dolet, tanto amplius de futuro se cautiorem exhibet. *Fulgura in pluuiam fecit*. Ante fulgura nubes producit, & item fulgura pluuiæ sequitur. Nubes caligo confusionis, fulgur terror maiestatis, pluuiæ fletus compunctionis. Dispensante itaque diuina pietate, prius ante mentis oculos turpitudinis nostræ memoria reducit, & postmodum in eorum recordatione diuini terroris formidine concutitur, tandem inter confusionem, & forminem depræhensa, & diu fatigata in fletu compungitur. Nubem super me aspexi, quotiescunque confusio faciei meæ cooperuit me. Fulgura excipio, quando terrores domini militant aduersum me. Pluuiæ descendit, quoties potui lacrimis meis lectum meum rigare. *Qui producit ventos de thesauris suis*. Sicut spiritus vbi vult spirat

Extrema terræ nostræ quæ.

Fulgura nubes & pluuiæ quæ si gnificat.



spirat, sic nihilo minus & quando vult spirat. A Et sicut hic audire potes; post pluviam venti producantur. Beati enim qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Aliter spirat spiritus timoris, & aliter spiritus pietatis, atque aliter spiritus fortitudinis. Tales ventos producit dominus de thesauris suis. Quando divina scriptura arcana rimamur quosdam thesauros celestis scientiæ, & sapientiæ miramur. Sed dum tali admirationi vehementer insistitur, diligentius intenditur, attonita mens nunc spiritu sapientiæ, nunc spiritu intellectus, nunc spiritu consilii, nunc spiritu scientiæ, tangitur. *Qui percussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus.* Initium omnis peccati superbia, gignunt tenebræ erroris talia primogenita, quia per spiritum Dei spiritus diaboli deicitur, & per spiritum mansuetudinis spiritus elationis confunditur. Rectè postquam venti producantur, primogenita Aegypti moriuntur. Venti sunt divinæ aspirationes. Primogenita Aegypti diabolica elationes: primogenita Aegypti humanæ presumptiones. Alii superbiunt de rebus corporalibus. Alii intumescunt in rebus spiritalibus. Verè brutus & animalis sensus, quando ad imaginem Dei factus animus ex his intumescit quæ sibi communia sunt cum peccatoribus. Alii igitur superbiunt de vanitate: alli de sanctitate. Superbia vanitatis est primogenitum pecoris, arrogantia sanctitatis est primogenitum hominis. Plante itaque aura divini spiritus, percutiuntur primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus. Flante etenim spiritu timoris, facile deicitur omnis timor elationis, quanto magis spirantibus aliis, atque aliis, nunc his nunc illis invicem sibi succedentibus? *Et misit signa & prodigia in medio tui Aegypti, in Pharaonem, & in omnes servos eius.* In Aegypto hoc est in tenebris sumus, quamdiu in hoc mundo vivimus, ubi conscientias nostras invicem non videmus, immo quod est gravius nosmetipsos plene non cognoscimus. Sciendum itaque quia universæ plagæ quibus Aegyptus à domino percutitur, à rectè intelligentibus quasi quædam futurorum malorum præfagia esse dignoscuntur. Nam non solum quæ mala post mortem in anima sola sequantur significant, sed etiam illa quæ post ultimum iudicii diem in anima simul & corpore à reprobris sentientur, præfigurant. Signa itaque sunt, quia quæ post mortem vniuscuique, quasi in proximo futura sint prætendunt. Prodigia autem, & quasi de præcædenti rectè dicuntur, quia quæ reprobris post iudicium permaneat præloquantur.

Quales videntur de thesauris suis producat.



Adnotatio in Psalmum CXXXIV.

**Q**ui producit ventos de thesauris suis. Quia divina spirationis flatum percipimus, cum in divinis scripturis celestis sapientiæ thesauros mirantes rimamur, & rimantes miramur. Pro his sapientiæ thesauris Apostolus exclamat, & dicit. *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.* Vultis autem scire qui sunt venti quos solet de huiusmodi thesauris producere? Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & spiritus timoris domini. Quattuor ex his pertinent ad intellectum, tres verò ad affectum. Ad intellectum enim pertinet sapere, intelligere, discernere, scire: ad affectum confidere, diligere, timere. Spiritus itaque sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & scientiæ, congruunt intellectui: spiritus verò fortitudinis & pietatis, & spiritus timoris conveniunt affectui. Sed scimus quia omnis affectio ex cogitatione oritur. Nunquam enim mens circa aliquid afficitur, nisi prius res ipsa per cogitationem videatur. Tres igitur illi spiritus quos ad affectum diximus pertinere, solent ex aliis ad intellectum pertinentibus exurgere. Nam constat quia ex spiritu sapientiæ, aliquando ex spiritu intelligentiæ, aliquoties ex spiritu consilii, quandoque ex spiritu scientiæ mens hominis ad fortitudinem erigitur, & ad constantiam roboratur. Spiritus sapientiæ spirat à meridie, spiritus intellectus stat ab oriente: spiritus consilii sonat ab Aquilone, spiritus scientiæ intonat ab Occidente: & sunt quattuor hi Cardinales venti: quando tamen spirant fortitudinem, habet unusquisque eorum duos suffraganeos, vñ hinc, alterum inde, quia modo inspirant pietatem, modo insufflant timorem. A quacunque enim cœli plaga fufflet medium locum tenet, & Cardinalis est spiritus fortitudinis, habens hinc inde sibi suffragantes, à dextris spiritum pietatis, à sinistris spiritum timoris. Hos igitur ventos producit de thesauris suis ipse cuius est ille thesaurus. Thesaurus autem (vt de ipso aliquid vel breuiter loquamur) quia magnus ad modum, multus, & copiosus habetur, per quattuor gazophilatias distinguitur. Primum fabricatur in parte Occidentali, ex sensu historico. Secundum erigitur in plaga Septentrionali, ex sensu morali. Tertium ex allegoria extractum stat ab Oriente. Quartum verò ex anagogen, in meridie. In gazophilatio Occidentali, reconditum est argentum eloquentiæ, in gazophilatio Septentrionali, reconduntur variæ & innumeræ virtutum gemmæ. In Orientali gazophilatio continentur purpura, & biffus, & cetera ornamenta regalia in variis sacramentis ecclesiæ. In meridiano autem gazophilatio custoditur aurum celestis sapientiæ. In primo fides eruditur, in secundo operatio instruitur, in tertio deuotio exercetur, in quarto celestium contemplatio inchoatur. Notandum autem

Rom. II. Quid per ventos de thesauris producos intelliged

Quis sit thesaurus producos ventos, eius que quattuor gazophilatia.

Quid monstruosum in hodie Christiano.

autem, quod Occidentale gazophilatium Orientale ostium respicit, & illi è regione opponitur, quia quicquid allegoria astruit, hoc historia in figura præcessisse ostendit, & sic dum se invicem respiciunt, vicissim sibi de veritate soliditate testimonium ferunt. Item Septentrionale gazophilatium meridiano similiter ostio opponitur & ipsum respicit, quia dum laborum merces è regione cernitur, in virtutum exercitiis libenter defudatur, & satis constat quod æqua sibi lance respondeant mensura laboris, & qualitas retributionis. Iunguntur Occidentale & Septentrionale gazophilatium, similiter Orientali iunctum est meridiano. Nam post historiam cognitam debemus querere moralitatem. Similiter post istam, per allegoriæ cognitionem proficimus ad anagogen. Per historiam quid factum sit, discernimus, per moralitatem quid faciendum sit, cognoscimus, per allegoriam sacramenta ecclesiæ quomodo præcedentium rerum figuris prænunciata sint, intelligimus. Per anagogen inuitibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciamus. De talium ergo gazophilatorum abditis penetralibus prodeunt flatus divinæ aspirationis, iubente tamen illo qui producit ventos de thesauris suis. Et videntur de singulis gazophilatiis tres venti procedere. Qui autem ex quibus prodeat, quia ex præcedentibus patet superfluum est designare. Hi sunt duodecim venti qui discurrunt, & perflant totam terram viuentium, totam terram dicit Emanuel. Flant autem nunc hi, nunc illi, quomodo, & quado vult Rex, & dominus ventorum, non fabulosus Eolus, sed ille qui ascendit super Cherubin, & volauit super pennas ventorum.

Annotatio in Psalmum CXXXVIII.

**I**mperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, & nemo in eis. Alia est imperfectio formæ, alia imperfectio staturæ. Ista est qualitatis, illa est quantitatis. Vna quæ quisque talis est qualis secundum naturam esse debet. Alia quæ quisque tantus quantum naturaliter crescere debet. Prior videtur in pueris: secunda inuenitur in adultis. Puer quando omnia membra sua habet, secundum formam perfectus est, & tamen secundum staturam perfectus non est. Monstruosi partus quantumcumque crescunt, illam perfectionem quæ secundum formam est non recuperant: fides sine bona operatione, bonum opus cum infidelitate: castitas cum superbia, humilitas cum luxuria, totum hoc monstruosum facit, & nihil horum ad Christianam perfectionem attingit. Qui talis est Christi non est, nec de eo dici potest, imperfectum meum viderunt oculi tui. Qui autem iustitiam habet, quamuis perfectam non habeat, ad Christum vtique pertinet quamuis perfectus nondum existat. Rectè de eo Christus

loquitur ad patrem. Imperfectum inquit, non quemlibet, sed imperfectum meum viderunt oculi tui. Quamuis tales exeant de corpore respiciuntur intuitu diuinæ gratiæ, respectu diuinæ misericordiæ. Quia imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Qui omnes? Manifestum est quia omnes sui, omnes qui sunt Christi. Si (inquit) imperfectum meum, quanto magis perfectum meum? Omnes ergo mei à te videntur, & in libro tuo omnes mei scribentur. Sed queramus quis sit iste liber in quo omnes sui scribentur. Si dicimus hunc esse librum viuentium, profecto ibi non solum sui, sed etiam alieni scripti sunt, de quibus alibi dicitur: *Deleantur de libro viuentium.* Si dicimus librum vitæ hunc esse ibi forsitan iam scripti sunt, & quomodo tunc ibi adhuc scribendi sunt? Sic enim dicitur & in libro tuo omnes scribentur, nisi forte futurum pro præterito ponatur.

Annotatio in Psalmum CXXXVI.

**I**n salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Salices arbores sunt steriles, & nullum penitus fructum afferentes. Quid ergo in eiusmodi arboribus rectius datur intelligi, quam sterilitas boni? Sed hæc in ructuositas, boni; sterilitas quandoque dominatur in opere, quandoque in sermone, aliquando in cogitatione, quandoque in affectione, quandoque in aliquibus horum duobus, vel tribus quandoque etiam in omnibus. Ecce quattuor salicia, sterilitas affectionis, sterilitas sermonum, sterilitas cogitationum, sterilitas affectionum. Sterilitas sane actionum est, quando subtrahitur gratia bene operandi, sterilitas sermonum, quando subtrahitur gratia bene dicendi, sterilitas cogitationum, quando subtrahitur gratia rectè intelligendi, sterilitas affectionum, quando subtrahitur gratia rectè affectandi. In his sane omnibus modo cõceditur, modo subtrahitur gratia diuina, sed modo vna, & modo alia, nec solum malis, verum etiam bonis, sed bonis ad bonum suum, malis ad malum suum. Omnia siquidem cooperantur ad bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ad hoc enim electis gratia diuina aliquando subtrahitur, vt unusquisque intelligat quid sit de ipso. Ad hoc autem datur vel reparatur, vt intelligat quid sit ex munere diuino. In vno eruditur ad contemptum sui, in altero autem ad amorem Dei. Ex vno proficit ad humilitatem, ex altero promouetur ad caritatem. In his autem duobus est & fundamentum bonitatis, & consummatio virtutis. Est adhuc & aliud genus sterilitatis, ineptia videlicet vanæ intentionis, quod coipso cæteris omnibus aliis detestabilius sit, quo cætera omnia corrumpit. Quicquid enim ex hac radice nascitur, sterile proculdubio, & infructuosum efficitur etiam si bonum esse videatur. Nam quicquid boni agimus, & dicimus, ex sinistra intentione

Psal. 68.

Sterilitates quattuor i salicibus expressæ q:

Subtractio diuinæ gratiæ quò iuuet electos



tionem corrumpere & annihilare possumus. Habemus itaque quinque salicia, & omnia Babylonica. Primum consideratur in sterilitate actionis, secundum in sterilitate sermonis, tertium in sterilitate cogitationis, quartum in sterilitate affectionis, quintum in sterilitate intentionis. In his omnibus erubescimus, in his sanè omnibus erubescere debemus, in his omnibus merito confundimur, & quid aliud pro his omnibus quam confusionem meremur? Rectè ergo huiusmodi salicia Babylonica dicta sunt, quæ semper confusionem adducunt; Babylon namque confusio interpretatur, unde & rectè ad illam spectare videntur quæ confusionem operantur. Sunt igitur quinque salicia, quia infirmitatis humanæ sterilitas est quinquepartita. Sterilitas actionis intelligitur in eo quod per Prophetam dicitur: *Et defecerunt in vanitate dies eorum*. De secunda sterilitate, locutionisque vanitate est illud eiusdem Prophetæ: *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum*: Sterilitas cogitationum damnatur in eo quod dicitur: *Væ qui cogitatis inutile*. Sterilitas affectionis reprehendit qui dicit: *Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium*. De quinto sterilitatis genere possumus & illud rectè intelligere: *Cor eorum vanum est*. Quid est cor vanum, & inane habere, nisi consilium suum in vana, & inutili intentione figere? Notandum autem quod in suburbio ipsius Babylonis crevit primum salicium, circa portam secundam, intra muros tertium, circa medium civitatis, quartum, in eiusdem autè civitatis medio, & intimo quintum, & vltimum. Extra civitatem, & quasi in eius suburbanis primum salicium esse iam diximus, quia opera nostra adinuicem videmus, nam cogitationes, vel voluptates alienas omnino videre non possumus, sicut & illi qui extra civitatem sunt, non nisi exteriora videre possunt. Per oris officium interiora nostra prodere, & in publicum proferre solemus, & ipsum idcirco quasi quandam civitatis nostræ portam habemus, iure ergo secundum salicium velut ad portam civitatis esse dicitur, si rectè in eo sterilitas locutionis intelligitur. Cætera tria salicia intra civitatem esse diffiniimus, quia qualitatem cogitationis, affectionis, intentionis soli ipsi intra nosmetipsos videmus. Nemo enim novit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui in ipso est, & quidem affectio quam sola cogitatio animum profundius penetrat: & idcirco sterilitas affectionis quasi interiorum locum occupat, intimum & summum locum intentio obtinet, quia cogitationi, & affectui, præsidet. Rectè ergo quintum salicium in medio Babylonis esse dicitur, in quo sterilitas intentionum figuratur. Hæ sunt illæ arbores steriles, hæ sunt illæ salices omni fructu carentes, & in medio Babylonis crescentes, vanæ videlicet intentiones. In quibus organa suspendunt, qui infirmitatem suam veraciter eru-

Psal. 77.

Psal. 11.

Mich. 4.

Psal. 4.

Psal. 5.

Cor vanum quid. Salicta vbi & quo crescunt.

bescunt. Quid est organum suspendere, nisi verbum prædicationis subtrahere, & præconia veritatis reticere? Quid est autem eiusmodi instrumenta in salicibus suspendere, nisi propriam infirmitatem, cordisque sterilitatem attendere, & erubescere, & quæ ipse non feceris, vel facere non possis, aliis prædicare nullo modo præsumere? Toties igitur organa nostra in salicibus suspendimus, quoties ex infirmitatis nostræ recordatione, & consideratione bona quæ ipsi facere non valemus, vel nolumus, aliis prædicare erubescimus. Multos tamen videmus erubescenda, & detestanda agere, nihilo minus tamen prædicationis officium præsumere, quales quidem sunt qui arguuntur divina increpatione: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum*. Econtra autem sunt qui male agunt, & idcirco prædicationis officium erubescunt, atque refugium. Hi non tam in salicibus, quam in spinis organa suspendunt. Sunt alii qui nec magna bona, nec magna mala agunt, & tamen propter operum suorum sterilitatē verbum ædificationis verbum proximi subtrahunt. Et quid aliud quam organa sua in salicibus, sed circa Babylonem suspendunt? Alii propter inopiā eloquentiæ: alii propter inopiā intelligentiæ, solum, seu etiam coguntur ab officio prædicationis cessare, & hi quidem videntur organa sua in salicibus suspendere, sed aliis & aliis locis, nec tamen in medio Babylonis. Sed qui idcirco officium prædicationis refugit, quia sincera, & simplici affectione, vel intentione se illud implere non posse præsentit, hic proculdubio velut in medio Babylonis organa suspendit. Organum autem nostra non tunc tantum suspendimus, quando ædificationis verbum proximi subtrahunt, sed quoties meritis exigentibus ad laudem Creatoris in præconia veritatis inopes, & inanes sumus. Intelligimus enim in organis quamlibet modulationem mentis, vel oris, in præconia veritatis. Organum siquidem dum spiritum quem ad se ab imo trahunt exterius emittunt, suam, ac dulcem, & multiplicem melodiam efficiunt. Sic sanè, sic ad occultam inspirationem, ad spiritum sancti suggestionem, ipsiusque infusionem sollet mens hominis ex conscientia bona in summe bonitatis præconia erumpere, & nunc tantum corde, nunc corde simul & ore in Dei laudibus reboare. Quid itaque aliud sunt huiusmodi de quibus loquimur organa, quam quælibet cordis, vel oris modulatio, prompta in summæ veritatis præconia? Sunt autem organa quinque in quibus oportet nos in Dei conspectu resonare. Primum est doctrina veritatis, quando docetur quod ignoratur. Secundum est inflammatio voluntatis, quando ad id quod scitur, animus inflatur. Tertium est impetratio gratiæ, quando id quod scimus, & facere volumus, nec valemus, divinum auxilium imploramus. Quartum exhilaratio conscientia, quando pro bono cognito, diuque desiderato,

Quid nam sit organa nostra in salicibus suspendere.

Psa. 19.

Quinque organa quæ sonare debemus in conspectu Dei

desiderato, & tandem aliquando per divinum adiutorium expleto coram domino exultamus in ipso. Quantum est degustatio & admiratio internæ suavitatis, quando iam pro merito retributionis gustamus, & videmus quæ suavis est dñs, & coram ipso cum admiratione iubilamus. Primum itaque spiritualium organorum instrumentum est eruditionis, sicut exhortationis, tertium devotionis, quartum exultationis, quintum iubilationis. Ad eruditionem pertinet inductos docere. Ad exhortationem negligentes corripere. Ad devotionem domino supplicare. Exultationis est pro beneficiis divinis in dño gaudere, iubilationis est pro intimæ suavitatis experientia in admirationis magnitudine assurgere, & penè, vel penitus mente excedere. In primo itaque organo psallimus, quia id quod sciri oportet nescios docemus, in secundo tunc canimus, quia ad amorē bonorum quæ iam antea doctrina perceptorunt torpentes animos inflammamus. In organo devotionis personamus, cum orationi & gratiarum actioni vehementer insistimus: in quarto tunc organo modulamur, quia pro bonæ conscientia testimonio in dño gloriamur. Quinta organi melodia iam fruimus, dum pro dulcedinis inebriatione, & præ admirationis magnitudine in mentis stuporem abducimur. In eruditionis organo petimus, & in eiusmodi instrumento promptum, & expeditum se esse ostendit, qui de ipso proponit, constanterque promittit, os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. In secundo autem organo exhortationis instrumentum tam suaviter, quam salubriter cecinit, qui cum admonendi intentione personavit: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam dicitur*. In devotionis autem organo filium suum instructum esse voluit, qui præcipiendo advenit, & admonendo præcepit. *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo ut vias tuas dirigat*. Ad exultationis, vel iubilationis organa, & eiusmodi instrumentorum cantica quotidie admovemur, quotidie inuitamur. Venite exultemus dño, iubilemus Deo salutari nro. Sed sicut sunt diuersa genera organorum, sic proculdubio, & secundum diuersa instrumenta sunt diuersa genera canticorum, & quidem in vno, eodemque instrumenti genere oportet sæpe aliter & aliter psallere. Quis autem nesciat ad eruditionem pertinere, tam ad rectam fidem, quam ad bonos mores instruere? Pertinet vero ad fidei dogma scire, quæ sint vera, & quæ sint falsa. Ad morum autem instructionem pertinet nosse, quæ sint illa, quæ omnino committere non licet. Similiter & quæ sint illa, quæ fieri oportet, & omnino omittere non licet. Itè & quæ sint illa, quæ quidem impleta sic augent, vel cumulāt meritum, ut tamen omnia nullum omnino contrahant reatum. Pertinet itaque ad eruditionem modo astruere vera, modo refellere falsa, modo exigere debita, modo cohibere illicita, modo proponere, & consule-

Psal. 48.

Iacob. 1.

Tob. 4.

Psal. 94.

Quid ad organum eruditionis pertineat.

re optima. Primum est probationis, sicut est impro- bationis, tertium prohibitionis, quartum est præceptionis, quintum consultationis. Ecce quinque genera canticorum. Et spectant hæc omnia ad eruditionis organum. In primo quidem eiusmodi canticorum genere, propterea & expeditos nos esse voluit, quod dixit: *Parati semper respondere omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est fides, & spe*. In secundo autem eiusmodi canticorum genere oportet nos nihilominus instructos esse, ita ut simus semper parati omnem fallitatem repellere, infidelium argumenta, & carnalium contilia destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam Dei & in captiuitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. In tertio genere canticorum multipliciter personabat, qui dicebat: *Non machaberis, non occides*, & multa in hunc modum. Pertinet autem ad quartum genus canticum quod audis ab ore domini, dñm Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruias. Intellige de quinto cum audis ab Apostolo, bonum est mulierem non tangere. In idem concinit quod dñs dicit: *Si vis perfectus esse, vende, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*. Similiter & in exhortationis organo non semper psallimus vno eodemque modo. Modo namque exhortamur ad amorem virtutum, modo ad odium vitiorum, modo ad desiderium præriorum, modo ad timorem, vel cautelam suppliciorum. Ecce iam habes iterum quattuor genera canticorum. Primum est commendatio meriti, secundum condemnatio vitii, tertium promissio præmii, quartum comminatio supplicii. Commendatio est virtutis quod ab Apostolo audis: *Deus caritas est, & qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo*. Condemnatio est vitii, & pertinet ad secundum genus canticum, quod audis ibi: *Putredo ossium invidia*. Canticum satis dulce, canticum delectabile, & ad audiendum suaue, promissio hæreditatis æternæ. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit. Quartum genus canticum dictum est comminatio supplicii, quale est Apostoli: *Terribilis quædam expectatio, & ignis simulatio quæ consumptura est aduersarios*. Sicut & de prædictis duobus iam organis diximus, sic & in devotionis organo non semper vniformiter psallimus. Nam devotionis est, modo mala sua accusare, modo misericordiam implorare, modo misericordiam magnificare, tum pro indulgentia, tum pro qualibet impensa gratia. Ecce triplex canticum iuxta devotionis organum. Primum est confessio criminis, secundum supplicatio miserationis, tertium glorificatio miserationis. Canticum confessionis est: *Peccavi super numerum arenæ maris, & multiplicata sunt peccata mea, & non sum dignus videre altitudinem cæli præ multitudinem iniquitatis meæ*. Canticum supplicationis est: *Parce domine, parce domine, attende & fac*. Canticum glorificationis est: *Miserator, & misericors dominus pater*.

1. Pet. 3.

2. Cor. 10.

Exod. 20.

& Deut. 5.

Matth. 4.

1. Corin. 7.

Matth. 19.

Quomodo psallimus in organo exhortationis.

1. Ioh. 4.

Prou. 14.

Esa. 64. & 1. Corin. 2.

Hæb. 10.

Quibus modis vti- mur deuotionis organo.

Oratio Manaf. reg. Iuda. in extremo libri. 2. Paralip.

Dan. 9.

Psal. 85.

Geminus modus psallendi in organo exultationis.

3. Corin. 1.

Organum iubilationis vnicū tantum canticum habet.

Psal. 88.

Psal. 97.

Psal. 67.

Iob. 38.

*uens, & multa misericordie, & verax.* In organo aut exultationis geminus est psallendi modus. Nam modo pro merito propriis, modo de bonis alienis in domino exultamus. Omnis enim vera & ordinata exultatio, aut de proximo sui bono, aut de bonæ conscientie testimonio. Ecce duplex canticum, & utrunque secundum deuotionis organum. canticum gloriationis, canticum gratulationis, gloriatio de merito proprio, gratulatio de successu alieno. Vultis audire vnde gloriationis canticum esse soleat, vel potius vnde esse debeat? *Gloria nostra*, ait Apostolus, *hæc est testimonium conscientie nostræ.* Oportet autem in hoc organo & maxime secundum huius cantici genus, magnam psallendi peritiam habere, & cum multa cautela psallere. Nam difficile est valde in hoc cantici genere vllam dissonantiæ notam penitus non incurere. Si enim tenore gloriationis tuæ fistulam tangas, ut illud vnde gloriaris tuis meritis, vel viribus ascribas, ad eiusmodi fistulæ tuæ tactum sonum tam falsum, quam fractum inflata fistula reddet, & ad scædâ dissonantiam erumpet. Si igitur gloriari oportet, quod quisque gloriatur, in domino gloriatur, & sic de suis meritis, quasi de Dei muneribus letetur. Ad secundum autem in hoc organo cantici genus tunc proculdubio proficimus, cum veraciter scimus non tantummodo flere cum stentibus, verum etiam gaudere cum gaudentibus. Restat adhuc solū illud iubilationis organum, quod certe non nouit cantici genus, nisi vnicū, & vnicū, nihil namque aliud est canticum iubilationis, quam pro spiritali & inexperta suauitate, suauitatibusque magnitudine inter inenarrabilia tripudia cordis, magnitudo, & multiplicitas admirationis. Nemo autem hoc vltimū organi genus, modulandique instrumentum cæterorum comparatione parui pedit, pro eo quod canendi multiformitatem nesciat penitusque refugiat. Quod enim perdit in modulandi multiplicitate, totum recuperat, immo supra modum cumulat in modulationis suauitate, & suauitatis magnitudine. Iubilationis siquidem melodia quo cæteris est ad multipliciter steriliorem, eo cæteris omnibus est ad iucunditatem fecundior. Cæterorum sanè quodlibet ut multum hominem solet letificare, iubilationis autem organum solet & beatere. *Beatus*, inquit, *Populus qui scit iubilationem.* & in cæteris quidem organis solemus passim coram quibuslibet psallere. Iubilationis autem instrumento oportet & decet solam regie dignitatis præsentiam honorare, *Iubilare*, inquit, *in conspectu Regis domini.* Iubilationis canticum replet terram, lætificat cælum. *Iubilare*, inquit, *Deo omnis terra.* Vultis & hoc nosse de huiusmodi cantico, an forte, vel ipsum soleat resonare in cælo? *Cum me*, inquit, *laudabant astra matutina, & iubilabant omnes filij Dei.* Habes itaque ex quinque organis genera canticorum, decem & quinque numero, quinque in primo, quattuor in secundo, tria in tertio, duo in

quarto, vnum autem solum in vltimo. Hæc sunt cantica Syon, hi sunt hymni canticorum de quibus dicitur, vel psallitur, hymnum cantate nobis de canticis Syon. Ecce habes cantica graduum. Ecce habes quindecim genera canticorum. Primum ex canticis Syon est improbatio falsitatis, secundum comprobatio veritatis, tertium prohibitio præuaricationis, quartum præceptio iustificationis, quintum proposito perfectionis, sextum condemnatio criminis, septimum commendatio virtutis, octauum comminatio damnationis, nonum promissio beatitudinis, decimum confessio criminis, vndecimum supplicatio miserationis, duodecimum glorificatio miserentis, decimumtertium glorificatio humilitatis, decimumquartum gratulatio caritatis, decimumquintum & ipsum omnium vltimū, omniumque iucundissimum tripudium admirationis. Habes itaque quinque organa, habes & decem & quinque cantica. Organum eruditionis, organum exhortationis, organum deuotionis, organum exultationis, organum iubilationis. Bonū est itaque huiusmodi organa resonare, bonum est & eiusmodi cantica psallere. *Bonum est*, inquit, *confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.* Cantemus ergo non cui libet, sed domino Deo nostro. Abiit a nobis illis cantare vel psallere, qui nos solent in captiuitatem trahere, & in Babylonem abducere, & in confusionem deicere. *Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum.* Sed qui sunt, qui nos in captiuitate trahunt, & in Babylonem, vel confusionem adducunt, nisi superbia, & uana gloria? Ante ruinam enim exaltabitur cor: absque dubio ante ruinam cor exaltatur, & ante confusionem maniter gloriatur. Superbia, & vana gloria semper est causa ruinæ, & confusionis, & ipse utique sunt quæ ueraciter adducunt captiuitatem mentis. *Hymnum*, inquit, *cantate nobis de canticis Syon.* Nolūt superbia, & vana gloria domino Deo nostro cantari, sed sibi. Quid est Deo nostro psallere, nisi in his quæ dicimus non nostra, sed diuinam gloriam querere? Quid est superbia, vel uana gloria cātare, nisi ex his quæ dicimus, vel sentimus propriam gloriam, & excellentiam querere? Abiit a nobis talibus tyrannus seruire, & satisfacere velle. Alioquin satius erit intentionis nostre inanitatem, & sterilitatem attendere, & in falicibus in medio Babylonis organa nostra suspendere, quam talibus exactoribus psallere. Audi cui cātare deceat, cui denique psallere oporteat. Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite, psallite autē, sapienter, & exultate in ipso vehementer. Qui uiuit & regnat per infinita seculorum. Amen.

Cantica Syon quia decim enumerantur.

*Annotatio in Psalm. CXXXIV.*  
**E**ripe me domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me. Tentatio diabolica quandoque est subita, quandoque est violenta, aliquando fraudulenta. Subita est quando

Tentationes demonum uarias

Psal. 78.

Psal. 73.

Luc. 8.

Math. 13.

Spirituales viri fraudes demonum deprehendunt.

do rationis iudicium præuenit. Violenta est, quando virtutis nostræ possibilitatem excedit. Fraudulenta est, quotiescunque discretionis examen fallit. Secundum igitur modum tentationis tentator ipse fortitur sæpe proprietatem appellationis. Hinc est, quod scriptura sacra vitiorum incitatores demones, nunc aues nominat, nunc bestias, quandoque homines ex quadam similitudine appellat. Subito enim, & quasi auis volat, cum mentem ante deliberationem præoccupat. Sæpe etenim in tanta festinatione mens in turpem cogitationem labitur, ut prius quam aliquid inde deliberare possit, in delectatione rapiatur. Tentator ergo quasi auis volans est, cum venit subitus, vel improuisus. Sed tunc velut leo sæuit, cum sentitur violentus. Sæpe enim ex præcedenti culpa agitur, ut vehemens postmodum, & omnino intolerabilis tentatio suboritur. Sed cum ad vim faciendam licentiam non accipit, sæpe malignus hostis se ad fraudem conuertit. Cum igitur per astutiam præualere nititur, recte hominis appellatione designatur. Solus namque homo inter animalia ratione vitatur, vnde illis etiam quibus fortitudine inferior est, ex ingenii singularitate principatur. Quasi homo ergo est, quando vitur non tam fortitudine, quam calliditate, quando agit non tam fortiter, quam prudenter. De auius idem Propheta conqueritur cum alibi testatur dicens: *Posuerunt morticina seruorum tuorum escam volatilibus cæli.* Sed de bestis consequenter adiungit. *Carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.* Bestias et tunc metuebat, cum alibi domino in oratione proclamabat. *Ne tradas bestijs animas cōstitentes tibi.* Hic quia contra calidum tentatorem certat, in hidiatorem suum hominem appellat cum dicit: *Eripe me domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me.* Sed ne me hoc de meo sensu finxisse existimes, Euangeliū lege, & nunc per aues, nunc per hominem demones designari absque dubio inuenies. Ibi legis de semine quod secus uiam cecidit, *Quia uolucres cæli comederunt illud,* & de zizania dicit: *Quia inimicus homo fecit hoc.* Quod autem per uolucres siue per hominem ueritas non nisi demones designare uoluerit, subiuncta expositione manifeste declarauit. Quid lucidius, quid manifestius eo quod ibi dicitur inimicus homo est diabolus. Ab huiusmodi homine inimico, homine iniquo, & homine malo Propheta se eripi postulabat cum dicebat. *Eripe me domine ab homine malo,* ac si aperire fateat dicens. Vide quia talem, tã astutum hostem sustineo, cuius comparatione quasi brutum animal appareo. Quanto animal ab homine ex rationis priuilegio præcedit tanto intelligentiæ nostræ exiguitas, calliditatis eius magnitudine superat. Vix eius insidias aduerto, vix eius astutias deprehendo. Eripe me ergo domine ab homine malo. Spirituales quidem viri quasi homines sunt, qui eius fraudes facile deprehendunt. Carnalis autem iniquus, similes ei

comparati, velut animalia sunt qui eius insidias parum, vel minime aduertunt, veruntamen homines, & iumenta saluabis dñe, quemadmodum multiplicabis misericordiam tuam Deus. Eripe ergo me ab homine malo. Si te parū mouet quod quasi animal contra hominem pugno, quod brutus quodammodo contra callidum insidiatorem decerto. Si ergo te nō mouet quod hostis meus homo est, moueat saltem quod malus est. Eripe me ergo dñe ab homine, & c. Sequitur, *A viro iniquo eripe me.* Fortè aliis uerbis idem replicatur, & fortè per hominē malum, & virum iniquum idē accipitur. Videamus tamen ne fortè in his aliud aliquid lateat, quod ad ædificationē nostrā vtiliter innotescat. Plus itaque est esse virum quam hominē. Feminas siquidē siue pueros generali uocabulo dicimus homines. Sed scimus quia feminas viri virtute præcedunt, pueros vero tã prudentia, quã viribus antecedunt. Primo ergo, quia hoste suū callidū sensit, pro ingenii eius mira subtilitate cum hominē dixit. Sed quia postmodū deprehendit eum non solū prudenter, sed et fortiter agere, studuit eū conuenienti uocabulo virū appellare. Sic nãque solet sæpe excrefcere vis certaminis, pondus tentationis, ut quæ prius fuit tantū fraudulenta, fiat postmodum etiã violenta, ut quia tentator præualere non potuit per solam astutiã, vineat saltē per adiunctam uehementiã. Considerare libet in vno, eodēque modo tentationis, & pietatem diuinæ dispensationis, & fraudē diabolice peruerfitatis, prius enim fraudulenti hostis hominem leuiore tentatione appetit, ut si fortè leui impulsu ceciderit, tanto fiat eius excusatio minor, quanto fuerit tentatio leuior. Sed cum per minora certamina mentem cuiuslibet a suo proposito non deiciit, ad maiora subito se accingit. Longè tamen alia consideratione diuina dispensatio idem agere permittit, quæ in omne quod agit humanæ semper saluti consulit. Prius siquidem erudit hominē per leuiorem pugnam, ut eruditus discat tandem de grauioribus periculis reportare triumphū. Nihil enim aliud circa nos dñs facere, vel fieri permittit, nisi quod pium, vel quod iustum esse discernit. Hinc est illud: Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. E contra autem diabolus malum, & iniquum vocat, malum quia semper nocere desiderat, iniquum quia vltra æquitatis mensuram, modum sæpe percussio nis dilatat. Rectè enim malum dicitur propter intentionem malæ voluntatis, etiam tunc, cum in nostra afflictione non excedit metam æquitatis. Prius persequitur nos quantum culpa nostra exigit, sed cum hoc ad subuersionem nostram sufficere non posse videt, sæpè modum excedit. Sciendum tamen est, quia tunc ei diuina bonitas licentiæ frenâ relaxat, cum hoc humanæ utilitati militare posse considerat. Quia ergo Propheta videt tentatorem nostrum in omni eo, quod circa nos agit in alium intendere, dicit cum malū

Dispensatio diuina erga nos.

Psal. 144.



quia vero constat eum saepe metas æquitatis in nostra in festatione excedere, vocat eum iniquum, & dicit. Eripe me domine, &c. Cito hoc fieri voluit, quia non libera, sed eripe me dixit. Fortè & per vim fieri oportere credebatur, qui se creptione, non præceptione liberandum postulabat. Non tamen quod dominus hoc præcipiendo non posset, sed vt humano modo loquens, magnitudinem periculi ostenderet. *Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia.* Aliud est cogitare iniquitatem, & aliud est loqui iniquitatem. Quod adhuc cogitamus tantum, aliis quidem occultum est, quod autem loquimur, incipit etiam aliis esse manifestum. Coram igitur perfectis viris maligni spiritus iniquitatem cogitant, quia in quantum possunt fraudulentè persuasionis dolos occultant. Sub specie etenim boni bonis viris mala persuadere volunt, quia ad aperta mala eos omnino trahere non possunt. Quid igitur aliud est eos iniquitatem suam non loqui, sed cogitare, quam malum quod intendunt fraudulentè abscondere? Vide quibus gradibus malum crescit, primo cogitatur, postea dicitur, tandem clamatur, sicut scriptum est. Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam iniquitatem in excelso locuti sunt. Prius cogitauerunt, postea locuti sunt, demum in excelso locuti sunt. Cogitauerunt, hoc pertinet ad cogitationem, locuti sunt, hoc pertinet ad locutionem, in excelso locuti sunt, hoc pertinet ad clamorem. Quasi cogitant malum, & non loquuntur, cum quod suadent, malum esse dissimulant. Malum loquuntur, sed quasi in secreto, quado malum non abscondunt, sed excusant. Malum loquuntur & in excelso, quando quod manifestè malum est, quibusdam liberè imperant. Coram ergo perfectè bonis cogitant, coram imperfectè bonis, vel malis susurrant, coram perfectè malis clamitant. Sed & in vno, eodemque homine hunc ordinem seruant, dum ad perditionem eum rapere festinant. Prius occultum malum suadent sub boni specie, post manifestum malum sub excusatione, tandem publicè malum præcipiunt manifestè. Talè fortassis tunc temporis David senserant, cui apertè malum persuadere non poterant. Et idcirco iniquitatem cogitare quidem, non autem loqui præsumperunt, de quibus dicitur. *Qui cogitauerunt iniquitates in corde.*

Maligni spiritus quado iniquitatem cogitant.

Pl. 72.

Annotatio in Psalmum CXLIII.

**B**enedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. In manibus operatio, in digitis intelligitur discretio. Sententia trita, & penè nemini ignota. Sunt autem manus duæ, & unicuique digiti quinque. Manus vero alia dextra, alia sinistra. quandoque per dextram operatio bona, per sinistram intelligitur operatio mala. Quale est illud, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

**A** Quandoque in vtraque manu non nisi bonum exprimitur, cum per Prophetam dicitur: *In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis.* Neque enim ex malo opere diceret se Prophetam Deum quaerere, vel crederet se posse inuenire. Est autem (vt in commune nouimus) dextera fortior, sed sinistra lenior. Ad dextram ergo pertinent opera fortitudinis, ad sinistram officia mansuetudinis. Ad dextram rigor seueritatis, ad sinistram lenitas pietatis. Ad dextram denique exercitia iustitiæ, ad sinistram impendia misericordiæ. Dextera vero modo per se ipsam operatur, modo ex sinistra adiuuatur. Operatio autem solius sinistræ admodum rara, & penitus infirma, nisi fortè in his quæ naturæ ordinem confundunt, & de sinistra dextram faciunt. Iustitia alia cogens, alia permittens, iustitia cogens est, quæ nisi ad vnam partem omnino accommodari non potest. Quædam enim ex æquitate iustitiæ ita exiguntur, vt omnino nisi iniuste non prætermittantur, & quædam sic prohibentur, vt nunquam nisi illicitè vsurpentur. In his autem omnibus cum ea iuste exequimur, quasi in sola dextera operamur. Sunt autem & alia quædam quæ iuste fieri, & misericorditer possunt relaxari, & item alia e conuerso, quæ & iuste præteriri, & misericorditer possunt exerceri. In his autem misericordiæ operatio locum habet, & quantum iustitia permittens patitur, exercere se valet. Semper tamen in his quæ pie impendit, vel venialiter remittit, illud maxime caueat, ne iustæ æquitatis metas excedat. Quando ergo misericordiæ opera ita exequimur vt a iustitia non recedamus, quasi in vtraque manu operamur. Quando ergo ipsa iustitia ex misericordia conditur vel temperatur, dextera quodammodo, quasi ex sinistra adiuuatur, quemadmodum inuenitur scriptum, quoniam misericordia superexaltat iudicium. Ecce de manibus, modo de digitis videamus. Vtraque manus digitis distinguitur, vel ornatur, & ita iustitiæ, quæ misericordiæ operatio vt vtilis & ordinata sit, discretionem moderatur. Sunt autem digiti quinque, & discretionem quidem possumus quinque gradibus distinguere. Primus discretionis gradus est diiudicatio, secundus deliberatio, tertius dispositio, quartus dispensatio, quintus moderatio. Primum namque est diiudicare, & per discretionis examen quaerere quid sit licitum, quidve illicitum. Sed quia illa quæ licita sunt, non statim omnia expediunt, restat secundo loco ad consilium confugere, & multa deliberatione inuestigare in his omnibus, quæ licent, quid expediat, vel quid omnino non expediat. Quæsitio, & inuenio quid licenter, & vtiliter faciamus, incumbit adhuc agnoscere in rebus vtilibus quid, quomodo, vel quo ordine facere debeamus. Ordine gerendorum dispositio, atque præfixio, oportet saepe pro vario rerum euentu ad dispensationem.

Operatio manuum spiritualium quæ.

Operatio digitorum spiritualium quæ.

Discretionis gradus quinque.

ationis gratiam confugere, & secundum occasionem oportunitatem aliquid de proposito nostri rigore, & dispositionis nostræ ordine demere, vel mutare, quoniam humana dispositio, atque diuina non semper in eundem finem concurrunt, nec ad eundem exitum vsque quaque conducunt. Vltimum autem est in omnibus quæ ordinatè, & circumspectè agimus, modum congruum non ignorare, cognitum vero cum omni diligentia & longanimitate custodire. Primum itaque est diiudicationis, secundum deliberationis, tertium dispositionis, quartum dispensationis, quintum moderacionis. Per diiudicationem liquidem licita ab illicitis secerimus, per deliberationem inter tot licita vtilia ab inutilibus eligimus, per dispositionem iuxta electionis modum cuncta in ordinem redigimus, per dispensationem pro rerum euentu temporum oportunitati cedimus, per moderacionem in omnibus quam decet operum modestiam seruamus. Diiudicatio itaque discernit inter licitum & illicitum, deliberatio inter commodum & incommodum, dispositio inter ordinatum & inordinatum, dispensatio inter oportunitatem & importunitatem, moderatio vero inter moderatum & immoderatum. Diiudicatio est, quæ cuncta in iudicium adducit, & segregans bona a malis per illicita nos effluere non permittit. Deliberatio quæ nihil inconsultè agit, & quæ semper nos a rebus superuacuis restringit. Dispositio est, quæ cuncta inconfusè agit, nihilque penitus inordinatum relinquit. Dispensatio est quæ superuenienti occasione cedit, & humanæ infirmitati consulens, humanam dispositionem diuinæ dispositioni friuolè resultare non permittit. Moderatio est, quæ modum custodit, & in quibuscunque agendis modestiæ metas præterire non sinit. Notandum autem, quod discretio quandoque strictè accipitur, & tunc nihil aliud, quam quod superius diiudicationem diximus intelligitur, vt sint quinque gradus prudentiæ, discretio, deliberatio, dispositio, dispensatio, moderatio. Econtrario autem saepe deliberatio largius accipitur, vt subsequenti in se membra includere videatur. Quis enim dicat ad deliberationem vsque quaque non pertinere ordinem, recompensationem, modum, in agendis, mutandis, consummandis quaerere, & inuenire? Secundum hanc acceptionem prudentiæ videntur inesse tantummodo membra duo, discretio videlicet, atque deliberatio. Sic sanè verborum inopia facit nos eorum significationem modo extendere, modo restringere, vel alio quolibet modo mutare. Sed videamus modo quomodo, vel quam aptè respondeant quinque digitis superius assignatis quinque gradus discretionis non solum numero, vel ordine, sed & quadam qualitatis suæ proprietate. Primus digitus pollex, secundus index, tertius medius, quartus medius, auricularis autem vltimus, & minimus.

Quid agamus in primo gradu discretionis. s. diiudicationis.

Quid in secundo & in reliquis.

Quomodo quinque digiti respondeant quinque gradibus discretionis.

**A** Vide ergo quomodo solus pollex cæteris omnibus virtute, & positione respondet, quomodo cunctos præcedit, atque præpollat, vnde & nomen habet. Sic sanè diiudicationis examen debet, & solet primum locum tenere, cæterisque omnibus exercitationis vsu, & locum tribuere, vel administrare. Nam nisi discretionis iudicium præcedat, & licita ab illicitis secernat, cæterorum quodlibet non habet quod agat. Sola enim licita licitè electionem accipiunt, ordinem exigunt, recompensationem admittunt, mensuram requirunt. Electio autem ad deliberationem, ordo ad dispositionem, recompensatio ad dispensationem. Mensura vero pertinet ad moderacionem. Vides certè quomodo diiudicationis censura cæterorum quorumlibet officia præcedit, atque præcellit. Quando aliquid ostendere volumus, indice vti que hoc facere consueuimus. Vide ergo ne fortè indicis officium, vel locum deliberatio teneat, quæ semper quid nobis faciendum sit sua electione ostendat. Nam quamuis licitum aliquid esse discernimus, non tamen idcirco statim & faciendum putamus. Non enim quicquid licitum est, pariter & prodest. Sed quod veraciter vtile esse deliberatio probat, simul & faciendum esse nemo ignorat. Sic vti que dum quo facto opus sit quotidiana deliberatione indicatur, indicis officium ipsa nostra deliberatio explere videtur. Debet autem ad indicis similitudinem, secundum locum deliberatio tenere, & dispositionem, dispensationemque simul, & moderacionem præcedere. Ea namque quæ inutilia, & idcirco vitanda sunt, dispositionis, dispensationis, moderacionisve officia non requirunt. Proximum locum post indicem medius tenet, sic & deliberationem semper dispositio subsequi oportet. Nam illa vti que quæ per deliberationem eligimus, statim per dispositionem ordinare debemus. Medius autem ille digitus ille dici solet, qui inter cæteros medius, & summum locum tenet. Moris autem est rectorem medium & summum locum tenere. Inter eos vti que qui eis solent a dextris, & a sinistris assistere, vel assistere, inter eos inquam quorum solent officia disponere, misteria ordinare. Sic sanè dispositio veluti rectoris officio, vel loco fungitur, dum eius ministerio omnis operum nostrorum ratio ordinatur. Regentis, & præminentis officium gerit, quæ omnia seriatim circa se ordinat, atque disponit, sine cuius nutu nihil in actu prodire habet, nihil ad effectum exire oportet. Indicem, & medius medius sequitur, & deliberationem simul, & dispositionem saepe dispensatio comitatur. Superueniente occasione, & in idipsum urgente, multum diuersa saepe ex dispensatione agimus ab his quæ prius deliberauimus. Aliquando autem, & alio ordine quam disposuimus. Dispensationis igitur officio saepe agitur, vt tam



nostra deliberatio, quam dispositio meliori exitu concludatur, Debet itaque vtranque sequi, per quam oportet cum necesse fuerit vtranque corrigi. Infirmis autem membris, atque medendis palpani gratia medicus maxime adhibetur, indeque absque dubio quasi pro medendi officio, hoc nomen sortitur, & quid aliud quæso dispensatio quam morbida nostra palpat, dum infirmitatis nostre modum forti examinatione pensat, ut meritorum nostrorum dispensatio digna recompensatione respondere sciat, & medici officium explere valeat? Manus nostra in minimum digitum definit, & moderatio quidem omni oportuno operi congruum modum imponit. Hic est ille digitus, qui auricularis dicitur, pro eo sanè quod cæteris omnibus accommodatius purgandis auribus ingeritur, & ille absque dubio obauditionis aurem purgatam, & ad audiendum paratam gerit, mandatisque diuinis melius obaudit, qui in omnibus quæ agit, dignas moderatæ metas obseruat. Hos quinque quales distinximus discretionis digitos vtraque manus habere debet, & tamen iustitiæ, quam minime operatio, his sanè prudenter gradibus ordinari oportet. *Si nos, inquit Apostolus, dii iudicaremus, non vtiq; iudicaremur.* Attende obsecro quam vtile diiudicationis officium sit, quæ nos in conspectu iudicis iudicio absoluit. Ad deliberationis consilia nos mittit qui dicit: *Omnia fac cum consilio, & nunquam pœnitebis.* Nouerat sanè quia quibus omnia licent, non tamen & æqua omnia expediunt. Dispositionis ordo in operibus nostris cogita quam necessarius videatur, quando quidem in sermonibus nostris etiam obseruandus proponitur: *Iucundus, inquit, homo qui miseretur & cõmodat, disponit sermones suos in iudicio.* Dispensatorum, & eoispo dispensationum proprietatem, vel officium expressit qui ait. Hic iam quaritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Ad moderationis modestiã admoneris, cum audis, & legis: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Puto autem quia nihil firmiter, nihil fideliter & ad meritorum retributionem tenetur, quod in his quinque diiudicationis videlicet, & deliberationis, dispositionis, dispensationis, moderationisque digitis non restringitur, siue iustitiæ, siue misericordiæ, seu forte vtriusque manibus efferatur. Ecce de digitis, ecce de manibus, pro eiusmodi psallentem aduertimus, cum audimus: *Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Studeamus & nos in his manibus, vel digitis fortiter & prudenter agere, ne nos pudeat cum Propheta pari voce psallere. In manibus constanter, in digitis agamus prudenter. Manus ad constantem ne rigor iustitiæ nos vsque ad crudelitatem agitet, vel misericordiæ lenitas nos vsque ad dissolutionem emolliat. Omnis autem iustitiæ, vel misericordiæ exordinatio, immo qualif-

7. Cor. 12.

Eccles. 32.

Psal. 111.

1. Corin. 4.

Philip. 4.

Psal. 143.

Aunque transgressio, aut ex concupiscentia oritur, aut ex ignorantia procreatur. Ab illa vitia surgunt, ab ista errores originem trahunt. Vitia sæpe operationis nostræ manus enervant, & errores nihilominus discretionis nostræ digitos sciant, Vicia itaque manus, manus vitia opugnant, errores digitis, digitis erroribus rebellant. Sed vtrorumque congressus victoriam de eius virtute speramus, cui in Propheta psallimus: *Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas, ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Manus inquam ad prælium contra congressum vitorum, digitos ad bellum contra incursus errorum.

Annotatio in Psalm. LXXI.

**D**escendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Singularis, Gloria Mariæ. O Gloria Virginis, o gratia mirabilis, o gloria singularis. Stupenda dignatio prolis, stupenda dignitas matris. Qualis, quanta dedignatio prolis, Filium Dei Patris fieri filium hominis, dominum gloriæ, fieri Filium Mariæ. Qualis, quantaque dignitas matris, habere fructum fecunditatis cum flore virginitalis. Virginem habere Filium, nec qualemcunque, sed Deum. Verè singularis Gloria Mariæ, descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram: descendet, inquit, quis quæso, vel quo? Vnde, vel quomodo. Descendat sicut pluuia in vellus. Haud dubium quod Christus Iesus. Sed vnde quæso, vel quomodo? De sinu summi patris in vterum Virginis matris. Sed quis veniendi modus? sicut pluuia in vellus. Sicut pluuia in vellus descendit, ut saluum faceres genus humanum, te laudamus Deus noster. Ecce quis venit. Ecce vnde venit. Ecce quo requieuit. Ecce quomodo descendit. Quis venit? *Hic erit, inquit, magnus, & filius altissimi vocabitur.* Vnde venit. A summo cælo egressio eius. Egressus eius a principio, a diebus æternitatis. Quo descendit? Ecce *Psal. 118.* uirgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est nobiscum Deus. Quomodo descendit? Sicut pluuia in vellus. Audi apertius. Spiritus Sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ecce modus, Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Superueniet Spiritus Sanctus, obumbrabit tibi altissimi uirtus, hoc est sicut pluuia in vellus. Quomodo inquam descendit pluuia in lanam, stillicidia super terram? Quomodo (quæso) nisi placidè & quietè, vtiliter, & fructuosè? Profecto aliter descendit grandis in terram, & aliter stillicidia, grandis cum strepitu, stillicidia sine strepitu, grandis ad sterilitatem, stillicidia ad fertilitatem. Descendit ergo sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.

Luc. 11.

Psal. 118.

Matt. 5.

Aduentus Domini qualis.

Placidè in placidam, quietè in quietam, suauiter in suauem, benignè in benignam, iucundè in iucundam. Singularis gloria Mariæ, descendit sicut pluuia in vellus. Quid quæso facit, quid facere confuevit pluuia in vellere, stillicidia in tellure? Quid inquam operatur aqua in lana, vnde in terra? Profecto & absque ambiguo lanam lauat, terram rigat. Lauat ad emundationem, rigat ad fructificationem. Sic profecto vna eademque aqua sapientie salutaris, vna eademque gratia Saluatoris Virginem matrem fecundat, & mundat, mentem mundat, ventrem fecundat. Mundat mentem ad summam puritatem, fecundat ventrem ad excellentissimam prolem. O puritas mentis, o fecunditas ventris. O summa puritas, o singularis fecunditas. Quam beatus fructus ventris, tam gloriosa puritas mentis. *Benedicta tu, inquit, in mulieribus & benedictus fructus ventris tui.* O parens benedicta, o proles gloriosa. Singularis gloria Mariæ. Descendat sicut pluuia in vellus, descendat sicut pluuia in vellus virginis mentis, descendat sicut stillicidia in terram virginis carnis. Illam itaque emundauit, istam fecundauit. Sed nunc quid mundauit solam mentem? nunquid fecundauit solam carnem? Immo absque ambiguitate, & sine omni contradictione mundauit mentem & carnem, fecundauit mentem & carnem. Vna eademque vnde gratia Saluatoris exterit ignorantiam mentis, & extinxit omnem concupiscentiam carnis. Vna eademque aqua sapientie salutaris, carnem virginis fecundauit ad prolem, & mentem matris ad omnem virtutem. Vnam itaque, & eandem mentem reddidit vitis vacuum virtutibus plenam. Vni eademque carni contulit fructum fecunditatis, & conseruauit florem virginitalis. Sed nunquid secundum Gedeonis petitionem gratia vnde quasi ad vellere infusione prius solam impleuit mentem, postea autem velut terræ irrigationem, solam impleuit carnem? Nunquid prius carnem deseruit, ut mentem repletet? Nunquid postmodum a mente recessit, ut carnem fecundaret? Absit. Videte tamen ne fortè secundum aliquid prius infuderit solam mentem, & iterum secundum aliquid solam carnem. Vtique gratia vnde prius mentem solam fecundauit ad fidem, postea autem eadè gratia carnem solam fecundauit ad prolem. Fides in mente sola, proles in carne sola, prius fides, postea proles. Nisi præcessisset fides conceptionis, omnino non successisset fecunditas prolis. Fides præcessit, & proles successit, & fides recessit. Non enim adhuc credere, sed iam scire oportuit, quod rei experimento probauit. Rectè ergo dictum est, quia secundum petitionem Gedeonis, iuxta aliquid prius infudit solum vellus virginis mentis, & item postmodum iuxta aliquid, solam terram uirginis carnis. Verè singularis gloria Virginis Mariæ, descendit sicut pluuia in vellus. Quid est uellus, nisi lana a carne

Benedictus fructus.

C

D

Fides conceptionis in B. Virgine præcessit fecunditatem prolis.

recisa, & a carne sublata? O quale uellus illud uirginium pectus, longe remotum, ualde alienum a desideris carnalibus, & sordidis corporum passionibus. O quale uellus uirginis mentis, mundi cogitatus. O quale uellus uirginis pectoris, casti affectus. O quale uellus uirtutum omnium ornatus. Quis non gaudeat se uestiri posse de uirtutum uellere Beatæ Virginis Mariæ? O quatus, o qualis & quam gloriosus ornatus Ecclesiæ Catholicæ, & hoc de uellere Virginis Mariæ. Ois gloria eius filie Regis ab intus, in fimbriis aureis, circumamicta uarietate. Est itaque circumamicta uarietate, sed hoc de uellere Virginis Mariæ, pilis carnis, pilis sordidis, pilis caprinis ad ignominiam tegetis, si non hoc uellere uestiaris. Compara si placet pilos cum lana, & ex comparatione collige, quam sit specialis gloria in Virgine, & ex Virgine Maria. Cogita lanam in pilorum comparatione, & ex eius qualitate collige subtilitatem & sublimitatem mentis uirginis. O cogitationes subtiles, o sensus sublimes, quæ de mente Virgine surgunt, quæ se non in pilorum morem, sed in lanæ similitudinem subtilis, & longius extendunt. O sublimes, o subtiles Virginis intellectus, o sublimes, o subtiles Virginis affectus. O speciosum, o gloriosum uirginis pectoris uellus. Ex hoc pectore, omnium uirtutum ornatus, ex hoc pectore, totius gloriæ cumulus, & ecce quale Virginis Mariæ uellus. O specialis gloria in Virgine, & ex Virgine Maria. Descendat sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Quæ est illa terra, nisi matris domini caro uirginis? Rorate cæli desuper, & nubes pluuant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluator. De hac terra ueritas est orta. Veritas, inquit, de terra orta est. Ex hac terra germinauit illud lignum fructiferum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. De hac inquam terra germinauit lignum uitæ, nec qualifcuique; sed uitæ æternæ, & in æternum Beatæ. Verè fructus terræ sublimis, fructus æternæ beatitudinis. Gustate obsecro, gustate, & uidete, quam suauis, & quæ salubris est fructus terræ huius, & fructus ligni huius. O lignum fructiferum, o lignum saluterum, flores habet, fructum habet, flores internæ pulchritudinis, fructus æternæ beatitudinis, flores perfectæ bonitatis cum fructibus æternæ beatitudinis. O res miranda, & ualde stupenda. In vno, eodemque ligno sic fructus adueniunt, ut flores non recedant, sic fructus maturescunt, ut flores non marcescant. Ecce qualem germinauit fructum terra illa beata, quæ genuit Saluatorem, gloriosa Virgo Maria. *Sicut stillicidia, inquit, stillantia super terram.* In hac terra inuentus est lapis ille sine manibus excisus, qui creuit in motem magnum, & impleuit uniuersam superficiem terræ. Puto quia in hac terra secundum Moyse sententiam nascitur aurum, & aurum illius terræ optimum

Quæ egrégium uellus pectus B. Virginis

Gen. 2.

Iob. 18.

Aurum purum, natura humana purgata in Christo.

Ibi inuenitur Bdelliū & lapis Onychinus, Qualem quæso dicimus hanc terram in qua facile inuenimus si volumus aurum optimum & lapidem preciosum. Sed quid dicturi sumus de illius terre auro, auro tam optimo tam precioso. Puto, quod secundum hoc, quod in Beato Iob legitur. Quoniam & huic auro locus est in quo constat. Sed quis quæso huius conflationis locus, an forte ipse est verus virginitus? Quis huius operis constator, aurique mundator, nisi Spiritus Sanctus? Huius sanè operatione in ventre virginali constatum est aurum, & decoctum ad purum, natura humana purgata, & ab omni labe mundata, verbo vnita, & in vnam personam coniuncta. In hoc constatorio, & ex huiusmodi auro formatus est annulus, lapis preciosus, & in eo imposita est forma summi regis, & imago impressa, & plenè expressa, Aurum optimum caro Christi lapis preciosus, anima Christi figura, & imago patris, diuinitas Christi. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, nihilo minus tñ humanitati nostræ est vnitus, vt ex duabus naturis, tribusq; substantiis esset quasi in vnum annulum iunctus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, & fieret dexteræ excelsi ornatu. Huius annuli signaculo signatum est illud edictum, vel chirographum, in quo liberata est captiuitas Iudæorum. Hic est annulus Aman Principi ablatu, & Mardocheo regia clemētia commissus, & quem hæretica peruersitas perdidit, ordo catholicoꝝ doctoruꝝ acquisiuit. O si quis in nobis factus filius prodigus, qui dudum mortuus est, & iam reuixit, perjerat & inuentus est. Date hūc annulum in manu eius, & calceamēta in pedibus eius. O quanto honore vnusquisque nostrum in hoc annulo donatur, quādo quidem in eiusmodi ornatu & ipse pater gloriatur. Ecce qualia, ecce quanta bona contulit nobis virgo mater nostri Saluatoris. Ex eius velle vestimur, & ornatur. Ex fructu terræ illius pascimur et sanamur, decoramur, et coronamur, gloriamur. O verè spiritualis, o verè singularis gloria in virgine, & ex virgine domini matre.

Annotatio in Psalm. XC.

Tentatio nūm genera septem.

Importuna tentatio quæ

Dubia quæ

Scuto circumdabit te veritas eius, non timoris a timore nocturno. A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & demōnio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dexteris tuis. Septem sunt genera tentationum, prima est importuna, secunda est dubia, tertia subita, quarta occulta, quinta violenta, sexta fraudulenta, septima perplexa. Importunam tentationem illam dicimus quam a recordationis nostræ oculis amouere vix possumus, quæ sæpe amota, semper ad animum redit, & ipsum omni penè hora inquietat. Dubia quæ re non definit. Tentatio dubia est, quæ ani-

mum ita ambiguitatis núbulo inuoluit, vt quid certum de re aliqua tenere debeat plenè discernere omnino non possit, sed modo animum ad anticipem sententiam trahit, modo ad diuersas seu etiam contrarias impellit, & pro vario rerum euentu, multiplicique respectu sententias variat, atque multiplicat. Subita tentatio est, quæ iudicium rationis præuenit, tantum vt mens tentantis mali impetu præuenta eius insidias præuenire non possit, & sepe sentit se prius præuē delectationis iaculo transigi, quam possit circumspectionis suę scuto muniri. Occultam tentationem dicimus, per quam fit sæpè vt ibi negligamus vbi solliciti esse deberemus. Per hanc enim agitur vt res noxia, valdeque perniciosa in considerationem non adducatur, & vtum bona, an mala sit omnino non discutatur. Et quam multa sunt putamus, quæ per incuriam, aut negligentiam sepe committimus, quæ nunquam fortassis toto tempore vite nostre in iudicium adducimus, vnde fit vt inde securi simus, vnde iudicium timere deberemus. Violenta tentatio est, quæ vix aut nullo modo humana industria superari potest, quæ vires humane mētis fatigationis suę vehementia ita enervat, ut tentanti malo (nisi diuinitus aspirata) resistere omnino non valeat. Fraudulenta tentatio est quæ animum seducit, & in falsa sententia sepe etiam immobiliter figit, intantum ut bonum dicat quod ueraciter est malum, similiter & malum, quod ueraciter est bonum, per hanc utiq; tentationem id (vt omnes uidemus) frequenter agitur, vt vnde confundi deberet mens improba, satis imprudēter gloriatur, & inde sepe quasi secura expectat premium, unde trepidā oportet timere supplicium. Perplexa tentatio est, quando sub uno eodemque tempore mens uariis uiciis impetitur, ut uel in uno aliquo labatur. Et sepe uersuta malignitas hos uiciorū congressus cum tanto artificio ordinat, ut animum improuidus unde uni uicio robustius resistere parat, eo ipso aliud incurrat atque succumbat. Importuna itaque tentatio est, quæ procaciter insilit, dubia quæ animum ambiguitatis núbulo inuoluit, subita quæ iudicium rationis præuenit, occulta quæ deliberationis cōsiderationem præterfugit, uiolenta quæ vires mentis transcendit, fraudulenta, quæ animum seducit, perplexa quæ uariis uiciis impetit. Notandum autem quod hi septem tentationum modi, modo possunt esse simplices, & impermixti, modo compositi atq; permixti. Vltimus tamen tentandi modus iuxta aliquid semp est multiplex, & iuxta aliquid potest esse simplex. Multiplex enim est in corpore quod ex pluribus uiciis componitur, simplex tamen iuxta aliquid est, quando uniformiter agitur. Aliud sanè est tentari diuersis uiciis, & aliud absque dubio tentari diuersis modis. Sicut enim ex diuersis uiciis tentari possumus uno eodemque modo, sic diuersis quidem modis tentari

Tentatio subita.

Occulta quæ.

Quæ sit violenta tentatio.

Quæ fraudulenta.

Perplexa quæ.

Iob. 14.

Iob. 20.

Hiere. 4.

Iob. 13.

Iob. 17. 1. Cor. 4.

Iob. 30.

tentari possumus vno eodemque vicio. Modi itaque tentandi (vt iam dictum est) modo impermixti sunt, quando quilibet eorum vniformiter agitur, modo compositi, quando inuicem permiscetur, & ex pluribus tentationum modis vna componitur, vna siquidem eademque tentatio potest esse modo subita & violenta, modo subita, & fraudulenta. In hunc itaque modum & de aliis iudicare possumus, sed nos interim in hoc loco de simplicibus agere instituimus. De prima ergo quæ dicta est importuna, dictum est in Iob: *Lapides excauant aquæ, & terra paulatim alluione consumitur.* Attēde obscuro, quam conuenienti similitudine importuna tētatio describitur, cum simplex est & vniformiter agitur. *Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda? Dura tamen molli saxa cauantur aqua.* Quid lapide durius, quid aqua mollius? Veruntamen gutta cauat lapidem non vis, sed sæpe cadendo. Sic sanè fit sæpè vt importuna tentatio, cum in se nihil violentiæ, nihil fraudulentiæ habeat, per importunitatem tamen vincat, & magnanimæ mentis robur quandoque ad prauitatis consensum emolliat. Secunda tentatio est, quæ rectè dubia dicitur, quando illud in corde cuiuslibet agitur quod item in Beato Iob legitur: *Incirco cogitationes meæ, inquit, variæ succedunt sibi, & mens mea in diuersa rapitur.* Tunc enim mens hominis in diuersa rapitur, quando quid certum de qualibet re tenere debeat ignorans per multiplices sententias variatur. De tertia (id est subita) tentatione illud rectè intelligitur, quod per Hieremiam Prophetam dicitur: *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli.* Quid intelligimus per aquilas cæli, nisi subtiles & sublimes speculationes animi? Sed huiusmodi. Aquilas cæli persecutores nostri sæpe velociores sunt, quia subitæ (vt dictum est) tentationes circumspectionum nostrarum deliberationes quandoque præueniunt. Pro quarta quæ dicta est occulta, Beatus Iob domino supplicabat cum diceret. *Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea, atque delicta ostende mihi.* Nisi enim occulta aliqua se habere timeret pro quibus supplicare oporteret, quæ tamen ignorare potuisset, quid sibi quæso iniquitates & peccata, scelera, atque delicta ostendi a domino postulare? Quid ergo nos acturi, quid de nobis sumus dicturi, si vir talis ac tantus occulta aliqua, non solum venialia peccata, verum etiam scelera haberet se formidabat, quæ se tamen ignorare metuebat. Nam pro manifestis quidem fiducialiter loquitur cum dicit: *Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Tale est illud Apostoli: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* De violēta, quam quinto loco posuimus, illud Beati Iob intelligimus: *Quasi rupto muro & aperta ianua sic irruerūt in me, & ad meas miseras euoluti sunt.* Rupto muro, aperta que ianua hostes

absque obstaculo facilè ad interiora irrumpunt, prædamque ciuitatis vndiq; pro voto diripiunt. Sic vtique, sic vigore mentis exhausto per violentam tentationem, spiritus hominis a rectitudinis suæ statu deicitur virtutumque gloria spoliatur. De fraudulenta tentatione, quæ sexto loco ponitur per Salomonem dicitur. *Sunt via quæ videntur homini bonæ, nonissima autem earum deducunt ad mortem.* Quid quæso fraudulentius; quid formidolosius inuenitur, quam quod mors perhennis inde colligitur vnde vitæ æternæ fructus sperabat? De perplexa tentatione quæ omnium est ultima atque perniciosissima, illud nimirum rectè intelligitur quod Beato Iob a domino dicitur, vbi athletam suum ipse describit, & adhibita similitudine virtutis eius magnitudinem euidenter ostendit, *Procul, inquit, odoratur bellum, exhortationem ducum, & plulatum exercitus.* Quid gloriosius viro illo qui tot hostium insidias potest ab alta circumspectionis suæ turæ, fortitudinisque arcæ longè per discretionem præsentire, & tot hostium insultus sub vno impetu irruentes æquanimitè tollerare, atq; repellere. De his septem tentationibus illud quod in Beato Iob inuenimus, non inconuenienter accipimus: *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non apprehēdet malum.* Ad has septem tentationes, & illud nihilominus rectè accommodatur quod aliàs rursus scriptum inuenitur: *Septies in die cadit iustus, & resurgit, propter has septem tentationes habet et iustus quilibet septies in die laudem dicere, vt veraciter possit coram domino Deo suo psallere: Septies in die laudem dixi tibi, super inuicta iustitiæ tuæ.* Quoties enim post lapsum resurgit, & quoties tentanti malo restitit, debet sanè cooperatori suo gratias referre, a quo vtique factum est vt tentatus resistere, & lapsus posset resurgere. Notandum sanè de his septem tentationibus quando simplices sunt, quod secunda quidem periculosior est, quam prima, tertia, quam secunda. Ad tertiam quoque eodem modo se habet, & quartā in consequētibus quidem consequētè debemus intelligere, periculosiorem vtique esse semper posteriorem priore. Prima enim cæteris omnibus facilius vincitur, quæ in se nihil molestiæ habere vī, nisi quod animus importunitatis eius assiduitate diutius fatigatur. Secūda autē (id est dubia) in corpore est periculosior quā importuna, quia mens sepe segnior redditur ad bonum, quā bonum dubitatur esse quod veraciter bonum est, similiter & prior efficitur ad malum, quā malum esse nescitur quod veraciter malum est. Veruntamen & subita periculosior est adhuc quā dubia. Nam in dubia tempus habemus diutius delibèrandi & altius perscrutandi quod plenè non discernimus, vel certè ab aliis id querere possumus ad quod ipsi nō sufficimus. Sed subita tētatio, quia mentē inopinatè præoccupat, consilii remedium non expectat. Et sæpe

Prouer. 16.

Iob. 30.

Iob. 5.

Prouer. 24.

Psal. 118.

prauæ



Quid agendum post tentationem subitam.

prauæ delectationis iaculo mentem sauciat, an-  
tequam ad circumspeditionis suæ custodiam as-  
surgat. Sed malum tñ quod in eiusmodi tentatio-  
ne non possumus præuenire, quia subitū est, pos-  
sumus utiq; & debemus celeri satisfactionis re-  
medio delere, quandoquidem violentum non  
est. Sed occulta tentatio huiusmodi remedium  
non facile admittit, quia cæcata mens ubi peri-  
culi nil metuit, remedium non requirit. Occultū  
enim malum sicut circumspeditione non præca-  
uet, sic nec subsequenti satisfactione dolere so-  
let. In hoc itaque tentatio occulta multo pericu-  
losior est, quam subita. Occultum tamen malum  
aliquam excusationē recipere, quandoquidem  
mens per ignorantiam, non autem per malitiam  
delinquit. Et sæpe fit ubi lectionis alicuius, seu  
etiam exhortationis occasione malum suum in-  
telligat, & statim deserat & condigna satisfactio-  
ne expiare contendat. Quid autem de violenta  
tentatione dicemus, per quam sæpe & scienter  
peccatum committimus, & ipsametiam eum vo-  
lumus nostra omnino virtute deserere non pos-  
sumus? Illa sanè infirmitas ad veram excusationē  
parū, vel potius nihil prodesse poterit, quæ ex vo-  
luntatis corruptione descendit. Nūquid nam sua  
animi infirmitas excusat, & non potius accu-  
sat, quem inueterata peccandi consuetudo adeo  
eneruat, ut superuenienti tentationi resistere om-  
nino nō valeat? Cogita ergo quā sit periculōsum  
periculum illud incurere, de quo non possis et  
cum volueris pedem referre. Fraudulenta tamen  
tentatio si rectè perpenditur, prædictis omni-  
bus periculosior inuenitur. In tentatione nāq;  
importuna, subita, atq; violenta erubescimus,  
atq; damnamus malum quod scienter commit-  
timus. Per fraudulentam autem tentationem agi-  
tur, ut de confusionis suæ merito mens improba  
glorietur. Sed & dubia quidem tentatio animum  
timidum, non tumidum reddit, fraudulenta au-  
tem timorem tollit, tumorem inducit. Ex oc-  
cultā autem tentatione animus sicut nec timi-  
dus, sic nec tumidus efficitur, ex fraudulenta  
autem tam tumidus, quam securus redditur. Pen-  
semus ergo quam periculōsum sit periculam  
suum in periculo non timere, & per mediū mor-  
tis discrimen securū incedere. Perplexa tētatio si  
cut osum est nouissima, sic omnī est perniciosis-  
sima. Si enim difficile est sæpe vnum aliquod vi-  
tium vincere, quam laboriosum erit plurium in-  
sultus sub vno impetu sustinere? Virum sanè ro-  
bustum, sed nec minus prudentem dixerim, qui  
tā hostilis agminis, nec viribus fragitur, nec frau-  
dibus circumuenitur. Sciendum autem quod ex  
his septem tentationibus, tres sunt quæ exercent  
patientiam nostram, & tres aliæ quæ exercēt pru-  
dentiam nostram. Nam per importunam & subi-  
tam, & violentam (primam videlicet, tertiam &  
quintam) exercetur nostra fortitudo, sed per du-  
biam occultā, & fraudulētā (secundā videlicet,  
quartam, & sextam) perditur nostra discretio. In

Quæ tēta-  
tiones no-  
stram pa-  
tientiam ex-  
ercant.  
Quæ no-  
stram forti-  
tudinem.

perplexa autem tam nostra virtus exercetur ad  
fortitudinem, quam nostra prudentia eruditur  
ad discretionem. Sicut enim magnæ fortitudinis  
est multitudinis impetum fortiter sustinere, sic  
nihilominus miræ prudentiæ est circumfluen-  
tium insidias prudenter præuenire. Sed quod  
hanc tentationem nostram prudentiam exerce-  
re dicimus, non sic sanè intelligi volumus, quasi  
per ipsam mens in rei qualitate decipiatur, ut de  
falso bono glorietur, quod fraudulentæ qui-  
dem tentationi quasi proprium ascribitur, sed  
quod magnæ cautelæ mirandæque prudentiæ sit,  
cum contra multitudinis insidias tam caute vigi-  
lat, ut ex nulla ei parte per incuriam aliquid sub-  
ripi valeat. Hos septem tentandi modos psal-  
mistā sub eodem ordine consequenter ponit,  
satisque compendiosè describit, cum dicit: *Scuto*  
*circundabit te veritas eius, non timebis a timore*  
*nocturno, a sagitta volante in die, a negotio peram-*  
*bulante in tenebris, ab incurso & demonio meri-*  
*diano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia*  
*a dextris tuis.* Et primam quidem occultam  
tangit, nam cæteras omnes satis manifestè  
describit. Prima sanè tentatio id est importuna,  
nihil aliud (ut dictum est) molestiæ ingerit, nisi  
quod menti hominis improbitatis suæ absdita  
te onerosa fit, & rei illius de qua tentatur me-  
moriā raro ab oculis eius recedere permittit.  
Suggestione sua præuenit rei præsentiam, sub  
iplius rei præsentia exacuit concupiscentiam,  
subtrahit rei præsentia reuocat eam ad memo-  
riam. Quasi ergo ab omni parte impugnat,  
dum se vndique ingerere non cessat. Rectè itaq;  
de illa intelligitur quod dicitur: *Scuto circunda-*  
*bit te veritas eius.* Nam quoniam ex omni par-  
te (ut dictum est) per hanc tentationem impu-  
gnamur, rectè circa eam veritatis scuto vndique  
cingimur atque protegimur. Certè in violenta  
tentatione non sufficit vt illuminemur ad verita-  
tem, nisi etiam ex cooperante gratia roboremur  
ad fortitudinem. Sed in hac quæ nullam violentiam  
ingerit mentibus in bono proposito solida-  
tis, sola inspiratio veritatis sufficit. Rectè ergo  
de ea dicitur: *Scuto circundabit te veritas eius.*  
Videamus autem nunc quomodo subsequentē  
describit in eo quod dicit: *Non timebis a timore*  
*nocturno.* Fit sæpe cum ad lumen lunæ stellarum  
aliquid cernitur, ut mens in Dei iudicio fallatur.  
Et sæpe cum animal aliud quod videat, homi-  
nem putat. Sic sæpe cum rubus vel rupes aliqua  
cernitur, ferarū impetus imminere timetur. Vn-  
de fit vt intuentium membra inuadat horror, &  
illic trepidant timore, ubi non est timor. In hunc  
itaque modum ex timore nocturno agitur, vt  
mens inaniter concutiatur, dum sæpe inter no-  
ctis opaca illic homines trepidant, ubi securi esse  
poterant, sicut e contrario multoties illic male  
securi sunt, ubi timere debuerant. Iuxta hanc  
vtique similitudinem tentatio ambigua men-  
tem hominis variis & vanis sepe perturbatio-  
bus

Psal. 90.

Verba illa  
scuto cir-  
cundabit te  
veritas ei,  
quomodo  
ad primam  
tentationē  
quæ est im-  
portuna, per-  
tinent.

Non time-  
bis a timo-  
re noctur-  
no quomodo  
secundæ,  
quæ ambi-  
gua dicitur  
conueniāt.

Quomodo  
tertia sed  
subita desi-  
gnatur illis  
verbis. A sa-  
gitta volan-  
te in die.

Sagittam  
in nocte vo-  
lare quid.

Tentatio  
occulta quæ  
est quarta  
comprehē-  
ditur illis  
verbis a ne-  
gotio peram-  
bulante in  
tenebris.

bus exagitat, & ineptis suspicionibus inquietat.  
Rectè ergo deuotæ menti de domini adiutorio  
certa, securitas circa hanc tentationem promit-  
titur cum dicitur. Non timebis a timore noctur-  
no. Subitam vero tentationem per sagittam vo-  
lantem designare voluit in eo quod consequen-  
ter adiecit: *A sagitta volante in die.* Et nescio si  
competentius, nescio si compendiosius describi  
potuerit. Nonne in sagittæ volantis impetu tenta-  
tio illa irruit quæ statum mentis sæpe concutit,  
vel emittit antequam ad sui custodiam plenè cui-  
gilare possit? Sagitta namque emissā sub tanto  
soler impetu ferri, ut vix vel nullo modo venien-  
tis ictus possit declinari. Et sæpe fit vt cum veni-  
entem iam videas prius vulnerari te sentias,  
quam defensionis clipeum irruenti opponere va-  
leas. Rectè ergo sagittæ volanti Psalmista eiusmodi  
tentationem comparat, quæ mentem hominis  
festinationis suæ nimietate præoccupat. Sed  
huiusmodi sagittæ quandoque volant in nocte,  
quandoque volant in die. Vultis nosse sagittas  
volantes in nocte: *parauerunt*, inquit, *sagittas*  
*suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos*  
*corde.* Et in hoc sanè loco habes de sagitta volan-  
te in die. Sagitta in nocte volat, cum subita ten-  
tatio mentē pulsāt, & malum quod suadet, malū  
esse dissimulat. Volat autem in die cum præci-  
pitantur quidem in illud malum deicit, quod ta-  
men, quia malum sit ignorari non possit. Tenta-  
tio igitur subita & occulta ex gemino videlicet  
tentationis genere composita describitur, in eo  
quod dicitur, *parauerunt sagittas suas in pharetra*  
*vt sagittent in obscuro rectos corde.* Hoc autem  
in loco sagitta volans in die dicitur, vt de subita  
quidem, sed simplici, & impermixta dictum esse  
intelligatur. Dicatur itaque pro dubia, dicatur  
item pro tentatione subita. Non timebis a timo-  
re nocturno, non timebis a sagitta volante in  
die. Sed & de occulta consequenter annexi-  
tur, cum per Prophetam adiungitur. *A negotio*  
*per ambulante in tenebris.* Scimus satis omnes  
quid sit illud negotium quod lucem odit, tene-  
bras diligit, & quia deprehendi in nocte semper  
timet, immo in tenebris (sicut scriptura loqui-  
tur) perambulare solet. Fures sanè furti negocia  
exercere volentes, quia deprehendi metuūt tem-  
pus in id officii opportunum eligunt, & non so-  
lum noctem, sed noctem tenebrosam captant, vt  
flagitia sua quanto occultius, tanto securius pe-  
ragant. Agitur itaque hoc odiosum negotium  
non tam in nocte, quam in tenebris, quia in no-  
ctibus tenebrosis perambulat, nā & illud semper  
ab exercentibus obseruari solet, vt præsumptum  
negocium ante reuersionem lucis explicari, &  
consummari queat. Vide ergo quam congrua  
similitudine occulta tentatio describitur, quæ  
semper ignorantie tenebris tegitur, per quam  
incauta mens nesciens & ignorans spoliatur.  
O quam sæpe contingit vt dum patetfamilias  
securè dormit altoque sopore quiescit, spolian-

tibus latronibus spoliari se nesciat, & tunc pri-  
mum damnum suum agnoscat cum ad matuti-  
nam lucem euigilat. Sic vtique, sic sæpe per oc-  
cultam tentationem virtutum spolia amittimus,  
& nescimus dum profundas ignorantie tenebras  
patimur, & malè securitatis sono opprimimur.  
Et fit sæpe vt tunc primum mens meritorum  
suorum damna agnoscat, cum vitæ huius tene-  
bris deterius ad futuræ vitæ lucem euigilat,  
quando cœperit Deus reuelare occulta tenebra-  
rum & manifestare consilia cordium. Nunquid  
malignum illud, nefandumque negocium in te-  
nebris ambulasse & perambulasse non creditur,  
quando per occultam tentationem agitur vt vir-  
tutum nostrarum deprecatio ex magna parte  
nos lateat, & toto vitæ huius tenebroso tempo-  
re ad plenum deprehendi non valeat? Violentā  
autem tentationem Propheta describens incur-  
sum eam vocat, nescio si breuius, & expressius  
comprehendi, vel describi queat. Quis vnquam  
inimicum suum eminus cernens non potius sa-  
tagat fugere, quam accurrere, nisi de magnitudi-  
ne virium aut multitudine sociorum, aut in-  
structione armorum confidens se nouerit posse  
præualere? sed tunc sanè hostis in hostem cum  
impetu irruit, cum superiore manum habere  
se posse cognouerit. Rectè ergo per incursum  
illa tentatio intelligitur per quam mens hominis  
quali violētè a rectitudinis suæ statu deiicitur.  
Notandum sanè quod in eiusmodi incurso, quā-  
uis quandam festinationem notare possimus, ni-  
hil tamen ad eam velocitatem, quam superius in  
subita tentatione descripsimus, per quam sæpe  
iudicium etiam rationis præueniri docuimus.  
Non eiusmodi præoccupatio per incursum in-  
telligi potest, ubi (ut cætera taceam) ex solo stre-  
pitu irruentis aduentus imminenti præsciri po-  
test vt possit vel fugam inire, vel armis suis seip-  
sum munire. Rectè ergo (vt dictum est) violenta  
tentatio per incursum intelligi potest. Videamus  
nunc quomodo fraudulētā tentationem Pro-  
pheta describat, vel quomodo circa ipsam ex  
diuino adiutorio constantiam eius muniat. Qui  
habitat in adiutorio altissimi, & confidit in pro-  
tectione Dei cæli: *Non timebis*, inquit, *a demonio*  
*meridiano.* Et illi vtique non est timendum  
a dæmonio meridiano, qui non de sua industria,  
sed de solo confidit Dei adiutorio. Videamus  
ergo quid sibi hoc velit, quod non simpliciter  
dicit dæmonium, sed cum adiectione, seu deter-  
minatione dæmonium meridianum. Illud om-  
nes in commune cognouimus, quod vnum sit  
omnium dæmonum assiduumque negocium  
famulos Dei infestare, eorumque impugnationi  
insistere, subuersionique continuè inuigilare.  
Et sanè quando per vim nobis præualere non  
possunt, ad fraudem se conuertunt, vt dolo  
deiciant, quos per violentiam euertere non  
poterant. Quis autem illud nesciat quod in ho-  
ræ meridiana esse solet & claritas maior & ca-  
lor

Per incur-  
sum intel-  
ligitur vio-  
lenta ten-  
tatio sed  
quinta.

Ad sextā  
quæ fraudu-  
lenta uoca-  
tur perti-  
nent illa,  
A demonio  
meridiano.

Opus dæ-  
monum fa-  
mulos Dei  
infestare.



lor fruendor, quasi ergo cum summa luce & feruore daemones ad nos veniunt, quando fraudis suae nequitiam dissimulantes sub sanctitatis specie ad peruersitatem nos pertrahere student & fatagunt. Lux ad discretionem, & calor pertinet ad deuotionem. Cum luce ergo & claritate daemones ad nos veniunt, quando in eo, quod fraudulenter suggerunt, non modo discretè verumetiam deuotè aduersos nos esse promittunt, & persuadere contendunt. Fit autem saepe ut eiusmodi fraudulenta tentatione infatuata mens consueque desipiat, ut in corpore quod ex demoniaca persuasione acitatur ceteris se credat & rectius sapere, & sanctius agere. In hunc itaque modum Angelus Sathane transfiguratur se in Angelum lucis, & sub virtutis specie, formaque sanctitatis ministrat consilia erroris, peragiturque negotium iniquitatis. In hunc inquam modum daemonium meridianum quosdam fraudulenter supplantat, intantumque infatuat ut in suis singularibus, quas circa consilia fratrum, circa praecipua patrum praesumunt, immo in suis rebellionibus quas in suos praelatos assidue committunt putent se ceteris omnibus sapientiores, & ceteris omnibus sanctiores. Vides ergo iam (ut arbitror) quam rectè huiusmodi tentationem fraudulentam per daemonium meridianum Propheta designat, quae mentem hominis sub specie sanctitatis supplantat. Restat adhuc vna sola multiplex videlicet atque perplexa, ceteris quidem immanior, omniumque (vt iam diximus) perniciosissima.

Que tentatio sic perniciosissima omnium & quibus verbis describitur.

Nam et haec ex eius descriptione facile perpenditur, si rectè intelligitur, subtiliterque pensatur. Cogita ergo quid de illa dicat, & cognosces, quae supra hominem existat quod de ipsa promittitur, nisi forte ei qui in protectione Dei caeli commoratur: *Cadent, inquit, a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.* In quo & illud primo attendendum, quam proprie exprimit typum fortiter dimicantis, viriliterque agentis, dum cadere dicat alios a latere, alios vero a dextris. Miles enim inter dimicandum clipeum quo ictus oppugnantium excipi solent sinistra quidem gerit, sinistramque latus capropter obstantibus opponit, fortisque bellatore fortius agente saepe id agit, ut dum impetu valido in hostes fertur, alios impulsu lateris submittat, alios autem feriente dextra prosternat. Pensate ergo quam sit magnae virtutis, quam mirandae fortitudinis impugnantem latere mille submittere, & feriente dextra, decem millia subruere. Ex his ergo facile perpendere possumus, quid de illo spiritali certamine sentire debeamus. In hac autem spiritali pugna gemina sanè militat viciorum caterua. Nam vitia quidem alia sunt carnalia, alia vero sunt spiritalia, alia sanè actualiter exercentur, alia autem spiritaliter tantum sola voluntate, cordisque delectatione perficiuntur. Si ergo rectè per dextram robustiora, & per sinistram rectè intelliguntur imbecilliora, cur non carnalia ad

Vitia carnalia in sinistra, in dextra spiritalia intelliguntur.

sinistram sicut spiritalia rectè referuntur ad dextram? Multo enim vicinior, multoque valentius, multo denique frequentius spiritum impugnant spiritalia vitia, quam carnalia vitia, nam illa immediati, ista non nisi mediante carne. Carnalia autem triumphamus per disciplinam corporis, spiritalia vero per disciplinam cordis. Disciplina itaque corporis ad sinistram, sicut disciplina cordis congruè fertur ad dextram. Quis autem nesciat quod multo mobilior sit motus cordis, quam corporis, & eo copiosior sit excessus voluntatis, quam actionis? Absque dubio multo numerosior est exorbitatio cogitationum, & affectionum, quam abusus membrorum, vel sensuum. Copiosior ergo est corruptio spiritalis, quam corruptio corporalis, congressioque spiritalium viciorum multo densior est, quam congressio viciorum corporalium. Contra hos utrosque animae hostes oportet sanè fortiter dimicare, & alii quidem conterendi sunt corporis afflictione, alii autem affligendi cordis contritione, vt illi per sinistram, isti deiiciantur per dextram. Multo itaque maior est numerus hostium, qui a dextris cadunt, quam illorum qui a latere corruunt, intantum vt scriptura promittat & dicat: *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.* Eiusmodi sanè pugna atque victoria non vti que est, nec esse potest nisi virorum fortium, & eorum quidem qui sunt ad bella doctissimi, qualis vti que fuit Abisai, qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit nominatus in tribus, & inter tres nobilior. Vel qualis Dauid sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, qui octingentos interfecit impetu vno. Vel denique qualis fuit vir ille virorum fortissimus, qui prostravit mille viros in mandibula asini. Oportet ergo (vt arbitror) in aliis diu exercitatum, multumque probatum fore, antequam possit in hac vltima tentatione praualere. Puto quod sine causa non fuerit, quod de hac nouissima separatim egit. Hoc idem in Beato Iob inuenitur, nam de sex simul praemittitur, & de septima separatim infertur: *In sex, inquit, tribulationibus libera bit te, & in septima non apprehendet te malum.* Propheta autem primam quidem quasi ceteris omnibus grauiore seorsum ponit, ceteras quinque ad vnam clausulam annectit, cum dicit: *Scuto circumdabit te veritas eius, hoc de prima intelligitur, sed de quinque sequentibus simul subinfertur. Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurso, & demonio meridiano.* Et sic demum de vltima infertur, quod vltimo loco ponitur. *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.* Has septem tentationes quas hic sub vna continuatione ponit, nunc vnam, nunc plures, Propheta pluribus in locis tangit. De importuna aliàs dicit: *Tota die constituebant praelia. Quia*

1. Para. 10. Iudic. 15.

1. Para. 10. Iudic. 15.

1. Para. 10. Iudic. 15.

1. Para. 10. Iudic. 15.

1. Para. 10. Iudic. 15.

1. Para. 10. Iudic. 15.

1. Para. 10. Iudic. 15.

1. Para. 10. Iudic. 15.

per noctem ignorantia, per diem intelligentia delignatur, rectè in die impugnari mens dicitur, quando ex his tentari se sentit, quae mala manifestè intelligit, tota itaque de tentatio nos impetit, bellumque insidit, quando apertum malum procaciter se ingerit, vt tandem per importunitatem superet quod per fraudem, vel violentiam praualere non valet. De dubia tentatione alio rursum loco per eundem Prophetam dicitur: *Effusa est contentio super Principes, & errare fecit eos in inuio & non in via.* Satis nouimus qui sint internae illius familiae Principes vel rectores, mentis videlicet deliberationes, atque discretionum, quae terribilem illam virtutum cohortem contra hostilem exercitum debent diligenter instruere, firmiter munire, sagaciter ordinare, & per equitatis tramitem, mandatorumque semitam inter tot hostium insidias in illam promissionis terram melle & lacte manantem fideliter ducere, fortiter perducere, fideliter introducere. Super huiusmodi autem principes dura contentio effunditur, & in uia veritatis ueraciter erratur, quando exigentibus meritis, reuelantis gratiae lumen subtrahitur, & caecata mens per varias sententias scinditur, quia quid rectius eligere, quid certum tenere debeat a diligentius discutiende, & diutius deliberante minime inuenitur. Notandum sanè quod lumine veritatis subtrahito, prius erratur in uia, postea autem erratur in inuio. Errant in uia, qui in bonis quae agunt modum, vel mensuram tenere nesciunt, vel nolunt, dum multa etiam non modo contra consilium, verumetiam contra praecipuum praesumunt. In inuio errant quando in malis quae iam aperte committunt vtrum bona an mala sint dubitare incipiunt. De subita tentatione id intelligitur, quod aliàs per eundem Prophetam dicitur: *Præcepit pauent me laquei mortis, prauitatis consensus vera mors est animae, laqueus autem mortis affectio delectationis prauae. Obligatione autem prauae delectationis trahitur mens ad consensum prauitatis. Et in hunc modum affectiones peruersae delectationis sunt laquei mortis. Laqueus ergo mortis mens improvida praenititur, quoties priusquam ad circumspectionis suae arcem fugere possit delectationi prauae subternitur. De occulta autem tentatione Propheta domino supplicat, dum ad ipsum in suis orationibus clamat: *Quoniam tu illuminas lucernam meam domine, Deus meus illumina tenebras meas.* Lucerna cordis iudicium discretionis, haec cordis nostri lucerna toties a domino illuminatur, quoties ex illuminante gratia intelligentia nostra illustratur, & ad veritatis iudicium dirigitur. Omnino & absque dubio inualida est humana discretio ad veritatis iudicium, nisi illo illustrata lumine quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. A quo ergo factum intelligit, vt ea intelligeret quae rectè intelligebat, ab eodem expetit & expectat vt occult*

Psal. 106.

Psal. 17. Mors autem quae.

Psal. 17.

1. Para. 10.

Iudic. 15.

Iob. 5.

Psal. 139.

ta sua intelligat, quae necdum se intelligere potuisse timebat. Occulta enim sua tenebras dicit, quas a domino illuminari petit cum ait: *Quoniam illuminas lucernam meam domine, Deus meus illumina tenebras meas.* Violentam tentationem plangit cum alio loco idem Propheta dicit: *Ecce coperunt animam meam, irruerunt in me fortes.* Fortes proculdubio tunc irruerunt, quando violentae tentationes animam opprimunt, & ad corruptionis suae ruinam violentè impellunt, ita vt veraciter possit dicere, domine vim patior, responde pro me. Et fortè animam iam captam, sed necdum tamen spiritum tenent, quando mentem hominis iam per prauam delectationem, necdum tamen per prauitatis consensum possident. Sed quae violenta delectatione iam se teneri praesentunt qualem se diu tolerare non posse cognoscunt, cito ad orationis praesidium confugiant, diuinæ protectionis adiutorium petant, ne velle mentis tentationis pondere pressi, in prauo consensu praecipitium pronruant. Pro fraudulenta tentione domino supplicabat quando idem Propheta dicebat: *Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa.* Lingua dolosa tentatio fraudulenta, lingua dolosa opinio falsa, lingua dolosa gloriatio vana. Quando de meritis tuis vel aperto sermone, vel tacita cogitatione gloriaris, linguam dolosam audis, & nescis, & haec quidem gloriatio vana quandoque surgit ex opinione humana, quandoque ex suggestione diabolica, utroque modo quidem a lingua iniqua, a lingua dolosa. Certè si eiusmodi linguam libenter audis, non tantummodo stultè, sed etiam iniquè agis. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, qui de gloriaris quasi non accepisti? Cogita ergo quam sit iniquum gratis largienti ingratum fore insuper & in ipsum rapinam exercere. Hoc ei conaris auferre, quod sibi soli vult referuare. *Gloriam meam, inquit, alteri non dabo.* Si ergo tantum desipit, si tam iniquè agit, qui in se gloriatur de suis bonis, quantum quæso infatuatur qui ad hoc vsque perducitur vt gloriatur de malis suis? Quotiescumque ergo perstrept in te huiusmodi cogitationes vanae, acclamantes tibi euge, euge, ne cesses domino Deo tuo proclamare: ferant cõfestim cõsulationem suam qui dicunt mihi euge, euge. Et illud. *Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa.* Multiplicem atque perplexam tentationem Propheta alio loco plangit cum dicit: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Capilli capitis consilia cordis. De capite tali, tales capilli. Eiusmodi capillatura illud interioris hominis caput muniat, & ornat, & totam illam interioris hominis formam decentiorem reddit. A quacumque si quidem parte ventus malignae suggestionis eruperit, haec capillorum nostrorum coma internum illud caput contra tentationis turbinem prote-

Psa. 58.

Psal. 119.

Lingua dolosa quid.

Esa. 42.

Psal. 58.

Capilli capitis consilia cordis.

protegere solet & debet. Excrescente autem supra modum tentationum turbine, fit sæpe ut sine diuinæ protectionis tegmine ad arcendam eiusmodi procellarum iniuriarum consiliorum nostrorum coma omnino non possit sufficere. Multiplicatis itaque vndique inimicorum insidiis contra tot seductionum argumenta iam deficit omnino humana prudentia, nec aduersus tot diaboliçe malignitatis fraudes sufficere possunt humana consilia. Pfallere utique potest de hostibus suis, qui est eiusmodi, multiplicati sunt super capillos capitis mei. Item de importuna tentatione idem Propheta aliàs dicit: *Tota die impugnans tribulauit me.* Et de dubia alio in loco ab eodem dicitur: *Errauerunt in solitudine in iniquo viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* De subita autem: *Præueniunt me in die afflictionis mee.* Item pro occulta: *Ab oculis meis mundame.* Itemque de eadem: *Delicta iuuentutis mee, & ignorantias meas ne memineris.* Aliàs autem dicit de violenta: *Et vim faciebant, qui querebant animam meam:* De fraudulenta intelligitur & illud: *Qui cogitantur supplantare gressus meos:* Pro multiplici & perplexa dictum est illud: *Non timebo millia populi circumdantis me.* Importuna itaque tentationis est (vt ex prædictis perpèdi potest) animum semper inquietare, & nunquam quietum permittere. Dubia autem tentatio animum exagitare consuevit, & vagum semper & profugum facit. Quid enim aliud nocturnum timorem putamus efficere, quam animum timidum & trepidum reddere, & vbi nil timeri oporteret summo horrore concutere? Fugit enim eiusmodi anima nuncine persequente, & cum pax sit, semper suspicatur bellum. Subitæ tentationis est animum fauciato, delectationisque iaculo affectum transigere. Et quid aliud expectari oportet a sagitta volante? Occulta tentatio ex ea parte qua præualet animum semper excœcare solet, in tenebris semper perambulans, & omne negotium suum in tenebris explicans. Violentæ tentationis est animum semper violentè opprimere, & funditus eneruare. Fraudulenta tentatio animum infatuare solet. Quid namque aliud dæmonium meridianum faceret, quam animum infardare, vel in furorem vertere? Multiplicis tentationis est animum semper dilaniare, dissipare, distrahere. A multitudinis enim impugnantium in hac tentatione quasi minutatim discerpitur, & per multa conturbationum genera varia forte dilaceratur. Prima itaque tentatio inquietat, secunda exagitat, tertia vulnerat, quarta excecatur, quinta eneruat, sexta infatuat, septima dilaniat. Importuna tentatio quando incipit animo dominari, penitusque præualere, formam sanè gerit febris acutæ, quæ agrotantem quidem omni hora sub continuo ardore anhelare facit, & nullam omnino interpolationem recipit. Et sunt quidam qui iuxta hunc typum in quibusdam concupi-


Epilogus totius expositionis:

scientiis suis continua fatigatione laborant, aded utique vt desiderii sui altum a mentis suæ oculis vis, vel nullo modo amouere valeant. Stimus tamen ille salutis nostræ medicus, talem utique cum voluerit curat animam, imperans febrim, & dimittit eam. Dubia tentatio quæ in sententiæ suæ diffinitione animum solet trepidum & titubantem reddere, claudicantis mihi videtur formam exprimere. Vnam namque eandemque rem modo approbat, modo condemnat. Nunc animum in fiduciam erigit, nunc iterum in diffidentiam deicit. Vbi autem animum confidit, ibi actionis suæ pedem quasi fortius figit, vbi vero diffidit, ibi quodammodo pedem suspendit, & in hunc modum claudicantis typum exprimit. Et quam multos videmus multo, seu etiam toto vitæ suæ tempore sub eiusmodi typo laborare, quibus quod hodie placet, cras displicet, & quod diu multumque concupiscunt, iterum idem eadem facilitate fastidium, semper desiderantes quod non habent, & semper fastidientes quod habent, semper de opere ad opus transeunt, & alia post alia, & omnia imperfecta relinquunt, omnia incipientes & nihil perficientes. Et eiusmodi tamen claudos desperare non debemus. Multos siquidem claudos a medico nostro curatos in Euangelio audiui-mus, multoque quotidie ab eodem curari videmus. Subita autem tentatio lunatici morbi absque dubio formam gerit, qui vbiicumque hominem apprehendit, illidit, & ad terram proster-nit, & sæpe in ignem, vel in aquam proicit. Et nescio si alius aliquis morbus hominem tam subito apprehendat, cum ei nec tantilli temporis spatium permittat, vt iuxta ignem vel aquam inuentus, ab igne, vel ab aqua modicum saltem retrahere se valeat. Sic sanè sæpe subita tentatione agitur, vt ad vnum respectum, mentisue cogitatum concupiscentiæ actu, inuidiæve gelu animus vratur, & modo in illicitum amorem, modo in iniquum odium subito præcipitur. Occulta tentatio, mentis oculum obnubilat, & Evangelici istius cœci formam repræsentat, qui quidem est iuxta viam sedeat deuotionis in tentatione, non tamen videt eam discretionis illuminatione. Clamare ergo fortiter necesse utique habet, qui eiusmodi cæcitatem sustinet. Illumina faciem tuam super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Paralitici autem formam gerit quem violenta tentatio eneruat, eo quod hæc passio homini nihil vigoris, nihil virtutis relinquat. Homo namque hac oppressus passione, nunquam seipsum potest, vel ad statum erigere, vel ab alio erectus in suo statu per semetipsum saltem ad modicum permanere. Fraudulenta autem tentatione obfessus, & oppressus formam sanè dæmoniaci habet, nam quid aliud dæmonium meridianum, quam dæmoniacum efficeret? Et sæpe qui eiusmodi passione agitur, surdus simul & mutus

mutus efficitur, intantum vt errorem suum A nunquam velit recognoscere, & monentem, & præcipientem nullo modo dignetur audire, sed quicquid ineptè, vel improbè delirat, ad prudentiæ, & indultriæ suæ magnificentiam vsurpat. Qui vero a multiplici tentatione sustinet se superari, formam habet iam mortui, nec cuiuscumque, sed cadaueris iam putrescentis & putridi, quod putredini iam ex omni parte subiacet, & vermibus vbi que scateat. Et iam dicere potest qui eiusmodi est. *Nocte os meum perforatur doloribus, et qui me comedunt non dormiunt. A multitudine eorum consumitur vestimentum meum.* Sunt autem quibus hæc fœditatis enormitas dominatur in sola cogitatione, aliis autem dominatur etiam in actione. Illi animum suum ad omnem sordidam cogitationem, turpemque delectationem prostituunt, isti ad omnem scdam actionem seipso applicare non erubescunt. Illi putredinis suæ vermibus scatent in cogitatione, isti autem eandem fœtoris sui corruptelam ostentant in opere. Quid itaque illos dixerim, nisi cadauer putridum, sed sepultum quorum corruptio quasi in occulto latet, quid autem hoc dixerim nisi cadauer putridum, & proiectum quorum corruptela latè omnibus patet. Sed in his omnibus medicus noster Iesus artis suæ peritiam ostendit, & omnium pie querentium, & cum fide petentium votis hilariter occurrit. Nam lunaticos sanat, & cæcos illuminat, paraliticos curat, & dæmoniacos mundat, mortuosque resuscitat. Nam ad vocem vocantis Iesu quatuordecim de sepulcro prodiit, & ad tactum veri Heliæsi cadauer proiectum reuixit. Prima itaque tentatio quando dominari incipit, quodammodo (vt dictum est) D facit ægrotum. secunda, efficit claudum, tertia, lunaticum, quarta, cæcum, quinta, paraliticum, sexta, dæmoniacum, septima, mortuum iam putridum.

Iob. 30.

Ioan. 11. 4. Reg. 13.



IN CANTICA  
CANTICORVM  
EXPLICATIO.

Sequens Prologus a nonnullis diui Gregorij existimatur, quia Prologum eiusdem in Cantica verbotentim prosequitur. Ego vero eundem Richardo ob eam rem ascribendum puto, in primis, quod stilum eius sapiat, quod etiam non pauciora ex Rich. quam ex Grego. doctrina (omissa tamen a Gregorio) accipiat, & ex eo denique quod sequenti explanationi in exemplari adiectus sit, iudicet circumspectus Lector.

**R**OSTRYAM a paradisi gaudiis expulsum est genus humanum, in istam peregrinationem vitæ præsentis veniens, cæcum cor, a spiritali intellectum habet. Cui cæco cordi si diceretur voce humana, sequere Deum, vel dilige Deum sicut ei in lege dictum est, semel foris missum & per torporem infidelitatis frigidum, non caperet quod audiret. Idcirco per quædam ænigmata sermo diuinus animæ torpentis & frigidæ loquitur, & de rebus quas nouit latenter insinuat ei amorem quem non nouit. Allegoria enim animæ longe a Deo positæ quasi quandam machinam facit, vt per illa leuetur ad Deum, interpositis quippe ænigmatibus, dum quoddam in verbis cognoscit quod suum est, in sensu verborum intelligit quod suum non est, & per terrena verba separatur a terra. Per hoc enim quod non abhorret cognitum, intelligit quoddam incognitum. Rebus enim nobis notis per quas allegoriæ conficiunt, sententiæ diuinæ conficiuntur, & dum cognoscimus exteriora verba, peruenimus ad interiorum intelligentiam. Hinc est enim quod in hoc libro qui Canticum Canticorum conscriptus est, amoris quasi corporei verba ponuntur, vt a corpore suo anima per sermones suæ consuetudinis refricata, recalescat, & per verba amoris qui infra est, excitetur ad amorem qui supra est. Nominantur enim in hoc libro oscula, nominantur vbera, nominantur genæ, nominantur femora. In quibus verbis non irridenda est sacra scriptura, sed amplior Dei misericordia consideranda est, quia dum membra corporis nominat, sic ad amorè vocat. Notandum est quod mirabiliter nobiscum est, & misericorditer operatur. Qui vt cor nostrum ad instigationem sacri amoris accèderet vsque ad turpis amoris nostri verba descendit. Sed vnde se loquendo humiliat, inde nos intellectu exaltat, quia ex sermonibus huius amoris discimus, huius amoris qua virtute in diuinitatis amore feruamus. Hoc autem nobis solerter intuemum est, ne cum verba exterioris amoris audimus, ad exteriora sentienda remaneamus, & machina quæ ponitur vt leuet, ipsa magis opprimat ne leuemur. Debemus ergo in verbis istis corporeis, in verbis exterioribus, quidquid interius est querere, & loquentes de corpore, quasi extra corpus fieri. Debemus ad has nuptias spõsi & sponsæ cum intellectu intimæ caritatis, id est cum veste nuptiali venire, id est digna caritatis intelligentia, qua si non induimur, ab hoc nuptiali conuiuio in exteriores tenebras, id est ignorantia cæcitate repellimur. Debemus per hæc verba passionis, trāsire ad virtutem impassibilitatis. Sic est enim sacra scriptura in verbis & sensibus, sicut pictura in coloribus, & rebus. Et nimis stultus est, qui sic picturæ coloribus inhæret, vt res quæ

quæ p̄icta sunt ignoret. Nos enim si verba que exterioris dicuntur amplectimur. & sensus ignoramus, quasi ignorantes res, quæ depictæ sunt, solos colores tenemus: *Littera occidit* (sicut scriptum est) *spiritus autem vivificat*, sic enim littera cooperit spiritum, sicut palea regit frumentum, sed iumentorum est palea vesci, hominum instrumentis. Qui ergo humana ratione utitur, iumentorum paleas abiciat, & frumenta spiritus edere festinet. Ad hoc quippe utilis est ut misteria littere inuoluta regantur. Hinc enim scriptum est: *Sapientes intelligentiam abscondunt*, quia nimirum sub tegmine litteræ, spiritualis intelligentia cooperitur. Hinc rursus in eodẽ libro scriptum est: *Gloria Dei celare verbum*. Menti enim Deum querenti tanto Deus gloriosius apparet, quanto subtilius, atque interiorius inuestigatur ut appareat. Sed nunquid ea quæ in mysteriis Deus celat, nos inquirere non debemus? debemus utique. Nam sequitur. *Et gloria regum inuestigare sermonem*. Qui enim iam corpora, sua vel motus carnis regere, & inuestigare non uerunt, Reges sunt. Regum ergo gloria est, inuestigare sermonem, quia bene uiuentium laus est perscrutari secreta mandatorum Dei. Humanæ ergo conuersationis verba audientes quasi ex terra homines esse debemus, ne si humanitus, quæ dicuntur audimus, nihil diuinitatis de his quæ audire debemus, sentire possimus. Quali iam non homines desiderabat esse Paulus discipulos suos, quibus dicebat. *Cum enim inter uos sit zelus, & contentio, nonne homines estis?* Quasi iam non aestimabat homines discipulos suos dominus, cum dicebat: *Quem dicunt homines esse filium hominis*. Cui cum uerbis hominum respondissent, ilico adiunxit: *Vos autem quem me esse dicitis?* Cum enim supra dicit homines, ac deinde subiungit *vos autem*, inter homines, & discipulos suos quandam distantiam fecit, quia uidelicet diuina eis insinuans, eos supra homines faciebat, ut ait Apostolus: *Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt*. Et scimus quia in resurrectione nostra ita corpus spiritui annectitur, ut omne quod fuerat passionis, in uirtute spiritus assumatur. Is ergo qui Deum sequitur imitari debet quotidie rationem suam, ut sicut tunc nihil possibile habeat in corde, ut secundum interiorem hominem iam noua creatura sit. Iam quicquid vetustum fuerit calceat, & in uerbis ueteribus solum uim nouitatis inquirat. Scriptura enim sacra mons quidam est, de quo in nostris cordibus ad intelligendum dominus uenit, de quo monte per Prophetam dicitur, *Deus a Libano ueniet, & sanctus de monte umbrato, & condensus*. Ille mons condensus est per sententias, & umbratus per allegorias. Sed sciendum est, cum uox domini in monte sonat, uelimenta lauare precipimur, & ab omnicarnis inquinacione mundari, si ad montem accedere festinamus. Scriptum namque

2. Cor. 3.

Prouer. 10.

Prouer. 25.

Reges qui

1. Cor. 3.

Matth. 16.

2. Cor. 5.

Scriptura sacra mōs.

Abac. 3.

est: *Quia si bestia tetigerit montem lapidabitur*. Bestia enim tangit montem, quando irrationabilibus motibus dediti, scripturæ sacræ celsitudini propinquat, & non eam secundum quod debet intelligunt, sed irrationabiliter ad suæ uoluptatis intelligentiam fluctant. Omnis enim absurdus, uel mente piger, si circa hunc montem uisus fuerit, atrocissimis sententiis ueluti lapidibus necetur. Ardet enim mons iste, quia sacra scriptura que spiritualiter replet amoris igne, succendit. Vnde scriptum est: *Ignitum eloquium tuum uehementer*. Vnde cum uerba Dei audirent quidam in uia ambulantes, dixerunt. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas?* Vnde per Moysen dicitur. *In dextera eius ignea lex*. Sinistra Dei iniuri accipiuntur, qui in dextera parte non transeunt. Dextera Dei sunt electi, qui a sinistris separantur. In dextera ergo Dei lex ignea est, quia in electorum cordibus (qui ad dexteram ponendi sunt) fragrant diuina præcepta, & caritatis ardore succensi sunt. Ille ergo ignis quicquid in nobis est exterius rubiginis & uerustatis exurat, & mentem nostram uelut holocaustum in Dei contemplatione offerat. Nec uacue attendendum est, quod liber iste non Canticum, sed Canticum Canticorum uocatur. Sic enim in ueteri testamento alia sunt sancta, alia sanctam sanctorum, alia Sabbata Sabbatorum, ita in scriptura sacra, alia sunt Cantica, alia Cântica Canticorum. Sancta erant, quæ in tabernaculo exterius agebantur. Sabbata erant, quæ in singulis hebdomadis celebrantur, sed sancta sanctorum, secretiori quadã ueneratione suscipiebantur. Et Sabbata Sabbatorum, non nisi in summis festiuitatibus celebrantur. Ista Cantica Canticorum secretum, & quoddam solemnem interius est, quod secretum in occultis intelligentiis penetratur. Nam si exterioribus uerbis attenditur, secretum non est. Sciendum est, quia in sacra scriptura alia sunt Cântica uictoriæ, alia Cântica exhortationis & contestationis, alia Cântica exultationis, alia Cântica adiutorii: alia Cântica coniunctionis cum Deo. Canticum uictoriæ est, quod Moyses transacto mari rubro cecinit, dicens. *Cantemus domino, gloriosè enim honorificatus est, equum & ascēforem proiecit in mare*. Canticum exhortationis, & contestationis est, quod Moyses Israelitis ad terram promissionis propinquatibus dixit. *Attende calum qua loquar, audiat terra uerba ex ore meo*. Canticum exultationis est, quod Anna prospecta fecunditate ecclesiæ in semetipsa cecinit, dicens: *Exultauit cor meum in domino*, ubi per semetipsam figuratam fecunditatem prolis ecclesiasticæ expressit, cum dixit: *Sterilis peperit plurimos, & quæ habebat plurimos, infirmata est*. Canticum adiutorii, Dauid post prælium cecinit, dicens: *Diligam te domine uirtus mea*. Canticum uero coniunctionis cum Deo hoc est, quod in nuptiis sponsi & sponsæ canitur, id est Canticum Canticorum, quod tanto est omnibus Canticis sublimius, quanto & in nuptiis

Heb. 12.

Quid sit bestia montes tangere.

Pf. 118.

Luc. 24.

Deut. 33.

Cur liber iste uocetur, Canticum Canticorum.

Exod. 15.

Deut. 32.

1. Reg. 2.

Ibidem.

Psal. 17.

ptiis solennitatis sublimioris offertur. Per illa enim cantica uicia euitantur, per ista uero uisus quæ uirtutibus locupletatur. Per illa enim cauet hostis, per ista uero dominus familiari amore complectitur. Et notandum quod aliquando dominus in sacra scriptura se dominum uocat, aliquando patrem, aliquando sponsum. Quando enim uult timeri, dominum se nominat, quando uult honorari, patrem, quando uult amari, sponsum. Ipse enim per Prophetam dicit. *Si dominus ego sum, ubi est timor meus?* Et rursus dicit: *Desponsauit te mihi in iustitia, & fide*: uel certe recordatus sum dici desponsationis tuæ in deserto. Sed quia prius timeri uult, ut honoretur, & prius honorari, ut ad eum perueniatur, & dominum se propter timorem nominat, & patrem propter honorem & sponsum propter amorem, per timorem uenit ad honorem, per honorem uero eius peruenitur ad amorem: Quanto enim dignius honor quam timor, tanto plus gaudet Deus pater, quam Dominus dici. Et quanto carius est amor quam honor, tanto plus gaudet Deus sponsum dici, quam pater. In hoc ergo libro dominus & ecclesia, non Dominus & ancilla, sed sponsum nominatur, & sponsa, ut non solum timori, non solum reuentioni, sed etiam amori deferuiatur, & in his uerbis exterioribus incitetur affectus interior. Cum se dominum nominat, indicat quod creati sumus, cum se patrem uocat, indicat quod adoptati. Cum se sponsum nominat, indicat quod coniuncti sumus. Plus est autem coniunctus esse Deo, quæ creatos, & adoptatos. In hoc ergo libro ubi sponsum dicitur, aliquid sublimius insinuat, dum in eo fœdus coniunctionis ostenditur. Quæ nomina in testamento nouo (quia iam perfecta coniunctio uerbi & carnis, Christi & ecclesiæ celebrata est) frequenti iteratione memorantur. Vnde Ioannes dicit domino uiuente: *Qui habet sponsum est. Vnde idem Dominus: Non ieiunabit filij sponsi quamdiu cum illis est sponsum*. Vnde & ecclesiæ dicitur: *Desponsauit uos uni uero uirginæ castam exhibere Christo*. Et rursus: *Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam*. Et rursus in Apocalypsi Ioannis: *Beati qui ad cenam agni nuptiarum uocati sunt*. Et rursus ibidem: *Et uidi sponsam quasi nouam nuptam descendentem de celo*. Nec hoc à magno misterio abhorret, quod liber iste Salomonis tertius in opusculis eius ponitur: ueteres enim tres uitæ ordines esse dixerunt, moralem, naturalem, & contemplatiuam. Quas uitas Græci ethicam, physicam, & theoreticam nominauerunt. In Prouerbiis quoque moralis uita exprimitur ubi dicitur: *Uidi fili mi sapientiam meam, & prudentiam meam inclinarem tuam*. In Ecclesiasten uero naturalis. Ibi quippe quod omnia ad finem tendunt confideratur, cum dicitur: *Vanitas uanitatum, & omnia uanitas*. In Canticis canticorum contemplatiua uita exprimitur, dum in eis ipsius domini aduen-

tus & aspectus desideratur, cum sponsæ uoce dicitur: *Veni de Libano, ueni*. uel etiam ordines trium Patriarcharum, & uitas significauit, Abraham Isaac, uidelicet & Jacob. Moralitatem quippe Abraham per obedientiam tenuit. Isaac uero naturalem uitam puteos fodiendo figurauit. In imo puteos fodere est per naturalem considerationem omnia quæ infra sunt inquirendo perscrutari. Jacob uero contemplatiuam uitam tenuit, qui ascendentes & descendentes Angelos uidit. Sed quia naturalis consideratio ad perfectionem non ducit, nisi prius moralitas teneatur, rectè post prouerbia Ecclesiastes ponitur, & quia superna contemplatio non conspicitur, nisi prius hæc infra labentia despiciantur, rectè post Ecclesiastè cantica canticorum ponuntur. Prius quippe mores est componere. Postmodum omnia quæ asunt tanquam non assint considerare. Tertio uero loco munda cordis acie interna, & superna conspiciunt. His itaque librorum gradibus quasi quandam ad contemplationem scalam fecit, ut dum primùm in sæculo bene geruntur, postmodum & honesta sæculi despiciantur, ad extremum etiam Dei intima conspiciantur. Sic autem generaliter ex uoce ecclesiæ aduentus Domini in hoc tempore præstolatur, ut etiam specialiter unaqueque anima ingressum Dei ad cor suum, tanquam aditum sponsum in thalamum conspiciat. Et sciendum quod in hoc libro quatuor personæ loquentes introducuntur, sponsum, & sponsa, adolescentule uero cum sponsa, & greges sodalium cum sponso. Sponsa enim profecto ipsa ecclesia est, sponsum dominus, adolescentulæ uero cum sunt inchoantes animæ, & per nouum studium pubescentes. Sodales uero sponsi sunt, siue Angeli qui sepe hominibus ab ipso uiuentes apparuerunt, seu certi perfecti quique uiri in ecclesia, qui ueritatem hominibus nunciare nouerunt. Sed hi qui sigillatim adolescentulæ, uel sodales sunt toti simul sponsa sunt, quia toti simul ecclesia sunt, quamuis & iuxta unumquemque tota hæc tria nomina accipi possunt. Nam qui Deum perfecte amat, sponsa est, qui sponsum predicat, sodalis est. Qui adhuc nouellus uiam bonorum sequitur, adolescentula est. Innitatur ergo ut simus sponsa, si hoc necdum præualemus, simus sodales, si neque hæc adepti sumus, saltem ad hunc thalamum adolescentulæ conueniamus. Quia igitur sponsum & sponsam, Dominum & ecclesiam diximus, uelut adolescentulæ, uel sodales, audiamus uerba sponsi, audiamus uerba sponsæ, & ex eorum sermonibus feruorem discamus amoris. Itaque sancta ecclesia diu præstolans aduentum Domini, diu sitiens fontem uitæ, quomodo oportet uidere præsentiam sponsi sui, quomodo desiderat, dicat.

Cant. 4.

Malac. 1.

Olea 2.

Deus plus gaudet dici sponsum quæ pater, & pater, quæ dominus.

Ioan. 3.

Matth. 9.


1. Cor. 11.

Ephes. 5.

Apoc. 19.

Prouer. 2.

Eccles. 1.





Quomodo in quiete auaratur Deus, & de ampliori gratia desiderio.

C A P. P R I M U M.

Cant. 3. Deum quō ab aīa quārendus.

**I**n lectulo meo per noctem quiescivi quē diligit anima mea. Anima quę Deum quęrit, & ad dei dilectionē & cognitionem plenius pertingere cupit in lectulo hunc quærere debet idest in quiete mentis. Vacare enim dicitur, & quiescere ab occupatione, & iniquitatione rerū terrenarū. Nisi, n. ab exteriorum cura, & occupatione, & amore quiescerit, Deū quærere non potest, nec inuenire merebit. In lectulo ergo idest in quiete mentis quærendus est Deus. Et per noctem, i. per aduersa tentationum, & laborū, & in pugna virtutum & viciorum. Laborare siquidem animā oportet in multis aduersis, multisq; obstaculis retardari, & graui colluctatione fatigari antequā mores perfectē corrigat, & cordis munditiā obtineat, & Deū videre mereatur. Vnde merito per noctem Deum quærere dicitur, per aduersa videlicet & labores. Et nō in lecto, sed in lectulo, quia quies a talibus habita exigua est, & angustia, impugnantibus nimirum animam viciis, & pristina consuetudine, & præteritorum peccatorum memoria & delectatione. Ob quam causam dicit etiam suum lectulum, & non nostrum quia non communem hunc habere potest cum sponso, nec perfecte illo frui in tā exigua quiete, quā in pace factus est locus eius, & non in viciorum pugna & perturbatione. Hoc modo ab incipientibus, & nondum perfectis quæritur Deus in lectulo, & per noctem quæritur, cum, scilicet anima mortificatis plenius viciis, & sopitis tentationibus, & purgata conscientia plenior quietem obtinuerit gratia sancti spiritus in mentem veniente, & vitia, atq; tentamenta sedante: Iuxta quod scriptū est. Arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni. Tunc anima vacare poterit, & videre quoniam suavis est Dñs. Ita mentis pax, & tranquillitas lectulus est in quo sponsa quiescit. In hoc lectulo quærit dilectum per noctem, quā scilicet sopita sunt desideria carnis, & post pugnam, & labores victoria successit, et quies data est. In die enim laboratur & in nocte cessatur a labore, et in nocte quiescit. Cum ergo post pondus diei, & estus tentationum scilicet a labore ad lectulum quietis, & ad noctē paulandī a fatigatione, & inquietudine anima puenit, tūc iam expedita, & vacans dilectū melius quærere poterit. In hoc lectulo, & in hac nocte dormit, sed cor eius vigilat. Dormit, n. foris, sed intus vigilat. Et quantum foris quiesca est, & vacat, tūc intus ad quærendum dilectū occupatur, & in quiete est. Quærit autē hunc in lectulo & non in lecto, quia non plenam quietem possidet, sed angustā quietis dilectō non frui ad votum, nec secum hūc

Psal. 45.

**A** hēt. Vnde & lectulū ipsum suū vocat, quasi quē sola habeat, & in quo nondū cū sponso quiescat. Et ideo bene dicit quærat per noctē (cecitatis videlicet) in qua detinetur, vt non eo plenē fruatur, nec præsentiam eius sentiat. Præterens siquidem est per essentiam, præterens per desiderium, & hīc iā qui desiderat, quia non habitus desiderari non posset, sed non adest per præsentiam suā reuelationē. Nondū enim cecitate eius fugauit, nec ad sciendum præsentiam suā illā illuminauit. De hac igitur nocte conqueritur, & per hanc dilectū se quærere causat, nec inuenit. Cupit igitur illuminari & oculos cordis aperiri, vt eū inueniat, & per accedentem gratiā præsentiam eius intelligat, & se videri ab illo, & se illū videre sciat. Quærunt namq; illuminationem amplioris gratie, presentie intelligentiā, & spiritualis dulcedinis experiētiam; Quæsiui, ait, quem diligit anima mea. In dilectione animæ notare possumus amorem spirituale. & est affectuosum. Cum autē aliquem affectuose diligimus hunc quasi animā nostram diligere dicimus, ac si dicat. Quem diligo affectuose, & spiritualiter, i. ad salutem animæ, non ad temporale commodū, vel carnale. Sed non semper sponso quærenti se statim offert, nec desideranti se exhibet, sed sæpe vota implere differt vt angeat, & aucta postmodum remuneret, & perfectius impleat. Differt etiam hæc interdum, vt constantiam quærētis probet, & eo vilius, quo tardius desiderata præstet. Quod enim cum labore acquiritur, arctius tenet & cautius custoditur. Et nō nunquam desideria citius impleta deficiunt, & dilata amplius crescunt. Vnde sponsa dilationem sentiens, & dispensationē nesciens, & amoris impatiens, conquæratur dicens. Quæsiui, & non inueni illum. Nondum enim gratiā quæsitam percipit, no ndum præsentiam sponsi sensit.

Quomodo tam perfectiorum quam imperfectorum exempla considerat anima.

Cap. II.

**S**ponsa itaq; difficultatē passā, & quasi repulsa, & quædo minime quiescit, sed ad quærēdū se amplius accingit. Nā importunitatem suā, & constantiam demonstrat dicens. Surgi, & circūibo ciuitatē. Cōuertit se ad humilitatē, vt quē p se nō inuenit, per alios quærat, si forte per illos hūc inueniat. Multo labore lectū sibi parauerat, prius cessans a peccatis, & postea decertās fortius cōtra vitia, & post hæc recedēs ab occupationibus, & curis, & ad extremū vacās a noxiis. Verumq; etā plerisq; bonis operationibus, vt minorata actūs sapientiā quę Deus est perciperet. Nunc autē ad circūibēdū, & inuestigādū bonas operationes aliorū cōuertit: vt sponso hoc labore inueniat, quē quæta minus inuenierat. Surgit a quiete, circūibēs videlicet ciuitatē. Circūit cogitatione conuentum bonorum, vt in eis exempla melioris vitæ, & virtutum documenta capiat, per humilitatem enim reputat sibi deesse virtutum ornatum, & cordis munditiā per quē sponsum inuenire mereatur domū mentis quamuis

Cur sponsa non statim quærētis se offereat.

Cant. 3.

Quo aīa parat sibi lectulum.

Quo circūibēs ciuitatem.

Iob. 33.

Quenam animam per vicos deficiunt.

Quenam plateas.

Virtutes perfectiorum hōminū quærit.

quemuis vacantem a viciis, sed minus ornatam virtutibus indicans. Quam vt decentius ornet sã etorū virtutes circumuisq; explorans, & specialem gratiam vnus cuiusq; explorans, & ab alio humilitatis, ab alio patientiā, ab alio obedientiā, ab alio abstinentiā, ab alio caritatis, ab alio puritatis flores decerpens. Hos per imitationē in mores transfundere, eisq; domum mentis ornare contendit. Metitur, n. fabricam idest pensat vitam sanctorum, & virtutum constructionem in illis considerat, vt erubescat in se de imperfectione sua. Et sicut in Iob legitur, respicit homines, sanctos attendit, vt se peccatricem eorū comparatione reputet, vnde eorum exemplis humiliata, & ad profectum accensa, denuo mundando cordi, & excolēdis virtutibus operam dat, vt plenius mundata, & ornata domo, ad inueniēdum sponsum digna fiat. Ipsa sponsa circūit ciuitatē (bonos videlicet) vt eorum scrutetur virtutes, & sanctitatem. Et quærūt dilectum per vicos, & plateas. Vici angustiores, & plateæ latiores sunt. Vnde per vicos illi designantur qui omnia relinquēt, & Christum nudum nudi sequentes, angustam viam viuendi sibi elegerunt. Per plateas verō quæ latiores sunt, secularis vitæ perfectos intelligimus, qui latiori via incedentes, nec sua omnia relinquentes, sed suis bene vententes, hospitalitatibus, & elemosinis, ceterisq; bonis operibus Deo placuerunt. Qui latam viam quæ ducit ad mortem declinantes, arctam viam mandatorum, & vitæ tenuerunt. Quærunt ergo dilectū primo per vicos, & postea per plateas. Quia enim perfectionis fertur desiderio, a perfectis primo quærūt exempla. Considerat quam arctā se lege viuendi constrinxerunt, & quam tenuis eorum fuit cibus, quam pauper vestitus, quam breuis somnus, quam grauis labor corporis, quam stricta disciplina cordis, qualiter in omnibus amputauerunt delicias corporis, extraxerunt cordis voluntates. Perpendit post hæc quanta in his fuerit sublimitas, & libertas mētis. Et quomodo cōmorantes in carne conuersati sunt in cælis, quo modo cūcta terrena supergressi sunt, & calcauerunt. Horum aliqui modico pane & aqua sustentati sunt, aliqui non pane, sed herbis siue radicibus vixerunt, & aliqui cælitus victum acceperunt, aliqui sine omni fere cibo vitam duxerunt, aliqui abiq; omni vestitu sub nudo aere degerunt. Qui non solum actus sæculi, sed omnem et materiam abicientes quasi extra carnem fuerunt, & quantum mundum supergressi sunt, & carnis vitia excesserunt, tantum repleti gratia, & absorpti a spiritu ocella diuinitatis scrutati sunt, & cognouerunt. Anima itaq; feruens facta, per hos tam celestes, & tanta gratia repletos discurrat, hosq; considerat, & quod in se minus habet, in istis amat. Per hos Deum quærūt, vt in horum exemplis nutritus amor eius quandoq; in Deum surgat. Cū enim in istis imago Dei, & magna ex parte similitudo resplendeat, & quantum hos imitari potue

**A** rit, eisq; assimilari, tñ Deo meretur vniri, tantūque Deum in se suscipit, quantum similitudinē eius assumpsit. Nil, n. tam propinquum Deo, quam eius caracter & similitudo. Cum autē facta fuerit anima iusta, vera, misericors, sapiēs per gratiam quod Deus habet per naturam, quantum has virtutes in se formauerit, tantum in se Dei similitudinem reformabit. Quapropter cum sponsa perfectos attendit, eisq; assimilari laborat, & per eorum exempla graditur vt dilectū inueniat, per vicos quærūt quem diligit anima eius. Quærunt etiam hunc per plateas, in aliquibus videlicet secularibus, siue etiam coniugatis. Nusquam, n. exempla & incitamenta salutis contemnenda ducit. Huiusmodi itaq; multi quamuis leuiorem & latiore viam conuersandi tenuerunt, tamen bona fama de se odorem sparserunt & imitationis exempla præbuerunt. Quæ sanctitatis exempla in Abraham, quæ in Iob non inueniuntur, quibus anima Deum quærere accendi posset, & edificari? Qui tanta repleti gratia crant, & tanta Dei dilectione præditi vt alter eorum ad præceptū Dñi vnicum filium ad mortem offerret, & alter mortem omnium liberorum æquanimiter ferret, & gratias Deo referret. Alter propter excellēs meritum a Domino benedicti meruit alter in amissione omnium quę habuerat domino benedixit. Ille Angelorum colloquio frui meruit, quos et hospitio suscepit, atq; pavit. Ille ipsum dominū loquentem audiuit, & illuminatis oculis cordis vidit. Quanto lumine diuinæ gratiæ hic illuminatus fuit, cuius mentem nox tot aduersorum, & tentationum inimici non obscurauit, & quem vniversus stratus quietus eius versatus non euerit? Non immerito igitur sponsa de nocte, & lecto suæ quietis in quo sponsum non inuenit ad hunc virum currit, quē in nocte sua, & lecto turbato ampliorē inuenisse gratiā cognoscit. Moyſes & Samuel inter ceteras virtutes, quibus excellenter fulserunt, illud eximium caritatis præferunt exemplum, quod deuote pro inimicis intercesserunt. Ille quidē pro populo se lapidate, iste pro populo se de principatu euicente. Ille tanta caritate vt peccatū ipsorum vel eis dimitti a dño posceret, vel se de libro vitæ deleri. Ille pro se deficientibus perhibet se non minus deuote deprecari. Quis humilitatē Dauid, viri scilicet quē Deus in cor suum inuenit non miretur? qui post tanta, & tam glorioſa gesta, non in superbiam se extulit, imō potius canem se mortuum, aut pulicē vnum se nominauit. Qui quæ exteriorē & interiorē humilitatē habuerat, his verbis manifestat, quibus dicit: Ludam & vilior sum plusquam factus sum, eroq; humilis in oculis meis. Exteriorē enim vilitatē non reuicit, & intus suo iudicio abiectus fuit. Quot tales sub lege vel etiam tempore gratiæ iuerunt, qui salubria virtutum exempla de se præbuerunt? Per hos itaq; sponsa etiam dilectū quærūt, & per eos se in amorē illius accendit,

Charitas Moyſi & Samuelis.

2. Reg. 6.

Quomodo considerata exempla bonorum humilientur & accendant. Cap. III.

Cant. 3.

Quæsiuit & non inueni illum. Quæsiuit sponsa dilectum per vicos, & plateas, & non inuenit illum ad votum. Nondum enim præsentia eius sensit, nondum desideratam gratia accepit. Nec mihi ambigendum quin circuitu suo multum acquisierit, multamque in se gratiam auxerit. Siquidem ex agnitione bonorum, & virtutum eorum non parum accensum est in ea desiderium iustitiæ. Accessit enim ad ardentem hoc igne quem Dominus Iesus misit in terram, & voluit vehementer accendi. Ad quos dum accedit tepidus incalcescit, & feruens amplius ignescit. Non autem quia gratia acquisiuit, à querendo ampliorem quiescit, desideria accensa sunt, non impleta, excitata, non sedata, & quantum creuerunt, tantum sibi minus ea quæ suscepit sufficiunt. Augmentum gratiæ eferriem excitauit, adeo ut quantum plus accepit tantum plus desideret. Malus siue tepidus quia bonum non amat vel desiderat, defectum suum, & ad quanta teneatur nescit. Vnde cum inops sit, diuitem se reputat, quia spirituales diuitias ignorat. Dicit enim quia diues sum, & nullius ego, cum miser sit, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus: bonus verò & proficiens quod habet non attendit, sed ad anteriora se semper extendit. Et quia nunquam se apprehendisse arbitrat, ex desiderio semper humiliatur. In proficiente igitur cum crescente gratia crescit & humilitas, & quantum diues sit, tantum se inopem credit, quia degustata gratia amplius hunc accendit. Sponsa itaque que proficit, nam quantum accenditur ad amorem tantum humiliatur. Nondum se inuenisse gratiam credit, dum perfectorum virtutes attendit, vnde dicit: Quæsiuit & non inueni illum. Non inuenisse illum dicit, quem tam perfecte in aliis inuenit. Sic Antonius maximus monachorum postquam quæsitum Paulum inuenit, nil se esse comparatione illius iudicauit, dicens vobis mihi peccato ri, qui falsum nomen monachi porto, hoc illi inuentio Pauli præstitit ut qui antea monachorum maximus extitit, modo nec se nomine monachi dignum dixerit. Quod mirabilis in imitatione, cum sumus sanctitatis merito suo iudicio infimus fieret, & tam sublimis ante Deum ita sibi vilesceret. Sed quantum putamus ista sui vilitas sublimem fecerit? Ignoro an aliqua tam sublimis in Antonio virtus tantum ante Deum se exaltauit, quantum ista sui deiectione, & omnium meritum quæ prius habuerat annullatio. Nondum itaque inuenisse se Christum credidit, quem in Paulo tam excellenter habitare conspexit. Ecce quantum Antonio Pauli consiliu inuentio, & sanctitatis illius cognitio. Ita sponsa non inuenisse se dilectum credit dum perfectorum virtutes inuestigando cognouit. Quæ etiam querit non tantum in perfectioribus, sed in æqualibus, siue etiã in inferioribus.

D. Hieronymus in vita S. Pauli primi Heremite.

A Siquidem & hi similiter vici dici possunt, & plateas, boni videlicet & mediocres. In istis donum alicuius gratiæ quod specialiter perceperunt explorat & considerat, atque veneratur, & imitari conatur. Qui enim Deum timet, nihil negligit, nihil vbi salutis profectum accipere possit contemnendum ducit. Quatum ergo magna est, humiliat se in omnibus, per infimos etiam non reuens emendari. In his enim imitationis exempla & proficiendi nonnunquam inuenit, quæ vtiliter sibi proponere possit. Solent quippe boni virtutes suas inuicem accendere, & alter ab altero profectus pariter & humilitatis incitamenta sumere. Vnde contingit ut dum iste illius patientiam, & ille istius obedientiam, iste illius caritatem, & ille istius mundiciam considerat, semper alter ab altero sumat vnde in bonum crescat. Multum enim ad studiū emendationis accinguntur, quando in aliis cernunt bonum quod ipsi minus habent. Et dum in uicem superiores se arbitrantur, & alter alterius bonum reueratur, & diligit, amando illud suum facit, & se in humilitate custodit. Sic Paulus plus omnibus Apostolis in prædicando laborasset non attendit, sed aliorum innocentiam respicit, & quia ipse ecclesiam Dei persecutus fuerat, ipse minimum se Apostolorum dicit. Petrus verò quod primus Apostolorum sit non considerat, sed in Paulo miratur sapientiam, & hanc quodam loco de illo commendat. Neque enim minor Paulo erat Petrus, qui hunc laudibus efferebat: nec minor Apostolis erat Paulus, qui se minimum iudicabat. Sed qui magni gratia apud Deum necesse erat ut sibi parui viderentur. Et qui omnibus ornabantur virtutibus, humilitatis etiam virtute debebant decorari. Maximus nempe est animæ decor, si post omnium virtutum perfectionem humilitatem possideat, & cum magni sit meriti, magnam se esse nesciat. Magnū se nesciebat beatus Iob qui dicebat: Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Parua quippe bona sua aestimabat, quia semper ad maiora feruebat. Perfecti itaque que idest vere humiles reprehensibilia sua cognoscunt, & iudicant, & aliorum mala dissimulantes bona potius pensant, districti iudices sui, sed aliorum pii: vnde cum in aliis parua aliqua bona conspiciunt, maiora in eis sperant. Cū vero ipsi multa fecerint, seruos se inutiles reputant. Sicque contingit ut bene de aliis, sibi verò vilescant, seque inferiores minoribus credant. Ita sponsa sua merita non considerans, nec ante oculos sibi ponens, in collata aliis gratia considerationem desigit. Congaudet dona gratiæ accipientibus, congaudet Deo largitori, dilecti per membra eius reminiscitur, & per membra in dilectum amplius inflammatur. Cumque liberalitatis eius dona considerat, quæ diuersis tribuit, sua in se denuo desideria accendit vnde piam querelam replicat dicens: Quæsiuit & non inueni illum.

1. Cor. 15;

2. Pet. 3;

Maximus decor animæ qualis

Iob 9.

Quomodo

Quomodo anima Angelorum præsentiam cognoscit, & eis desideria sua pandat. Cap. IIIII.

Vigiles sunt Angeli, & curia appellatur.

Iob. 17.

Leuiathan quos absorbeat.

Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Animam sic desiderantem, sic querentem inueniunt vigiles qui custodiunt ciuitatem. Angeli videlicet sancti, qui ciuitatem idest ecclesiam, vel fideles custodiunt, quorum custodia suos munit Christi misericordia. Qui recte vigiles dicuntur, quia vigilantes & solliciti sunt circa electos, ut defendantur à tentatione, ut proficiant in bono, & ut saluentur. Siquidem administratorii spiritus sunt in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Horum ministerio & vigilantia Deus fideles suos protegit, qui non dormitat, neque dormit qui custodit Israel. Aduersarius verò noster quasi Leo circuit, quæres quem deuoret. Qui quosdam ut Leo deuorat, quos aperta pugna deuicit, & alios occulta fraude seducit, quibus (ut in Iob legitur) in terra pedicam abscondit, & decipulam super semitam ponit, quia & per terrena desideria eos decipit, & ibi deceptionis laqueos ponit, vbi cordis eorum semitam esse, & procliuos eos ad peccandum conspiciunt. Ita circuit inimicus ad fallendum. Discuntur verò sancti Angeli ad defendendum. Hac discordia inter Angelos pacis angelosque; discordia agit. Sic contenditur pro homine, & ille pro se non vigilat, sed torpescit. Oportet enim hunc videre, vigilare, & orare, & considerare periculum suum, vigilare circa salutem suam, & orare & auxilium implorare contra tentationem. Quantos enim deuorat Leo iste, quantum mortificat exterminator Angelus ex his que signum Dei viuui non habent in frontibus suis: que utrumque postem suum, & superliminare domus sua non habent de Agni Dei sanguine, qui fidem per dilectionem non habent operantem, & vexillo crucis Christi, seu virtute passionis suæ muniti & defendi non merentur. Nec miratur Leuiathan si hos absorbeat, absorbebit enim fluium, & non mirabitur, malos videlicet, & carnales qui more aque defluunt, & de peccato ad peccatum decurrunt, & lubrico vitiorum ad ima tormentorum descendunt. Etiam heu fiduciam habet, quod influat Iordanis in os suum, electi videlicet in quos se præualere confidit. O quanta multitudo absorptorum, & paucitas creptorum. At pius Dominus abscondit suos in tabernaculo suo (idest in ecclesia) in die malorum, & protegit eos in abscondito tabernaculi sui (id est in Christo) qui absconditum ecclesie dicitur, quia occulte, & inuisibiliter habitat in electis suis per caritatem, quippe que eis iungitur & per fidem, & virtutem passionis illius proteguntur à tetratore Diabolo. Quia enim Christus passione sua inimicum vicit, virtute passionis eius se suos munit, ut hostes non timeant, quia eius facti membra sunt, qui de illo triumphauit. Est quippe fide

lis Deus, qui non patitur suos tetrari supra id que ferre possunt, sed facit cum tentatione etiam prouentum. Ita tentationes ordinat, atque temperans, ut vnde eos inimicus tetrare querit probentur: & probati amplius coronentur. Contingit præterea ut eos impugnans (quatenus a Deo separet) magis eos Deo coniungat, quia dum tentatur humiliter Deo subduntur, ut a tentatione liberentur. Vnde dicit Beatus Iob quod bestia terræ (dæmones videlicet) pacificatae fiunt bonis. Non dicit pacata, quia pacem non habent, sed pacificata, quia pacem eis faciunt dum eos impugnando affligunt. Conuertit ergo Deus hoc suis ad coronam, quod inimicus agit ad ruinam. Ille verò non sic arbitrat, sed ad coterendum est cor eius, & ad interemptionem gentium non paucaur. Ita Deus electos abscondit in ecclesia, in die malorum protegit eos in semine eos Angelorum custodia. Hos ministros, & nuncios suis exhibet, ut illis ad salutem ministrent, & necessitates eorum nuncient, & preces perferat. Et quamuis ipse singulorum causas videat, & cognoscat, vult tamen per Angelos suos hoc sibi nunciari, ut caritatem suam, & dignationem suam circa hominem commendat, & propter tam dignos, tamque dilectos nuncios plenius præstet. Nec mirum quod Angelos suos electis ministris exhibet, & semet ipsum. Est nempe & ipse Angelus magni consilii, videlicet redemptionis nostræ, & salutis, quam missus est operari in medio terræ. Ministrat siquidem nobis conuersatione sua, & humilitate, præbendo viuendi exemplum in se, & statuens se paruulum in medio discipulorum (idest humile) ut efficiamur paruuli sicut ipse. Ministrat etiam nobis morte sua, in qua laborauit pro nobis, ne nos laboraremus, & temporale pertulit, ne nos æternam pateremur. Igitur ministrat nobis dominus in hac vita, & ex hac quoque transiens ministrat nobis in illa refectione gemine dulcedinis, quia pascet nos lacte humanitatis suæ, & melle diuinitatis. Angelorum quoque ministerium non tantum temporale nobis est, sed etiam sempiternum, quia per eorum præsentem auxilium hereditatem, & æternam salutem capiemus, & gaudium eorum cum ipsis sine fine percipiemus. Quomodo verò putamus salutem nostram diligant, & quantum nos consortes secum habere cupiant? Quis aestimet quanta caritate & cura circa commissos sibi vigilent? quo torpentes excitent, & sollicitos, atque feruētes amplius accendant? quo hinc mala excuset, inde bona diuino conspectui respicient, quo defendat aut his gratia obtineat? Cuius animam magno desiderio seruēt respexerint, & ad Deum puram intentione suspirant, quo putamus hanc diligant, eique congaudeat, & ad illam diuertat? Quo inter illam & Deum discurrat? Siquidem amici sponsi sunt, auscultant vocem eius, que facit sponsum audire, voces eius desideria sunt, hæc vehementer clamant in aure sponsi, hæc auscultant amici, videlicet Angeli, his delectantur, ista nunciant.

Christus quomodo ministrat nobis in hac vita ac ministrabit in futuro.

Ministerium Angelorum erga homines quale.

Richardi S. Victoris.

Pars II.

3



nunciant, & illam vt veniat inuitant, istam con-  
solantur, & monēt vt quærat, & pulset, eo quod  
quærens inueniat, & pulsanti aperiat. Frequen-  
tant itaq; & vistant interim ipsi animam sic fer-  
uentem, donec sponsus adueniat, & augmento  
amplioris gratiæ hâc aduentui ipsius sponsi ple-  
nius præparant. Trahunt cogitationem eius ad  
intelligendam eorum præsentiam, & discendâ fa-  
miliaritatem, quatenus de hac notitia crescat &  
proficiat ad diuinam. Quærens ergo Deum ani-  
ma ab his inuenit, & post circuitû ciuitatis, post  
inuestigationem beatorum Angelorû aduentû  
meretur, horum occursum percipit, ab his susci-  
pitur, hi sponsum quippe præueniunt, exhibent  
præsentia suam, reuelant se, Angeli. n. lucis sunt,  
cum luce veniunt, qua persusa illuminatur, pari-  
ter & tangitur, vt aduentû eorum intelligat, &  
præsentia sentiat. Quam gratiam dum percipit,  
inuentâ se à vigilibus fatetur, licet dilectû se non  
inuenisse causetur. Animam itaq; inuentâ esse à  
vigilibus, est ipsam inuenisse gratiam ad sentien-  
dâ eorum præsentiam, quæ prius cæcitatibus suæ  
tenebras patiens, nil nisi se sentiebat. Tunc desi-  
derium suû & cogitationē in ipsos dirigit, & fa-  
miliare colloquium quasi cum notis format, vo-  
ta sua insinuat, amorem nunciat, de sponso inter-  
rogat. Num quæ diligit anima mea vidistis? Que-  
rit eos testes suæ dilectionis, pariter & desidera-  
te præsentia spoli. Certè enim scit qd Angeli Dei  
visione fruuntur, & amorem ipsius, & desideria  
non ignorent, & miratur & quasi indebitum ar-  
bitratur, vt Deum videant, & se visionis illius ex-  
pertem relinquunt q. dicat. Nonne eum quo frui  
desidero habetis, & in illo desideria mea iâ diu  
vidistis: perhibet dilectus qd ad ostiû anime stet,  
& pulset: & si quis aperuerit ei, intret ad illum,  
& cænet cum eo. Ego iâ aperui patenter ostium  
meum per desiderium ipsius, neq; ingredi tur. In-  
super ingressa sum ad eû: & pulso ad ostium ip-  
sius, quod aperiendum promittit pulsanti. Et o-  
blitus promissionis, vtriusque, nec ingreditur  
in meum, neq; mihi aperit suum. Sto, & non respi-  
cit, pulso, & non aperit, clamo, & non respodet:  
quæro illum, & non inuenio. Quo ergo abiit?  
Nunquid nō illum vidistis qui estis Angeli sem-  
per videntes eum, quia semper videtis faciem, &  
ipse & pater vnum sunt, & qui videt vnum, videt  
& alium? Igitur non intratē ostium meum, nec  
aperientem suum, ac proinde non penes me, nec  
penes se inuentum, apud vos quæram, à vobis  
sciscitabor, ad vos transibo, vt penes vos inue-  
niâ quæ diligit anima mea, sponsum ecclésiæ &c.

Quid est  
animâ esse  
inuentâ à  
vigilibus.

Quomodo anima post Angelorum contem-  
plationem, ad Dei contemplationem tran-  
seat & discretionem.  
Cap. V.

Cant. 3.

Paululum cum pertransissem eos, inueni quem  
diligis anima mea. In triplici creatura sua in-

A uestigari, & cognosci potest Deus, in mundo,  
& ad eius ornatum creatis, in homine, & in An-  
gelo. Has singulas circuit, & pertranlit anima  
Deû sitiens, vt eû quærit inueniat. Ex vilibi-  
li mundi specie inspecta inuisibilem creatore cõ-  
siderat. Hæc. n. inspecta, scire dat quod Dñs ipse  
est Deus, & qd ipse fecit hanc, & non ipsa seipsâ.  
Sed hæc visio cõis & omnium tam malorum, s.  
quam bonorum. Hoc enim modo oēs hoīes vi-  
dent Deum, vt in Iob legitur, vt vnusquisq; in-  
tuetur procul, quia foris videtur Deus, & nō in  
se. Hoc modo vident eû Philosophi qui tamē  
per amorem non inuenerunt. Vñ de hac visione  
transit ad hominē, qui quoq; in imagine pertran-  
sit, licet similitudinē amiserit, in quo familiaris  
videtur Deus, vt pote in eius animæ imagine, qd  
in se repræsentat per rōnem, & intellectum. Nō  
autem transit ad oēs homines, sed ad bonos tm,  
& spirituales. Neq; enim ad gradientes latam viâ  
se dirigit, quæ ducit ad mortem, sed ad arcâtes  
se pro regno cælorum, quos superius plateas, si  
ue vicos appellat, & quibus imperfectiores, siue  
perfectiores designat. In his inuenit non solum  
imaginem Dei, sed ex parte similitudinē, in quan-  
tum in virtutibus profecerint, vel ad perfectio-  
nē conscenderunt. Sed quia non plenâ in his (q-  
uis aliquam inueniat similitudinē) vt plenius  
cõprehendat, & vicinius contempletur, ad vici-  
nius contēplantem transit, angelicâ scilicet crea-  
turam, in qua similitudinē plene considerat, vt  
pote signaculû similitudinis, & in qua ab initio  
signata perseuerat similitudo. Homines quibus bo-  
ni, quibus sancti vident, tñ in nocte idest in obscu-  
ritate, Angelus verò in meridie idest plena co-  
gnitione. Sicut. n. beatus Iob loquitur, stellæ ob-  
tenebrantur caligine huius noctis, quia et hi qui  
lucent virtutibus, & vitæ sanctitate obscurant te-  
nebris humanæ cæcitatibus. Angelus luce perfun-  
ditur perfectè contemplationis. Candor est. n. lu-  
cis æternæ, & speculum sine macula diuinæ ma-  
iestatis, qui sicut nulla parte distat à Deo ita per-  
fectè, & sicut est Deum videns, & hunc in se re-  
præsentat, quoniam speculum mundum & per-  
spicuum est illi qui in eum oculos cordis dirigit,  
mundatos tamen plenius à peccatis, & viciis, &  
etiam eorum imaginibus. Obscurant enim vitia,  
eorum quoq; imagines reuerberant, et contem-  
plationem impediunt, atque notitiam abscon-  
dunt, qui igitur hoc speculuu inspicit in horum  
munditiâ considerandam mundos oculos cor-  
dis mittit. In hoc speculo sibi relucet Dei simili-  
tudo. Mundi enim sunt sicut est mundus ille, sã-  
cti sunt, sicut est sanctus Dominus Deus eorû.  
Deniq; de illo mundus transit ad mundiciæ au-  
ctorem, et de sanctis ad sanctum sanctorum, de  
contemplantibus ad contemplandû, et statim in-  
uenit dilectû. Hi. n. adeo vicini sunt illi, vt vel sit  
mediû iter hos et illû, et post hos nō sit inuenire  
nisi illû. Inueto igit dilecto angelis cõgratulas,  
et cõsecutû p eos bñficiû cõmemorâs, ait itaq;  
Pars

Quo Deus  
cognosci  
põet in tri-  
plici crea-  
tura.

Iob. 36.

Iob. 3.

spoffectus  
nisi cum  
ab anima  
fuerit inue-  
tu.

3. Reg. 19.

Quomodo anima Christum in se suscipiat,  
& de vera dilectione Dei.  
Cap. VI.

Tenu illum, nec dimittam: donec introducam  
illum in domum matris meæ, & in cubiculû  
genitricis meæ. Anima quamuis accepta hac gra-  
tia, non immemor tamē imperfectionis suæ, nec  
nimium de dono Dei confidens, recolit se mul-  
toties carnaliter affici voluntate propria atque à  
spiritu ferri, mores nondum perfectè correxisse,  
nec Christi virtutes apprehendisse. Cupit ergo  
affectum suum purgari, voluntatem mortificari,  
spiritum suum deficere, & Christum induere,  
sicut dicit Apostolus: *Induimini Dominum Ie-  
sum Christum.* Licet enim dilectum inuenit, non-  
dum hunc in hospitium introduxit, & quod ac-  
cepit, quasi foris, non intus, fuit in desiderio, &  
non in effectu. Visitatam se intelligit & consola-  
tam, sed nondum talem, cum qua moram faciat  
dilectus, & mansionem habeat donec à se perfe-  
ctè deficiat. Ad hoc ergo iuuari se petit, & consi-  
que proficere, quatenus formetur Christus in  
ea, & uiuat iam nō ipsa, sed uiuat in ea Christus.  
Donec autem ad hunc statum perueniat, perhi-  
bet se non quieturam, nec cessaturam à precum  
instantia, dicens: *Tenu illum nec dimittam, &c.*  
Tenetur Deus orationis deuotione, desiderio,  
importunitate, memoria, prece, fide, & expecta-  
tione exauditionis, nec dimittitur si ab intentio-  
ne nō cessetur, nec vultus amplius in diuersa mu-  
tetur. Tenet itaque dilectum, quamuis aurora  
sit, nec dimittit, donec benedixerit ei. Lucata est  
cum eo tota nocte qua dormiuit, sed cor eius vi-  
gilauit, quia scilicet ab exteriori occupatione ces-  
savit & in quærendo dilectum laborauit. Etiam  
quamuis per noctem ad auroram peruenierit, nō  
cessat à lucâ videlicet ab orationis instantia, nec  
dimittit dilectû, nisi benedictionē det, vt eat de  
virtute in virtutē, & videat Deû deorum in Syõ,  
idest in speculatione per speculû, & in enigmate,  
quem videre non põt: sicuti est dum uiuit in cor-  
pore, benedictionē hanc quærit, & nominis mu-  
tationem, ut non iâ Iacob, sed Israel dici possit,  
nec opus sibi sit vt amplius vicia supplantet. Iac-  
ob. n. supplantator dicitur, sed vt expugnatis, &  
expulsis viciis puritate fruatur virtutû, & Deum  
contēpletur quia Israel videns Deum dñ. Purita-  
ti. n. cordis vidēdus Deus promittit, sicut scriptû  
est: *Beati mundo corde quoniam ipsi Deû vident.* Matt. 5.  
Hac benedictione pcepta claudicabit altero pe-  
de, quia quæ duplicibus incedebat desiderijs, car-  
nalia quidē sentiens, sed spiritualibus consentiēs,  
nunc perfectius mortificatis vitiis & marcescēte  
carnalitate, spiritualibus tantû desiderijs feref.  
Ad hanc ergo puritatē, & perfectionē suspirans,  
ait. *Tenu illum nec dimittā, donec introducā illū in  
domū matris meæ.* Mater nra est gratia spiritus,  
q spūaliter nos regenerat. Cuius domus est hu-  
mana mens, in qua eadē gratia suscipitur. In hac  
Pars II. G 4 domum

Rom. 13.

Deus quo  
ab anima  
teneatur.

Matt. 5.

Paululum cum pertransissem eos, inueni quem di-  
ligis anima mea. Quia ilico vt hos pertranliui, di-  
lectû inueni, hos prãfui vt venire, & p hos trã-  
fui, vt inuenire: horum. n. occurso, & auxilio qd  
cupiui obtinui, qui & meum prouocauerunt &  
accenderunt desiderium, & dilecti obtinuerunt  
occursum. Sponsi igitur inuentio præsentia ip-  
sius est experientia, & reuelatio. Querenti nem-  
pe anime, nec ab intentione cessanti exhibet se tã-  
dem, & votis occurrit. Quo præsentē innouatur  
anima, & quali ei adhærens lenit interni gustus  
dulcedinem, intelligentiam spirituales, fidei illu-  
minationem, spei augmentum, caritatis incenti-  
uum, compassionis affectum, iustitiæ zelum, de-  
lectationem virtutum: habet in oratione cū Deo  
familiare colloquium, audiri se sentiens, plurimû  
quæ exaudiri, facie ad faciem, cum Deo loquens,  
& audiens quid loquatur in ea Dñs Deus, in o-  
ratione Deum cogens, & interdum conuincens.  
Hac gratia illustrata, incipit tenebras cordis sui  
videre, seipsam cognoscere: discernere qualiter  
se vitia sub specie virtutum occultent, vel se illis  
occultè societ. Oritur enim in mente noua dies  
post noctem ignorantia, & fit diluculum quo  
surgit ad offerendum holocaustum contritionis  
pro singulis virtutibus. ne fortassis fuerint imperfe-  
ctæ, vel minus purgæ, & ad concremandum quic-  
quid in illis admixtû fuerit carnale. Hominis. n.  
spiritus interdum fertur ad aliud bonum cui an-  
nexum est aliquid carnale, quod humanitatē de-  
lectat, & trahit occultè, sed hoc ignorat. Item qd  
sepe credit aliquis à spiritu moueri ad aliquid fa-  
ciendum, cum mouetur à carnalitate, vel natura-  
libus, vel leuitate, vel causa aliqua, vel occasione.  
Denique interdum facit homo aliquid ante tps  
vel tardè, vel indiscretè. Has tenebras, & occulta  
mala prætheadit, & diiudicat, & diluculum cõ-  
punctionis hominem sibi demonstrat, qd scilicet  
minor sit in bono quam credebat, qd initium gra-  
tiæ tantum accepit, quod in nocte iacuerit, &  
ad diluculum, & non ad plenam diem venerit. Si-  
cut ergo per acceptam gratiam illustratus seip-  
sum cognoscit, ita per eandem intelligit exiguû  
esse quod inuenit. Helias post auditum sibilum  
aure leuis, in qua dominû esse didicit, pallio vul-  
tum operuit, & in ostio speluncæ stetit. Sic homo  
percepta gratia & per hanc cognita in perfectio-  
ne sua, vultum pallio operit, quia quanta ignorã-  
tia tegat agnoscit, & in ostio speluncæ stat, quia  
post noctem cognitæ cæcitatibus de corruptionis  
vicio exire ad illucescentem sibi diem gratiæ ve-  
nire desiderat. Remissus & cæcus, nec se videt,  
nec gratiam amat, quia tenebris suis obuoluitur,  
& lucē gratiæ ignorat. Deuota anima, & gratia  
illustrata sicut se videt, ita de se parum sentiens  
humiliatur: & sicut intelligit gratiam, ita ad desi-  
derandam illam amplius inflammatur. Humilia-  
ta ergo & desideras, & secum de inopia causans  
paululû se memorat inuenisse dilectum, non per-  
fectè, nec ad votum.

Richardi Sancti Victoris.



Christus in qua anima maneat.

Joan. 14.

Visitatio Dei quid efficiat.

Job. 14. Vocatio Dei & respō hoīs que.

domum dilectum cupit introducere, vt sicut hunc inuenit, ita cum illo maneat, & inhabitet. Acceptam enim gratiam in se retinere desiderat, in mores transfundere, & in conuersatione transformare. Manet in illa anima Christus, qui virtutes eius possederit, humilitatem, mansuetudinem, patientiam, obedientiam, & caritatem. Et item quæ mandata illius seruat, sicut ille ambulauit & ipsa ambulat; *Si quis diligit me, inquit, mandata mea seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Talis ergo & verè diligit, & Christum in domum mentis introducit. Affectuosa dilectio qua superius dilectionem animæ significari diximus, interdum plus afficit minus diligentem, & minus perfectiorem. Non enim tantum diligit quisque, quantum hanc sentit, & quantum in illo statu sibi diligere videatur, sed quantum in virtutibus, & caritate fundatus fuit, & in seruandis mandatis fidelis habetur. Dulcis in Deum affectus quodammodo carnalis est, & fallax, & humanitatis interdum potius quàm gratiæ, cordis quam spiritus, sensualitatis quam rationis: ita vt magis accedat aliquando ad minus bonum, & minus ad maius, & ad aliquid quod sapit amplius quam quod expedit. Hoc affectu errabant discipuli, & carnaliter Deum diligebat, cuius præsentia carere volebant. Vnde et non diligere arguebantur, qui quod delectaret magis quam quod expediret amplectabantur. Sic affectuose interdum carnalis aliquis, & imperfectus ad Deum afficitur, non quòd valde diligit, sed quia dulcedinem gratiæ degustat, quæ quantum durat, tantum iuuat, quãdiu durat dulcedo, durat & dilectio. Sed non agnosceretur in bonis amicis. In die namq; ista dñs quidem misericordiam suam mandat, sed in nocte temptationum & laborum in præceptis declarat, quantum quisq; diligit. Visitatione gratiæ consolatur Deus pusillanimitatem nostram, iuuat infirmitatem, excitat voluntatem. Et quid mirum si infirmus vngatur gratia, cum et malus dño cum benefecerit ei conuincatur? Itaq; contingit vt pusillanimitas, & dilectionis audis, dilectione hac magis moueatur, & in quo sensualitas, & carnalis appetitus potius quam ratio dominatur. Interdum hanc magis sentit leuis corde, & inops gratiæ: facilius enim mouetur qui leuior fuerit, expers consolationis delectabilis oblatam recipit. Huius ergo dulcis affectus causa est interdum, non gratiæ copia, sed mentis inopia. Exigua enim lætificant pauperem. Non omnis qui dicit Domine Domine intrabit in regnum celorum. Non omnis qui iterum, atque iterum dicit Domine, dulciter (scilicet affectuose) intrabit, sed qui voluntatem Patris fecerit, qui mandata custodierit. *Voca me & respondebo tibi*, ait Beatus Job. Vocat Deus per gratiam visitans, & respondebit homo per mandatorum impletionem: vocatio non facit perfectum, sed obligat. Responso per mandata

A iustificat. Fit etiam aliquoties affectus iste dulcis à malo spiritu, vt dum nimis ei creditur, eiq; dum valde delectat inhæretur, ad debilitatem cordis homo perducatur. Item vt per illius occupationem ab vtiliori opere reuocetur. Et item vt eius abundantia fretus aliquis se perfectum credat, & ad perfectum minus exerceatur. Per se quoq; aliquis interdum gratia abutitur, in vacuum hæc recipiendo, vel vilius aliquod opus omitendo. Sicut enim spiritus prophetarum propheticis subiectus esse memoratur, ita gratia homini subicit, vt vel bene, vel malè illa utatur: per hanc ergo of fendit qui vsum eius nescit, sicut etiam virtus in vicium vertitur, si nimie, vel extra tēpus exerceat. Sponsa ergo affectuose, pariter & desideranter dilectum quæsiuit, inuentum verò vt ad se introduceret non minus sollicita fuit. Quæreda est. n. sedule amplior gratia, nec cessandū, sed per hanc progrediendum, donec ad perfectionem veniat. *Antequam comedam suspiro* (ait Beatus Job.) *Job. 3.* Antequam suspiret quis non comedit, quia nisi hanc gratiam desideret & quærat, eius refectio nem non percipit. Nisi quoq; per hanc progrediatur, ad perfectionem non pertingit. Cibus est hæc gratia, quia reficit: lux est, quia illuminat. Reuelat enim mala sua homini, & roborat eum vt corrigere possit, cognito periculo suo hanc recipit, qui per hanc se corrigere, & ad interiora progredi negligit. Feruens verò anima ne in vacuum hanc recipiat, semper proficere laborat, & diligenter exercet agrum suum meliorando mo res, & excolendo virtutes, vt ædificet mentis domum in quam introducat dilectum.

*Quomodo in secreto mens Deo fruitur, & ab eo de occultis erudatur. Cap. V II.*

**N**ON autem sufficit sponsa in domum mentis introduxisse dilectum, nisi & in cubiculum suum introducat illum, vbi familiaris, & secretius illo fruatur, & sola cum solo sit, & confabuletur, & remotis omnibus consiliis intersit, secreta cognoscat, causas occultas discat, incerta & occulta sapientiæ suæ manifestet illi Deus. Ibi audire cupit verbum absconditum id est internam & occultam aspirationem, quæ in Job verbum absconditum vocatur, quia paucis conceditur, vel quia silenter aure cordis percipitur. Quod etiam verbum audire perhibet in nocte, quoniam sopor solet occupare hoies. i. quoniam calcatis carnis desiderijs, ges mentis possidet. In noctis ergo silentio quoniam secretè cum illa Deus est in cubiculo suo, quoniam pacata, & quieta sunt omnia, quando pax habet intus à viciorum perturbatione, & foris ab omni inquietudine & occupatione: quando silent vicia, & peccatorum omnium recordatio. Sensus quoq; exteriores sopiunt, & mundanorum memoria. Cum itaq; tanta quies fuerit, & iam silent omnia: tunc iam audiri poterit

Quid sit anima suscipere venas susurrans. Quib. modis Deus visitet animam.

Toties Deo, gratiarum sacrificij offerimus, quoties pp illi nos ipsos deprimimus & humiliamus.

Superbia quanto magis dilatur, tanto minus cognoscitur.

poterit vox Dei, quæ non tantum loquitur, sed susurrat, id est tenuiter, & occultè aliquid humanæ menti manifestat. Nec solū susurrum Dei, sed & venas susurrans eius furtiue tunc suscipit anima, quia subtilitatem diuinæ aspirationis, & causarum origine quibus ad mentem gratia veniat intelligit. Diuersis. n. modis visitat Deus, quia nunc expungit mentem desiderio diuini amoris, nunc spe & gaudio futuræ retributionis, nunc delectatione alicuius virtutis, nunc cognitione propriæ imperfectæ ionis, nunc timore peccatorum recordatione, vel alicuius periculi vel negligentæ manifestatione, nunc memoria bonæ rei, nunc exemplo, & gratia alicuius viri perfecti. Istis & aliis modis gratia mentem visitat, nec semper eodem modo, sed nunc isto, nunc illo. Sicut enim in diuersis diuersa sunt dona, & distributiones spiritus, vt ille accipiat hanc gratiam, ille illam, ita in vno, eodemq; homine diuersæ sunt visitationes spiritus. Anima ergo cum qua Deus in silentio susurrat ista cognoscit, & discernit, & secundum modum quo visitatur se conformat, & dirigit. Nouit enim discretionem gratiæ, & vsum, præsentiam quoq; siue absentiam intelligit, aduentum etiã & abscellum, causas etiam aduentus, motus, & cogitationes, prænuicios, & præambulos gratiæ. Quod autem hanc ante omnia mercatur humilitas frequenti experientia didicit, multiplicesq; & occultos humilitatis modos, siue motus intelligit. Nec ambigitur, quoties gratum Deo sacrificij offert, & gratiam sibi cumulat, quoties se propter Deum deprimat, & humiliat. Vt ergo abundantius hanc consequatur, humilitatis vestigia ram in cogitatione, quam in opere sectatur. In mente suo iudicio se deprimat, & foris se propter Deum hominibus subiicit, & postponit, abiectionem eligit, contemptibilem se facit, vt sit preciosa apud Deum, humiliat se vt exaltet, gaudet opprobriis, pro contumelia enim se recepturam à Deo nouit gratiam, pro conuicio benedictionem. Intellexit hoc David qui maledicente sibi Semei, magis hunc pati voluit, quàm per militè suū vindicari, pro maledictione illa bonum sibi à Domino reddi præsentiens. Sic humilibus Deus dat gratiam, superbis vero reficit. Sed quis vetustam, & inolitam superbiam, quis occultas eius radices, atq; subtiles cogitationes, quibus vt plurimum latenter irrepit, & etiam nescientibus subripit, nisi Deo susurrante (id est occultè reuelante) cognoscat? Quæ quantum in mente dilatur, tãto minus cognoscitur, quia mens per hanc amplius excecatur. Sic etiam in verbis, & operatione multipliciter latet, nec cognoscitur, nisi ad cognoscendum à gratia quis erudatur. Latet itaque in anima superbia, & hoc ipsa nescit, sed Deus hoc videt, quia occulta conspicit, & propterea gratiam suam subtrahit, vel non concedit. Non solum ergo propter manifestam, sed

etiam propter occultam, nec propter maiorem, sed etiam propter minorem superbiam mens siccatur gratia. *Desertos faciam* (ait dominus) *Esaï. 41. montes, & colles, & omne germen eorum exsicabo.* Per montes, maiores superbos, & per colles, minores designans. Isti montes exsiccantur, & arefcunt, sed valles id est humiles irrigantur aqua gratiæ, & abundant frumento spirituali. Istos montes, visitanturq; gratiæ origines & causas merendi, vel demerendi latenter intelligere, est venas diuini susurrans furtiue suscipere. Venæ istæ silenter, & cum leui murmure serpunt, nec audiuntur à mente inquieta, & in qua per strepunt & clamant uicia, vel perturbationes aliqua. Horum itaque intelligentia percipitur, & discitur in cubiculo (id est mentis secreto) vbi exclusa sunt omnia præter Deum, vbi sola cum solo anima susurrat, hæc est solitudo in quam ducit animam Deus, ut loquatur ad cor eius. Ibi audire potest quid loquatur in ea dñs Deus. Ibi aperit illi aures tantum interiores, patefcunt enim aures cordis, tumultus sæcularium negotiorum claudit, & quies secretè considerationis aperit. Tunc verba Dei mens viuacius penetrat, cum ad se admittere curarum sæcularium tumultus recusat. Hoc cubiculum scola est, vbi discat in silentio, vbi doceantur arcana præceptorum, vbi erudiat in diuinæ voluntatis, noticiæ, in morum cognitione, in virtutum discretionibus, in spiritualium rerum contemplatione. Ad hoc cubiculum secedere debet anima, sicut Moyfes ad tabernaculum fœderis ad consulendum dominum de dubijs, de disponenda mentis suæ domo, de gerendis in illa, de statu proprio, de aliorum necessitatibus spiritualibus, & corporalibus, de dilectione Dei, de amore iusticiæ, vel defensione, de discretionem exercendi zeli, de tempore dissimulandi excessus, de compassione delinquentium, de rigore. Hic quotidie discit, & inuestigat interiora sua, & exteriora, & qualis sit meditatio, vel circa quid maximè sit, vel esse debeat, qualis locutio, moderata, an dissoluta, humilis, an superba. Et item qualis sit operatio, strenua, vel remissa? Qualis deniq; sit totius domus dispositio, & quæ in ea corrigenda sunt, quæ toleranda. In quantum vero ad puritatem conscientiæ peruenit, quantumcumque voluntatem suam mortificando diuina coniunxit, seque vnum cum Deo fecit, intantum spiritualia cognoscit, & dei voluntatem intelligit. Vt ergo hanc gratiam percipiat merito dilectum introducere cupit in cubiculum id est secretum quietis, meditationis, orationis, ubi ab exterioribus quiescat interna, & mystica meditatione discat & oratione obtineat.

*De meritis: & vtilitatē & contemplatiue vitæ, & quando ad requiem aliquis debeat venire. Can. V III.*

**A** Diuro vos filij Hierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitatis, neq; emigilare

Quid sola cum Deo in cubiculo discere debet anima.

Cubiculū quid.

Can. 3.

re faciat dilectam, donec ipsa velit. Multo labore, instantia & oratione sponsa dilectum inuenit, & tandem in cubiculum introduxit. Vnde dignum est ut post fatigationem, tandem requiescat, & dilecto tot sudoribus, & discursionibus apprehenso fruatur, nec facile ab eius amore auellatur. Allegat ergo Deus pro illa monetque ne à suauisomno (i. quiete diuini amoris) suscitetur, nec à secreto cubiculi ad curam regiminis prorahatur. In hoc enim cubiculo non solum dilecti fruuntur amplexibus, & propria negocia peragunt, sed etiam aliorum necessitatibus intendit. Diuersis autem modis hic Deo fruuntur, videlicet nunc ut sponso, nunc ut doctore, nunc ut patre, nunc pro se illi exorat, nunc pro aliis precibus hunc flebit, & placeat, nunc in eius amore dormit, nunc contempletur, nunc cum illo aliqua ordinat & disponit, nunc ab illo audit & docetur, nunc eius amplexibus fruuntur. Habet enim cum illo amplexus & oscula, habet tactus & ubera, sed hæc omnia non materialia vel carnalia, sed casta, & salubria. In istis amplexibus Deus stringit, & stringitur, quia voluntatem suam prius animam cum quadam dulcedine ingerit, & insinuat, qua caritate excitata anima dum vocanti & attrahenti se iungit, quasi stringentem se stringit. In istis enim amplexibus prior Deus stringit, & sic versa vice anima stringit, quia dignioris, vel amplioris amatis est prius stringere, vnde & ille prius dilexit nos, ut cum possemus diligere, & etiam caritatem exhibuit, qua maiorem, vel parem nemo potest exhibere. Animam itaque Deus amplexatur, quoniam eam per gratiam ad se trahit, sibi quoque coniungit. Osculatur, cum gratiam suam dulcedine reficit, fecundat eam, cum caritate auget. Lactem pinguefecit eius ubera, cum dulcedine compassionis repletur. Est ibi spirituale connubium, concordia videlicet, & coniunctio voluntatum. Fecundat ibi non carnalis copula ventrem, sed spiritus sanctus mentem gemellis hanc impregnans fecibus (id est gemina caritate) Dei videlicet dilectione, & proximi. Hic vxor fit anima, accepit pietatis ubera quæ prius non habuit, cum adhuc paruula fuit, nunc tamen nouit peccantibus compatiri, si ueniliter indignari. Hic dormit cum Christo, dum ab exterioribus oculos claudit, & interna per contemplationem cognoscit. In quo somno cum Iacob Angelos uidet ascendentes, & descendentes, ascendentes ad Dei contemplationem, descendentes ad humanam uisitationem. Contempletur in Angelo hæc uisionis Dei & uisitationis humanæ uicissitudinem, quoniam & Deo inheret, & nobis eodescendat, causamque nostram apud Deum peragant. Animas quoque iam cum Christo regnantes contempletur & considerat, scilicet quem affectum erga nos habeant, & qualiter nos secum habere confortes cupiant, operaque suam, & intercessionem nobis impendant, & nostri sollicitudinem gerant. Per hos enim adiuuantur filie Hierusalem, ne dilectam suscitent, quia sicut illi amori creatoris inhaerent, & tamen salutis humanæ curam

Quib. modis anima fruit Deo in cubiculo sola.

Quid sit Deum amplexari & osculari animam.

Gen. 28.

Per quos adiuuantur filie Hierusalem.

gerunt, & peragunt, ita perfecta anima & in Dei amore quiescit, & proximorum saluti intendit. Adiuatur etiam per hos, quia cum his etiam & inter hos pro salutis discurrat, nec tantummodo Deum, sed & hos orat & eorum auxilium implorat. His necessitatem humanam nunciat, cum his in hoc negotio laborat. Bene ergo per hos adiuatur, utpote conscios & testes caritatis eius, & industriam, & occupationis circa proximos necessariam. Isti enim sunt caprea, ceruicque camporum (Angelica uidelicet creatura, & homines) quorum animam iam transferunt ad Regnum celorum. Iste caprea & alta petunt, & à lege proficiunt, quia alta contemplatione subleuati, dum Deum conspiciunt, in illo quicquid inferius in creatura eius agitur, cognoscunt. Cerui quoque spineta transeunt, & venenum vincunt. Ita sanctorum animam spinas peccatorum transilientes, & venenum suggestionum inimici, maliciamque mundi vincunt iam transilierunt ad Regnum. Et caprearum quidem campus, est illius uitæ felicitas. Campus vero ceruorum, istius sæculi spaciositas. Transierunt tamen caprea ad istum campum caritatis condescensione, & transilierunt cerui ad illum desiderio & fide. Hi cerui adhuc degentes corpore illic transilierunt, quia pedes eorum (id est affectus) stantes erant in atris Hierusalem. Nunc uero in anima illuc transierunt, postmodum etiam corpore eo venturi sunt. Ad hos etiam contemplatione transiit sponsa, apud hos proximorum curam secum transtulit, cum his ante Deum eorum causam intus agit. Merito ergo sponsus monet ne suscitetur, eo quod bene circa proximorum salutem occupatur. Et bona quidem sollicitudo, & turbatio carnalis, sed melior, & sublimior circa plures occupatio, & cura spiritualis, utpote tam Deo, quam celestibus ciuibus familiaris, & permanens, & secunda magis. Occupatio quidem exterior id est seruitus est, quia corporis etiam labor perficitur. Interior sollicitudo, & oratio, sublimior, atque dignius officium est. Illa seruit dum ministerium exhibet hæc apud Deum meritis, & familiaritate obtinet, messes esse multam dominus dicit, & rogari se monet, ut in eam operarios mittat. Quod maxime perficere prouolet anima perfecta quæ Deo familiaritate deuotionis adhæret, hæc modo Deo supplicat, ut in messes operarios mittat, modo ut in hanc messis gratiam ad operandum utiliter concedat, huius messis partem occupat actiuus, exteriori ministerio, sed contemplatiuus totam messem occupat orationis auxilio. Duæ quippe sunt uitæ actiua, scilicet & contemplatiua, quæ designantur per Martham, & Mariam. Martha foris laborat, Maria intus orat. Dic illi (ait Martha) ut me adiuuet, bene illam adiuuat, quæ diuinum adiutorium illi implorat, quia frustra laborem impenderet, plantaret, atque rigaret, nisi Deus incrementum daret. Optimam ergo partem elegit Magdalena, quæ gratiam exerceat

Occupatio & cura spiritualis melior quam carnalis.

Eccl. 10.

De rementum cupietis profectus alius discretus.

contemplationis, & tamen occupatur in parte fororis, ut etiam actiua uitæ premio coronetur, in qua pari caritate par premium meretur. Martha in uno loco corpore laborat circa aliqua, Maria in multis locis caritatem circa multa. In Dei enim contemplatione, & amore videt omnia, dilatur ad omnia, comprehendit, & complectitur omnia, ita ut in eius cõparatione Martha sollicita dici possit circa pauca. Valde ergo hoc unum est necessarium, & merito preferendum, in quo & Deo per amoris anima inhaeret, & omnibus caritatè, & sollicitudinem exhibet. Bene ergo sponsa proximis uigilat mente, licet dormiat (id est quiescat) ab exterioribus corpore, nec suscitari debet ut euigilet id est exterius uigilet quæ ita interior caritate, & oratione uigilat, bene itaque occupatur sponsa, licet exterius non operetur, quia multis, imò oibus saltim obtinere conatur. Filias ergo Hierusalem (animas uide licet ad uisionem pacis æternæ peruenire cupientes) prohibet sponsus illam suscitare, & ad exteriori occupatione pertrahere. Quæ ideo est ab eo dilecta uocatur, quia in amore eius quiescit & multorum salutem peragit, prohibetur autem suscitari donec ipsa velit, eo quod ita Deo sit iuncta, & in uoluntatis eius agnitione perdocta, quod egrediendum, & regrediendum pro diuino arbitrio (iusta & necessaria urgente causa) sit parata, prudens & ordinata caritas, ita ut diuinæ pareat uoluntati, ut iuxta sapientis sententiam miseretur sibi placens Deo, imò iuxta ipsam sapientiam primo fiat super seipsam. Nec solum negociis secularibus se non implicat ut Deo placeat cui se subtrahit, sed etiam necessitatibus proximorum se subtrahit, quibus se extenuari uel implicari à perficiendo cognoscit, non tamen facit hoc ex inclementia sed ex prudentia. Merito imperfectus quantum diu non habet nisi parum per olei caritatis quo ipso tamen uigatur, & nondum per intima dona gratiæ solidari meruit, non uult exterius implicari, ne curarum secularium astuet humanæ cõuersionis, & mutabilitatis uento contingat eam ab eo exiguo quod accepit exsiccari. Exterior enim occupatio imperfectos cito immutat & deiicit, quia muscæ morientes id est cogitationes mundanæ perdunt suam uiguentem gratiæ minus in anima fundatæ. Cupit ergo abundare prius sibi, ut sic possit aliis infundere, hoc oleo uult potius inungi quam uigere, de pleno fundere quam effundere, fluere quam effluere. Qui enim indiscrete aliis prodesse cupit, & ante tempus effundit, semper inops & à gratia uacuus manet, & profectum suum impedit, & aliis minus proficit. Non uult itaque prudens anima à quiete & silentio quod se in iusticia excolit euocari, quia cultus iusticiæ silentium requirit, donec cultus iste ad fructum, & maturitatem peruenierit, uidelicet donec perfecte profecerit, & donec in quatuor uirtute ex alto residere studet in ciuitate id est inter claustra conscientie. Affectant enim

aliqui regimen ante tempus, cum scilicet imperfecti adhuc sunt, & carnali appetitu magis trahuntur quam utilitatis instinctu. Sed appetitum hunc & uoluntatem animam sentire, non est hoc eam uelle, quia uoluntas ista carnis est, non spiritus, nec sua, sed aliena, si hanc ipsa non diligit uel sequatur, sed odit, & detestatur. Non ergo hoc uult ipsa cum uult carnalitas. Cum uero mortificata carnalitate prodesse proximis tantummodo uoluerit spiritualiter, tunc iam ipsa hoc uelle iudicatur, hæc enim uoluntas sua est, quia huic consentit. Carnalis autem non sua est, quia dum huic renititur, non ipsa hanc sed quod habitat in ipsa peccatum operatur. Donec ergo ad istum statum peruenit ut spiritualiter non carnaliter hoc uelit, non debet suscitari, nec ad aliorum regimen assumi. Quamuis autem dilecta ad hanc spirituales uoluntatem peruenierit, monet tamen Christus ne suscitetur donec uelit, quia talem nouit quod uolet cum oportunum fuerit.

De spiritali assensu anima, & de discretione, & seruire. Can. IX.

Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut uirgula sumi ex aromatibus myrræ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij. Per desertum ascendit sponsa id est huius mundi amatores, qui desertum sunt, quia deseruntur à Deo, quia eum deserunt, dum factis ei dicunt, recede à nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus. Ideo deseruntur ab eo, & relinquunt eis domus eorum deserta, ut habitorem in se non habeant Deum, per hos ascendit sponsa, quia cum eis conuersans corpore, mente eos transcendit superna appetens, & eorum delectationes infimas respiciens, inter carnales commoratur, & eorum peruersos mores & uitam non imitatur. Bonos longe siue prope positos attendit, ad eos mente accedit, eisque iungitur cogitatione, exempla considerat, conuersationi eorum se conformat. Ita saluatur à generatione ista praua, cum ab ea separatur, & transit atque transcendit ad generationem quarentium dominum, difficile est enim saluari cum peruersis, nisi hoc modo transcendatur & deserantur, quia trahit & attrahit eorum praua conuersatio, & corrumpunt colloquia eorum & confabulatio. Quod enim frequenter uidetur & auditur, ad hoc facile animus informatur, quia sicut dicitur uulgo iuxta quem sedet aliquis ab eo & discit. A malorum itaque consortio sequestrari, & ad bonos dilectione transire eosque imitari, hoc est ascendere, quia spiritualiter est sublimari. Quantum enim quis bonos diligit tantum bonus fit, tantumque in Deum ascendit, mali quotidie descendunt, quia de peccato in peccatum corruunt, & cum in sordibus sint, sordescunt adhuc. Item demergit eos tepestas aque, id est peccatum, & absorbet profundum, id est inuoluit

Cant. 3.

Job. 21.

Quantum quisque bonos diligit tantum bonus efficit.

ini-



iniquitas eorum, & vrget super eos puteus os suum, id est profunditas iniquitatis, quando non solum merguntur in peccatis, sed etiam perdunt aditum confessionis, boni vero ascendunt, quia de virtute in virtutem eunt, & in caritate quotidie proficiunt, quia augmentatur in eis caritas per bona interiora, per voluntatem & opera, dum ergo inter desertos a gratia, & deficientes atque descendentes sponsa proficit, per desertum ascendit. Dicitur etiam desertum hic mundus vel quia deseritur & contemnitur, vel quia seipsum deserit, & in se deficit. Quotidie enim cum tempore gaudia temporis transeunt, & quot dies tot gaudia dierum prætereunt & deficient. Quot dies aliquis accipit ad uiuendum, tot ei amputantur a viuendo & gaudento, hoc est ergo hominem viuere & gaudere, a vita, & gaudio deficere. Et qui gaudio transitorio fruatur, non tam gaudere dicendus est, quam gaudium discere, quia gaudium eius simul transit & deperit cum tempore. Est itaque desertum mundus, quia gaudia sua deserit & amittit. Vnde cum gaudia ista anima perfecte contemnit, & ad supernum & verum gaudium tendit, per desertum ascendit. Desertum hoc non solum suas delectationes deserit, sed etiam sterile est & arefcit, nec fructum habet, fructum enim Christo non potest facere, quia spiritum qui ex Deo est, non potest accipere, quia non nouit cum nec scit eum. Sed anima deuota dum pro vero gaudio laborat, in deserto sterili & arido fructificat, & inter arenam & labentia fructum afferre qui maneat. Igitur in hoc deserto & in hac terra deserta inuia & inaquosa fructum facere, manentemque afferre, hoc est per desertum ascendere. Ascendit autem sponsa sicut uirgula sumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarii. Per myrrhæ intelligere possumus mortificationem & contemptum terrene dilectionis siue consolationis. Et per thus desiderium supernorum & orationem. Tenetur quilibet ad hoc, ut mortificet membra sua quæ sunt super terram, fornicationem & immundiciam, concupiscentiam malam & auaritiã, & cætera mortalia, & item ut seruet mandata, hæc enim pertinent ad vitam æternam, & hæc iusticia, quam qui fecerit homo uiuet in ea. Sed anima quæ ad sublimiorem gradum uult ascendere, etiam multitudinem uenialium & minores concupiscentias debet cauere, ut perfectæ & ampliorem gratiam mereatur accipere. Debet enim vitare cogitationes carnales & uanas, & item cogitationes suspicionis, iræ, & amaritudinis & humilmodi. Consolationes etiam terrenas in cibo uidelicet, & potu, in colloquio, in uiuendo & audiendo, in curiositate, in uerbis, in somno in qualibet libertate, quia quantum delectationes istas mortificat & respuit, & carnaliter consolari renuit, tantum spiritualiter merebitur consolari, & in gratia uiuificari. Quantum ab istis uacuum cor reperit gratia, tantum

Mundus cur dicitur desertum.

Quid sit anima per desertum ascendere.

Per myrrham & thus quid intelligit.

Ab anima perfecta cogitationes uitæ.

replebit. Quantum caduca ista aliquis contemnit & supergreditur, tantum ascendit, quia tantum de infimis ad superna pergit, post mortificationem itaque maiorum peccatorum, etiam minora mortificare & calcare oportet proficentem animam, & ad spirituales uitam conscendere uolentem. Sic beatus Iob postquam lumbos præcinxerat carnis, etiam lumbos mentis, id est cogitationes malas præcingere iussus est a domino, quando cum illo colloquium erat habiturus, & iustionem suam illi erat manifestaturus. Cum beato itaque Iob hos lumbos præcinxi oportet deuotam mentem, hæc enim mirra id est mortificatio proficientis siue perfectæ animæ est. Cum hac etiam debet thus cremare, quia non solum debet terrenas delectationes mortificare, sed etiam superna desiderare, & deuotis precibus querere. Simul ascendit utique fumus mortificationis scilicet, & desiderii, atque orationis, quia alter ab altero fulcitur, ita ut neuter per se possit ascendere, vel Deo placere. Superbia enim desiderare non possumus, nisi terrena despiciamus, & terrena non despiciamus nisi superiorum desiderio trahamur. Absque delectatione enim cor esse non potest, sed aliqua ideo trahi necesse est, quia trahit sua quemque uoluntas, unde cum alia illi subtrahitur, ad aliam facilius inclinatur, & quia uacuum est, ad aliquid capiendum amplius est dispositum. Tanto ergo magis spirituales delectationes admittit, quanto et consolationis terrenæ expertus est, & in aliquo delectari non cupit. Item quantum æterna cognoscimus, tantum transitoria despiciamus, et damnamus, hæc est enim illa preciosa margarita, quam qui inuenit, quæ prius amauerat libenter cuncta derelinquit. Mirram ergo cremat anima, cum terrenas delectationes contemnit. Thus uero, cum superna desiderat et querit. Cui myrrha uero et thus uniuersi pulueris pigmentarii fumus perhibetur ascendere, non dicit uniuersi pigmenti, sed uniuersi pulueris pigmentarii pigment enim est quælibet uirtus seu quodlibet opus uirtutis quæ in puluerem comminuitur cum subtiliter discutitur et discernitur, ne quid in ea mali lateat, vel indiscerere fiat. Pigmentarius est homo qui puluerem hunc terit, id est singula opera sua discutit, prouidendum est. n. ut bona sine admixtione malorum fiant, quia mala maiora bona necant, minora hominem maculant. Manifesta ergo mala cauenda sunt. Sed quia omnia nosse non possumus, generalis, et occulta contritio pro his est habenda. Interdum enim peccatum aliquod est in homine quod eum latet, vel quod ignorat esse mortale. Contritio itaque sit primū pigmentum quod faciamus, et Deo offeramus quia generalis contritio delet omnia mortalia, occulta, atque manifesta, et caritate restituit si fuerit amissa: Extra caritatem quicquid egerimus minimè placebit, nec quantum eumque teramus vel comminamus, ante Deum redolebit.

Quantum anima mortificatur in temporalibus, tantum uiuificatur in spiritualibus.

Quantum æterna cognoscimus, tantum transitoria despiciamus.

Pigmentarius quid sit.

Contritio uirtutis.

Vt

Vt ergo omnia opera nostra in caritate fiant et grati Deo puluerem teramus, in primis conteramus. Deinde singula discutenda sunt opera, eleemosinæ, uigilia, orationes, & alii corporis labores si pure fiant pro Deo, si aliud sit in causa principaliter uel secundariè, si fiat discere & debito moderamine, si finis sit profectus & perseverantia, si possibilitas perficiendi, si tempus quod id fieri expediat, si modus, quo & quantum & quæ frequenter, &c. Itæ quæ aliquid sit intermittendum, & quæ uehementius insistendum. Itæ si cū scâdalo aliorum fiat uel dâno, si ad hoc impellat læuitas, incôstantia, curiositas, si lans appetatur uel larener subripiat, si humana delectatio, si terrenum comodum est discutendum, denique si uirtutes sunt pure, si perfectæ, si Deus super oia diligatur, si aliquid amor eius equatur uel præponatur, si dilectio proximi habeatur, si sincerè pro Deo exhibeatur, si diligatur in Deo amicus, si dilectio hæc spiritualiter & non carnaliter impendatur, si non accipitur persona, si consideretur causa. Mouetur. n. interdum aliquis dilectione, sed carnali, uel priuata ducitur, ut non pure in Deo exhibeatur uel aliquis diligat magis quod minus est diligendum, uel ecôtrario. Itæ uidentur si humilitas sit uera & nõ ficta, uel imperfecta, si sic sibi homo intus uiscat, ut foris irrogatâ iniuriâ uel cõrèptu non superbe uel impatienter ferat, si sic foris se deprimat & humiliat, ut intus de hoc non superbiat, sed humile apud se de se iudicium teneat, & qualè se foris ostendit, talè se intus ueraciter sentiat. Itæ si humilis ibi sit ubi humilitas honoratur, & ibi humilitatè refugiat ubi contèptui habeatur. Item si humilitatè exercet, cū libere deberet inuicticè se opponere, & patientiã tenet, cū potius impatiens maioru deberet succèdi igne diuini zeli, & deficere, ferre nõ ualens cõtemni iusticiã, & preualere peruersitatem. Non enim sustinere debemus si quis denorat, si quis extollitur, si quis in faciem nos cedit. Si extollitur & insolens contra iusticiã, uel qui in faciem nos cedit conuitio, ita quod causa sumus in nostra culpa uel uicio. Si peccatè & collaphizati sufferimus, mercedè non habemus. Si uero non peccatè hæc est grata Deo patientia. Item considerandum si sic patientiam foris quis exhibeat, ut intus nõ doleat, nec malum rependere cogitet, & item si in ipsa hora acceptæ iniuriæ uerba impatientiæ, uel cõuictii respondeat, uel post horam cor inuidie uel rancoris seruet. Item diiudicare debet homo si obedientiã seruat pro aliquo commodum suum, uel lucrum, uel pure propter Deum, & propter præceptum, si in aduersis obediat, si promptè, si deuotè. Item attendere debet si corripat modestè, si corrigat temperatè, & si in seruandâ disciplina seruet mansuetudinè, deuitet uehementiam, iram, amaritudinem, in discretiõnem. Et si fortè prouior sit a rigorem quam ad compassionem, & si remissionem exhibeat, ubi sit rigor exercendus in his sæpè fallitur animus, & quod

Quæ sint a nobis discutenda.

Nota

carnaliter & uiciose agit, uirtutis opus esse credit. Zelus etiam falsus est si nostram potius quàm diuinam iniuriam uindicemus, & si erga eos qui nobis ingrati sunt uel minus cari amplius accendamus. Itæ eleemosinæ largitio minus accepta est, si tarde uel auares aliquis tribuat, maculata uero si cū superbia, uel cū cõuitio fiat. Itæ fallitur aliquis si sub occasione sustentandi corporis delectationi seruiat, uel sustentatione in necessariam sibi subtrahat. Item fraudatur continentia, si corpore, & mente castus sit aliquis, tamen sub specie utilitatis uel consulendi suggeritur ei ut familiaritatè aliquarum mulierum habeat, ad quod enim pia intentione ducitur, prompta est etiam & facillè acquiescit natura, in quo negocio occultè se iungit uitium, quo & usu ad hoc perducit ut homo seipsum non intelligat, & magis hoc agat quod delectat quam quod expediat. Sic contingit ut aliquando carnali magis appetitur quam spirituali ad hoc aliquis feratur, a cuius tentationis periculo tantum quilibet liber erit quantum se abstrahere ab hac familiaritate libera mente & non tristata potuerit. Vigilia & orationes sunt tibi inuiles si sic ista exerceas, ut eo tempore dormias & torpeas quo debes orare & uigilare, si singularitatem quandam in his teneas per quam communia, & ad quæ magis teneris omittas, monere proximum, consolari dolentem, & cætera caritatis opera Deo placet. Et tamen contingit ut non semper pure in Deo fiant, nam interdum ad ista promptus est aliquis quia accidia laboratur, & tedio afficitur, & delectabile illi est cum exterius implicatur, uel personis placet quibus loquitur, uel in his sibi placeat, & in tali gratia gloriatur. Quia quietam etiam uitam ducentibus aliquando subripit torpor uel error, ut uel per torporè inuiles fiant, uel per nimiam disculsiõnem spiritualium in errorem corruant. Et item in hac uita delinquitur, si propter quietem exteriori proximi cura penitus relinquatur. Omnia enim hæc uirtutum opera subtiliter discutere, & si ueraciter bona sint retractare, est uniuersa pigmenta in puluerem conterere. Quem puluerem cum myrrhæ & thuris, mortificationi scilicet & deuotioni homo pigmentarius miscet, preciosum aromam cõponit, quod cum igne caritatis in thuribulo cordis crematum fuerit, suauis odoris fumum de se sursum dabit, debet autem fumus iste ascendere sicut uirgula quæ recta est, & in altum crescit, ita directè & non distortè debet gratia sursum tendere, ut nihil a latere querat, nil carnalè, uel terrenum. Quanto terrenum aliquid appetit, uel in aliquo delectatur, tanto fumus iste minus ascendit, quia distortè & a latere ducitur, unde merito uirgulæ comparatur, ut uelocitas ascendendi designetur, uirgulæ enim quæ crescendo grossantur, non nimis in altum ducuntur, sed uirgulæ quæ uelocius & sursum crescunt subtiliores & minores sunt. Debet itaque

Eleemosyna maculata quæ?

Quæ uigilia & orationes sunt inuiles.

Opera uirtutū discutere, est pigmenta in puluere conterere.

itaque



itaque fumus iste mortificationis, deuotionis, A & discretionis in modum virgulæ velociter a-  
scendere, vt non segnes simus in agendis bonis,  
& studio proficiendi, sed alacres, vt ne per tar-  
ditatem & desidiam grossescamus, sed subtiles  
atq; sublimes crescamus. Et per feruorem men-  
tis festinè sursum tendamus, festinè quippe as-  
cendendum est & viriliter insilendum, quia si  
remissè quis sursum ascendere conetur, pondere  
corporis & humanæ imbecillitatis deprimatur.  
Corpus. n. quod corrumpitur aggrauat animã, &  
nisi proficiat, necessè est vt deficiat, quia deor-  
sum trahit natura, & semper petit ima. Videmus  
namque in hominibus ponderosis quoddam si ar-  
borem ascendere velint, & sursum repere, si quã  
do remissius in ascendendo agunt, statim gra-  
uantur & deficiunt, sed velocitas ascendendi &  
instantia ponderositatem superat, & perducit in  
hunc modum alacriter & sollicitè ad perfectũ  
tendentes, & mandata implentes perfectionis  
eulmen attingunt, remissi vero deficiunt, & quo-  
tidie prouiores ad lapsũ sunt. Virgulæ ergo  
comparatur sponsa propter intentionis purita-  
tem, & proficiendi velocitatem, propter omnia  
vero præmissa merito de illa dicit. Quæ est ista  
quam admiranda scilicet, quanta laude di-  
gna, &c.

Cur spõsa  
virgulæ cõ-  
paretur.

De requie superna & quomodo perfecti hanc de-  
siderant. Cap. X.

Cant. 3.

**I**n lectulum Salomonis sexaginta fortes am-  
biunt ex fortissimis Israhel. Salomon pacificus  
interpretatur. Et significat Christum qui pacifi-  
cavit quæ in cœlis & in terris sunt, qui patri pec-  
catores reconciliauit, & inter Angelos & ho-  
mines concordiam reformauit, peccatores con-  
uersos iustis sociauit. Quos uero hic in concor-  
dia sociat, in Regno etiam perpetua caritate &  
pace sibi coniungit, & ad quietem perpetuam  
perducit. Quæ quies lectulus dicitur, quia in il-  
la ab omni inquietudine & labore huius vitæ  
pauatur. In illa quiete pauant, qui hic pro  
Deo laborauerunt. Ibi enim (vt in Iob legitur)  
requiescunt fessi robore, & quondam uincti ab-  
que omni molestia. Illic æterna quies reficit &  
remunerat, quos hic labor præceptorum & vir-  
tutum profectus fatigabat, & qui hic vinculis  
humanæ infirmitatis ligabantur, ibi diruptis vin-  
culis Deo sacrificant hostiam laudis. Vincula  
hæc sunt fames, sitis, somnus, lassitudo, &  
cætera huiusmodi, quæ omnia ibi cessabunt, quia  
non esurient neque sitient amplius, nec labor  
erit ibi, neque dolor, nec cadet super illos sol iste  
materialis qui eos urat, sed neque æstus tenta-  
tionis, iam enim tunc dicit eis spiritus, vt re-  
quiescant à laboribus suis & tentationibus. Spi-  
ritus qui eos ad obediendum præceptis robo-  
rauit, tunc ut quiescant à labore dicit. Qui  
enim ingressi sunt in requiem illam, requie-

Quies de  
lectulus.

Iob. 3.

uerunt ab operibus & à laboribus suis, sicut  
& à suis Deus, quibus pro homine laborauit,  
& cum redemit. Ab his laboribus requie-  
uit in se, pro his laboribus requiescunt in  
illo membra eius, nullus vnquam sicut ille la-  
borauit, quia non fuit dolor sicut dolor  
eius. Sed secundum multitudinem dolorum  
eius consolationes æternæ lætificauerunt mem-  
bra eius, quia magni dolores ipsius magna  
gaudia membris eius contulerunt, magnus  
labor perpetuam requiem, & amara mors,  
sempiternæ vitæ dulcedinem. Pro his enim  
incomparabiliter eum amant, & in eius amo-  
re gaudent, habent enim quem amant, co-  
gnoscunt & vident, quod totum vita æterna  
est. Idem est enim cum illo requiescere, &  
cum illo gaudere, & illum habere, item  
amare nosce est, quia amor noticia est, &  
nosce videre est. Et hæc est vita æterna co-  
gnoscere patrem verum Deum, & quem mi-  
sit Iesum Christum, hæc est illa beatitudo,  
& hæc dotes animæ. Cognitio Dei amor &  
fructio. Quis cogitare sufficiat illum mutuum  
amorem Saluatoris, & Saluatorum, & quo-  
modo diligat quos tam precioso precio redem-  
it, quomodo illorum salutem congaudeat,  
quomodo ipsi eum diligant, & in eius amo-  
re quiescant, & in eo gaudeant per quem se  
redemptos & ad requiem translatos sciunt &  
semper vident? Cumque æterna caritate pro  
redemptione sua eum diligant, incomparabi-  
liter ab eo amplius diliguntur. Adeo suos  
in passione dilexit, & tantus fuit in eo fer-  
uor caritatis ad redimendum eos, vt acerbi-  
tatem passionis eius omnino tollere potuerit,  
sed noluit, & immo accerbiorum martyrii do-  
lorem assumpsit, & pati uoluerit plus quam  
nullus hominum vnquam passus sit, vel pati  
potuerit, ut incomparabilem demonstraret ca-  
ritatem. Quæ caritas circa eorum salutem tan-  
ta fuit, quod cum eos pretio suæ mortis rede-  
misset, non tam redemptos à se quam à patre  
sibi datos commemorat quodam loco ita di-  
cens. Pater quos dedisti mihi, volo, vt ubi ego  
sum, & ibi sint mecum. Intantum de ipsorum  
redemptione exultat, ut non reputaret magni  
id quod pro eis pertulit, sed videatur eos quos  
accepit datos sibi potius in munere quam em-  
ptos precio uel recompensatione. Qui ergo tan-  
tum eos dilexit in exilio incomparabiliter quo-  
que diligit in Regno. maiorem quoque carita-  
tem circa hos habuit quam circa corpus pro-  
prium, moriendo pro illis. maiorem quoque  
ibi circa eos habebit quam ipsi ad eum habere  
possint, magisque gaudebit de eorum salutē q̄  
ipsi in hac possint gaudere: de eorum itaq; sa-  
lute gaudebit, & gaudium eorum ipse erit, ip-  
sum sapient, ipsum in memoria habebunt, ip-  
sum in desiderio, in his tribus consistit anima,  
& hæc tria perfectè implebit Dei filius et Dei  
est

Amor mu-  
tuus inter  
Christũ &  
beatos quã-  
tus.

Iob. 17.

Amor Chri-  
sti gaudiũ  
beatorum.  
Plateæ Hie-  
rusalem q̄.

sapientia. Iste enim sunt plateæ Hierusalem id  
est vitæ ciuium Hierusalem, qui vident Dei  
pacem, hæc plateæ sunt ratio, memoria, voluntas,  
quæ latè sunt, quia multa in his plateis influunt,  
intrant, & exeunt. Quanta enim comprehendit  
ratio, quanta memoria, quanta voluntas? Sed  
plateæ istæ sternentur, id est, complanabuntur,  
i. perfectè complebuntur auro mundo, id est  
diuina sapientia & Dei fruitione. Singula enim  
Deus occupabit, lætificabit, beatificabit, & per-  
fectè fatiabit. Quicquid enim sapere poterit ra-  
tio, quicquid recolere memoria quicquid desi-  
derare voluntas, Deus erit, & singula hæc im-  
plebit, quia omnia in omnibus erit, & cantabi-  
tur ei Canticum lætitiæ de felicitate beatitudi-  
nis æternæ, ibi dum iusti sine fine damnatorum  
cruciatu conspiciunt, in Dei laudibus crescunt,  
& quia & in se cernunt bonum quo remunerati  
sunt, & in illis supplicium quod euaserunt,  
erit gratiarum actio & vox laudis. Gratias agēt  
liberatori suo Deo, & cum perpetua caritate di-  
ligent, in quo etiam signa suæ liberationis, eica-  
trices videlicet vulnerum indefinēt aspicient.  
Quantoque reminiscuntur periculorum & mi-  
seriæ quam euaserunt, tanto exultantes dicent.  
Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan  
pertransiit anima nostra aquam intolerabile.  
At laudantes Deum subiungent, benedictus  
Dominus qui non dedit nos in captionem den-  
tibus eorum, scilicet dæmonum, de laqueo quo-  
rum venantium animæ eorum ereptæ sunt, &  
contritus est laqueus, quia cessauit tentatio, &  
ipsi sunt liberati, sed inimici vinculis æternæ  
damnationis sunt alitrici. Quos etiam semper  
videbunt in inferno, vt eorum conspectis tor-  
mentis semper gaudeant, & liberatorem suum  
diligant, & gratias illi agant: vnde ad Iob Domi-  
nus loquitur, quod diabolus electi accipiunt in  
præmium sempiternum, & quia hic se cum eis  
dum eos tentando affligit, & illic dum visã eius  
pœna gaudebunt quam euaserunt, pro his om-  
nibus erit gratiarum actio, eritque vox laudis,  
quia quem diligent perpetuo laudabunt, lauda-  
bit enim Hierusalem id est visio pacis, id est oēs  
videntes illam pacem laudabunt dominum, qui  
est eorum pax & exultatio & æterna beatitudo,  
& in pace sua & cõcordia, & in caritate ita suos  
vnit in Regno & coniungit, ut & quicquid fe-  
licitatis & gaudiũ vnus habuerit, hoc etiam per  
caritatem alterius sit, dum iste illi quod ipse ha-  
bet optat & ille istius bonum ita in ipso sicut  
in se suum amat. Quot ergo electi regnabunt  
cum Christo, tot erunt ibi præmia, & de tot vnus  
cuiusq; qui saluabitur erunt gaudia. Si quis cõ-  
putare possit numerum ciuium supernorũ, etiã  
computare poterit gaudia singulorum, quia  
tot sunt electorum gaudia. Videndum est nunc  
quam infusa & quam diuturna sunt. Confere-  
mus gaudiũ huius vitæ ad gaudium patrię. Si  
duplicemus, si triplicemus, si quadruplicemus,

Iob. 40.

Quot ele-  
cti regna-  
bunt cum  
Christo, tot  
erunt præ-  
mia singu-  
lorum.  
Compara-  
tio gaudiũ  
huius vitæ  
cum patrię  
gaudio.

si multiplicemus, quantumcumq; numerus per  
numerum multiplicari pot. nõ pertingimus ad  
equalitatē gaudiũ beatorũ, & quia hic igniculus,  
ibi caminus, sicut dicit auctoritas, viuit Dñs  
cuius ignis in Syon & caminus in Hierusalem.  
Sed nec ad terminum, quia infinitum est, sicut  
immetitate ita æternitate quantũ ad compre-  
hensionē vitæ præsentis, ita vt nulla comparatio-  
ne, nulla computatione ad magnitudinem hu-  
ius gaudiũ siue diuturnitatem possumus attinge-  
re. Dictum est quam multipliciter sit hoc gau-  
dium, quam magnum, quam diuturnum, viden-  
dum nunc quid sit, vel in quo sit. Vnde sciendũ,  
q̄ ipsum in Deo est & Deus est, neq; enim ve-  
rum atque perfectum dici posset si non Deus  
esset, vel extra Deum esset. Et quia nihil verum,  
nihil perfectum extra Deum, nec creaturæ ad  
similitudinem Dei factæ aliquid præter Deum  
sufficere, vel perfectè hanc posset implere, hoc  
est illud plenum gaudium quod in euangelio  
Dñs petere & quærere monet, & quod acceptu-  
ros esse petentes perhibet. Et hoc est illud quod  
oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor  
hominis ascendit quod Deus suis preparauit,  
paruus & magnus ibi sunt, & seruus & liber à  
Dño suo. Qui hic pro Deo seruierunt, de labo-  
re ad requiem, de seruitute ad libertatem tran-  
sierunt, iam liberi à timore alicuius pœnæ vel  
separationis, & possident timorem reuerentiæ,  
& amoris. Fruuntur enim libertate filiorum Dei,  
qua libertate eos filius Dei liberauit ut verè li-  
beri sint. Seruiuit Christus vt serui libertati do-  
narentur, formã serui suscepit vt reformarentur  
qui erant per peccatum deformati, & similitudi-  
ne Dei priuati. Carnem de nobis accepit, spiri-  
tum suum nobis dedit, sicque dum nostræ infir-  
mitatis seruitutē assumpsit, & sui spiritus liber-  
tatem contulit, libertati nos restituit, vbi enim  
spiritus dñi ibi libertas, in hoc spiritu patrē ip-  
sius, patrē quoq; nostrum vocamus, & accipi-  
mus, in anima ergo reformauit ad sui similitudi-  
nē, in corpore reformabit ad corporis sui clari-  
tatē. Hæc est electorum libertas, hoc gaudium,  
de hac libertate gloriantur, de hac gloria gau-  
dent, q̄ scilicet fruuntur gloria filiorum Dei, q̄  
filii Dei sunt, & ideo heredes, & q̄ patrem ha-  
bent Deum, & fratrem Christum, quod heredes  
sunt Dei, & cohæredes Christi, & q̄ hæreditatē  
cælestis patris cū Christo fratre possidēt, in qua  
ipsum primogenitũ consortē & cõsociũ habēt.  
Est etiã primogenitus in multis fratribus, hos  
fratres & cohæredes habet Christus in libertate  
sua & gloria, hos socios secũ habet in mēsa. Edēt  
enim & bibēt in mensa eius in Regno suo, huius  
mensæ requies (vt in Iob legitur) plena est pin-  
guedine. Requies huius mensæ est refectio illius  
gloriæ quæ plena est pinguedine, quia perfectè  
fatiat sicut dicit propheta. Satiabor cum mani-  
festabitur gloria tua. Illa gloria satiabimur & pa-  
riter illam desiderabimus, nec desiderium habe-  
bit

Gaudiũ ue-  
rum Deus.

Ioan. 16.

Seruitus  
Christi qd  
nobis con-  
tulerit.

Iob. 3.

Psal. 16.  
Societas  
cælestis glo-  
riæ qualis

bit defectum, nec fatietas fastidii, quia desiderium comitabitur fatietas, & fatietate desiderium, illius enim immolitas praestabit fatietatem, & dulcedinis gustus desiderium. Semper ergo satiabitur & semper delectabit, haec est illa refectio, haec est illius mensae requies plena pinguedine. Satiabimur enim ex adipe frumenti quod in terram cecidit, id est diuinitate saluatoris nostri qui defectum nostrae mortalitatis suscepit, ut nos sua diuinitate reficeret, de torrente id est transitoria & turbulenta passione bibit in huius mundi via, ut nos torrente voluptatis suae potaret in patria. Qui calicem passionis bibit, & nobis fontem aquae vitae aeternae praeparauit, haec sunt deliciae, illa refectio, illa abundantia Hierusalem, illa requies & pinguedo illius mensae. Ille torrens voluptatis quo inebriantur electi, ut obliuiscantur, & ex pertes sint omnis miseriae, & gaudeant sine fine, haec est beatitudo, requies, & lectulus pacifici nostri, ubi pascit suos his deliciis, & ubi cubat in meridie. Hic lectulum habet sponsa cum sponso in nocte, id est in huius uitae cecitate, ibi autem in meridie, id est plena caritate & cognitione. Hic cognoscit tunc ex parte, ibi cognoscet sicuti est, & perfectus, ibi dormit & requiescit in pace sine omni perturbatione, & in idipsum, id est in illius pace quiescit qui est pax & gaudium quod est idipsum. Et quia semper idem est, & eodem modo est nec mutatur aliquando, nec finitur, quia nec habet transmutationem, nec vicissitudinis oburbationem, illam plenitudinem & delicias cogitando circumscribunt, & considerando ambiunt deuoti & fortes qui in adimplendis praecipis uiriliter desudant. Hi per sexagenarium numerum designantur, qui ex decem & sex perficitur, per decem namque decalogus, id est praecipia significantur, per sex labor qui in adimplendis eiusdem praecipis impenditur. Hi ergo fortes Salomonis lectulum desiderio ambiunt non conscendunt, vel in eo dormiunt, tantummodo enim de illa cogitare & inuestigare aliquid possunt, non autem perfectus, & sicuti est, comprehendere. Quantumcumque de hac cogitando circumscribat, vel de equalitate eius & felicitate coniectant, circa ire est, non ad perfectam cognitionem intrare. Vnde quia minimum est quod de illa quiete cognoscere possunt, per diminutiuum exprimitur, nec tam lectus quam lectulus nominatur. Non valent hunc lectulum perinde ambire qui adhuc gemunt pro peccatis praeteritis, & lachrymis poenitentiae lauare opus habent lectum tristitia, & aegra conscientiae, hi enim non quietum sed turbatum habent lectum, dum turbat eos in tus conscientia, & peccatorum tristis memoria, nec tam ambire & desiderare possunt superna praemia, quam timere adhuc tormenta. Cum autem per veram poenitentiam mundati fuerint a peccatorum sordibus, & post diurnam pugnam liberati a viciorum passionibus, & roborati per gratiam atque de timore & spe ad perfectam

Quinam per sexagenaria fortes Salomonis designantur.

Cur dicit lectulus & non lectus.

caritatem transierint, tunc illuminatis oculis ascendere, atque superna contemplari possunt. Fortes proinde immo qui fuerint ex fortissimis Israel, id est magis deuoti & spirituales, habent lectum Salomonis ambire, & possunt quicquid in scriptura intelligunt opere perficere. Qui uero segniter praecipia implent, & moliter, & dissolutè uiuunt non valent ad huius quietis considerationem conscendere in quibus adhuc fortia sunt carnalia, & mundana desideria, uidelicet gulae appetitus, irae furor, auaritia aetius, luxuria ardor, impatientie uel inuidiae liuor. Hi enim tanto infirmiores sunt in Deo, quanto ista in se minus perfecte defecerunt. Cum uero haec in eis debilitata fuerint diuturno studio & labore, & per spiritualia desideria roborata, & tunc quanto haec sub se praeserint, tanto superius fortes sunt & potentes, & hunc lectulum ambire possunt. Fortissimi ergo ex Israel, id est ex his qui Deum mente contemplantur, & querunt, & quorum feruentiora fuerint desideria spiritualia, hunc lectulum ambiunt. Vehementibus enim desideriis accensi, undique circueunt & aditum quarunt, ut & quietem hanc degustent, & ad illam aliquatenus intrent, hic ergo est eorum ambitus, & circa lectum hunc desiderii cursus.

De cautela pugnandi contra inimicum, & de remedio contra cordis cecitatem. Cap. XI.

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Fortes lectum Salomonis ambientes, nunc superna considerant, & illis intendunt, nunc inferius contra humani generis aduersarium bellum gerunt. Contra quem ut dimicare possint, in primis sumentes iuxta Apostolum armaturam Dei, virtutes scilicet, quibus cum armantur & omnes habeant, cauent ne in aliqua negligant. Sciunt enim quod si in una offenderint, facti sunt omnium rei, & nec aliquam habebunt, sique inimico non armati sed nudi apparebunt. Qui enim aliqua uirtute caret, hic contrarium uicium habet, sique extra caritatem est, quia uirtus & uicium simul esse non possunt. Et qui extra caritatem fuerit, vires contra aduersarium habere non poterit. Deinde iustitia se muniunt, et armant quasi lorica, qua circumtecti impenetrabiles contra iacula hostium manent. Qui enim exhibet Deo quod debet, et proximo, undique munitus est, nec in eo inuenit hostis quod feriat. Habent etiam fidem rerum quae non uidentur quasi scutum, quae prima opponitur hostibus, quamquam primo impugnant, et hanc tanto feruunt et impetunt hostes, quanto spiritualius eos expugnant, dum enim uiri perfecti futura et aeterna credunt et diligunt, terrena et transitoria iudicant et contemnant.

Extra caritatem non habet hostes contra aduersarium.

Quibus armis milites Dei se muniunt.

Vnde

Vnde cum de his tentantur quae non diligunt, facile tentatam aduersarium vincunt, frustra enim iacitur rete ante oculos pennatorum. Pennati quippe sunt, & duabus pennis subleuantur, & ut in caelis sit eorum conuersatio, & illa appetant & terrenis supereminant, meditatione scilicet, & contemplatione. Assumunt etiam spem salutis quasi galeam, haec quippe gaudent intantum ut etiam labores non solum libenter portent, sed delectentur in his, & beatos se per hos reputent, sicut scriptum est, *Labores manuum tuarum qui manducabis*, beatus es. Verè enim beatus est, qui & futura credit & diligit, & opera impendit pro quibus illa expectet & speret, & in laboribus delectatur & gaudet, quae pro illis exhibet, his armis muniti Christi milites, securè & uiriliter pugnare possunt. Dum enim illuminati per gratia futura credunt, & opera exhibent pro quibus illa sperent, habent fidem & spem, habent etiam uirtutes & iustitiam. Sic armati sumunt uerbum Dei quasi gladium quo & se tueantur, & hostes feriant, uinum est enim uerbum Dei & efficax, & quasi gladius penetrans, & cogitationes malignas discernens. Fortes ergo Salomonis nostri omnes tenent gladios, quia factam scripturam amplectuntur, & memoria retinent, & huic mente inheret, in qua diuersa documenta habent quibus callidi hostis insidias cognoscant atque superent. Lectio enim scripturae, atque meditatio, p salmodie deuota decantatio mentem roborat, hostem infirmum reddunt, & vires eius euacuat. Dum itaque hanc memoria tenent, & opere implent, & per hanc ad configendum cum hoste doctissimi sunt, quia per intelligentiam scripturae eradiuntur, & per operationem illuminantur sicut psalmista dicit: *In intellecibus manuum suarum* (id est per operationem) *Reduxit eos*. Horum prima cautela est, ut cum hoste dimicaturi humilitatem hanc assumant, & se uiribus suis confingere posse non confidant, sed infirmos se reputantes, totos diuinae protectionis committant. Qui tantummodo hoc conflictu fortes sunt, quantum ad decertandum cum hoste non in se, sed in Deo confidunt. Cum inimico enim humani generis nullus ex aequo decertare possit comparatis inuicem uiribus, quorum tanta est fortitudo, ut nulla uirtus humana ei comparari possit, propter nocendi artes quas habet, quas nemo cognoscere sufficit. Diuina ergo uirtute cum his congregandum est, quam proprie meretur infirmitatis cognitio, & humilitas, quae sola (ut in uitas patrum legitur) hos laqueos euadere potest. Sic Ionathas hostium multitudine uallatus, dum se resistere non posse cognoscit, ad diuinum auxilium confugit, & uictor extitit. Sic Iosaphat in simili periculo positus, cum se infirmum eorum se profiteretur, totum se ad inuocandum Deum conuertit, & contra hostes conualuit. Quorum uerque humilitate & oratione magis triumphauit, quam uirtute, humilitate uero & oratione diuina passio memoranda

Psal. 127.

A quibus meis nostris roboretur.

Psal. 77. Prima militis Dei cautela.

Diuina uirtute non nostris uiribus cum demonibus congreddendum. Reg. 14.

2. Par. 17.

Richardi S. Victoris.

est, atque fide sonanda. In illa milites Christi contra hostes vires accipiunt, nam ibi fortitudo Dei infirmata est, ut nos roboraremur. Ibi inimicus fortis extitit, ut infirmaretur, ibi praualuit, ut deiiceretur. Tantum ergo in hac pugna membra Christi fortia sunt, quantum in hac fidem suam collocare potuerint. In hac fidei firmitate, in hoc laude adiutorii stetit Moyses, quando pugnante populo suo cum Amalechitis, dominum orauit. Cuius cum manus prius essent graues, tanta deinde in eis fortitudo extitit, ut non laxarentur donec inimici superarentur. Manus uero in oratione sustentabat Aaron, qui interpretatur mons fortitudinis, & Hur qui dicitur ignis, uiriliter enim insistendum est orationi, & cum seruire, qui feruor intelligitur, per hunc ignem. His duobus subleuata oratio (constantia uidelicet & deuotione) de hostibus triumphabit, & quod postulat impetrabit. Interdum ita cum Moyses pugnauit hi milites nostri pacifici, & congregante turba bonarum cogitationum, cum turba malarum, uel uanarum interdum subtracta consolatione, & quasi derelicti cum Ionatha orando recipiunt & recuperant auxilium, & hostes uiuunt. Ille uero derelictus a comitibus, scisis uestibus terram super caput posuit, & orauit, comites recepit, hostes interfecit, ita milites Christi in tentationis anxietate recedentibus, & turbatis bonis cogitationibus, uestes scindunt, & capiti terram superponunt, dum uirtutes in se scissas, & imperfectas reputant. Et quia terra et cinis sunt, mente retrahant, et orando, et se humiliando cogitationes spirituales, et prius habitas recuperant et hostes expugnant. De Iuda quoque Machabeo legimus quod aliquando congressurus cum hostibus tanta constantia et confidentia fuerit, ut prius ad eos transiret, quam eos ad se transire permitteret. Quod sicut in illo, ita in seruis Christi uictoria signum est, hoc enim pro signo habuerunt illius hostes, quod si Iudas torrente inter eos medium prior transiret, uictor existeret, nec ei resistere possent, quod factum est, & uictor extitit. Sic milites Christi futuros uictores praesignat, si ad obstacula intrepidi persecutores, uel ferre parati sunt, et haec constanter pertranseant. Hic Iudas instante bello fuit strenuus, pacis uero tempore prouidus, in bello uiriliter agebat quo cessante, uel potius intermisso, non ocio torpebat, sed de rebus gerendis disponebat loca polluta (accepta oportunitate) ipse mundabat, et sancta renouabat, destructa re aedificabat. Ita milites Christi docti sunt nunc cum hostibus fortiter dimicare, et nunc mentis lux (quae domus Dei est) polluta mundare, et uirtutes aedificare, sancta studia, et pia opera renouare. Hos gladios (uidelicet haec scripturae documenta, et exempla) tenent, et per haec ad bella spiritualia doctissimi sunt. *In uisceribus usque, etiam ensis super femur suum, propter uires nocturnas*. In femore notatur propagatio carnalis, dum per femur intelligi possunt motus

Exod. 17.

Machab. 3. & reliq.

Cant. 3.

Pars I I.

H

tus



Delectatio- nes carna- les exco- cant ani- mam . Vna acer- ba, terrena delectatio. Dentes ob- stupescere quid.

Iob 41

Iob 34

Noctes ti- medæ quæ

tus carnales atque cordis uoluntates . Ex utro- que enim magna propagatio ducitur, quia sicut ex carne generantur cogitationes uariæ, ita ex corde procedunt uoluntates multæ . Quantum quisque has delectationes, uel uoluntates sequitur, tantum in mēte cœcatur, quia quæ carni sunt dulcia, spiritui sunt noxia, & quæ carnaliter delectant, animam amarificant. Terrena delectatio est illa uia acerba, quam qui comedit obstupescunt dentes eius ( id est intelligentia spiritalis obtunditur ) & iuxta Hieremiam ad numerum delectationum carnalium frangitur, & dissipatur notitia spiritaliū. Et quantum in his non delectatur, tantum intras cœcatur, & cœcitatē nox in mente generatur. Quæ nox tanto magis timenda est, quanto etiam nescientes in multis peccamus, & delectamur, natura enim humana prona est ad malum, & in multis delinquit, quæ nescit, quia sicut in Iob legitur, luteas habitamus domos, & terrenum habemus fundamentum, & consumitur uelut a tineâ, quæ occultè, & sine sono uestem consumit, hinc est, quod peccatorum fordibus sapius intingimur, & abominamur, id est abominabiles nos faciunt huiusmodi uelut uelut nostra id est corpora. Item sæpe peccamus, & delectamur, quod minus cognoscimus, & nescientes peccamus, & quas delectationes, & peccata dominus nouit, quamuis nos hæc ignoremus, & ideo nos excœcari permittit. Item nouit opera singulorum, & ideo inducit noctem ( ut in Iob legitur ) id est permittit euenire cœcitatē. Ex peccato enim cœcamur, & cœcati amplius peccamus, quia non uidemus in quantis delinquimus unde timendæ sunt istæ noctes, & contra hos nocturnos timores est gladius uerbi Dei habendus super scæmur delectationum, & uoluptatum, non seponendus, uel longè ponendus, quatenus per hunc cognoscantur peccata, & abscondantur, uerbum enim Dei illuminat, & intellectum horum dat. Quæ si minus caueant, & minus cognoscantur. Cœcata paulatim mente, etiam usû roborantur contra hominem, ut ea vitare faciliè non possit. Est & alius gradus ad cognoscendum, & reprimendum has delectationes efficacis, & necessarius, gladius scilicet amoris Dei, & ut caritate uulneretur anima illius, qui per ipsa uulneratus est, & ei condoleat, qui pro ipsa dolores sustinuit, ipse enim uulneratus est propter delicta nostra, & dolores nostros ipse portauit. Pro his o homo te uulneret gladius amoris, & pertranseat animam tuam gladius doloris. Iste gladius bis acutus est, amore uulnerat, & sic intelligentiam aperit, mētemque illuminat. Amor enim notitiam generat, & peccata abscondit, ut eum offendere caueas quem amas. Desuper scæmur itaque delectationum, siue uoluptatum carnalium habent milites Christi amoris gladium propter timores nocturnos, id est pro-

pter occultos peccandi lapsus, quia si non amant propter cœcitatē & ignorantiam, in multis delinquant. Et item dum amore feruent, teporis periculum declinant, quia sicut amor illuminat, ita tepor excœcat. In remissa enim mente crescunt terrenæ delectationes, & siluscunt propriæ uoluntates, quia iuxta Salomonem. Agrum hominis pigri replent uepres & spinæ, quæ quantum fructificauit, tantum nemus opacum horum fructuorum generant mentemque obtenebrant, ut minus homo remissus intelligat in quantis delinquat, minus se attendat minus se apprehendat. Timenda est hæc nox in qua homo quotidie fit deterior, et tamen securior. Qui uero diuini amoris gladium habuerint timore hunc excutient, et non ueniet super eos timor iste spinarum, et ueprum, ad quem habendum maxime ualet memoria beneficiorum Dei, ut recolas, et recogites quod te fecerit, et resece- rit, quod tibi bene fecerit. Cogita illius bonitatem, largitatem, et liberalitatem, quam bonus fit in se, quam largus erga te, seipsum impendens pro te, quam liberalis ad te, dona sua cumu- lans in te. Ista cogitans amabis, quem talem erga te considerabis. Et hic gladius amoris pullulanti mala præscindet, et ab hoc timore nocturno securum te reddet.

Prou. 24

De animæ uirtutibus, & perfectione, munditia, desiderio, & discretionē. Cap. XII.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Ferculum est sancta anima, quæ pascit, et reficit. Reficit enim Christum, reficit & membra eius. Christum reficit, dum bonis eius operibus & studiis, atque desideriis delectatur, sicut scriptum est. Populus meus saturauit me uocibus, impleuit me odoramentis. Reficit enim membra eius exemplo, dum ex sancta uita eius, atque moribus edificatur, & emendatur. Reficit oratione, dū a Deo eis impetrat gratiam qua consolantur, & edificatur. Ad salutē pascit doctrina dum eos prædicatione roborat, & instruit ad sapiendum æterna & salubria. Pascit consilio dum hortatur ad bonum, et dulci ammonitione contristatos erigit, et reparat, et bonos amplius accendit, et roborat, pascit colloquio, dum de bono colloquitur, et inutilis locutionis ( in quantum præualet ) occasionem tollit. Verba ædificationis in medium profert, et materiam boni sermonis præbet caritati, & paci operam dat, linguæ detrahenti aurem non accommodat, sed hanc uultu tristi dissipat. Ita sancta anima tam Christum, quam membra eius reficit. Vnde hoc ferculum sibi fecisse Christus dicitur, dicitur etiam sancta anima ferculum, ferculum a ferendo, quia fertur de loco ad locum, ubi eam uoluntas gubernantis direxerit, et Dei uidelicet omnia disponentis, ut plures reficiat, et ad salutē instruat, hoc ferculum Christus fecit deli-

Ferculum quid anima est, & quō reficiat Christum & membra eius.

Cedri quō electos significent.

Quattuor columnæ animæ q.

Reclinato- rium quid.

gnis Libani. Hæ sunt cedri, quæ crescunt in monte Libano, & significant electos, qui crescunt, & fructificant per Christum & in Christo. Libanus enim qui candidato dicitur, Christum significat, qui ex munda uirginē processit sine omni peccati labe. Hæc ligna sunt pulchra, procerâ, imputribilia, odorifera, a uermibus illesâ, & significant sanctos, qui pulchri sunt per sanctam conversationem, & per mores honestos, proceri quia sursum tendunt desiderio, & superna quarunt, impatribiles, quia caritas eorum, atque sanctitas ita hic incipit ut in æternū nō finiatur, sed in futuro perficiatur. Odoriferi, quia bonæ fame de se odorem emittunt, & opinione sancta alios ad bonum trahunt. A uermibus sunt illesi, quia uermes ( id est demones ) interiora sua depasci non sinunt, nec ipsis ignorantibus alienos robur mentis suæ comedere, quia occultas eorum suggestiones multis experimētis edocti cognoscunt, de his lignis fecit Christus ferculum id est animam omni plenitudine gratiæ refertam, adeo ut in se abundans sit, & alios reficere, eisque prodesse potens sit, facit inquam animam talem de lignis Libani, id est de sanctorum exemplo, cum in eorum uita & conuersatione formam ei, quam imitetur ostendit, cum in eodem spiritu quo illustrauerit hanc reparat, & ad perfectionis gradum perducit. Cum uirtutes quibus illi ornabantur in ea construit, cum denique iuxta eorum formam, & similitudinem hanc informat, & componit. Huius animæ columnæ quattuor sunt uirtutes principales, scilicet prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia, bene sustentatur anima quæ his fulcitur, ut scilicet sit prudens ad cognoscendum, quæ ad salutem pertinent, fortis ad perficiendum quod cognouerit, temperata, ut mala caueat, & bona discretè, & loco, & tempore faciat. Quæ cum talis fuerit iusta erit, & iustitiam quarto loco obtinebit. Hæ columnæ argenteæ sunt, quia animam quæ his sustentatur uirtutibus, & intus ante Deum, & foris coram hominibus splendidam faciunt, pulchrumque aspectum de illa præferunt. Reclinatorium fecit aureum, reclinatorium est conscientia pura in qua reclinat se, & requiescit Christus Dei sapientia, quæ aurea est, quia tribulationis igne excocta, & purgata ut aurum, atque probata. Quæ enim grata est per uitæ innocentiam, gratior & mundior efficitur per tolerantiam aduersorum, & digna ut aureum sit Dei reclinatoriū. Iudei miserunt lignum in panem eius, qui panis est Angelorum, & hominum, miserunt ei lignū ad torquendum, non submiserunt ei lignum ad reclinandum. Iste panis excoctus est passione, & solidatus. Compatere cum illo anima sancta, ita ut igne tribulationis purgeris, & solidaris, non consumaris ut plumbum, sed mundior fias ut aurum. Si adusta tribulatione non defeceris, sed per patientiam profeceris, aurum eris, & Dei reclinatorium. Et reclinabit in te, qui reclinato-

rium non habuit in cruce, facietque in te aureum, qui ipse non habuit lignum. Idcirco passionem pertulit, & reclinatorium non habuit, ut exemplo eius, et amore patiamur, et ut per tolerantiam aduersorum ita mundemur, ut ipse reclinet, et requiescat in nobis in hoc sæculo, et nos cum illo quiescamus in futuro. Hanc caritatem eius cogita anima, et totam te ad eius amorem et beneplacitum inclina, ut totam te illi impendas, et quæque tibi pro illo illata fuerint constanter et deuota mente feras, ut ipsius beneficiis aliquatenus respondeas, eiusque reclinatorium fias. Ut ergo aureum sis reclinatorium, aurum etiam spiritalis sapientiæ habere stude, non sit sapientia tua lutosa, sed aurea, non terrena, animalis, diabolica, sed spiritalis, et diuina. De hac spiritali sapientia abyssus humanæ sapientiæ dicit, non est in me, et mare ( id est amaritudo uitiorum ) dicit, non est mecum. Abiicienda est ergo hæc carnalis sapientia, et commutanda pro hac spiritali, et sic emedum aurum mundum, ignitum, probatum, ut locupletes fiamus, et hoc aurum possideamus. Post sapientiam spiritualem, et morum emendationem, ad hanc patientiæ uirtutem ueniendum est, ut libenter, imo hilariter quælibet aduersa feramus, et in his propter Christum gaudeamus. Ita gradatim et paulatim Christum animam prouehit et mundat, tam gratia sua quam donorum exemplo, ut aurum fiat, inmo aureum ipsius reclinatorium. Facit quoque et in ea ascensum purpureum. Ascensum in anima facit, cum per eius gratiam superna desiderare hæc facit. Sed ascensus iste purpureus est, & rubeus, patitur enim anima talis interdum conuitia, et distractiones a malis, qui deuotioni illius inuident, eo quod bonum ipsi non diligant, nec facere uelint. Cumque malorum conuitia audit, quandam perturbationem mentis et ruborem confusiois ab eis accipit. Est autem purpura ita rubea, ut tamen uideatur rubor ille dispersus, et diuersus, ita in sancta et deuota anima illa, rubor est diuersus, quia inde rubet ex conuitorum iaculatione, inde rubet caritate, qua etiam ardet erga eos, qui conuiciantur. Item rubet ex desiderio quo accenditur ad superna, et æterna, diuersi sunt isti rubores, et omnes preciosi, ut merito decorent animam deuotam, et purpuræ debeant comparari. Huius animæ media caritate sunt constrata. Media hæc sunt opera de genere bonorum, opera scilicet communia, quæ et bono et malo animo fieri possunt, sicut sunt uigilia, ieiunia, orationes, et elemosynæ, et cetera. Ista debent esse constrata caritate, ut scilicet in caritate fiant, et bona intentione. Et item ut cum caritate fraterna ita fiant, ut infirmi in his non scandalizentur, uel infirmantur, sed ita strata sint ( id est tanta æqualitate, & discretionē facta ) ut incedat ani-



ma in his omnibus sine querela, & oportune no-  
uerit illa exercere, & iterum intermittere, bene  
ista media caritate conlratra erunt, si ita fuerint  
ordinata. Facit itaque Salomon nunc fercu-  
lum sibi de lignis Libani, & columnas argen-  
teas, & reclinatorium aureum, ascensum purpu-  
reum, & media caritate consternit, cum animam  
gratiæ plenitudine, & spiritualibus epulis ditat,  
& de exemplis, & doctrina perfectorum infor-  
mat, ut alios ædificare possit. Cum virtutum de-  
core hanc ornat, & perfectione roborat, &  
cum tam mundam hanc facit, ut in ea requie-  
scat, & reclinatorium habeat, & tam sublimem,  
& preciosam, ut per desiderium supernorum,  
& caritatem proximorum, atque tolerantiam  
malorum purpure comparetur, & tam discre-  
tam, & socialem in exteriori conuersatione, ut  
diuino conspectui placeat, & proximorum aspe-  
ctum non offendat.

De modo proficiendi, & de exemplo Christi, &  
premio. Capitulum XII.

**E**gredimini, & videte filia Syon Regem Sa-  
lomonem in diademate quo coronauit eum  
mater sua, in die solemnitatis, et letitiæ. Exhorta-  
tio est ad fideles, & deuotas animas, ut confide-  
rent, & in mente contemplantur decorem &  
gloriam Iesu Christi, quam in cælis per pœnam  
martirii sui possidet. Hæ animæ filia sunt Syon,  
id est supernæ illius ciuitatis, quæ Deum specu-  
lantur, quæ est mater nostra, hæ spiritualiter  
sunt renata, & regenerate in Christo, ad hoc ut  
filia & hæredes illius visionis sint, & beatitudi-  
nis, his dicitur ut fide & desiderio egrediantur  
a terrenis ad superna consideranda, & contem-  
plandum diadema nostri Salomonis (id est  
Christi) qui nos redemit & pacificauit. O filia  
Syon egredimini de concupiscentia carnali, &  
de consuetudine vitiosa, & de cœcitate cordis,  
& videte (id est spiritualiter contemplantur)  
Regis nostri gloriam, illius supernæ letitiæ fœ-  
licitatem, ut alacres ingrediendo sitis, illa dulce-  
dine & delectatione tracti, quatenus sic gradia-  
mini, ut a vobis ipsis egrediamini. Gradiantur  
enim aliqui, sed non egrediuntur, quia nunc  
procedunt, nunc retrocedunt, nunc remissè, nunc  
distortè incedunt. Interdum enim aliqui bonis  
operibus insistant, & mala etiam committunt.  
Per quandam enim mentis ignauiam & cœcitate  
non attendentes quod bona malis admixta Deo  
non placent. Item aliqui ad qualibet laboriosa  
minus validi sunt, & a pusillanimitate tam spi-  
ritus, quam corporis grauamen sustinent, alii  
nihil difficilius existimant ferè, quam uolupta-  
tibus suis resistere, & in tentationibus, vel  
concupiscentiis delectantur, minus resistan-  
tes passionibus suis, & motibus, qui quantum  
se in minimis superari patiuntur, tantum contra

Bona ma-  
lis admix-  
ta non pla-  
cent Deo.

**A** peccata & uitia, vel tentamenta debiles sunt,  
& ad gradiendum, & progrediendum insuffi-  
cientes. Alii minus progrediuntur, quia non re-  
ctè & discretè gradiuntur. In aliquibus tantum  
bonis operibus minus utilibus magis se exer-  
cent, & in aliis profectui suo magis conuenia-  
tibus se negligunt, laboribus corporis insistant,  
& uirtutes animæ, & pietatem negligunt, cū cor-  
poralis exercitatio ad modicum valeat, & pietas  
magis necessaria sit, quia valeat ad omnia. Item  
quia cordis custodiam, & circumspectionem nõ  
habent, per hanc negligentiam in multis delin-  
quunt. Et item alii circa quædam parua & le-  
uia valde solliciti sunt, & maiora nec cauent,  
nec cognoscunt, qui Camelum glutientes culi-  
cem liquant. Hi autem omnes etsi gradiuntur,  
intra se tamen remanent, quia pristinos mores,  
& imperfectionem inolitam, atque torporem non  
relinquunt, ut emendatis in omnibus, et munda-  
tis oculis cordis, egrediatur ad uidentium Deum,  
et Salomonem diademate coronatum. In pri-  
mis ergo necesse est, ut sic bona faciamus,  
quatenus a malo declinemus, quia non bene  
progreditur, qui nunc incedit, nunc corrui-  
t. Item oportet ut genua debilia robaremus, et ni-  
miam pusillanimitatem, et infirmitatem caueamus,  
alioquin a nobis ipsis non egrediemur, ut  
ad hanc uisionem pertingamus. Item gressus re-  
ctos pedibus nostris facere debemus, ut ea per  
quæ maximè proficere possumus cognoscamus,  
et illuc gressus mentis dirigamus. Hoc est, ut  
corrigendis nobis in omnibus mundando cor-  
di, augendæ caritati insistantur. Si sic gradimur  
utique a nobis ipsis egrediemur, et uidere pote-  
rimus mundatis oculis cordis a pristinis affe-  
ctibus, et cœcitate Regem Salomonem. Tunc enim  
uidere eum (id est contemplari) poterimus per  
sublimitatem mentis fulgentem in diademate id  
est aureola, qua in hac uita coronauit eum mater  
sua Iudæa inferendo ei martyrium, per quod  
talem fabricauit ei coronam, et gloriam. Quia  
enim martyrio eum coronauit passionis tem-  
pore, ipse tali diademate coronatus est in die so-  
lemnitatis, et letitiæ gloriose ascensionis suæ.  
magna quippe solemnitas extitit occurrentibus  
ciuibus supernis Regi suo, et domino redempto-  
ri hominum cum triumpho uenienti, magna  
quippe letitia, tam ipsius redemptoris, quam  
ciuium eorum pro redemptis, unde de ip-  
so dicitur, quod conuocare fecit suos ciues,  
ut sibi congratularentur, et congaudeant de inue-  
to, et redempto homine, quem perdidit, hæc  
est dies solemnitatis, et letitiæ, siue desponsatio-  
nis, et letitiæ cordis eius. Tunc enim sponsam so-  
lam, supernam uidelicet ecclesiam Angelorum  
sibi desponsauit, tunc nuptias illas adiit, et illi se  
copulauit, a quibus reuertetur ad nuptias illas  
hominum in fine sæculi, quado scilicet sponsam  
istam illi sponsæ sociabit: *In die desponsationis il-  
lius (ait) & letitiæ cordis eius.* Quantam in il-  
la

Cant. 3.

la desponsatione filius Dei acceperit letitiam  
cordis, id est gaudium humanitatis scilicet secu-  
dum quod homo, quantum ad gloriam redem-  
ptoris, sermo non exprimit, sensus non capit.  
Quot enim erunt redempti eius, de tantis erit  
eius letitia. Et quantum unusquisque de pro-  
pria salute gaudebit, tantum & maius gaudium de  
singulis eorum habebit. O filie Syon hanc glo-  
riam, & letitiam Regis nostri considerate, hoc  
exemplum uobis proponite. Cum aduersa pari-  
mini ab imperfectione uestra, & impatientia, ut  
sequitur feratis illata uobis mala, uidete Regem  
uestrum pro uobis passum, & per passionem gloria  
& honore coronatum. Et cum pro pietate ali-  
quid patimini, recogitate qualem ille ab impiis  
sustinuit pro uobis persecutionem, & contradi-  
ctionem. Si enim Deus passus est pro homine,  
quanto magis homo debet pati pro se? Exiguū,  
& breue est, quod pati potestis, immensam  
quod per hoc expectatis. Momentaneum &  
leue tribulationis nostræ, & æternum gloriæ  
pondus operatur in nobis. Cogitate æternum  
& lauiuer feretis momentaneum, cogitate pon-  
dus (id est magnitudinem gloriæ) & leuis sit tri-  
bulatio quam comitatur talis remuneratio, dum  
patimini, coronam intueamini, tunc enim uobis  
sit diadema quo coronemini in die solennitatis,  
& de uobis erit cum de corpore egrediemini, vel  
desponsationis illius, cū de nuptiis ecclesiæ mili-  
tantis transibitis ad nuptias ecclesiæ triumphan-  
tis. Ergo o filia Syon, o prudentes uirgines apte  
uestras lampades, oleum bonorum operū, &  
lumē caritatis uobis præparate, & sic exite obuiam  
sponso, & sponsæ. Tunc eritis corona gloriæ in  
manu dñi, & dyadema regni in manu Dei uestri.

De humilitate interiori & exteriori, & de tripli-  
ci eius distinctione. Cap. XIII.

Cant. 4.

**E**cce tu pulchra es amica mea, ecce tu pul-  
chra. Comēdat Christus in aia perfecta du-  
plicem decorem, quod uidelicet & foris pulchra  
sit per sanctam conuersationem, & intus per  
simplicem intentionem, & mentis humilitatem.  
Est itaq; hæc exterior pulchritudo animæ, cū tē-  
peranter in omnibus uiuit, cum tenui utitur vi-  
tu, & uestitu, cum cauet omnia superflua, uel  
reprehensibilia, & exercet omnia iusta & hone-  
sta. Item decorant hanc cum est cōposita in ope-  
re pariter & sermone, cum sociabilem, & amabi-  
lem se ad omnes exhibet, neminem lædens, nemi-  
nem circumueniens, omnibus compatiens, &  
omnibus pro posse subueniens. Et item cum est  
prudens, pudica, & mitis, & mansueta, & cæteris  
bonis in omnibus ornata, habet rectè decorem  
exterioris anima cum habet honestatē in habitu,  
& grauitatem in gestu, hilaritatem in uultu, au-  
res non prurientes, oculos non sublimes, vel  
curiosos, linguam eruditam, & a leuibus uerbis,  
uel inutilibus temperatam, & bona & salubria  
Richardi S. Victoris.

Quid fa-  
ciendū cū  
aduersa pa-  
timur.

proferentem. Venustat & hanc cum non turba-  
tur ira, uel impatientia siue rancore, cum non cō-  
tendit, non detrahit, non iudicat, nec talia tra-  
ctantibus aurem accommodat, cum conuersa-  
tur cum omnibus non solum sine querela, sed  
etiam cum gratia. Est item pulchra cum feruens  
est in opere bono, in Dei seruitio, in fraterne  
caritatis occupatione, in omnibus agendis stre-  
nua, feruens, & discreta. Est alia interior pul-  
chritudo, cum in omnibus quæ laudabiliter ge-  
rit simplicem oculum (id est intentionem) ha-  
bet, nec affectans, nec curans ab hominibus lau-  
dari, sed laudem quæ a solo Deo est quærens &  
superna tantum appetens. Cum itaque foris  
pulchra sit per opera, magis decoratur, & placet  
intus diuinis obtutibus per intentionis purita-  
tem, & humilitatem, & sensu mentis quo & ma-  
gna agit, & sibi semper uilescit. Quæ mentis uili-  
tas tanto preciosior est, quanto de fonte amo-  
ris, & feruoris radice procedit. Amanti enim  
& deuoto nunquam sufficit quod habet, nec  
magnum reputat quod egerit, quia inopem se  
iudicat quisquis desiderio semper maiora anhe-  
lat. Est igitur humilitas quædam deuota, quæ-  
dam uoluntaria, quædam coacta. Coacta est quæ  
de homo peccata, infirmitatem, ac imperfectionem  
suam ante oculos sibi reuocans quasi inui-  
tam mentem, & bona sua ante oculos magis  
habentem demutescere facit, et sibi uilescere.  
In his et si coacta est, tamen perficitur, ut  
hanc mens aliquatenus consequatur. Si ta-  
men per negligentiam cesset cogendi magister-  
rium, statim ab ea dilabatur, et ad pristinam  
superbiam sine remissione deducitur. In ali-  
quibus uero nec cogi potest, mente semper sur-  
sum ad alta, & consueta tendente, nec est aliquid  
quod mentem per humilitatis infima deprime-  
re, et submittere valeat. Alta est enim superbis  
humilitas, et si ad eam aliquando conscendere  
conentur, ilico relabuntur. Ad quam ideo  
non conscendant, quia infirmo desiderio ad  
hanc tendunt. Volunt enim et non uolunt, si-  
cut Salomon de pigro dicit, *vult & non uult pi-  
ger.* Voluntaria est humilitas cum ex ratio-  
nis ductu homo uidet, quam infirmus sit, et  
peccator. Et quod (iuxta Iob) non sit ei auxiliū  
in se, et huic rationi consentit uoluntas, et hoc  
iudicium diligit, et despectus esse eligit, quia sic  
nosse esse sic expedire nouit. Lubēs itaque se hu-  
miliat, quia illustratus per gratiam humilitatem  
sicut et alia bona iam amat. Non autem est  
coacta hæc humilitas, quia excusso iam tēpore,  
et debilitatis uiciorum passionibus ad hanc li-  
bertatem spiritus peruenit anima, ut bonum  
eam delectet, eique sapiat. Est item alia subli-  
mior humilitas quæ non coacta, non rationis  
ductu tracta, nec solum uoluntaria, sed feruens  
et deuota est. hanc habet perfecta anima quæ  
tanto est humilior, quanto fuerit deuotior, et  
tūm creuit in spiritu aut cognitione tantum pro-  
Pars II. H 3 sicut

Interior  
pulchritu-  
do animæ,  
quæ.

Vilitas mē-  
tis, quæ sic  
preciosa.

Humilitas  
triplex.

Prou. 13.

Humilitas  
sublimior.

ficit in humilitate. Vera enim gratia non extol-  
lit, sed humiliat, quia rominem sibi plenius de-  
monstrat, & sublimitatem eius intelligens videt  
quam exiguum sit, quod de ea capere potuerit.  
Quatum quisque spirituales epulas edit, tantum  
& elurit, quæ quia ad plenum nunquam com-  
prehendi possunt, nunquam desideranti sufficiunt:  
vnde semper hanc humiliant, quia semper eius  
delicia minus, quam desiderantur abundant. Hu-  
miliat itaque talem animam degustata gratia,  
pariter & considerata bonorum exempla, consi-  
deratio peregrinationis, & multi modis miseriar  
humanitatis amor supernæ felicitatis, & deside-  
rium libertatis, quia scilicet liberabitur a seruitu-  
te corruptionis in libertatem gloriar filiorum  
Dei. Anima talis purgata terrenis delectationi-  
bus, spiritualia tantum desiderare nouit, & tota  
in amorem horum, atque in affectum virtutum  
transit, humiliat amor Christi, qui pro ipsa hu-  
miliatus est, humiliat amor ipsius virtutis, quam  
ideo amplectitur, quia Christus hanc specialiter  
amauit & habuit, vnde & singulariter virtus  
Christi dicta est, placet ei omnia humilia, quia  
intelligit hæc esse sublimia. Scit enim quod mox  
vt humiliatur intus exaltatur, quia Christo assi-  
milatur, qui minimus (id est humillimus) erat in  
Regno cælorum, id est in præsentia ecclesia, cum  
esset magnus & altissimi filius. Spiritus Christi  
qui hanc accendit ad illius amorem, instituit  
etiam ad illius humilitatem, quo quantum plena  
est, tantum abiecta esse eligit, quamq; beata est,  
tam pauper est spiritu. Neque enim potest quæ  
spiritum Christi habet non amare, quod Chri-  
stus amat, & habet. Tantaque est conuenientia  
amoris Christi & humilitatis, vt qui alterum  
horum habuerit, alterum necessario habere  
comprobetur. Et quantum habuerit vnum,  
tantum habeat alterum, vt si verè amas ve-  
rè sis humilis, & minus sis humilis, minus  
amare conuincaris. Perfecta ergo anima quia di-  
ligit, humiliatur, & propter hanc humilitatem  
quæ de radice dilectionis procedit merito dile-  
cta, & pulchra vocatur. Cuius duplex pulchritu-  
do commendatur, exterioris videlicet operis, &  
interioris humilitatis. Et merito laudatur qui &  
magna agit, & humiliter de se sentit, non alta fa-  
pit, sed humilibus consentit, & in omnibus hu-  
mitem sensum gerit.

Humilitas  
virtus Chri-  
sti.

Pari passu  
procedunt  
humilitas  
& amor  
Christi.

Quomodo anima terrena despiciat, & inter-  
na cognoscat. Capitulum XV.

Sant. 4.

**O**culi tui columbarum absque eo quod intrinse-  
cus latet. Habet talis anima oculos colum-  
barum, quia simpliciter intuetur ista terrena, nec  
ad hæc desiderio cupiditatis rapitur, immo mo-  
dicis contenta est, aliena non ambit, non fertur  
desiderio ambitionis, vel diuitiarum, vel alicuius  
delectationis carnalis. Interior mentis suffi-  
cientia placitum aspectum facit exteriorem, vt

A circa terrena oculos habeat columbarum, sicut  
in cupidis terrenorum appetitus facit oculos  
miliuorum. Non hanc affligit rerum cura, non  
yexat amor, non fatigat occupatio, magna quie-  
te, & securitate fruitur dum ista non quarit,  
non curat, non concupiscit. Sicut enim in Iob  
legitur: *Homo nascitur ad laborem, auis vero*  
*ad volandum.* Quia qui homines sunt, id est  
humani carnales, id est mundanorum desiderio  
occupati, laborem habent, boni vero dum hæc  
non amant, vel desiderant, ab horum afflictio-  
ne euadunt, apolant. Malis ex cupiditate (quæ  
est radix omnium malorum) labor iste nascitur,  
boni vero Spiritus sancti renouatione & subleua-  
tione ad hunc volatum et libertatem nascuntur.  
Isti sunt, vt qui nubes volant, & quasi columba  
ad fenestras suas, quia ad æternam desiderio sub-  
leuantur, & ad infirma nulla cupiditate feruntur.  
Quem volatum, & aspectum columbi-  
num Spiritus Sanctus operatur in anima, qui  
designatur per columbam. Spiritus iste ocu-  
los exteriores simplices facit, interiores aperit,  
quia sensum hominis illuminat, & prouehit ad  
intelligenda, & comprehendenda spiritualia &  
superna. Oculi ergo deuote anime sunt colum-  
barum, quia sensus eius per Spiritum Sanctum  
sunt illuminati, & edocti spiritualia sapientes.  
Illa quærentes, illis intendentes, terrena calcan-  
tes, & despicientes. Sapiunt enim fm spiritum il-  
la, q; sapientia, quæ vita est & pax. hæc sapientia vi-  
ta est, quia animam viuificat, pax est, quia eam  
trãquillat, componit, modificat, pascit, iucundat,  
prouehit, beatam facit. Non est hæc singularis,  
sed et segregata, sed communis, non sua sed alio-  
rum quærens, non astuta, non mali uola, sed pu-  
ra, dulcis, amabilis, grata, non obstinata, sed sua-  
dibilis, bonis consentiens, beneuolentibus con-  
cordans, felle caret perturbationum, et amari-  
tudinum, quas in se habet amor terrenorum,  
Deum sapit, dum cognoscit, a Deo est, et in  
Deo. Vnde eius oculi (id est sensus) dicuntur co-  
lubarum, id est Spiritus Sanctus, quoniam per  
hunc videt et intelligit, Isti columbarum oculi,  
id est sensus spirituales, ista sublimitas, ista  
tranquillitas mentis est in te o anima, absque his  
quæ intrinsecus latent. Illa enim quæ cum Chri-  
sto secretè in cubili cordis vestras, quis fortis  
exponere queat? Illam consabulationem mutuã,  
ausum loquendi ad eum, consolationem ab eo  
acceptam, siue reuelationem vnitate animorũ,  
concordiam voluptatum, amorem mutuum, ze-  
lum iustitiæ, et animarum, desiderium visionis  
et fruitionis Dei, peregrinationis tedium, dissol-  
uendi cupiditatem quis foris intelligat, vel ex-  
primat verbis? Nunc aperitur anime talis sensus,  
vt intelligat scripturas, nunc de occultis, siue du-  
biis instruitur, nunc ita vnitur Deo, vt vnus  
spiritus efficiatur cum eo. Nunc ita absorbe-  
tur a spiritu, vt in carne commorari se non re-  
golat, nunc aliqua arcana diuinæ aspirationis cogno-

Iob. 5.

Esa. 60.

Cur oculi  
deuote ani-  
mæ dicantur  
oculi columba-  
rum.

Tob. 4.

Capillis  
sponsæ me-  
ditationes  
sanctæ. &  
cur capillus  
capræ com-  
parentur.

cognoscit quæ prius non agnoscebat. Nunc au-  
tem ita iungitur Deo, & iunctum sibi Deum sen-  
sit, & omnem voluntatem suam ita in Deum  
transfert, vt Dei voluntatem vel intelligat, vel ad  
suam hanc inflectat. Ex ea enim puritate cor-  
dis quæ Dei voluntati in omnibus concordat  
etiam hanc intelligit, eamque ad suum placitum  
fletere digna fit. Nunc ita Deum per amorem  
sibi iungit & attrahit, vt quasi solum hunc habe-  
re se credit, nunc in eum ita dilatur & transit,  
vt in eo per caritatem omnem hominem compre-  
hendat, omnesque lumine quo illustratur videat,  
& omnibus (quia vna & simili caritate) cõ-  
patiatur & condescendat. Ita intentionem suam  
in eum dirigit, vt per eum uideat, & comprehen-  
dat ita plures sicut paucos. Anima talis quædam  
postulata obtinet, propter fidei suæ magnitudi-  
nem, quædam propter profundam humilitatem,  
quædam per importunitatem. Interdum deuotio-  
ne, & immensi desiderii seruore Deum cogit.  
Interdum eum flecit compositione verborum,  
& blanda siue cauta locutione. Interdum osten-  
sa iusta causa miserendi, & ratione super aliqui-  
bus postulatis consolationem accipit, super ali-  
quibus reuelationem, & nunc certam, nunc du-  
biam, interdum exauditam se intelligit, sed mo-  
dum nescit. Sic Tobias cognouit se exauditam,  
sed de modo nõ est ei reuelatum. Credidit enim  
hunc esse modum vt moreretur, cum potius esset  
vt illuminaretur. In quibusdam Deum propi-  
cum fore sperat, eo quod se in orando preueniri  
consolatione sentiat, & iuari. In quibusdam  
obtinendis sentit Deum oportere fleci, & pre-  
cibus diuturnis pulsari. In quibusdam experitur  
eum quærere, & desiderare virum, qui spem ora-  
tionis vindictæ eius opponat. In aliquibus vero  
ire ipsius nõ posse resisti agnoscit, etiam si Moy-  
sem & Samuelem in conspectu eius stare contin-  
gat. Ista & huiusmodi familiaria, & secreta ora-  
tionis, meditationis, & cognitionis intrinsecus  
latent in anima perfecta in præsentia. Quæ ve-  
ro de futuris lateant abscondita sunt ab oculis  
omnium viuentium. Nondum enim apparet  
quod tunc erit, quia cum in illa vita apparuerit  
Deus similis ei erit, quia videbit eum sicuti est,  
Tunc perfectè Deo assimilabitur, cui nunc ex  
parte assimilabitur, quia cum venerit quod perfe-  
ctum est, euacuabitur quod ex parte est, & tunc  
cognoscat sicuti cognita est. Tunc videbit quo-  
modo pater in filio, & filius in patre, & Spiritus  
Sanctus in vtroque; tunc denique trinitatem san-  
ctam videbit in gloria sua.

Quibus  
modis ani-  
mæ obti-  
neat à Deo  
ea quæ po-  
stulata.

A nes. Capræ enim inquirendo pascua alta mon-  
tium atque arborum petere solent, & etiam ru-  
minant. Ita meditationes sanctæ semper ad alta  
tendunt, & ad spiritualia, atque cœlestia inuesti-  
ganda, & cognoscenda laborant. Quæ inquan-  
tum capere præualet, ruminare, id est retracta-  
re, & recogitare student, & a ventre mentis sur-  
sum ad memoriam reuocare, atque hæc ad sapo-  
rem, & edificationem terere atque comminuere.  
Arbores istæ boni sunt in gratia crescentes, atq;  
sublimes. Dum itaque anima deuota hos atten-  
dit & horum sanctitatem meditat, & ad eo-  
rum imitationem se erigere nititur, has arbores  
meditatione ascendit, dumque vigorem mentis,  
vigorem quotidiani profectus, & renouationis  
eorum spiritualis diligit, considerat, & in memo-  
riam pariter & imitationem transmittit, quasi  
cibum quo nutriatur ab eis carpit. Qui enim be-  
ne agentes attendit, & eorum virtutibus deuo-  
tione, & conuersatione delectatur, ipse per hos  
ad bonum, & perfectum incitatur, atque nutri-  
tur. Montes quoque iste capræ ascendunt, dum  
meditationes animæ perfectorum sublimem vi-  
tam, & mores inspiciunt, & ad hæc ascendere cu-  
piunt, bonis se iungunt, horum consortium, con-  
solationem, colloquutionem, orationem expectit.  
Ita capræ istæ arbores siue montes ascendunt,  
ita semper alta petunt, & contemptis infimis su-  
perna petunt, & quærunt, & horum delectantur  
aspectu, reficiuntur pascu, renouantur desiderio,  
proficiunt, & sursum tendunt exemplo. Semper  
proficiunt, quia semper bonos attendunt, sem-  
per recentes, semper alacres sunt. Talis enim cõ-  
uersationis aliquis fit quales inspiciat, quales at-  
tendit, & qualibus familiaris se iungit. Iste  
capræ, meditationes videlicet sanctæ ascendunt  
de monte Galaad, Mons Galaad Christum signi-  
ficat, Galaad enim interpretatur acruus te-  
stimoniũ, & sancti in Christo coaceruantur, &  
congregantur, & habet testimonium Iesu, & fi-  
dei eius atque operum, lapides utique viui, & ad  
edificium cœlestis pertinentes, Mons Galaad  
vberrima pascua legitur habuisse, et Christus  
vberrimè pascit, qui non solum exemplo reficit,  
sed etiam gratiam infundit. Nullus enim sancto-  
rum sicut Christus exemplo edificat, quia nul-  
lius tanta fuit humilitas, patientia, et obedi-  
entia, mansuetudo, caritas, et omnium perfe-  
ctio virtutum. In ipso quoque omnis plenitu-  
do gratiæ fuit adeo, vt de hac plenitudine om-  
nes accipiunt quotquot habent gratiam, hic est  
mons Dei, mons pinguis, nec solum in se pin-  
guis, sed etiam de se alios impinguans, quosdam  
lacte gratiæ nutriens quosdam per uberiorem  
dulcedinem sapientiæ reficiens, vberrima ergo  
sunt pascua in hoc monte. Sed videndum quo  
de Deo ascédât capræ istæ, meditationes videli-  
cet deuotæ. Iacet anima, et in imo est qñ terrena  
& carnalia cogitat. Surgit vero & in altum ascé-  
dit cum spiritualia meditat, & mente versat.

D

E

Cur dicat  
ascendere  
de monte  
Galaad.

Quomodo a Christo per orationem medita-  
tiones sanctæ obtineantur. Cap. XVI.

**C**apilli tui sicut greges caprarum, quæ ascen-  
derunt de monte Galaad. Capilli sponsæ sunt  
meditationes sanctæ, quæ sicut capilli crescunt  
in capite ita oriuntur in mente. Qui capilli ca-  
pris comparantur propter quosdam similitudi-  
Richardi S. Vict.



In carnalibus itaque cogitationibus a nobis-  
 A s'is deprimimur & d'icimur, & ad spiritualia a  
 Deo subleuamur, quia a Deo sunt, & in aia sur-  
 gunt meditationes bone, a nobis carnales & ma-  
 le. Nō est. n. in nobis (hoc est i carne nostra) bo-  
 num, quia sterilis est caro, nec parit huiusmodi  
 cogitationes, sed spina & tribulus germinat no-  
 bis. De corde quoque exeunt cogitationes ma-  
 lae, sunt etiam suggestiones per Angelos ma-  
 los. Cum igitur compungitur anima de peccatis  
 prateritis, seu de praesentibus se corrigere & cu-  
 stodire proponit, cum delectatione alicuius uir-  
 tutis siue studio proficiendi accenditur, commo-  
 uetur ad compassionem proximi, ad zelum iusti-  
 tie, ad amorem, vel desiderium uitae aeternae cum  
 aliqua deuotione, vel dulcedine spirituali affici-  
 tur, cum illuminatur, instruitur vel ad aliquod  
 bonum excitatur, tales meditationes & affectio-  
 nes a Christo sunt, qui loquitur in aia cogitatio-  
 nes pacis, & cuius spiritus suggerit haec omnia  
 in occultis. Cum ergo huiusmodi sentiuntur in  
 mente, tunc utique ascendunt de monte Galaad  
 capreae, id est a Christo oriuntur, & surgunt me-  
 ditationes sanctae. Qui enim manet in Christo  
 & Christus in eo, hic fert fructum multum ha-  
 rum cogitationum, & in quo haec meditationes  
 congregantur & coaceruantur, testimonium  
 habet quod in eo Christus maneat, & ab illo  
 assensum harum meditationum habet. A Chri-  
 sto ergo sunt, ascendunt, qui eas nutrit in cordis  
 nostris, & consurgere facit, & ascendere. Qui  
 nunc eas per se suggerit, & nunc orandus est  
 ut eas largiatur, dormit enim interdum Chri-  
 stus, ita ut non loquente eius spiritu, sed flante  
 vento contrario operiatur nauicula mentis flu-  
 sibus tentationum, vel malarum cogitatio-  
 num. Vnde suscitandus est, ut imperet his ve-  
 nis, & mari harum perturbationum, & tran-  
 quillitatem faciat in mente. Orante itaque ani-  
 ma & suscitante Christum precum instantia, re-  
 ciipiuntur cogitationes spirituales & desiderata.  
 Ascendunt enim a Christo suscitato, & per ora-  
 tionem propicio facto. Et videas qualiter ani-  
 ma instante precibus, alia post aliam surgit &  
 ascendit, & quot motus orandi sunt, tot medi-  
 tationes surgunt, & ascendunt, & instante  
 anima, & multiplicante preces multiplicantur  
 haec cogitationes, tandemque ita densantur in ani-  
 ma, ut iam immenso agmine harum valleretur,  
 quae prius sola, & quasi derelicta videbatur.  
 Quia ergo a Christo sunt, & ascendunt in men-  
 te meditationes istae, ascendat in istum mon-  
 tem anima, maneat in Christo, inuocet Chri-  
 stum. Accipiat sublime officium orandi. Ascen-  
 dat in montem orare sola, exclusis videlicet &  
 semotis omnibus occupationibus, maneant  
 in ipsa verba Christi, audiat cordis aure legem  
 eius, & seruet mandata, ut quae petere voluerit  
 fiant ei. Qui enim legem audit, oratio eius erit  
 acceptabilis, & quae mandata implet exaudie-

Quid fa-  
 ciendū vt  
 exaudia-  
 mur a Deo

tur, & a mandatis opere impletis erudietur,  
 quia seruati iustitiam, Deus dabit sapientiam, &  
 spiritualium notitiam. Et sicut ait Salomon, &  
 iuxta psalmistam, a mandatis Dei intelligit. Ita  
 de hoc monte pingui & vberi orante anima de-  
 uota ascendunt capreae istae, id est meditationes  
 sanctae a maligno autem spiritu suggeruntur, &  
 surgunt cogitationes inutiles, & exciccantes  
 deuotionis pinguedinem, & bonorum medita-  
 tiones extinguentes. Haec sunt populus ille ama-  
 lechitarum: Amalech interpretatur populus  
 lambens, lambunt enim, & perdunt suauita-  
 tem vnguenti, consumunt vnctione spiritus sancti.  
 Contra quas oratione pugnandum est cum  
 Moysē, & manus leuanda cum corde, ut ore-  
 mus, & pariter mandata opere seruemus, si sic  
 vtraque ad Deum leuamus & non lassemus, su-  
 perabimus. Si cessamus, vel segnius agimus,  
 superabit Amalech, sicut ibi gestum legimus.  
 Quandoque meditationes sanctas quiete, & si-  
 ne impugnatione Amalech possidemus, quan-  
 doque illo congreddente nobiscum, & nunc  
 praualente, nunc superato proficit oratio, &  
 manus in orando remissius fuerint subleuatae,  
 ita ut experiatur anima has vicissitudines, vt  
 nunc videat se superiorem, nunc affici delecta-  
 tione spirituali, nunc malis occupari cogitatio-  
 nibus, & premi, si tamen in orando nō cesset, nec  
 lassetur, non dubium quin Amalech superetur  
 & effugetur. Quando per nostram negligenti-  
 am, & cordis dissolutionem a bonis cogitatio-  
 nibus ad vanas & noxias dilabimur, quando-  
 que tentante aduersario & suggerente; inter-  
 dum contingit vt longo tempore exciccata a  
 gratia, & spiritualibus cogitationibus destitu-  
 ta suauem illam dulcedinem non experiatur,  
 pro qua tanto humilior & instantior est oran-  
 dum, quanto ignoramus vtrum huius defe-  
 ctus aliquo modo causa sumus. Priuatur enim  
 aliquis gratia propter aliquod latens peccatum,  
 vel propter ingratitudinem, indigne scilicet per  
 hanc operando, vel largitori gratis non red-  
 dendo, quia hanc non sicut debet quaerit, vel  
 quia carnales cogitationes admittit. Cum ergo  
 siccatas haec euenerit, & facta fuerit anima sicut  
 terra sine aqua, expandenda sunt manus ad  
 Deum in oratione, & cum Elia post siccita-  
 tem trium annorum pluuiam postulante, se-  
 cedendum est ad orationem, & pro pluuiam  
 gratiae postulandum. Ille puerum misit iterum  
 atque iterum ad comprobandum si preces eius  
 exaudire essent, nec factum est ante se-  
 ptimam vicem, ita mente siccata longo tempo-  
 re a deuotionis gratia, orandum est, & multis  
 vicibus insistendum, nec a prece cessandum,  
 donec quies mentis (quae per septenarium  
 intelligitur) & gratia quae septiformis est ope-  
 retur. Sine enim magna instantia, & laboriosa  
 prece exciccata mens a gratia illam recipere  
 non meretur. Non autem deuota

Prou. 6.  
 Psal. 113.

Amalech  
 quid signi-  
 ficet.

Exod. 17.

Cur ani-  
 ma aliquo-  
 do priue-  
 tur gratia.

3. Reg. 18.

consequi valet illam requiem cum deuotione, A  
 & dulcibus illis affectionibus destituta sit, sed la-  
 bore & importunitate necesse est vt deuotio-  
 nem recompenset. Et ita si non propter amici-  
 tiam, propter importunitatem tamen quod pe-  
 tit accipiet. Vt vero preces eius exaudiantur, ne-  
 cesse est vt superflua locutionis, cogitationis, &  
 etiam operis amputet, & circuncidat, ne dissolu-  
 ta sit cogitatione, vana, superflua, vel noxia lo-  
 quens. Ne quoque sit sine custodia cordis indis-  
 creter quilibet cogitationes admittens, nec  
 super his discernens, vel sibi cauens, ne etiam  
 mollis sit, & dissoluta in opere, non quod expe-  
 dit, sed quod delectat tractans, atq; agens. Hac  
 enim custodiam, & circuncisionem illam notat  
 mons ille Carmelus, in quo Elias hanc oratio-  
 nem fudit, & quod postulat accipit. Interpre-  
 tur enim Carmelus cognitio circuncisionis.  
 Qui in se ista circuncidat, & amputare non no-  
 uerunt, exaudiri digni non sunt. Sunt quippe  
 montes Gelboe, in quos nec ros, nec pluuia gra-  
 tiae descendit, eo quod in eo proiectus sit cli-  
 peus fortium, id est custodia, & circuncisio viri-  
 lis. Sine enim custodia nec aliqua virtus conce-  
 ditur, nec gratia amplior acquiritur. Sic ergo  
 anima circumspecta videat, & circuncidat super-  
 flua & noxia, instet precibus iterum & iterum,  
 nec cesset ascendere primo parua nubecula gra-  
 tiae, tandem erumpat & sequatur immensitas fa-  
 lutaris pluuiam, & plene mentem irriget, & insun-  
 dat, quae diutius siccitate noxia, & defectu gra-  
 tiae aruerat. Hinc igitur gratiam postulet, & ex-  
 pectet, hinc seipsam ad hanc praeparet, & qua  
 caute ad meditationes sanctas redeat confide-  
 ret, quod ita potissimum fiet vt ad nuperianam  
 habitas imprimis recurrat. Haec namque tanto  
 facilius recipiuntur, quanto vicinior habitas sunt  
 ad remotiores vero & retro habitas difficilior  
 est recursus. In hunc modum melior est ora-  
 tionis finis, quam principium. Ita a Christo qui  
 principium est & finis, & per Christum obtine-  
 bit omnia diligens & sollicita anima, facietque  
 in se meditationum bonarum assensum.

Quid ne-  
 cessarium  
 sit ut pre-  
 ces exau-  
 diantur.

Quid sit  
 Carmelus.

Quando  
 melior sit  
 finis oratio-  
 nis, quam  
 principium.

De discretione cogitationum, & quomodo ad  
 hanc veniatur. Cap. XVII.

Quid den-  
 tes signi-  
 ficent.  
 Cant. 4.

Iob. 32.

Dentes tui sicut greges tonsarum quae ascen-  
 derunt de lauacro. Dentes sunt discussiones  
 discretionis, quibus meditationes spirituales, &  
 cogitationes cordis cernuntur, & comminuun-  
 tur, ac discernuntur an purae sint, & veraciter  
 bonae, an sint a Deo, vel a spiritu malo, vel a  
 corde humano. Malus enim spiritus quasdam  
 cogitationes suggerere nouit, quae spirituales vi-  
 dentur, & humanus spiritus interdum se Spiri-  
 tum Sanctum esse simulat, & metitur, sicut in Iob  
 legitur. *En venter meus quasi mustum.* Quod  
 etiam ipsi Elię contigit, qui verba protulit per tu-  
 morem sui spiritus, quae a Spiritu Sancto, &

Dei zelo dicere se credit. Per ventrem enim  
 suus cordis, per mustum feruor spiritus Sancti  
 intelligitur, quo se incitari Elia apud Iob  
 putauit, cum tamen a solo propii cordis im-  
 petu moueretur. In multis talibus cordis mo-  
 tum, siue etiam vitii impulsu sequitur homo,  
 & tamen a Spiritu Sancto se moueri arbitratur.  
 Demones etiam interdum mala sub specie boni  
 occultant, ad quaedam bona incitant, & vt ad malum  
 perducant, futura etiam nunciant. Quaedam enim  
 futura praenunciare possunt, quia ea interdum  
 sciunt, quaedam per subtilitatem naturae inuesti-  
 gant, quaedam Angelis Sanctis reuelantibus dis-  
 cunt, quaedam ex causarum euentibus, quaedam  
 ex naturalibus hominis, quaedam ex dispositio-  
 ne aeris coniciunt. Et diu aliqua sicut sunt indi-  
 cant, vt tandem credulam mentem fallant. Falsa  
 etiam deuotione decipiunt, quia quasdam ora-  
 tiones, & meditationes, dulcem affectum, etiam  
 lachrymas in anima producant, vt vel mentem  
 in errorem, vel elationem, vel corpus perdu-  
 cant, ad debilitatem. Interdum de scriptura ali-  
 quid falsa interpretatione aliter intelligendum,  
 vel ex hac aliter agendum, quam veritas habet  
 suggerunt, male quosdam de salute aliorum sol-  
 licitant, quos incitant & accendunt ad conuer-  
 sionem, vel aedificationem aliorum longe po-  
 sitorum, quatenus a quiete mentis, & vtilitate  
 propria eos deiciant. Quod negotium in ani-  
 ma quasi diem quandam depingentes occupa-  
 tioni pristino salubrius atque vtilius insinuant.  
 Cum itaque aliquid nobis suggerit agendum,  
 perpendere debemus vtrum aliqua sui parte in-  
 discretio se misceat, vel dolus inimici se ingerat,  
 & plene illud discutere si cum debito timore &  
 cautela fiat, si non tam nostra, quam etiam alio-  
 rum vtilitas in hoc consistat, si humana laus, vel  
 ostentatio subrepat, si vanitas, vel leuitas aliqua  
 impellat, si a scriptura, vel exemplis Sanctorum  
 in nullo dissentiat. Quicquid autem a malo Spi-  
 ritu est, aliqua parte falsum deprehendi poterit,  
 vel periculum eius de futuro pendet, & cito de-  
 nudabitur, quia fraudem suam detegendo inimi-  
 cus, quod occultauerat apertius suggeret, p quod  
 cognoscetur. Spiritus, quoque Sanctus diuersis mo-  
 dis operatur in aia, vnde cognoscenda sunt eius  
 operationes, & discernenda. Conuertit enim in-  
 terdum mentem timore poenae, interdum accedit ad  
 Dei amorem, nec tamen multam praebet cog-  
 nitionem. Mouet mentem, & incitat ad bonum,  
 & ad Deum, nec tamen statim facit hominem  
 perfectum. Non enim est in his plena cognitio:  
 sed initium, atque incitamentum ad bonum, seu  
 consolatio, quia haec quandoque infirmus ali-  
 quis & imperfectus percipit, & qui ad cognitio-  
 nem, & intelligentiam Spiritualem mius per-  
 tingit. Cum vero in cognitione profecerit, ac  
 deinde ad gradum contemplationis ascendit, si  
 de Deo aliquid sentit, & perfecte id comprehen-  
 dere videtur sibi tunc, non ita sicut in Deo est  
 intelligit.

Quid signi-  
 ficet p ve-  
 tre & ma-  
 stum.

Quomo-  
 do Demo-  
 nes deci-  
 piant.

Quid agē-  
 dum sit a  
 suggestio-  
 nibus.

De moti-  
 bus Spiri-  
 tus Sancti.



Intelligit, vnde Elias, qui transire dominum vidit, quia incomprehensibilem intellexit Spiritum commotioni, & igni non inesse dominum dicit, sed in sibi auram leuis, quia quicquid perfecte comprehendere valet, ibi non est, sed potius ubi subite aliquid de Deo sentitur, & quod plene comprehendere non possit. Incipienti adhuc infirmo datur gratia, vt hac illustratus se cognoscat, & roboratus corrigere queat, & sic ad notitiam plenius perueniat. Ad notitiam enim huiusmodi non pertingitur nisi melioratis moribus maior cordis puritas obtineatur. Quanto perfectius cordis oculos quisque mundauerit, tanto plenius Deum videre poterit, & quanto plenius hunc videt, tanto incomprehensibilem esse intelligit quod videt. Vnde qui in notitia profecit, perfectius de Deo sentit, & quicquid de illo capere potest exitum intelligit. Quanto enim sapientia & notitia appropinquat, tanto minus sibi videtur esse quod capere potest, quia iuxta Salomonem, quanto sapiens efficitur, tanto ipsa sapientia recedit ab eo, id est tantum intelligit quantum sit incomprehensibilis. Talis scientia animam non inflat, sed accendit, & humiliat, suamque sibi ce- cecitatem amplius demonstrat. In hoc scire potest quisque quod sanum sapit, & tunc oculus suus Deum videat, si ipse se reprehendat ex humilitate, & perceptam sapientiam amplius esuriat, & minimum esse intelligat quod de illa ceperit, vel capere possit. Inter Sanctum ergo Spiritum & suum caute distinguere debet homo, & seipsum discutere, & cum mouetur ad aliquod opus bonum, an ad illud peragendum aliqua impellat humana delectatio, vel vicium, vel tentatio. Sunt enim in anima aliqui impetus ex dispositione hominis, vel ex causa aliqua, vel occasione, vel curiositate, vel ambitione, vel leuitate, vel vicio, vel tentatione. Qui ex vicio, vel tentatione omnino cauendi sunt. Qui ex humanitate & ceteris preno- minatis, tolerare possumus, & bene eis uti, vt nunquam eos scilicet sequamur, sed a latere hos patiamur, ad ministerium non ad damnationem, vt scilicet ex his alacritatem maiorem habeamus ad peragendum opus illud quod facere intendimus. Vbi enim nobis cooperantur naturalia sine alia causa, promptior in his est Spiritus noster, & alacrius peragitur quod intendit. Videndum enim & omnino cauendum ne principaliter aliqua carnalis vel humana delectatio impellat, nec talem impetum sequamur, & si patiamur, sed ubi cognoscimus esse impetum Spiritus Sancti ibi gradiamur, & quod ille suggerit faciamus. Item considerandum est, quod in anima adhuc infirma & imperfecta, proniores sunt carnales motus spiritualibus. Vnde cum aliquis ad aliquod bonum mouetur facile, & cum quadam cordis leuitate, timendum quod huiusmodi leuitas sit a carnalitate, maxime si aliquid ibi annexum sit, quod delectare humanitatem possit. Item suspecta est cordis alacritas, quan-

Quid requiratur vt q. d. Dei plene videat.

Ecccl. 7.

Qualis scientia non inflat, sed accendit, & humiliat.

Quid agendum sit in spirituum discretionem.

Diuersi impetus hominum.

Quid cauedum in delectationibus spiritualibus.

do impellitur ad aliquid homo cum quadam vehementia, & impatientia dilationis, quia Spiritus Sanctus modestus est, & tranquillus, & temperati sunt motus eius, deuotioni etiam interdum cooperatur, & hanc plenius accendit cordis leuitas, naturalis benignitas, prosperitas, vel orta aliqua causa laetitiae. Et ite hanc deprimat, & etiam impedit tristior dispositio, vel aliqua aduersitas, & causa mestitiae. Vnde in oratione false consolatur interdum simplex aliquis, vel diffidit, dum secundum quod alacritatem Spiritus sentit, exauditionis conicit indicia, de corde suo Prophetans, & quod cor suum loquitur hoc dominum loqui arbitrans. Inimicus quoque falsis consolationibus, vel falsis reuelationibus decipere nouit, quem in talibus creditulum deprehendit. Vnde cognoscenda est horum discretio Spirituum, quae omnia dum deuota anima diiudicat, & discutit, quasi dentibus quibusdam discretionis conterit, & comminuit. Hi sunt dentes sponsae qui assimilantur gregibus tonsurarum ouium, detractiones sunt innocuae cogitationes exteriora abscondentes, scilicet amorem terrenorum, & desiderium habendi prudentiam saeculi. Terrenorum enim amor excecat oculos cordis, mentem grauatur & deprimat, ne ad cognitionem, ac discretionem spiritualium assurgere queat. Mundana quoque sapientia Deum non capit, nec animalis homo percipit ea quae sunt Spiritus Dei. Stultam enim fecit Deus sapientiam huius mundi, ut quantum quis terrena sapit, tantum minus Deum sapit. Et quanto late cor distenditur, tanto in diuinorum amore angustatur, sic enim lumen exteriorum & carnalitate hominem obnubilant, vt puritatem discernendi spiritualia minus apprehendat. Et quanto ad multa spargitur, tantum ad vnum & maxime necessarium minus se colligat. Interius quoque aliquid interdum adhaeret animae quo spiritualium discretio impeditur valde, propria scilicet voluntas. Haec quantum sua quaerit, tantum Deo minus iungitur, & quanto in se manet, nec ad Deum ascendit, tanto minus ea quae Dei sunt apprehendit. Item non valet percipere discretionem qui propriam amat voluntatem, quia dum sequitur quod delectat, non autem quod veritas iudicat, sicut recedit a veritate, ita separatur a vera cognitione, & sic a discretionem. Hoc est uellus quo d praescidi oportet in fine videlicet delectationis, pondus quo dum calet anima atque oneratur, a spiritualibus impeditur. Sic detonsae oves (istae cogitationes videlicet innocuae) liberius spiritualia capiunt, & discernunt, & sapientiam in horum vacuitate scribunt. Haec cogitationes ascendunt de lauacro, id est de compunctione & lachrymis poenitentiae. In hoc lauacro mundantur a sordibus peccatorum pariter & viciorum, & exonerantur ab horum pondere, ut possint ascendere, & ad spiritualium notitiam scandere. Compunctio enim

Quae sunt detractiones.

Terrenorum amor quid faciat.

Qui non valet percipere discretionem.

Quae cogitationes ascendunt de lauacro.

Quid faciat compunctio.

enim consumit plene peccata atque vitia, & mundat animam ab omnium corum sordibus, & simul a carnalitate foete, poros quoque cordis aperit, & pluuia uirtutum fundit, quibus ad haec uolare & subleuari possit. Haec perfusa anima surgit quasi diluculo ad discernendum singulas cogitationes, & uidentium si qua oberrauerit, uel impura fuerit, seu inutiliter operata sit. Sic discretio dum post innocentiam, & mundanorum abiectionem, atque propriam uoluntatis mortificationem per compunctionis gratiam mundatur, atque ad spiritualium intelligentiam, & discussionem eruditur, de lauacro ascendere merito prohibetur.

De discretionem naturalium, & gratuitorum, & de diuersis motibus animae. Cap. XVIII.

Cant. 6.

Omnes sunt gemellis satibus, & sterilis non est inter eas. Magna est uirtus discretionis qua homo inuestigat qua parte pronus sit ad malum, vel dispositus ad bonum, & quantum suffragari possint sibi bona natura, & dona gratiae, discernit uirtutes, atque uicia, motus quoque cordis causas a foris vel interioribus surgentes, opera perfectiora siue imperfecta, consolationem gratiae atque cognitionem eorum, denique interiorum & exteriorum statum cognoscere studet. Discretio enim apposta uerbo Dei penetrabilior est omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animae ac Spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, haec indicat homini qualiter duplex affectus sit in ipso, carnalis uidelicet ac spiritualis, quodque quamdiu carnalis nondum est edomitus, non possit anima perfecte in spiritualibus delectari, & si exulet in domino, non tamen exultare potest caro, sicut quod Propheta dicit: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.* Quamdiu tam diuersus & diuisus est homo, non plene assurgit ad spirituale gaudium, nec ad aliquod opus laboriosum peragendum. Imperfectus enim adhuc carnalis ad aliquod opus laboriosum est inualidus, ad quod agendum de suo nihil habet, id est in quo eum non trahit aliqua uoluntas cordis, vel delectatio carnis, seu humana aliqua causa, vel occasio, cum quibus spiritualia agere plurimum praevalet, ad quae ex sola gratia minus promptus esset. Talis animae imperfecta sunt opera omnia, & desideria, quia partim impetu carnis fertur, partim spiritualiter mouetur. De tali suspicandum est, quod in omni opere quo frequens, vel promptus inuenitur, vel longo tempore perseuerat non hunc sola gratia iuuat, sed simul humana aliqua delectatio. Si autem frequentius hunc uenialium motus quam rationis, vel charitatis impelleret, nisi per poenitentiam illa deleteret timendum esset, quod cito

Quid faciat discretio.

Psal. 83.

Imperfecti inualidi ad opera laboriosa.

Cur animae carnalis opera sunt imperfecta.

in mortale casurus esset, atque arena talium obruendus. Quamdiu tamen non ita caecatur aliquis ut a charitate deuiet, non erit infructuosum quod egerit, quia meritum non auartit quicquid ex caritate fit. Si denique inimicus aliquem constitutum in caritate ad aliquod opus bonum incitet, ut ab utiliori auertat, vel aliquo modo decipiat, etiam hoc ipsi nescienti, & hoc bene intendenti meritorium erit, quia ex charitate fit. Intantum enim castra diaboli militant Deo, in quantum in tentatione mala ad aliquod bonum hominem demon incitat. Inimicus enim non semper manifeste impugnat, sed interdum sub specie boni se iungit homini ut decipiat. Ipsa quoque natura hominis, atque dispositio in aliquo bono opere contraria est, & inualida, in aliquo ita prompta, ut eius alacritas deuotio uideri possit, potentia enim ualde sunt in homine naturalia, ita ut in imperfecto ex his frequentius procedant motus cogitationis, locutionis, & operis, & item gaudii, uel tristitiae, alacritatis cordis, uel tedium, & aliorum affectuum animae. In deuotissimo quoque, & qui omnes motus interiores & exteriores perfectius regit, tamen quae gerit secundum dispositionem ipsius formantur, & naturalia haec iuuant, vel impediunt. Sicut enim uulgo dicitur, illud quod in uase aliquo fuerit de uase sapit, vnde contingit, ut iracundus etiam si bono zelo moueatur, amaritudo naturalis se misceat. Si quis lenis fuerit, aut remissus plusquam debeat, ille rigorem districte, iste clementiam exequetur distolte. Item tristis, uel rigidus aliquis ex naturali dispositione minus exhibet benignitatem, beneuolus & iucundus disciplinae rigorem. In his & similibus custodiendum est ab ea quae dormit in sinu nostro, humana uidelicet fragilitate, ut caueat sibi etiam deuotissimus aliquis ab his motibus quibus naturam sentit ad malum dispositam, & pronam. Haec omnia discretio cognoscit & diiudicat, & qualiter cum his agendum sit ut meritoria fiant. Intelligit etiam qualiter opera uirtutum, uidelicet humilitatis, patientiae, obedientiae, mansuetudinis, charitatis, & ceterarum aliarum natura hominis, uel alia causa iuuat, uel impedit. Et quod non secundum quod aliquis promptus est, uel tardus in horum aliquo mereatur, sed secundum quod radicatus est in uirtutibus, & intentam habet charitatem. Habet enim secundum naturalia hominis, uel aliam causam interdum aliquis maiorem charitatem, habens in aliquo uirtutis opere minorem alacritatem, & minorem charitatem habens maiorem alacritatem. Virtutes enim cum omnes sint pares, non aequaliter omnes exerceri possunt, quia secundum naturalem dispositionem pronior est aliquis ad istam exercendam, quam ad aliam, quae tamen omnes pares sunt, quia ex eadem radice procedunt. Si ergo aliquis pronior sit, et magis dispositus ad compassionem quam

Quamdiu a charitate non deuiet non erit infructuosum eius opus.

Quomodo impugnet mos inimicus. De potestate naturalium uirtutum.

Prouerbiu.

Quid rigidi & quid beneuolus faciat.

Quamuis uirtutes sint pares non tamen aequaliter exercetur.

Pulchrum  
dubium.

4. Cor. 11.

Vehemens  
tadium &  
amaritudo  
cordis  
virtutes e-  
xercet &  
no euerit.

Quomodo  
infirmus  
in pugna  
spirituali  
forti ad a-  
quari pos-  
sit.

Quomodo  
aliquis pos-  
sit geminum  
fructum fa-  
cere.

quam ad patientiam, adeo perfecta tamen est in illo patientia sicut compassio, quia ex eadem charitate procedit vtraque virtus. Ex quanta enim charitate compatitur, ex tanta patiens est, quia ex pari, & vtraque virtute equaliter meretur, quia par charitas, par primum consequitur. Et quamuis laboriosius quis hanc exerceat, quam illam, si tantum motus intenditur in ista peragenda sicut in illa, tantum meretur, immo magis hic, qui conatur & laborat, quia hic maior est pugna magis meretur, & magis in eo charitas augetur. Simile iudicium est de deuotione, quia si duo sunt in pari charitate, & alter gratiam habeat se exercendi in deuotione, alter tentatione laborat, vel contra aliquam infirmitatem, vel imperfectionem bellum gerit, tantum meretur iste motibus & conatu pugnae, quantum ille deuotione & mentis alacritate, immo magis mereri poterit si legitime certauerit. Paulus in labore tentationis maxime posse mereri aliquem, & in eo augeri charitatem perhibet his verbis, quibus dicit, quando infirmior tunc fortior sum & potens. Vehemens quippe tedium, & amaritudo cordis virtutes exercet, non euerit. Siue ergo aliquis accidia laboret, & ariditate cordis, & tentatione aliqua, siue deuotione perfruatur, tantum mereri potest in illo aduerso statu sicut in isto prospero, si tantum intendatur motus eius & conatus in reluctando. Contingit autem vt in ea virtute ad quem melius dispositus est aliquis magis moueatur, & ita magis mereatur, vnde infirmis deuotionis status plerumque fructuosior est, robustorum vero & constantium est in aduerso statu amplius mereri. Contingit tamen vt infirmus in pugna spirituali equeatur forti, quia quo inualidior est eo, in resistendo magis laborat, vnde quod ille acquirit virtute, hoc iste maiori fatigatione. Si vero immo, quia frequentius in venialibus labitur tam infirmus, quam fortis, quia similiter in resistendo laborat, magis contingit vt poena debita venialibus, respondeat poena resistendi, & poena poenam deleat. Attamen qui venialia minus committit, saepe in eo amplius charitas crescit, intelligit haec omnia discretio, & tam aduerso statu, quam prospero bene vt nouit. Hoc igitur modo geminum fructum facit, dum vtriusque statum moderatur, & ex eo proficit. Et item dum & malum cauet in discretionis, & bonum prudenter agit. Si aliquis enim bene intendat & minus prudenter agat, offendit, quia si recte offeras, & recte non diuidas, peccasti, ait auctoritas, facit item geminum fructum, dum & intus cogitationes regit, & foris opus prudenter disponit. Non solum hunc duplicem fructum facit in se, facit etiam huc in aliis quos tam ammonitione prudentiae emendat, quam recte operandi exemplo. Recte ergo caprae iste (discussiones videlicet discretae) geminum fructum habere dicuntur, quae & in se, & in aliis

fructificant, factus spirituales generant, & non est sterilis inter eas. Nullus enim labor discutendi haec, nullus motus pie intentionis, nihil denique quod charitate fit sterile esse poterit, sed fructuosum est, atque meritorium.

De custodia loquendi, & dulcedine.  
Cap. XIX.

**Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.** Labia sponsae vitae comparatur quia sicut vitta constringit crines, ne dissolute defluant, ita deuota anima labia sua ligat & cohibet ne mala, vel inutilia loquatur, & in perniciem propriam, vel aliorum defluant, & dissoluantur. Quae vitta coccinea dicitur, quia per coccinum charitas intelligitur, quo labia haec ligantur. Per dilectionem namque Dei & proximi continentur & reprimuntur verba, ne videlicet proferatur quod vel Deum offendat, vel proximo noceat, dilectio haec Dei lectio, vel Dei electio dici potest. Legit enim Deum in cordis scola, ibi dicit Deum noscere, Deum sapere. Eligit etiam Deum in amore, & elegit eam Deus, & praelegit, vnde & pra aliis in eo legit, & dicit quae cogitat, loquitur, atque agit. Qui vnus Spiritus est cum Deo, quae aliena sunt ab eo sicut non sentit, ita non loquitur. Qui bonitati sociatur, ab ea per noxia non disiungitur. Qui adhaeret veritati, a vanitate aueritur, quia veritas & vanitas in vno domicilio non commorantur, & qui deuotus fuerit, per inutilia verba non defluit. Labia ergo sponsae, quia verba comprimunt ne dissolute fluant, vitta comparantur. Quia vero per dilectionem Dei tinguntur, coccino asimulantur. Solent vitta dum crines ligant etiam caput ornare, ipsumque ornamentum in mentibus demonstrare. Sic custodia, & disciplina loquendi mentem decorat, quae caput & principale est hominis, & foris pulchram animam demonstrat. Verba enim dissoluta, & inepte prolata exterius deformant, & intus rectitudinem mentis dissipant. Quot enim verbis superfluis aliquis vti solent, tot modis extra seducitur, & a custodia sua dissipatur. Vbi vero composita fuerint verba, & cum disciplina prolata, testimonium dant constantiae mentis, prudentiae, atque discretionis. Labia ergo sponsae comparantur non qualicumque vitta, sed coccinae, quae preciosior est, quia tanta disciplina loquendi sublimior & dignior in ipsa est, quanto non habetur ex humana sapientia, vel naturali dispositione tantum, sed ex diuina dilectione. Est autem naturaliter aliquis bonae dispositionis, et modestae loquelae, alius ex prudentia naturali verba sua moderans, iuxta quod Salomon ait: *Qui moderatur labia sua prudentissimus est, sed magis gratum est, et aedificat quod habetur ex gratia et charitate.* Vnde subditur quod eloquium talis ani-

Cant. 4.  
Cur labia  
sponsae vitae  
comparantur.

Quid efficiat  
verba  
dissoluta.

Labia com-  
paratur vitae  
coccinae.

Dulce col-  
loquium  
quod ex  
diuina gra-  
tia proce-  
dit.

Quare ani-  
ma sanctae  
dulcia ver-  
ba habeat.

Ecl. 28.

Ecl. 28.

Quomo-  
do stultus  
sapienti ser-  
uiat.

mae sit dulce. Merito dulce est eloquium, quod ex gratia & diuina dilectione procedit, vnde quia de tali radice oritur, delectat foris, & aedificat. Quod ex arenis & vacuo corde profertur, quia de pleno non fundit, non aedificat, vel reficit. Qui in se inops est, alios locupletare non potest, non refundere, quo non est infusus. Qui enim verba profert de pleno corde, & quod dicit implet opere, huius effectum habent verba, sapiunt, & dulcia sunt. Merito ergo deuotae animae dulce est eloquium, & delectat, gratum est, & aedificat, quia procedit ex charitate, & profluit ex fonte gratiae. Gustat enim quoniam suauis est dominus, vnde dulcedinem, quam experitur refundit, & plenitudinem qua fruitur eructat, quia enim repletum cor spiritualibus delicis, eructat foris verbum bonum dulcedinis, consolationis, instructionis, ammonitionis, cordis promptuarum plena sunt his diuitiis eructantia ex hoc dono gratiae in illud, ex hac meditatione spirituali in illam, ex vna plenitudine in aliam. Ex abundantia ergo cordis habet refectio nem, ex gustu dulcedinem. Dulcia item habet verba, quia mundata est conscientia a vitiorum amaritudine, & carnalitate foecae. Vnde non sapiunt rancorem, non indignationem, non iram, non inuidiam, non detractionem, non denique aliquid quod noxium sit, vel inhonestum, vel laetent in anima vici, vel imperfectionis, vnde proferat iudicium. Habent verba talis animae benignitatem, vel charitatem, mansuetudinem, patientiam, humilitatem. In accepta amaritudine iniuriae seruant dulcedinem, quia retinet anima charitatem. Nec tantum est patiens, sed etiam benigna, vt magis de laedente se doleat, quam de sua laesione vt ei condoleat. Pronior est ad ignoscendum, quam ad irascendum, ad compassionem, quam ad indignationem. Sicut enim in Ecclesiastico legitur: *In mandatis Dei latitudo & mors, id est compassio qua aliquis tabescit per compassionem de peccatis proximorum, & mors, id est mortificatio viciorum, quia haec in se mortificauit, prouocatus non solum ignoscere, sed etiam compati nouit.* Dum enim propriam miseriam cognoscit, & misericordiam ipse a Deo quaerit, libenter ignoscit, vt sibi ignoscatur, miseretur, vt sibi Deus misereatur. *Memorare testamenti altissimi* (ait Ecclesiasticus) *Et dispice ignorantiam proximi*, testamentum altissimi est, id est pactum, vt si dimiserimus, dimittatur nobis. Qui sibi dimitti vult huius testamenti memoratur, & dimittit vt sibi dimittatur, despicit quoque ignorantiam proximi, id est contemnit, & non curat stultitiam contumacis, vel se laedentis. Stultus enim est qui laedit, & ignorat, quod facit, quia sibi nocet, & ei quidem laedit obsequium praebet. Stultus enim seruit sapienti (ad salutem scilicet) dum hunc affligit, locum quoque aegroti obtinet qui iniuriatur, dum motus suos cohibere non valet, patiens vero & to-

lerans fortis, & incolumis modum gerit, dum non vincitur a malo, sed vincit in bono malum, vinceretur si per impatientiam succumberet, sed vincit dum fortiter tolerat, nec inuidet, nec conuicium respondet, nec conuicium aliquo modo nocet, non ergo vincitur a malo, ne simul malus sit cum illo, nec respondet stulto secundum stultitiam suam, ne similis ei efficiatur, sed molli responsione eam frangit commotum, & viperam lenit. Nouit talis anima commotum apud se excusare, & infirmitati, vel imperfectioni potius ascribere quod dixerit, quam maliciae, & hoc secum reputare, quod post paululum penitebit cum ita verbis excessisse. Non enim attendit praesentem statum, & quae tunc commotus egerit, sed pristinam potius tranquillitatem, vel etiam amicitiam, & post paululum hominem in se reuersurum. Non solum ergo ponit ori suo custodiam cum consistit peccator aduersus eum, sed in omni tempore vias verborum custodit, vt non delinquat in lingua sua. Quia si oris vas operculum non habeat (silentii & custodiae) immundum erit. Et quot superfluis verbis maculas contraxerit, tot de gratiae dulcedine exsiccat. Per oris ergo custodiam seruat cordis mundiciam, & ex cordis mundicia foris format verba. Commendat ergo Christus in sponsa hanc custodiam, & coccino comparat, quia informatur charitate, & propter Deum non pro humana laude, vel honestate scit eloqui, ergo praedicat dulcedinem, quia non procedit ex adulatione, vel ficta verborum benignitate, sed ex gratia, & cordis puritate.

Oris custo-  
dia serua-  
tur cordis  
mundicia.

De pulchritudine animae patientis, & humilitate, & oculis eius meritis.  
Cap. XX.

**Sicut fragmen mali punici genae tuae, absque eo, quod intrinsecus latet.** In genis quas sicut fragmen mali punici esse dicit, verecundia designatur, quia dum erubescimus in genis rubeamus. Malum punicum rubet foris, & intus candidet, & plenum est granis, vnde & malum granatum dicitur, cui assimilatur genae deuotae animae, quae rubet foris, id est erubescit de peccatorum praeteritorum memoria & recordatione, de cogitatione turpium siue tentationum quoti diana & verecunda consideratione, de infirmitate quoque, atque imperfectione, haec ipsa indesinenter videt, vt Deus non videat cui omne cor patet, & omnia etiam iudicat, vt Deus non iudicet. Quod autem ante se habuerit ante Deum non erit, & quod iudicat, Deus non iudicabit, qui non iudicat bis in idipsum, si tamen sufficienter iudicauerit peccata & omnia reprehensibilia sua, & quae Deo displicent, & ab eo obici possent ante se habuerit, & horum imaginem sibi pingit, de his rubet, id est erubescit, sibi displicet vt ei placeat, sibi vilescit, & in oculis

Cur Genae  
malo puni-  
co compara-  
rentur.







tum maiora peccata sed etiam minora oblectamenta cauere. Quam enim a voluntate propria, vel delectatione, vel consolatione carnali etiam in minimis vincitur, tantum a robore deficit & mente infirmus fit. A quo enim quis superatur, & eius seruus efficitur, & quantum superatur, tantum ad hanc seruitutem perducitur. Item quantum paruis suggestionibus inimici succumbit, tantum hunc contra se robustum facit, sicut Iob in persona talis dicit: Irruit in me quasi gigas, vt ei iam resistere non valeat, cui cedendo frequenter contra eum vires dabat. Qui ergo molliter, & dissolute viuendo inimico contra se vires praebeat, versuice vt contra hunc roboretur, & illi resistat a minimis incipiat, & frequenter in talibus praeualere conetur, quatenus vsu vincendo roboretur, & de minorum victoria ad maiora vincenda paulatim conualecat. Debet quoq; assuescere corporis oblectamenta, & commoda declinare, & voluntates cordis frangere. Quantum in his praeualerit, & se fregerit, tantum infractus & fortis spiritualiter erit. Quoties ergo vel motibus cordis carnalibus, vel inimici suggestionibus resistit, toties contra vitia, vel tentamenta sibi robur addicitur. Debet etiam pusillanimitatem, & foemineam molliciem deuitare, & oportunis laboribus, & afflictionibus corporis assuescere. Si enim pusillanimitate vincitur, paulatim deficiet, & a virtute Spiritus eneruabitur. His modis praedictis de infirmitate conualescere debet anima, & in robur transire vitale, quae turrim spirituales edificii cupit in se construere. Quae turris licet manus fortis Christi dicatur, quia auxilio & virtute eius perficitur, oportet nihilominus vt etiam omnis hominis industria & labor adhibeatur. Haec omnia vicerunt perfecti, quia & corpus spiritui seruire coegerunt, & cordis motus illicitos rationi subegerunt. Turri igitur comparantur praedicatores vel alii deuoti, qui conuersioni aliorum intendere student, quia firmi & excelsum per meritum debent esse, qui alios ad superna & caelestia student erigere. Habet autem haec turris propugnacula (diuersa scilicet scripturae documenta) quibus se contra hostes defendat, & ex quibus hostes impugnet, & feriat. Videt enim in Scriptura Sacra laqueos, & calliditates hostium quibus homines decipiunt, nunc per aperta mala, nunc per occulta, nunc aliis atq; aliis modis. Vnde dominus in Iob contra militem Christi inimicum nunc pugnare ex pharetra per insidias perhibet, nunc ante faciem eius hastam vibrare, quia alia vitia sub specie virtutum contegit, & alia (vt sunt aperta) eius oculis obicit, & si quem aperta pugna non decipit, clipeum ei opponit, vt si resistens peccus feriendo non perforat, saltem quibusdam obiectionibus iter profectis intercludat, & alienis cogitationibus, seu occupationibus impediatur. Suggestio enim aliquid quod hominem delectet, vel vtilitate huius videatur, vt ab vtiliori quod intendebat facere auertat. Sed

Iob. 16.  
Resistendum diabolo et in minimis.

Quoties suggestionibus diaboli resistitur toties robur addicitur.

Cur Turri comparantur praedicatores.

Quae sunt propugnacula turris.

Iob. 30.  
De diuersis suggestionibus demonis.

A dominus saecrum eloquium condidit, in quo argumenta demonum detegit, et remedia quibus ei obuietur opponit. Quot. n. tentationum eius possunt esse argumeta, tot in scriptura contra haec reperiuntur documenta. Ipse etiam dominus tetatus ex scriptura inimico respondit, & quod pro lapides in panes eum commutare suaderet, hunc ex scriptura confudit. Cum itaq; nobis esum panis (id est terrenae delectationis) suggerit, cogitemus beatos nos magis si labores manuum nostrarum manducemus, si videlicet de tribulatione laborum spei consolatione, & gaudiis reficiamur. Qui enim ex scriptura intelligit, quam mercedem pro labore suo expectet, & quod pro singulis laboribus mille annorum computatio in aeterna felicitate, & amplius respondeat, iure melius laboribus suis, quam terrena delectatione reficitur, & iucundus hunc manducat. Illud ergo beati Iob recolamus: *Tanis eius in vtero vertetur in sel aspidum intrinsecus*, quia terrena delectatio in fine retributionis amara, demonum persuasio fuisse cognoscitur, dum hanc pasti ad aeterni cruciatu amaritudinem perducuntur. Haec duo testimonia scripturae quasi duo propugnacula sunt, quibus ab hoste defendamur, & eum vincamus. Itē ex scriptura docemur quod deorsum nos immittere suadet inimicus, cum affectare miracula suggerit. Nam legimus quod melior est infirmitas conscientiae signorum vanitate. Paulus quoque docet nos relinquere quae retro sunt, & extendi ad anteriora, ad virtutum scilicet profectum, non ad gloriam miraculorum. Signa enim dantur propter infideles, vt per haec conuertantur ad fidem, sed virtutes animae requiruntur a fidelibus, nam si ne istis non est salus. Signa vero interdum facta sunt ab infidelibus, siue et reprobis, vt potest ad Alexandro Macedone, & Iuda proditore, & aliis multis, qui ad damnationem haec faciebant. Ab aliquibus fiebant per demones signa, sicut scriptum est, quod quidam Spiritus demoniorum sunt facientes signa. Inter fideles itaq; & maxime inter spirituales huius temporis signa merito suspecta sunt, maxime illa quae ostentationem habent, nullam autem vtilitatem, quae scilicet foemina istis contingere dicuntur, & quod a demonibus potius fiant, quam a Deo ostenditur. Sunt enim his diebus aliqui (iuxta Apostolum) qui attendentes ad quosdam Spiritus errorum, a veritate quidem auditu auertunt, ad fabulas autem, & rumores nouorum conuertuntur, quia miracula quaedam siue a demonibus facta, siue a quibusdam quibus contingere videntur, confecta, magis quam mortuam perfectionem, & virtutes mirantur & attendunt. Dicit. n. beatus Gregorius, quod perfectio sit non quidem facere miracula, sed viuere, sicut se diligere, vera de Deo cognoscere, & meliora de aliis, quam de nobis sentire. Item dicit quod tunc quisque perfectus est, quantum perfectum sentit dolores alienos. Et itē quod ille verum est perfectus, qui erga imperfectionem proximi impatiens non est. Caritas ergo humilitas, patientia, & caritas

Matth. 4.  
De modo resistendi diuersis suggestionibus inimici.

Iob. 40.

Philip. 33.

1. Cor. 14.

Quare signa debent esse suspecta.

1. Tim. 4.

Gregorius quae sit vera perfectio.

tere virtutes, atque perfecti mores perfectum A faciunt hominem, non miracula. In virtutibus itaque salus est, super has roboratur, & firma consistit anima in miraculis non solidatur vel vol fundatur, sed cleuatur, & superuacuum, & inane leuatur. Deorsum ergo se mittunt qui affectant miracula sine vtilitatis causa, & super uacuum suspenduntur, non in solido, & tuto consistunt, vt retro cedant, non in antea vt de virtute in virtutem eant. Sed econtra nos docet scriptura non tentare Deum in exhibitione miraculorum, sed magis perfectioni uirtutum studere, & in implendis mandatis operam dare. Terria quoque tentationi obuiare nos docet sua ratione Dominus cum dicit: *Dominum Deum tuum adorabis*, ubi enim Deum adorandum dicitur & regna mundi contemnit, ad cultum Dei prouocat, & veras diuitias querere, falsas contemnere docet. Si enim Deum colamus, & illi seruiamus interminabiles diuitias possidebimus, quia de singulis operibus bonis maius nobis dabitur praemium quam sit mundi regnum. Denique de singulis qui saluabuntur habebimus singulare gaudium, & de singulorum abundantia magis ditabimur, quam si toti mundo dominaremur. Haec scripturae testimonia, atque exempla propugnacula sunt, quibus nos ab hoste defendamus, & alios instruamus & accedamus, & in hostem iacula mittamus, unde ipse inimicus in scriptura intelligentia nos impedire conatur, ne in eius eruditione proficiamus terrenis cogitationibus, vel carnali scientia puritatem spiritualis intelligentiae maculas & offuscans. Sed cum redemptor noster ab eorum tetationibus nos defendit, tunc mens hanc scientiam apprehendit, sicut in Iob legitur, *Eris omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi*, id est caritas, & puritas diuini eloquii. Deus ergo suos dum intelligentia sacrae scripturae erudit, & pabulo reficit, cautos pariter & fortes contra tentationes facit, sicut recte in Iob legitur, *In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladii*. vt dum verbo Dei reficiuntur, in bello tetationis non superentur. Quoties ergo tetationibus inimici resistimus, eumque cofutamus, tam ex scripturis edocti, quam a Deo adiuti, toties eum percutimus, & vulneramus, & retorquetur in eum poena quae nobis infligeretur si ab eo vinceremur, haec scripturae documenta, ac testimonia propugnacula sunt quibus miles Christi se munit, & tuetur.

Qui se dimittat deorsum.

Matth. 4.

Iob. 22.

Iob. 5.

Quid diaboli confutamus, percutimus, & c.

De vera perfectione, & exemplis perfectorum. Cap. XXII.

Cant. 4.  
Quid clipei significat. Signa perfectionis quae sunt?

perfecte se despicit, & verum humilis est, minus laeditur vel grauatur si contemptus habeatur. Superbia enim iaculo non perforatur qui in humilitate fundatus humilitatem exaltationis intelligit, & de contemptu vel abiectione gloriatur sicut scriptum est. *Glorietur humilis in exaltatione sua*. Qui enim nimis eos diligit inuidiae aditum obstruxit, quia inuidia non penetrat peccus quod caritatis perfectione munitum inuenit, nec iniuria aliquatenus commouebitur qui virtute patientiae fundatus etiam de opprobriis laetatur. Item sua querere non potest qui per caritatem sua aliis cupit esse communia. In ceteris virtutibus munitus est miles Christi ut contrariis uiciis obuiare possit, & qua parte illum impugnat in ea parte virtutibus repelluntur, & repulsa resiliunt. Mille itaque clipei pendent in hac turri, cum omnes virtutes homo obtinuerit & perfecte affectus fuerit, vt nulla parte uiciis ac tentatori locus patere possit. Quantum enim in aliquo indomita sunt vitia, vt carnales appetitus, tunc erga eum potentiora sunt, & robur hinc uicia ad impugandum eum. Cum vero deuicta fuerint, & mortificata, & contrariis uirtutibus illuminata, tunc si forte tentat, vel impugnant illico resiliunt, nec praeualere possunt. Qui uero in virtutibus infirmatur, & uicia quidem non edomuit, in seipso gerit, unde tentetur, & infirmus sit. Hinc est quod Apostolus dixit unumquodque tentari a concupiscentia sua, sibi videlicet adhuc insita, nec plene deuicta. Donec enim uirtus, ac uicium in homine certant, nec quietum locum uirtus obtinet, necesse est hominem multis tentationibus concuti ac fatigari, & nunc superiore, nunc inferiore esse. Cum uero uirtutes perfecte profecerint, tunc carnalitate perfecte premit, & eius incurfus superat, ac repellit. Haec itaq; signa sunt perfectionis, si uicia ita subegerit, vt tetatus siue a carnis concupiscentia, siue gula, siue uoluntate propria, seu propinquorum affectu, vel carnali aliquo motu, robustum se contra haec sentiat, & facile sub se haec comprimat. Itē perfectus uir regitur ratione, imperfectus uir saepe sensualitate ducitur, & ab hac aggrauatur. Debet enim perfectus uir caput esse membris, id est sensualitatis, & hanc sub se habere, & ratione comprimere. Vt autem hanc regat & comprimat, ideo illuminari, & roborari hanc oportet a Christo, vt motus carnales cognoscere possit, & cognitos refragare. Si enim Christus caput sit uiri, & ratione regat, uir quoque, i. ratio inferius suum, sensualitate uidelicet consequenter regere poterit, & quantum spiritum Christi acceperit, tunc ad hanc comprimendam uires habebit. Perfectus ergo est, qui uirtute spiritus & uoluntates carnis, & uoluntate cordis potenter comprimit. Item haec, scilicet signa perfectionis si de bona conscientia non de falsa iustitia, vel praesumptione fidei procedant, mortem habere faciunt in desiderio, & uita in patientia per Deum & fraternam uilitatem. Qui igitur talis est miles

Iacobi. 1.  
Vbi na inuidia locum habere non queat?

Vbi non proficiunt tela, & tentamenta demonis.

Iacobi. 1.

Quamdiu tentationibus oppugnat aliquis.

Quae nam sint signa perfectionis?

Quisnam comparetur turri mille clipeis munita?

les Christi qui prae dicitur virtutes, atq; perfectio nem assecutus est, turri quae mille clipeis munita est comparatur. In qua turri omnis armatura fortium esse adiungitur, fortium armatura est su blimis operatio bonorum, & eorum exempla virtutum, hac armatura se studet miles Christi munire, quae vita propria studet horu exemplo reformare. In his videt quisque quales labores cordis, & afflictiones, qualesq; pertulerit teta tiones, quae viriliter decertauerint, & voluntates frigerint, & in praecipis adimplendis laborauerint. Quanta in eis fuerit vitia mundicia, cordis puritas, & omnis perfectio virtutu. In solitudi nibus, seu in monasteriis quanti fuerint qui nu qua pane sunt saturati, nunquam somno plene refecti, nunquam vestibus calefacti, nunquam lecti sua uitate oblectati, quia cum his egentes, & afflicti essent, virtutu perfectione, & gratia plenitudine diuites, demonibus imperantes, infirmos curan tes, & mete in caelo conuersantes. Horu omniu & cetera exempla sunt fortium arma quae miles Christi penes se habet, quibus vitur, armatur, mu nitur contra hostes animae, contra mundu, contra se ipsum. Qui exempla haec penes se habuerit, qui ta les semper attedit ocio tepere non potest, nec iner mis ac dissolutus ante hostes perire. Hinc quoq; mali arma sua, membra. scilicet exhibent arma ini quitatis peccato. Oculis namq; vident ad concu piscendu malum, lingua vtuntur ab detrahendu, vel conuiciandu, vel ad vana, vel inutilia loquedu, aures habent prurientes ad audiendu no uua, siue nocua, pedes eorum ad malum currunt, & manus operantur iniquitatem, quorum dexte ra dextra est iniquitatis. Deniq; corde simul & corpore militant peccato, ac per hoc diabolo, horum arma non munit, sed occidit, tantoque grauius his armis a liquis vulneratur, quanto tali bus familiaris iungitur. Qui enim malis sociatur, & eos attendit, a bono separatur. Duobus quippe modis nocent, quia exemplo corrumpunt, & falsa laude seducunt. Quia enim bonu ignorant, optimu illu praedicant qui non fuerit, & illu bonu, qui fuerit malus nimis, quoru lau dibus dum afflictus fuerit aliquis, paulatim sui cognitione priuatur, & tale se credit qualem se audit. Sentit enim de se, non secundum proprii cordis testimoniu, sed secundum iudicium eorum qui de se sic vel sic opinantur. Vnde plurimi de scip sis falsa opinione mouentur. Quae enim pre oculis sunt, ad haec facile animus inclinatur, ut haec attendat, vel secundum haec sentiat. Vnde necesse est vt magis oculis cordis studeat fortes & perfectos inspicere, & eorum virtutes siue facta coram se ponere, & attendere. Malos si attendit, & eorum iudicio se credit, decidet & seducetur, & ad deteriora deuoluetur, bonos si cogitat, humiliabitur, & ad bonum promouebitur. A malis ergo, siue dissolutis debemus animo alienari, & hos (qui iuxta positos) ignorare, ab eorum co sideratione aspectum auertere, cordis vero ocu

Quid fa ciedum sit cupienti pfectos & sanctos imitari?

De armis maloru quibus sibi a terum da nationem acquirit.

Quib. modis nocent mali.

Malorum conuersio fugienda.

lis bonos inspicere, & eorum conuersationem considerare, atq; virtutibus studere. Inter hos debemus mente conuersari quorum conuersatio in caelis est, & ita iuxta quod scriptum est) am bulare cum bonis. Si cum bonis talibus assidui sumus, & hos quasi notos sciamus, & desiderio atq; amore eis sociemur, vtique assimilabimur, vt cu sanctis simus sancti, cum robustis perfecti. Hoc ergo modo nos debemus ad eos conferre, & eoru ad nos exempla transferre, & quasi arma quib. spiritualiter militemus penes nos col locare. Ita cu his conuersatur miles Christi, & (sicut in Iob legitur) inter lapides comoratur, lapides vtique viuos, atq; ad structura caeleste per tinentes, firmos, atq; quadratos secus & am putatis viciis, & carnalitate. Cu his corde ambu lat, inter hos comoratur, non inter lapides terrenos, homines. scilicet carnales, qui de terra sunt et de terra loquuntur, et terreno more agunt, atq; sentiunt. Inter hos commoratur qui coru fauoribus, vel moribus delectatur. Bonus autem inter lapides commoratur cum quibus sibi pactu est, sicut ad Iob dicitur. Cum lapidibus regionu pactum tuum. Cum lapidibus regionu pactu habet quicumq; ad edificium superne ciuitatis pertinet, vt scilicet firmos ac fortes qui per mundi regionem sunt vel fuerit imitentur, et eis assimi letur. In hac ergo turri, viro videlicet perfecto omnis armatura est fortium, i. exempla, et opera viriliter in Deo certantium. Horu constantia in laboribus, patientia in aduersis, temperantiam in prosperis, caritatem erga inimicos, obedientiam in duris, tolerantiam in iniuriis, deuotionem mentis, sublimitatem contemplationis in memo ria collocat, haec cogitat, in his se exercet, haec imitari studet, et horum exemplo in militia spirituali se deuotum ac strenuum exhibet, bonorum enim exempla edificant, instruant, et accendunt. Hanc ergo fortem armaturam penes se habet, et hac utitur, ut meritis horu eque tur, et praemiis donetur.

De pietate bonorum, & maxime Beatae Virginis. Cap. XXI.

Vo vbera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli qui pascuntur in lilijs, donec aspi ret dies, & inclinentur vmbra. Hi sunt vbera quos superius collum dixerat, doctores. scilicet et perfecti alios ad bonum ammonitione conuertentes. Haec vbera lacte replentur caritatis quo iunio res et teneriores reficiunt, et quasi matres lac tiant et alunt. Non habet haec vbera anima ad huc carnalis, donec crescat in gratia, et sangui nem carnalitate conuertat in lac deuotionis. Cum vero in gratia creuerit, et pietatem conce perit, tunc mater fit, lactat teneros consolatur desolatos, contumelias pulsata, uel iniuriis af fecta patientiae, et compassione lac fundit, non sanguinem carnalis commotionis. Quia

Cu bonis conuersan dum.

Quid sit inter lapi des como rari? Iob. 5. Qui nam cum lapidi bus regio num pactu habent.

Cant. 4.

Quis mater?

Quia enim pietatis lacte repleta est, dulcedine exhibet quam accepit, magis miseris se laeden tis compatitur, quam iniuria mouetur. Est in eo qui iniuriatur tactus, & est miseria animae, sustinens quoq; in se habet unde moueatur ad iram, siue ad elementiam. Si potius in dignatur quam compatiatur, carnalis est, & miseria peccati etiam ipse obnoxius, quia sicut ille peccat per nequitiam, ita iste per iram, & impa tientiam. Sanguis sanguinem tangit, id est peccator peccatorem. Tactus probat quisque qualis sit. Si vbera haberet tactus, id est iniuria pulsatus lac funderet. Cum autem iniuriam patitur, & non compatitur, dolet, & non condolet, quia pietatis lac non effundit, probat se habere non vbera, nec matrem esse, sed fororem adhuc paruulam, & vbera non habentem. Quia ergo anima perfecta desuper accipit gratiam quam aliis refundit, & sic ipsa quoque lactatur, merito hinnulis comparatur, qui ad lac currunt, & alta petunt. Sugit, n. vnde ipsa crescat, & alios reficiat. Duo hinnuli sunt actiui & contemplatiui, qui vtique ad lac gratiae currere non cessant, hoc de siderant, & ad perfectum semper tendunt, & superna petunt. Semper se nouos, semper incipientes, & insufficientes se reputant, quia ad antero ra se extendunt, donec occurrant in virum per fectum, donec profecto perueniant ad perfectio nem: nunquam arbitrantur se apprehendisse, sed apud se dicunt se tantum incepisse, apud se paruuli semper sunt, id est humiles, & ideo lac gra tiae quaerunt, ad hoc tendunt, hoc sugunt, vnde quia ad hoc lac indefinenter currunt, hoc perci piunt, & hoc reficiuntur, ac ita dulcedine huius replentur, vt eius abundantia aliorum inopiam supplere sufficiat. Hi sunt hinnuli capreae, id est ecclesiae, quae alta petere solet, gemelli, quia ea dem doctrina reficiuntur vtique sicut gemelli nutriuntur eodem lacte. Ita enim erudit scrip tura sacra contemplatiuos sicut, & actiuos, & ideo inueniant vtique quo spiritualiter nutriantur. Hi autem pascuntur inter lilia. Per lilia quae nitent, & odorem habent, mundiciam bene vi uentium, & odorem virtutum accipimus. Inter quae pascuntur hi gemelli, quia in mundicia bonorum, & bono odore conuersantium delectan tur. De horum salute, pariter & boni exempli odore gaudent, & alijs praebent in his letan tur, inter haec delectabiliter reficiuntur. De ma iorum enim interitu torquentur, de bonorum vero profectu & prosperitate gratulantur quan diu degunt in huius mundi exilio, & caecitate. Et hoc est quod sequitur, donec aspi ret dies, & inclinentur vmbra. Donec deficiat ignorantia & miseria praesentis vitae, & luceat dies aeterna rit, & diuinae cognitionis. P. n. aut haec vbera ad Beatae Virginis transferri. Ipsa. n. habet duo vbera geminae dilectionis lac fundentia, quia reis impe trat venia, & iustis gratia. Quae vbera sunt sicut duo hinnuli capreae, hinnulos hos intelligere

Quo ince ligatur san guis sangui nem refi git.

Quinam sine deo hinnuli.

Cur gemelli.

Quid plia intelli gatur.

Quid duo vbera signi ficent.

possumus Angelos & hominum animas ad Regnu iam translatas. Qui bene hinnuli dicuntur, quia montem caelestis habitationis conscende runt, & diuinae contemplationis dulcedine refi ciuntur sicut hinnuli, & alta petere solent, & lac te nutriuntur. Hi hinnuli gemelli sunt capreae, id est Christi a quo pariter capiunt & sugunt lac geminae dulcedinis, diuinitatis, scilicet, & huma nitatis. Caprea enim est Christus, quia salit in montibus, & transiit colles. Et ita saltum dedit in uterum Beatae Virginis. Et de hoc in mun dum, & de mundo in caelum, vbi pascit hinnu los istos caelesti lacte. Itaque cum tam Angeli q; sanctae animae pro peccatoribus solliciti sint, & eis tam meritis, quam intercessione subueniant, credendum est Beatam Virginem tantum in hoc posse quantum vtramque hanc creaturam, imo vtraq; potior iudicatur, quia vtraq; per hanc re paratur, & Angelorum ruina per hanc restaura ta est, & humana natura reconciliata. Quid au tem miru si Beata Virgo & peccatoribus recon ciliationis, & pijs gratiae lac fundit, quae mundu reconciliauit, & ipsam gratiam peperit, imo ip sum fontem gratiae qui distenditur per mundu, & extenditur vsque ad mundi terminum? Est enim Beata Virgo Paradisu de qua egreditur fons iste, qui deinde diuiditur in quatuor capi ta, quia de corpore Christi quod de ipsa proces sit, profluxit fons sanguinis, qui sacramentaliter inde fluxit in quatuor mundi partes ad abluen dum pariter a peccatis, & infundendam gratia suis. Merito ergo misericordia eius cursu hin nulorum comparatur, per mundum currit, mun dum irrigat, & infundit. Hinnulorum velocitati comparatur, quia velocius occurrit eius pietas quam inuocetur, & causas miseroru anticipat. Hinnulis vero comparatur, quia dulcedine bon itatis quam impendit, ipsa desuper sugit. Haec autem sunt vbera tua o beata, id est pietas, quib. miseros lactas dum misericordiam eis impetras, lactas miseros, & ab ipsa misericordia lactaris, ab ipsa percipis quod refundis. Praerogatiuam singularis gratiae meruisti, quia priuilegiata es praerogatiuam, vt non mulierum, sed virgineo lacte alueris, nec hominem purum, sed Deu. Vnde quam singulare hoc, quia nec primam simi lem haec uisa est nec habere sequentem. Merito ergo tantum posse quantum Angeli sancti, & animae sanctorum iudicaris, & vtique compara ris. At te ergo matrem misericordiae, matrem misero rum clamant exules filii Euae, clamant ipsae miseriae. Habet enim miseria clamorem, & vallis haec lachrymas, vallis est enim lachrymarum, adeo vt si ipsi miseri non clament, ista auribus tuis non insonent. Non possunt haec ante te si lere, nec auditum tuum latere, eo quod aures audiendi miseriae habeas, & te has scire sit eas audire. Sicut enim ubicumque fuerit corpus conuegantur, & aquilae, ita ubicumque fuerit miseria, tua & currit, & succurrit miseriae.

Cur miseri cordia Ma ris cursu hinnuloru comparetur.

Inuocatio B. Mariae Virginis?



Cur Christus in Maria ubera carnis sicut...

ricordia. A Deo pietate replentur vbera tua, vt alicuius miserie noticia tacta lac fundant misericordiae...

De mortificatione, et oratione, et perfecta pulchritudine anime. Cap. XXI III.

Quid significet mons myrrhae...

Vado ad montem myrrhae, et collem thuris. Mons myrrhae est anima que mortificat membra sua...

Motes sunt deuoti...

Motes ergo sunt deuoti, quia alti sunt per amore supernorum, et aridi dum in se extinguunt...

Vnde humorem hunc exsiccare nititur deuotus quisque omnibus modis, et aqua spirituali desuper infundi. Pro hac expedit manus suas ad Deum...

Quid sit terra Aegypti.

B Terra Aegypti est cor humanum et tenebrosum, ubi semen iacet qui in carne seminat, et radicem suam in mundanis plantat...

Mons mens deuota.

C Mons mens deuota est mens deuota ab infimis delectationibus sicca, immo terra illa montuosa quam dominus Deus dat suis...

Iob. 29.

D Quomodo uero non hunc fontem hauriat, et aquas gratiae anime percipiat, quae ad omnes caelestes spiritus aperta est...

E Quae si se denique dilatat, et expandat, ut sicut sibi ab omnibus gratiam postulat, ita quoque omni homini hanc desiderat, et poscat...

A De corona beatorum, et quomodo pollutio, et alia quaedam sunt mortalia. Cap. XXV.

praestare cupit, quam accipere. Merito Beata est anima et Deo grata quae ita seminat super omnes aquas...

Quis in se myrrhae et thus habeat...

B Mons sublimis est appetendo superna myrrha pariter, et thus habens dum in se omnes mundanos et viciosos affectus mortificat...

Tota pulchra...

C Tota pulchra est quae per opera bona, et virtutes ornatur, et per humilitatem et confessionem peccatorum...

Quod non habet...

D Quod non habet fatietatem, non praestat quietem, nec in mentem quae terrena quaerit spiritus Dei manet...

Mens quam renuit...

E Mens quam renuit conuolari, merito delectari, et gratia illustrari...

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, me Cant. 4. Libanus mons est, in quo crescunt myrrha et thus...

Quid sit Libanus.

B Trina uocatio Trinitatis indicet fructuositatem, quam perceptura est post laborem, quae fructio est aeterna beatitudo...

Cur toties unum verbum repetatur.

Interpretatio Verborum.

C Quod non habet fatietatem, non praestat quietem, nec in mentem quae terrena quaerit spiritus Dei manet...

Interpretatio Verborum.

D Mens quam renuit conuolari, merito delectari, et gratia illustrari...

Mens quam renuit conuolari, merito delectari, et gratia illustrari.



Iob. 3.

strari, Damnat enim Beatus Iob, & maledicit diei carnalis delectationis, & vertit hunc iudicio suo in tenebras, siue noctem, dum pensat ad quantam deducet cecitatem, & miseriam. Per consideratam enim noctem quam sequi considerat hunc diem, destruit ipsum diem, & in se perire facit, & sic ad diem gratiae peruenit. Sic noctem vertit in diem, & post tenebras noctis quas damnat, merito sperat lucem, & gratiae percipit illustrationem. Quos igitur terrena delectatio superat Amara sunt, id est inquieti & turbulenti, & horum caput est diabolus, qui per haec in eis principatur. Cuius suasionibus dum anima deuota resistit, nec has respicit, de hoc capite triumphat. Non solum autem de capite Amara, sed etiam de vertice Sanir, & Hermon hanc coronandam promittit Christus, Sanir & Hermon montes sunt Iudaeae, in quibus leones & pardi habitant. Isti montes significant scelerates per immundiciam, & a Deo, atque honorum consortio segregatos per culpam. Sanir enim interpretatur segretor, & Hermon anathematizatio. De his vero qui sunt Sanir, alii polluntur per actum, alii per cogitationem, alii alicui tentationi, vel fragilitati consentientes, vel minus legitime renitentes immundiciae culpam non euadunt. Et actuum quidem immundiciae satis patet, nec de his oportet multa dici. In cogitatione vero peccatur mortaliter, vel uoluntate peccandi, vel consentiendo delectationi cogitationis, & moram habendo in delectatione. Si enim delectationi cogitationis de mortali consentias, etiam si actum committere nolis peccas mortaliter, praesertim si in tali delectatione moram habeas diu postquam hanc ratio deprehendit, & placeat. Si enim durauerit ipsa delectatio ratione non consentiente, vel illam non aduertente, mortalis non dicitur. Sic quaeque longior mora uenialis est, & heruor mortalis, dum aduertitur, & non ei resistitur, sed consentitur. Si autem in corpore pollutio aliqua uigilanti contingat, & seminis fluxus, mortale est, nisi contingat ex naturali quadam infirmitate. Si ergo contingat ex delectatione, mortale est etiam si non uoluntarium sit quando contingit; si culpa mortalis praecessit, familiaritatis, cogitationis, aspectus, & huiusmodi, de qua occasionem habuerit mortosa delectatio per quam accidit. Quia enim haec fuerunt uoluntaria, & per haec mortosa delectatio habita, non excusatur ipsum peccatum, etiam si contra uoluntatem contingat. Si quis autem post mortosam delectationem de ea contritus fuerit, si postea contingat ei pollutio, & iterum redit delectatio, mortale est, quia in ipsa hora contingendi aliquatenus consentit delectationi ut ei contingat. Si non consentit, ueniale peccatum est, quia non contingit mortale peccatum, nisi uoluntarium. Aut ex infirmitate

Quid significat Sanir & Hermon.

Quo peccatur cogitatione.

De pollutione quae sit mortale, & quae non.

tate contingit, & tunc ueniale est, aut nullum peccatum, si nulla ibi fuerit delectatio. Potest enim contingere ex infirmitate, & tamen aliqua ibi est delectatio quae tamen sit uenialis. Si quoque dormienti contingat ex culpa aliqua quae mortalis sit, mortale erit. Sed si contritio interueniat, ueniale est, quamuis occasionem exinde habeat, quia abolita est per contritionem. Simile est de furioso, & ignorante, & omittente. Quando enim furiosus in furia constitutus occidit, vel fornicatur, vel aliquid mortale facit, quamuis tunc non habeat sensum discernendi quae facit, mortaliter tamen peccat si in ipsam furiam culpa sua incidit, & in uoluntate peccandi mortaliter fuit, & ita ex praecedente culpa reus sit, sic dormienti ex causis praecedentibus pollutio est mortalis. Sic est de ignorante, quia quamuis in hora sciendi quod debet nolit ignorare, tamen reus est, quia prius scire contempsit cum scire potuit. Et de omittente quando omittit quod debet, quia potuisset se ad faciendum sollicitum exhibuisse, & sic tempore faciendi non omittit. Sanir ergo sunt scelerates quos pollutio diabolus, siue in opere, siue in cogitatione, qui reperiuntur peccatores & uentri. Hermon uero qui interpretatur anathematizatio, significat illos qui sunt anathematizati, id est propria iniquitate a Deo separati, & alii propter manifesta peccata ab Ecclesiae societate per excommunicationis sententiam exclusi. Et de primis dicimus qui per mortalia peccata a Deo disiunguntur. Omne mortale committitur agendo contra praecipua, uel contra conscientiam. Quicquid enim conscientia dicitur mortale, etiam si ueniale esset, qui hoc contra talem conscientiam faceret mortaliter peccaret, dicente Apostolo, *Omne quod non sit ex fide, id est contra conscientiam, peccatum est, & quod contra conscientiam sit, adificat ad gehennam*. Caetera quae sunt mortalia, contra praecipua sunt. Sunt autem quaedam peccata quae semper sunt mortalia, sicut sunt odium, Idololatria, ueneficium, maleficium, fornicatio, & huiusmodi. Ita uero, impatientia, tristitia, auaricia, gula, superbia, inanis gloria, detractio, & multa talia non semper sunt mortalia, nisi uidelicet in his aliquis peccet per grauem contemptum, uel faciat contra praecipuum, id est contra dilectionem Dei & proximi. Ita enim non est mortalis quando aliquis mouetur circa proximum uoluntate & consensu nocendi ei in persona, aut in facultate, aut in fama, quia tantum primos motus iracundiae incurrit. Et ideo sol non occidit super iracundiam eius, id est Christus. Simile est de omnibus aliis motibus circa uoluntatem, & consensum faciendi contra dilectionem Dei & proximi. Per impatientiam peccat mortaliter quando sic per eam exceditur ut uirtus patientiae penitus relinquatur.

Quis furiosus in furia occidit.

De conscientia erronea.

Rom. 14.

Quaedam peccata quae semper sunt mortalia alia uero non semper.

Quis ira non est mortalis.

Eph. 4.

Impatientia peccat mortaliter.

Per

Per auariciam. Per gulam.

Per superbiam.

Veniale peccatum per contemptum sit mortale.

Sanir quid significet.

Per tristitiam, cum ita superatur aliquis, ut nulla tenus se in Deo consoletur, sed omnino consentit. Per auariciam, cum tanta est tenacia ut in arcta necessitate proximo non subueniat, & dauidam retineat. Per gulam, cum per consuetudinem, uel frequenter in crapula uel ebrietate labitur aliquis, & infirmitatem suam in hoc expertus non sibi cauet, nec se moderatur, uel cum per ardorem concupiscentiae cibi aut potus sicut Esau superatur. Et iterum his quandoque modis praeproperet, laute, nimis ardeat, studiose. Per superbiam, uel inanem gloriam, cum alius se praesent, & humanum fauorem dilectioni Dei praeponeat. Detrahendo quoque, uel publicando peccatum alterius per inuidiam tunc peccatur mortaliter, uel quando talia per quae nocere interdicunt personae, aut famae, siue cum bonum statum alterius nititur aliquis deprauare. Veniale quoque per contemptum sit mortale, sicut dicit Augustinus, nullum peccatum adeo peccatum ueniale est, quod non fiat mortale dum placet, si uidelicet ita placeat quod illud committeret homo etiam si mortale esse sciret, uel ueniale sit mortale per occasionem, quia per multitudinem uenialium uenit ad mortale committendum. Quicquid ergo peccatur mortaliter, tunc uel fit contra conscientiam, uel per contemptum, uel contra aliquid quod praecipuum est, uel prohibitum. Donec ita que primi motus intantum procedant ut contra aliquid horum fiat, non peccatur mortaliter. Sed cum eis ita consentit aliquis, ut in uno eorum offendat, tunc primum mortaliter peccat. Quocumque autem modo praedicto peccet peruersus, anathematizati sunt, & a Deo separati per mortale. Qui uero nominatim fuerint excorcati, sunt excommunicati maiori excoicatione, & uitandi sunt in oratione, in mensa, in salutatione. Non enim potest orare aliquis in ecclesia talibus praesentibus occulte nec palam. Innocentius tamen dicit in contrarium. Potest tamen extra ecclesiam praesentibus eis, siue audientibus. Pro talibus quoque orare potest occulte, non manifeste, uel aliquo audiente. In his tamen possumus communicare eis quae pertinent ad eorum absolutionem, & salutem. Et si aliquid deberent alicui, potest ab eis repeti & possunt conueniri, non conuenire. Sunt itaque peruersi Amara, id est inquieti per amore terrenorum, uel Sanir, id est scelerates per immundam uitam, siue Hermon, id est anathematizati per peccatum, siue excommunicationis sententiam. Caput autem siue vertex eorum est diabolus, qui ad hoc tentando eos inducit, & per hoc in eis principatum gerit, cuius suasioni dum deuotus quisque resistit ne peccatis implicetur, de hoc capite quia triumphat coronatur. Leones quoque, & pardi sunt daemones, quia nunc aperta iniquitate se uententes quosdam decipiunt, nunc blandis consiliis, & uariis fraudibus reclusos seducunt, sicut & leones feroces, & pardi uario colore respersi sunt. Horum leonum, seu pardorum habitatio sunt iniqui, quorum peruersos

mores & peccata dum boni non imitantur, sed fugiunt, & interdum tales exemplo & doctrina ad bonum conuertunt. De his montibus, & cubilibus leonum, atque pardorum coronantur, & eternis praemiis donantur.

De Beate Virginis Mariae integra & perfecta pulchritudine. Cap. XXVI.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est. Cant. 4. Quia tota pulchra est. Quia sanctificata in utero. Ab utero quoque egres Maria. Maria. Ba nec mortale unquam nec ueniale commisit. Et ante conceptionem quidem filii Dei prius per gratiam custodita est a peccatis, post hanc uero ita confirmata est ex uirtute altissimi, obumbrata, & roborata, ut peccatum omnino committere non potuerit. Ex quo templum Dei facta est, ita priuilegiata est, ut nullatenus aliqua macula potuerit deturpari. Tota item pulchra fuit, quia plena gratia, ut nec ullum uel minimum ueniale in ea fuerit quo minus in ea locum gratia habere potuerit. Cum enim aliquis aliquid ueniale committit, tunc non meretur, nec augetur in eo gratia. Tota ergo fuit pulchra quam totam possedit gratia, quia nullum in ea locum habuit peccatum. Habuit quoque uirtutes sine perturbatione, uel passionibus uiciorum, & has possedit amore eorum delectata, & gratia adiuta. Ideo in ipsa uirtutes erant perfectae, & in continuo usum transfusa, ut nihil aliud quam bonum saperet, uellet, uel sentiret. Talis fuit in uirtutibus tanta quoque fuit eius caritas, ut non solum ad eius gentem (Iudeos uidelicet) extenderetur, sed ad ignotas, & notas, ad omnes denique homines, ad hos omnes caritas eius dilatata fuerit, pro his sollicita fuit, pro his indefinenter orauit, pro his oratio exaudita fuit, dicente ad eam Angelo Gabriel. Inuenisti gratiam apud Deum. si quae rebus. Omnium salutem desiderauit, quae fuit, & obtinuit, imo salus omnium per ipsam facta est, unde & mundi salus dicta est. Tota ergo fuit pulchra, quia mundata in utero, & deinde in sanctitate mundicia confirmata, somite peccati primo in ea sopito, ut non peccauerit, & tandem extincto, ut peccare deinceps non potuerit. Angelicam denique in terra adeptam est puritatem, & Dei similitudinem in uirtutibus & sanctitate, ac morum perfectione, iusta, pia, prudens, modesta, misericors, sanctamente, & corpore. Merito ergo praedicatur pulchra, quae & diuinam & Angelicam similitudinem in terris est adeptam. Et quia humilitas locus est gratiae Dei, adeo ut tantum gratiae capax sit aliquis quantum fuerit humilis, sicut uirtute hanc perfectam, & totam possedit, ita totam eam gratia impleuit, totamque decorauit. Haec est ergo interior pulchritudo mentis. Exterior quoque fuit decor castitatis, caedior uirginitatis. Tota quoque lucida fuit opere nil tenebrosam habens, uel sinistrum, sed totum lucidum, & perfectum, & aliorum aspectibus pateret, & exemplo lucret, induta

Cur Beata uirgo fuerit tota pulchra?

vestitu deaurato uirtutum, & circumdata varieta-  
te meritorum. Talem Rex cœlestis concupit  
tam decore, sic uelut sol iusticie se infudit, &  
in ea se carne uelut. Nec mirum si lucida fuit  
quam splendor gloriæ impleuit, si pulchra fue-  
rit quæ splendorem lucis in se suscepit. Nō quo-  
que dubitandū amoris ignem & interiorem can-  
dorem exteriū etiā in ea lucere, ut quæ purita-  
tē Angelicā habuit, uultū etiam Angelicum ha-  
buerit. Tota ergo pulchra merito dicitur, quia pul-  
chra facie fuit, pulchra mente, & corpore. Quæ  
etiam ipsius principibus tenebrarū terribilis fuit,  
ut ad eam accedere, eamque tentare non præsum-  
pserint. Deterrebat enim eos flamma caritatis,  
incendebant orationes, & feruor deuotionis, stu-  
pebant immunem à peccatis. Nemo enim tā san-  
ctus qui maculā non habuerit, & defectum præ-  
ter ipsam. Luna enim quæ nocte splendet, & stel-  
læ non sunt mundæ in eius comparatione, id est  
hi qui uitæ sanctitate lucent ut luna, uel stellæ  
in nocte huius uitæ obtenebrantur in eius compa-  
ratione. Obtenebrantur enim stellæ, id est sancti  
caligine humanæ culpæ, sed Beata Virgo tota  
pulchra fuit, quā totam illustrauit, & perdidit sol  
iusticiæ, ut nec maculam habuerit, nec tenebras  
culpæ. Super hæc martyrio decorata fuit. Ipsius  
animā pertrāsuit gladius, nō materialis, sed  
doloris. Quo martyrio grauius passa fuit quam  
ferro. Quāto enim incomparabiliter amauit, tā-  
to uehemētius doluit. Vnde sicut non fuit amor  
sicut amor eius, ita nec fuit dolor similis dolori  
eius. In martyribus magnitudo amoris dolore  
leniuit passionis, sed Beata Virgo quanto plus  
amauit, tanto plus doluit, tantoque ipsius marty-  
riū grauius fuit, unde quia plus omnibus dilexit,  
& iuxta magnitudinem amoris erat vis doloris,  
grauius passa fuit mente quā martyres carne. Pul-  
chra ergo fuit Beata Virgo Virginitatis decore,  
pulchra confessionis laude, & ceteris oibus pul-  
chrior quæ sancte uixerit, pulchra martyrii pal-  
ma, & sine omni macula. Quia igitur tā pulchra,  
tamque multipliciter decora, merito de Libano uo-  
catur, id est de candidatione. Quæ etiā coronan-  
da dicitur de capite Amanæ, Sanir, & Hermon, de  
principe uidelicet huius mundi principante mun-  
di amatoribus, & per mundiciā scetore siue per  
alia peccata à Deo separatis, hūc mundi principē,  
& caput iniquorū Beata Virgo superauit, calca-  
uit, & vires eius contriuit, dū perfectā mundiciā  
seruauit in corpore & humilitatē in corde, ut nul-  
lū locū repēdi, uel in pectore eius, uel in mente  
habere potuerit, mulier ista fortis cuius precii  
procul est, & de ultimis finibus, illū parietē qui  
fortē armatū debellaret, atrium suum (id est mū-  
dum) pacatē possidentem. Quæ Beata dum ab  
eorum cordibus quos uel aperte sciendo deie-  
cerat, uel occulte, & varia fraude tectus deceperat  
meritis & intercessione sua liberauit, de cubi-  
libus seu montibus leonum atque leopardorū  
coronari perhibetur.

Beata Virgo  
ipſis et  
demonib.  
formidabi-  
lis fuit?

B. Maria  
grauis pas-  
sa fuit qua  
Martyres.

**A** De spiritali uisu, & quomodo Deo placeat cura  
proprie salutis, & aliena. Cap. XXVII.

**V**ulnerasti cor meum soror mea sponsa, uulne-  
rasti cor meum in uino oculorum tuorum,  
& in uino crine colli tui. Duo sunt uisus siue ocu-  
li, unus quo superna contemplamur, alius quo  
transitoria atque terrena. Illum quo superna uis  
Saluator aperire uenit, sicut ipse dicit. In mun-  
dum hunc ego ueni, ut qui non uident uideant,  
& qui uident cœci fiant. Pro hoc illuminando  
ad nos uenit, uulnerū aperturam & mortem sus-  
cepit, ut lumen hoc nobis aperiret, & ad cog-  
nitionem salutis uiuificaret. Vnde quantum  
oculum hunc, contemplationem, scilicet salu-  
tatis nostræ & desiderium amet his uerbis ex-  
primit dicens, uulnerasti cor meum. Ac si  
dicat. O anima quæ soror mea dici meruisti,  
ex quo carnem sumendo me tibi fratrem feci,  
& quam sponsam elegi cum te mihi in amore  
& uoluntatis unitate coniunxi, in eo, quod æter-  
na potius quam terrena cordis oculis uides, &  
quæris, tantum me lætificas, & grata sis, ut  
amor tuus cor meum uulneret, & nimietate sua  
penetret. Fortis erat ad te dilectio mea quasi  
mors. Vnde pro te mori uolui, & dura corpo-  
ris uulnera pro te suscipere, ut suauis amoris à  
te reciperem. Illa igitur cogitatio, & in illorum  
apertura oculum cordis deficiens aperis hunc  
ad amorē, pariter & cognitionem. Amor enim no-  
ticiam aperit, ut dum Saluatorem tuum amas,  
etiam salutem quam tanta caritate, & sui ip-  
sius precio comparauit inmensam, & merito  
appetendam intelligas. Amans itaque me quia  
pro te hæc pertuli, amare quoque incipis gau-  
dium quod tibi amari, atque præparari. Et sic  
per uisibilia humanitatis meæ, ac laboris perue-  
nis ad uidendum, & comprehendendum inuisi-  
bilia æternorum, de me ad uidendum me trans-  
fers contemplationem, de me non habente spe-  
ciem, uel decorem ad meam in supernis gloriā  
& maiestatem, ubi talis sum ut etiam Angelis de-  
lectabilis sim ad spectandum. Spirituales ergo  
uisus tuus, & salus tua est cōtemplatio mei amo-  
ris, meaque fructio. Ego enim Saluator tuus  
sum, & salus, & qui precium tuum fui premiū  
ero, & gemina mei uisus æterna est beatitudo.  
Hunc spirituales uisum, & salutis tuæ desiderium  
uehemētē in te dilige, hoc uino solo oculo, i. cō-  
templatione unica & singulari tuæ salutis, &  
mei amoris, atque fructiois cor meum uulneras,  
& in uino crine colli tui. Collum caput & mem-  
bra coniungit. Collum itaque mihi es, dum ani-  
mas conuertere, & mihi coniungere studes.  
Unus crinis colli est unica cogitatio, & præ-  
cipua intentio qua circa hoc laboras. In hac ge-  
mina solitudine, & cura tam proprie salutis,  
quam alienæ, amorem meum specialiter ti-  
bi uendicas, & ad intima cordis mei pe-  
netras. Placet quoque mihi, & singulariter  
me

Allocutio  
Christi ad  
animam.

Quo vul-  
nerat cor  
sponsa.

Quo sic  
collum.

Unus cri-  
nis colli,  
quid.

metangit simplex intentionis oculus quo nihil  
contra me, nihil præter me queris. Per hoc enim  
toto corpore lucida es, id est bono & sincero o-  
pere, ut merito lauderis, & amore tuo cor meum  
uulnerare didiceris.

De laude geminæ compassionis, & dulci  
doctrina. Cap. XXVIII.

**Q**uam pulchra sunt mamme tuæ soror mea  
sponsa, pulchriora sunt uera tua uino,  
& odor unguentorum tuorum super omnia aro-  
mata. Duæ mamme duplex est compassio, cor-  
poralis & spiritualis. Has habet anima quando  
corporum necessitate, uel aliqua aduersitate la-  
borantibus compatitur, siue in aliquo peccato,  
uel tentatione positis consolationem, & oratio-  
nem impedit. Hæc uera habet quando nouit  
gaudere cum gaudentibus, & flere cum flētibus,  
infirmari cum infirmis, uiri cum scādalis. Pul-  
chra sunt mamme illius anime quæ omnibus ex  
affectu compatitur, & nullius dolores sine cor-  
dis dolore potest præterire. Bene autem per unū  
oculum spiritualiter uidet illud quo etiam spi-  
ritualiter circa proximos mouetur. Nam qui  
Deum diligit etiam proximos ex caritate cōple-  
ctitur. Quia bonitati appropinquauit, pietatis vi-  
scera accepit, ut sic ad alios moueatur ex caritate  
sicut Deum didicit amare. Item sicut unicum ha-  
bet respectum ad salutem suam & ad Deum, ita  
ad proximos suos unum habet motum, pietatis  
uidelicet non commotionis, uel rancoris. Merito  
hæc uera habens anima pulchra est, & aspectu-  
bus Christi placet habens caritatem quæ pecca-  
ta sua operat, & misericordiam impendens alie-  
nis peccatis, ut misericordiam ipsa consequatur,  
de quo in Iob legitur. Visitan speciem tuam nō  
peccabis. Species nostra, est proximus noster, in  
quo inspicimus quid nos sumus. Quem cum ita  
per compassionem uisitamus, non peccamus, id  
est à peccatis immunes sumus, quia per hanc pie-  
tatem à peccatis mundamur. Plenē etiam a pec-  
catis munda fit anima, quæ non solum a proxi-  
mo per rancorem aliquem, uel temerarium iudi-  
cium, atque suspicionem peccatū non attrahit, sed  
in super compatiendo de commissio indulgentiā  
percipit. Merito ergo commendatur quæ per pie-  
tatem & a peccato mundatur, & meritis simul  
ornatur. Cuius uera pulchriora uino dicuntur.  
In uino rigorem iustitiæ possimus accipere qui  
plurimum Deo placet & animam ornat, magis  
tamen hanc misericordiæ viscera commendant  
& decorant. Sicut enim oleum ceteris liquoribus  
supernat, & splendorem suum præfert, ita mi-  
sericordia superexaltat iudicium, eique præfer-  
tur, & potior est, ita ut iustitia non aliquid ius  
exercere debeat, aut iudicium donec ista suū ple-  
nius expleuerit, nec operari ualeat quicquam ius-  
titia nisi in huius residuis, merito tantum mi-  
sericordia præminet, & dignior est, ut officium

Cant. 4.  
Dua mam-  
ma quid si  
gaudent.

possit suum exercere, si affuerit discretio absque  
culpa, iustitia uero exercere suum non possit, ni-  
si misericordia mediante. Merito ergo pulchra  
prædicantur, & commendantur uera in sponsa,  
quia per hoc ad Dei similitudinem tantum pro-  
ficat, cui proprium est misereri & parcere, quan-  
tum ipse nouit perfectē compati, & subuenire.  
Et odor unguentorum tuorum super omnia aro-  
mata: huius suauitatis fragrantiam, & uirtutis  
spiritualis qua tam benignē afficitur ad omnes,  
conducat, gemit, orat, & subueniri cupit in nari-  
bus superni sponsi, suauis omnium uirtutum o-  
peribus redolet, & placere cognoscitur. Caritas  
enim mater est omnium uirtutum, unde non im-  
merito uirtus hæc quæ de illius radice procedit  
iudicio præcellere, & boni odoris famam mere-  
re anteferre. Talis est sponsa in corde qualis etiam  
est in ore & opere. Subditur: *Fauus distillans la-  
bia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor  
uestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Fauus di-  
stillans sunt labia deuotæ anime, quia spiritualis  
dulcedinis liquore fluunt, & aliis ad edificatio-  
nem hunc fundunt. Hunc fauum congerit ani-  
ma de diuersis scripturæ floribus: hos perquiri-  
tis, his insidet, de eis suauitatem spiritualis dulcedi-  
nis extrahit, & elicit. Scientiam instantem segre-  
gat & contemnit, edificatiōnem potius perqui-  
rit, suauē olentes sententias, non pomposam elo-  
quentiam eligit. Sanctorum quoque exempla,  
& dicta spiritualia inuestigat, & mēte perlustrat,  
qui utique flores erant, & sicut palma florebant.  
Horum sicut sancta erat uita, ita dulcia & suauia  
erant quæ proferebant, uel docebant: ad huius-  
modi flores peruolat, ab his spirituale mel colli-  
git, sed præcipue de flore illo singulari, id est flo-  
re qui processit de uirga Iesse, flore campi & nō  
horti. Huius odor floris est sicut odor agri pleni,  
quem benedixit dominus. Plenus est hic ager in  
quo habitat plenitudo diuinitatis, in quo sunt  
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, in quo flo-  
rent iusti, & in quo fructificant tam in bona uita  
quam in sacra scientia. Hic est ager floridus,  
imō plenus floribus in quo tot sunt flores, quot  
iusti in bono fructificantes, & extra quem non  
est florere, sed arefcere. Ad hunc agrum floridū,  
& plenum quasi apud prudens peruolat sponsa  
in huius floris odore currit, ad hūc desiderio per-  
git, huic amore atque fide inhæret, de hoc precis  
importunitate fugit, mel gratiæ, de huius plenitu-  
dine accipit gratiam, per huius spiritum diffun-  
ditur caritas in corde eius, & pietatis accipit uer-  
ra, atque in labiis eius diffunditur hæc gratia, ut  
supernæ dulcedinis saporem spirat, & aliis pro-  
pinet. Mel quoque & lac habet sub lingua, id est  
refectionem robustorum, & consolationem par-  
ueri doctrinæ infirmorum. Præguſtauit enim  
dulcedinem futuræ uitæ, ubi reficiuntur animæ  
diuinitatis Christi fructione, & humilitatis eius  
lacte. Illius beatitudinis prælibationem degusta-  
uit,

Caritas mā-  
ter uirtutū

Quid sit fa-  
uus distil-  
lans.

Sponsa Chri-  
sti & aia sã-  
cta qd fa-  
ciat.

Quid sit  
mel & lac  
habere sub  
lingua.



Iob. 20.

uit, quia riuulis fluminis mellis & butiri reficitur, de quibus in Iob legitur, quod eos hypocrita & fictus non videbit, id est non intelliget, vel gustabit. Hæc gemina dulcedo quasi fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei supernam, sed eius riuulos bonos adhuc peregrinos, & exules uisitat, & leniter infundit, & recreat. Ex hac abundantia habet anima vbera quibus perceptam suauitatem proferat, quæ tanto plus sapiunt & ædificant, quanto datum est ei discere hæc in experientia, & docere ex sententia. Et odor vestimentorum eius sicut odor thuris. Vestimenta animæ sunt opera quæ in caritate sunt, vel sunt, quibus vestiti, & non nudi inueniuntur ante Deum electi, Quæ vestimenta sunt sicut odor thuris, quia sic bonum odorem de se mittit bona operatio sicut deuota oratio. Si enim propter occupationem vtilem orationem aliquis intermittat, ipsa occupatio vice orationis reputabit, vt iuxta Apostolum sine intermissione oret qui semper bene operatur.

Quæ sunt vestimenta animæ.

De gemina conclusione animæ, & occulto martyrio. Cap. XXXIX.

Cant. 4.

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus.

Quid sit Hortus.

Hortus est anima in quo excoluntur virtutum plantaria, & spiritualium studiorum germina. Hic Hortus tunc foditur dum in ea vitia radicatus extirpantur, & mores conuertuntur. Qui etiam tunc altius foditur, cum naturam vitiarum & origines cognoscere studet homo. Nunquam enim tepidus operator, & naturæ vitiarum ignarus poterit bene mortificare vitia. Fodienda est ergo diuinæ passionis memoria, & clauis illi quibus impii foderunt manus & pedes domini eam confodiunt, dum horum memoriam habemus, & huic dolori condolemus, & proinde de peccatis nostris dolemus, quibus tantis beneficiis ingratos recolimus nos. Talis itaque dolor vitia expellit, & reprimit, vt in nobis præualere vel nocere non possit, dum his consideratis vehementer dolemus. Quem dolorem dum amor Dei conuertitur, ex hac gemina concussione compunctio generatur, quæ dum cor emollit etiam virtutes proficere facit. Hic Hortus conclusus est sicut silentii. Per silentium enim excolit in profectu, & iustitia, quia cultus iustitiæ silentium requirit. In quo se cohibet, non solum a noxiis, sed etiam ab ociosis & superfluis, quia per minima peruenit ad maiora, & per ociosa decipitur mens, & extra se ducitur, sicut dicit Gregorius. Quot superuacuis verbis mens a silentii sui censura dissipatur, quasi tot riuus extra se ducitur. Vt ergo in se remaneat, & se videat, se cognoscat, se corrigat, ab ociosis & superfluis uerbis se reprimat, & temperat. Auditum quoque & uisum

Tepidus nã quã bene poterit vitia eradicare.

Vnde generatur compunctio.

Hortus conclusus.

Mens detinens quid faciat.

concludit, ne introrsus trahant quod mentem inquietet, uel maculet. Et his fenestris seras ponit, quia per has mors ingredi solet. Cauet enim ne superetur a curiositate videndi, siue audiendi, quia per horum delectationem a virtute spiritus enervatur, & tantum seruus fit peccati quantum a peccato superatur. Non enim semper violenter, vel repente per has fenestras mors irruit, sed etiam paulatim, & per paruam in mente negligentiam irrepit. Quia sentina neglecta ita nauem sicut fluctus irruens submergit. Hæc enim vsu puluerem in mentem congerunt quo sedatur, & obscuratur, & paulatim ab his superatur, vt a vigore suo deficiat, & tandem libenter toleret quod negligenter tolerauit. Ita qui parua negligit paulatim decidit. Cura quoque rerum exteriorum cor vrit, & germina virtutum suffocant ne prodeant, & cogitationum terrenarum multitudo si hortum hunc irruerit bestialiter conculcat. Hæc igitur excludit deuota anima, & contra huiusmodi hortum suum concludit. Quia verò secundo conclusus dicitur hic hortus, aliam quoque eius conclusionem considerare debemus. Non enim solum ab exterioribus periculis hunc munit, & claudit, sed intus se bona sua celat, & hominibus occultat, sciens quod cum bona opera innotescunt, & laudantur, mentem resoluunt, & enervant. Difficile est enim aliquem laudari & venerari, & non aliquatenus laude sua delectari, vel etiam intus gloriari. Difficile est aliquem seruum inutilem se reputare dum bonorum testimonio bonus prædicatur, immo contingere solet vt deceptus laude, magis credat fame quam conscientie. Qui priuatus cognitione propria, interdum ad hanc superbiam cocatus perducitur, vt habere se credat quod non habet. Ita dum beatificatur homo, seducitur, & via gressuum eius dissipatur, vt in antea non ad perfectum tendat, sed consummasse se credat. Occultat verò bona sua anima deuota & claudit se contra laudes, vt has non audiat, surda ad has sicut aspis obturans aures suas ne exaudiat vocem incantantium? Incantatur enim anima laudibus, vt mala sua non videat, & de iustitia fallaciter se extollat. Ita se claudit & munit foris, intus verò gratiæ præparat, & cor ad hanc aperit, sicut in Iob legitur. Radix mea aperta est super aquas id est intentio cordis patet per desiderium ad gratiam sancti spiritus capiendam. Quam tanto citius & plenius attrahit, quanto ad nihil aliud patescit. Tanto enim liberius ad Deum amor eius dirigitur, quanto delectatione, vel impedimento laudis minus impeditur, unam petit, et hanc requirit, vt inhabitet in domo domini non manufacta, sed æterna, vt videat uoluntatem domini per cuius impletionem ad illam perueniat, et uisitet templum istud in quo dicunt omnes ciues illius gloriam. Istud templum uisitat meditatione, et desiderio. Illius fecunditatem, et gaudium contemplantur, cuius con-

Quo cura reru terrenarum nocet. Eccl. 19.

Difficile est laudari & non aliquatenus delectari.

Anima incantatur laudibus.

Iob. 29.

Tanto liberius ad Deum amor dirigitur. Quãto delectatione vel impedimento laudis minus impeditur.

Quid sit fons signatus.

Quid sit fons signatus.

Quid sit fons signatus.

Opera martyrii que sunt.

Cipri semen.

Nardus.

Crocus.

templatione facile laudis gaudium respuit, atque à cordis aditu excludit. Hunc ergo hortum sic conclusum fons signatus irrigat, fontem itaque signatum intelligentiam uidelicet spirituales spiritus sancti signaculo impressam & sacra scripturæ documentis, & patrum exemplis munita intellige. Quod enim sapit anima talis, & sentit, nec corruptum est à malo spiritu, nec in aliquo sana doctrina discordat, vel exemplis Sanctorum contrarium deprehenditur, vel nouitate noxia, seu præsumptione est vitiatum. Hoc fonte irrigantur horti huius plantaria, quia hac scientia informantur virtutes, & bona studia, & proficiunt, atque discretæ fiunt. Huius fontis sobrio potu homo in anima uiuificatur, & pacem cordis consequitur. Sapere enim secundum spiritum vita est, & pax. Cuius emissiones sunt paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Mala punicea rubea designant martyrium quod fit in pace ecclesiæ, quo scilicet mortificantur vitia & peccata sanguinea & rubea quasi vermiculus. Martyrium est cum mortificamus membra nostra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, concupiscentiam malam, auaritiam, & cætera mala. Continet autem intus malum puniceum grana multa, & alba. Sic quoque habet anima in se multa martyrii opera que hanc mundam, & cæcidam faciunt. Opera enim sunt martyrii quod se per compassionem proximi affligit aliquis, quod lædenti se ignoscit, quod inimicum diligit, quod carnem abstinentia, uigiliis, vel aliis laboribus castigat, quod contra tentationes varias laborat, quod uoluntati propriæ renititur, quod carnis uoluptatibus reluctatur. In huius afflictione & labore calicem passionis bibit, & quotidie crucem suam tollit. Hæc sunt grana mali punice, quæ utique candorem habent, quia animam non solum ornant meritis, sed mundant a peccata debita peccatis de quibus penitens est. Quia enim laboriosa sunt, & pœnalia, ideo pœnam potius delere dicuntur quam alia opera non pœnalia. Alio quoque modo animam ornant, quia per hæc magis creditur caritas incendi, & sic meritum augeri. Pomorum fructus quos simul profert hic hortus, sunt alia opera fructifera, atque meritoria æternæ uitæ, & fragrantia boni exempli, atque opinionis odore. Emittit enim ciprum, cum nardo, & crocum. Cipri semen sicut semen coriandri album esse dicitur, sicut de manna legitur. Vnde merito per candorem quem manna habet, cœlestis gratiæ refecionem designat. Nardus autem de quo Dominicum uinctum est corpus, uinctiorem dilectionis Dei in corde significat, quia sic uingimur, vt tribulationis igne non superemur. Cum gratia nos reficit & replet, contra aduersa fortes facit, Crocus quæ ardentibus languentium membris refrigerium confert, caritatis hanc uirtutem designat, quæ ab æstu carnalium uoluptatum mentem temperat, & ad desideranda superna

gaudia inflammat. Emissiones quoque eius sunt fistula & cynamomum, cum uniuersis lignis Libani, mirra, & aloë, cum omnibus primis uinguentis; fistula quæ & calsia dicitur, robusti corticis est, & purpurei coloris est, quæ ad curandum viscerum molestias ualere narratur. Quæ re- cte pro sui breuitate humilitatem significat, humiles enim quasi purpurco uestiti colore dominice sunt semper memores passionis, semper ad patendum pro domino parati. Hæc uirtus maxime internos peccati motus, & lasciuiam, quasi viscerum dolores reprimere consueuit, cum recogitantes quod dominus pro nobis passus est minus nos pati quam meremur agnoscamus. Cynamomum eiusdem uirtutis figuram tenet: unde per hoc quod fistulæ cynamomum iunxit, potest intelligi quod profectui humilitatis iterum atque iterum debemus insistere, & uias huius uirtutis, atque modos humiliandi nos inuestigare. Et quia per hanc maxime gratia obtinetur, sic per eam maxime ad perfectionem pertingit. Hæc autem arbor coloris est subnigri, vel cinerei, hoc designans quod humiles se peccatores puluerem & cinerem cognoscunt, & existimant oportere ut agant pœnitentiam in sauiilla, & cinere: *Fistula, inquit, & cynamomum cum uniuersis lignis Libani*. Sicut fistula, & cynamomum humiles iustorum congregationes, ita ligna Libani sublimem eorum operationem demonstrant, hæc crescunt in horto bonorum, dum & magna agunt, & apud se humiles semper & parui sunt. Mirra, & aloë continentiam carnis exprimunt, & horum natura est aromatum, vt uincta ex eis corpora defunctorum minime putrescant. Prima uero uinguenta sunt illa de quibus dicit Paulus: *Aemulamini carismata meliora*. Pulchre etiam mirra, & aloë cum omnibus primis uinguentis iunguntur, quia dum carnem a lasciuia restringimus, consequens est ut maiora spiritus dona percipiamus. Hanc paradisi arborum profert, & emittit de radice cordis deuotæ animæ Hortus bene excultus, uirtutes scilicet & spiritualium germina studiorum. Hæc est paradisi in qua uersatur anima, cuius delicias, & amenitate delectatur. Hanc paradisi in terra possidet de hac ad cœlestem migratura. Primi parentes terrestrem habebant paradisi, post hanc cœlestem habituri si mandatum seruassent; Sed pro cibo lignorum paradisi spinas, & tribulos per inobedientiam meruerunt. Hæc euulsis spinis uitiarum recipit fructus spiritus, & paradisi uirtutum; hæc paradisi est iustitia, pax, & gaudium, in spiritu sancto delectatio, uirtutum gustus, & experientia diuinæ bonitatis, prælibatio futuræ beatitudinis, spes uitæ æternæ. Hanc paradisi emittit hortus deuotæ animæ, & de hoc hortu emittitur ad hortum conclusum supernæ ciuitatis Hierusalem. Cuius confortata sunt

Quæ sunt emissiones

Cynamomum.

Fistula & cynamomum quid significat.

Quenam sint prima uinguenta. 1. Cor. 12.

seru



sera portari, & omnis exclusa miseria, omnique inclusa felicitas & beaurudo sempiterna.

De fonte anime, & aquis viuis gratia que fluunt a Christo. Cap. XXX.

Cant. 4. Fons hortorum quid significat.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, que fluunt impetu de Libano. Fons est anima deuota que manat & fluit, semper noua oritur, quia semper in Deo renouatur. Meditatur enim, vel operatur bonum, vel desiderio ad anteriora fertur. Fons iste non cessat ebullire, & erumpere ad Dei amorem, ad proprium exerescere & dilatare ad proximi dilectionem. Non enim per torporem veterascit, sed perfectissimè & ad plenum semper exerescit, & de plenitudine qua abundat inferiores, & infirmiores visitat & rigat. Isti sunt horti & sunt conclusi dum se custodiunt a peccatis, & excolunt, & exercent in virtutibus, ac bonis operibus. Ad hos quasi in vicino positos, & cognitione spiritali iunctos effluit, & qui deuiant hos infundit, hos corrigit, hos impingat, hos consolatur. Et qui plerumque pusillanimitate trepidant dum gratia profectum minus percipiunt, dum predicacionis, vel consolacionis auxilio minus subleuantur, tales visitat anima deuota, atque perfecta, quia hos modo subleuat consolacione, modo oracionis auxilio, modo doctrina, vel ammonitione. Est enim puteus aquarum viuentium, profundam videlicet spiritus sancti gratiam ac scientiam cofecuta, quia & in se abundat vt aliis refundere possit. Non sic ille puteus de quo Samaritana hauriebat aquam, ex qua qui bibit iterum sitit. Illius putei aqua peccati est delectatio, quam dum bibit homo, non tam se fatiat, quam sitim peccati in se prouocat. Denique dum sitim sedare cupit, sitis altera crescit. Hic autem puteus aquam viuam continet, que sitim peccati extinguit, & in vitam eternam saluat, quia hic spiritaliter fatiat, & ad fatietatem eternam perducit. Alrus ille puteus, quia difficile obtinentur cupita, profunditas autem huius difficultatem hauriendi non facit, sed facilitatem. Quanto enim profundius, & plenius accipit gratiam, tanto hanc ad manu habet. Profunditas enim fundatio est, & perfectio qua etiam in affectu sic habet bonum, vt illud diligit propter ipsum bonum, & ipso bono delectetur, & bonum faciat, non solum propter retributionem, sed deo quia bonus est confiteatur. Hic est puteus tertius. Isaac quem latitudine vocauit, eo quod eum dominus super terram dilatauerit. Super terram enim dilatatur homo cum ad gratia perfectionem peruenerit, & transito timore sequi, atque initiali ad filialem dilectionem condescenderit. Primum puteum fodit homo cum terram (id est peccata terrena) eicit a se timore pena. Secundum cum non solum timore, sed etiam amore boni peccata cauet. Tertium cum ex solo amore & malum deserit & ho-

Puteus aquarum viuentium.

Qualis sit aqua huius putei.

Tres putei et quid sit primus puteus.

num facit. Et in duorum puteorum fossione calumnias, & inimicitias sustinet pastorum Gerare id est demonum incolatum nostrum videntium. Gerare enim interpretatur incolatus visio. Pastores isti pascent, & nutriunt carnales motus in nobis, incolas nos videtes, & aduenas super terram, & patria priuare conantes. Cum autem ad perfectam caritatem, & feruorem spiritualement venerimus, & ad omne bonum ex amore ducimur, tunc contentio cessat in nobis, & demonum impugnatio, quia ad contendendum nobiscum vires non habent, sed ipso feruore spiritali, & amore boni debilitantur in pugna, & enervantur. Tunc anima ita dilatatur in caritate & gratia, & dilatatur eius plenitudine, vt de se etiam alios infundat. Et vt scriptum est: De ventre eius fluunt aquae viuae. Ista gratia spiritus sancti aquis viuis comparatur, quia dum replet, viuificat hic animam & ad vitam perducit futuram. Fluunt autem istae aquae impetu de Libano. Libanus qui interpretatur candidatio, Christum significat, qui candidus est, quia sine omni peccato, & qui in caelis tanto candore, & decore resplendet, vt tam Angelorum, quam Sanctorum gaudium sit eius contemplatio. Candor est enim lucis aeternae, & speculum sine macula Dei maiestatis. Cadet etiam, & lux est illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Et tam copiose lux ista diffunditur, vt etiam ingratis oriatur, & in tenebris luceat quae eam nequaquam comprehendant. Circumfundit autem malos, sed non infundit, quia ad corda eorum non pertingit. Concluserunt enim se, & aditum suum damnauerunt feris peccatorum ne ad eos penetraret lux diuini donorum, bonos vero illustrat, & infundit, quia contra peccatorum inquinamenta cordis hostium munientes, & munditiae studentes se preparant ad gratiam percipiendam. In his habitat, hos replet, reficit, & inebriat, hos sanctos habitaculum & ciuitatem Dei fluminis huius impetibus laetificat. Itae sunt aquae que fluunt impetu de Libano (id est Christo) in deuotos ac humiles, Libanus mons de quo fluunt aquae Iordanis, qui interpretatur descensus eorum. Mons iste Christus est, a quo descendit gratia ad corda eorum qui valles sunt, id est humiles, qui abiectione diligunt, & singulari, ac simplici desiderio gratiam sumunt & quaerunt. Tales desiderijs carnalibus, vel mundanis nullatenus patent, vel humauis fauoribus intendunt; ideo haec fluente gratia tam copiose percipiunt, quam studiosè contra omnia oblectamenta exteriora se coccludunt. Cum impetu itaque aquae gratiae de Christo fluunt ad munditiam cordis, ad feruens desiderium, ad vallem humilitatis. De Libano (id est Christo) defluerunt aquae viuae quando spiritus sanctus tanquam torrens discipulis influxit, & suauis eos vbertate donorum inebriauit. Et item quando idem spiritus orbem terrarum impleuit. Vnde merito a Christo fluere dicitur aquae istae, quia ab ipso

Gerare qd significet.

Qsi cesset contentio.

Ioan. 7.

Liban\* qd significet.

Iordanus quid sit.

Qsi de Libano fluxe ruunt aquae viuae.

ab ipso cepit tempus gratiae: de Libano cum impetu fluxerunt aquae istae cum Christo in cena benedicente panem, Sacramentum Eucharistiae celebrari coepit, & vna passibilis presentia ipsius sublata multis in locis vsque ad consummationem saeculi nobiscum mansit. Semel quoque oblati in cruce, multoties in altari pro nobis offertur. Et qui iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, mortis eius mysterium, & effectus ad salutem nostram quotidie iteratur, ibi enim mors Domini annunciat. Iste viuentes aquae cum magno impetu fluunt. Nam haec gratia per fines Christianitatis currit, & fideles irrigat, & infundit. Hanc enim fideles non solum praesentes percipiunt, sed in remotis quoque locis hanc capiunt si desiderio accedunt, & fide tangunt. Fide mulier tetigit quae retro accessit, & non corporaliter praesit. Tangentibus autem fide formam sacramenti hic fructus peruenit. Haec virtus de illo exit, videlicet amplior gratia, remissio peccatorum, vires contra peccata, munimen contra tentamenta. Sic fideles in quibuscunque locis quantum accedunt fide, tantum mundantur, & hanc gratiam percipiunt. Iste sunt aquae viuentes quae de fonte Saluatoris hauriuntur, vt merito cum impetu fluere dicantur, quae tam multos, & tam multipliciter replent, & tam longè, et tam largè fluere noscuntur. Dilatare ergo anima mea ad hunc fontem tam largè fluentem: circumeas omnia eius loca, vt multam haurias aquam gratiae de hoc fonte, nusquam ociose ad hunc fontem accedis, nunquam ab hoc sine fructu redis. Tantum de hoc fonte hauries, quantum fuerit desiderium tuum, & fides. Spiritualement tactum a Maria requisit, & corporalem prohibuit. Spiritualement enim tangere, ac videre salubrius est, & magis meritorium, domino dicente, beati qui non viderunt, & crediderunt. Concede ergo mihi domine Iesu fons bonitatis qui tanto impetu fluis, & tot in locis dilataris, vt tam late ad te si de curram, teque tangam, quatenus plene te hauriam, & profundè possideam, sicque puteus aquarum viuentium fiam, & te mihi cum impetu influentè aliis refundere sufficiam.

De consolacione tentationis, & quod hanc sequitur amplior gratia. Cap. XXXI.

Cant. 4.

Svrge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluunt aromata illius. Virtutes cum sint in homine praemuntur interdum a tentatione aliqua, vel aduersitate, vt non appareant foris cum iritus habeantur. Cum ergo aliquis tentationis aduersitate laborat in horto eius Aquilo flat, ventus scilicet gelidus & ficcus. Hic ventus aquas gratiae stringit, & virtutum exercitium ligat, vnde Aquilo aquas ligas dicitur, licet tamen aliquis in statu tali si bene se habeat non minus mereatur, minus tamen liberè,

Qsi fiat in horto Aquilo.

Vnde dicitur Aquilo.

vel iocundè in gratia, vel virtutibus se exercere praevalet. Praepediuntur quippe huius ventu frigore ne liberè currere possint aquae gratiae. Dominus enim ne extollatur homo si continuè hac consolacione perfruatur, dispensatorie permittit eum nunc tribulari, nunc eundem benignè consolatur, & omnia haec ad vtilitatem operatur. Cautionem hanc conuertit sicut torrens conuertitur in Austro, & glaciem metis soluit gratiae suae sereno. Aquilonem surgere iubet, id est recedere, & austrum flare, id est aduersitatem cessare, & spiritus sui consolacionem aduenire. Imperat huic vento, & mari, id est facit cessare perturbationem, & facit tranquillitatem non medio crem, sed magnam. Facit enim austrum, id est spiritum sanctum non solum flare in horto animae sibi deuotae, sed etiam hunc hortum perflare, id est, plene occupare. Tunc recedente Aquilone, & dissipata corporis glacie, & flante spiritu sancto fluunt aquae gratiae per hortum animae. Flabat quidem auster in hoc horto, quia caritatem habebat anima, quae non nisi per spiritum sanctum infunditur, & cum minus fluere haec aromata, non minus habebantur. Non enim minor est aliquis in virtutibus cum a tentatione possidetur. Nam & si praemuntur virtutes, tamen non extinguuntur, & quoties quis resistit, toties coronatur. Et contingit vt anima quae durius laborauit tentatione, plenius remuneretur perfectione, & aduersitas pugnae fiat occasio amplioris gratiae. In seipso permisit Christus ad tempus seruire inimicum, vt destrueret, & suos similiter tentari finit, vt cum superent, & propterea maiori eos gratia remuneret. Deuicto enim inimico, eius vires eneruantur, & viatores spiritualiter roborantur, & gratia donantur. Perficit tunc auster, id est spiritus sanctus hortum animae, quia perfecte in eo flat, & perfectione animam donat. Fluunt tunc aromata virtutum tanta vtiq; vbertate, vt quaelibet aduersa prospera reputet homo, & exteriora damna in lucrum animae conuertat. Fit tunc patientia laeta, caritas benigna, humilitas deuota, obedientia prompta. Diligitur inimicus non tam ex rationis ductu, quam ex mentis affectu, inimicus. Debilitantur motus carnales cordis, quia spirituales roborantur. Sapit anima secundum spiritum, & mouetur, afficitur spiritali dulcedine, accenditur zelo, & amore omnis boni, & fraternae salutis caritate. Denique virtutes habet non tam in desiderio, quam in effectu. Fluunt tunc ita virtutum aromata, vt omnes homines pietatis vberibus amplectatur, & tam exemplo alios corrigat, quam bonae opinionis odorem de se spargat. Cuiusdam monachi hortum ita perflabat auster, vt de eo fluere haec aromata, cuius mores et modum hic inferendos duxi. Erat enim verè mitis, & humilis corde, ita in suo iudicio se vilem ac nihil reputans, sicut se foris propter Deum humiliabat. Iudicabat enim se vnquam nullius vtilitatis hominè pasci

Cur dicitur tentationes permittat.

Quando flat auster.

Anima quae durius laborat vberius remunerabitur perfectione, plenius remunerabitur perfectione.

Quid suo flatu efficiat auster.

Qsi diligat inimicus.

Exemplum proponit perfecti viri.

pasci in do mo Dei. Qui cum cæteris floreret vit  
tutibus, gratiam tamen mansuetudinis speciali  
ter obtrinebat. Ideo amabilem, & affabilem se om  
nibus exhibebat. A deo circumcisum fuit os eius,  
vt vix vnquam ex ore eius sonus detractionis,  
scurrilitatis verbum, sermo inanis gloriæ, inui  
diæ vox audita fuerit, non alios iudicare, vel iu  
dicantibus consentire deprehensus est. Inania  
non solum loqui cauerit, immo talia quicunque  
loquebatur ab eo timuit. Inter ridentes positus  
ne onerosus fieret hilarem se exhibebat, sed ri  
sum integrum non admisit. Si quando ad confi  
suum alicuius negocii causa vocaretur, tristis per  
seuerabat & nubilus, donec fratrum consortio  
redderetur. Rarisimè solennibus vigiliis, rarissi  
mè horis psallentium in choro inuentus est de  
fuisse. In refectorio nisi eomunibus ebis v  
tens, si quid forte præter solitum apponeretur  
non accipiebat, vix vnquam nisi obedientia cõ  
pellente infirmariam intrauit, vix eum intrasset  
teneri potuit. Si quis multitudine, vel magnitu  
dine tentationum percussus fuit, ab ore eius au  
diuit & radicem tentationis, & curationis reme  
dium. Ita enim percurrerat omnes angulos con  
scientiæ infirmantis, vt credere posset quæ con  
fitebatur eum vidisse omnia, omnibus interfuis  
se. Tantæ caritatis erat & sic se induerat viscera  
pietatis, vt omnes excusaret, pro omnibus inter  
cederet, nescientibus illis pro quibus loqueba  
tur, nec personarum acceptor, sed necessitatum.  
Denique pedem quem in semitis Domini Iesu  
posuit, donec eursum itineris consummaret, nõ  
retraxit. Vnde huiusmodi hortum Auster, id est  
spiritus sanctus perflauerat, totumque occupa  
uerat, vt nullus in eo locus vitio pateret, vel car  
nality, sed fluere, & ad alios quoque recurrerent  
aromata illius.

*De aduentu Christi in anima, & quod per mor  
tificationem peruenitur ad perfectionem.*  
Cap. XXXII.

Cant. 5.

**V**eniat dilectus meus in hortum suum, vt co  
medat fructus pomorum suorum. Sponsa pro  
ficiens in virtutibus, & serenata plenius con  
scientia, sed ex hoc non in se, sed in Domino glo  
rians sponsum aduenire precatur, quamuis de  
acquisito ab ea fructu virtutum gratuletur. No  
uit enim quod congaudeat nõstro profectui, &  
delectabiliter eum reficiat salutis fructus. Ma  
net autem in anima deuota, nam sine ipso deuo  
ta esse non posset, nec fructum ferre nisi in ipsa  
maneret, sed venire in animam dicitur, cum gra  
tiam auget, & profectui eius congratulatur.  
Quotidie enim in deuotis venit, quia eos reno  
uat, & gratiam in eis cumulat. Ait itaque. *Veniat  
dilectus &c.* Ac si dicat non præsumptionis au  
dacia, sed de conscientia bona, & fide non ficta  
confusa inñiti mundando cordi, & præparando  
illud tuo plenius aduentui, lactifica me tua visita

**A**tionem, refectio post laborem, delectare, & pascere  
fructu mei laboris. Vnde & dilectum singulari  
ter vocat suum, tanto vtique confidentius, quan  
to perfectius virtutibus ornata gratiorem illi mã  
sionem præparauit. Quem etiam in suum hor  
tum venire rogat, & suum fructum percipere.  
Ipsius enim est fructus, ipsius est hortus, ipse est  
Hortolanus sapiens eum sua custodia, & incre  
mentum ei dans, quia neque qui plantat, neque  
qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat  
Deus. Non ergo sibi, sed Deo tribuit quod pro  
ficit, non suis viribus vel industria, sed pietati  
diuinæ, scit enim quia sine ipso nihil potest fa  
cere, & nisi hortum hunc ille custodierit, frustra  
in eius custodia vigilaret. Diuina namque ceslan  
te custodia destrueretur maceria, & esset in dire  
ptione, nec proficerent plantaria. Inuitat itaque  
eum ad pomorum suorum comestionem. Po  
ma sunt opera virtutum, quæ refectioem ha  
bent & odorem. Mentem enim reficiunt, & bo  
ni exempli de se odorem alii emittunt. Hæc po  
ma comedit dilectus, quando istis operibus pas  
citur, & tam illorum quam nostro profectu de  
lectatur, sponsa igitur desiderio tractus, & vir  
tutum eius pulchritudine, atque mundicia cor  
dis delectatus, præsentiam suam exhibet spon  
sus dicens. *Veni in hortum meum soror mea spõ  
sa.* Eandemque munditiam, atque perfectionem  
quam repperit, immo quam ipse in ea operatus  
est enumerat dicens: *Messui myrrham meam*  
*cum aromatibus meis. Comedi fauum meum cum*  
*melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* O  
soror mea quia tu es sponsa, & mihi in amore  
coniuncta, ego inueni in te hortum meum con  
clusum, & bene excultum, vt in te comedam, &  
te post laborem reficiam. Afflictionem poeniten  
tiæ tolerasti, pugnam, tentationem, laborem  
correctionis morum, & venisti ad mensem per  
fectionis virtutum, de laboriosa vita ad contem  
plationis tranquilliorum statum. Messui itaque  
in te myrrham cum aromatibus, quia simul cum  
amaritudine laborum confecta sunt, & perfecta  
in te virtutum aromata, & cum seruatis manda  
tis profecit sapientia. Cum enim mortificata fuc  
rit carnalitas & propria voluntas, tunc fluunt vir  
tutum aromata, & per consummationem &  
triumphum huius laboris venit ad cultum  
perfectionis. Myrrham autem metit Christus,  
quando præmissos labores perficit in anima qui  
bus ad virtutes & perfectionem pertingit, & eã  
suauiter roborat vt delectabiliter agat quæ prius  
horrebat, sicut in Iob legitur. *Quæ prius volebat*  
*tangere anima mea, nunc præ angustia tibi mei*  
*sunt.* Sic Apostoli conualuerunt de infirmitate,  
sic Paulus omnia potuit in eo qui se conforta  
uit. Sequitur. *Comedi fauum cum melle meo, bibi*  
*vinum meum cum lacte meo.* Fauus est dulcedo  
honorum meritorum quam inus habet anima  
deuota: mel operatio quam foris exhibet quæ  
merito melli comparatur, quia dulce est quod  
pro

Qñ confi  
denter dile  
ctus aduo  
tari potest

Quænam  
sunt poma.

Cant. 5.

Quid sit  
myrrhã cũ  
Aromatib.  
metere.

Qñ fluunt  
virtutũ ar  
mata.

Iob. 6.

Philip. 4.

**F**auus est dulcedo meritorum. Fauus Christus  
comedit cum dulcedine bonorum morum pasci  
tur, cum ei cuius in pace factus est locus eius em  
mendatis & pacatis moribus locus præparatur.  
Melle reficitur cum bona opera facit aliquis,  
cum ei cuius sunt deliciae esse cum filiis homi  
num qui stat ad ostium & pulsat aperitur. Ape  
ritur enim ei cum per opera proficit caritas, au  
getur gratia, & conseruatur. Magis igitur ope  
rando magis ei aperimus, vt ad nos intret, & no  
biscum cœnet. Felix conuiuium, & beata ani  
ma cum qua & in qua Christus conuiuatur.  
Vinum quoque, & lac in anima bibit Christus  
cũ gemina eius contemplatione diuinitatis scilicet  
& glorificatæ humanitatis (quæ per vinum  
& lac designantur) gaudet, atque delectatur.  
Hunc etiam cibum & potum animæ aptare pos  
sumus, & ex ipsius persona hæc exponere. Ipsa  
enim fauum comedit, quando bonis ornata mo  
ribus horum suauitate delectabiliter reficitur.  
Magnam quippe suauitatem, ac tranquillitatem  
animi habent dulces in moribus, sicut econtra  
rio non est pax impiis & insolentibus. Item  
dum ita se custodiunt à peccatis, vt in nullo eos  
remordeat conscientia, semper epulantur, sem  
per securitate perfruuntur, sicut scriptum est.  
*Secura mens quasi iuge conuiuium.* Mel tunc co  
medit anima cum delectatur bona operatione,  
cum labore manuum suarum manducat, quan  
do de eo quod foris operatur intus spe mercedis  
pascitur. Quando dulce fit ei quod pro delecta  
tione superna facit, & pauci ei videntur dies la  
boris præ magnitudine illius foelicitatis. Suspi  
rat enim ad videndum Deum cuius suauitatem,  
nisi ex parte gustasset minimè desideraret. Vnde  
sequitur: *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Vi  
num tunc bibit anima cum diuinitatis eius perci  
pit saporem, & hoc poculo sic inebriatur vt ter  
rena omnia obliuioni tradat, & supernis per a  
morem inhæreat. Lac percipit cum glorificatam  
in celis humanitatem Christi cogitat. Hæc con  
templatione reficitur, & in hac spe & memoria  
hilarescit, & consolatur. Hæc est gemina foelici  
tas tam Angelorum quam hominum in illa vita,  
diuinitatis scilicet fruitio, & humanitatis con  
templatio. Quam foelicitatem deuota anima ex  
peritur ex parte in hac vita, sed perfecte com  
prehendet in futura, quando Deum videbit sicut  
ti est, & facie ad faciem contemplabitur eum.  
Prius autem fauus & mel comeditur, & postea  
vinum & lac bibitur, quia necesse est vt emenda  
ti mores, & digna operatio præcedat quam con  
templationis gratia concedatur. Prius Lia sup  
ponitur quam ad Rachelis complexus veniatur.  
Laborandum itaque est, & mundandi sunt ocu  
li cordis vt Deus videatur. Mundis enim cor  
de videndus promittitur. Deus, sicut scriptum est:  
*Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.*  
Vt ergo Deum videas munda cordis oculum,  
alioquin mundum tibi pro Deo vel Angelo lu

**A** cis videas, & recipias tenebrarum Angelum,  
nec bibas vinum Dei, & mel dulce, sed fel draco  
num sit vinum tuum, & venenum aspidum insa  
nabile. Cœcutientis enim visus sæpe fallitur, vt  
quo deterius videt, eo plus sibi videre videatur,  
& cum vna res oculis eius appareat, duas se po  
tius videre credat. Sic quidam cum quædam vi  
dent vana, & diuinant mendacia, vident visiones  
fallaces, quia omni sp̄iritui credunt, & minus cor  
dis oculos ad videndum spiritualia, & discernen  
di mundauerunt.

*De spirituali refectioe, & vsu gratiæ.*  
Cap. XXXIII.

**C**omedite amici, & inebriamini carissimi. Co  
medunt boni, dum spiritualem consolatio  
nem percipiunt, dum amore Christi pascuntur,  
dum illuminantur in fide, dum consolantur in  
spe, dum accenduntur caritate, dum delectantur  
iustitia, veritate, castitate, & cæteris virtutibus.  
Quelibet enim virtus mentem pascit dum hanc  
sua delectatione reficit. Cibus etiam bonorum  
est scriptura dum teritur, dum masticatur, quia  
latent in ea spirituales sensus qui erudiunt men  
tem, & pascunt. Sed in hac Scriptura mali cibum  
non percipiunt, sed morbum, nec in ea sumunt  
ædificationem, sed inflationem. Appendant  
enim argentum huius non in panibus, & labo  
rem suum non in futuritate. Boni verò in hoc  
habent tot fercula, tot refectioes, quot spiritua  
les sententias. Hanc boni cœriunt, per hanc pe  
ricula euadunt, sicut scriptum est: *In fame cruet*  
*te de morte, & in bello de manu gladii.* Dum e  
nim verbum Dei esuriunt, & illo se reficiunt  
eruantur a peccati morte, & muniuntur in bello  
tentationis, quatenus roborati eius cibo & in  
structi, nec deiciantur, nec seducantur. Solent  
autem boni nunc foueri consolationibus, nunc  
repleri amaritudinibus, nunc abundare gratia,  
nunc laborare accidia. Sed docti sunt ex scriptu  
ra tentationem esse probationem, & ipsum gra  
uamen accidię solent tentationi ascribere, dum  
scilicet caro reluctatur spiritui, & vult cordi æ  
quari, vel etiam præferri. Sciunt etiam ipsam tri  
stítiam interdum melius tibi prodesse quam te  
ea carere. *Iuxta est enim dominus his qui tribula  
to sunt corde,* ait psalmista: *Et humiles spiritu sal  
uabit.* Facit dominum vicinum bonis tribulatio  
quam patiuntur, & defectus ipse per quem ma  
gis humiliantur. Ita quandoque deserit suos do  
minus, vt quasi occidat, & omnia quæ prius ha  
bere videbantur extincta doleant, sed dum sic oc  
ciduntur, sperant sicut in Iob legitur: *Etiam si oc  
ciderit me in ipso sperabo.* Sperant dum sic occi  
duntur, & viuunt, quia conseruat eos igniculus  
caritatis qua sic destructi, & prostrati intentio  
nem conseruant Deo recte viuendi & nullatenus  
mortaliter peccandi, dum itaque fabulantur  
boni, prope est eis dominus. Dum occiduntur, spe

Cant. 5.  
Qñ come  
dunt boni.

Cibus bo  
norum.

Esaiã 55.

Iob. 5.

De bonoũ  
multiplici  
vicissitudi  
ne in hac  
vita.

Psal. 33.

Quare Do  
minus in  
terdũ ami  
cos suos de  
serat.

Iob. 13.

Fauus est  
dulcedo  
meritorum.

Mel opera  
tio bona.

Melle refi  
citur Chri  
stus quã  
sunt bona.

Qñ come  
dit fauum  
anima.

Prouer. 15  
Qñ come  
dit mel a  
nima.

Qñ bibit  
vinum.

Qñ perci  
piet lac.

De gemi  
na foelicit  
tis fruitio  
ne.

Quare pri  
us fau  
& mel  
comedatur  
& postea  
lac bibat,  
& vinum.

Math. 5.



Iob. 29.

tur, sperant. Si vero rideat ad eos, non credunt, sicut item Iob de Deo loquitur. Si quando videbam ad eos, non credebant mihi. Non itaque cito, vel temere ridenti Deo credunt boni, quia & consolationem gratiae praestare novit Deus, & tamen elatos de bono suo, & ingratos, & mandata negligentes solet damnare. Sciunt utique boni consolari in adversis, sciunt humiliari in prosperis, sciunt saturari, & esurire, abundare, & penuriam pati. Qui iustus fuerit interdum non leuabit caput suum saturatus afflictione & miseria. Impii quibus erit in futuro vespere, hic quandoque etiam intimis donis reficiuntur.

Psal. 80.

Inimici domini, ait, mentiti sunt ei, et cibavit ex adipe frumenti illos, et de petra melle saturavit eos. Inimici ergo dicuntur, & tamen non tam ex frumento, quam ex adipe frumenti saturantur, etiam mistica & interna percipientes. Et quidem Deus quod amoris est, quod amicitiae, etiam indignis facit. Sed qui gratiam ab eo percipit, & non se versa vice amicum exhibet respondendo gratiae, & dignè ex hoc operando, inimicum se facit, & ad cumulum damnationis hanc sibi vertit. Reficit itaque gratia bonos, reficit & reprobos. Habet etiam cibum homo ab ipsa natura, quia iucundior pascit cibo dulcedinis. Habet & a causis accidentibus, reficiunt enim prospera dum succedunt. Non est cibis iste spiritualis quo reficit Christus.

Rom. 14.

Quare comedendum est olus.

Attamen plerumque cibis est imperfectorum, & olus infirmorum. Et saepe vtiliter pascit hoc olus infirmos, sicut dicit Paulus: Qui infirmus est olus manducet. Leuigat enim & curat ex parte morbum accidia quam patitur mens ex inopia gratiae. O quam frequenter imperfecti, & ignari gratiae mouentur carnali gaudio, vel naturalialacritate, & moueri se arbitrantur spirituali consolatione. Quod saepe ab inimico, vel a proprio corde aliquid sentit homo, & a spiritu sancto hoc esse credit. Et quid mirum si in deuotione se misceat inimicus, & falsa loquatur qui in ipsis etiam Prophetis loquebatur. Quietiam a suo spiritu aliquando dixerunt quod a spiritu sancto se dicere crediderunt. Non ergo debet homo sequi cordis sui suggestionem, vel experimentum, cum in huiusmodi quosdam Prophetas nouerit interdum fuisse deceptos. Nec solum haec pericula cauere oportet in statu peccati, sed etiam prudenter in ipsa gratia quid gerendum fuerit est attendendum. Cum sapientia bibere vinum, ait Salomon, vino gratiam significans.

Eccles. 9.

Sap. 1.

Et item legitur: Quod Spiritus sanctus auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu. Concedit ergo Deus gratiam, sed vsus homini subiacet, quia alius alio vtilius, & salubrius per hanc operatur. Debet ergo considerare modum gratiae quo afficitur. Spiritus enim sanctus vnicus dicitur, & multiplex, quia cum vnus sit, diuersis tamen modis mentes visitat, & afficit. Audire ergo debet anima quid, & quomodo lo-

Spiritus sanctus vnus dicitur, & multiplex.

atur in ea dominus Deus. Et cum loquitur, inter audiendum rogandum est, vt audientem ducat: qualiter meditationes dirigendae sint doceat. Offerunt enim se tunc meditationes spirituales, ita vt mens sedeat quasi Rex, circumstante se harum exercitu. Regere itaque has debet, & discernere quam potissimum admittat, in qua se magis exerceat, quamdiu vniciue inhareat, quando de illa ad istam transeat. Ferculum enim est qualibet meditatio, quia pascit mentem, sed vt deuotio ipsa accendatur, & diutius epuleris cum hoc ferculo refectus es, & sapor eius cessare coeperit, vtiliter aliud astumis.

Meditatio est ferculum.

Ad aliam ergo meditationem conuertere quae vicinior se obtulerit, & quam praecedenti similem & non diuersam noueris. Cum enim omnes meditationes spirituales vtilis sint, talis tamen est modus earum, vt diuerso, immo etiam interdum e contrario modo aedificent, & nunc illae nunc istae melius conueniant, & menti sapiant. Sic affectam mentem aedificant istae, & sic affectam aedificant aliae. Cordis vero consolatio, & spiritualis refectio Dei quidem donum est, sed cooperari te oportet huic dono, & prudenter in eo exerceri. Huius enim refectiois Deus auctor, & largitor est: homo vero minister, & coquus, vt vel bene sibi, vel male parare possit. Cum vero in ipsum Deum contemplationem defixerit aliquis, hac vicissitudine cogitationum minus indigebit, sed summo bono quamdiu datur inharebit. Tunc enim minister & coquus est ipsa sapientia, & facit opulentum conuiuium, cum seipsam praebet cibum. Neque enim opus est humano labore, vel preparatione, quando fercula diuinitas infert, & refectioem ipsa ministrat. Amicos igitur cibo (vt dictum est) Deus pascit. Carissimos vero plenius reficit, & potat, immo abundantiore gratia etiam inebriat, de quo cibo aliqua dicta sunt. De inebriatione vero loqui formido, quod mihi ex sententia dicere datum est. Anima enim quae in nuptiis agni vxor est, vel filia spirituali vinc inebriari nouit, quae in hoc conuiuio lateribus Christi asidet, vel circa mensam, sicut scriptum est. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae, filii tui sicut nouellae oliuarum in circuitu mensae tuae. Ego autem pauperis more non solum a mensa segregatus, sed etiam a conuiuio, vtinam autem ante fores de vino illo iucundo in ciphulo meo accipiam. Scio enim me non plene a sorde peccati mundatum, & ob hoc ad mensam filiorum & potum merito non admittar vel accedam. Relinquo ergo de hoc vino & ebrietate differendum expertis. Insipientiam vero meam & infirmitatem sciens, sed & vlcera multorum attendens, iacere volo (id est humiliare me) ante ianuam diuitis Christi, & mendicare non solum potum, sed & cibum de men-

Deus amicos pascit & carissimos reficit.

Psal. 127.

de mensa dominorum, siue dominarum mearum, deuotarum scilicet animarum. Et si enim vxor, & filii siue filiae epulantur splendide, inferiores tamen & pauperiores edent, & reficientur de reliquiis mensae. Nolo igitur erubescere mendicare a talibus alimoniam vitam, ne post hanc vitam cum fatuis virginibus frustra mendicem. Ibi repulsam patiuntur mendicantes, hic vero, qui petit accipit. Et quia notis & amicis libentius, & abundantius datur, amicis me volo exhibere bonorum, & diligere eorum bonum. Qui amat in alio bonum quod ipse non habet (dicit scriptura) imputatur ei quasi haberet. Quicquid igitur boni in aliquibus fuerit diligere volo, orare pro bonis vt in bono proficiant, vt custodiantur a malo, & ad vitam aeternam perueniant. Ita me bonis sociare volo, & collocare, vt meritis quoque eorum socium, & confortem me faciam. Contemplor quoque illud conuiuium pinguium medullatorum, & vindemiae defecatae animarum scilicet ad superna translatarum, & ab omni foete peccati purgatarum, & epulantium super mensam Christi in Regno suo, ibi satiantur electi ex adipe frumenti, id est Diuinitate Christi, de hac mensa micas mihi dimitti cupio quibus merear refici. Et inuenio causam quare de illa mensa capiam misericordiam. Congratulor enim beatorum felicitati, & gratias ago de eo, quod de miseris mundi peruenerint ad fruitionem Dei. Cum ergo pro militantibus intercedo, & pro triumphantibus exultem, tam orationibus utrumque me iuuari, quam meritis ditari confido. Denique cogito, & in vnum colligo omnia bona domini mei, videlicet merita Christi, & membrorum eius, siue cum eo regnantium, siue adhuc in terra peregrinantium, sacramentum denique Eucharistiae, necnon, & alia sacramenta Ecclesiae, indulgentias varias, atque laxationes multas, deinde domini miserationes multipliciter diuersis in locis impensas. Cum omnia haec cogitando, & amando reuoluo, & tam mihi quam multis haec imploro, in tam generali comprehensione, & desiderio magna ex parte leuatum me ab inopia mea, immo etiam ditatum confido. Vnde iam de acquisitis bonis aliis indigentibus impartiri cupio. Multos itaque peccantes considero, & peccando morientes, quosdam de morte carnis ad mortem aeternam pergentes. Et cum magnum sit cumulus istorum miseriarum, magnum e contra considero cumulum praedictorum bonorum. Tunc ad huius desidero, & oratione tendo, vt istis miseris haec bona opponam, & miseris implorem. Ad hunc modum orandi siue meditandi conor, & suauiter quiesco cum adhuc pertingo. Amicis itaque comedentibus, & carissimis inebriatis amicus esse volo, & quotidianus eorum mendicus. Ego dormio, & cor meum vigilat. Varii sunt naturales motus cordis, & innumerabiles. Vnde multipliciter homo a propria natura tri-

De variis motibus naturae.

statur, vel laetatur, conturbatur, vel tranquillus est. Non igitur debet his motibus credere, vel cedere, quia pro modo mutabilitatis humanae, vel exteriorum causarum variatur cor, vt mactum sit, vel iucundum, & sic, vel sic afficiatur. Cum ergo pusillanimitas aliquis valde trepidat, vt quasi desperet, credere debet hanc deiectionem esse pusillanimitatis, & turbati cordis, non desperationis. Confidere enim de statu suo debet dummodo conteratur, & intentionem habeat declinandi a malo, & faciendi bonum, & nullatenus mortale committendi. Secundum hoc propositum vocari se sanctum (id est habere caritatem) quilibet sperare potest qualicumque grauiamine, vel tentatione prematur. Debet ergo homo in aduerso statu vel orationibus quas tunc fundere solet confidere, & spei fiduciam sibi facere. Nam aduersitatis tristitiam confidentia impedit, immo in meliori statu tunc est, quam antea fuerit, dummodo per mortale a charitate non ceciderit, quia charitas tam per aduersa, quam per prospera proficit. In aduerso igitur statu & animi deiectione confidere discat, & in prosperis non seduci falsa spe, sed exultare in domino cum tremore, quia & si adest consolatio, nescit tamen homo utrum amore dignus sit an odio. Nec attendat cordis sui motus, vel experientiam, vt secundum hanc statum suum metiatur, ne fallatur. Sensualitati igitur ratio principetur, motus ignoscat, cogitationes regat, vigilet, immo vigilias anticipet, quia praeueniendo cogitationes inutiles facilius eas reprimet. Vigilare igitur debet ratio, & vigilias noctis conseruare super gregem cogitationum suarum, qua neglecta mens caecitatem incurrit, vt minus se homo cognoscat, minus videat qualis sit, vel esse debeat, quantum salatur, quantum delinquit. Si ergo sollicitè super gregem bonarum cogitationum vigilet, vt has nutriat, malas reprimat, diuina gratia largius super eum coruscabit, qua radiante super eam & circumfulgente, vires contra malas cogitationes accipiet, vt eas sopiat et dormire faciat. Cum ita principatur ratio & vigilat, & dormit sensualitatis motus, & cogitationes, dicere potest homo. Ego dormio, & cor meum vigilat. In qua parte enim sensualitas dominatur, vigilat homo, & homo est quia humanitatis sunt, quae tunc agit. Dum vero spiritualia exercet, corde vigilat ad salutem, quia ad cor reuertitur, & corde circa interiora, & inuisibilia curam gerit. Dormit tunc sensualitas, sed vigilat ratio, dormiunt cogitationes malae, & vigilant bonae, sopiuntur desideria carnalia & tentationes, laetitia spiritualis mentem afficit, intellectus eius aperitur, & cognitio maior ei praebetur. Contemplatur oculis cordis illud supernum gaudium, laudes scilicet & captum beatorum spirituum. Hic est cecus



tus cœli quem Deus suis reuelat, sed reprobis dormire facit, id est abscondit. Sponsus itaque ad concentus cœli non dormit, quia sopita omni perturbatione ante oculos cordis hunc percipit, huic innigilat, huic interesse desiderat, hunc implorat. Orat igitur ciues cœli. Orant pro ipsa ciues cœli, orat Deum, & excitatur ipsa ab eo ad orandum, loquitur ad Deum, & audit loquentem Deum, loquitur enim in ea pacem in plebem suam, quia mouet eam, & monet ad salutem, & curam proximorum. Et hoc est, quod sequitur: *Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi foror mea, &c.* Hæc est vox dilecti, id est inspiratio quæ ei in corde insinuat, vt quia dilectus est propter eius amorem etiam proximos diligit, & eorum curam gerat, eisque ad salutem subuenire studeat. Vult ergo vt prædicando, vel regimen suscipiendo, ammonendo, vel consolando, siue orando sibi viam in aliis parat, vnde vt eam amplius ad hoc accendat, fororem eam vocat, id est cohærem, amicam, id est secretorum consciam, colubam, id est spiritu sancto illustratam, immaculatam, id est a peccatorum sordibus a se mundatam. Ac si dicat. Quia tanta tibi præstiti, tu quoque beneficiis meis responde, & circa membra mea gratiam qua specialius dotata es exerce. Quia caput meum plenum rore, & cincinni mei guttis nocturnum. Ac si dicat. Ex eo quod Deus sum, abũdo misericordia, & rore gratiæ, & hi qui mihi fide inhaerent replentur peccatorum guttis, & cecitate. Caput enim Christi Deus est, & ipse secundum quod homo caput est Ecclesiæ, & gratiam accepit non ad mensuram. Plangit igitur miseriam nostram, vt quia multipliciter maculamur peccatis, misericorditer se velle misereri demonstret. Est enim Hermon, id est lumē exaltatum, a quo descendit ros gratiæ in montē Syon, id est sanctam Ecclesiam, vt vbi abundat delictum, superabundet ipsius gratia. Monet itaque dilectam sibi aperire, se quoque insinuans, & misereri velle, & cecitatem ipsam rectam illuminare.

*Quomodo gratia consolatur & accendit, & de perfectione, & mortificatione.*  
Cap. XXXIII.

Sponsa audita voce dilecti pulsantis, & admonentis ad salutem, & curam proximorum, quamuis diligit, & sponti voluntati parere propria sit, timet tamen consolationem contemplationis deserere, & actibus mundi rursus implicari. Vnde subdit: *Exui me tunica mea, quomodo induar illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Tunica terrenum indumentum est, vnde per tunicam terrena actio designari potest. Timet ergo terrenis actibus inuolui quæ abiecit se recolat, & a cœlesti contemplatione auelli, a summis & spiritualibus descendere, & in infimis occupari. Pedes quoque suos, i. affectus

Vox dilecti est inspiratio.

Quid sit caput esse plenum rore,

Quid sit Hermon,

Cant. 5. Quid tunica significet.

Quid pedes,

se lauasse recolens, rursus eos maculare metuit, hos pedes posuerat in atriis Hierusalem, & ibi stare fecerat. Hos lauat aquis viuus, id est compunctione cordis, & post eos stare facit contemplatione in supernis & cœlestibus, quos inquinare non immerito timet si ab his abstrahat, & exteriori curæ immittat. Nec mirum si hæc quæ in cœlestibus pedes fixerat, terrena exerce-re metuat. Dum ergo trepidat, dum fluctuat, dilectus eam consolatur, & ampliori gratia visitat cor eius penetrans, & ampliori lumine gratiæ eum illustrans. Et hoc est, quod sequitur: *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intumuit ad tactum eius.* Quam visitationem gratiæ, missionem manus per foramen vocat. Quasi enim per rimam gratiam infundit, cum non totam animam perfundit, sed quadam mensura gratiæ visitat, & quam sic in parte visitat, non plenè illustrat. Manus dilecti operatio hæc gratiæ & donum potest accipi. Venter vero, ipsa mens in qua cogitationes excoquantur, sicut cibi in ventre. Manum etiã suam dilectus per foramen mittit, dum animæ beneficia, quæ illi præstitit per Spiritum Sanctum suggerit, quod illam morte sua redemit, quod dona gratiæ suæ illi contulit, quod eadem dona custodiendo seruauit. Vitam enim & misericordiam tribuit ei, & visitatio eius custodiuit Spiritum eius. Vitam illi tribuit pro illa moriendo, misericordiam suam infundendo, visitatio eius custodit eam a lapsu peccati seruando. Ita reducendo Deus ad memoriam dilectæ suæ, apertionem, & adiutorem ad cor eius facit, quo tangatur, & accendatur ad amorem, & contremiscat, & metuat si non tantis beneficiis pro posse respondeat. Sic ergo tacta, & tremefacta amplius ignescit ad dilectionem Dei & proximi. Et hoc est, quod sequitur: *Surrexi vt aperirem dilectio meo, manus mea distillauerunt myrrham, digiti mei pleni myrrha probatissima.* Surgit vt dilectio aperiat, quia accepta gratia amplius accenditur ad hanc percipiendam, ad amandum feruentius, ad studiosius insistendum curæ, & salutis proximorum. Quæ enim prius dilectio aperuerat, amplius in eum acceditur, atque operibus caritatis insistit. Exer-cet se tunc in amore Dei, seu contemplatione, opera misericordiæ impendit proximorum utilitati prout necessitas eorum exposcit, & tempus exigit. Pro aliis orat, alios consolatur, aliis consilium salutis dat, & regimen suscipere, vel prædicationis officium exercere parat, si tempus exigeret, dum sic gratia visitatur, & gratiæ respondere nititur, & se illi conformare. Accenditur etiam ad mortificandum quicquid in se carnale depræhendit. Quamuis autem mortificauerit peccata atque vitia tamen ex accepta abundantiori gratia magis ad hoc ignescit, & magis quod reficit inuenit. Plus illuminata plus defectus suos cognoscit, & melior facta plus sibi

Quid manus dilecti significet.

Quid venter.

Plus illuminata, plus defectus suos cognoscit.

bi vilescit. Damnat tunc paruos defectus quos prius tolerabat, & tam in verbis, quam cogitationibus mala se commississe peccata intelligit, quæ minus mala ante reputabat. Dū huius mortificationis labori, & operi insistit, manus eius distillant myrrha quia hæc operatio per manus intelligitur, & per myrrham hæc mortificatio designatur. *Et digiti eius pleni sunt myrrha probatissima,* quia & discretè, & pura intentione agit oia. Per digitos enim hæc discretio designatur, quæ quod rectè offert rectè diuidit, id est quod bene intèdit discretà facit. Per probatissimam vero myrrham pura intentio in mortificando accipit, quæ sic Deū querit, vt inanem gloriam mortificet, & laudes exteriores contemnat, & ad Deū scilicet oculum eius, id est intentionem, & ad futuram, & veram dilectionem semper aspiciat. Plena hæc est mortificatione dicitur, quia tam in mente, quam in corpore hanc exercet. Corpus enim abstinètia, vigiliis, & cæteris laboribus castigat, & delicias, & terrena oblectamenta amputat, sciens quod non inuenitur sapietia, siue gratia Dei in terra suauiter uiuentium. Sed quæ in hac suauitate delectatur, tanto minus in Deo sustollitur. Visum quoque, & auditum restringit a curiositate, quæ duo Salomō insatiabilia perhibet, & cæteros sensus per hoc reprimit, & a voluptate cohibet. Non pascit suauibus odoribus, cauet ab illicito tactu. Feminari enim familiaritatem cauet, et loquendi libertatē, quia de tali libertate venitur ad peccati seruitutē. Euenit enim aliquā illud vulgare quod dicitur, per malam custodiam egerit lupus lanam. Gulæ ergo vitium frænat, subtrahens sibi quod delectatio appetit, & cœdendens quod necessitas exigit. In penuria seruat patientiam, in abundantia temperantiam, cum Apostolo sciens abundare, & penuriam pati. Ibi ergo acquirit meritum vbi mali sibi accumulans peccatum. Qui in Iob dicuntur squalentes calamitate, & miseria, quia in vestiendo seruitur superbix, & in vescendo gulæ & concupiscentiæ. Deuota ergo anima dum temperanter cibos sumit, & aliquid sibi subtrahit quod appetitus exigit, & Deo libat etiam in vescendo meretur, & gratiam Deo myrrham offert, ita mortificationem exhibet in corpore, implet quoque etiam & hanc in mente. Resistit quoque carnali delectationi, vt si eam sentiat, nunquam consentiat. Iræ quoque motibus, & inuidiæ, cæterorumque vitiorum reluctatur. Cum conuitia sustinet, non respondet, non vincitur à malo sed vincit in bono malū, inimicos diligens, & pro eis intercedens, seruet tãto amore Christi, vt pro Christo mori, vel pro salute proximorum concupiscat. Quod & si non conceditur, quandam tamè vicè martyrii implet, vt scilicet cum aliquid eam sibi humanitatem magis delectat, magis sibi illud amputet, & abscondat, & eius appetitū occidat. Hæc myrrha probatissima merito iudicatur, quia tanta perfectione se Deo maculat. Digiti vero sponi pleni sunt myrrha probatissima, cum omni custodia

Quid significet digiti.

Quid probatissima Myrrha.

De mortificatione in omnibus.

Iob. 30.

seruās cor suum, innumeras cogitationes, & motus cordis discutit, & noxia repellens vitia recipit. Quia igitur pura approbat, impura reprobat, & gladio cõditionis peccata abscondit, atque mortificat, dum hæc perfecta discretione distinguit & peragit, digitos plenos habere probatissimam myrrham perhibetur.

*Quomodo Deus desideratur, & se subtrahit, & quomodo ad salutem adest, & exaudit.*  
Cap. XXXV.

Psellum ostij mei aperui dilectio meo. At ille declinauerat, atque transierat. Replicat sponsa quomodo vt dilectio fruatur minimas negligētias cauerit, quæ offensam ipsius pronocare poterunt. In locutione scilicet inutili, & superflua, vel cogitatione, in commodo corporali, vel libertate vaga, quæ per psellum, id est seram intelligi possunt. Sera enim cum parua sit & angusta, latitudinem tñ ostij concludit, vt nisi illa reserata patere non possit. Ita hæc minima nisi rescindantur, non dignatur dilectus ita venire ad animam, vt perfectè ad eam intret, & perfectæ gratiæ eam repleat. Parua negligētia obscurant animam, & impedimentum faciunt amplioris gratiæ. Quod sciens sponsa ab harū puluere cordis oculos custodit, vt dilectum videre per contemplationem possit, & plenius suscipere. Mundando itaque cordi amplius insistit, vt perfectius dilectus ad ipsam introeat, & quasi per ostium a quo se prius minus plene visitatam, & quasi per foramen tactam cognouerit. Sed declinat, & trãsit ab eã non recedens, sed in partem secedens. A dextris enim existens ne commoueat a cepto bono, sed non in facie illi apparet. Prope est enim omnibus inuocantibus cum in veritate, Desiderat quidem contẽplari eũ, & loqui cum eo facie ad faciem, quò solet homo cum amico suo. Sed faciem suam abscondit, cum ea, & in ea manens, licet minus ad se sentiat. Hoc modo quamuis ad eã diuertat, ab ea declinat, & trãsit ne extollatur, & meritis suis ascribat si eo pro voto fruatur. Cum igitur se magis dignam susceptioni eius exhibuerit, non illi se præbet sicut desiderat, sed ab ea declinat, vt in humilitate hanc conferuet, & desiderium eius amplius excitet, & perfectius impleat. Cum enim ex declinatione eius humiliata fuerit, & magis feruens, ex hoc, & meritum eius crescit, et plenius eũ suscipere digna fit. Tunc autem declinare dicitur, quando præsentiam suam sentire non dat, cum ei tamen præsens sit. Agit tunc anima laboriosè, quod prius delectabiliter agebat. In quo labore spiritualiter roboratur, et dum viriliter agit, confortatur cor eius vt fortiter toleret, & patienter expectet dominum, cum vel per aduersa affligit, vel consolationem subtrahit. Exercitiū quippe laboris mentem vsu roborat, vt ex eo vires capiat, & vt virtute laboris agit bona, ostendit

Cant. 5. Negligentias etiam minimas fugiat qui vult dilectio p̄sui. Quid psellus significet?

Cauenda sunt vitia minima.

Psal. 144.

Sponsus cui aliquando ab anima etiam propter nullam illius culpam se subtrahat.

Exercitiū laboris mentem roborat.

magis quam suauitate consolationis. Contem-  
 platioque feruorem excitat. Contem-  
 plationis itaque tempore feruor in Deum ex-  
 citatur, & hac transacta opus probatur, & uirtus  
 exercetur, uel dilectum ab ea declinare queritur,  
 quia ex parte comprehensus magis incompre-  
 hensibilis intelligitur, sicut psalmista dicit. *Ascen-  
 det homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Et  
 Salomon: *Quae suae sapientiam, & ipsa longius re-  
 cessit a me.* Quantum enim homo ad Deum ascen-  
 dit, tantum cum sublimem, & incomprehensibi-  
 lem inuenit. Vnde Iob: *Non inuestigabitur cum  
 audita fuerit uox eius.* Declinasse quoque eum  
 causatur, quia gustatum mens esurit, & deside-  
 rat, & quanto suauitatem eius percipit, tanto mi-  
 nus eisufficit, quod de illo apprehendit. Cogni-  
 tio bonitatis eius exiguum monstrat, quod acce-  
 pit, quereclam excitat, accendit ad amplius aman-  
 dum, & magis humiliat post accensam. Et quia  
 non ad uotum hunc habet, declinasse eum, atque  
 transisse causatur. Tota siquidem in amore eius  
 liquefcit cuius inspirationem accepit. Et hoc est  
 quod sequitur. *Anima mea liquefacta est, ut dile-  
 ctus locutus est.* Cum in mente loquitur dile-  
 ctus, emollescunt fortia, & quae prius dura uide-  
 bantur propter terrena oblectamenta, cum lique-  
 fit anima & ita calescit, mollescunt, & delectabi-  
 lia sunt, iuxta quod scriptum est. *Quae prius uole-  
 bat tangere anima mea, nunc pro angustia cibi  
 mei sunt,* amara tunc sunt dulcia, quia ita lique-  
 fit per amorem, ut parum sentiat quicquid cor-  
 pus cruciat. Resoluitur in lachrimas pra amoris  
 magnitudine, & sunt ei lachrimae eius panes  
 die ac nocte, quamdiu non conceditur ei con-  
 templari Deum suum. Vnde iterum conuerti-  
 tur dicens: *Quasi, & non inueni illum uocari,  
 & non respondit mihi.* Quae situm non inuenit  
 ad uotum, nec ad omnia quae petit, uel deside-  
 rat respondit ei, ut sic exaudiat quomodo po-  
 stulatur, uel se exaudisse illi reuelat, sed eum non  
 exaudit ad uoluntatem, tamen exaudit interdum  
 melius ad utilitatem. Et cum non exaudisse  
 putatur, melius exaudit, quia concedit, quod ma-  
 gis expedire nouit, Paulum postulantem au-  
 ferri a se stimulum carnis suae, melius exaudivit  
 Deus cum hunc non abstulit, quia si abstulisset  
 saluus non esset. Itaque cum non respondere  
 putatur, melius respondet, immo uero uerba, at-  
 que desideria quibus respondeat ipse in anima  
 format. Ipse enim postulat, id est postulantem  
 eam facit, & respondet, dum quae expediunt con-  
 cedit. Interdum responderi sibi cupit quantas ha-  
 beat iniquitates, & peccata, scelera sua, atque de-  
 lecta ostendi sibi. In quo bene illi respondet,  
 cum conuictio omnia remittat, quae nec recolat,  
 nec unquam specialiter exposuit. Pro occultis  
 quoque periculis, uel necessitatibus in illum fi-  
 de, & amore transit, & uidentem omnia ut ipse  
 haec pro se uideat, & sibi subsequatur exposcit. Scit  
 enim multas esse necessitates suas, quas ipsa non  
 uidet, nec cognoscit, & multa se latere pericula,

quae eo minus timet quo minus nouit, & ideo  
 specialius ipsi committi contingit ut sibi subue-  
 niendo respondeat, ubi necessitates ipse nouit.  
 Quam responsum iuxta mensuram fidei suae  
 & amoris largam meretur. In hoc quoque  
 illi respondet quod nulla eius uox orationis, uel  
 desiderii sine merito est, quia ex charitate fit.  
 Si quoque aliquid petit quod non expedit, in  
 hoc respondet illi quod hoc non concedit, &  
 quod ipsa pia intentio petitionis praemio non  
 carbit. Cum itaque dilectum non sibi ad vo-  
 tum respondentem inuenit, consolationem, &  
 eruditionem quaerit in scriptura, & inuenit. Vn-  
 de sequitur: *Inuenierunt me uigiles qui circumie-  
 runt ciuitatem.* Dum sic amore dilecti, & in-  
 tentione quaerendi sollicitatur sponsa, inuene-  
 runt eam custodes, qui circumierunt ciuitatem, id  
 est praedicatorum, qui ad hoc praedicando discer-  
 runt, ut a falsa doctrina, & peccatis Ecclesiam  
 muniant, & descendant. Quorum dum doctri-  
 nam expetit, & de salute sua, ac profectu eos in-  
 terrogat, occurrunt ei, & inueniunt eam, atque  
 de diligendo amplius Deo erudiunt, & accen-  
 dunt. Et hoc est, quod sequitur: *Percussere  
 runt me, & vulnerauerunt me.* Amantem enim  
 sagittis uerbi Dei acutis percutiunt, & maiori  
 amore vulnerant. Nam istae sunt sagittae do-  
 mini, quas ardentibus effecit, id est amantibus  
 effectibiles fecit, Amantes enim penetrant,  
 sed a torpentibus resiliunt. Qui praedicatorum  
 etiam custodes murorum dicuntur, quia eos  
 quoque qui Ecclesiam gubernant, instruere sa-  
 tagunt. Hi etiam pallium sponsae tollunt, quia  
 quod ei adhuc de uetusta conuersatione inesse  
 deprehendunt, per praedicationis officium sub-  
 trahunt, & periculum siue peccatum, quod  
 eam latebat eruditione sua detegunt. *Interroga  
 patrem tuum,* ait scriptura, *& annuntiabit tibi  
 maiores tuos, & dicent tibi.* Quod quia aliqui  
 facere negligunt, in periculo mortalis peccati  
 errant, cuius pallio amicti uetstem nuptialem sa-  
 ritatis non habebunt.

*De amore dilecti, & eius qualitate,  
 Cap. XXXVI.*

**A**diuro uos filiae Hierusalem, si inuenertis  
 dilectum meum, ut annuncietis ei, quia a-  
 more languo. Quae sit sponsa per se dile-  
 ctum, eruditionem quoque praedicatorum  
 accepit, nunc deuotarum animarum orationes  
 expetit. Haec sunt enim filiae Hierusalem ex Deo  
 natae, & ad uisionem futurae pacis pertinentes.  
 Haec adiurat ut cum dilectum inuenerint, id est  
 per deuotionis gratiam praesentem habuerint,  
 amorem suum & desiderium illi nuncient, &  
 pro se preces offerant. Coelestes quidem Spiri-  
 tus, & Sanctorum animas cum Christo, regnan-  
 tes saepius interpellauit, & per Angelos quibus  
 praesentibus orare, atque psallere solebat preces suas  
 illis

Quomodo respondeat.

Quid facit dum quando non respondit.

Cant. 5.

Custodes quid significent.

Sagittae de manu.

Deut. 32.

Cant. 5. Filiae Hierusalem quae sunt.

illis nunciavit. Nam istae sunt etiam filiae Hieru-  
 salem quae pacem illam indefinenter contempla-  
 tur. Modo uero has filias Hierusalem (id est de-  
 uotas animas in terra commorantes) rogat. Iste  
 enim modus bonorum atque proficientium, ut  
 prius per se Deum quaerant, & mundando cor-  
 di insistant. Deinde ut de statu suo, & occultis  
 periculis peritos consulant, atque ut bonorum  
 orationes expetant, & familiaritatem diligant.  
 Cum enim bonorum orationibus se committunt,  
 & caritate, ac humilitate se eis familiariter iungunt,  
 contingere solet, ut ex desiderio quod in illis de-  
 prehendunt, ipsi quoque accendantur. Quos enim  
 tam ardentem Deum quaerere intelligunt, ex ma-  
 gna hunc parte iam nosse confidunt. Vnde ex af-  
 fectu quaerentes dicunt: *Qualis est dilectus tuus  
 ex dilecto, o pulcherrima mulierum, qualis est di-  
 lectus tuus ex dilecto, quia sic adiuuasti nos.* Dile-  
 ctus ex dilecto est Filius Dei ex patre, & qui di-  
 ligit filium, diligit & patrem, sicut qui uidet Filium ui-  
 det & patrem. Ex admiratione autem illius, &  
 desiderio ita inflammata anima deuota dilectum  
 repetit, & nominat, cupientes etiam & ipse  
 ab illa edoceri, & de ipsa percepta ab ea dilecti  
 dulcedine refici. Quam etiam pulcherrimam  
 uocant, quia pulchritudinem mentis habere, &  
 uirtutibus ornatam certissimè arbitrantur. So-  
 let quoque inter bonos haec esse humilitas, ut  
 melius de aliis, quam de se sentiant, & ea quae  
 ex scientia dicuntur (id est de interiori experien-  
 tia) proferuntur delectabilius audiant. Amantes  
 quoque de eo quem desiderant libenter loquuntur.  
 Solent enim deuoti cum de Deo locuturi  
 conueniunt, et collatione mutua magis in Deum  
 accendi, & ex confidentia quam habet inuicem  
 proferre quae de Deo sentiunt, uel intelligunt.  
 Solet quoque Deus in medio eorum esse, & gra-  
 tiam in eis cumulare qui propter ipsum cumu-  
 lantur, congregantur, & de ipso loquuntur. Vn-  
 de sponsa ad interrogationem de dilecto ampli-  
 us inflammata speciem eius exprimere, & be-  
 neficia sibi ab eo collata narrare incipit dicens.  
*Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus  
 ex millibus.* Candidus est, quia candor lucis aeter-  
 nae, & lumen de lumine. Candidus, quia immu-  
 nis est ab omni peccato, quia peccatum non fe-  
 cit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et rubi-  
 cundus, quia in passione sanguine suo est perfu-  
 sus in qua non erat species neque decor, ut de-  
 coram me faceret, & sanguis eius genas animae  
 meae ornaret, & deformatam me reformaret. Id-  
 circo dilectus meus mihi, quia ista pro me pa-  
 tiens, ista etiam mihi faciens. Qui etiam electus  
 est ex millibus, quia ex toto humano genere ne-  
 mo sine peccato, excepto eo. Nullus enim si-  
 militis ei in legiflatoribus, nec in millibus millium,  
 & decies centenis millibus, qui domino maiesta-  
 tis ministrant, uel ei assistunt. Non enim adaequa-  
 bitur ei aurum, uel vitrum, id est supernorum  
 cinium societas, quorum corda sibi inuicem, &

claritate fulgent, & puritate translucent. Et hoc,  
 quia non solum homo, sed Deus est. Vnde fe-  
 quitur: *Caput eius aurum optimum.* Caput eius,  
 diuinitas eius est, quia caput Christi Deus est.  
 Quod caput aurum optimum est, quia diuinitatis  
 bonitas omnibus quae ab ea facta sunt ante-  
 cedit, hoc est aurum terrae uiuentium, & aurum  
 terrae illius optimum est. Nam fulgens ut huma-  
 nis oculis, & a uiuentibus in carne uideri non  
 possit. Non enim uidebit Deum homo, & uiuet.  
 Ideo ergo dilectus meus, quia hoc caput eius,  
 hoc principale eius, hoc sublime quod uideri non  
 potest. Visura sum cum illa uita apparuerit, quia  
 tunc similis ei ero, & uidebo eum sicuti est. Qui  
 hanc geminam mihi felicitatem praestabit, quia  
 corpus humilitatis meae corpori claritatis suae  
 configurabit, & animam meam similitudini diui-  
 nitatis suae conformabit.

*De qualitate membrorum dilecti.  
 Cap. XXXVII.*

**C**oma eius sicut elatae palmarum, nigrae quasi  
 coruus. Elatae palmarum sunt spatulae, id est  
 rami productiores semper ad excelsa tendentes.  
 Expressit sponsa qualis sit dilectus in se, nunc ex-  
 ponere incipit qualis sit in membris suis. Cuius  
 comas uocat eos, qui illi fidei famulatu adherent,  
 & hos palme pariter & coruis similes memorat.  
 Palma inferius aspera est, & arctioribus cortici-  
 bus obuoluta superius tam uisum, quam fructu pul-  
 chra, & ampla. Sic membra Christi inferius du-  
 ra agunt, & aduersa patiuntur, & superius in ocu-  
 lis Dei pulchra sunt & fructuosa. Per dura quippe  
 corporis purgant, & proficiunt ad pulchritu-  
 dinem anime, & sublimitatem spirituale. Vnde  
 enim pulchritudinem supernam considerant, inde  
 inferius libenter laborant. Sunt namque oculi  
 eorum in capite suo, i. Christo, & capite ipsius au-  
 reo, id est diuinitate, illuc pertingere, illuc tende-  
 re, illius decore refici, & fulgore irradiari cupiunt.  
 Suspirant quippe ad illam uisionem, ad illud ui-  
 sum principium, & uidentur sibi dies pauci pra-  
 amoris magnitudine, & leuis tribulatio ad pon-  
 dus gloriae. Non enim sunt condignae passionibus  
 huius temporis ad gloriam futuram illius uisionis.  
 Consideratio gloriae, & retributionis deside-  
 rium in eis excitat, desiderium uero labores leues  
 facit, & sursum uehit. Vnde ergo superna consi-  
 derant, & concupiscunt, inde inferius roboran-  
 tur, & uide inferius roborantur, inde de labori-  
 bus triumphant, & in alta uirtutum crescunt. Pal-  
 ma enim ualde in altum ascendendo proficit, &  
 uictoriam sua significatione praetedit. Comae di-  
 lecti sunt sicut elatae palmarum, quia electi dum  
 semper ad alta uirtutum se efferunt, per Dei gra-  
 tiam quandoque ad uictoriam se perducent. In  
 imis uita eorum quasi multis corticibus uoluit,  
 dum innumeris tribulationibus angustat. In sum-  
 mis uero quasi pulchrae uiriditatis folijs ampli-  
 tudine

Caput dilecti.

Cant. 5.

Quae nam sunt comae.

De Palma, comparata membris Christi.

Quid faciat considero gloriae.

Palme proprietates.

Cur comae dilecti palmae assimilantur.



Cur dicantur nigra? Nigredo bonorum

Qui humilitatem habuerit Christo assimilatur. Boni nigri sunt apud se.

Cur oculi dilecti columbae assimilantur

Oculus dexter

Cur columbae super riuos aquarum resident?

Remedium efficax contra omnem errorem

Sancti quod nam dicantur, quod ne non laudantur.

Similitudo

tudine retributionis expanditur. Qui nigrae etiam dicuntur sicut corpus, nigredo bonorum est, quod peccatores se reputat, & peccatorum suorum verecundiam in vultu portant. Despectio nem quippe eligunt, contemptum equanimiter ferunt, vilia opera, & sordidum habitum non solum non refugiant, sed etiam appetunt, scientes in hac humilitate preciosum thesaurum latere. Hae est nigredo bonorum in qua se corpus simulant, vt Christo quoque assimilantur. Est. n. humilitas virtus Christi, quam qui habuerit Christi quoque similitudinem habebit, & quatuor per hanc fuerit inferior, tunc erit Christo similior, & apud seipsum humilior. Boni namque nigri sunt, & despecti apud se, sed pulchri, & preciosi ante Deum. Descriptis itaque comis dilecti, oculos ipsius describere incipit, dicens: Oculi eius sicut Columbae super riuos aquarum quae lacte sunt lotae, & residet iuxta fluentia plenissima. Oculi dilecti sunt contemplatiui, qui superna, & spiritualia cordis oculis contemplantur. Qui sunt sicut columbae, quia simpliciter viuunt, & simplicem habent oculum, id est intentionem, vt totum corpus eorum lucidum sit, id est quicquid agunt, vel intendunt propter Deum faciunt. Sunt quoque columbae ad fenestras oculorum suorum, quia ad terrena nec rapacitate, nec amore feruntur, habetem in his habentes visum, sed in spiritualibus & salubribus acutum & perspicuum. Ille est, oculus dexter, qui ne nos scandalizet, & in errorem subtilitate noxia perducatur scripturae documentis iugiter adhaeret. Et hoc est, quod super riuos aquarum esse perhibetur. Solent columbae super riuos aquarum residere, vt vmbra accipitris in aquis videant, & ita super aquam se proicientes vngues eius euadant. Ita boni vmbrae daemonum in scriptura vident, dum omnimodam deceptionem eorum ibi reperiunt, quibus non solum per aperta mala, sed etiam per occulta fallere solent. In qua etiam vident, quod modo per speciem boni, modo per intelligentiam falsam illudunt, quae a simplicibus & minus exercitatis in spiritualibus sana & perfecta creduntur. Contra omnem itaque errorem, vel impuritatem quam inimicus fuggeret, vel erroneus aliquis & seductus affirmaret eloquia diuina sunt inspicienda, & quae suggeruntur, vel adiunguntur his conferenda, vt recipiantur, vel confutentur. Hec enim sunt eloquia casta, argentum igne examinatum probatum a terrenis, & purgatum a septiformi Spiritu. Quicquid enim sacrae scripturae consonat & concordat quam Sanctus Spiritus condidit, sanum & integrum credendum est, & quicquid ab illa discordat, noxium reputandum. Sanum enim esse non potest quod a Spiritu Sancto aliquo modo discrepat. Solent quoque riuus oculos inspicientium clariore reddere. Ita scriptura inspecta cordis oculos perspicacior facit, quia declaratio sermonum Dei illuminat, & intellectum dat parvulis, qui enim sermones Dei elucidat illumina-

tur, & ad intellectum sermonum Dei dispositus est, mystici enim sensus dum inuestigantur mentem erudiunt, & sensum ad intelligentiam aperiant. Hae quoque columbae lacte sunt lotae, id est, dulcedine Matris Gratiae peccatis mundatae pariter & custoditae. Per consolationem enim spirituales amarescit, & vilescit delectatio, & mundicia terrena, & carnalis, & per hanc compungitur, vt de commissis poeniteat, & alia non committat. Item lotae hae columbae resident iuxta fluentia plenissima. Hae fluentia plenissima, sunt gaudia perfecta illius vitae iuxta quae residet, quia a terrena delectatione seu consolatione se remouent, & cognitioni atque contemplationi superiorum se conformare, & proximis facere student. Accubant enim inter terminos vt delectant requiem illam quia bona, & terram quia optima est. Extrema huius mundi eligunt, quia vitae subsidia ad sustentationem non ad voluptatem sumunt, vt ita in terminis eius commorantes, terminos quoque illius vitae aliquatenus contingant, & aliquid de illis gaudiis apprehendant. In termini accubant, quia & si hic corpore sint, illuc mente conuertantur, sicut dicit Apostolus, nostra conuersione in caelis est, Quia vero hoc mundo vtuntur tanquam non vtantur, & futuram requiem desiderant, & mente contemplantur, iuxta hae fluentia residere perhibentur. Quam requiem nequaquam per contemplationem vident, si non requiem mentis haberent. Vnde sessio hae iuxta fluentia requiem eorum significat, sedere enim quiescens est. Super riuos itaque aquarum positae, & lacte lotae iuxta plenissima fluentia resident, quia per scripturam illuminatae, et operatione atque dulcedine gratiae mundatae a peccatis et viciosis affectibus, quietem mentis, et puritatem cordis consecutae sunt. Per quae duo dulce poculum de illo fonte viuo hauriunt, et ipsum fontem sitiunt, dicentes, sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quia veniam, & apparebo ante faciem Dei? Qui vero adhuc imperfecti sunt, & infirmi, non sunt loti hoc lacte, quia etsi consolationis dulcedinem a Deo perceperunt, non tamen ita plenam a peccatis pariter & vitiis mundationem. Vnde iuxta fluentia hae resident, quia hanc quietem mentis nodum habent. Horum dulcis affectus siue gaudium non est perfectum vel purum, quia de minus mundato corde procedit. Cooperatur enim in eis vel naturalis leuitas, vel prosperitas aliqua, vel tentatio peccati occulta. Tales per dulce affectum interdum ad gaudium assuetum carnalitate deuoluuntur. Ignis enim carnalis concupiscentiae per tentationem adhuc vehemens est in eis, vnde hilaritate accepta quasi adhibitis lignis facile accenditur. Horum affectus cum in Deum dirigitur, contingit interdum vt ex occasione locorum status leuior factus in carnale mutetur, vt cum Spiritu ceperint carne consummant. Vnde aliqui in tali statu carnis motum, vel etiam maiorem fragilitatem patiuntur.

Columbae cur dicantur lotae lacte.

Quae sint fluentia plenissima.

Philip. 3. Residere iuxta fluentia quid sit.

Resident etiam aliter.

Imperfecti cum non sint loti hoc lacte, sapienter incidit in defectus.

Remedium.

Quomodo extinguatur falsa delectatio.

Cant. 5.

Quae sint genae dilecti, & cur pulchrae.

Charitas perfecta & uera.

Qui nam sunt pigmentarii?

Labia qui sunt dilecti

Facile persuadet, qui ita opere perficit sicut verbo docet.

Istis dulcis affectus vertitur in peccatum. Vnde cum carnis motu sentiunt, statim se retrahere ab hac dulcedine, & ad aliquod bonum conuerrere debent. Talibus magis expedit amara, quam dulcia, dura quam mollia, amaritudo scilicet & dolor poenitentiae, & labor pugnae contra oblectamenta carnis, vel propriae voluntatis. Noxia enim delectatio suo contrario melius curatur, & suauia sicut sensualitatem delectant, ita & vires eius faciunt. Per dura itaque & labores falsa delectatio extinguatur, & requies mentis acquiritur, vt iuxta fluentia hae sedeatur, & superna aliquatenus contemplantur.

De membris dilecti. Cap. XXXVIII.

Genae eius sicut areolae aromatum consistunt a pigmentariis. Genae sunt martyres qui sanguinem suum pro fide Christi fundentes, quasi genae in facie sponsi rubent. Merito pulchrae, quia totum corpus Ecclesiae ornauerunt, cuius membra fuerunt. Magnus in eis ardebat ignis amoris quos sic ad tormenta inflammabat. Magna intus dulcedo, quae mortem amarissimam, dulcorabat. Hae est charitas dilectio scilicet Dei, dilectio summi boni, fortis vt mors, immo fortior morte. Hae in Martyribus corporis desideria mortificauerat, & ideo ipsum corpus morti exponere praenolebant. Viuebant tales spiritualiter, non carnaliter. Viuebant iam non ipsi, sed viuebat in eis Christus. Vnde pro Christo mori poterant, qui in ipsis viuebat, & cuius Spiritum habebant. Hae sunt genae dilecti, quae in facie militantis Ecclesiae rubebant per martyrii poenam, & in triumphante rubent speciali decore per areolam. Quae sunt sicut areolae aromatum, & virtutibus repletae, quae virtutes morte aromatum suauem refectionem habent pariter & odorem. Mentem enim quam replent delectabiliter reficiunt, & bonae opinionis, & exempli odorem ad alios emittunt. Iste areolae consistunt a pigmentariis: Pigmentarii sunt praedicatores, medici spirituales languoribus animarum eruditione sua medentes. Hi preciosum pigmentum fidelibus composuerunt, dulce poculum, spirituales videlicet sententias quibus nos imbuerunt. Ab his pigmentariis consistunt hae areolae, quae virtutes ab eis descriptae sunt, & in libris conscriptae, de quibus subditur: Labia eius lilia stillantia myrrham primam. Labia dilecti sunt praedicatores, quia verba eius loquuntur, & voluntatem eius annunciant. Quae labia sunt sicut lilia, quia candorem habent innocentiae, & odorem bonae famae. Pulchra est, & redolet eorum doctrina, quia ornata eam & commendat vita munda. Roborat enim praedicationem eorum boni operis exemplum, & facile persuadent, qui ita opere perficiunt sicut verbo docent. Quia ergo faciunt quod docent, candent & redolent. Isti sunt per-

ti medici prius curantes seipso, & de remedio morbi proprii edocti ad cognoscendos & curandos morbos alienos. Stillant autem myrrham primam, quando in primis seipso mortificant, & sic mortificationem aliis praedicant, incipientes facere, & sic docere. Myrrha quoque prima est poena martyrii, quam stillant fidelibus, quoniam praedicant corpus exponendum morti potius, quam a Deo recedendum, vel mortale committendum. Mors etiam Christi est myrrha prima, quam specialiter praedicat. Ipse enim est caput martyrii a quo maxime cepit martyrium, & per quem roborati sunt fideles ad martyrium perferendum. Myrrha prima est optima, vnde designat mortem Christi, quae fuit optima, quia totius mundi redemptio. Hanc stillant hae labia, id est praedicatores, & hanc imitandam proponunt fidelibus, et semper in memoria habendam. Hae cogitata stultos carnis mitigat, tentamenta inimici extinguit, in desperatione consolatur, delet peccata, mortificat vitia, roborat mentem, confert gratiam. Mors Christi dolores eius atque labores et merita nostra, non ipsius sunt. Omnia enim quae fecit, vel pertulit, non sibi, sed nobis meruit. Ad tribunal quoque Christi venientes in morte, et meritis ipsius maxime debemus fiduciam ponere, et pro commissis malis, vel omisis bonis, hae inimico accusanti opponere. Mors itaque Christi myrrha prima est, myrrha optima, quia omnia mala nostra mortificat, tam potens vt nihil ita sit ad mortem, et mortem aeternam, quae non soluat, et niuifcet. Sequitur: Manus eius tornatiles, aurcae, plene hyacinthis. Manus dilecti sunt bonorum opera, quae sunt tornatiles, quia sunt resecta atque perfecta. Sicut tornatura resecta, et polita voluitur, et nihil inaequale, nullum obstaculum in se patitur, ita boni nihil reprehensibile operantur, nihil agentes in quo proximus offendatur, vel scandalizetur, vel infirmetur. Recta est itaque polita operatio bonorum, quia sola caelestia quaerunt non declinantes ad dextram vel sinistram, sed regia via incedentes. Regunt enim se, et dirigunt ad id quod salubre est, et expedit, non ad id quod humana cupiditas expetit. Exercent se magis vbi maior est profectus, et ibi minus vbi minor est utilitas. Multi enim circa minima valde solliciti sunt, maiora negligunt, opera de genere bonorum exercentes sed non in charitate facientes. Castrum quidem animae suae multis operibus muniunt, sed vnum foramen inimico per quod intret relinquunt. Cuius castrum hae erit firma munitio, ut intentionem semper habeat homo mortale non committendi, et si commiserit, statim poenitendi. Et item sollicitudinem cognoscendi mortalia, et pro his quae cognoscere non valet occulte conterendi. Bonorum igitur operatio diuina est sapientia illustrata. Vnde manus istae aureae dicuntur, quia lucent per diuinam sapientiam, et non obscurantur.

Quando stillant Myrrham primam.

Myrrha prima, quae sit.

Meditatio passionis Christi quae efficiat.

Manus dilecti cur tornatiles.

Recta.

Multi circa minima solliciti, maiora negligunt.

Quoniam sit bona munitio castrum.

Manus cur dicatur aureae.



per peccatum vel per ignorantiam. Lucent quoque coram hominibus ad gloriam patris celestis, quia non fulcatur peccatis, vel indiscretionem, & omnia quae faciunt sunt propter Deum, & simpliciter intentione. Vnde subditur quod plenae sunt hyacinthis, quia sola spe & desiderio celestium sunt.

Quid sit qualis sit hyacinthus? & cur manus plenae dicantur hyacinthis.

Hyacinthus cum aura mutatur.

De bonis & perfectis.

Quid sit veter dilecti?

De elephante, & eius castitate, & continentia.

Coniugati qui sua voluptati serviant non sunt verè dilecti, sed possessio diaboli, nec in his habet Christus mansionem, sed diabolus potestatem habere potestatem super eos, qui coniugum ita suscipiunt ut suae libidini vacent, sicut equus & mulus.

Quid sit saphirus.

per peccatum vel per ignorantiam. Lucent quoque coram hominibus ad gloriam patris celestis, quia non fulcatur peccatis, vel indiscretionem, & omnia quae faciunt sunt propter Deum, & simpliciter intentione. Vnde subditur quod plenae sunt hyacinthis, quia sola spe & desiderio celestium sunt.

hyacinthus quippe lapis est aerei coloris, & viridis. Plenae sunt istae manus hyacinthis, quia omnis operatio bonorum, omnis intentio superni praemium quaerit, & Dei placitum. Propter hoc ad instar saphiri nitescit, & recens est in bono, ut Deo placeat, & Deo fruatur. Plenae sunt igitur hyacinthis, ut nullus in eis pateat locus vanae laudi, non hanc quaerant, non hanc oblatam aliquando recipiant, sed semper ad hunc lapidem, ad celestem speciem, ad illam preciosam margaritam respiciant, & pro hac omnia vilia reputent, & contemnunt. Lapis quoque istae cum aura mutatur, sic sunt boni, quia pro tempore mutantur. Modo enim rigorem exercent, modo clementiam, modo excessus emendant, modo dissimulant. Et haec faciunt non per negligentiam, sed per discretionem. Omnia siquidem tempus habent, & qui temporis opportunitatem non observant, utilitatis se fructu privant. Interdum enim melius toleratur malum, quam reprehenditur. Pro tempore itaque, & moribus hominum se mutant, nec hac mutabilitate sunt instabiles, sed firmi, & stabiles. Quia dum mutantur ut causas melius ad effectum perducant, in his quae facere intendunt semper prosperantur, & mutabilitatem impedimenti non patiuntur; Mutant enim modum, sed non animum, & manet eadem intentio, & si non eadem actio. Sequitur: *Venter dilecti tui eburneus distinctus saphiris.* Venter dilecti sunt boni coniugati casti se habentes, & videntes hoc mundo tanquam non videntur. Elephas autem castus est animal, & frigida natura.

Vnde & eos significat qui non ideo copulantur, vel carnaliter se cognoscunt ut libidini satisfaciant, sed vel causa generandae prolis, vel vitanda incontinentiae. Nam prolis intentio habet meritum, vitanda incontinentia, veniam, nam eam excusat matrimonium, causa libidinis damnationem, quia est mortale peccatum. Coniugati itaque qui voluptati suae serviunt non sunt verè dilecti, sed possessio diaboli, nec in his habet Christus mansionem, sed diabolus potestatem habere potestatem super eos, qui coniugum ita suscipiunt ut suae libidini vacent, sicut equus & mulus. Venter autem sponsi distinctus est saphiris. Saphirus lapis est speciem sereni caeli habens. Vnde bonos coniugatos designat, qui celestibus disciplinis imbuti sunt, superna meditantur, & sapiunt. Hi sunt distincti saphiris, quia inter mundanos actus celestia quoque opera faciunt. Quamvis enim divisi sunt ut cogitent quae mundi sunt, quomodo placeant coniungi, cogitant nihilominus celestia, & quomodo placeant conditori. Haec est distinctio saphiri, ut in carne ambulantes non secundum carnem militent, sed eorum conversatio in caelis est.

Vnde & eos significat qui non ideo copulantur, vel carnaliter se cognoscunt ut libidini satisfaciant, sed vel causa generandae prolis, vel vitanda incontinentiae. Nam prolis intentio habet meritum, vitanda incontinentia, veniam, nam eam excusat matrimonium, causa libidinis damnationem, quia est mortale peccatum. Coniugati itaque qui voluptati suae serviunt non sunt verè dilecti, sed possessio diaboli, nec in his habet Christus mansionem, sed diabolus potestatem habere potestatem super eos, qui coniugum ita suscipiunt ut suae libidini vacent, sicut equus & mulus. Venter autem sponsi distinctus est saphiris. Saphirus lapis est speciem sereni caeli habens. Vnde bonos coniugatos designat, qui celestibus disciplinis imbuti sunt, superna meditantur, & sapiunt. Hi sunt distincti saphiris, quia inter mundanos actus celestia quoque opera faciunt. Quamvis enim divisi sunt ut cogitent quae mundi sunt, quomodo placeant coniungi, cogitant nihilominus celestia, & quomodo placeant conditori. Haec est distinctio saphiri, ut in carne ambulantes non secundum carnem militent, sed eorum conversatio in caelis est.

Quamvis enim divisi sunt ut cogitent quae mundi sunt, quomodo placeant coniungi, cogitant nihilominus celestia, & quomodo placeant conditori. Haec est distinctio saphiri, ut in carne ambulantes non secundum carnem militent, sed eorum conversatio in caelis est.

lestia, & quomodo placeant conditori. Haec est distinctio saphiri, ut in carne ambulantes non secundum carnem militent, sed eorum conversatio in caelis est.

Descriptio aliquorum membrorum dilecti, et Virginis Mariae laudes. Cap. XXXIX.

Crura eius columnae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Ipsi sunt qui reb. suis religiosos sustentant, qui bona temporalia illis impartiuntur, ut spiritualia ab eis recipiant. Qui enim recipit prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae recipiet. Qui iustum sustinet ad servendum Deo, non solum mercedis eius particeps erit, sed cum illo mercedem eius habebit. Ipsi sunt crura sponsi, quia his, qui circumveniunt infirmos visitantes, & ad eos, qui carne iuncti sunt venientes: horum non solum, ut Iob ostendit, via tori patet, sed etiam cum Tobia pergunt ad indigenas, & diuidunt vnicuique de facultatibus prout possunt. Qui ut columnae marmoreae sunt recti in scientia & opere, & infrangibiles a vitiis & peccatis. Recte & sanè sapiunt, nulla falsa doctrina, vel religione supplantati. Docent enim aliqui falsa sub specie religionis. Demones quoque in corde suggerunt falsam iustitiam, & falsam intelligentiam pro luce veritatis. Intendunt quippe aliqui arcum scripturae, & parant sagittas suas in pharetra sua, ut sagittis suis agitent in obscuro rectos corde, & quae dominus perfecit, id est perfecte fecit, & per Doctores exposuit destruant, & ad suum errorem inflectunt. Demones etiam quaedam subtilia & quaedam reuelationes in aliquibus operantur. Et item quaedam noua & insolita, quae curiosi & simplices mirantur, & venerantur. Bonorum igitur recta est & sana intelligentia, formantur opera sicut ex corde procedit vita. Rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit, nec ab inimico decipi qui suggestiones eius detegit. Item recti sunt boni & infracti, qui non curvantur, ut per eos transeant demones, sicut scriptum est de malo, incuruare ut transeamus. Nec franguntur ab iniustitia, ut tentationibus demonum consentiant, & in peccatum cadant. Sunt ergo recti, & erecti, quia & in se iustitiam seruant, & pro iustitia desideranda se erigunt, et iniustitiae opponunt. Quorum firmitas & constantia, non quibuslibet lapidibus, sed marmori comparatur, quia non visilis & communis, sed preciosa et rara. Neque fortitudo lapidum fortitudo eorum est, quia non durauerunt per insensibilitatem, sed per zeli rectitudinem. Ista columna fundatae sunt super bases aureas, i. super fidem Prophetarum, atque Apostolorum, Eadem quippe fides erat in Prophetis, et Apostolis. Quod illi credebant venturum isti credebant venisse.

Crura eius columnae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Ipsi sunt qui reb. suis religiosos sustentant, qui bona temporalia illis impartiuntur, ut spiritualia ab eis recipiant. Qui enim recipit prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae recipiet. Qui iustum sustinet ad servendum Deo, non solum mercedis eius particeps erit, sed cum illo mercedem eius habebit. Ipsi sunt crura sponsi, quia his, qui circumveniunt infirmos visitantes, & ad eos, qui carne iuncti sunt venientes: horum non solum, ut Iob ostendit, via tori patet, sed etiam cum Tobia pergunt ad indigenas, & diuidunt vnicuique de facultatibus prout possunt. Qui ut columnae marmoreae sunt recti in scientia & opere, & infrangibiles a vitiis & peccatis. Recte & sanè sapiunt, nulla falsa doctrina, vel religione supplantati. Docent enim aliqui falsa sub specie religionis. Demones quoque in corde suggerunt falsam iustitiam, & falsam intelligentiam pro luce veritatis. Intendunt quippe aliqui arcum scripturae, & parant sagittas suas in pharetra sua, ut sagittis suis agitent in obscuro rectos corde, & quae dominus perfecit, id est perfecte fecit, & per Doctores exposuit destruant, & ad suum errorem inflectunt. Demones etiam quaedam subtilia & quaedam reuelationes in aliquibus operantur. Et item quaedam noua & insolita, quae curiosi & simplices mirantur, & venerantur. Bonorum igitur recta est & sana intelligentia, formantur opera sicut ex corde procedit vita. Rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit, nec ab inimico decipi qui suggestiones eius detegit. Item recti sunt boni & infracti, qui non curvantur, ut per eos transeant demones, sicut scriptum est de malo, incuruare ut transeamus. Nec franguntur ab iniustitia, ut tentationibus demonum consentiant, & in peccatum cadant. Sunt ergo recti, & erecti, quia & in se iustitiam seruant, & pro iustitia desideranda se erigunt, et iniustitiae opponunt. Quorum firmitas & constantia, non quibuslibet lapidibus, sed marmori comparatur, quia non visilis & communis, sed preciosa et rara. Neque fortitudo lapidum fortitudo eorum est, quia non durauerunt per insensibilitatem, sed per zeli rectitudinem. Ista columna fundatae sunt super bases aureas, i. super fidem Prophetarum, atque Apostolorum, Eadem quippe fides erat in Prophetis, et Apostolis. Quod illi credebant venturum isti credebant venisse.

Crura eius columnae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Ipsi sunt qui reb. suis religiosos sustentant, qui bona temporalia illis impartiuntur, ut spiritualia ab eis recipiant. Qui enim recipit prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae recipiet. Qui iustum sustinet ad servendum Deo, non solum mercedis eius particeps erit, sed cum illo mercedem eius habebit. Ipsi sunt crura sponsi, quia his, qui circumveniunt infirmos visitantes, & ad eos, qui carne iuncti sunt venientes: horum non solum, ut Iob ostendit, via tori patet, sed etiam cum Tobia pergunt ad indigenas, & diuidunt vnicuique de facultatibus prout possunt. Qui ut columnae marmoreae sunt recti in scientia & opere, & infrangibiles a vitiis & peccatis. Recte & sanè sapiunt, nulla falsa doctrina, vel religione supplantati. Docent enim aliqui falsa sub specie religionis. Demones quoque in corde suggerunt falsam iustitiam, & falsam intelligentiam pro luce veritatis. Intendunt quippe aliqui arcum scripturae, & parant sagittas suas in pharetra sua, ut sagittis suis agitent in obscuro rectos corde, & quae dominus perfecit, id est perfecte fecit, & per Doctores exposuit destruant, & ad suum errorem inflectunt. Demones etiam quaedam subtilia & quaedam reuelationes in aliquibus operantur. Et item quaedam noua & insolita, quae curiosi & simplices mirantur, & venerantur. Bonorum igitur recta est & sana intelligentia, formantur opera sicut ex corde procedit vita. Rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit, nec ab inimico decipi qui suggestiones eius detegit. Item recti sunt boni & infracti, qui non curvantur, ut per eos transeant demones, sicut scriptum est de malo, incuruare ut transeamus. Nec franguntur ab iniustitia, ut tentationibus demonum consentiant, & in peccatum cadant. Sunt ergo recti, & erecti, quia & in se iustitiam seruant, & pro iustitia desideranda se erigunt, et iniustitiae opponunt. Quorum firmitas & constantia, non quibuslibet lapidibus, sed marmori comparatur, quia non visilis & communis, sed preciosa et rara. Neque fortitudo lapidum fortitudo eorum est, quia non durauerunt per insensibilitatem, sed per zeli rectitudinem. Ista columna fundatae sunt super bases aureas, i. super fidem Prophetarum, atque Apostolorum, Eadem quippe fides erat in Prophetis, et Apostolis. Quod illi credebant venturum isti credebant venisse.

Crura eius columnae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Ipsi sunt qui reb. suis religiosos sustentant, qui bona temporalia illis impartiuntur, ut spiritualia ab eis recipiant. Qui enim recipit prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae recipiet. Qui iustum sustinet ad servendum Deo, non solum mercedis eius particeps erit, sed cum illo mercedem eius habebit. Ipsi sunt crura sponsi, quia his, qui circumveniunt infirmos visitantes, & ad eos, qui carne iuncti sunt venientes: horum non solum, ut Iob ostendit, via tori patet, sed etiam cum Tobia pergunt ad indigenas, & diuidunt vnicuique de facultatibus prout possunt. Qui ut columnae marmoreae sunt recti in scientia & opere, & infrangibiles a vitiis & peccatis. Recte & sanè sapiunt, nulla falsa doctrina, vel religione supplantati. Docent enim aliqui falsa sub specie religionis. Demones quoque in corde suggerunt falsam iustitiam, & falsam intelligentiam pro luce veritatis. Intendunt quippe aliqui arcum scripturae, & parant sagittas suas in pharetra sua, ut sagittis suis agitent in obscuro rectos corde, & quae dominus perfecit, id est perfecte fecit, & per Doctores exposuit destruant, & ad suum errorem inflectunt. Demones etiam quaedam subtilia & quaedam reuelationes in aliquibus operantur. Et item quaedam noua & insolita, quae curiosi & simplices mirantur, & venerantur. Bonorum igitur recta est & sana intelligentia, formantur opera sicut ex corde procedit vita. Rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit, nec ab inimico decipi qui suggestiones eius detegit. Item recti sunt boni & infracti, qui non curvantur, ut per eos transeant demones, sicut scriptum est de malo, incuruare ut transeamus. Nec franguntur ab iniustitia, ut tentationibus demonum consentiant, & in peccatum cadant. Sunt ergo recti, & erecti, quia & in se iustitiam seruant, & pro iustitia desideranda se erigunt, et iniustitiae opponunt. Quorum firmitas & constantia, non quibuslibet lapidibus, sed marmori comparatur, quia non visilis & communis, sed preciosa et rara. Neque fortitudo lapidum fortitudo eorum est, quia non durauerunt per insensibilitatem, sed per zeli rectitudinem. Ista columna fundatae sunt super bases aureas, i. super fidem Prophetarum, atque Apostolorum, Eadem quippe fides erat in Prophetis, et Apostolis. Quod illi credebant venturum isti credebant venisse.

Crura eius columnae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Ipsi sunt qui reb. suis religiosos sustentant, qui bona temporalia illis impartiuntur, ut spiritualia ab eis recipiant. Qui enim recipit prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae recipiet. Qui iustum sustinet ad servendum Deo, non solum mercedis eius particeps erit, sed cum illo mercedem eius habebit. Ipsi sunt crura sponsi, quia his, qui circumveniunt infirmos visitantes, & ad eos, qui carne iuncti sunt venientes: horum non solum, ut Iob ostendit, via tori patet, sed etiam cum Tobia pergunt ad indigenas, & diuidunt vnicuique de facultatibus prout possunt. Qui ut columnae marmoreae sunt recti in scientia & opere, & infrangibiles a vitiis & peccatis. Recte & sanè sapiunt, nulla falsa doctrina, vel religione supplantati. Docent enim aliqui falsa sub specie religionis. Demones quoque in corde suggerunt falsam iustitiam, & falsam intelligentiam pro luce veritatis. Intendunt quippe aliqui arcum scripturae, & parant sagittas suas in pharetra sua, ut sagittis suis agitent in obscuro rectos corde, & quae dominus perfecit, id est perfecte fecit, & per Doctores exposuit destruant, & ad suum errorem inflectunt. Demones etiam quaedam subtilia & quaedam reuelationes in aliquibus operantur. Et item quaedam noua & insolita, quae curiosi & simplices mirantur, & venerantur. Bonorum igitur recta est & sana intelligentia, formantur opera sicut ex corde procedit vita. Rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit, nec ab inimico decipi qui suggestiones eius detegit. Item recti sunt boni & infracti, qui non curvantur, ut per eos transeant demones, sicut scriptum est de malo, incuruare ut transeamus. Nec franguntur ab iniustitia, ut tentationibus demonum consentiant, & in peccatum cadant. Sunt ergo recti, & erecti, quia & in se iustitiam seruant, & pro iustitia desideranda se erigunt, et iniustitiae opponunt. Quorum firmitas & constantia, non quibuslibet lapidibus, sed marmori comparatur, quia non visilis & communis, sed preciosa et rara. Neque fortitudo lapidum fortitudo eorum est, quia non durauerunt per insensibilitatem, sed per zeli rectitudinem. Ista columna fundatae sunt super bases aureas, i. super fidem Prophetarum, atque Apostolorum, Eadem quippe fides erat in Prophetis, et Apostolis. Quod illi credebant venturum isti credebant venisse.

Crura eius columnae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Ipsi sunt qui reb. suis religiosos sustentant, qui bona temporalia illis impartiuntur, ut spiritualia ab eis recipiant. Qui enim recipit prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae recipiet. Qui iustum sustinet ad servendum Deo, non solum mercedis eius particeps erit, sed cum illo mercedem eius habebit. Ipsi sunt crura sponsi, quia his, qui circumveniunt infirmos visitantes, & ad eos, qui carne iuncti sunt venientes: horum non solum, ut Iob ostendit, via tori patet, sed etiam cum Tobia pergunt ad indigenas, & diuidunt vnicuique de facultatibus prout possunt. Qui ut columnae marmoreae sunt recti in scientia & opere, & infrangibiles a vitiis & peccatis. Recte & sanè sapiunt, nulla falsa doctrina, vel religione supplantati. Docent enim aliqui falsa sub specie religionis. Demones quoque in corde suggerunt falsam iustitiam, & falsam intelligentiam pro luce veritatis. Intendunt quippe aliqui arcum scripturae, & parant sagittas suas in pharetra sua, ut sagittis suis agitent in obscuro rectos corde, & quae dominus perfecit, id est perfecte fecit, & per Doctores exposuit destruant, & ad suum errorem inflectunt. Demones etiam quaedam subtilia & quaedam reuelationes in aliquibus operantur. Et item quaedam noua & insolita, quae curiosi & simplices mirantur, & venerantur. Bonorum igitur recta est & sana intelligentia, formantur opera sicut ex corde procedit vita. Rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit, nec ab inimico decipi qui suggestiones eius detegit. Item recti sunt boni & infracti, qui non curvantur, ut per eos transeant demones, sicut scriptum est de malo, incuruare ut transeamus. Nec franguntur ab iniustitia, ut tentationibus demonum consentiant, & in peccatum cadant. Sunt ergo recti, & erecti, quia & in se iustitiam seruant, & pro iustitia desideranda se erigunt, et iniustitiae opponunt. Quorum firmitas & constantia, non quibuslibet lapidibus, sed marmori comparatur, quia non visilis & communis, sed preciosa et rara. Neque fortitudo lapidum fortitudo eorum est, quia non durauerunt per insensibilitatem, sed per zeli rectitudinem. Ista columna fundatae sunt super bases aureas, i. super fidem Prophetarum, atque Apostolorum, Eadem quippe fides erat in Prophetis, et Apostolis. Quod illi credebant venturum isti credebant venisse.

Cant. 5. Crura sp. s.

Demones reuelationes aliquibus ostendunt.

Non potest errare qui cum consilio vivit.

Marmoris cur comparatur.

nisse, quod illi sperabant & expectabant, isti cernebant, & habebant. Vnde quidam eorum loquitur dicens, *Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum.* Ista bases fuerunt aureae, quia lucebant per opera. Sine enim operibus est fides ociosa, sed per opera preciosa, & auro comparanda, quia informata caritate. Super has bases fundatae sunt crura haec & columnae, quia misericordes & recti super edificati super fundamentum Prophetarum, & Apostolorum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, qui duos parietes in se coniunxit Iudaeos videlicet & Gentiles, iustos & peccatores conuersos, homines in caelo Angelis sociavit. Sequitur: *Species eius ut Libani.* Haec sunt uirgines decorem Christi, & similitudinem habentes. Habet enim similitudinem Christi anima, quae caritatem habet, & plenius proficiens in morum correctione plenius hanc percipit. Cum aliquis penituerit, statim in ipsa contritione cordis, ex parte Dei similitudinem recipit, quam paulatim plenius, & in futuro perfecte possidebit. Hac similitudine omnes boni Christo conformantur, sed specialius uirgines, quae cum hac similitudine candorem & mundiciam habent vite, unde Libano comparatur, qui Christum significat, qui candidus interpretatur, proxima est ergo munditia auctori munditiae. Vnde quia hunc specialem decorum uirgines obtinent, bene species dicuntur. Et quia sine macula pollutionis sunt, agno sine macula familiarium iunguntur. Sequuntur quoque agnum quocumque ierit. Specialiter sequuntur cui se specialiter similes fecerunt. In carne praeter carnem vivere celestis vita est, non terrena. Vnde cum uirgines peccatum carnis domant, quod maxime humano generi praenale, & naturae inharet, quodam modo extra carnem sunt, et Deo qui spiritus est, similes sunt. Sunt ergo species Christi sicut species Libani. Libanus enim est Christus, nec tantum est candidus, sed et candidatio. Candidat enim, & decorat electos. Libanus quoque nobilium serax est arborum, sic Christus nobiles profert, eos scilicet quos per spiritum suum regenerauerat in libertatem, ut filii sint Dei & uere liberi, ne faciant peccatum, ne serui sint peccati. Inter has arbores sublimior & nobilior fuit beata uirgo, quae exaltata est sicut cedrus in Libano, id est Christus, quia non est sublimis per seipsam sed per Christum, & ab illo sublimata & electa, ut sic exaltet & creatori suo ipsa incrementum daret. Sublimis & nobilis arbor, quae sublimem hunc protulit fructum, Dei videlicet filium. Denique ipsa cedrus, quae creuit in Libano, id est Christo, & dum Christum ipsa genuit, quasi Libanum cedrus produxit, & mons processit ex arbore cum Deus prodiret ex hofe. Hoc est nouum & inauditum, quod Deus fecit super terram, ut cedrus proferret Libanum, arbor montem, mulier circumdaret uirum, id est Deum & quem mundus non caperet hunc uirgo in uero suo concluderet. Species itaque Christi

Iob. 5.

Utilitas contritionis.

In carne uiuere praeter carnem celestis vita est.

Libanus quid sit.

sunt uirgines, sed beata uirgo specialis eius species, quae speciem suam nunquam per aliquod peccatum mortale, vel veniale maculauit. Vnde speciem eius Rex caelestis concupiuit, in ea carnem sumens, amplius hanc speciem decorauit, quia ampliori eam gratia repleuit. Mundo itaque tenebris obuoluto & deformato, adeo solem iustitiae speciosum forma praefiliis hominum edidit, & ita lumen caecitatis, & speciem deformitatis speciosam restituit. Ipsa igitur singulariter species Christi praeter omnibus speciosa, Christoque simillima, non solum speciem Christi ipsa habet, sed etiam in aliis hanc restituens. Maria itaque super homines est, in eo quod nunquam peccatum commisit sicut homines inter quos nullus inuentus est, qui faciat bonum & non peccet. Supra Angelos quoque est, quia eos puritate supergreditur, dum diuinitatem clarius illis contemplatur. Nec tantum peccatum non commisit, sed etiam aliorum peccata deleuit, nec solum in se lucida fuit, sed etiam lucis radios ex se emisit, quia per eam mundus lumen gratiae accepit. Inter diuina itaque & humana media & mediatrix est Maria, ut humana supergrediatur, dum tam sublimis per filium operatur. O mira dignitas de muliere procedere solem mundum illuminantem, de terra lucem radiare, per foeminae tenebras mundi in lucem clarescere. Per eam sol iste & ex eamundo fulsit, & clarior luxit, quia plenius corda illustrauit. Ita lux aeterna ex temporalis noua surrexit, & radios suos amplius dilatauit. Nec solum per eam lux gratiae in terris, sed etiam visio Dei animabus data est in caelis. Haec beata est illud signum magnum in caelo, mulier amicta sole, quia sol diuinitatis infulget ei, & circumfulget eam, & totam occupat, & post eam maxime illustratam caeli cines illuminat. Ipsa solis huius splendorem primo, & praeter omnibus suscepit. Ipsa amicta est hoc sole, & perfecte et precipue diuinitatis fruitione perfunditur. Et quasi hanc induit, dum tantam eius plenitudinem accepit. Ideo uero hoc sole amicta est in caelo, quia in terra perfecte Christum induerat, sicut dicit Apostolus. Et gratia plena fuit. Est autem luna sub pedibus eius. i. Ecclesia triumphans, quia inferior est, & post eam hoc sole illustrata luna defectum patitur, & ideo quia omnis homo praeter eam defectum aliquem habuit, illustrari ab hoc potest, non aequaliter uestiri. Exaltata est haec beata quasi cedrus, sublimata est sicut Christus, & si tantum quantum Christus, Christus minimus fuit in Regno caelorum, id est in praesenti Ecclesia, Maria humillima fuit omnium quae fuerunt in terra. Ideo ad hoc sublimata, ut summum omnium conciperet, & post eum summa omnium fieret. Bene secum Christo humiliauerat, quae cum Christo sublimanda erat. Sicut Christus ad dexteram patris, ita ipsa ad dexteram filii. Christus super omnia manuum suarum opera, Maria supra eadem opera

Maria speciosa Christosq; simillima.

Supra Angelos est.

Declarat B. Mariae excellentia.

Luna sub pedibus q; nam sit.





rita electis meis sunt communia. Non enim tantum sunt singula singulorum, sed omnia omnium. Veni ergo adhuc uniuersa simul percipienda, quia tibi parata sunt omnia, noua cum veteribus seruauit tibi, antiqua scilicet & recentia meorum merita, ut omnibus oblecteris, omnibus potiaris, de omnibus fatieris. Mellui myrram meam cum aromatibus meis: myrram mellui in martyribus; aromata in confessoribus & bene uiuentibus. Martyrum myrra ad messem venit, nam eorum amaritudo transit, & ad fructum perueniunt, nam premia pro labore perceperunt. Confessores de peccatorum suorum confessione, & laudis meae, transferunt ad confitendum nomini meo ad laudem sine labore, ad laudem pacis, & meae uisionis. Erant aromata confessorum, nam bonae uitae exemplo alios resecerunt, & bono odore fragrauerunt. Myrrham quoque meam mellui, nam mortis meae acerbiteriam & poenam consummaui, sed per hanc mebris meis fauua salutis gaudia comparavi. Cuius passionis gustus amore mihi sapiunt, sed confectum ex illa redemptionis humanae aromate suauiter reficit, nec martyrum myrra, nec confessorum aromata haec gaudia percepissent, si non mortis meae myrra percepisset. Sanguis meus flammam extinxit gladium ante paradysum collocatum, quo extincto Cherubin quoque quem simul obstruxit homini non negat aditum, quem sui creatoris nouit sanguine redemptum. Nec solum hunc ad suam societatem, sed ad scientiam recipit similitudinem, Cherubin enim plenitudo scientiae dicitur, & homo similitudinem scientiae recipit, ut cognoscat perfectum, & sicuti cognitus est, qui hic experte cognouit. Comedi fauum cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo. In passione amara mea pertuli, sed nunc resurrectionis dulcia percipio. Tunc affatus quasi piscis, nunc mel glorificae humanitatis comedo. Et qui eram quasi despectus, & nouissimus virorum, nunc gloria & honore coronatus super omnia patris sum constitutus, & non tantum super omnia hominum, sed etiam Angelorum, fauum cum melle comedo, quia glorificata humanitate cum gloria diuinitatis in me fruor, & in membris meis eadem percipio, haec est dulcedo mea, haec deliciae meae cum similibus hominum, haec epulae, hoc conuiuium. Hoc mihi cibus & potus est, ut melle dulcius haec comedam, & uino, & lacte iucundius, ac delectabilius bibam. His deliciis fruor, & eisdem membra mea cibo & potu: nam fauus mellis mihi erant dulces in moribus & operibus, uinum & lac sapientes & simplices, ad quod conuiuium soror & sponsa ueni post labores.

Myrrha in Martyrib. & aromata in confessoribus percipitur.

Quid sit fauum cum melle comedere.

De assumptione Mariae, & eius laudibus. Cap. XLII.

**Q**ua est ista quae ascendit, & transiens descendit. Quo tendit aut quid portendit floribus operata? Pape, furem non offendit opibus referta, uirgo singularis. O praedo iam praedaris, praeda factus uirginis. Haec est hostis Holoferni, mulier Haebraea, quid Iudaeos Amaspernis, Hester est Iudaea, Mardocheo crucem sternis, punieris ea. Singularis ferus, Rex est Aethiopus, Hester magni nominis, haec est illa uirga Iesse, quam fert Esaias de radice natam esse, cuius flos Messias, passionis suae messis strauit mundi uias, fructu centenario, cum sexagenario, atque tricenario. Haec est Sunamitis illa, quae David seruiuit. Ista Tahel tam pusilla Sifaram contriuit. Haec est Regina Saba, quae Regis adiuit Salomonis regno, cuius sapientiam audiuit in sacratio, haec de manu Pharaonis suum saluat masculum, haec est uellus Gedeonis, rore ditans vasculum, haec est ueri Salomonis singulare ferculum, & turris eburnea, a toto resurgens aurea, tota delectabilis, haec est in quo se reclinat Rex, reclinatorium uiatorum dum declinat, haec est diuersorium caput super hanc inclinatum, non habens turgurium, Rex aeternae gloriae. O quam dulcis est memoriae mater tam laudabilis, haec est arbor inflammata, sed comburi nescia: stella Iacob procreata, ueri solis nuncia, porta semper obserata, soli Regi peruia, sed & arca foederis, allata David humeris, magno transfata iubilo. Luna tenens haec sub planta, sole stat circumdata, talis extat & tam sancta, tot habens carismata, tot figuras, signa tanta, tot gerens aenigmata, quot sunt caeli sidera. O quanta sit considera, tu quisquis es in iubilo, istis suffulta flosculis, istis malis stipata, stat eruta periculis, in portu laureata, desiderantis osculis iam fruitur Beata coniuncta Trinitati. O plaudant iam renati. O iubilum quo iubilat, mater nato unita. O quam praecleara rutilat duplicibus uestita, translator non sic uentilat, fides allegat ita quod regnet iam cum Deo. Aue Maria gratia plena tecum sit Deus. Corruptionis nostrae quam somniat Iudaeus. Tabescat in fallacia seductor Sathuegus, na uere surrexisti o dulcis mater Christi reorum miserere. Aue Maria mater gratiae mundi Regina, mater misericordiae, salua nos a ruina, fons uitae, uena ueniae, uenire tunc festina cum morti appropinquamus, ut tecum ualeamus perpetuo gaudere, Amen.

Cant. 6.

IN

IN VISIONEM AZECHIELIS

Animalium & rotarum literalis explicatio.

PROLOGVS.

**M**ULTIS diuinae scripturae multo amplius dulcescunt, quando congruum in eis aliquem secundum litteram intellectum percipere possunt. Et tunc (ut eis uideatur) spiritalis intelligentiae structura firmiter statuitur quando in historici sensus solido apte fundatur. Superuacuum enim & inanem, quis possit solidum aliquid fundare, uel firmiter statueret? Cum enim mystici sensus ex earum congrua rerum similitudine eruantur, atque formentur, quae in littera proponuntur, quomodo nos ad spiritalem intelligentiam instruat in his dumtaxat locis, ubi ipsa sibi repugnat, uel nihil nisi friuolum resonat? Scandalizantur itaque saepe potius, quam edificentur, qui eiusmodi sunt, cum huiusmodi scripturarum loca incurrit. Econtra autem antiqui patres libenter accipiebant cum in huiusmodi scripturarum loca incidere, quae iuxta litteram stare non poterant. Ex his namque quosdam, quae scripturam sanctam recipiebant, sensus tamen allegoricos subsannabant, ex his inquam absurdis litterae locis compellebant ad spiritalem intelligentiam confugere, cum negare non audebant spiritum sanctum in quantalibet fatuitate litterae nihil inaniter scripsisse. Hinc contingit arbitror, ut litterae expositionem in obscurioribus quibusdam locis antiqui patres tacite praeterirent, uel paulo negligentius tractarent, qui si plenius insisterent, multo perfectius proculdubio, quam aliquis ex modernis id potuissent. Sed nec illud tacite praeterire, quod quidam quasi ob reuerentiam patrum nolunt ab illis omnia attendere, ne uideantur aliquid ultra maiores praesumere. Sed inertiae suae eiusmodi uelamen habentes, otio torpent, & aliorum industriam in ueritatis inuestigatione, & inuentione derident, subsannant, exsufflant. Sed qui habitat in caelis iridebit eos, & dominus subsannabit eos. Nos autem a patribus praeterita, cum omni aueritate suscipiamus, & ab ipsis omnia cum omni alacritate perquiramus, & sagaciter inuenta cum omni liberalitate in commune proferamus, ut impleatur quod scriptum est, pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Ecce mirabilem illam uisionem de caelestibus animalibus, quam Propheta Ezechiel uidit, Beatus Gregorius, secundum mysticam intelli-

gentiam exponit. Sed quomodo ad litteram stare ualeat, non dicit. De secunda uisione dicit, quod iuxta litteram stare non possit. Et hoc quidem uerum, sed secundum eam acceptionem, quam ipse ibi assignauit, na si eandem de qua hoc dicit litteram uelimus secundum aliam acceptionem discutere, fortassis etiam iuxta historici sensum ex ipsa poterimus congruum intellectum erueret. Certum idem in eadem Ezechielis expositione dicit, plerumque in sacro eloquio ideo aliquid obscure dicitur, ut dispensante mirabiliter Deo multipliciter exponatur. Multiplex itaque sacrae scripturae expositio nunquam respuatur, in quantum rationi consentire, uel utilitati deseruire uideatur. In quantum ergo quisque in hoc gratiam accepit, nemo dubitet cum omni diligentia querere eaque praecedentium patrum sagacitas, uel ex industria praeteriit, uel magis necessarium occupatione implicata explicare non potuit. De eo itaque libere, quod mihi uidetur de illa Prophetica uisione, nam fortassis haec nostra qualicumque expositio (& si non possit alienae solertiae satisfacere) poterit forte aliorum in hoc ipsum diligentiam, & quaerendi studium non nihil adiuuare.

Quando reuerenda est sacra scriptura multiplex expositio.

**DE** cetero de animalibus dicitur. Similitudo hominis erat in eis. Haec profecto hominis similitudo quantum ad litteram pertinet ex parte erat, & ex parte non erat, sicut subiecta declarant. Ex parte erat, quia faciem, & manus hominis habebant, & item ex parte non erat, quia pennas, & pedes uitulosos, & plures facies habebant, unde de eis additur: Quatuor facies uiri, & quatuor pedes uiri. Si caelestia animalia quatuor facies, & per quatuor partes habent, ergo contra terrestrium naturam sub eodem momento in omnem partem uidere ualent. Et pedes eorum pedes recti. Rectos pedes oportebat habere, ut possent in omnem partem (sicut ex sequentibus colligitur) sine ulla corporis conuersione incedere. Et planta pedis eorum quasi planta pedis uituli. Vitulinam plantam dicta animalia habere describuntur, ut non ex industria, uelut hominum, sed naturaliter munita intelligatur. Ut autem possent pari modo in omnem partem incedere, oportebat formam pedum uitulinam similitudinem nonnullam ex parte excedere. In hoc autem quod dicitur, quia scintillae erant in eis, uel potius ex eis quasi aeris candentis, ostenditur, quod facies igneas habebant, quae ardentes scintillas spargebant. Et facies & pennas per quatuor partes habebant. Certum si (ut superius dictum est) quatuor facies habebant, si eas (ut hic dicitur) per quatuor partes habebant, oportet ut in singulis partibus (quantum ad litteram spectat) non nisi solam haberent. Quatuor autem pennas habebant, ut equo quocumque uersu quaquaersum uolare potuissent. Notandum quod quatuor facies, quatuor pennas,

Ezech. 1.

Cur caelestia animalia quatuor facies habeant?

Cur pedes rectos.

Quatuor pennas,



Quare dicantur habere quatuor pedes, & quatuor manus, & numerus pedum non exprimat.

Quid sit reuerti, & non reuertenti.

Quomodo sine corporis conuersione ire & redire potuerint.

pennas, quatuor manus, & eiusdem numeri pedes habere, numerum tamen pedum non uidetur exprimeret, eo quod nec rarum sit, nec insolitum quatuor pedes habere. Iunctaque erant penne eorum alterius ad alterum. Incedentium itaque animalium tanta distantia erat, quanta extensarum alarum copula pati poterat. Non reuertebantur cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Cum in posterioribus dicitur sit. Ibant & reuertebantur, quomodo hic dicitur, quod incedentes non reuertebantur? Sed vide ne forte reuertebantur sub alio sensu ponatur hic, & sub alio ibi, si non facimus Prophetam mentiri. Idem enim uidetur hic sonare reuertebatur quod conuertebantur. In sequentibus autem idem uidetur sonare, quod redire. Reuertentes ergo non reuertebantur, quia reuerti, hoc est redire volentes non reuertebantur, hoc est non retro vertebantur, quia non conuertebantur. Hinc est, quod longe post de rotis loquens dicit. Cum ambularent in quatuor partes gradiebantur, & non reuertebantur ambulantes. Certè si per quatuor partes ibant, fuit eis necesse ire & redire. Quomodo ergo ambulantes non reuertebantur, nisi quomodo per subium. Et uerba determinatur. Statim namque adiungitur. Sed ad locum ad quem ire declinabat, quæ prima erat, sequebantur & cetera, nec conuertebantur. Ecce pro eo, quod prius posuit reuertebantur, eandem sententiam repetens ponit conuertebantur, & determinauit, quod prius obscure posuit. Sed quid inter hæc dicimus, nisi quod ad sententiam Beati Gregorii recurrimus, quod dispensante Deo idcirco obscure ponitur, ut multipliciter exponatur. Et absque dubio ex hac obscuritate scripturæ agitur, ut quamuis fortassis una sit expositio secundum literam, multiplex esse possit secundum mysticam intelligentiam; dicatur itaque de animalibus, non reuertebatur cum incederent. Cur autem sine ulla corporis conuersione ire, & redire potuissent, ostenditur ex eo quod subiungitur. Sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur, ac si aperte diceret. Idcirco non erat eis necesse corpus conuertere cum redire uellent, quia in eam etiam partem faciem habebant. Nos cum ad posteriora redire uolumus corporis conuersione necesse habemus, qui solam unam faciem habemus. Sed illa reuertebantur, nec retro vertebatur sed ante faciem suam gradiebantur, illam uidelicet, quam ad eam partem habebant, ad quam ire uolebant. Sequitur: Similitudo vultus eorum facies hominis, & facies leonis a dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor. Et facies Aquilæ desuper ipsorum quatuor. Ecce in sua descriptione quomodo quibusdam gradibus incedit. Primo dixit quod haberent quatuor facies, postea dixit, quod eas haberent per quatuor partes. Dicit modo nouissimè qualem in quam partem habere. Si dicta animalia pro mo-

re nostro dextrâ, & sinistram, & posteriora haberent, facile esset Prophetæ singulas partes exprimeret, & secundum eas figillatim facies distinguere. Sed hoc idcirco non potuit, quia omnis in eis pars anterior fuit. Fecit ergo quomodo potuit, unam faciem primo ponit, & secundum illam ceteras distinguit. Dicit ergo: Similitudo vultus eorum facies hominis. Quis nesciat, quod vultus in nobis præcipua, & principalior pars esse solet? Dicitur itaque, quia vultus hoc est prima, & principalior facies in eis erat facies hominis. A dextris autem illius humana facies ipsorum quatuor erat facies leonis. A sinistris autem eiusdem erat facies bouis. Notandum quod de Aquilina facie non dicit in qua parte & ipsa fuerit, quia ex præcedentibus hoc ipsum manifestum fuit. Illud solum dixit de quo si dictum non esset dubitari potuit, quæ ea vtrique facies cæteris eminentior fuit: Et facies, inquit, Aquilæ ipsorum quatuor erat desuper, hoc est cæteris superior. Et aures quidem solent habere (ut omnes nouimus) longiora colla cæteris animalibus: Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper. Quod dicit, & facies eorum, defectiua oratio est, quasi dicat, & facies eorum in hunc modum erant, & pennæ eorum extentæ desuper illas facies. Nam ad hoc præmittit & facies eorum, ut competentius inferat, quod de pennis dicere uolebat. Dux pennas singularum iungebant. Hoc idem aliis uerbis superius dixerat, sed repetit, ut addat: Et duæ tegebant corpora eorum. Non sic intelligendum est, quasi eisdem semper duabus alis corpora tegerent, & duabus solummodo alis volarent, cum utrumque utrisque sed vicissim facerent. Cum coram humana facie volare decreuissent duabus illis alis, quæ a dextris, & a sinistris eius erant id faciebant, & eisdem ipsis in contrariam partem, hoc est coram Aquilina facie volabant, duabus uero alis corpora tegebant. Cum uero coram leonina, uel bouina facie volare uoluissent, e contrario faciebant. Et unumquodque coram facie sua ambulabat. Videtur superius positam sententiam repetere, sed credo aliud quiddam hic ostendere. Superius docuit, quia corpus idcirco non conuertebant, quia in ea parte ad quam ire uolebant faciem, quam tequerentur habebant, & coram ea ambulabant. Hic mihi uidetur hoc dicere uelle, quoniam per tot partes irent in quot partes facies haberent. Idem est enim ac si diceret, unumquodque eorum coram qualibet facie sua ambulabat. Huic sententiæ astipulatur, quod sequitur. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. Verè coram unaquaque facie sua gradiebantur, quia ubicumque erat impetus spiritus, siue ad eundem, siue ad redeundum, siue in quamlibet partem diuertendum ita illuc gradiebantur, ut non conuertenterent, & inter eundem, & redeundum nulla corporis conuersione uterentur: Et similitudo animalium aspectus

Cur dicatur similitudo uultus.

Quare dicantur similitudine maris habere.

Etus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Ecce quod superius iam diximus, quoniam igneas facies habebant, qui calorem in modum carbonum ardentium, & lumen in modum lampadarum fundebant: Hæc erat visio discurrens in medio animalium. Splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Ista factis patent. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Ecce quod superius iam diximus, quia animalia ibant, & redibant. Sed quomodo putatis? In similitudine fulguris coruscantis. Celeritas stupenda, & solis cælestibus animalibus attribucenda. Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia. Non una sola tantum iuxta omnia, sed singulæ iuxta singula, sicut declarant sequentia. Apparuit itaque, rota una iuxta singula animalia. Sed qualis? Habens, inquit, quatuor facies, quomodo autem quatuor facies habuerit melius ex sequentibus patebit. Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris. Maris similitudinem dicuntur habere pro incredibili magnitudine. Et una similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum, & opera quasi si sit rota in medio rotæ. Cogitemus quasi duæ rotæ essent sibi iniuicem insertæ, & in unâ operis facturam pertransuersum coniunctæ, & tunc intelligere poterimus quomodo dicatur unaqueque quatuor facies habere: Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur cum ambularent. Hoc eodem modo de rotis dicimus quomodo superius de animalibus determinauimus. Statu- ra quoque erat in rotis, & altitudo, & horribilis aspectus. Quantum mihi uidetur quoties stabat, unisiformiter id agebat, nec passim in omnem se partem (ut in rotis nostris uidemus) ad standum erigebant, sed ubi superius designata illa, quasi duarum rotarum factura, hinc inde per transuersum in se reuebatur, & iniuicem copulabatur. Cui ita re uellent unam illarum partium semper in terra figebant, alteram in altum erigebat. Facile est ergo uidere, quod promptu eis esset post stationem in omnem se partem pari modo sine ulla corporis conuersione uolere, quæ (ut dictum est) quatuor facies habere. Possumus autem quod dicitur horribilis, & ad staturam, & ad altitudinem referre, ut intelligatur tantæ magnitudinis esse, ut esset horror aspicere, unde & superius dictum est de rotis, quod aspectus earum esset quasi uisio maris. Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsarum quatuor. Cumque ambularent animalia ambulabant pariter & rota iuxta ea, & cum eleuantur animalia de terra eleuantur simul & rota. Patent hæc omnia, nec egent expositione nostra. Quocumque ibat spiritus illuc euntes spiritus & rota pariter eleuantur sequentes eum. Spiritus enim uita erat in rotis. Videtur alius esse spiritus quem rotæ sequebantur, & alius eis inesse perhibetur: Et similitudo super caput animalium firmamenti quasi aspectus cristalli horribilis

lis & extenti super capita eorum desuper. Quod dicitur quasi cristalli horribilis, dictum puto pro enormitate magnitudinis. Sub firmamento autem penne eorum recte alterius ad alterum. Unumquodque duabus alis uelabat corpus suum, & alterum similiter uelabatur. Quando unum aliquod illorum duabus illis alis, quæ a dextris & a sinistris humanæ faciei erant corpus suum uelabat, similiter quodlibet cæterorum faciebat. Quando autem duabus aliis alis aliquod uelabatur, eadem corporis uelandi forma sub eodem tempore ab aliis seruabatur. Quomodo ergo quodlibet unum corpus suum uelabat, similiter quodlibet alterum uelabatur. Sonum quasi soni sublimis Dei dicit, eo quod tantæ magnitudinis esset, ut iure diuini dici debuisset, sicut cæterum Regium, uel Regis dignè dici debeat, quod Regiam audientiam deceat.

Resus de his rotis, uel animalibus alio loco legitur: Rota una iuxta Cherub unum, & rota alia iuxta Cherub unum. Species autem erat rotarum quasi visio lapidis chrysolithi, & aspectus earum similitudo una quatuor, quasi si sit rota in medio rotæ. Cumque ambularent in quatuor partes gradiebantur. Non reuertebantur ambulantes, sed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cetera, nec conuertebantur. Hæc omnia iam patent ex his, quæ superius iam dicta sunt. Sequitur: Et omne corpus earum, & colla, & manus, et pennæ, et circuli plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum, et omne corpus earum. Quod dicit earum, intelligendum est factam relationem non ad rotas tantum, sed etiam ad animalia; nam de utrisque fuerat præmissum. Cum enim dicat earum, annectit tamen quædam, quæ conueniunt tam animalibus, quam rotis, quædam uero quæ conueniunt rotis solis, quædam autem, quæ congruunt solis animalibus, nisi forte quis putet rotas habere colla, pedes, & manus. Uisitatius autem loqueretur, si eorum, non earum posuisset. Sed quia nouissimo loco de rotis locutus fuit, secundum genus, quod proximo loco posuit relationem reddidit. Tale est illud in psal- mi: Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, et filiarum suarum quas sacrificauerunt sculpsilibus Chanaan. Quas, non quos dixit, quamuis non ad solas filias relatio facta sit, nisi forte quis uelit dicere solas filias sculpsilibus sacrificatas fuisse. Sed quis hoc dicat? Quod hic dicitur omne corpus earum, tam de rotis, quam de animalibus intelligimus. Quod additur & colla, & manus, & pennæ, de solis animalibus. Quod autem postea dicitur, & circuli, de solis rotis oportet intelligi, & quod nouissimè apponitur in circuitu quatuor rotarum, & ad circulos tantummodo debet referri. Dicit ergo, quia plena erant oculis, omne corpus earum, & colla, & manus, & pen- ne;


Ezech. 10.

Psal. 105.



Ezech. 42. dras, scriptura vero appellat ethecas. Et mensus A est, inquit scriptura, tibecae in circuitu per tres partes contra uniuscuiusque limen. De quibusdam autem gazophilatiis ex industria hic praeterimus, de quibus tamen sicut & de coquinis suo loco dicemus. Hæc itaque pauca ad di-

pendiorum euidenciam summam prælibauimus, nunc ad singulorum discussionem latius vacabimus. Horum itaque quarum iam descripsimus formam huiusmodi representamus.



Quomodo, vel quam multis circumstantiis missi-

Cap. III.

Ezech. 40. Notandum sane in primis quis, a quo, vel quomodo, unde, vel ubi ductus sit qui hæc vidit, & scripsit, nobisque legenda reliquit. Facta est, inquit, super me manus domini, & adduxit me illuc. In visionibus Dei adduxit me in terram Israel. Propheta sane dominus erat qui ista videbat. A quo tamen ductus est, nisi per manum domini, vel quomodo quæso, nisi quomodo scriptura

B est in visionibus Dei? Adductus est autem in terram promissionis haud dubium ante quod de terra Babylonis, de terra ad terram tot terrarum spaciis interiectam. Quem quæso non moueat, quem iure mouere non debeat quod talis a tali, taliter, tanque longe adductus est ut videret, & audiret quæ postea scriberet, posterisque legenda relinquæret? Quis nisi insensatus negligenter audiat, vel negligere audeat quod scriptura sacra tot circumstantiis commendat? Sed nec ipsum tempus quidem in quo hæc vidit Propheta tacite præterire voluit. Nam & hoc ipsum fortassis ad visionis ipsius

ipsum commendationem pertinere præuidit. A Ezech. 40. In vicesimo & quinto anno transmigrations nostræ in exordio anni decima mensis quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est super me manus Domini, & adduxit me illuc in visionibus Dei. Iudaicæ iam captiuitatis multa tempora fluxerant, iam diu magna afflictione filii Israel laborauerant, & tam piæ, quam necessarium fuit eos inter tot dura & diuturna mala magnam aliquam consolationem recipere, & diuinæ erga se pietatis argumenta sentire, ne inter tot calamitates penitus deficerent, & de diuino adiutorio funditus desperarent. Sed quis magnum, immo supra hominem esse dubitet quod Propheta Domini per manum domini deductus in visionibus Dei videt? Adduxit me, inquit, in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad austrum, & introduxit me illuc. Non negligenter prætereundum quod ostensum ædificium in monte nimis excelso dicitur constitutum. Multorum siquidem nobis intelligentiam claudimus si hæc negligenter consideramus, quod ex subsequenti- bus facile aduertimus. In hoc sanè ædificio interius atrium tenebat intimum locum, sed templum proculdubio tenebat summum. Hinc est quod in nouissimis huius descriptionis legitur, C Ezech. 43. vbi dicitur: Ista est lex domus, in summitate montis omnes fines eius, in circuitu sanctum sancto- rum est. Domum hic pro more suo dicit templum. Mons itaque usque in id loci in quo templum constructum erat paulatim ad altiora surgebat, & ad eum locum ab omni parte inclinabat, & ibi se in planam quandam, æqualemque planiciem expanderat, quæ templi structuram æquali eminentia circumquaque excipiebat. Si enim ab vna qualibet parte templum altius emerit, omnis eius finis proculdubio montis summitatem non teneret. Consideremus si placet prius hoc ædificium quasi in plano constitutum sit, ut forma montis, ædificiorumque situs postmodum rectius intelligi possit. Ut ex superioribus colligitur medius murus quo atrium exterius cingitur ab omni latere in oppositum latus quingentos cubitos includere comprobatur. Ut igitur incipiamus ab oriente ex his quingentis cubitis ducentos possidebat atrium exterius, in tertio vero centenario erat atrium interius, in quarto centenario templum situm fuit, & quintum centenario, & eo amplius post tergum reliquit. Hoc tamen secundum planæ superficiem considerationem dictum sit, nam ad hanc mensuram tumor montis non nihil adiecit, de quibus in loco suo diligentius considerare oportebit. Ex hac tamen consideratione facile aduertere licet contra quem locum mons altius intumesceret, vel cuiusmodi formam haberet, vel ex qua parte de uerior esset. Dicitur autem recta hoc ædificium habere similitudinem ciuitatis eo quod esset vn-

diq; cinctum muris, firmatum portis, multis stipatæ ædificiis. Et ecce vir cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Stabat autem in porta. Vir iste qui speciem æris habere describitur imaginem non terreni, sed cælestis portare videtur. Cælestia ergo de cælesti, sublimia de sublimi sperare debemus, & ea quæ dicit, vel facit studiosa mente pertractemus. Sed quod vir iste cælestis funiculum, & calamum mensuræ ad ædificium dimetiendum in manu portat, utinam ad hoc saltè apud fastidiosos auditores valcat, ut nemo nos reprehendere audeat, cum nos viderit singulorum ædificiorum situm, qualitatem, & mensuram subtiliter quærere, & inuestigare, & cum tanta diligentia assignare, & singula quæque prout possumus, vel scripturæ auctoritate, vel rationis attestacione probare. Sed ne fortè quod hucusque dictum est ad horum commendationem minus sufficiat, audiamus adhuc quid idem vir dicat, quid de his domini Propheta præcipiat. Et locutus est, inquit, ad me idem vir, filii hominis. Ibidem. vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi, quia ut ostendantur tibi adductus es huc, annuncia omnia quæ tu vides domui Israel. Situs, & mensuram ædificiorum visu, ritus & modum ceteroniarum auditu percipere iubetur, & ad singula cor apponere: subtiliter intelligere, memoriter retinere, nec sibi soli tantæ scientiæ talenta auarè retinere, sed nec illi vel illi, immo domui Israel omnia annunciare. Quem obsecro nequeat cælestis oculi tanta contestatio attentum vel attonitum reddere, & ad horum intelligentiam desiderio in flammare? Sed ad id nunc redeamus, quod eundem virum in porta stare audiuimus, ad quem trium murorum prædictorum hæc porta uideatur pertinere, ex eo quod in subsequenti- bus adiungitur possumus aduertere. Et venit ad portam, inquit, quæ respiciebat viam orientalem, & ascendit per gradus eius. Proculdubio alia est porta ad quam venit, & alia porta de qua venit, in qua & prius stetit. Sed luce clarius constat portam ad quam veniebat esse atrii exterioris, non atrii interioris. Hoc enim sequentia tam aperte indicant, ut nostra probatione non egeant. Sed si de aliqua atrii interioris porta ad hanc orientalem portam quam primo loco metitur veniret, per eius utique gradus descendere, non autem ascendere haberet. Sed dicitur: Et ascendit per gradus eius. Sed ne hoc de alia aliqua atrii exterioris porta possumus accipere, manifestata ratio videtur contraire. Primo enim, in atrio exteriori Orientalis portæ mensuram accipit, & postea ad alias dimetiendas per ordinem transit. Cur quæso primo loco eius mensuras non caperet in qua primo stetit, si hoc de alia aliqua atrii exterioris porta intelligi voluisset. Patet ergo quod extimi muri hæc porta fuerit in qua primo loco stetit, Pars II. L 2 stetit,




stetit, de quo muro licitur: *Ecce murus foris in circuitu domus undique*. Sed quia de hoc muro, eiusque mensura adiuncto scripturæ testimoniis sufficere superius dixisse me credo, hic eadē replicare deuito. *Et in manu viri calamus mensura sex cubitorum, & palmo*. Mensuram calami hoc loco diffinit, quod superius cum de eo loqueretur minimè determinauit. Cur quæso in hoc calamo ad sex cubitos palmus adicitur, nisi quod inter metiendum ex ea parte apprehenditur atque tenetur? Quotiescunque igitur calami mensuram metientem Prophetam colligere auidimus, nihil aliud (quamuis quidam aliter audent) quam sex cubitos intelligere debemus. Hinc est quod thalamus calami mensuram prius habere describitur, & postea per recapitulationem de eodem scribitur. Thalami autem sex cubitorum erant hinc & inde. Multipliciter sanè id ipsum probari valet, quod per seipsum satis diligens lector inueniet. *Et mensus est*, inquit, *latitudinem aedificij calamo vno: altitudinem quoque calamo vno*. Si ad totum refertur quod hic de quodam nescio quo aedificio dicitur, totius descriptionis veritas & auctoritas euacuatur. Nonne obsecro multo rectius, multoque conuenientius est ad partem referre, quam ad totum referendum totum euacuare? Nonne magis congruum, rationeque consentaneum videtur esse, credere scripturam hoc loco cuiusdam aedificij mensuras describere, quod iuxta seu supra portam erat in qua virum stare, & necdum quoque recessisse comemoratur? Sed nunquid quia simul scriptura totum aedificium nominauit, hoc vocabulo deinceps partem designare non potuit, vel non debuit? Nonne totum similiter domum nominauit, & tamen hic nomen in subsequenti ad partem referre non timuit, cum dicit, & erat interior domus in lateribus domus? Quid si hoc ipsum aedificij nomen inuenimus ubi ita positum sit, ut omnino ad totum referri non possit? Et erant ante aedificium gazophylata, & via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylatorum quæ erant in via aquilonis. Sed vel hoc solum debet nobis in hac re fidem facere, quia si hoc hic aedificij nomen volumus ad totum referre, omnium quæ hic dicuntur (ut dictum est) conuincimur si dem cassare. Puto tamen neminem esse tam improbum, neminem tam posse inueniri proteruum, quem in hac parte in tam aperta ratione nobis contrariare non pudeat, qui in hac nos sententia reprehendere non erubescat, cum cætera omnia iuxta nostram expositionem ad litteram posse stare perpexerit, si in tam perspicua veritate sapientum intellectum non subsannauerit. Sed hæc hæc hæc nunc ad litteram expositionem redeamus.

Ezech. 40.

*Et mensus est latitudinem aedificij calamo vno altitudinem quoque calamo vno*. Si dixisset mensus est latitudinem cuiusdam aedificij in eo loco quo prius stetit, si hoc inquam dixisset, omnem ambiguitatem tolleret. Nec tamen quia hoc non di-

xit veritatem abstulit, sed pro more suo obtulit. Sed vnum ex subsequentibus intelligi cogit, alterum ex præcedentibus innuit: nam quoniam virum qui hæc metiebatur de porta qua prius steterat necdum recessisse memoratur, & loco hoc aedificium coniunctum fuisse manifestè innuit. Quid autem illud dicimus esse quod cum dicat de latitudine & altitudine, omnino tacet de longitudine, cum naturaliter semper prior sit longitudo quam latitudo, vel altitudo? Sed attende quam artificiosè in eo quod latitudinem dixit, longitudinem non tacuit. Vbi enim longitudo & latitudo æqualis est in quacumque parte, latitudo rectè dici potest. Tacendo ergo quod prius dicere debuit, eandem esse longitudinem & latitudinem satis argutè ostendit. Quod autem de hac vna porta dicimus, hoc de duabus reliquis extimi muri portis rectè intelligimus, quæ uis scriptura manifestè id non dicat, sed magis subintelligendum relinquat. Neque enim oportuit in his eum diutius morari quæ per se poterant satis subintelligi. Vtrum autem hæc aedificia in ianitorum, vel excubiatarum ministeria deputanda sint, incertum habemus: nos tamen ea quasi ad excubiatarum officia supra portas locamus, secundum quod scriptum inuenimus. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die et nocte non tacebunt laudare nomen domini*. Horum itaque quæ diximus tale exemplar formamus.



Notandum sanè quod alia translatio non aedificium, sed murum habet, ad quem sensum qui litteram nostram applicare voluerit, ab omni se quaestione absoluit, cum latitudinem ad muri spissitudinem referre possit. *Et uenit ad portam quæ respicit viam orientalem, et ascendit per gradus eius*, quia orientalis est porta ad quam venit, rectè & orientalis esse creditur illa de qua venit. Nam si de alia aliqua veniret, tanto rectius quanto directius ad aliam, hoc est ad antepositam properaret. Post hanc portam orientalem

Ezech. 40.

lem de qua modo loquitur aquilonaris, & meridiana atrij exterioris, & tunc demum tres alie portæ atrij interioris nominatim exprimuntur, unde hanc atrij exterioris esse (quamuis id scriptura tacuerit) indubitanter colligitur. Hanc portam gradus habere scriptura commemorat, quot tamen habuerit apertè nullquam determinat. Sed quia octo habere legitur simul omnes tres atrij interioris, & septem duæ alie atrij exterioris admonemur de similibus similia estimare, & idcirco credimus eam ad exteriorum similitudinem septem gradus habere. *Et ascendit*, inquit, *per gradus eius, & mensus est limen portæ calamo vno, latitudinem, id est limen vnum calamo vno in latitudine, & thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum, & inter thalamos quinque cubitos*.

Collectis hincinde scripturæ testimonijs, hoc hic de vna portica astructuræ quod de cæteris omnibus iure intelligatur. Cap. IIII.

Quoniam ad portarum, seu etiam porticuū descriptionem ex ordine iam venimus, & multa de eis tam obsecro prolata, tam ambigüe dicta inuenimus, libet tam ex hoc, quam ex alijs scripturæ locis hoc hic de vna portica astructuræ quod oporteat de cæteris alijs omnibus indubitanter intelligere. Erant enim omnes sex per omnia similis facturæ, eiusdemque mensuræ, nihilque aliud (si bene recolo) habebant dissimile, nisi quod interiorum portarum porticus iacebat extrinsecus, exteriorum verò iacebant intrinsecus, & quod illorum ascensus in octo, istorum autem erat in septem gradibus. Quod autem omnes has sex porticus eiusdem mensuræ esse dicimus, non nostra auctoritate, sed scripturæ attestatione probamus. Post huius portæ dimensiones de qua modo loquitur, de aquilonari porta statim subinfertur. *Portam quoque quæ respiciebat viam aquilonis atrij exterioris mensus est, stans in longitudine quam in latitudine, & thalamos eius tres hinc, & tres inde, et frontem eius, et vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris*. Similiter de australi porta scribitur. *Et ecce porta quæ respiciebat ad austrum, et mensus est frontem eius, et vestibulum eius iuxta mensuras superiores, et fenestras eius, et vestibula in circuitu sicut fenestras cæteras*. Hæc sanè sententia in omnium sex porticum descriptione semper repetitur, unde vna omnium, eademque mensura esse conuincitur. Vnumquodque igitur horum vestibulorum seu porticum multipliciter diuisum erat. Unde & scriptura sæpe vnam eandemque porticum, modo singulariter pro toto vestibulum, modo pluraliter pro partibus vestibula vocat. Principaliter tamen vnaqueque porticus in tria diuidebatur, unde & in sequentibus vna illarum triplex nominatur, quæ sententia

Richardi S. Victoris.

quidem ad omnes iuxta prædictam rationem iure refertur. *Vbi erat*, inquit, *porticus iuncta portici triplici*. De toto itaque videamus prius, & postea de partibus. Frontes itaque exteriorum porticum respiciebant versus atrium interius, sicut econuerso interiorum respiciebant versus atrium exterius. Harum frontium mensura describitur cum dicitur. *Et fecit frontes per sexaginta cubitos*. Hæc erat mensura longitudinis omnium porticum, seu vestibulorum, cum tamen per hæc nomina intelligimus non partem sed totum. Huius itaque orientalis portæ porticus frontem habebat versus occidentem, cuius longitudo extendebatur versus aquilonem, & meridiem. Extendebatur autem sexaginta cubitis iuxta mensuram frontis. Latitudo vero ab Oriente in Occidentem dilatatur quinquaginta cubitis. Unde est illud, & ante faciem portæ quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos. Habebat sanè hæc porticus sicut cætera portam in fronte: hoc est in introitu atrij contra positam muri. Alioquin frustra in muro aditus pateret extrinsecus, si ex opposito in fronte vestibuli obstrueretur intrinsecus. Habebat itaque vestibulum portam contra portam in muro vnam, in fronte aliam. Ad vtriusque itaque distinctionem vocetur vna porta muri: alia dicatur porta vestibuli, portam itaque interiori hoc loco dicit portam vestibuli, non portam interioris atrij. Nam inter exteriorem & illam (excepto eo quod muri occupabant) erant ducenti cubiti. Faciem autem portæ dicit locum qui erat ante portam exteriorem sed retro portam interiori. Faciè verò vestibuli portæ interioris, dicit latus illud quod vestibulum habebat ad portam interiori. Unde manifestè colligitur quod antedicta mensura intra parietes sumebatur. Bene ergo dicitur. *Et ante faciem portæ quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos*. Si quis autem id quod diximus de huius vestibuli fronte, siue de eius longitudine velit in aliam partem accipere, & longitudinem ipsius non ab aquilone in meridiem, sed ab oriente in occidentem velit extendere, omnino non poterit stare, & frivolum duco in tam aperta re frustra laborare. Hæc autem porticus sicut vnaqueque aliarum in tria principaliter diuiditur. Unde (ut dictum est) triplex porticus rectè nominatur. Harum autem partium, seu porticum quæ medium tenebat nihil aliud erat, nisi spacium illud seu via illa quæ inter portam & portam iacebat, à porta videlicet muri vsque ad portam vestibuli, cuius latitudo erat secundum latitudinem portæ decem cubitorum. Longitudo vero secundum latitudinem totius porticus quinquaginta cubitorum. Hoc autem medium, & minimum circumiacebant duo alia eiusdem mensuræ, vnum in vno, & aliud in alio latere, vtrumque quinquaginta cubitorum in longitudine.

Ezech. 42.

Cap. 20.

Ezech. 40.


Pars II.

L 3

Ibidem

Ibidem

dine, & in latitudine cubitorum viginti quinque; A  
 Horum utiq; vestibulorum in aliarum omnium  
 portarum descriptione scriptura mentionem facit, & nunc ea singulari, nunc plurali numero designans eorum mensuras describit. Hinc est quod de aquilonari porta legitur, quæ statim post hanc subsequenter describitur. *Portam quoque quæ respiciebat viam aquilonis atrii exterioris mensus est tam in longitudine quam in latitudine, & thalamus eius tres hinc, & tres inde, & frontem, & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum.* In hoc ergo quod dicitur secundum mensuram prioris portæ, constat hanc de qua modo differimus orientalem portam tale, hoc est tæ magnitudinis vestibulum habere. Sed ne vñ tantum tale habuisse credatur, audi quid post modum de australi porta scribitur. *Et eduxit me ad portam australem, & mensus est frontem eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores, & fenestras eius & vestibula in circuitu sicut fenestras cæteras quinquaginta cubitorum longitudinem, & latitudinem viginti quinque cubitorum.* Quod prius dicit vestibulum, hoc refertur ad totum, ad partes autem quod repetitur vestibula: vnde & ibi additur in circuitu, eo quod medio vestibulo, seu ipsi portæ adiacerent per duo eius latera. Hæc itaque tria vestibula vnum medium, & duo lateralia erant sibi inuicem in hunc modum coniuncta, & implebant cubitos sexaginta.




De his, quæ ad unam medietatem cuiuslibet portæ pertinent videntur.  
 Cap. V.

Sed adhuc in illis duobus lateralibus vestibulis alia sanæ subdiuisiones esse probant, quæ & ipse quæ in scriptura vestibula nominant. Inuenio ibi vestibulum octo cubitorum, inuenio &

aliud quinq; cubitorum. Vestibulū octo cubitorū inuenio apud portā orientālē atrii exterioris vbi legitur: *Et mensus est vestibulū portæ octo cubitorū.* Vestibulum quinq; cubitorum latitudinis inuenio apud portam australem atrii interioris. De quo scribitur: *Et mensus est vestibulum per girum, longitudinem viginti quinque cubitorum, et latitudinem quinq; cubitorum.* Sed superius scripturæ auctoritate probauimus quia quicquid de vna qualibet harum portarum in his quæ ad mensuram pertinent concedimus, de omnibus pariter pari ratione concedere debemus. Ergo apud omnes porticus erant vestibula octo cubitorum, similiter & apud omnes necesse est, inueniri vestibula quinq; cubitorum. Sed nunc prius de situ thalamos videamus, & tunc fortassis de istis rationem facilius inueniemus. Habet autem vnaquæq; porticus sex thalamos, tres hinc, & tres inde ab vtraque parte vie, quos scriptura docente nouimus intra ipsas porticus sitos fuisse. Porro thalami portæ ad viam orientalem tres hinc, & tres inde. Hæc de numero thalamos, & in sequentibus de situ ipsorum. *Et fenestras, inquit, obliquas in thalamis, et in frontibus eorum quæ erant intra portam vndique per circuitum.* Si fenestræ quæ in thalamis erant intra ipsam portam erant, ergo & ipsi thalami intra portam erant. Nam portam hic pro more sua portam ipsam cum tota porticu sua appellat. Nam quod dicit aliter omnino stare non potest. Tale est illud: *Et mensus est portam a testu thalami vsque a testu eius.* Similiter hic porticum sub nomine portæ designat. Cōstat autem quia vnusquisque thalamus cum margine suo octo cubitos occupabat. Nam quilibet eorum sex cubitorum erat, & marginem vnus cubiti non solum ante, sed & ab vtroque latere habebat scriptura attestante quæ ait: *Et mensus est marginem ante thalamos cubiti vnus, & cubitus vnus sinie vtrunque.* Thalami autem sex cubitorum erant hinc, & inde. Ter autem octo viginti quatuor redunt, quibus decem adiuncti efficiunt. Ideirco autem prædictis viginti quatuor quos de tribus thalamis colligimus, adhuc alios decem cubitos adiicimus, quia quinq; cubitos inter primum thalamum, & secundum, quinq; vero, alios inter secundum, & tertium inuenimus, secundum illud quod legimus: *Et inter thalamos quinq; cubitos.* Erant itaque absque dubio triginta quatuor cubiti ab initio primi thalami vsq; ad extremitatem tertii. Debent autem esse iuxta latera portæ tres hinc, & tres inde. Sed vestibula quæ in lateribus portæ erant quæ medio vestibulo decem cubitorum hinc inde adhærebant, non plusquam viginti quinque cubitos in latitudine tenebant. Non potuit ergo vestibulorum latitudo trium thalamos situm capere, quem superius docuimus cubitos triginta quatuor occupare. Longitudo autem vestibulorum quia quinquaginta cubitorum erat, facit eos, & eo amplius

plius capere poterat. Locentur itaq; tres thalami A  
 in vno vestibuli latere eo videlicet loci vbi parieti rectum vñ incubere, ita vt parieti ipsi videant inharere, imò ipsū pro vno sui pariete, & quasi pro vna fronte hñe, vbi intelligimus fenestras illas esse de quib; scriptura loquit cū dicit. *Fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum quæ erant intra portam vndiq; per circuitū.* Exceptis. n. aliis absurditatib; quæ vñr inde sequi, quas arbitrari p se facile posse intelligi, non erat vñ clarum lumē hñe potuissent, nisi parietib; vestibuli hinc inde adhærent, vbi fenestras haberent vt lumē reciperent. Vnum quicquid ex collateralib; vestibulis orientalis porticus q̄ medio vestibulo laterib; portarū hinc inde adhærebant hic ponimus: vt quō thalami parietibus adhærent, vel quō ipsum vestibulum in septem sectiones diuideret, sub oculis representemus.



De cæteris quæ de porticu restant, ad totius descriptionis completionem. Cap. VI.


Hoc factū constat proculdubio inter duas ex E  
 teriorum thalamos extremitates triginta quatuor esse cubitos, & adhuc ab vtraque parte octo cubitos superesse. Nā constat triginta quatuor & bis octo quinquaginta implere. Hoc itaq; expleto si contra laterales thalamos margines modo dico prius muro subtracto: deinde columnis erectis quemadmodū in claustris videmus, quasi tot parietes vsq; ad mediū vestibulum erigimus, vnum proculdubio vestibulū in septē diuidimus. Ecce quō sitos thalamos vestibulū vnum in septē diuidit: nec tñ eiusdem q̄tatis oīs: sed alia maiora, Richardi S. Victoris.

alia minora reliquit. Facta itaq; hac diuisione qd  
 superius quæsiuimus hic possumus inuenire: vestibula videlicet alia octo cubitorū i latitudine: alia aut cubitorum quinq; vtraq; tñ viginti quinque; cubitorū in lōgitudine. Nam duo illa quæ inter tres thalamos erant quinq; cubitos in latitudine, sed viginti quinque; in longitudine habebant. Duo aut illa quæ hinc inde vltra thalamos fuerat, octo cubitos in latitudine, viginti quinque; aut in lōgitudine tenebāt. Sed & illa tria in quorū extremis tres thalami siti erant, sex tñ cubitis in latū se intra parietes expandebant. Quicquid aut de vno vestibulo ab vna parte viæ iā diximus, totum hoc de alio ex alia parte viæ sentire debemus. Totidem. n. thalamos eodē mō sitos hēbat: & per totidē parietes; partes per oīa diuisum erat. Duo itaq; vestibula hinc inde in quatuordecim subdiuiduntur, quibus dum mediū adiungit vnus porticus iuxta vñā q; portā quindecim subdiuisiones numerant. Post ista quæ de porticu diuisione iā diximus, restat hic illud adhuc quærere quid de liminibus illis q̄ scriptura cōmemorat sentire debeamus. Tria. n. limina scriptura manifestē designat: & vñ quodque illorum portæ limen esse denunciat. Sed nō potuit, sicut nec debuit vna porta nisi vnum limē habere, est vnum ex his portæ muni, & alterū portæ vestibuli volumus assignare: restat tñ adhuc de tertio quærere. Quæramus itaq; prius qd horum propriæ portæ dicat: & quod propriæ portæ nō est cur portæ esse astra. Sed nulla illarū quatuordecim subdiuisionum quas superius ostendimus plusq; octo cubitos in latitudine habuit: nulla ergo illarum limen decē cubitorum latitudinis capere potuit, quarū introitus non nisi à fronte earum iuxta mediū vestibulū fuit. Nulli ergo dubiū illud limen propriè dici portæ qd legitur decem cubitos latitudinis habuisse. Hoc utiq; scriptura D  
 satis aperte innuit, cū post descriptionē liminis decē cubitorum, statim de lōgitudine portæ subintulit: *Et mensus est latitudinē liminis portæ decem cubitorū, & longitudinē portæ vndecim cubitorū.* Qui. n. latitudinē portæ ex latitudine liminis designauerat, restabat solā eius longitudinē describere q̄ necdū expresserat. Sed cū vna porta ex vna parte vestibuli cōtra aliā ex alia parte erigat, ita vt vna porta videat, vnaq; quā plures frequentius dicatur, quid cæ quæso erit cur vna maior, altera aut minor esse credat? Cōstat sane duo alia limina non nisi sex cubitos latitudinis habuisse: quorū vñ si volumus alteri portæ assignare, cōuincimur eā alia minorē astruere. Sed si hoc scriptura sēsit, seu nos sentire voluit: cur q̄so post descriptionē liminis statim de lōgitudine nō subintulit, sicut de alia fecit? Cur vtriusq; portæ latitudo ex liminū descriptione exprimit, & alterius tñ lōgitudine diligeret exp̄ssa de alterius lōgitudine oīno taceretur? Sed tacendo de vna, qd de altera tā diligenter expressit satis euidenter innuit, quia qd de vna dixit, totū de alia intelligi voluit. Vtraq; itaq; porta, vel si hoc melius sonat vna vtrinq; porta limē decē cubitorū hēbat, & decē cubitorū i latitudine erat, Pars II. L 4 &

Ezech. 40.

& tredecim cubitos in longitudine tenebat. Restat nunc de aliis liminibus querere: vel quorum sint, vel quæ propriæ portæ nō sunt, cur dicantur eius esse? Sed sicut in portâ portam sæpe noiat, quod mirū si ipsius vocat quæ intra ipsâ erat? Sic sanè si sensum scriptoris cupimus intelligere, oportet proculdubio magis locutionis eius modos notare: & nosse, quæ de locutionum proprietate disputare. Limina itaque ista quæ sex cubitorū esse describunt, quia intra portam erant portæ dicantur: propriæ tamen aliquorū vestibulorū quæ in nouissima subdiuisione assignauimus esse credunt. Manifestum est autem quod illorū quæ sex cubitorū erant dici non possint si tota fronte patebant: sin autem, iam omnino limen sex cubitorū capere non poterant. Sed nec illorum esse poterant quæ inter thalamos iacebant: quia quinque cubitos tamen in latitudine tenebant, & sex cubitorū limina proculdubio omnino capere non poterant. Relinquit ergo duo illa prædicta limina illorū vestibulorū fuisse quæ superius probauimus in sua latitudine octo cubitos habuisse. Nam ex his quæ superius dicitur duo illa vestibula quæ ultra thalamos hinc inde locantur sexdecim cubi-

tos tenere conuincuntur. Quæ si quis velit per duo inæqualia diuidere: & vni minus, alteri maius tribuere, in tamen ut alterum eorum possit et limen decem cubitorum capere, & in hunc modum conetur priorem illam assertionem nostram euacuare, iam profecto neutrum illorum vestibulorum octo cubitorum erit: nec iam inueniri poterit cui scriptura illa rectè aptari possit. *Et mensus est vestibulū portæ octo cubitorum.* Si igitur vnum istorum est octo cubitorum, profecto octo cubitorum erit & alterum. Quicquid enim ex sexdecim numero vni detrahitur, proculdubio alteri relinquatur. Sed quia sufficienter (ut arbitror) de porticis descriptione iam diximus: & quæ de thalamis seu liminibus hoc loco dicenda videbantur ordine profecti sumus: libet hoc loco ad maiorem dictorum dicendorumque euentiam, omnium quæ superius per partes prolata sunt formam in vnam figuram colligere: ut intuentis animus eorum omnium locum, situm, & numerum, qualitatem, quætitatem, proportionem facile possit ex eius conuentione colligere.



Sed quia difficile, seu etiam impossibile est A longitudinem, & latitudinem, & altitudinem edificiorum in plano sub eadem figura representare, sufficere arbitror horum omnium quæ diximus sitū, locūque conformasse, & lineis proportionalibus ductis omnium eorum quasi quoddam fundamentū iecisse. Cū enim lineas proportionali cōmēsuratione modificata aspiciamus, & per eas nihil aliud quā quædam parietū iacta seu designata fundamenta intelligimus, facile est subintelligere ab hac linearū deductione parietes in altū surgere, ipsiq; parietibus tectum incumbere. Si quis me fortassis in hac nostra expositione prolixitatis arguat, videat obsecro quam rectè id faciatur. Sed ut verum fatear malo esse subtilioribus fastidiosus, quam tardioribus obscurus, præsertim in tam obscura re, vbi pænæ omnia quæ dicuntur probatione indigent potius quam expositione. Sed iam ad expositionem litteræ redeamus, quam ex maiori iam parte in his duntaxat quæ de porticibus dicitur planam esse cōsidimus. *Expositio litteræ super descriptionem orientalis portæ. Cap. VII.*

**E**t mensus est, inquit, limen portæ calamo vno, latitudinē (id est limē vnū) calamo vno in latitudine. Sicut superius ostendimus quāuis hoc limen proprium portæ nō fuerit, idcirco tamen illud portæ esse dicitur, quia intra ipsam eius porticum fuit, quam et sæpe sub nomine portæ designare consuevit. Quā autem vir ille qui portā ingreditur hoc limen primo loco, & ante thalamos metiē, patet (ut arbitror) scriptura innuit quod in primo prædictorū .vii. vestibulorū inuenitur. Sed eū prius dictum sit mensus est limen calamo vno latitudinē, quid est, quod exponedo, vel quasi corrigendo quod quasi improprie dixerat statim subintulit, id est limen vnū in latitudine. Sed diligentius consideranti quid aliud videretur hæc expositio, vel correctio sua, nisi quædam declaratio prophetice intelligentiæ, ne nos lateat quid propheta dicere voluisset? Ac si aperte dicat se limen improprie quiddam portæ limen appellasse, sed quoddam limen, seu vnum limen dicere debuisse. Quod ergo sicut aliquem modum limen hoc dici posuit portæ, monet per primam positionem, quod proprie dictum non sit portæ, docet per subiunctam expositionem. Quod ergo dicitur vnū, præmonet & alia limina ibi esse, nec hoc proprie dici portæ. Quod autem latitudinē bis ponit per inuentionem attentius commendare voluit, ne quis quod de hoc limine, & post de decem cubitorū limine dicitur ad idem limen referre velit, cum vtroque latitudinem dici inuenit. Si tamen longitudo nō latitudo poneretur fortassis magis proprie dictum videretur. Denique vbi nos habemus latitudinē .lxx. (teste Hieronymo) posuerit longitudinem. Sed sæpe latitudo ponitur, vbi quætitatis speciem, sed simpliciter quætitatē significare videatur. Sequitur. Et thalamū uno calamo in longū, & uno calamo in latū, & inter thalamos .v. cubitos, in quibus uerbis repetendum est mensus. Attende nunc quā competenti ordine incedit, & quō paulatim, & per partes scia semina spargit. Primo de limine dicitur quod erat in primo vestibulo, postea de mensura thalami quod erat in secundo, deinde vero de mensura spaciū quod erat inter thalamos addit, in quo iam quod plures sint ostendit, nouissimè autem ad vltimum vestibulū venit quod ultra omnes thalamos sitū fuit, cuius limen prius, & postmodum ipsius vestibuli mensuram describit, cum dicit, & limen portæ iuxta vestibulū portæ intrinsecus calamo vno. Et mensus est vestibulū portæ octo cubitorum, & frontē eius duobus cubitis. Quod autem hoc limen inter portæ dicitur, eodem hinc modo quo & superius accipitur. Manifestè autem dicitur vbi hoc limen fuerit, iuxta illud videlicet vestibulū quod intrinsecus erat, & inter duo circūadiacētia vestibula mediū iacebat. Ex hoc loco (ut arbitror) manifestè ostenditur, quod frontes minimorū vestibulorū medio vestibulo iungebatur. Notandum sanè quod postquam hoc limen, quod admodum superius portæ limen noiauit, statim per subiunctā deteriorationē ostendit, quod portæ limen proprie dictū nō sit. Si enim hoc limen esse portæ limen proprie dictū fuisse, proculdubio vbi esset per deteriorationē subiungere nō oporteret. Mō autem vbi fuerit determinatur in eo quod dicitur, iuxta vestibulū portæ intrinsecus. Erat itaque illud limen cuius mensurā capiebat iuxta illud vestibulū portæ quod intrinsecus erat, & in triplici porticu mediū locū tenebat. Post mensurā liminis, mensurā ipsius vestibuli annexit cū dicit. *Et mensus est vestibulū portæ octo cubitorum, & frontē eius duobus cubitis.* Hæc utique mensura medio vestibulo conuenire nō poterat. Nihil aliud enim mediū vestibulū erat, nisi transitus, seu via quæ de porta ad portā per mediā porticum patebat. Longitudinē itaque eius sicut latitudinem totius porticus quinquaginta cubitorū esse oportuit. Latitudo autem nō minor quā latitudo portarū esse potuit, quod proculdubio (ut postea siuebit) .x. cubitorū fuit. Liqueat ergo quod prædicta mensura eius vestibuli erat cuius limen prius descriperat. Sed eū vestibuli mensurā sumitur, quod quæso est, quod cuius sit longitudinis videlicet an latitudinis nō deterioratur? Sed solet sæpe sine deterioratione relinquere quod præuidet prudentem lectorem ex aliis circumstantiis per se posse intelligere. Postquam enim constitit duo collateralia triplicis porticus vestibula hinc inde quinquaginta cubitos longitudinis, & viginti quinque cubitos latitudinis habere, palam perpendi poterit minima vestibula viginti quinque cubitorū longitudinis fuisse. Nam minima vestibula nihil aliud quā maximorū vestibulorum quædam sectiones per trāuersum oportet intelligere. Latitudo itaque vltimi vestibuli describitur in eo quod dicitur, & mensus est vestibulum portæ octo cubitorū. Illud autem notandum quod pænæ quicquid hucusque de mensura est disputatum, deteriorationē vbi latitudinē minimorū vestibulorū. Vbi autem nos



nos hēmus & frōtē eius duob. cubitis; Hieronymus rursus aliā litterā ponit: & in frōte eius dē, seu in marginibus duos cubitos. Ex quibus verbis manifestē colligit, q̄ illi duo cubiti hoc loco designant, q̄ ostio sex cubitorū vnus hinc & alius inde in marginib. superesse videbantur. Nā si cōstat vestibulū octo cubitos latitudinis h̄re, necesse est eius ostio sex cubitorū latitudinis duos cubitos in frōte superesse. Sed in duob. cubitis frōtis f̄m n̄sam f̄sam forsitā dat melius itelligi illud spaciū qd̄ supra ipsā portā fuit vsq; ad tabulatū supereminētis cēnaculi, & f̄m hoc qd̄ d̄r eius, nō ad vestibulū, sed ad portā dēt referri, nā quō h̄c sn̄a ad totius altitudinē cōplēdā valeat in sequētib. patebit. Qd̄ aut̄ seq̄ vestibulū portē erat intrinsecus, ad totā porticū referre debemus. H̄c itaq; porticus intrinsecus erat, q̄a intra murū cui adh̄rebat sita erat. Sequitur. *Porro thalami portā ad viā orientālē tres hinc, & tres inde.* Mēsurā vna triū, & mēsurā vna frōtiū ex vtraq; parte. Ecce quō paulatim se pmouet. Thalamorū numerū dēcriat de quo nodū cōstabat, & ad vnus thalami mēsurā q̄ superius describit triū mēsurā subinfert. Sed q̄a iā cōstat numerus thalamorū, cōstat æquē et de numero vestibulorū, sed nodū cōstat de mēsurā oīū. Situs nāque thalamorū (f̄m q̄ superius patuit) vnū latus porticus in vii. sectiones diuidit quas scriptura vestibula dicere cōleuit, quarū vltimā iā superius vestibulū noīauit. Duo siq; dē q̄nq; cubitorū spacia tres thalami inter se includerāt: & duo alia vltra se seclusa reliquerant, & ipsi tres tria tenebāt, q̄ oīa in septenariū redūdāt. Post ista limē ipsius portē describit cū d̄r. Et mēsus est latitudinē liminis portē, x. cubitorū, & lōgitudinē portē, xiii. cubitorū. Ecce limē hoc vt superiora portē limē d̄r, & tñ hic (vt in superiorib.) nihil dēteriationis adiūgit, & ex eo ipso innuit, q̄ vere & ppriē portē dicat. Qd̄ aut̄ vere & ppriē portē dicitū sit, facillē cōvinci poterit, cū oīum vestibulorū mēsurā cōstiterit. Sed oīum sanē mēsurā facillē cōvinci ex eo q̄ illico subinfert: & marginē ante thalamos cubiti vnus, & cubitus vn° finis vtrinq; Thalami aut̄ sex cubitorū erāt hinc & inde. Qd̄ dicit marginē cubiti vnus an̄ thalamos fuisse, & cubitū vnū finē vtrinq; dēmus sub eodē sensu accipere. s. marginē cubiti vnus nō solū in thalamorū frōte fuisse, sed et̄ in vtroq; latere. Nihil aut̄ aliud itelligimus hūc marginē circa thalamū, nisi cōstūrā qd̄a muri quēadmodū fieri solet vel ad sedēdū, vel ad muri firmamētū. Sape etenim paries ī inferiorib. latior fundat, et cū paululū eleuatus fuerit iterū restringit. Si igitur thalami sex cubitorū erāt, & adhuc cubitum vnū vtrinq; sicut & ante in margine vsq; ad finē hēbāt, ergo à fine vsq; ad finē thalamorū octo cubiti erāt. Tres itaq; thalami ter octo (.i. xiiii. cubitos occupabāt, & inter primū & secūdū thalamū, v. cubiti, & itē inter secūdū & tertium alii. v. erāt, q̄ superiorib. adiecti, xxxiiii. efficiūt. Sed &

vtimū vestibulū octo cubitorū legi, q̄ numerus si superiori adiūgit vsq; ad xlii. aggregatio nis summa extēdit. Othonarius itaq; q̄ adhuc superest de quinquaginta primo vestibulo remanet. Nā tota porticus à porta vsq; ad frōtē vestibuli sicut postea legi quinquaginta cubitos hēt. Nullū ergo h̄mōi vestibulorū limē. x. cubitorū capere potuit. Patet ergo q̄a ppriē portē fuerit. Sed ex eo et̄ (sicut superius dictū est) innuit q̄ post mēsurā liminis in qua & latitudo portē cōtinēt, statim de eius lōgitudine subinfert, & mēsus est (ingr.) latitudinē liminis portē, x. cubitorū, & lōgitudinē portē, xiii. cubitorū. Notādū quō post dimētionē thalamorū, vestibulorū, liminūq; eorū huius portē describit mēsurā, ex quo intelligi dat, q̄ h̄c q̄ meti interior portā fuerit. Vide ergo q̄ artificiosē primē portē mēsurā de qua nihil d̄r, ex huius portē descriptione doceat. Rō siq; dē nō finit credere exteriorē portā interiore esse minorē, nec scripturā auctoritas pati eā esse latiorē. A laterib. nāq; portarū, & à laterib. mediū vestibuli vbi frōtes. s. liminorū vestibulorū medio vestibulo adh̄rebant, vsque ad geminos hinc inde parietes totius porticus. xxv. cubiti erāt. Vestibula nāq; illa q̄ hinc inde de laterib. portarū medioq; vestibulo adh̄rebat vt ex ceterarū porticū descriptione plenius deprehendit. xx. v. cubitos latitudinis tantummodō habebāt. Si igitur bis xxv. cubitis hinc inde sum ptis. x. cubitos (latitudinē. s. portarū) adiūgimus, proculdubio mēsurā frōtiū totius porticus. l. videlicet cubitos implemus. Si igitur frōtes hinc inde tantummodō. lx. cubitos habuerūt, portē plus quā. x. cubitos oīno h̄re nō poterūt. Superius ostēdimus quā ordinatē incederet dū vnū latus per partes describeret donec ad interiorem portā ex ordine veniret. Descripto vno latere, breuiter subinfert vnā eandemque mēsuram esse thalamorum, tā hinc quā inde: vt compendiose doceret quicquid de vno latere d̄r de alio debere intelligere. Hinc est quōd in aliarum porticū descriptionibus dū breuitati studet, vnum ex collateralibus vestibulis quinquaginta cubitorū longitudinis, & viginti quinq; cubitorum latitudinis diligenter describit, & de alio tacite præteriens eadem subintelligenda relinquit.

*De his quæ pertinent ad descriptionem totius.*

*Cap. VII.*

Post partū descriptionē, tria sub vna continuatione subinfertur, in quibus mēsurā totius breuiter comprehenditur, atq; complet. Primū pertinet ad altitudinē, f̄m cōpletur totius porticus longitudinē, tertium totius latitudinē. Ad altitudinē pertinet qd̄ d̄r, & mēsus est à testō thalami vsq; ad testum eius latitudinē viginti quinq; cubitorum ostium contra ostiū. Ad longitudinē pertinet qd̄ sequitur, & fecit frōtes per sexaginta cubitos. Ad latitudinē qd̄ nouissimē ponitur, *Et ante faciē portē q̄ pergebat vsq; ad faciē vestibuli portē interioris. l. cubitos.*

Quomo-

Quomodo autem ex primo capitulo totius altitudo animaduerti possit, ex nouissimis huius descriptionis plenius patebit. Per omnes aut̄ cēnacula seu solaria esse credimus, sicut in ceteris domorum porticibus, seu ceteris aedificiis penē vbiq; inuenimus. Nihil itaq; aliud intelligimus testū thalami, nisi pauimentū solarū, ita vt idē tabulatū esset & thalami testū, & cēnaculi pauimentum, & forte f̄m morem terræ palestinarum debemus intelligere testum portē planū esse, non erectum. Erat itaq; superius cēnaculū altitudinis, viginti quinq; cubitorum f̄m altitudinem testū ad testū. Sed nota q̄ latitudinē porticū vbi altitudinem ponere debuit, vsus enim latitudinis nomine sepe abuti solet, nā cū sint tres dimētionis species lōgitudo, latitudo, & altitudo, sic sæpe latitudinē ponit vt solā spaciū q̄tatare, nō aut̄ aliq̄ dimētionis speciē determinare videatur. Latitudinē itaq; hoc loco improprie posuit, quēadmodū superius vbi limina descripsit. Qd̄ aut̄ d̄r ostiū cōtra ostiū, defectiua oīo est sed h̄ntē, siue aliq̄ d̄ eiusmodi subaudiri pot. Mēsus est itaq; portā h̄ntē in ipsis thalamos ostium cōtra ostiū, q̄a ostia triū thalamorū ab uno latere erāt opposita ostiis triū aliorū. Qd̄ aut̄ frontes ponit in eo qd̄ subsequēter adiūgit, *et fecit frōtes per lx. cubitos, ad geminā porticus faciē referet, vnā qua ad interiora, aliā qua ad exteriora respiciebat.* De interiori aut̄ eius frōte intelligit qd̄ subsequēter adiūgit, *et ad frōtē atrii portē vnāq; per circuitū.* Hoc itaq; pauimentū tria porticus latera ambiebat, sic via atrinsecus iacēs euidētē ostēdit circa qd̄ situs gazophilatio frū ordinatus fuit. Notādū sanē q̄ h̄c mēsurā frontū. lx. cubitorū intra parietes sumit quēadmodū ex aliis locis facillē colligit, sicut ex eo loco vbi vestibulum. 25. cubit. lōgitudinis, et v. cubitorū latitudinis describit, sicut ibi monstrabit. Dēmus vel de mēsurā latitudinis sentire, intra parietes videlicet sumptā esse. In eo aut̄ qd̄ dictū est, & fecit frontes per lx. cubitos dēteriatā est totius porticus lōgitudo, nūc aut̄ ī eo q̄ subinfert, dēteriatā eius latitudo, & ante faciē portē q̄ pertingebat vsq; ad faciē vestibuli portē interioris quinquaginta cubitos. Faciē portē, interiorē muri superficiē vocat illā videlicet q̄ ad se hēbat q̄ intus erat, et mēsurā cupiebat. Mēsus est ergo ab interiori parte nō ab exteriori, q̄a si ab exteriori mēsurā caperet, tāto plus, l. cubitis inueniret q̄tū spissitudinis murus tenebat. Faciē aut̄ vestibuli portē interioris dicit illā partē vestibuli q̄ ad tēplū habuit, & portē interiori coherat. In eo aut̄ porta vsq; ad faciē vestibuli pertingebat, q̄ porticū suā vsq; in id loci extēdebat. Qd̄ aut̄ vsq; ad faciē vestibuli d̄r, ad duo r̄ndere v̄, & vsquequo videlicet porta pertingeret, & quousq; spaciū quinquaginta cubitorū se extēderet. Fecit ergo, siue mēsus est ante faciē portē q̄ pertingebat vsq; ad faciē vestibuli portē interioris quinquaginta cubitos. Sequitur, & fen-

stras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum quæ erant intra portam vndique per circuitū fecit a superioribus. In his verbis repetitur, fecit ergo fenestras obliquas, id est interioris lateres, & exterioris angustiores. Fecit eas in thalamis, & in frontibus eorum. hoc est maxime in frontibus, q̄ fenestræ intra portam, hoc est intra porticū erāt, quia thalami in quib. ipse fenestre erant intra ipsam porticū cōsistebāt. Nā de fenestris, quæ ipsorū vestibulorū nō aut̄ thalamorū fuere, curauit cōsequenter adiungere: *Similiter aut̄, inquit, erant in vestibulis fenestræ per girū intrinsecus, vbi & additur: ante frontes pictura palmarum, quod expositione nō egēt.* Notādū q̄ dicit pluraliter in vestibulis, & intrinsecus, puto aut̄ q̄ ex hoc loco facillē innotescat, q̄ totā porticum sub portē appellatione quōq; comprehendat. Quamuis enim portā decem cubitorū vnum thalamū facillē comprehenderet, plures tñ cōprehendere minime posset vt de eo dici debuisset: *Et fenestræ obliquas in thalamis quæ erant intra portam.* Sequitur, *Eduxit me ad atrium exterius.* Ad interiora quidē ducit, & tñ educitur qui porticū in qua prius erat egredit. Educitur aut̄ ad atrium exterius, q̄a erat & aliud interioris, & ecce gazophilatia, & pauimentum stratum lapide in atrio vndique per circuitum, Triginta gazophilatia in circuitu pauimentū. De his interim gazophilatiis nihil aliud volumus dicere, nisi q̄ decem & quinq; erant hinc, & decē & quinq; erant inde. Pauimentū hoc habebat decem & quinq; gazophilatia ab Aquilone, & decem & quinq; a meridie. Porticum atrii exterioris ab oriente, porticum atrii interioris ab occidentē, vnde est illud quod postea additur: *Et pauimentū in fronte portarū secundū longitudinē portarū erat inferius, ideo aut̄ inferius, q̄a portæ, siue ipse porticus magna proceritate supra illud attollebatur sursū, & illud in imo inter illas iacebat deorsū.* Ex hoc itē loco patet in q̄ partē lōgitudo porticū accipi debeat. Nā si pauimentū erat in fronte portarū f̄m lōgitudinē earū cōstat, q̄a lōgitudo porticū erat q̄ se extēdebat iuxta pauimentū. Mēsurā pauimentū deinceps dēterminat q̄ nodū expresserat: *Et mensus est latitudinē a faciē portæ inferioris usq; ad frontē atrii interioris extrinsecus centum cubito s ad orientē, et ad Aquilonē.* Portā inferiorē vocat portā atrii exterioris, nā in loco eminentiori erat portā atrii interioris. Aedificiū siq; dē supra mōtē excelsum nimis cōstitutū erat, sicut in ipso descriptionis exordio scriptura cōmemorat. portē ergo q̄ erāt exteriores, & ipse inferiores, & quæ erāt interiores eadē & superiores. Per faciē itaque portæ inferioris vult intelligi frōtē vestibuli exterioris p̄ frōtē atrii interioris extrinsecus, faciē exteriorē superioris porticus intelligere debemus. Nā interior porticus cōuertebat a cōuertebat suā ad interiora, & exterior nihilominus cōuertebat suā ad interiora. Notādū sanē ex hoc loco quōd

quod locū in quo interiores porticus erant, nunc atrio interiori, nunc exteriori attribuat. Vñ & i inferioribus, de eadē porticu seu vestibulo dicitur: *Et vestibulum eius, id est atrii exterioris: Erat autem ab oriente porta inferior, ab occidente vero porta interior.* Quomodo ergo mensus est à facie portæ inferioris vsq; ad frons atrii interioris cētū cubitos ad orientē, cum hoc sit ab orientē in occidentē, nō ab occidentē versus orientē? Quapropter distinctio ibi est faciendā, & mensus est latitudinē à facie portæ inferioris vsq; ad frons interioris extrinsecus. Ibiq; alia sūta inchoada, & à superioribus quidem mensus est, repetendū est ita. *Mensus est autē cētū cubitos, ad orientem, & ad aquilonem.* hoc est cētū cubitos ab occidentē versus orientē, & similiter cētū cubitos à meridie versus aquilonē vel quod dicit ad orientē, & ad aquilonē, sic intelligere possumus. Ad orientē, i. ad orientalem plagam mensus est, centum cubitos inter portam, & portam. Et ad aquilonem, id est aquilonarem plagā similiter mensus est centum cubitos inter portā & portam, ita vt hoc vltimum dictū sit, per anticipationem. Iam sufficienter (vt arbitror) hucusque de vniū porticus descriptione dictū est, & quod de reliquis sequitur, sine expositione penē per omnia ex prædictis facillē intelligi potest. Sciat autē qui hæc legerit oīa penē quæ de porticibus didicimus ex scripturæ auctoritate posse cōuincī, & multa à nobis etiā potuisse ampliore rōne probari, quod sponte præterimus dū fastidiū vitamus.

*De aquilonari, et australi porticu exterioris atrij.*  
Cap. IX.

Post descriptionē ergo portæ orientalis describitur mensura portæ aquilonaris in his verbis. *Portam quoque quæ respiciēbat viam aquilonis atrij exterioris mensus est, tam in longitudine quā in latitudine, et thalamos eius tres hinc, et tres inde, et frontem eius et vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem eius, et latitudinem viginti quatuor cubitorum.* Portam hinc accipit proprie quam mensus est, sicut superiorem prædecim cubitorū in longitudine, & decē cubitorū in latitudine, & thalamos eius tres hinc, & tres inde, oēs sex cubitorum, & frons eius sexaginta cubitorū, & vestibulū eius secundum mensurā portæ prioris, quinquaginta cubitorū longitudinē eius, & latitudinē eius viginti quatuor cubitorū. Tale vestibulum nusquā ibi aperte describitur, & tū tale. (vt ex hoc loco conuincitur) ibi fuit, nec solum vnum, sed duo, quia vnum in latere vno, & aliud in latere alio, excepto eo, quod iacebat in medio, nec idcirco minus ibi fuit quale ibi describit vñ magnū vestibulū, quia partes non auferunt, sed cōstituit totū. Hinc est, quod descriptis partibus, postea de toto subiungitur cū dicitur. *Fenestras autem eius, & vestibulum, & sculpturam secundum mensuram portæ quæ respiciēbat ad orientem.* Ecce hic

A vestibulū repetit, sed prius ponitur ad partes, quod postea ad totū refert. Quod ergo prius vestibulū, non vestibula dicit, numerū pro numero quædam modū in sequentibus thalamū non thalamos ponit. Possumus tū ex superioribus hinc, & inde repetere, & ad vestibulū referre. Post hæc quiddā hic additur, quod de superiori porta non legitur, quod tū de illa est rectē intelligitur, ad cuius mensuram ista describitur. *Et septem graduum, inquit, erat ascensus eius.* Cōe est vtriq; quod sequitur, & vestibulum ante eā. Oēs sane portæ exteriores porticus ante se habebant. Nā interiores (sicut iam diximus) post se porticus suas habebant. Sequitur: *Et porta atrij interioris contra portā aquilonis.* Hæc n. interior portā aquilonis frontē habebat contra exteriorē portā aquilonarē, & dextrum latus contra prius descriptā portam orientalem. Vel quod dicit portā atrii interioris esse contra portam orientis, & aquilonis, possumus de diuersis portis accipere, vt intelligamus, quod porta atrii interioris sit contra portā aquilonis, sicut porta atrii interioris erat contra portā orientis, & tunc quod de porta orientis dicit, repetitio sit eius sicut quam superius de eodem posuit. Quāuis autem nolit hic eius mensuram describere, voluit tamen hic de ea breuiter tangere, vt pauimenti mensuram, quod inter ipsam, & exteriorē iacebat posset cōgruentius subinferre. *Et mensus est, inquit, a porta vsq; ad portā cētū cubitos.* Notandum quod solum longitudinē centum cubitorum describit. Nam latitudō pauimenti quāta fuerit, vel quid de ea sentiendum sit melius ex sequentibus patebit. Descripta porta aquilonari, postea sequitur de porta australi. *Et eduxit me ad viam australem, et ecce porta quæ respiciēbat ad austrum, et mensus est frontem eius, et vestibulum eius iuxta mensuras superiores, et fenestras, et vestibula eius in circuitu, sicut fenestras cæteras quinquaginta cubitorum longitudinem, et latitudinē viginti quatuor cubitorum.* Notandum quod dicitur in mensuras superiores. Nam si eiusdem mensuræ sunt omnes, quicquid in vna minus dicitur, ex alterius descriptionis adiectione suppleri videtur, quod prius ponitur vestibulum, referri debet ad totum. Ad partes autem, quod repetitur vestibula, quod liquido patet ex descriptionis eorum mensura. Ad finem n. non aut ad primū subinfertur, quod dicitur quinquaginta cubitorū longitudinem & latitudinem viginti quatuor cubitorū. Notandum in hac vltima sententia quomodo ad duo præmissa duo sunt subiuncta, & fenestras eius, & vestibula eius in circuitu. Ecce duo. Sequuntur alia duo. Sicut fenestras cæteras quinquaginta cubitorum longitudinem, & latitudinem viginti quatuor cubitorum. Ad id quod prius præmittitur fenestras eius, primo respondetur sicut fenestras cæteras, ad illud quod secundo præmittitur, & vestibula eius, secundo respondetur quinquaginta cubitorum longitudinē, & latitudinē viginti quatuor cubitorum. Nullum tale vestibulum videtur describitur apud

apud portam primam, nec nisi vnum apud secundam. Ex huius tamen descriptione ostenditur ibi sicut & hic plura fuisse. Sed plus quam duo talia fuisse apud singulas primæ descriptionis ratio non patitur, propter illud quod de longitudinis, vel latitudinis mensura ibi legitur, de longitudine, & fecit frontes per quadraginta cubitos, de latitudine, & ante faciem portæ usque ad faciem vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos. Si autem constat duo talis magnitudinis vestibula apud omnes fuisse, relinquatur apud singulas & tertium quinquaginta cubitorum longitudinis & decem cubitorum latitudinis superesse, ut totum simul iure triplex porticus dici debeat, & prædictam mensuram possit implere. Sequitur: *Et in gradibus septem ascendebatur ad eam.* quod quidem legitur & apud secundam portam: *Et vestibulum, inquit, ante fores eius, non post fores sicut in portis interioribus.* Sequitur, *& cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius.* Palmæ frontium modo dicuntur cælatæ, modo depictæ. Sed fortē vtrōbique intelligendum est verumque, hoc est, vt sint cælatæ, & coloribus superductæ. Apud superiores etiam portas de cælatura palmarum dixerat. Sed quod vna hinc, & altera esset inde, non determinauerat. Sicut superius vero post descriptionem exterioris portæ mentionem facit de porta interiore, ut mensuram interiacentis pauimenti possit competentius inferre. *Et porta, inquit, atrij interioris in via australi, & mensus est à porta vsque ad portam in via australi centum cubitos.* Notandum quod porticum per portam intelligit, & quod pauimenti solum longitudinem describit nam eius longitudo ex alio loco melius patebit.

*De tribus porticibus interioris atrij.*  
Cap. X.

Post portas exteriores, ecce describit portas interiores. Post vltimam autem quam descripsit ad sibi proximam transit cum dicit: *Et introduxit me in atrium interius ad portam australem, & mensus est portā iuxta mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris, & fenestras eius, & vestibulorum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quatuor cubitos.* Quod de portis exterioribus superius legitur, hoc de portis interioribus repetitur, & mensus est, inquit, portam iuxta mensuras superiores, Quod autem thalamum, non thalamos dicit, numerum pro numero ponit. Quod autem subiunctum est, & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris, ad totum referri potest, & tunc in sequentibus, habentiū, vel aliquid eiusmodi subaudiendum est. *Et mensus est*

*fenestras eius, & vestibulorum eius in circuitu habentium quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quatuor cubitos.* Fenestras eius hoc est vestibuli dicit fenestras parietum totum extrinsecus ambientium. Fenestras vero vestibulorum eius, hoc est vestibuli, dicit fenestras parietum minima vestibula interfecantium. Nec illud debet præteriri, quod partes totius vocat vestibula vestibuli. Si autem vestibuli, non vestibulorum legitur (nam vtraque littera inuenitur) ad eundem sensum refertur, & hoc de vestibulo vestibuli vnius lateris dicitur, quod de vtroque intelligatur. Sciendum tamen quod à Hieronymo non vestibuli, sed vestibulorum ponitur. Sequitur: *Et vestibulum per girum longitudinem viginti quatuor cubitorum, & latitudinem quatuor cubitorum.* Videte quomodo in omni adhuc descriptione noui aliquid additur quod in præcedentibus non dixerat. Vestibulū quinq; cubitorum latitudinis superius nusquā descripsit, & tamen si apud hanc portam, ergo apud omnes alias erat, quia omnium vnam mensuram fuisse liquido constat. Sed ubi quæso huius vestibulum nisi inter thalamos fuit, nā spaciū quinq; cubitorum inter thalamos scriptura describit? Nec vnum tantum modo, sed inter tres thalamos duo in latere vno, & duo in latere alio. Quomodo igitur de vestibulo octo cubitorum legitur in descriptione prima, quod de vestibulo quinq; cubitorum legitur in descriptione ista, de singulis intelligendum est per omnia. Per istud vestibulum viginti quatuor cubitorum longitudinis facillē probari poterit, quod mensura illa frontium quadraginta cubitorum intra parietes sumpta fuerit. Sequitur, illud in quo interiores porticus differunt à superioribus. *Et vestibulum eius, inquit, ad atrium exteriorius.* Nam superiores respiciēbant intrinsecus, & iste extrinsecus. *Et palmas, inquit, eius in fronte.* Vbi subauditur habebat, sed & hoc ei cum cæteris cōe erat. Sequitur. *Et octo gradus erant quibus ascendebatur per eam.* In hoc iterum interiores à superioribus differunt quæ solummodo septem habuerunt. Post portam australem transit ad orientalem: *Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem, & mensus est portam secundum mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibula eius, sicut supra, & fenestras eius, & vestibula in circuitu longitudinem quinquaginta cubitorum, et latitudinem viginti quatuor cubitorum.* In hac solum de descriptione vestibula pluraliter bis ponitur, & recte quidem, quia minorum etiam vestibulorum descriptio ex descriptione præcedenti completur. Videtur itaque in hac descriptione geminæ diuisionis mentionem facere in eo quod voluit vestibula bis ponere. Vna siquidem porticus primo diuiditur in tria vestibula. Deinde duo ex his maiora subdividuntur in quatuordecim alia. Post dimensionem itaque minorū videtur



Ezech. 40.

tur ille qui mittitur accedere ad dimensionem maiorum. Primum ergo referatur ad minima, secundum ad maxima, quorum illic mensura subiungitur in eo, quod annexitur, longitudinem quinquaginta cubitorum, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Sequitur & vestibulum eius, atrii exterioris, id eius, vestibulum, inquit, est atrii exterioris, ac si aperte diceret, id ipsum vestibulum quod est eius, id est atrii interioris. Sed aliquid recte dicitur atrii exterioris, cuius utique omnino dici non debuisset si iuxta similitudinem exteriorum porticum intra suam portam iacuisset, sed nunc recte eius dicitur cui inhaeret, deinde subiungitur id quod in praecedenti legitur: *Et palma celata in fronte eius hinc, & inde, & in octo gradibus ascensus eius.* Deinde ultima portarum descriptio sequitur cum dicitur: *Et introduxit me ad portam quae respiciebat ad aquilonem, & mensus est, secundum mensuras superiores thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum longitudinem quinquaginta cubitorum, et latitudinem viginti quinque cubitorum. Vestibulum eius respiciebat in atrium exterius, & celatura palmarum in fronte illius hinc, & inde, & in octo gradibus ascensus eius.* Hic quia nihil noui additur expositio quidem superflua videtur. Sequitur: *Et per singula gazophilatia ostium in frontibus portarum. Ibi lauabant holocaustum.* Quod dicit gazophilatia, vel gazophilatorum ostia in frontibus portarum esse debemus de interioribus porticibus intelligere. Nam quoniam ostia in frontibus gazophilatorum erant, & ad patimeta quae ante interiores porticus iacebant omnia respiciebant, recte nunc dicitur quia ostia gazophilatorum in frontibus portarum erant. Situs ergo gazophilatorum determinatur in eo, quod dicitur: *Et per singula gazophilatia ostium in frontibus portarum.* Linea ergo qua frontes portarum terminantur protrahatur, & ab ea usque ad murum exterioris gazophilatia ordinentur. Nam quicquid post illam fuerit in frontibus portarum non erit. In prima omnium descriptione de gazophilatiis locutus fuit, sed per omnes alias nullam de eis mentionem facit. Cur ergo hoc quod hic de gazophilatiis dicitur, huic ultime descriptioni annexitur, nisi ut per hoc idem de omnibus intelligi daretur? Similiter & quod de octo mensis annexit, de omnibus tribus interioribus portis (ut arbitror) intelligi voluit. Omnes tres interiores portae octo mensas per vestibulorum suorum latera habuere, quamuis scriptura hoc non videatur aperte determinare. Sed videte quam argute scriptura in quibusdam locis quaedam tacite praeterire voluit, quae ratio quidem diligentius requisita latere non sinit. Sane de gazophilatiis dicitur, ibi lauabant holocaustum. Sed & de mensis scribitur: *Super mensas autem carnes oblationis.* Si quis ergo putet solam orientalem portam gazophilatia habere, vel apud aquilonarem portam solummodo mensas fuisse, videat obsecro vtrum ratio

patiatur orientalem portam non habere, ubi reponi debeant quae ibi lauantur? An aquilonarem portam non habere ubi lauari queant quae ibi reponuntur? Nunquid quae ad aquilonarem portam immolantur, apud orientalem lauantur, & quae ad orientalem lauantur ad aquilonarem immolantur? Nunquid nam horum neutrum apud australem portam sit, quia in eius descriptione de gazophilatiis mentio nulla facta fuit? Scio quidem patres quaedam scripturarum loca quae facile possent penetrare negligenter tamen praeterire, dum inuenisse desiderarent, atque gauderent quae iuxta litteram stare non possent, ut per hoc saltem conuinceretur homines allegoriam recipi debere, quam illis adhuc temporibus admodum pauci vix voluissent recipere. Neminem ergo scandalizet si quid dicimus aliud, vel aliter quam in glossis inuenit. Nemo dedignetur nos remanentes spicas velle colligere, nemo miretur illis elabi aliquas potuisse, vel illos potius pauperibus eas sponte reliquisse, quibus hoc diuinitus praecipuum est, quibus diuinitus datum est tot voluminum horrea de scripturarum messe replere. Sed tu vis honorare, & defendere veterum auctoritatem, sed nunquam verius honoramus veritatis amatores, quae quaerendo, inueniendo, docendo, defendendo, diligendo veritatem. Attende ergo non vtrum dicam aliquid nouum, sed verum. Parum timeo dicere aliquid diuersum, dum tamen nihil dicam peruersum. Sed ecce iterum ad expositionem litterae redeo, & magis quid ipsa dicere velit, quam quid alii de me dicturi sint attendo.

*De mensis ubi immolabatur holocaustum, & de gazophilatiis cantorum. Cap. XI.*

**E**T in vestibulo portae duae mensae hinc, & duae mensae inde, ut immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Quid sit holocaustum pro peccato, & pro delicto, & caetera multa in hunc modum quae ad expositionem litterae pertinent, ex industria praeterire, quia in id solum interim, quod alias non reperi totus intendo, quomodo iuxta litteram stare valeat, vel intelligi debeat ista prophetae tam subtilis descriptio. Sed si hoc (ut hic dicitur) mensarum officium erat, ut super eas holocaustum immolari debeat, eligat quisque quid magis oporteat sentire, an apud hanc solam portam victimas immolari debere, an alias etiam portas similes mensas in id officii habere. Si ad hanc solam immolabatur, quid fiet de victima principis qui ad solam orientalem portam ingreditur, & egrediebatur? Si ad solam orientalem victimae lauantur in diebus non festis, quid fiet de victima populi quando orientalis porta claudatur, quae soli principi aperiebatur? Eiusmodi allegationibus possumus colligere diuinam scripturam multa ex quadam industria tacite inuenire. Dixit iam quatuor mensas, duas hinc, & duas inde esse intra vestibulum. Dicit adhuc & alias

Cap. 40.

alias quatuor esse extra vestibulum, duas similiter ad latum unum, & duas ad alterum. *Et ad latum, inquit, exterius quod ascendit ostium portae quae pergit ad aquilonem duae mensae, & ad latum alterum ante vestibulum duae mensae. Quatuor mensae hinc, & quatuor mensae inde. Per latera portae octo mensae erant super quas immolabant.* Quoniam (ut superius dictum est) templum summitatem montis tenebat, & ab omni parte mons ipse usque ad eum locum paulatim se ad altiora erigebat: haec porta (nec mirum) unum latum altius, alterum demissius habebat. Ab uno itaque ad portam ascendebatur, ab alio ad portam descendebatur. Nam quia aquilonaris porta haec erat sicut scriptura ipsa determinat, templum proculdubio ab occidentali latere habebat, quod quidem latum orientali lateri altius eminebat. Orientale latum determinatur, cum dicitur: *Et ad latum quod ascendit ad ostium portae, quae pergit ad aquilonem duae mensae.* Nam quod sequitur dicitur de alio latere. *Et ad latum alterum ante vestibulum portae duae mensae.* Erant itaque (ut subiungitur) quatuor mensae hinc, & quatuor mensae inde. Quatuor enim erant ad latum unum, duo intra vestibulum, & duo extra vestibulum. Similiter duo interius, & duo exterius ad latum alterum. Ergo per latera portae octo mensae erant super quas immolabant. Quae sequuntur satis per se patent, & expositione non indigent. Quatuor autem mensae ad holocaustum de lapidibus quadris extructae longitudine cubiti unius & dimidii, & latitudine cubiti unius & dimidii, & altitudine cubiti unius super quas ponant vasa in quibus immolatur holocaustum, & victima, & labia earum palmivinus reflexa intrinsecus per circuitum. Super mensas autem carnes oblationis. Hucusque de mensis. Sequitur autem de quibusdam gazophilatiis de quibus nihil dictum est in praecedentibus. *Et extra portam interiorum gazophilatia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portae respicientis ad aquilonem, & facies eorum contra viam australem, una ex latere portae orientalis quae respiciebat ad viam aquilonis.* Mirum est quod dicitur. In atrio interiori quod erat in latere portae respicientis ad aquilonem. Atrium namque interius non erat in latere huius portae, sed potius ante ipsam situm fuit, quia inter tres portas interiores medium iacuit. Sed cum dicitur atrium interius, vel atrium exterius, non vni formiter hoc semper accipere debemus. Dicitur est atrium interius quod centum cubitorum quattuor versum in medio locatur, & atrium exterius quo interius atrium ex omni parte cingebatur. In atrio autem interiore nihil aliud erat nisi unum altare, caetera autem omnia porticus, gazophilatia, templum, domus, erant in atrio exteriori. Secundum aliam tamen considerationem locus in quo templum & domus ille erant quae templo per tria eius latera coadiacebant atrium interius dicitur, sicut in sequentibus legitur. Ibi enim gazophilatia san-

ctuarii erant in quibus sacerdotes carnes oblationis reponebant, atque comedeabant, quas tamen in atrium exterius efferre non licebat scriptura prohibente quae dicit. *Iste est locus ubi coquent sacerdotes pro peccato atque delicto, ubi coquent sacrificium, et non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus.* Haec tamen carnes quae in exteriori atrium efferri prohibebantur in praedictis gazophilatiis reponerentur, & comederentur, sicut de ipsis legitur. *Haec sunt gazophilatia sancta in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquat in sancta sanctorum ad dominum. Ibi ponent sancta sanctorum & oblationes pro peccato, & pro delicto.* Alia itaque ratione dicitur atrium interius quod ante templum erat, quia (ut dictum est) in medio iacebat. Alia autem ratione illud quo templum per tria latera cingebatur, quia in ipsum per illud etiam quod proprie dictum est atrium interius intrabatur. Sic thalamus in terrior aula dici solet, non quod intra ipsam sit, sed quod secretior locum teneat, & quod per illam ad ipsum aditus pateat. Sic utique sic nullus locus secretior & ab aditu portarum nullus remotior existit, quam ille in quo templum constructum fuit. Secundum hanc itaque considerationem in huius loci comparatione potest dici atrium exterius etiam illud quod scriptura pro more solet appellare atrium interius. Alia ergo ratione atrium interius dicitur locus in quo templum fuit, & alia ille qui medium tenuit, & altare holocausti habuit. Nihil itaque prohibet illum locum intelligere in quo templum, vel adiacentes domus fuerunt, in eo quod dicitur, & contra portam interiorem gazophilatia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portae respicientis ad aquilonem. In hoc atrio quod praedictae portae ab occidentali latere adiacebat illud quod modo describitur gazophilatiis cantorum erat, eisdemque portae siue porticui lateraliter adhaerebat. De hoc gazophilatio in subsequentibus latius agitur, ipsumque (ni fallor) in his verbis describitur. *Et induxit me in gazophilatium quod erat contra separatim edificium, & contra eadem vergentem ad aquilonem, & caetera de quibus latius suo loco demus.* Hoc autem interim de hoc gazophilatio dicendum videtur, quod eius latitudo ab hac porta incipiebat, & versus occidentem se expandebat. Longitudo autem ab aquilone in austrum se extendebat. Unde est illud quod de eisdem gazophilatiis subsequenter adiungitur, cum dicitur, & facies eorum contra viam australem. Habebat itaque porta huiusmodi gazophilatia cantorum (ut dictum est) ab occidentali latere. Habebat & alia ab orientali latere, quae utique sita erant e regione tam orientalis quam aquilonaris portae. Si itaque e regione portae orientalis frontem habebant ad portam aquilonis, unde est quod eisdem subditur, una ex latere portae orientalis quae respiciebat ad viam aquilonis. Dicit itaque quia huiusmodi gazophilatorum una facies

Ezech. 40.





facies erat ex latere portæ orientalis, quæ facies respiciebat ad viam aquilonis. Planior autem litera esset si dictum fuisset, quorundam facies, non quædam facies, siue vna facies eorum erat ex latere portæ orientalis. Nunc autem non solum ibi vna pro quorundam facies ponitur, sed etiam facies eorum ex superioribus subauditur. Hæc vero gazophilatia quæ aquilonari portæ ab oriente erant ad viam, non contra viam aquilonis faciem habebat, quia per ante ipsa in transfuersum ibat, & non contra ea, sicut australem viam illa quæ ab occidente erant contrauentem habebant. Debemus autem idem de utroque latere orientalis portæ intelligere, similiter vero & de vno latere australis portæ. Sed solet scriptura ex industria præterire quæ scit per se facile intelligi posse. Sequitur: *Et dixit ad me hoc est gazophilatium quod respicit ad viam meridiana nam sacerdotum qui excubant in custodijs templi. Porro gazophilatium quod respicit ad viam aquilonis sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris.* Gazophilatium quod contra viam meridiana respiciebat, vicinius templo erat, & idcirco iuste illorum sacerdotum esse debebat qui in custodijs templi excubabant, nam altari feruentibus dignitate præminebant. Commune autem est vtriusque sacerdotibus quod sequitur cum dicitur: *Isti sunt filij Sadoch qui accedunt de filiis leui ad dominum vt ministrent ei?*

*De coquinis quæ subter porticus fabricate erant & de atrio interiori. Cap. XII.*

**H**oc loco considerare oportet quod ad viam orientalem hincinde circa porticus tam exterioris quæ interioris atrij quoddam adhuc spaciū inter ipsas & gazophilatia vacuum remanet, sicut ex supra positis figuris oculis subiectum patet, in quibus locis coquinae illæ esse poterant, de quibus scriptura in subsequentijs commemorat, cum dicat: *Et culine fabricate erant subter porticus per girum.* Ad viam autem aquilonis porticus exterior vnum eiusdem quantitatis spaciū tantummodo habebat, quod ei ab orientali latere adhærebat. Nam ab occidentali latere gazophilatia coherentia habebat. Constat autem & australem porticum exterioris atrij ab orientali latere simile spaciū ad idem officium habere, & gazophilatia ei ab alio latere adhærere. De similibus ergo similia æstimamus, & idcirco duobus porticibus interioris atrij hincinde vnum vtriusque simile spaciū in coquinarum officium relinquimus. Post hæc gazophilatia cantorum quinquaginta cubitorum tam longitudinis quam latitudinis ordinamus, vt secundum longitudinem eorum sic sit & latitudo eorum, sicut de quibusdam gazophilatijs legimus. Nam de longitudine omnium gazophilatorum atrij exterioris vna sententia datur, cum longè post in sequentijs dicitur. Quia longitudo erat gazophilatorum atrij exterioris quinquaginta cu-

**A** bitorum. Post ista gazophilatia cantorum interiecta quadam via decem cubitorum latitudinis ordinantur hincinde quindecim gazophilatia in via orientali, vt sint (sicut scriptum est) triginta in circuitu pavimenti. Erant autem similiter quindecim ab vno tantum latere, id est ab orientali parte tam in via aquilonari quam in via australi. Sunt vero a frontibus interiorum portarum ut postea docebitur vsque ad locum vulgi centū quadraginta cubiti. Ex his si demus muro cubitos quinque cæteris per quindecim æqualiter diuisis inueniemus, vnumquodque gazophilatium nouem cubitos latitudinis tenere. Sequitur: *Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum, & altare ante faciem templi.* Ex hoc loco satis patet quod interior atrium secundum latitudinem totum illud centum cubitorum spaciū tenebat, quod erat medium in illis quingentis cubitis, quos ab aquilone in austrum murus ille quingentorū cubitorum includebat. Sed quia orientales porticus cæteris porticibus similes per omnia mensuras habebant, eiusdemque longitudinis atrium includebant, totidemque gradibus assurgebant, constabat proculdubio eorum mensuram vsque ad medium centenarium se extendere, & ab eius initio interior atrium initium sumere. Sed quot ex illis centum cubitis versus occidentem secundum plani considerationem dico intra se apprehenderit, nondum ex prædictis puto posse probare. Nam licet versus illam etiam partem centum cubitos superficietenus haberet, quid tamen vel quantum de illo medio centenario ab occidente secundum rationem plani tumor montis detraxerit, qui ibi ad eam partem attollebatur, necdum patet. Centum siquidem cubitorum linea una iacens, & alia obliquè se erigens ab eodem puncto emergentes in eundem cathetum non concurrunt, nec secundum planum æquale spaciū includunt, sed hæc quomodo se habeant ex sequentijs patebunt. Et altare, inquit, ante faciem templi. Hoc idcirco hic annectit, quia altare in hoc atrio fuit quod ante templum iacuit. De huius mensura nihil hic dicitur, sed longe inferius subtiliter explicatur. In hoc atrio facimus aquam illam quæ de templo egrediebatur decurrere, & a dextro altaris descendere. Circa atrij vero inferiora in quatuor eam secamus, & per medias coquinas traducimus, ita vt per ante gazophilatia transeat, vt sit vbi hoc locaustum lauari queat, quemadmodum scriptum est. *Et per singula gazophilatia ostium in frontibus portarum, & ibi lauabant holocaustum.* Horum omnium quæ diximus in nouissima, & magna figura (sicut ibi videri potest) formam & exemplum latius expressimus.

De

*De quantitate, vel situ ædificiorum quæ templo adiacabant. Cap. XIII.*

**Q**uia igitur de anteriori huius ædificij parte interim quæ dicenda videbatur expleuimus, nunc ad occidentalem eius partem describendam stiliū vertimus, & quæ de prædictis ad prædicta supplenda fuerint loco suo suppleuimus. Libet hic, sicut & supra in descriptione porticū hinc inde scripturæ testimonia in vnum colligere, & de scribendorum ædificiorum situm, modum & ordinem ex eorū collatione astruere, & quid ex his sentiendum sit, hinc auctoritate, hinc ratione probante monstrare. Sicut superius docuimus templū cum sua porticu post atrium interioris ab occidentali eius latere eminebat, & per alia tria latera idē templū tres domos cum suis porticibus, interiecto tū quodam atrio habebat, quarū vnaquæque centum cubitos longitudinis tenebat. Nā de eo ædificio quod ad dorsum templi ab occidente fuit, quod & separatū scriptura vocare consuevit ex eo quod nulli cæterorum cohæsit legitur. *Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum, & quod separatū erat ædificiū, & parietes eius longitudinis centum cubitorum.* De cæteris autē ædificijs quæ ex vtroque latere erant subinfertur, cum dicitur: *Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius quod separatū erat ad dorsum ezechas ex vtraque parte centum cubitorum.* Dū enim centum cubitorū longitudinis ædificiū ex vtraque parte mensurari dicitur, eiusdem longitudinis ædificiū vtrinque fuisse comprobatur. Ecce de tribus domibus, videamus nunc de earum porticibus. Quod apud aquilonare ædificiū porticus esset, scriptura manifestat cum dicat, vbi erant gazophilatia in superioribus, humilia, quia supportabant porticus quæ ex illis eminebat de interioribus, & de medijs ædificij. Quod autē hoc de aquilonari ædificio, eiusque porticu dictum sit circūstantia litteræ patenter ostendit, sicut postmodū in expositione litteræ manifestum erit. Hæc quæ prælocuti sumus porticum quinquaginta cubitorum fuisse possumus sanè inde conuincere, quod eius peribolus id est murus qui eius gazophilatia quæ ipsa supportabant cingebat, legitur quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazophilatorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum. Huius porticus latitudo postea exprimitur in eo quod alio loco scribitur. *Secundū longitudinē eorum sic & latitudo eorū.* Illud sanè ex huius porticus gazophilatorumque eius descriptione consequens est, quod & ampliori ratione ex alijs itidem locis probari potest, quia aquilonare ædificiū gazophilatia in suis inferioribus, cœnacula in superioribus haberet. Nā frustra eius porticus quinquaginta cubitis à terra emineret, nisi & cœnaculum post se hæt quod sibi cōgrua altitudine rēderet.

Richardi S. Victoris.

**A** ret. Quid n. ait scriptura de huius ædificij porticibus? Propterea, inquit, eminebat de inferioribus, & de medijs ædificij à terra cubitis quinquaginta. Denique horū gazophilatorū quæ in inferioribus ædificij erant comparatione murus qui gazophilatia porticus amplectitur, peribolus exterior nominatur, eo quod atrio exteriori vicinius, imò et immediatè cōiungitur. Hæc autē porticus iuncta erat porticui aquilonari interioris atrij, vñ & scriptū est: *Vbi erat porticus iuncta porticui triplici.* Sed ab ea porticu atrij interioris si ei mensuræ quæ intra parietes habuit de qua sola superius locuti sumus quinque cubitos quasi pro muri spissitudine adiciamus, proculdubio vsque ad vulgi locum ducentos quindecim cubitos inuenimus. Ab eo itaque loco prædicta domus cū sua porticu versus occidentē in centū quadraginta quinque cubitos se extendebat, vltra quæ vsque ad eundem vulgi locū adhuc septuaginta cubiti supererant. In ea. n. parte (sicut postmodū docebitur) quæ a dorsum eminebat: erant eodem parietē hēbāt, & idcirco non centū quadraginta, sed tantummodo centum quadraginta quinque cubitos tenebat. Inter hoc ædificiū & templū erat quoddam spaciū ceterū cubitorū longitudinis, & quinquaginta cubitorū latitudinis. Cuius mensura determinat cum dicitur: *In facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos.* Quicquid autē de aquilonaris ædificij mō atque mensura diximus, totū de australi ædificio iuxta eandem similitudinē sentire demus, quod quidē ex his quæ superius iā dicta sunt satis patere putamus. Hæmus iā quousque hæc ædificia cū porticibus suis se extendebant, sed nondū constat quātū intercapedinis includebāt. Sed hoc sanè (vt arbitror) palam erit cū cōstituerit quō illud ædificiū quod separatū dicitur inter hæc duo ordinatū fuit. Hēbat sanè centū cubitos longitudinis & octoginta cubitos latitudinis. Nā intra parietes nonaginta cubitos longitudinis, & septuaginta latitudinis hēbat & paries ipse vndique per circuitū quinque cubitorū erat, sicut scriptura demonstrat. Et quæ separatū erat ædificiū, versusque ad viam respiciētē ad mare latitudinis septuaginta cubitorū. Parietis autē ædificij quinque cubitorū erat latitudinis per circuitū, & longitudo eius nonaginta cubitorū, vñ & insertū. *Et mensus est domus longitudinem centū cubitorum, & quod separatū erat ædificiū & parietes eius centum cubitorum.* Ad dorsum itaque templi prope murum qui diuidebat vulgi locum situm erat, & longitudinē suā absque omni dubio in aquilonē & austrū extendebat. Sed latitudinē suā ab occidente in orientē expandebat. Quia igitur vltra prædicta ædificia altriscas iactia spaciū septuaginta cubitorum tantummodo fuit, necesse est vt latitudo ædificij quod octoginta cubitorū extitit prædictorū ædificiorū intercapedine ex magna sui parte occupauerit. Longitudo igitur separati ædificij inter prædictas illas domos extenditur, & adhuc vtrinque spatium viginti cubitorū adiciatur, propter illud, quod de eorum gazophilatia.

Pars II.

M

phila-

philatiis legitur: *Et inter gazophilatia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique.* Constat igitur inter duos aedificia quae templo adiacebant hincinde spacium centumquadraginta cubitorum secundum planum vti que inclusum fuisse. Domus autem aquilonaris fuit, & australis porticum suam non contra medium, sed contra exteriorem, siue inferiorem sui partem habuit, & ab aquilone vtraque; ab vna & eadem linea incipit. Nam vbi gazophilatia quae huius domus porticum supportabant describuntur, statim de eorum introitu annectitur. Et erat subter gazophilatia haec introitus ab oriente ingreditur in ea de atrio exteriori in latitudine periboli atrii quod erat contra viam orientalem in facie aedificii separati. Hoc atrium cuius hoc loco mentionem facit aquilonaris domus profecto ab aquilone habuit, a qua domo vsq; ad vulgi locum latitudinem suam in aquilonem extendit. Non igitur contra huius atrii latitudinem quin potius contra domum dicta gazophilatia introitum haberet nisi porticus cum sua domo ab aquilonari plaga ex vno loco inciperet. Ab aquilonari autem latere eiusdem porticus vsq; ad interiorum atriu centum cubiti erant, quorum quinquaginta eius latitudo tenebat. Deinde interiecta quadam deambulatione decem cubitorum latitudinis praedictum illud gazophilatium cantorum incipiebat, & se vsq; ad vicissimum cubitum atrii interioris extendebat. Vnde constat quia eius longitudo quinquaginta cubitorum erat. Hoc gazophilatium in subsequenti describitur cum dicitur. *Et induxit me in gazophilatium quod erat contra separatam aedificium, & contra ad eam vergentem ad aquilonem in facie longitudo centum cubitos est aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos contra viginti cubitos atrii interioris, & contra pauimentum stratum lapide vbi erat porticus iuncta porticui triplici.* Palam esse puto quomodo hoc gazophilatium contra aedificium separatam erat, vel quomodo in facie interstitium centum cubitorum longitudo, & quinquaginta cubitorum latitudinis erat. Quod templum & aquilonare aedificium interiacebat, si hoc gazophilatium vsq; ad vicissimum cubitum atrii interioris se extendebat. Palam nihilominus quomodo contra eadem vergentem ad aquilonem erat, si a decimo cubito post illius aedificii porticum incipiebat. Sed illud modo oportet considerare quod contra pauimentum atrii exterioris dicitur esse, & ne aliud quam aquilonare pauimentum atrii exterioris intelligere possimus, litterae illius adiectione costringimur. In eo quod legitur: *Vbi erat porticus iuncta porticui triplici.* Nam apud orientalem regionem nusquam inuenimus porticum iunctam porticui. Sed aquilonaris porticus atrii interioris (vt ex superioribus patet) ab oriente habebat gazophilatia cantorum, ab austro interiorum atriu, ab aquilone hoc de quo modo loquimur pauimentum. Patet ergo quod porticus quae hic porticui iuncta fuerat, ei proculdubio ab occidente adhaerebat, & ex parte eam tangens, & ex maiore sui relinquens, versus aquilonem se extendebat, &

Ezech. 42.

hoc pauimentum ab occidente limitabat. Vt igitur praedictum gazophilatium contra hoc pauimentum possit aliquam sui partem habere, oportet ipsi triplici porticui adhaerere, quin potius eodem pariete cum ea in ipso coniunctionis loco habere. Postquam pariete si porticus aquilonaris domus iniecit, parietemque post pariete habuit, profecto gazophilatium in tantum dicto pauimento oppositum fuit, quantum spissitudinis eius murus habuit. Quod autem illa quae diximus deambulatione ante ipsius gazophilatium fuerit, scriptura subsequenter ostendit, cum subiungit: *Et ante gazophilatia deambulatione decem cubitorum latitudinis.* Nec nos mouere debet quod idem aedificium, modo gazophilatia, modo gazophilatium dicitur, sicut eadem porticus modo vestibulum, modo vestibulum nominatur. Nam vnde ad distinctiones, aliud ad totum refertur. Notandum sane quod in eo loco vbi aquilonaris domus & eius porticus faciebant angulum ante praedictum gazophilatium, & huius deambulationis locum, locus quidam erat triginta cubitorum longitudo & viginti cubitorum latitudinis, de quo quod videbitur suo loco dicitur. Nam quod ex superioribus patet, quoniam ab orientali latere eius gazophilatium vsq; ad aquilonare aedificium quinquaginta cubiti tantummodo erant, ipsius quidem gazophilatium plus quam triginta cubitos latitudinis habere non poterat, vbi viginti cubitos superesse oportuit, vt constaret quod scriptura de his gazophilatiis quae circa templum iacebant dicit. *Et inter gazophilatia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique.* Constat autem quia ab eodem orientali latere eiusdem gazophilatium vsq; ad terminum sanctificati quingentorum cubitorum ducentum viginti cubiti erant, quorum triginta (vt dictum est) latitudo gazophilatium praedicti tenebat. Deinde spatium seu atriu quod inter ipsius & aedificium separatam iuxta longitudo ne templi se extendebat, centum cubitos solum praedicta scriptura auctoritate occupabat. Latitudo autem aedificii separatam octoginta cubitos habuit, a quo loco decem cubitorum latitudo superius. Quorum quatuor (vt postea monstrabit) muri latitudo tenebat, nam ceteros quatuor; via quidam habebat, quae inter ipsius murum & aedificium media iacebat. Sed si hi numeri in vnum conueniunt, proculdubio iudicatos viginti cubitos surgunt. Nunc est facile videre quomodo; templum se extendit, quod cum suo vestibulo (quod admodum in posterioribus docebitur) centum cubitorum longitudo fuit. Sed quia vestibulum templi sine dubio atrio interiori adhaerebat, ab eadem linea ipsius & scriptura gazophilatium incipiebat. Sed quia gazophilatium (vt dictum est) & ante positum atrium centum triginta cubitis vsq; ad aedificium separatam se extendebat, & templum cum vestibulo suo centum cubitos tantummodo tenebat, constat quia inter templum & aedificium separatam interstitium fuerit triginta cubitorum.

*De situ vel ratione ceterorum aedificiorum quae ad occidentalem plagam erant.*  
Cap. XIII.

Sed vt ad cetera quae adhuc restant describenda transeamus, vltra porticum iam saepe dictam aquilonis

maris

Ezech. 42.

maris aedificii ab aquilone erant decem gazophilatia e regione ipsius porticus versus aquilonem vsque ad murum exteriorem iuxta pauimentum lae tus ordinata, longitudo solum longitudinem porticus cubitorum quinquaginta. Haec sunt illa gazophilatia atrii exterioris, de quibus scriptura similitudinem trahit. Vbi ipsius porticus, seu gazophilatiorum quae sub ipsa erant longitudo describitur cum dicitur. *Et peribolus exterior secundum gazophilatia quae erant in via atrii exterioris ante gazophilatia.* Longitudo eius quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazophilatiorum atrii exterioris quinquaginta cubitorum. Secundum gazophilatia, inquit, quae erant ante gazophilatia. Ante quae gazophilatia quae non nisi ante ea de quibus tunc agebat, & multa iam dixerat, quae sub porticibus erant, & ipsas (vt ibi dictum est) aquilonaris aedificii porticus supportabant. Ante porticum igitur praedictam esse describuntur, & atrii exterioris eadem ipsa gazophilatia dicitur, vt vbi fuerint aperte determinentur. Inter haec tamen gazophilatia, & adiacentem porticum via quadam interiecta erat latitudinis (vt arbitrator) quinque cubitorum, vbi erat introitus ad gazophilatia quae erant ante aedificium separatam. Descriptis namque gazophilatiis quae porticus supportabant, de hoc statim introitu annectitur, cum dicitur. *Et erat subter gazophilatia haec introitus ab oriente ingreditur in ea de atrio exteriori in latitudine periboli atrii quod erat contra viam orientalem in facie aedificii separati.* Hic sane est ille introitus de quo superius iam aliqua locuti sumus. Ab hac via vsq; ad murum exterioris atrii erant nonaginta cubiti. Qui si per decem gazophilatia diuidatur, vnumquodque eorum nouem cubitorum latitudinis inuenitur. Quia dictum est de plaga aquilonari, intelligendum est per oia iuxta eandem similitudinem de plaga australi. Erant itaque decem gazophilatia ex parte vna, & decem ex parte alia. Haec sunt viginti illa gazophilatia (vt credimus) de quibus in sequentibus legitur. Ecce in istis gazophilatiis eadem mensuram inuenimus quam in superioribus illis, quae in nouem cubitos extendimus, vt sint omnia vnius latitudinis, sicut sunt, & vnius longitudinis. Restat nunc de illa porticu seu vestibulo aedificii separatam dicere quod inter aquilonarem domum & exteriorem murum ei adhaerebat ab aquilone. Quae autem vestibulum habebat scriptura illa determinat. Quae via erat ante vestibulum separatam. Hoc itaque vestibulum, vel porticus tam longitudinis, quam latitudinis quinquaginta cubitorum erat, & sub se gazophilatia habebat, & super illa de inferioribus; & de medijs aedificijs eminebat, & a superiori peius latere (id est ab oriente) deambulatione, seu viam, decem cubitorum latitudinis habebat. Quod totum paucis quidem verbis scriptura determinare videtur, vbi legitur. *Et erant ante aedificium gazophilatia, & via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophilatiorum quae erant in via aquilonis.* Si gazophilatia, ista, & via ante posita per

oia similitudinem habebant eorum quae ad viam aquilonis erant, ergo ista sicut & illa coniuncte sibi domui sub porticu, & simili modo adhaerebant, & quicquid de illis sibi in situ, qualitate, & quantitate legitur iuxta propositam similitudinis normulam ad ista accommodare debemus. Et nota quod quamuis alia gazophilatia ad viam aquilonis essent, ad illa intelligenda circumstantia litterae costringit, de quibus proximo loco tractauerat, & non illa de quibus nihil dixit. Via autem aquilonis pro amore suo nominat viam quae ab aquilone de porta per portam ad interiora tendebat, quae quidem via per ante situm praedictorum gazophilatiorum transibat. Sed vltra aedificium separatam decem cubitos superesse superius docuimus, quos partim muro, partim viginti interiecte superius assignauimus. Porticus itaque ipsius eodem modo ultra se ab accidente decem cubitos habebit, si ad similitudinem aquilonaris aedificii contra exteriora aedificium sita fuit. Et quia vltra aquilonarem domum septuaginta cubiti ad occidentem fuerunt, inter ipsam vti que, & separatam vestibulum decem cubiti erant, vt ad similitudinem superioris porticus teneat, & haec porticus quinquaginta cubitorum spacium, & habeat a superiori seu interiori sui parte deambulationem decem cubitorum. Ab inferiori autem seu exteriori sui parte viam quinque cubitorum esse secundum superioris modum debemus intelligere, vt hoc vestibulum habeat gazophilatiorum suorum introitum subter se, i. ab inferiori & exteriori sui latere ad similitudinem porticus supra dictae. Sed & vt in hoc quoque vtrinque vna similitudo concurrat, attende vbi separatam aedificium cum hoc eius vestibulo angulum faciat, & inuenies hic quemadmodum ibi spacium quoddam triginta cubitorum longitudo, & viginti cubitorum latitudinis. Hic est ille locus de quo longe post legitur in subsequenti: *Et erat ibi locus vergens ad occidentem, et dixit ad me. Iste est locus vbi coquent sacerdotes pro delicto, et pro peccato, vbi coquent sacrificium vt non efferant in atrium exterius, et sanctificetur populus.* Quia autem iste coquendi locus in atrio illo fuerit, quod gazophilatia sanctuarii habuerit, scriptura sane diligenter requisita latere non sinit. Attende namque quid ibi praemittitur vbi iste locus describitur. *Et induxit me, inquit: per ingressum qui erat ex latere portae in gazophilatia sanctuarii ad sacerdotes quae respiciebant ad aquilonem.* Et additur: *Et erat ibi locus vergens ad occidentem.* De his autem gazophilatiis alijs legitur: *Gazophilatia aquilonis, et gazophilatia austris quae sunt ante aedificium separatam. Haec sunt gazophilatia sancta in quibus vestiuntur sacerdotes qui appropinquat ad domum in sancta sanctorum. Ibi ponent sancta sanctorum, et oblationem pro peccato, et pro delicto.* Profecto si hos, vel alios scripturae locos diligenter discutimus, nullum alium praedictae coquinae locum inuenire poterimus, nisi quem

Ezech. 43.



antea designauimus, Notandum sanè, quod de hoc loco dicitur, quia esset vergens ad occidentem. Ex quibus verbis manifestè colligitur, quod mons quidem post tergum templi ad inferiora vergebat, ubi ædificium separatim gestabat. Diximus iam, quod designatus ille locus triginta cubitos habuerit longitudinis, & viginti cubitos latitudinis. Horum medietas triginta cubitorum longitudinis, & decem cubitorum latitudinis, quæ ædificio separato adhaerebat cõquinas habebat, reliquam medietatè illa scilicet decem cubitorum latitudinis deambulatio tenebat, ita ut via illa per ante faciem coquinarum transiret, & se in ea parte in atrium sanctuarii reflecteret. Iuxta hanc similitudinem per omnia credimus, & illud superius designatum eiusdem magnitudinis spacium coquinas habere, & illam decem cubitorum deambulationem per ante earum faciem se in atrium sanctuarii reflectere, & ad templum respicere. Sed quicquid de Aquilonari latere diximus totum hoc de Australi latere in ædificiorum situ, & modo iuxta eandem similitudinis congruentiam intelligere debemus, sicut quod de eo legimus. Et omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum secundum ostia gazophilatorum quæ erant in via respiciente ad nothum. Ostium in capite via, quæ via erat ante vestibulum separatim per viam orientalem ingredientibus. Habebat itaque australis plaga simile vestibulum ante ædificium separatim, simile domum, simile porticum, simile gazophilatiu iuxta interius atrium. Erat itaque una extremitas prædicti gazophilati contra viginti extremos cubitos atrii interioris (sicut superius dictum est) ex parte una, erat eodem modo & aliud contra viginti extremos cubitos atrii interioris ex parte alia, & inter illa duo intersticiu cubitorum sexaginta. In hoc intersticio vestibulum templi situm erat, quod ab oriente atrio interiori adhaerebat, ab occidente (ut dictum est) templum adhærens habebat.


*Quomodo, vel unde colligitur, quæ sit arduitas montis. Cap. XV.*

Sed quoniam ea quæ de ædificiorum situ interim dicenda videbantur expleuimus, locus postulat ut ea quæ ad superiorum expletionem addenda promissimus modo vel ex parte loquamur, & sic ad expositionem litteræ reuertemur. Primo itaque consideremus quot cubitos interius atrium ab oriente in occidentem secundum considerationem plani habeat, quod superficietenus in omnem partem absque omni ambiguo centum cubitorum erat, sed illud. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum, per quadratum. Sed sicut superius monstratum est, ab aquilone versus austrum etiam secundum planum centum cubitos hoc atrium includebat. Ducentos autem cubitos

A hinc, & ducentos inde, duæ porticus cum interiecto atrio tenebant, & in hunc modum ab una extremitate in aliam quingenti cubiti erant. Propter eandem autem similitudinem, & quantitatem porticum animaduertimus, & orientales porticus cum interiecto atrio ducentos æque cubitos secundum planum occupare, & usque ad centenarium medium se extendere. Omnes ergo interiores porticus iuxta unam similitudinem illi medio centenario, & contra eius mediū adhaerebant, & quia sexaginta cubitorum mensuram intra parietes tenebant ab hac mensura in utroque latere viginti cubiti de illo medio centenario supererant. Sed superius docuimus gazophilatiæ sanctuarii duobus porticibus interioris atrii, aquilonari videlicet, & australi immediate adhaerere, & atrii interioris lateris occidentalis limitare. Unde constat atrium interius ab oriente in occidentem secundum rationem plani non plus quam octoginta cubitos occupare. Sed si orientalis via ab exteriori porta usque ad templi situm uniformiter ascendit, profecto pavementum quod inter duas porticus centum cubitorum iacuit, non plus quam octoginta cubitos secundum considerationem plani obtinebit, quamuis superficietenus centum absque ambiguo habuerit. Hinc ergo datur intelligere, parietes porticum quemadmodum trium prædictarum domorum quinque cubitorum latitudinis esse. Nam constat unamquamque quingenti cubitos tantum intra parietes habere. Hæc erat causa cur superius quinque cubitos muro deputandos censuimus, ceteros quinque viæ deputauimus ex illis decem quos ultra ædificium separatim esse deprehendimus.

Hoc loco sanè illud admonere volumus, quod ubique pro certo, & quasi pro regula tenere debemus, quoniam siue in plano, siue in pendulo quodlibet ædificium situm sit, nihil eius mensuræ confert, vel detrahit. Quicquid enim de ædificiorum mensura scriptura docet, etiam secundum plani considerationem accipere oportet. Quoniam ergo Aquilonares porticus, seu etiam australes orientalibus porticibus in mensura & qualitate per omnia similes fuerunt, oportet de interiectis pavementis similia æstimare, & non nisi octoginta cubitos, secundum planum occupasse. Hoc tamen inter ista & orientale pavementum fuit, quod illud secundum unam dimensionem octoginta cubitos (ut dictum est) habuerit, secundum aliam vero dimensionem centum cubitos, etiam secundum planum possedit. Istorum autem mensura secundum unam dimensionem, octoginta cubitorum, secundum aliam autem octoginta quinque cubitorum, iuxta plani considerationem fuit. Nam hæc duo pavimenta ab una & eadem linea qua & interius atrium videtur incipere ab oriente, quinque tamen cubitis, ultra eius terminum videntur se extendere ab occidente, quod ex superioribus euidentissimè est intelligere. Ad simili-

similitudinem tamen interioris atrii possunt ipsa etiam in eam partem centum cubitos superficie tenus habere. Eleuantur itaque a gemino latere Aquilonare, & Australe pavementum, sed orientale quidem & interius atrium ab uno latere terminum. Si autem quaeritur de interiori atrio quantum ab una parte eleuabatur, facile hoc & absque scrupulo a geometricæ disciplinæ perito deprehenditur. Absque dubio atrium, quod octoginta cubitos habuit in base, & centum in superficie sexaginta cubitis excelsum fuit in eminentiori parte. Huius rei certissimas regulas tradere possumus, sed simplicioribus onerosi esse timeamus. Dabimus interim huius rei aliquod documentum, per quod possit quicuis quantumlibet simplex assertionis nostræ capere experimentum.



Protrahatur cuiuslibet magnitudinis linea in quinque æquas sectiones diuisa, & ad singulas sectiones singulis litteris insignita. Sitque linea A B C D E F. Supra hanc ad quartam sectionem, id est super E alia linea erigatur, ita ut in nullam partem pronior inclinetur, sed hinc inde rectos, & adinuicem pares angulos efficiat, & tres mensuras prædictis sectionibus singulas singulis æquales contineat. Sitque linea super E erecta E G H K. Protrahatur adhuc tertia linea de A in k obliquè eleuata. Hoc itaque factum accepto circino, si primam & tertiam lineam, id est A F & A k æquales inuenieris, assertionis nostræ fidem proprio experimento tenebis. Ponatur itaque ut vnaqueque sectio sit viginti cubitorum. Erit ergo A F id est prima linea cubitorum centum, & A k eius videlicet æqualis id est tertia linea erit totidem cubitorum. Linea vero erecta, id est E k, habebit cubitos sexaginta. Atrium igitur quemadmodum dictum est, quod octoginta cubitos habuit in base, & centum cubitos in superficie absque dubio sexaginta cubitis eleuatum fuit in eminentiori parte, cuius rei formam manifestè habes in triangulo A k E. Huius autem trianguli basim, id est lineam iacentem, eiusque

Richardi S. Victoris.

A Hipotemisa m, id est lineam inclinatam si quantumlibet protraxeris, & eis chathetum, id est lineam orthogonaliter erectam applicaueris, cuiuscumque magnitudinis triangulos effeceris, tres eius lineas eadem sibi semper proportionem respondere videbis. Nam semper erit Hipotemisa ad basim sexquiquarta, & basis ad cathetum sexquitercia. Ab exteriori itaque latere orientalis portæ usque ad frontem vestibuli templi altitudo montis ducentis decem cubitis excreuit si eiusdem montis arduitas in eam partem uniformiter ascendit. Quoniam igitur quilibet porticus ab exteriori latere usque ad interius lateris sexaginta cubitos tenebat, terra ab interiori latere secundum prædictum arduitatis tenorem quadraginta quinque cubitis eminentior erat. Septem autem, vel octo ascensionis gradus de quibus superius legimus solam muri latitudinem, quæ quinque cubitorum, vel septem pedum & semis erat tenere credimus, ita ut ad singulos pedes gradus sit, & octauus gradus aliis septem connumerari, vel non connumerari possit. Hinc est, quod de australi porticu exteriori legitur: *Et in gradibus septem ascendeatur ad eam.* & item de australi interiori, *Et octo gradus erant quibus ascendeatur per eam.* Nunquid extra eam erant in quibus ascendeatur ad eam, & intra eam erant in quibus ascendeatur per eam, ita ut latitudo quinquaginta cubitorum, quæ intra parietes erat octo gradus tantummodo habeat? Quis sic sapiat? Sed eis ipsis gradibus ascendeatur ad eam, & per eam quos muri latitudo tenebat. In ipsis ascendeatur per eam, quia murus de ipsa erat, & in ipsis ascendeatur ad eam, quia per ipsos ad eius interiora aditus erat. Nunc itaque quanta sit altitudo vnus porticus ex prædictis conicere possumus. Porta namque interior (ut legimus) tredecim cubitos altitudinis habuit, quibus si illos duos cubitos adiungimus, quos porta (ut superius dictum est) in fronte usque ad cœnaculum habuit, in decimum quintum numerum summa confurgit. A tecto autem thalami, id est a pavimento cœnaculi usque ad tectum portæ fuerunt (ut legitur) cubiti viginti quinque. Iungantur isti viginti quinque superioribus, & quadraginta habemus. His omnibus adhuc supra tectum ipsius portæ quasi ad propugnacula facienda quinque cubitos adiicimus, & sic quadraginta quinque cubitos altitudinis ab interiori parte implemus. Erat autem (ut superius dictum est) quadraginta quinque cubitis demissor in exteriori latere, & secundum hoc tota eius altitudo ab exteriori parte videtur in nonaginta cubitos confurgere. Videtur vero ab exteriori parte duo cœnacula, vnum autem ab interiori parte habere, & de tertio & intimo thalamo dicitur esse: *Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius.*

Pars II.

M 3





Descriptio templi, ipsiusque vestibuli.  
Cap. XVI.

Ezech. 40. **E**T introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde. Quod dicit hinc, & inde non circa templi, sed vestibuli portam debemus intelligere. Latitudo autem portæ (vt postea legitur) decem cubitorum fuit. Vnde constat quia tota longitudo vestibuli (vt postea determinatur) viginti cubitorum fuerit. Sequitur: *Et latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde.* Si vltimum loquendi consulimus, nomen portæ ad triplicem sensum accommodare consueuimus. Namine enim portæ aliquando designamus ipsum ostiū, quod aperitur, & clauditur. Aliquando ipsum hiatum seu aditum per quem transitur. Aliquando ipsum ambitū quo hiatus ipse cingitur, ea videlicet pars muri quæ ostium amplectitur, & reliquo parieti in materia, vel forma ornatus causa dissimilis, & supereminens cernitur. Aliter enim atq; aliter intelligimus cum audimus, vel legimus portas ciuitatis tulit, vel in porta ciuitatis stetit, vel portas ciuitatis vario marmore, & variis celaturis ornauit. Huiusmodi æquiuocatione, & hoc loco sensus confunditur, nisi subtiliter discernatur. Sed constat ex sequentibus latitudinem portæ decem cubitorum fuisse, & latera portæ (id est vtraque valuum) quinque cubitos latitudinis tenere. Quod ergo hoc loco legitur mensus est latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde, secundum tertiam acceptionem oportet intelligere. Mensus est itaque latitudinē portæ trium cubitorum, hoc est ipsum murum variis celaturis vsq; in id spacii ornatum. Quem etiam sensum scriptura ipsa videtur determinare in eo, quod dicit hinc, & inde. Longitudinem autē vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorū. Longitudo vestibuli iuxta latitudinē templi extendebatur, & idcirco vtriusque vna mensura inuenitur, & octo gradibus ascendebatur ad eam, hoc est ad portam, & columnæ erant in frontibus, vna hinc, & una inde. Has columnas credimus fitas hinc inde, e regione contra tres prædictos cubitos portæ vbi mensus est latitudinem trium cubitorū hinc, & triū cubitorū inde. Et introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, sex cubitos altitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Videant illi quomodo hunc locum de tabernaculi latitudine intelligant, qui de tabernaculi constructione disputant. Nam id hoc loco determinare non puto præsentis negotii esse. Quod autem dicitur frontes mensurasse sex cubitorum latitudinis hinc, & sex cubitorū altitudinis inde, possumus hoc modo intelligere. Primo mensus est quantum latitudinis in latere portæ fuerit vsque ad parietem ligneum, qui latera quæ postea describuntur ab interiori parte

A portauit. Secundum metitur non quid latitudinis ex alio latere extiterit, nam hoc ex iam sumpta mensura perpendit, sed quid altitudinis a superioribus portæ vsque ad primum cœnaculum fuerit. Sed si explicatio valuarum decem cubitos habuit, & latitudo templi intra parietes solummodo viginti cubitorum fuit, consequens est, vt eiecturas illas hinc, & inde ad quas valuæ reuerberabatur quando porta clauderetur intelligamus vnus cubiti latitudinis esse, & ipsum hiatum inter eiecturas ipsas octo cubitos habere. Alioquin non possumus hinc inde sex cubitos inuenire. Sequitur: *Et latitudo portæ decem cubitorum, et latera portæ quinque cubitorum hinc, et quinque cubitorum inde.* Ecce quod de portæ, seu valuarum latitudine superioris diximus. Post hæc longitudo & latitudo ipsius templi determinatur cum dicitur: *Et mensus est longitudinem quadraginta cubitorū, et latitudinem viginti cubitorum.* Descripta exteriori domo, ad interiorē domum transit, & quod dicitur sanctum sanctorū in his verbis describit: *Et ingressus intrinsecus mensus est in fronte duos cubitos, et portam sex cubitorum.* Sicut in superiori descriptione primo loco mensus est latitudinē portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde, sic hic primo omnium mensus est, duos cubitos in fronte, eam videlicet muri partem quæ ad portæ ornatum videbatur pertinere. Notandum autem quod eiusmodi ornamentum ambitus tam huius, quam superioris portæ videtur eas per tres partes cingere, hoc est à superioribus, & ab vtroque latere. Sed ad superiorē portam in vtroque latere mensura sumitur, & quid de superioribus portæ sentendum sit tacite innuitur. Hic autem videtur qui metitur in superioribus portæ mensuram capere, & quid de vtroque latere sentiri debeat inueniendo ostendere, hoc esse videtur quod ibi metiri dicitur hinc, & inde, hic autem in fronte. Sequitur: *Et portam sex cubitorum, et latitudinem portæ, septem cubitorum.* Si eiecturæ hinc, & inde circa hiatum ad quas valuæ reuerberabantur non vnus cubiti (sicut superius) sed dimidii esse intelligantur, manifestum erit quod dicitur. Quod igitur dicit portam sex cubitorum, ipsum hiatum inter eiecturas intellige. Quod autem adiungit, & latitudinem portæ septem cubitorum, ad latitudinem valuarum oportet referre. Si enim hiatus inter ipsas eiecturas sex cubitorum fuit, & eiecturam dimidii cubiti hinc inde habuit, manifestum est, quia copula valuarum septem cubitos latitudinis tenuit. Superius dixit quid latitudinis in latere portæ fuerit, sed quantum latitudinis hiatus habuerit aperte non dixit, quod tamen subintelligendum reliquit. Hic autem econuerso mensuram hiatus determinauit, & quid latitudinis in vtroque latere habuerit subintelligendum dedit. Nam si hiatus ipse in sex tantum cubitos extenditur, procul-

Ezech 41

dubio ab vtroque latere septem cubiti latitudinis inueniuntur. Quæ autem latitudo in superioribus portæ, & in latere fuerit superior ostendit. Quæ vero hoc loco diuersa fuerit, omnino non dicit. Quid ergo aliud videtur tacendo innuere, nisi quod debeamus de similibus similia estimare. Datur ergo intelligi septem cubitos latitudinis esse in superioribus huius portæ, sicut & in vtroque latere. Notandum sanè quomodo alia aperte dicit, alia tacendo innuit. Et quomodo hunc ipsum dicendi modum alternat, & artis suæ peritiam (vt sic dicam) ostentat. Nam quod primo loco aperte exprimit, hoc in sequentibus cum ad similem locum venerit tacite innuit, & econuerso quod in superioribus tacendo innuerat, hoc in sequentibus manifestè determinat. Hoc est quod in celaturis miramur, vbi nodorū perplexa texuntur. Nam quod in vna perplexiōnū copula superponitur vt appareat, in subsequenti supponitur vt dispareat. Sequitur: *Et mensus est longitudinem viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi.* Quam autem longitudo & latitudo interioris domus in his verbis describitur, subsequenti determinatione non ostenditur, cum dicitur: *Et dixit ad me, hoc est sanctum sanctorum.* Notandum autem quod hæc mensura longitudinis, seu latitudinis tam exterioris, quam interioris domus æqualis est illi mēsuræ, quam de templo Salomonis legimus. Dupla verò ad illam quam de tabernaculo inuenimus. Sed quoniam scriptura hoc loco omnino de altitudine tacet, dubitari de exteriori domo potest, cui nam respondere debeat, an templo Salomonis iuxta æqualitatem, an tabernaculo scederis iuxta dictam proportionem. Habebit namque cubitos viginti si fuerit dupla ad mensuram tabernaculi, triginta vero si fuerit æqualis ad mensuram prædicti templi. Sed si dicimus triginta cubitos altitudinis vsque ad primum cœnaculum fuisse, oportet vt concedamus portam decem cubitorum latitudinis nimis proceram, & latitudini valde incongruam, id est viginti quattuor cubitorum altitudinem habere. Nam ex prædictis habemus sex cubitos altitudinis tantum supra portam fuisse. Si vero dicatur quod viginti cubitorum altitudo vsque ad primum cœnaculum fuerit, consequenter tam exterioris quam interioris domus porta altitudinem aptā, & suæ latitudini congruam habebit. Nam exterior decem & quattuor interior decem & triū cubitorū erit. Ecce quomodo ex altitudine sex cubitorū quæ supra portam superius sumpserat, tam vtriusque portæ, quam cœnaculi altitudo colligitur, quas aperte non dixerat. Quantum autem spissitudinis murus templi habuerit, determinat cum subiungit: *Et mensus est parietem domus sex cubitorum.* Sequitur, & latitudinem lateris quatuor cubitorum vndique per circuitū domus. Per latera ista quæ modo describit, nihil aliud intelligo, quam quædam deambulatoria intus & exterius in duobus templi


A lateribus per parietem ordinata, erantque ab inferioribus vsque ad superiora vnum post vnum sibi inuicem immediate coniuncta. Vnde est illud quod sequitur: *Latera autem lateris ad lateris, bis triginta tria.* Et fortè latera inde dicta sunt, quod in solis templi lateribus, non autem in frōtibus essent. Sed quoniam viginti cubitorum solummodo altitudo sub primo templi cœnaculo fuit, nō plus quam tria latera capere potuit. Sicut enim in sequentibus legitur, à fundamēto vnus vsque ad fundamentum alterius solum sex cubitorum spacium fuit. Erant itaque tria interiora ab imo vsque ad cœnaculum, & triginta exterius ab imo vsque ad summum. Interiora autem templi in suis superioribus eiusmodi latera non habebant, sicut sequentia manifestant. Benè ergo dicitur bis trigintaria, eo quod trigintaria essent ex parte vna, & trigintaria ex parte altera. Adhuc autem de horum laterum descriptione addit, cum dicit: *Et erant eminentia que ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum vt continerent, & non attingerent parietem templi.* Trabes itaque de parietibus prominebāt, & latera supportabant, sed idcirco tabulata quæ super ipsas fundata erant non vsquequæque vsq; ad parietem pertingebant, vt videlicet visum admitterent: & intuentium obtutus ab imis vsque ad superiora liberè percurreret, & totum sub vno aspectu comprehendens de toto iudicare potuisset. Sequitur: *Et platea erat in rotundum ascendens sursum per cocleam, & in cœnaculum templi deferebat per girum.* Idcirco lateris erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium. Huiusmodi viam gradibus ascendentem, & se in girum flectentem videmus quotidie in ascensionibus turrium, vel eiusmodi sublimiū ædificiorum. Quod autem ait, idcirco lateris erat templum in superioribus, manifestè determinat, quod descripta latera vsque ad cœnaculorum suprema non vsquequæque pertingebant, vel in superioribus templi omnino non erant, & idcirco templi amplitudo ibi latior erat, vbi eiusmodi obstacula inter parietes nulla habebat. Quod autem dicitur, & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium, videtur ostendere templum hoc duo cœnacula habere, & ipsum in tres mansiones diuidere. In eo autem quod dicitur medium, intelligimus primum cœnaculum, eo quod ipsum primum cœnaculum esset medium trium mansionum. Superius latitudinem laterum descripsit in eo quod dicebat: *Et latitudinem lateris quatuor cubitorum vndique per circuitum domus.* Nunc autem eorum altitudinem describit in eo, quod hic adiungit: *Et vidi in domo altitudinem, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spacio.* Non dicit sex cubitorum & palmo, cum tamen mensuram calami præmiserit. Vnde & ex hoc itē loco notare possumus quod superius de calami mensura iam diximus, & vidi inquit. Sed vbi ea vidit?

Cap. 41.

In domo. Quemadmodum autem vidit. Alti-  
 nem per circuitum fundata latera. Ergo in do-  
 mo erant, & secundum altitudinem domus alia  
 supra alia fundata erant. Sequitur. *Et latitudi-  
 nem per parietem lateris forinfecus quinque cubi-  
 torum.* Videtur mihi locus idem designari in his  
 verbis qui postea dicitur locus orationis. Erat ita-  
 que quinque cubitorum latitudinis quasi quod-  
 dam appenditium iuxta parietem primi, & infi-  
 mi lateris factum, ut illic orationis gratia conue-  
 nirent qui templum ingredi, vel non possent, vel  
 non aaderent. Mensus est itaque quinque cubi-  
 torum latitudinem primo lateri à fine vsque ad  
 finem per omnem eius parietem forinfecus ad-  
 hærentem. Sequitur: *Et interior domus in lateri-  
 bus domus.* Hoc idcirco dicitur ne circa interio-  
 rem domum latera deesse putarentur, & inter ga-  
 zophilatia latitudinem viginti cubitorum in cir-  
 cuitu domus vndique. De his gazophilatiis ni-  
 hil adhuc dixit, sed quibusdam de loco orationis  
 interpositis statim eorum descriptionem annectit:  
*Et ostium, inquit, lateris ad orationem, ostium  
 vnum ad viam aquilonis, & ostium vni ad viam  
 australem, & latitudinem loci ad orationem quin-  
 que cubitorum in circuitu.* Ecce de loco orati-  
 nis repetit, ut addat. Nam superius ipsum locum,  
 nec locum orationis dixerat, nec quod in circui-  
 tu, hoc est per tria latera templum ambiebat.  
 Congregemus modo in vnum quæ de templi  
 mensura audiimus, & prius de eius latitudine  
 videamus. Primo loco ipsum templum intra pa-  
 rietes, immo intra latera viginti cubitos latitudi-  
 nis tenuit. Latera autem interiora hinc inde qua-

tuor cubitorum, & parietes sex cubitorum lati-  
 tudinis habuit. Horum summa in quadraginta  
 surgit. Latera autem exteriora habuerunt simili-  
 ter vtrinque quatuor cubitos latitudinis, quin-  
 que vero vtrobique habuit locus orationis. Quæ  
 omnia si in vnum colligis, proculdubio quin-  
 quaginta octo inuenis. Remanet ergo vtrinque  
 via cubiti vnus inter templum, & gazophila-  
 tia, quæ contra viginti cubitos atrii interioris esse  
 superius legimus. Hæc autem via sub cinctura  
 tecti quæ locum orationis operuit esse potuit,  
 & tunc frons templi sexaginta cubitos impleuit.  
 Longitudo autem templi centum cubitorum  
 fuisse legitur, sicut in consequentibus exprimi-  
 tur, & ex præcedentibus colligitur. Nam qua-  
 draginta cubitos longitudinis intra parietes ha-  
 buit ipsum templum, viginti vero sanctum sancto-  
 rum, vndecim autem latitudinis templi vestibulum.

Quatuor autem parietes vigintiquatuor  
 cubitos tenere, & locus orationis  
 cubitos quinque. Hæc om-  
 nia si in vnum redigis,  
 centenarii sum-  
 mam imple-  
 bis.





Descriptio ædificiorum quæ templo adiacebant. A  
Cap. XVII.

Ezech. 41.

Nunc autem de gazophilatiis illis dicendū videtur, de quibus dicitur. *Et inter gazophilatia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vniuersæ.* Docuimus autem longè superius de his gazophilatiis, quæ circa templum iacebant, quomodo abinuicem viginti cubitis distabant. Sed quia ædificium separatum (vt superius monstratum est) centū cubitis se inter Aquilonarem & Australem domum extendebat, & spaciū viginti cubitorum adhuc vtrinque interiacebat, patet quod inter Aquilonarem & Australem domum centum quadraginta cubiti, secundum planum erant, vnde constat inter templum, & vtramque domum hincinde quadraginta cubitos fuisse. nam cæteros sexaginta monstratum est templi latitudinem tenere. Quomodo autem poterit quadraginta cubitorum spaciū capere illud de quo superius dictum est quinquaginta cubitorum latitudinis atrium? Sed planè quod secundum planum locus non habuit ei ex tumore montis accreuit. Si igitur intelligimus illud atrium quadraginta cubitos secundum planum habere, & quadraginta in superficie, videbimus montis deuitatem in hoc loco, & in supradictis atris eadem libi proportione respondere. Nam eadem proportione se habent centū ad octoginta, & quinquaginta ad quadraginta. Post descriptionem templi adiungitur descriptio ædificii separati, & ædificium quod erat separatum versus mare, ad viam respicientem ad mare latitudinis septoginta cubitorum. Paries autem ædificii quinque cubitorum latitudinis per circuitum, & longitudo nonaginta cubitorum. Ista omnia (vt arbitror) satis ex superioribus patent, & idcirco alia expositione non indigent. Mare autem hic dicit illud quod longè post vocat magnum quod erat ab occidente, nam aliud erat ab oriente, quod vocat orientale. Postquam autem dixerat hoc ædificium versus mare, statim infert de eius latitudine, vt ex eo ipso innueret, secundum quam dimensionem ad mare versus esset. Notandum autem quod quia templū, ædificium separatum, atrium adiunctum, tam Aquilonare quam Australe ædificium vnius longitudinis erant, omnium longitudinem sub vna continuatione commemorat: *Et mensus est inquit domus (id est templi) longitudinem centum cubitorum, & quod separatum erat ædificium, & parietes eius longitudinis centum cubitorum. Latitudo ante faciem domus, & eius quod erat separatum contra orientem centum cubitorum. Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum ethecas ex vtraque parte centum cubitorum.* Notandum sane quod latitudo illa centum cubitorum, quam metitur ante faciem domus (id est templi) possit dici latitudo, & longitudo, sed diuersis re-

spiciendis. Si enim totum illud atrium consideres in quo templum situm fuit inter Aquilonarè & Australem domum, ab Austro in Aquilonem centum quadraginta cubitorum longitudinis erit, & centum cubitorum latitudinis contra orientem quemadmodum hic dicit. Si autem non totum attendas, sed vnā quamlibet a quouis templi latere partem, erit (vt in sequentibus legitur) longitudinis centum cubitorum, & latitudinis quinquaginta cubitorum. Sub sequenti autem sententia situm ædificiorum determinat. Nā ædificium superius descriptum ad dorsum templi separatum erat, & contra faciem suam hincinde ex vtraque parte templi quoddam ædificium habebat: *Et mensus est, inquit, longitudinem ædificii contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum ethecas ex vtraque parte centum cubitorum.* Vides certè quod ex vtraque parte ædificium fuit, & vtrumque ethecas habuit, & eo ipso quo ethecas mensus fuit, etiam domorum mensuras accepit. Antefolaria quædam intelligimus esse istas ethecas, quas (vt Hieronymus in his verbis testatur) Romæ vocant solaria de cœnaculorum parietibus eminentia, quæ nonnulli Græcorum exedras vocant. Recapitulatio cum additione videtur esse quod sequitur: *Et templum interius, et vestibula atrii, limina, & fenestras obliquas, ethecas in circuitu per tres partes contra vniuersiusque limen, stratumque ligno per girum in circuitu.* Patet autem cur templum interius esse dixerit, quia inter prædicta ædificia medium locum tenuit. Vestibula atrii nominat, quia atrio adiacebant. Superius autem designauerat ethecas ex vtraque parte, hic autè dicit per tres partes esse, vnde constat ædificium etiam separatum ethecas habuisse. Qua ex re conuincimus eandem in tribus similitudinem esse tam in qualitate, quam in quantitate. Ethecæ autem (vt dicitur) contra limen vniuersiusque erant, quia de ipsis cœnaculis extrinsecus prominebant. Ne enim altiores, vel demissiores ipsis cœnaculis putarentur, per limina solariorum situs antefolarium exprimitur. Stratum lignorum per girum dicit tabulatū quo ethecarum inferiora sternebantur, quæ tres templi partes (vt dictum est) cingere videbantur: *Terra autem, inquit, vsque ad fenestras erat, vnde conuinci potest quanta deuitas montis fuerit, quandoquidem parietes ædificiorum quæ ex parte templi erant, terram vsque ad fenestras habebant.* Quod autem dicit Cherubin, & palmas vsque ad interiorem domum, hoc est sanctum sanctorum fuisse, videtur determinare velle interius sanctuarium eiusmodi celaturas non habere. Erant itaque (vt dicitur) vsque ad interiorem domum, in exteriori videlicet templo, & forinsecus, id est in vestibulo, quod eadem consideratione videtur dici posse forinsecus, quia domus interior dicitur intrinsecus. Erant inquam in templo & in vestibulo per omnem parietem in circuitu non solum interius, sed etiam extrin-

secus


secus fabrefacta ad mensuram, & Cherubin, & palma. Sequitur: *Et palma inter Cherub & Cherub, duasque facies habebat Cherub, faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expressam per omnem domum in circuitu.* De terra vsque ad superiora porta Cherubin, & palma celata erant in pariete templi. *Limem quadrangulum, & facies sanctuarii aspectus contra aspectum altaris lignei.* Hæc omnia per se (vt arbitror) patent, & nostra expositione non indigent. Vltima autem sententia situm altaris interioris exprimit, eo quod in medio templi contra portam sanctuarii positum fuerit. Hoc erat altare incensæ. Nam illud de quo superius breuiter tetigit, & de quo in sequentibus latius agit, erat altare holocausti. Sequentibus autem verbis videtur exprimeret non tantummodo modum quantitatis, sed etiam facturam operis. Ait itaque: *Trium cubitorum altitudo, et longitudo eius duorum cubitorum.* Hæc ad quantitatem, sequentia referuntur ad qualitatem: *Et anguli eius, et longitudo, et parietes eius lignei.* Fortè idcirco de latitudine tacuit, quod longitudo & latitudo eadem fuerit, & in vtramlibet partem longitudo, sicut & in vtramlibet latitudo dici potuit. Videtur autem quatuor ligna per quatuor angulos erecta habere secundum altitudinem, quibus alia quatuor copulabantur tam superius, quam inferius directa secundum longitudinem & latitudinem, quibus tabulae affigebantur, & coniungebantur in vnâ compagem. Angulos itaque vocat, eo quod angulos tenerent ligna illa, quæ in angulis erigebantur. Longitudinem vero nominat ligna illa quæ altaris longitudinem metiebantur. Parietes autem dicit iuncturam tabularum quibus earum hyatus texebatur. Sequitur: *Et locutus est ad me, hæc est mensa coram domino, & post hæc addidit descriptio ostiorum tam templi, quæ sanctuarii: Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario, & in duobus ostiis ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum.* Puto ex hoc loco manifestum esse, quod idem nomen ponitur in diuersa acceptione. Alioquin quomodo stabit, quod dicit. Bina ostia erant ex vtraque parte ostiorum? Quod igitur prius dicit ostia referendum est ad fabricam quæ erat ex ligno. Quod postea dicit ostiorum, referendum est ad aditum, qui patebat in muro. Murus autem sex cubitorum spissitudinis erat, & ipsa eius spissitudo tam in templo, quam in sanctuario duo ostia tenebat. Nam vnum erat in muro ex parte interiori, & alterum ab exteriori. Pendebat autem ex his duobus ostiis vnum a dextris, & alterum a sinistris, iuxta quem modum per omnia erat & in templo Salomonis. Hoc est quod ibi dicitur. Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus, vtrumque autem ostium erat in gemina diuisum, hoc est, quod superius dixe-

rat. Latera quinque cubitorum. Quod ibi dicit latera, hic dicit ostiola. Hæc latera ferreis nexibus copulabantur, & cum portæ aperirentur inuicem plicabantur. Quemadmodum & hic dicitur, & ibi dictum est, quod se inuicem tenendo aperiebantur. Idcirco autem vnum ostium in duo diuidebatur, & inuicem plicabatur, ne muri latitudinem excederet dum aperiretur. Et celatae erant in ipsis ostiis templi Cherubin, & sculptura palmarum sicut in parietibus quoque expressa erant. Ista omnia per se satis patet. Rectè autem subiungitur: *Quamobrem erant gressiora ligna in vestibuli fronte forinsecus super quæ fenestrae obliquæ.* Ibi namque gressiora ligna esse res exigebat, vbi ornatus causa digniores, & excellentes celaturas esse oportebat. Datur autem intelligi ex his verbis, parietes operatos esse lignis quemadmodum in templo Salomonis. Sequitur, & similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli, secundum latera domus, latitudinemque parietum. Patent ista: *Et eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, & introduxit in gazophilatium, quod erat contra separatum ædificium.* De vestibuli fronte templi constat cum nouissimo loco egisse, de quo loco videtur modo per Aquilonarem portam atrii interioris in descriptum gazophilatium transire. Rectè sanè. Nam hoc vtiq; gazophilatium ad prædictam decem cubitorum latitudinis deambulationem faciem habebat, quæ ab eo loco incipiebat vbi ista porticus porticus Aquilonaris domus iuncta erat, & vbi (ex hoc loco colligitur) in latere videlicet triplicis porticus aditus ad illud gazophilatium patebat: *Et induxit me, inquit, in gazophilatium quod erat contra separatum ædificium, et contra eadem vergentem ad Aquilonem in facie longitudinis centum cubitos ostium Aquilonis, et latitudinis quinquaginta cubitos contra viginti cubitos atrii interioris, et contra pavementum stratum lapide atrii exterioris, vbi erat porticus iuncta porticus triplici, et ante gazophilatia deambulatio decem cubitorum latitudinis ad interiora respiciens via cubiti vnius, et ostia eorum ad Aquilonem.* Horum omnium descriptionem superius tam diligenter exposuimus, vt nesciamus vtrum aliquid (nisi fortè pro litteræ expositione) ad prædicta addere debeamus. Ostium Aquilonis dicit illud, ostium templi de quo superius dixerat, & ostium lateris ad orationem. Ostium vnum ad Aquilonem. Non dum sanè, quia quod prius quasi singulariter posuit, & postea pluraliter designauit. Et induxit me (inquit) in gazophilatium & in sequentibus, & ante gazophilatia deambulatio decem cubitorum latitudinis ad interiora respiciens via cubiti vnius. Quod autem sequitur, & ostia earum ad Aquilonem, si earum ibi legitur, referendum est ad porticus, si vero eorum, referendum est ad gazophilatia. Nam vtrouique poterit esse sententia vera. Sequitur: *Vbi erant gazophilatia in*

supra-

*superioribus humilioribus*, quia supportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificij. Præmissa descriptione deambulationis, bene additur ubi erant gazophilatia, nam iuxta deambulationem erant, & ei ab Aquilone adhaerebant. Illud quoque notandum, quia pluraliter porticus dicit, quod prius porticum dixit. Sanè ut his verbis facile perpenditur, tam domus, quam eius porticus in triplicem mansionem distinguebatur. Si enim ædificium habebat inferiora & media, habebat utique & suprema. Medium namque non dicitur nisi ad duo extrema. Habebat itaque domus sicut & sua porticus gazophilatia in ymo, cœnaculum vnum in medio, & cœnaculum aliud in summo. Habebat & porticus gazophilatia in inferioribus cōtra gazophilatia domus, quæ porticus supportabant. Erant namque porticus in horum superioribus, vna contra cœnaculum primum, & alia contra cœnaculum secundum, quæ a gazophilatiis supportabantur. Inferior porticus de inferioribus ædificij eminebat, quia supra gazophilatia sita erat, quæ inferioribus ædificij respondebant. Superior porticus de medijs ædificij eminebat, quia supra primam porticum sita erat, quæ medijs ædificij respondebat. Illud nunc quale sit consideremus, quod gazophilatia dicuntur esse humiliora in superioribus. Sanè si arduitatem montis circa hunc locum secundum priorem modum æstimemus, terram in vno ædificij latere ex parte templi sexaginta cubitis excelso-rem, quam in alio latere inueniemus. Sed quis nesciat ratione id exigente pavimenta ædificiorum in æqualem quandam superficiem sternere oportere? Ne ergo putaremus terram ab vna parte sexaginta cubitis cauatam fuisse, dicit scriptura gazophilatia in superioribus humiliora esse, ut intelligamus vnum gazophilatium diuisum in plura, & singula habere pavimenta, in scipsis quidem æqualia; sed alia aliis eminentiora, & secundum ascensum montis gradum more alta supra alia eleuata. Vbi ergo pavimenta eleuatiore, ibi gazophilatia erant humiliora, id est minus altitudinis habentia; hoc idem intelligimus de gazophilatiis illis quæ erant sub porticibus. Hoc idem de diuisione illa sex porticum quas in septem portiones secundum latitudinem, montisque ascensum distinximus. Hoc idem de gazophilatiis, quæ circa pavimenta erant sentimus. Idcirco autem hæc distinctiones erant utique longæ, sed parum latæ. Nam gazophilatia eadem leguntur quinquaginta cubitorum longitudinis fuisse, quæ tamen nõ plus quam nouem cubitorum latitudinis videntur habere. Hæc tamen gazophilatorum diuisiones non tam videntur partibus interceptæ, quam columnis distinctæ, ita tamen ut has columnas (quemadmodum in claustris fieri solet) nonnullius altitudinis mu-

rus supportaret, qui pavimentorum eleuationes susciperet, eleuationumque degradationes dispararet. In hoc itaque gazophilatia exterioris atrij ab istis gazophilatiis discrepabant, quod illa columnas habebant, in his vero nullæ erant. *Trislega enim, inquit, erant, & columnas non habebant, sicut erant columnæ atriorum.* Bene autem de his porticibus additur, propterea eminebant. Quoniam supportabantur a gazophilatiis, idcirco eminebant, & subditur quidem quomodo, vel quantum eminebant a terra. *Eminebant, inquit, de inferioribus, & de medijs ædificij a terra cubitis quinquaginta.* Si ista porticum supereminentia a terra sursum quinquaginta & quinquaginta cubitis distinguitur, tota altitudo domus centum quinquaginta cubitos habere videtur. Inferior autem porticus non ubique a terra quinquaginta cubitis eminebat, sed in eo latere ubi terra demissior erat. Sed quia secundum prædictam rationem terra in vno latere domus ex parte templi eleuatur erat cubitis sexaginta, & primum cœnaculum domus secundum descriptionem porticus eminebat, ex parte alia tantummodo cubitis quinquaginta videtur terra decem cubitis exterius eminere ex parte templi supra pavimentum primi cœnaculi. Quod igitur superius legimus, quæ a terra usque ad fenestras: erat de fenestris primi cœnaculi intelligere debemus, ita ut quibusdam gradibus in eius ostia descenderetur, quemadmodum in cellariis videmus. Ethecas autem cœnaculum esse perpendimus.



Sed quoniam gazophilatia quæ sub porticibus erant cum eis ipsi domui adhærebant, ab interiori parte parietem vnum cum ipsa domo communem habebat, qui quidem gazophilatiis porticum tanto longior erat, quanto longitudinè illorū latitudo domus superabat. Per exteriorem ergo parietem qui atrio exteriori adhærebat, longitudo gazophilatorum exprimitur, cū adiungitur: *Et peribolus exterior secundum gazophilatia quæ erant in via atrij exterioris ante gazophilatia longitudo eius quinquaginta cubitorum.* Notandum sanè, quod non dicit porticum ipsam quinquaginta cubitos longitudinis habere, sed peribolum eius exteriorem, idest parietem illum quem ad exteriora habebat quinquaginta cubitorum longitudinis fuisse, ne putetur hæc mensura intra parietes, quemadmodū in superioribus porticibus sumpta fuisse. Patet ergo quod superius iam diximus, quia vnum parietem cum domo communem habebat, ita ut vtriusque mensuræ annumerari debeat, ut constet de huius porticis gazophilatiis, quod de illis gazophilatiis legitur quæ ad horum similitudinem describuntur: *Secundum longitudinem eorum, inquit, sic & latitudo eorum.* Generalis autem sententia esse videtur quæ subinfertur, cum dicitur: *Quia longitudo erat gazophilatorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum.* Cum enim dicatur, non eorum, sed gazophilatorum, non videtur ad prædicta relatio facta, sed generalis sententia prolata, ut omnium gazophilatorum exterioris atrij intelligatur longitudo vna.

*De cæteris quæ restant vsq; ad finem descriptionis. Cap. XVIII.*

**Ezech. 42.** **P**ost descriptionem gazophilatii quod erat contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum atrij exterioris, & post descriptionem porticus tam pauimento, quam triplici porticui adhærentis, vide quam miranda ratione repetit quod longè superius dixit: *Et longitudo, inquit, ante faciem templi centum cubitorum.* Nōnè hoc idem expressit quando atrij interioris, tam longitudinem, quam latitudinem diffiniuit? Sed intellexit Propheta secundum prædictorum descriptionem consequens esse, longitudinem ante templum centum cubitos, secundum planum habere non posse. Sed idem iterum repetendo per inculcationem admonuit quod absque dubio aliquo modo habuit quod, secundum plani considerationem omnino habere non potuit. Sequitur: *Et erat subter gazophilatia hæc introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori in latitudine periboli atrij, quod erat contra viam orientalem in facie edificij separati.* Quæ sint gazophilatia ante gazophilatia ista, & quis sit introitus subter ista, & super illa, idest inter vtraque gazophilatia

superius iam diximus, & eadem replicare vitamus. Atrium autem de quo hic commemorat, non solum in facie edificij separati, sed etiam in facie aquilonaris domus, & ex maiori parte erat. Sed quia edificium separatum ab eo longius distabat, de eo maximè dicitur de quo minus videbatur. Descriptis gazophilatiis, quæ sub porticibus aquilonaris domus in via aquilonaris erant, quorum similitudinem illa quæ sub porticibus separati edificij fuerant per omnia tenebant, compendiosè satis eorum descriptionem ex similitudinis adiunctione subintulit, cum dicit: *Et erant ante edificium gazophilatia, & via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophilatorum quæ erant in via aquilonis.* Si ista gazophilatia per omnia eorum similitudinem habebant quæ in via aquilonis ante aquilonarem domum erant, ergo porticus supportabant quæ de illis eminebant de inferioribus, & de medijs edificij. Similiter in cæteris vnam in vtriusque similitudinem intelligimus, sicut superius docuimus, & eadem replicare non debemus. Vnum quod superius præterisse videbatur, latitudinem videlicet eorum, hoc loco determinare videtur, & tam istorum, quam illorum mensuram vno sermone complectitur, cum dicitur: *Secundum longitudinem eorum, sic & latitudo eorum.* Completa descriptione omnium edificiorum quæ ad aquilonem erant, eorum quæ ad austrum consistebant breui sententia comprehendit, cum dicit: *Et omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum secundum ostia gazophilatorum, quæ erant in via respiciente ad Notum.* Ostium in capite viæ, quæ via erat ante vestibulum separatum per viam orientalem ingredientibus. Quicquid de gazophilatio quod erat contra viginti cubitos atrij interioris diximus, quicquid de aede vergente ad aquilonem, vel eius porticibus, quicquid de ambulatione, vel de introitu superius docuimus, totum de his quæ ad austrum erant secundum situs sui modum intelligere debemus, ut sit in istis, & illis introitus secundum introitum, & similitudines secundum similitudines, & ostia secundum ostia, ut sit in omnibus per omnia utrobique similitudo vna. Vide tamen quam argutè unum nominatum expressit, de quo maximè dubitari potuit. Fortè enim aliquis difficilè crederet, quod edificium separatum duo vestibula haberet, ne duo habendo aliarum in hoc ædium formam excederet, quod in cæteris omnibus eandem cum eis similitudinem tenuisset. Ait ergo: *Ostium in capite viæ, quæ via erat ante vestibulum separatum.* Si via erat ante vestibulum separatum ex parte una, erit proculdubio, & via, & vestibulum ex parte altera, ut utrobique sit similitudo una. Illud autem palam est, quod caput viæ illius ad orientem respiciebat, quæ ab atrio exteriori iuxta porticum aquilonaris edificij inci-

incipiebat. Manifesta autem sunt cætera quæ sequuntur, vsque ad eum locum vbi dicitur: *Cumque compleset mensuras domus interioris, eluxit me per viam portæ quæ respiciebat ad viam orientalem, & mensus est eam vndique per circuitum.* Domum interiorem dicit templum quod inter cætera edificia locum tenebat medium. Quod dicit mensus est eam, intelligendum est, aut eam interiorem domum, aut eam viam, aut eam portam. Sed quomodo mensuras domus interioris compleuerat, si adhuc eam metiri oportebat? Sed quod murum diuidentem inter sanctuarium, & vulgi locum hoc loco metiatur, manifestissimè determinatur. Portam itaque orientalis viæ exteriorem vndique in eo mensurabat, quod muri ipsius hinc inde mensuræ capiebat. Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensuræ quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. Et mensus est contra ventum aquilonarem quingentos calamos in calamo mensuræ per girum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum, & ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ. Per quatuor ventos mensus est illud. Quid sit autem illud, vti iam dictum est cuius mensuram accepit subiuncta determinatione ostendit, cum dicit: *Murum eius, inquit, vndique per circuitum longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum diuidentem inter sanctuarium, & vulgi locum.* Conturbat fortassis aliquem, quod idem murus quingentos calamos, & quingentos cubitos dicitur habere, cum calamus superius legatur sex cubitorum fuisse. Sed diuersitatem calamorum intelligere nil obstat, cum manifesta prophetæ sententia in hoc ipsum nos cogat. Sed si ista scripturæ locus pro diuersitate calamorum ad sui testimonium minus sufficere videtur, videamus quid in sequentibus dicitur, vbi post pauca altaris mensura describitur: *Ista autem, inquit, mensura altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum, & palmum.* Quis est iste cubitus verissimus in quo erat cubitus, & palmus? Aut hoc de instrumento, idest calamo dicitur, per quod mensuratur, aut de mensura quæ instrumento sumitur. Nam perticam quidem dicimus, & illud quo mensuramus, & mensuram quam accipimus. Sic palmus, sic cubitus, sic sextarius dicitur, & mensura qua mensuratur, & mensura quæ mensuratur. Si itaque hoc loco cubitum non instrumentum, sed mensuratum accipimus, quomodo erit cubitus verissimus vbi erat cubitus, & palmus, hoc est plus quam cubitus? Si autem per cubitum intelligimus instrumentum, hoc est calamum, in hoc dicimus ipsum verissimum, quia habebat cubitum quo metiretur, & palmum vnde intermetiendum teneretur. Portuit autem (quod &

Richardi S. Victoris,

ipse credo) in sex cubitorum calamo ex ea parte qua supererat palmus, vnus cubitus cum eodem palmo esse segregatus, atque aliquo signo determinatus, in quo sanè metiri oportebat, quod infra pleni calami mensuram remanebat. Sicut igitur pars panis dicitur panis, & pars domus dicitur domus, sic pars calami potuit dici calamus. Octoginta autem, & tres calami cum triente de maioribus complent quingentos de minoribus. Fortè ergo ut inimicitias vitaret, immo absq; dubio certi causa mysterii, ut plenum mysticumque numerum exprimeret, minores hoc loco calamos posuit, & quæ mysticè docere oportuit, mystico numero expressit.

*De descriptione altaris holocausti. Cap. XIX.*

**R**estat adhuc de altari dicere, & eius descriptionem explanare: *Ista autem, inquit, mensura altaris in cubito verissimo qui habebat cubitum, & palmum.* De hoc cubito iam superius docuimus, & eadem replicare non debemus. In sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine, & definitio vsque ad labium eius in circuitu palmi vnus. Ut totius altaris mensuram breuiter perstringam, erat quinque cubitorum altitudinis, & habebat vsque ad extremum quarti cubiti duodecim cubitos tam longitudinis, quam latitudinis. A quarto vero cubito sursum habebat cincturam quandam vnus cubiti in omnem partem, ita ut in supremis eius contra quintum cubitum esset altare quatuordecim cubitorum longitudinis, & quatuordecim latitudinis. Habebat ergo cinctura illa cubitum vnum altitudinis, & cubitum vnum latitudinis in omnem partem extra mensuram altaris, ut de eo intelligi possit quod dicit, in sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine. Huius autem supremi cubiti superiorem medietatem corona altaris tenebat, reliqua medietas sub corona erat. Habebat autem corona ipsa vnum palmum spissitudinis. Vnde est illud: *Et definitio usque ad labium eius in circuitu palmi vnus.* Hoc loco definitio idem est, quod terminatio. Erat itaque suprema extremitas altaris, vel coronæ, vbi altare terminabatur, vel finiebatur palmi vnus scilicet spissitudinis. Erat autem adhuc circa eandem coronæ extremitatem alia quædam parua cinctura circumquaque dependens, quam & labium vocat. Vnde & dicit: *Et definitio usque ad labium eius in circuitu palmi vnus.* Vel relictus fortassis quoddam foramen, quod erat in medio altaris à summo vsque in ima describitur in eo, quod dicitur: *In sinu eius erat cubitus, et cubitus in latitudine.* Cætera autem quæ sequuntur secundum priorem sensum exponantur. Erat etiam sub ipso altari quædam fossa duorum cubitorum profunditatis, quæ cineres

Pars II.

N


qui



qui per illud foramen defluebant excipiebant. Vn de & addit. *Hæc quoque erat fossa altaris, & de sinu terre usque ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo vnus cubiti.* Profunditatem & latitudinem describit, & de longitudine tacet, inuit tamen in eo, quod duos cubitos ad crepidinem nouissimam (id est ad basim altaris) terminari ostendit. Videtur itaque mihi longitudo eius ab anteriori parte sub basi altaris incipere, & usque post tergum altaris se extendere, ita ut sanguinem qui ad basim fundebatur excipere posset, & post tergum altaris quasi ad extrahendos influentes cineres pateret. Sequitur: *Et a crepidine maiori usque ad crepidinem minorem quatuor cubiti, & latitudo vnus cubiti.* Crepidinē possumus dicere præruptionem, vel præcisionem alicuius planicie, vel superficiē. Crepidinem igitur minorem vocat basim altaris quæ erat cubitorum duodecim: crepidinem vero maiorem vocat basim eiectionis supradictæ, quæ erat cubitorum quatuordecim. Erant itaque ab vna usque ad aliam crepidinem quatuor cubiti, secundum eius quod dictum est, Ariel altitudinem, & latitudo vnus cubiti secundum eiectionis latitudinem. Bene autem cubitum vnum seorsum, & cum determinatione posuit. Nam positio quatuor cubitorum in altum surrexit, situs vero vnus cubiti se in latum deflexit, & in latum expandit. Sed a crepidine maiore incipiens, cur cubitum vnum prius non posuit, qui secundum hunc ordinem prius occurrit, nisi quod maiorem numerum latinorum more prius ponere voluit? Ordinatus autem videretur posuisse si sic voluisset dicere, & a crepidine minori usque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti, & latitudo vnus cubiti. Hunc ordinem septuaginta secuti sunt, qui sic ponunt. *A propiciatorio minori usque ad propiciatorium maius, eosdem locos per propiciatorium, & propiciatorium designantes, quos nos in crepidinibus intelligimus. Et recte quidem satis hæc duo loca poterant propiciatoria dici, quia in his duo-*

bus locis solebat sanguis ad expiationem, & propiciationem poni, vel effundi. *Ipsæ autem Ariel quatuor cubitorum.* Ariel dicit ipsam corpus altaris, quod quatuor cubitorum altitudinis (vt dictum est) erat, cui dicta illa superius eiectione supereminēbat. Quod ideo forsitan Ariel quod est leo fortis nominauit, quia leonis more populi victimas per illud iam dictum foramen deuorauit, & absorbit. Et ab Ariel sursum cornua quatuor, per quatuor videlicet angulos altaris. Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulum equis lateribus. Hoc dictum est de corpore altaris, vt superius iam docuimus. *Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius.* Et de hoc item superius diximus, quod eiusmodi mensura erat circa superiora altaris. Et corona in circuitu eius dimidii cubiti, scilicet altitudinis. Nam de ipsius latitudine superius dictum est. Et finis eius vnus cubiti per circuitum.

Recole duas superius posuimus sententias, secundum primam erit quod modo dicitur superflua repetitio, secundum secundam erit ad altitudinem altaris completam necessaria adiectio.



*Terra promissionis descriptio seu diuisio, & quæ portio debeat sacerdotibus, & quæ leuitis.*

#### Capitulum X.

De hoc sanctificato statim pauca adiungit quod sit sacerdotum sanctificatum de terra longitudinem viginti quinque millia, & longe post in sequentibus.

quæ millia, & latitudinem decem millia. Sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum, in omni prædicto sanctificato; aliud sanctificatum in quo erit Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos sanctuarium & templum, ita vt ipsa possit recte dici sanctificata per quingentos quadrifariam per circuitum, & tum sanctificati, quemadmodum dici solet sanctum sanctorum. quinquaginta cubitis in suburbana eius per circuitum.

Quod dicit a mensura ista, non est referendum ad proximum tantum, sed ad totum quod superioribus verbis est comprehensum. Et a mensura ista mensurabis longitudinem videntem. Quod modo mensurari iubetur est illud quod ostendit

ginti quinque millium, & latitudinem decem millium. dicitur debere esse leuitarum.

Palam est ex posterioribus quod templum erat in sorte sacerdotum. Et in ipso erit templum, sanctumque sanctorum. Quod igitur dicit in ipso, referendum est ad illud mensuratum de quo præmittitur, & a mensura ista. In medio namque eius mensura erat templum. Sed sub iunctura interpositio, & neutraliter facta relatio facta litteram obliuiscam.

Duobus istis subsequentibus verbis determinat quorum de sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris beant esse due illæ prædictæ mensuræ, & in primo quidem de sanctuarium, qui accedunt ad ministerium.

prima. Sanctificatum (inquit) de terra erit sacerdotibus, ac si diceret illud quod superius nominauit sanctificatum, illud inquam erit sacerdotibus. Et erit eis locus in domos, & sanctuarium sanctitatis, viginti quinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt leuitis, qui ministrant domui.

EXPLICATIO ALIQVORVM PASSVVM difficultium Apostoli.

Dubium. Ista quae de lege ab Apostolo dicitur in locis dicuntur ad iniquitatem conferantur, multa eis contrarietas inesse videtur. Videtur namque esse contrarius sibi ipsi, contrarius rationi, contrarius veritati, & quod his omnibus amplius est, sententiae ipsius domini. Audi itaque clamantem atque protestantem: Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis homo. Quomodo non est in hoc contrarius sibi, cum ipse protestetur alibi: Quoniam non auditores, sed factores legis iustificabuntur. Item alio loco. Lex, inquit, sancta est, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Iterum aliam ab eodem dicitur: Lex iram operatur. Quid magis contra rationem videtur, quam quod mandatum, quod sanctum, iustum, & bonum dicitur apud iustum, & piuum dominum iram, non gratiam potius operatur? Alias autem dicit, quod: Lex neminem ad perfectum adducit. Quo quae id veraciter dici potuit, vel quomodo in hoc veritati contrarius non fuit, cum tempus legis tot iustos, & tam perfectos haberet? Nunquid Elias perfectus non fuit, in cuius spiritu, & virtute iuxta dominicum testimonium venit quo inter natos mulierum maior nemo surrexit? Quid de ceteris prophetis, quid de iustis, & regibus dictum sumus, qui quod Apostoli viderunt, videre voluerunt, nec potuerunt? Si legis praevaricatores erant, nunquid iusti esse poterant? Sententiae vero domini contraria sentire videtur in eo, quod alias loquitur. Si enim lex data esset quae iustificare potuisset, verum ex lege esset iusticia. Legisperito autem quarenti quid faciendo vitam aeternam possideret, & ad illius interrogationem domino prima, & maxima legis mandata profertenti dominus respondit: Hoc fac, & viues. Quid ergo? Nunquid non potest obtineri iusticia vnde obtinetur vita aeterna? an vita aeterna poterit haberi sine iusticia? Quis quid horum dicat, vel dicere praesumat? Hoc, inquit, fac, & viues. Viues haud dubium diligendo ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum. Sunt qui dicant opera legis esse quae fiunt ex timore, opera vero Evangelii quae fiunt ex amore. Seruire autem sine dilectione non potest hominem iustificare, vnde & secundum eos dicitur merito quia ex operibus legis non iustificabitur omnis homo. In testimonium vero assertionis suae adducunt, quod alias in Apostolo legunt, Non enim acceptis iustis iustitiam in timore, sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus Abba pater. Constat itaque, inquit, quia

A sub timore seruiebant qui spiritum timoris, non amoris acceperant. Hinc est, quod adhuc addunt, quod lex sit mandatum sine gratia, euangelium vero mandatum cum gratia. Fateor, non me recolo legisse ubi lex praecipiat seruire, ex solo timore, ubi prohibeat implere mandata ex vera dilectione. Nunquid quae legis opera non erunt quae ipsa iniungit, & eius opera erunt quae ipsa non tradit? Sed dicunt quia spiritum seruitutis acceperunt qui sub lege fuerunt. Audaacter dico, & indubitate assero, quoniam eorum qui tempore legis, & eorum qui tempore euangelii hucusque fuerunt, alii spiritum timoris, alii vero spiritum dilectionis acceperunt. Nunquid soli illi legem non tenuerunt qui abundante caritate, & timorem foras mittente ex sola dilectione obseruauerunt? Legis certe est, & euangelii doctrinam exhibere. Domini vero gratiam dare, vel subtrahere, & spiritum pro beneplacito infundere, Quid ergo sibi volunt qui dicunt legem esse mandatum sine gratia, euangelium vero mandatum cum gratia? Quam sepe videmus temporibus nostris habere maiorem gratiam in exequendis mandatis imperitos auditores, quam quosdam peritissimos euangelii praedicationes, Nunquid nam euangelium non est quod docet qui Apostolicam doctrinam eruditissime praedicant, sed implendi gratiam nec ipsi habent, nec aliis dare valent? Nunquid antiqui illi sine lege viuiebant qui legis doctrinam simul & gratiam acceperant? Sunt item qui dicunt sola illa recte dici legis opera quae cum lege sunt inchoata, & cum lege terminata. Sed dico interim quod sentio, & ad haec succincta breuitate respondeo. Opera illa legis quae cum lege sunt inchoata, & cum lege terminata, aut iustificabant impleta, aut non. Si itaque iustificare potuit eorum impletio, quomodo verum erit quia ex operibus legis non iustificabitur? Sunt forte qui dicunt, & si non dicunt, non inepte dicere potuerunt, quod merito distinguendum sit inter opera naturalia, legalia, atque euangelica. Merito namque opera illa specialiter euangelio conscribenda sunt quae ex euangelio institutionem acceperunt, quemadmodum sunt regeneratio, confirmatio, & dominici corporis, & sanguinis communio, & noua quorumlibet institutio. Legalia vero sola illa modo quodam speciali sunt dicenda, quae (vt iam dictum est) cum lege sunt inchoata, & cum lege terminata. Naturalia vero illa merito dici debent quae ab hominibus per legem naturalem intelligi potuissent, etiam si lex, & euangelium nunquam instituta fuissent. Iuxta hanc utique distinctionem forte dicturus est aliquis, quia per legis opera debemus intelligere illa sola legalia instituta de quibus tenemus pro certo quoniam ex sola illorum impletione non iustificabitur omnis caro. Legis autem nomine (vt alicui forte videbitur) oportet intelligi tam naturalia decreta, quam legalia

Refutatio:

Secunda sententia.

Sententia Auctoris.

Cur dicatur opera legalia.

Naturalia quae nam.

Legis nomine quid intelligat.

legalia instituta, quae utraque in lege sunt scripta. Dicit enim Apostolus. Factores legis, non factores operum legalium iustificari. Sed quod de lege affirmat, de operibus legis negat. Ex operibus legis (inquit) non iustificabitur omnis homo. Non dicit ex lege, sed ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Et item alio loco. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Ibi dicit, quoniam ex legis operibus homo iustificari non potest. Hic dicit, quod sine legis operibus iustificari potest. Si quis Apostolus sic sensisse existimat, quaero vt super hoc mihi respondeat, vtrum Apostolus hoc dicat de statu praesentis, an potius de statu prioris? Si hoc dicit de tempore prioris status, videbitur aduersari testimonio legis & prophetarum textus sermonis illius. Nonne quotidie lex clamat vt peccator, & peccator natus modum quantitatemque peccati hoc, vel illud tum pro peccato, tum pro delicto offerat, & remittetur (inquit) ei, & propicius ei erit dominus. Quomodo quae homo inde non iustificatur vnde peccatum dimittitur, & Dominus propitiatur? Si vero hoc quod de operibus legis dixit pro statu huius temporis intelligi voluit, quid quae magnum dixit? Nam si adhuc anima sua sacrificamus, proculdubio aut Iudaizamus, aut gentium more idolatriae ritus pretendimus. Dico itaque pro istis quod Apostolus dicit de sacrificio circumcissionis, quoniam si adhuc sacrificiis, & ceteris legis carimonis insistimus, Christus nihil proderit nobis. Vultis autem aperitius nosse quae dico? Certum quae in lege ad expiationem peccati immolabantur, in figura futurorum sacrificabantur. Nam Christi passionem, & mortem in redemptionem peccatorum futuram praefigurabant, & eo ipso virtutem expiationis, & sanctificationis habebant. Si igitur adhuc in figura futurorum sacrificamus, falsitati non veritati deferimus. Nam Christus surgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Si absque redemptionis nostrae figura sacrificamus, idolatriae (vt dictum est) formam praetendimus, & in corpore animalium sacrificia Christo conferimus, & (quod sceleratius est) ipsi praeferimus. Nam si sola illa contempto diuino sacrificio offerimus, Christo proculdubio ea praeferimus. Si cum diuina Hostia, & illa (velut ex utrifque salutem quarentes) offerimus, proculdubio ea Christo conferimus, & Christi Hostiam velut minus sufficientem iudicamus. Quid ergo magnum est Apostolo dicere quod ex legalibus operibus nemo iustificabitur, cum ex eorum exercitiis quilibet reprobabitur, potius quam iustificabitur? Sed ad ista fortasse respondes, & dicis propter quosdam legis zelatores, quos lucrifacere potius quam scandalizare cupiebat, parcius quidem dicebat, sed tamen vera dicebat. Nam quantum ad praesentem statum legalia instituta inquinant potius quam sanctificant. Quantum vero ad priorem statum sine naturalibus decretis

Rom. 3.

Num. 30.

Quid legalia significabant.

1. Cor. 15.

Rom. 3.

Cur ex legalibus operibus nemo iustificabitur Obiectio.

Richardi S. Victoris.

Atis, sola legalia hominum ad salutem sufficere non valebant. Hinc est quod non dicit ex lege, sed ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Et iterum. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Sine operibus legis (inquit) non sine lege: sub nomine operum intelligere volens sola legalia, sub nomine legis tam legalia quam naturalia, vt pote quae corinebat ista & illa. Hinc est quod dicit, quia factores legis iustificabuntur. Quid .n. sanctius, quid iustius, quid denique perfectius esse potest, quam diligere Deum ex toto corde, tota anima, tota mente, & proximum sicut seipsum? Conferre itaque lex potuit iustitiam, nec qualemcunque, sed plenam atque perfectam. Ad haec breuiter ipse respondeo & dico. Si Apostolus ita sensit quod lex perfectam iustitiam conferre potuit, quid alias dicit quod lex neminem ad perfectum adduxit? Si ex lege iustitia confertur, quomodo iram operatur? Nunquid conferendo iustitiam operatur iram, & iram operando conferre potest iustitiam? Quantum mihi videtur aliam ab antedictis expositionem quaerere oportebit qui sensum Apostolicum intelligere voluerit. Quatum mihi videtur in his omnibus necdum perierunt illae quaestiones, in quibus aliquando (vt Augustinus scribit) sibi visus est aduersari testimonio legis & prophetarum textus Apostolici sermonis. Qui enim dicit ex legalibus operibus hominem non posse iustificari, nonne aduersari videtur Moyse scribenti, imo Domino iubenti. Homo qui cognouerit peccatum suum offerat hoc vel illud & remittetur ei, & propicius erit ei Dominus. Compellit me importuna vestra petitio super his quae proposita sunt dicere quae sentio, & fidenter spero ubi Ioannes quaerit, gratia non deerit, tam ad veraciter sentiendum quam ad utiliter proferendum. Non est nostri moris, maxime in rebus magnis, & multum profundis aliquid de nostro sensu praesumere, vel quasi auctoritate nostra aliquid statuere, vel affirmare. Itaque de ipsius sacrae scripturae testimonio in quantum dedit Dominus eliciamus vnde dubitationis nostrae nodos dissoluere possimus. Illud autem certissimum est, & de quo nemo dubitare potest, quia lex aut talis erat quae impleta iustificare poterat, aut talis quae nec impleta quidem iustificare poterat. Sed si impleta iustificare non posset, nullo modo Apostolus diceret, quod factores legis iustificarent. In eandem sententiam currit quod dominus de duobus maximis mandatis legisperito dixit: Hoc fac, & viues. Ecce quomodo certa auctoritas probat quod lex impleta iustificat. Iterum dico quod lex aut talis erat quae ab illis quibus data est impleri poterat, aut talis quae ab eis impleri non poterat. Sed hoc ipsum quod quaerimus Apostolico iterum testimonio comprobemus. Quod impossibile erat, inquit, legi in quo infirmabatur per carnem filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia

Rom. 3.

Quid nosse operum intelligatur.

Auctoris sententia.

Secunda responsio.

Rom. 8.

Pars I I.

N 3

legis

legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. Perpendis (vt arbitror) ex his quam impossibile fuit legi iustificare, quamque necessarium nobis erat pro tali remedio vt Deus filium suum mitteret, vt Dei filius seipsum exinaniret, & in similitudinem carnis peccati veniret, & de peccato peccatum damnaret, vt vel sic iustitia legis impleatur in nobis. Sed nunquid totum quod legis erat et impossibile erat? Minimè, sed in ea parte qua lex infirmabatur per carnem: Vultis & illud audire quomodo infirmabatur ex carne: Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & alibi. Scio quia non habitat in me (hoc est in carne mea) bonum: Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Si itaque prolata testimonia diligenter discutimus, absque dubio inueniemus quod quaedam præcepta legis talia erant quæ impleta iustificabant, quaedam autem quamuis impleta, minimè iustificabant. Nihilominus verò quaedam talia erant quæ impleri poterant, & quaedam, quæ proculdubio impleri non poterant. Sed quæ impleri poterant absque dubio iustificare non poterant, & e converso quæ iustificare poterant impleri non poterant. Merito ergo clamat Apostolus: Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Si nulla caro, nullus homo, quoniam omnis homo caro: quia carnalis venundatus sub peccato. Quomodo quæso caro factus, & carnalis effectus iustificari potest, vel ex eo quod facere potest, & iustificare non potest, vel ex eo quod iustificare potest & facere non potest? Lex namque docet quid homo debeat facere, sed non quæ docet quomodo quod præcipitur possit implere. Ex sola itaque lege sola cognitio, non autem & impletio. Hinc est quod cum præmissum sit ab Apostolo quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, statim subiugit, & annexit. Per legem enim cognitio peccati. Ecce habes utrumque; et quid non sit ex lege, & quid sit ex lege. Per legem peccati cognitio, vti nã & abolitio. Si enim nemo iustificatur ex lege, ergo aliunde. Nã quæ nemo iustus sit, vel fuerit quis audeat dicere. Audi quid dñs dicat Apostolis. Multi iusti, & Prophetæ voluerunt videre quæ videtis, et non viderunt. Si iusti vtiq; & iustificati. Omnes enim peccauerunt, & egēt gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Ipse est enim qui iustificat circumcissione ex fide, & præputium per fidem. Ecce ex his aperte cognoscitur vnde homo iustificatur. Proculdubio per fidem, non autem per legem. Iustitia enim Dei per fidem Iesu Christi. Ecce aperte habes quod ex fide est iustitia. Sed restat quærendum utrum semper ex fide sola, an aliquando ex sola fide sine operibus, & aliquando ex fide simul & operibus. Queramus si placet super hoc ipsum ipsius Apostoli testimonium. Arbitramur, inquit, iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Ecce iterum habes aperte quod pos-

Gal. 5.

Galat. 2.

Quid faciat lex.

Per legem enim cognitio peccati

Luc. 10.

Rom. 3.

Dubium.

Rom. 3.

fit homo aliqui iustificari ex sola fide absque legis opere. Sed nunquid semper ex sola fide, & si ne omni legis opere? Minimè. Nã si tempus operandi hēt, fides sine operibus mortua est. Nō enim adiutores legis, sed factores iustificabuntur. Absque dubio quandiu homini tēpus operandi conceditur, eob eo (nec immerito) diuinitus exigitur fides quæ per dilectionem operetur. Ex prolatis itaque testimoniis manifeste colligitur quod quidē iustificetur quāque ex sola fide, quāque ex fide simul et legis opere, nunquam verò ex sola lege. Ex his itaque (vt arbitror) perpendi potest quod Apostolus in suis dictis sibi ipsi contrarius nō est. In eo si quidem quod dicit vno loco, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, aperte dat intelligere quod humanæ industriæ omnino non sufficit sola legis doctrina sine fide Christi & gratia. Gratia, inquit, Dei sum id quod sum. Sed itē ne talis esse puteetur quæ impleta iustificare non possit, ideo de eadē alio loco dicit. Non enim auditis, sed factores legis iustificabuntur. Nã siue concedatur, siue non concedatur quod alicui homini tāta gratia data, vel danda sit, quæ eā implere possit, nihilo minus tū verū est quod eius impletio sit hominū iustificatio. Docet ergo Apostolus quod lex per se sola nunquam homini confer iustitiam, imo quod adhuc grauius est operatur & iram. Sed vnde hoc vti que contingat, Apostolus ipse subiungēdo manifestat. Vbi enim non est lex, nec præuariatio. Inde enim irā operatur, quoniam ex sola legis doctrina sine adiuncta gratia auditores legis non tam factores quam præuariatores efficiuntur. Nam ne legis mandata inepta potius quā impossibilia putarentur, ideo ab Apostolo alio loco dicitur, Lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Putas fortassis de solis moralibus mandatis hoc dictum. Ego audacter dico de quolibet legis instituto quod tempore suo fuerit sanctum, & iustum, & bonum vti pote à Deo institutum, & homini diuinitus iniunctū. Quid quæso fuerūt sacrificia nisi passionis Christi & mortis & figura, eoispo eiusdem sacramēta. Erat itaque in vno eodemque opere & redēptionis nostræ figura, & debita obedientia. Certe si Abraham filium suum sine diuino præcepto mactare voluisset, summa impietas & horrendum flagitium esset. Si ergo sanctum, & iustum, & pium fuit filium suum ad domini mandatum sacrificare, cur non eodem modo dicatur sanctum, & iustum, & bonum pecus quod sine peccato occidi potest, ad domini mandatum domino offerre & immolare? Quod igitur lex iram operabatur, non fuit ex legis imperfectione, vel inordinatione, sed ex hominis infirmitate, & imperfectione: Vultis & hoc ipsum non ex me, sed ab ipso Apostolo audire: Scimus, inquit, quod lex spiritualis, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Ecce iam habes vnde

iacob. 2.

Responso.

1. Cor. 15.

Rom. 2.

Rom. 4.

Rom. 7.

Quid fuerint sacrificia.

Rom. 7.

vnde præuariatio, ecce iam tenes quod non sit A ex legis, sed hominis vitio. Nihil igitur contra rationem dicitur in eo quod clamat quod mandatum sanctum & iustum iram operatur, iuxta Dominicum testimonium verum est, nec possumus negare quod ante aduentum Christi multi iusti fuerunt & Prophetæ, non tamen veritati contrarium fuit quod Apostolus dixit, quia lex neminem ad perfectum adduxit. Quod enim iusti fuerunt, & quicquid perfectionis habere potuerunt, hoc eis contulit non nuda legis doctrina, sed adiuncta gratia Diuina. Non enim est volentis, neque currentis, sed misericordientis Dei. Nam nequaquam sunt iustificati sine fide & gratia Christi. Nam nisi Christum venturum crederent atque sperarent, nullo modo eius aduentum tanto tempore desiderarent. Quid enim aliud sonat quod dominus Apostolis dicit: Multi Reges, et Prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, et audire quæ auditis, et non audierunt? Eorum itaque iustificatio non tam ascribitur legi quam fidei, & gratiæ Christi, Nunquid illud consideremus quomodo dominicæ sententiæ non sit contrarium hoc quod Apostolus de lege sentit eum dicit, Si enim data esset lex quæ posset iustificare, uerè ex lege esset iustitia. Vides quia secundum Apostolum lex nec uiuificare, nec iustificare potest, sed vt quid hoc, nisi quia impleri non potest? Non enim potest homo non concupiscere sicut nec toto corde, tota anima, tota mente diligere, quo tamen nihil est sanctius, nihil vti que iustius, Certè si ignaris, sed sanis, & ad perficiendum robustis talis lex data fuisset, absque dubio obediētes & iustificare & eoispo sanctificare potuisset. Sed data est pro certo infirmis, & multum impletis, & ad implendum minus idoneis. Item si doceret ignaros quid eos oporteret facere, & infirmos similiter quomodo possent imperata perficere, proculdubio quod fieri oportet & iustificare & uiuificare potuisset. Docet autem lex tantum quid debeat fieri, sed non docet quomodo ab infirmis possit impleri. Negat autem Apostolus quod ex sola cognitione siue doctrina perficiendi, negat inquam (& merito) hominem non posse uiuificari. Sed quod Apostolus negat de sola mandati cognitione, Dominus affirmat de mandati impletione: Hoc, inquit, fac, & uiues. Non dicit si hoc facis uiues, sed hoc fac & uiues. Quod igitur Dominus affirmat, Apostolus non negat, & quod Apostolus negat, Dominus non affirmat. Nam (vt dictum est) Apostolus loquitur de sola mandati cognitione, Dominus autem de ipsius impletione. Hic non immerito queritur quæ ratione illis imputetur, vel quomodo in eis iram operetur quod legem Richardi S. Victoris,

Rom. 9.

Luc. 10.

Quo uerba Apostoli si uerbis Dñi nō sit contraria.

Lex quid doceat.

Queritur.

non impleuerunt qui eam implere non potuerunt, vel quid eis profuit talem legem accepisse quam nullo modo potuerunt implere. Talem certè (nec immerito) legem accipere debebant, qui omnia de propriis uiribus, non de Diuino adiutorio præsumebant, iuxta quod ad Moysen fiducialiter dicebant, Omnia quæ locutus est dominus faciemus. Quid tibi uideatur, qui post tantam & tam constantem promissionem omnino neglexerunt? Nunquid eos excusare poterit tanta negligentia, vel qui fortiter insistentes, sed deficientes per proprium defectum & multiplex experimentum humiliari non potuerunt, nunquid eos excusare potest tanta superbia? An illos (quæso) qui per multam experientiam infirmitatem suam agnouerunt, sed ad impetrandam adiutricem gratiam desides fuerunt poterit excusare tanta desidia? Quis hoc dicat, vel dicere audeat? Ex his itaque facile perpendere potes acceptæ legis præuariatores quam sint inexcusabiles, Nam illi quidem qui pro uiribus fatigentes, & deficientes tum per proprium, tum per alienum defectum suam infirmitatem & impossibilitatem agnouerunt, & in diuino adiutorio de cætero totam spem suam posuerunt, impetrata & accepta diuinitus gratia iustificari meruerunt. Data itaque lex aliis profuit, & aliis omnino non profuit. Sane profuit uiuentibus bene, obfuit autem uiuentibus malè. Vbi uerò obfuit, non fuit uirtutum legis, sed uirtutum abuentis. Ad hoc namque lex data erat, quæ impleri debuerat, & impleri non poterat ut fatigentes & deficientes intelligerent quam frustra de suis uiribus præsumerent, quod sine gratia Diuina implere non possent. Adhuc fortassis insistitis, & dicitis quia quicquid de lege dictū est, etiam de Euangelio dici potest. Nã sicut non sufficit ad iustitiam legis doctrina sine gratia Diuina, sic proculdubio nec doctrina Euangelica sine gratia diuina, neutra impleri potest, neutra iustificare potest. Cur ergo quod de lege dicitur non dicatur de Euangelio, quod ex operibus Euangelii non iustificabitur omnis caro? Nunquid & ipsum neminem ad perfectum adducit de quo constat quod sine gratia impleri non possit? Iuxta eandem considerationem possumus æstimare quod omnino non possit aliquem uiuificare, sicut nec iustificare. Ad hæc autem respondeo, & dico quod doctrina legis est simplex, Euangelica triplex. Euangelium siquidem docet quid debeat fieri, quomodo possit impleri, & quod impletum non fuerit quomodo possit suppleri. Docet autem solummodo lex (vt dictum est) quid homo debeat facere, nec addit quomodo possit implere, & capropter neminem potest iustificare. Euangelica autem doctrina ut sit usquequaque perfecta, docet tria illa iam dicta. Quid facere debeas docetis cum à

Respondeo.

Exod. 24.

Instantia contra.

Responso.

Quid docet Euangelium? Et quid lex?



Joan. 18. à Domino audis: Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Sed ne quis idipsum de suis viribus praesumat, ab eodem magistro docetur, cum aliis ab eodem dicitur: Sine me nihil potestis facere. Sicut palme non potest fructus facere nisi manserit in vite, sic & vos sine me nihil potestis facere. In acquirenda igitur gratia per quam possimus implere quod volumus quis quaeso erit obtinendi modus? Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Si gratia egeris, petite secundum quod debetis, & accipietis. Sed quomodo in eius nomine petimus si in ipsum non credimus? Hoc est quod te docere voluit cum dicit. Creditis in Deum, & in me credite. Qui igitur quod debet implere non potest, in Christum credat, in Christo petat patrem qui omnia potest. Postulet itaque spiritum illum qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Spiritum inquam qui operatur omnia in omnibus, diuidens singulis prout vult. Si fide qua oportet hunc petitis, proculdubio accipietis. Si enim nostis cum fitis mali bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester caelestis dabit spiritum bonum petentibus se? Ecce aperte habes (vt arbitrator) quod à te debet fieri, quomodo, vel qua ratione possit impleri. Sed adhuc tibi queris ostendi vnde hoc quod per negligentiam, vel alio quolibet modo impletum non fuerit possit suppleri. Dic tu prius quantum debes Domino tuo. An forte centum cados olei? Debitum grande, & ad solvendum difficile. Debitum grande diligere Deum ex toto corde, tota mente, tota anima. Ecce debitum decem millium talentorum. Non mirum si multum times, & trepidas, sed breuiter audi quid facias. Dimitte denarios centum qui debentur tibi, & omne debitum dimittetur tibi, & cum fiducia pro te tuque similibus orare poteris, dimitte nobis debita nostra sicut & nos &c. Quid (inquis) si mihi nil debetur, quomodo quod ipse debeo mihi dimittetur? Eodem ordine, ex eodem fonte vnde hausisti in exequendis gratiam, hauri & in miserendis miserationis indulgentiam. Videre potes ex his certe ad perfectionem doctrinae Euangelio nihil deesse. Habes in eo vnde possis iustificari, habes ex eo vnde possis viuificari. Qui manducat (inquit) carnem meam, & bibit meum sanguinem habet vitam aeternam. Quid adhuc amplius queris? Nunquid tale aliquid potuit agere ille legalis? Ecce Euangelium exhibet vnde homo iustificari possit, quod legalis doctrina omnino non potest. Sane sub lege multi fuerunt perfecti, certe sub tempore Euangelii multi sunt imperfecti. Legi tamen non ascribitur illorum perfectio, sic nec Euangelio istorum imperfectio. Nam hoc illis contulit gratia diuina, non autem legis doctrina.

**A**LEX operibus legis non iustificabitur omnis caro. Aliud est esse iustum, & aliud est esse iustificatum. Si quidem Deus est iustus, nec tamen iustificatus. Constat autem quoniam peccatum facit hominem iniustum. Quid itaque est peccatorem iustificari, nisi à peccatoli berari? Ex peccato namque fit homo tam obnoxius vitio quam supplicio. In vno obligatur ad culpam. In alio obligatur ad poenam. In vno incurrit debitum seruitutis, in alio verò debitum aeternae damnationis. Qui facit peccatum seruus est peccati. Qui autem seruus est, eget redemptione vt possit liber exire. Lex autem nec docet vnde homo redimi debeat nec exhibet vnde liberari valeat. Legis itaque doctrina non liberat à peccato, & (quod consequens est) ex ea non iustificabitur omnis caro. Quid tamen lex facit? Docet quid homo debeat facere, docet quid debeat cauere, sed non docet quomodo possit implere. Prohibet concupiscere: praecipit Deum ex toto corde diligere: praecipit amorem ordinatum, prohibet inordinatum. Audistis quid facit, audite quid efficit. Quod prohibet à carne omni hora agitur, quod praecipit verò nunquam à carne impletur. Vnde & ex eius operibus nemo iustificatur. Quicquid enim docet aut tale est quod facere non potest, aut tale quod iustificare non potest. Ex his (vt arbitrator intellexisti) quae sit frequentia peccandi. Attende nunc quae sit violentia peccati. Praecipitur in lege pro certis quibusdam peccatis vt prauaricatorum alius lapidetur, alius comburatur, alius alia quacunque morte moriatur. Veruntamen multa eiusmodi crimina a legis auditoribus committebantur. Facile itaque perpendi potest quanta violentia peccati, quae in quibusdam nec ipso mortis periculo potuit coerceri. Data itaque lege & sequente frequenti & multiformi prauaricatione, manifeste innotuit quanta sit frequentia peccandi, quanta va violentia peccati. Hinc est quod cum praemissum sit ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, statim subiungitur ab Apostolo: Per legem enim cognitio peccati. Aperte itaque datur intelligi vel dat intelligere, quoniam per legem est sola cognitio peccati, non autem & abolitio. Nam si abolitio, vtique iustificatio. Mirabitur fortassis aliquis cur non dicatur potius cognitio mandati, quam cognitio peccati, nam & illud aequae veraciter potuit dici. Nam sicut per legem sola peccati cognitio, non autem abolitio, ita per legem sola mandati cognitio, non autem eius impletio. Sed quantum mihi videtur si praemisset quod ex operibus legis nemo iustus esset, vel iustitiam haberet, conuenientius subiungeret. Per legem enim cognitio mandati, quam si diceret, per legem enim cognitio peccati. Quid enim rectius dicitur iusticia quam diuini mandati obseruantia? Hominis iustificatio idem est quod eius liberatio à peccato. Cum igitur de hominis iustificatione praemiserit, facile est videre quam conuenienter subiungit. Per legem cognitio peccati, potius quam cognitio mandati.

Gal. 2.

Quid sit esse iustum & quid iustificatum.

Ioan. 3.

Cur non dicatur cognitio mandati, sed cognitio peccati.

**Q**uiales qui carnis desideriis fortiter resistunt, & spiritualibus studiis vehementer insistant. Carnalium est carnis concupiscentias sentire, & consentire. Spiritualium sentire, nec consentire, sed resistere, sed repugnare, sed mortificare. Sed si ad primae conditionis statum respicimus, in eo ipso carnales sumus quod carnis concupiscentias, & sedas, & inordinatas delectationes sentimus. Si enim homo non peccasset, nec carnalia magis quam liceret, nec spiritualia minus diligeret quod decreet. Sed in vtriusque diligendis & modestiae metas, & aequitatis mensuram, & agnoscere simul & obseruare potuisset. Sed postquam status sui reuerentiam homo sponte deseruit, iam semel sub peccato venundatus, & carnalis effectus ad neutrum sufficit, nam multiformiter quidem & errat iudicio, & effrenat desiderio. Quae vera itaque est illa prophetica sententia: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quam verum est & illud Apostolicum: Si dixerimus quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Tam verè potest intelligi de quolibet religioso, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato, vnde autem & in quibus carnalis sit offendit, cum subiungit. Quod enim operor, non intelligo. Non quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Ecce tria mala in quibus consistit carnalitas nostra. Quod facimus non intelligimus, non facimus quod volumus, facimus quod nolumus. Sed duo posteriora Apostolus coniungit, quoniam utrumque ex vno vicio descendit. Ex vicio namque concupiscentiae descendit vtrumque, & quod tepidi sumus ad bonum, & feruidi ad malum. Quod operor, inquit, non intelligo, & hoc illi vtique ex ignorantia vicio. Non (inquit) quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Ex hoc utique gemino vicio accipimus, vt carnales simus quamdiu in carne viuimus. Notandum autem quod Apostolus ad vnum quod praemissit duo subsequenter adiungit. Praemissit quod carnalis fuerit, & vnde hoc ei inesset ex duobus subiunctis ostendit. Repetenda itaque est prima sententia, & ad utrumque subiectum in hunc modum coniungenda. Carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Carnalis inquam sum venundatus sub peccato, non enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Quisque potest experiri in semetipso quae ueraciter dicatur, quod operor non intelligo. Nunquid quid operabatur intelligebat qui dicit in oratione dicebat: Gratias ago tibi domine quia non sum sicut ceteri hominum? Nunquid & illi quid dicerent bene intelligebat, qui cum omni fiducia promittebant: Omnia quae locutus est dominus faciemus? Verba enim uir magnae deuotionis, & sunt uerè uerba magnae praesumptionis. Saepè unde homo putat excitare deuotionem, nutrit elationem, pascit praesumptionem. Sed unde hoc quaeso, nisi quia quod agit non intelligit? Saepè superbit.

Quinam sint carnales & spirituales.

Quid iustificet si homo non peccasset.

Pf. 142.

1. Io. 1.

Tria mala in quibus consistit carnalitas.

Rom. 7.

Luc. 18.

Exo. 24.

Saepe quod nobis uidef excitare deuotionem nutrit elationem.

Quid sit iusticia. Quid iustificatio.

Rom. 7. Questio.

Responso.

Quid de presenti statu iudicandū sit, & quid de statu ante peccatū.

superbit homo, & nescit. Saepe praesumit, & interim non intelligit. Pro utraq; ignorantia solet subtrahi gratia Divina. Nam dum praesumptuosè agit, & nescit subtrahitur gratia ne efficiat quod cupit. Dum superbit & nescit, permittitur saepe in id cadere qd erubescit, & odit, & potè dicere quicquidmodi est. Nō. n. quod uolo hoc ago, sed qd odij illud facio. Errat aut nō solū in discernendo, uerū etiā in deliberando quantūlibet homo spiritalis, dū quod putat cooperari sibi in bonū, cooperatur sibi in malū, & quod sibi credit eoq; parari in malū, cooperatur in bonum. Sed unde hoc bonum accidit, nisi quia quod operatur nō intelligit? Sed quid mirū si quod operamur nō intelligimus, qui quid oremus prout oportet nescimus. Quis. n. in oranda decipi non possit si Apostolus Paulus in hoc ipso decipi potuit? Nam illud a se auferri ter postulauit, quod illi qb humilitatis custodiam tam misericorditer, quam utiliter inlicitum fuit.

1. Cor. 3.

**V**T sapiens architectus fundamentum posuit. Si quis autem superedificauerit supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, scenum, & stipulam uniuscuiusque opus manifestum erit. Sunt qui diffiniunt hoc loco fundamentū esse fidem ex dilectione operantem, Fidenter dico quod fundamentum tale nemo hominū in corde humano potest ponere. Quid credendum sit homo hominem docere potest. Sed dilectionē homo homini infundere non potest. Caritas siquidē Dei diffusa est in cordibus nostris non per hominem, sed per Spiritu m sanctū qui datus est nobis. Vt sapiens (inquit) architectus fundamentum posuit. Quod quāto est illud fundamentum quod Paulus posuit, & a Paulo poni potuit? Certè quomodo in Christi crederet oporteat Paulus docere potuit, & absq; ambiguo docuit. Hoc fidei nostrae documentum constat pro certo spiritualis aedificij fore fundamentum. Primo omnium est ut sciat homo quid debeat credere, uel facere, & hoc potest homo per hominem posse. Debet itaq; praedicator ueritatis, diligenter edocere quid oporteat credere, quibus operib; debeat homo insistere, uel quō perpetrata mala per ueram poenitentiam possit delere, & hoc erit ei fundamentum ponere. Quā multi sunt qui hoc catholice doctrinae fundamentum & habent, & memoriter tenent, sed multum diuersa superaedificant. Nam alii bona actant, alii in spe respiciendi peccant. Vtriq; ergo uere fidei fundamentum habent, sed diuersa superaedificant. Alii aurum, argentum, lapides preciosos, alii ligna, scenum, stipulam. Aurum, argentum, lapides preciosi non possunt igne consumi. Ista sanè possunt per ignem transire, & post incendium manere. Si cuius, inquit, opus manserit, quod superaedificauit mercedem accipiet. Si igitur per huiusmodi mercedem acquisimus, quid aliud per aurum, argentum, & lapides

Quale nā sit illud fundamentum quod Paulus posuit.

Quid deat praedicator docere?

Quid per aurum &c intelligat.

A preciosos quam bona opera intelligere debemus. In lignis autem sceno, & stipula quid queso intelligi oportet, bona opera an mala? Ligna uero, scenum, & stipulam solet ignis consumere, & uelut in nihilum redigere. Sed absit ut ignis ille futurus bona opera consumere, & annihilare possit. In lignis itaq; sceno, & stipula non rectè intelliguntur nisi opera conprementatione digna, & ad consumendum, non ad remanendum idonea. Quae sunt ergo ista arsura, & igne consumenda nisi opera mala? Si cuius, inquit, opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Qui queso sunt isti operarii qui saluantur quidem nō quasi per bonam operationem, sed sic utique quasi per ignem? Illud pro certo tenemus qd quilibet malus operarius per ignem purgatorium purgari non possit, nisi de perpetratis malis ueraciter peniterit. Sola siquidem uera poenitentia facit ut malorum perpetratio purgatorio igne consumi, atq; deleri possit. Nulla autē crimiua sunt adeo detestanda quae uera poenitentia non faciat solubilia. Videntur itaque esse duo genera operum insolubilium, unum autem genus operum solubiliū, uera perseverantia bona, perseverantia non poenitentium mala, & nullo termino delenda. Mala autem uere poenitentium absque dubio solubilia sunt, & quae absq; dubio igne purgatorio deleri possunt. In lignis itaque, sceno, & stipula intelligimus quaelibet mala solubilia. Sed quoniam igne consumi nequeant, sed in aeternum manent, non solum bona permanentia, uerum etiam mala insolubilia, quid est, quid dicit cuius opus manserit quod superaedificat mercedē accipiet? Sed ad illos solummodo operarios de quibus iam antea praemisit referendum est quod subiungit, si cuius opus manserit. Forū itaque operariorū qui aedificat nō ferrū, plūm, & stagnū, sed aurum, argentū, lapides preciosos, ligna, scenum, stipulam, eiusmodi in qua operariorū si cuius opus manserit mercedē accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Per aurum itaq; argentum, & lapides preciosos intelligimus (ut diximus) bona perseverantia. Per ligna, scenum, & stipulam mala solubilia. In auro rectè satis intelligitur speculatio ueritatis. In argento uerbum praedicationis. In lapidibus preciosis exercitia uirtutis. In lignis, sceno, & stipula intellige peruersitatis, superfluitatis, & uanitatis opera, per uerā poenitentia facta remissibilia.

**M**irādum fortassis uidetur quibusdam quō Apostolus iudicat flagitiosum illū qd patris sui uxorem habebat tradere Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in diem domini nostri Iesu Christi. Illud uero non potest in dubium venire, quod uirtute qua potuit daemoniacum a daemonio liberare, eadem etiam possit (ubi ratio hoc exigeret) daemoniacae vexationi

Quid per ligna, &c;

Quid faciat uera poenitentia?

Duos genera operum insolubilium.

Quid in auro? Quid in argento. Quid in lapidibus? Quid in lignis, &c. significet?

trationi tradere. Sed si flagitiosus aliquis Sathanæ traditur, & daemoniacus efficitur, non ei in hoc uia salutis aperiri, sed intercludi uideat. Commissa siquidem crimina non possunt deleri sine uera poenitentia. Daemoniacus autem cui sensus deest quomodo ueram poenitentiam habere potest? Quomodo ergo flagitiosum illum Sathanæ tradendum Apostolus iudicat, ut spiritus saluus fiat? Sciendum itaque quod uexatio daemoniacae alia continua, alia interpolata. Continuum vexationem patitur qui nunquam quiescere sinitur, sed continuis furis agitatur. Interpolatā autē vexationē incurrit, qui pro diuersis temporib; sensum quōque amittit, quōque recipit, & inter multiplices fatigationes animus fatigari aliquoties ad semetipsum redit. Qui igitur interpolatā infamiae traditus fuerit, pro certo habet quomodo poenitere, & eo ipso quomodo saluari possit. Quis, n. poterit tam obdurate, tā obstinate metis esse, ut in ipsa suae vexationis interpolatione cū animus redierit ad se nō doleat, & intime poeniteat illud comississe unde cōtingit, & daemoniacā vexationē incurrisse, & omni ludibrio patere. Vide ergo quō ex vexationis interpolatione sepe agitur ut ipsa vexatio fiat ei in poenitentia, & ex poenitudine ipsa efficitur ut ipsa vexatio sit ei ad purgationem. Dat ergo Apostolus patenter intelligi cuiusmodi vexationi criminofum illum tradi uoluerit in eo quod dicit, ut spiritus saluus sit. Nam sicut ex continua daemonis uexatione uia salutis potuit intercludi potius quam aperiri, sic econuerso ex interpolata vexatione uidebatur oportere aperiri, potius quam intercludi. Notandum autem quod tradi in interitum carnis, pro certo quando homo moritur de cetero spiritus ipse carnis obsequiis pro uoto non uivitur. Caro itaque daemoniaci suo quodammodo spiritui moritur, quando spiritus malignus eius obsequiis uolenter abutitur, & spiritus pro prius debito sibi corporis famulatu priuatur.

Dubium. 1. Cor. 6.

Responsio duobus modis aliquod licere.

Gregorius

**M**irum tibi uidetur quod ab Apostolo dicitur. Omnia mihi inquit, licent, Multa siquidem sunt licita, non tamen omnia. Nam multa sunt omni homini omnino illicita. Sed quod dicimus licere, duobus modis solemus accipere. Eandem enim positionem quandoq; strictius, quandoq; largius accipimus. Dicimus licere quod potest fieri ordinate. Aliquando dicimus licere, quod est nobis liberum facere, siue possit, siue non possit fieri ordinate. Hinc est quod de facinoroso dici solet, hoc uel illud facinus libenter fecisset, si ei hoc facere licuisset, quod est dicere si facultatē, uel oportunitatē faciendi habuisset. Hinc est qd B. Gregorius in suo dialogo de quibusdā minus religiosi fratribus dicit, qui beatū Benedictū in Abbate elegerant, sed iam eos per arduioris uitae disciplinā elegisse poenitebat, unde & eum ueneno extingueret parabatur, quia uidebant sibi sub eo illicita non licere. Quid est, qd dicit eis illicita non licere, nisi eos ad illicita fa-

cienda nullam sub eo licentiam, uel libertatem habere? Scimus quoniam Deus in hominis posuit libertate utrum uelit bona, an mala eligere. Hinc est illud sapientis de domino dictum. Ap. posuit tibi ignem & aquam, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malū, quod placuerit dabitur ei. Hinc est quod Apostolus enumeratis tot malis, subiungit, & dicit. Omnia mihi licent: licent utiq; nō solum concessionem, sed secundum solam permissionem. Secundum concessionem licent sola ordinata, secundū solam permissionē etiam inordinata. Multa enim dñs fieri permittit, quae tamen nulli facere concedit. Omnia (inquit) mihi licent proculdubio quantū ad permissionem, sed non omnia expediunt, nec eorum quidem quae sunt solum concessionem. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate, sub nullius uel delicti eorum quae sunt ex sola permissione.

Eccl. 15.

Quomodo omnia licent?

Quod enim dicit non omnia expediunt, respicit ad illam licentiam quae est solum concessionem. Quod uero dicit, sed ego sub nullius redigar potestate, respicit ad eam licentiam quae est secundum solam permissionem. Multa namque eorum quae concessa sunt maiora bona impediunt, & idcirco non expediunt, nec tamen uentem seruituti addicunt. Sed qui facit peccatum, seruus est peccati. Si ergo uolumus hanc seruitutem uitare, & sub nullius redigi potestate, caute declinanda sunt quae licent ex sola permissione. Quod autem non omnia expediunt quae secundum concessionem licita sunt, euidenter ostendit, cum subiungit. Esca uentris, & uenter escis: Deus autem & hunc, & has destruet. Esca utq; ad uentris refecionem sunt facta, & idcirco solum concessionem licita, nec tamen expedire eis nimis indulgere, & studia necessaria omittere. Nimia namq; eorum indulgentia ad quid ualet, cū ueraciter cōstet qd Deus hūc & has destruet. Quod aut nō omnia quae licent solum permissione, liceant solum concessionem, subsequenter ostendit cū protinus adiungit. Corpus autem non fornicationi sed domino, & dominus corpori. Esca quidē ad uescendū, uenter autē ad utendū. Sed corpus nō ad fornicandū, sed suo dño ad seruiendū. Quod. n. fornicari possumus saepe cū uolumus, non est indulgentia concedentis, sed probatio, uel delictio permittetis. Superius dixerat qd fornicari regnū Dei nō possidebūt, sed qd prauidebat multos fore qui hoc difficile crederēt, & qui fornicationis malū nō adeo danabile putarēt, ideo cōsequenter ostendit in duob; quid de hoc malo sentire debemus. Ostendit nāq; hūmōi malū quā sit profundū, & quā sit pra omnibus intimū. Ex opere siquidē fornicationis tollunt mēbra Christi, & sūt mēbra meretricis. Hinc est uidere huiusmodi malū, quā sit profundū, qd de tanta sublimitate deicit in hoc imū & foedum. Audi & hoc ipsum quam sit pra omnibus intimū. Omne, inquit, peccatum quodcumque fecerit homo ex-

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

tra



Homo con-  
stat ex ge-  
mina sub-  
stantia.

Prærogati-  
ua substan-  
tiæ incorpo-  
rææ & cor-  
porææ.

Quæ dele-  
ctatio por-  
tus & cibi  
est vitiosa.

1. Cor. 8.  
Dubium.

*una corpus est, quæ autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Sed si uolumus iura Apostolicæ sententiæ plenius intelligere, oportet nos considerationem nostram altius attollere. Homo ut in corpore nouimus consistit ex gemina substantia, una corporea, alia incorporea. Corporea mori potest, incorporea non potest. Incorporea sine alimento subsistere potest, corporea uero dñno non potest. Sed corporea quidē substantia quæ naturam suam de seipsa seruare non potest, de seipsa instaurare, inuino & multiplicare potest, quod spiritualis substantia oīno non potest. Vides certe quia alia est prærogatiua corporeæ substantiæ, alia est prærogatiua incorporeæ. Prærogatiua incorporeæ substantiæ, quæ potest in æternū, & sine subsidio subsistere, Prærogatiua corporeæ substantiæ, quæ potest de sua substantia cōformem sibi substantiam producere, & sui generis naturam seminando multiplicare. Hanc autem cōformitatem substantiæ non possumus de nobis producere sine distractione (ut sic dicā) propriæ substantiæ. Generatio namque proles non fit sine quadam decisione generantis. In quo & illud notandum quod hæc parētis in hoc opus decisio non fit, sed nec fieri potest de quo liber corporis membro, sed eruitur ab intimo, & uelut de quodam sui generis thesauro in intimis misso & in id officium recōdit. Sed cum nihil excellentius datū uideatur corporeæ substantiæ hac dote naturæ, gloriosius tamen est ab hoc officio cessare, quod exercere, eo quod post corruptionem nature impleti non possit sine libidine, & secula delectatione. Nam quod licet hoc exercere in propria coniuge, & causa tamen proles generanda, hoc ipsum, si bene attendas indulgenti est potius quam pudicitie. Est autem in potu & cibo non modica delectatio. Est autem uiciofa, nisi cui nimia fuerit, & in crapulā, uel ebrietate trāsit. In crapula autem & ebrietate est quidam distractio alienæ substantiæ. In opere uero libidinis est quidam distractio, & decisio propriæ substantiæ. Ibi quidē uiciofitatis exactio fit in corpore alieno. Hic autem in corpore proprio, imò ab ipsius corporis intimo. Bene itaque de reliquis dictū est, quod peccatū extra corpus est. Peccat autem non modo in intimo sui, sed & in ipsum corpus suū qui fornicatur, quod in turpitudinis uisus corpus suū exinanire uult & diuini muneris prærogatiua tam in suas, quam alienas sordes abutitur.

*Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit quomodo oporteat eum scire.* Quid quæso ad ista dicemus? Uel de cæteris taceamus, quid de ipso Apostolo dicendum? Si Apostolus se aliquid scire non existimabat, quia frōte cæteros predicando, scribendo, docere satagebat? Et si uerum esse non existimat quod ex uerbis præmissis denunciat, quid quæso id ipsum tam constanter affirmat? Si se aliquid scire non existimat, quid est quod superius præmisit eum dicere? De his autem quod Idolis sacrificantur, scimus, quia oēs scientiæ habemus. Sed hæc ipsam quæ hoc loco uel di-

**A** cere in sequētib. uel cōtradidere. Sed non in omnibus. (inquit) est scientia. Quomodo quæso oēs scientiæ hnt in oībus scientia non est, & eā habentibus, quomodo deesse potest? Sciendum itaque est quod alia est illa scientia quā hnt oēs. Alia autem quam quidā non hnt, sed hnt ualent. Alia uero quam in hac uita nemo habet, sed nec hnt ualent. Omnes scientiæ habemus, ecce de prima. Non in omnibus est scientia, ecce de secunda. Ad tertiam autem respicit Apostolus in eo quod dicit. *Si quis autem se existimat aliquid scire, nondum cognouit quomodo oporteat eum scire.* Scientiā discernendi inter uerū & falsū, bonū & malū, iustū & iniustū, quamuis alii perfectius, alii imperfectius, omnes tamen in cōte habemus Iudæi, Græci, Barbari, & Latini. Nam si ista scientia fidelibus, & infidelibus cōis non esset, nullo modo Apostolus dixisset. *Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter quæ leges sunt faciunt, cuiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Ecce de scientia quā omnes hnt. Sed scientiam quæ cū accepta gratia cuique sufficit ad salutem multi non hnt, adhuc tamen hnt ualent. De eiusmodi scientia intelligitur quod rectū ab Apostolo dicitur. *Sed non in omnibus est scientia.* Quā eiusmodi scientiā ibi intelligi uoluit, ostenditur in eo quod præmisit. Nam estis qui dicatur dii, siue in celo, siue in terra, nobis tamen unus Deus pater, ex quo oīa, & nos in illo, & unus Dñs Iesus Christus per quem oīa, & nos per ipsum. Ad hoc autem illa quæ omnibus est cōis accipimus, ut illa quæ sufficit ad salutem querere, & inuenire possumus. Hanc autem uere salutis scientiā, alii hnt maiorē, alii minorē, & contingit sæpe saluari eos qui hnt minorē, & perire eos qui hnt maiorē. Magnitudo namque scientiæ quibusdā est fomes superbiæ, & cois causa ruine. Hoc ipsum innuit qui dicit. *Ne magnitudo reuelationum extollat te, datus est tibi Angelus Sathanas stimulus carnis mee quæ me colaphizat.* Nemo autem qui est in hac uita ad plenū potest scire uerū iā cū accepta gratia, scientia quā hnt potest sibi ad salutem sufficere. Hæc est scia quæ in hac uita nemo hnt, nemo apprehendere ualent. *Et si simplex, inquit Iob, fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* In eadē sententiā currit quod Salomō dicit: *Nescit homo utrum amore an odio dignus sit.* Habemus ex eius sententiā quod ignoret homo quid cōducatur sibi in uita sua. Habemus sententiā eisdē. *Quis nescit homo finem suum, sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues comprehenduntur laqueo sic, &c.* Ex his itaque uerbis pro certo intelligimus quod certe securitatis scientiā in hac uita hnt non possumus. Si igitur sententiā Salomōis oīa in futuro incerta seruantur, uide quid tibi sentiendū sit de scia tua. Certē etiam magnū quid uideat sententiā quæ tunc, nescis si uel mo dieū quid sit, nescis si uel aliquis sit omnino tibi ad uilitatē. Qualis quæso dicēda illa existimatio rei de qua nescis quæ tū ad te, uerum sit aliquāti uel nihil. Debemus itaque quæ tū possumus ad scientiam

Responso

Triplex scientia.

Rom. 2.

Quid in aliquibus scientia efficiat.

1. Cor. 12.

Iob. 9.

Ecel. 9.

Ibidem.

Quibus modis intelligitur amor.

scientiam proficere, quantumcumque; tamen profecerimus pro nihilo reputare, quamdiu non possumus de eius sine certū iudiciū habere. Iuxta hanc itaque considerationem recte intelligitur quod per Apostolum dicitur. *Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire.*

**O**mnis amor autem est solū gratuitus, aut solū debitus, aut debitus simul & gratuitus. Modis autem duobus intelligi potest amor gratuitus. Recte dicimus dilectionē gratuitā quæ est solum gratiam. Plenitudo ueritatis & summi amoris est quantum tantus & talis est quo maior uel melior esse non potest. Vbi non est summa perfectio, non ualent, sed nec debet esse summa dilectio. Secundum solā gratiā est quod pro beneplacito tribuentis iuste impendi, uel non impendi potest. Sed ad diuinā excellentiam omnino alienū est quicquid solum solam gratiam dici potest. Item amor gratuitus non incongrue dicitur, ubi tribuenti omnia nisi nisi amor retribuitur.

IN APOCALYPSIM  
IOANNIS.

Primus Prologus in septem libros.



**A**CCIPE frater carissime hoc sententiā munus, quas tibi de uerbis Apocalypsis B. Ioannis Apostoli & Euangelistæ fieri postulasti. Libenter. n. in hoc opere studij nostri labores impendimus, ut habes ex hoc quoque libro, sicut ex cæteris plerisque noui uel ueteris testamenti libris quod sensum tuum erudiat, affectū accendat, studium ad maiora promoueat, & perducatur, & sicut alibi diximus, ex his oībus nobis gratiā non damus, sed Deo, de cuius dono, & sanctis Doctoribus de quorum plenitudine haurimus quæ propinamus. Liber iste per septiformem spiritus sancti gratiā editus, septem Episcopis, & septem Ecclesiis Asiae directus, ac potius uniuersali Ecclesiæ sanctæ per orbem circumquaque dilatatus septem spiritalibus donis ditatus diuina providentia ad eruditionē & consolationē datus per septem diuisiones distinguit. Posito namque titulo libri ubi additum est, *Ioannes septem ecclesiis.* Prima uisio sic incipit, ubi dicitur: *Ego Ioannes frater uester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Iesu.* Secunda uisio incipit ubi scriptū est: *Post hæc uidi et ecce ostium apertum in celo, & uox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum.* Tertia sic incipit: *Et uidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & data sunt illis septem tubæ.* Quarta uisio incipit ubi ait: *Et apertum est templum Dei in celo, et uisus est arca testamenti eius in templo*

Prima uisio.  
Secunda.  
Tertia.  
Quarta.

**A** eius: Quinta uisio incipit ubi dicit: *Et uidi alium signum in celo, magnū et mirabile, septem Angelos habentes plagas nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.* Sexta uisio incipit his uerbis: *Et post hæc uidi alium Angelum descendentem de celo habentem potestatem magnā.* Septima uisio incipit ubi scriptum est: *Et uidi calum nouū et terram nouam.* Secundum istarum itaque septem uisionum distinctionē, quicquid exponēdo dicimus per septem libros diuidimus. Primus etenim liber tractat de uisione prima. Secundus liber tractat de uisione secunda. Tertius liber tractat de uisione tertia. Quartus liber tractat de uisione quarta. Quintus liber tractat de uisione quinta. Sextus liber tractat de uisione sexta, Septimus de uisione septima. Accipe itaque carissime frater cedulā istā, in qua & si tantam medullam mirabilium misteriorum non ualeam attingere, aliqua tamen circa superficem studeo carpere, in quibus inueniuntur plurimæ tuæ prudentiæ utilia, si ea quæ scripta sunt legere, & memoriæ commendare curaueris.

Alius prologus Ioannis Euangelistæ uitam breuiter stringens sermone, nec non et causam suscepti operis.

**H**æc Ioannes cælestium mysteriorum Theologus, quem Christus de nuptiis reuocauit, Apostolum & Euangelistam constituit, qui priuilegio dilectus amoris, supra peccatus domini familiariter in cœna recubuit, cui Christus in cruce matrem commendauit. Post diuisionem Apostolorum in orbem uniuersum (diuina disponente providentia) in Asia minori sacre fidei uerbum post Beatum Paulum (sicut legitur) prædicauit. Hæc Asia septem ciuitates, Ephesum, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardiniam, Philadelphiam, Ioaditiam, inter quas Ephesus metropolis est aliarum. Ordinis itaque Episcopis in præfatis ciuitatibus cum Archiepiscopo, ipse S. Ioannes uocabatur prædicationi, unde audita hac Beati Apostoli Euangelizandi constantia, in seruentis olei dolium Domitianus Imperator cum misit, & cum inde illæsus exisset, in Pathmos insulam quæ in mari Sirico sita est, eum in exiliū relegauit. Et dum ibi detineretur, per negligentiam Pastorum in Ecclesiis Asiae quædam uita pullulauerat, de quorum emendatione, & de præsentis ac futuro statu Ecclesiæ uniuersalis uisionem sibi à Domino reuelatam scripsit, & suis Ecclesiis seriatim legendam misit. Dominiciano autem à Senatu interfecto, cum omnia decreta eius Romani irrita fieri iussissent, Ioannes ab exilio liberatus, cum magno gaudio Ephesum est reuersus. Post aliquantum uero temporis insurgentibus in eadem uincula heresibus de fide Trinitatis, rogatus à fratribus ad confirmandam fidem quam docuerat, scripsit Euangelium. Postmodum multis uirtutibus claruit, ac deinde in pace quiescit.

Quinta

Sexta

Septima

LIBER



LIBER PRIMVS DE VISIONE PRIMA. PROLOGVS.

Deus immensus, & aeternus qui loco non capitur, nec tempore mutatur, qui immensa deitate sua & aeterna cuncti- potenter condidit, ipse idem bonitate sua spem suam, sanctam videlicet Ecclesiam de culpa & pena misericorditer redemit, & ea de exilio seruat, & ad beatitudinem supernam sub cursu & mutabilitate temporis preparatam spiritualibus bonis dicit, & in aliis electis eius in mundo circumquaque dilatat, & in aliis in caelo beatificat, & exaltat. Quam quoque ipse pater luminis, i. actor donorum spiritualium, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit quotidie, per idoneos ministros noui testamenti instituit, & regit, & per archam & ardua viae quae ducit ad vitam ad caelestia bona ducit. In hac via pedibus sanctae Ecclesiae de valle lachrymarum ad superna gaudia scandentis, lucerna est sermo propheticus, cui ne huius vitae ignorantia deuict incedit quasi lucernae lucet in caligine suo loco. In quo propheta B. Ioannis quae in hoc libro continetur, quae ei mediator Dei & hominum homo Christus Iesus ad illuminandam sanctam Ecclesiam reuelauit, tanto gloriosior & lucidior entescit, quanto sublimiora & lucidiora de Christo & ecclesia oracula describit. In hoc etenim est aliis excellentior prophetis quod de Christo & ecclesia magna ex parte sacra adimpleta denunciat, & sicut Euangelium legis obseruata, sic ista propheta excellit veteres a longe respicientes prophetas, quae fere totae habent sacra quae habent verba. Et parum dictum est, quia pro merito voluminis omnis laus inferior est. In singulis etenim verbis eius multipliciter late intelliguntur. Exhortando autem haec Apocalypsim, & reuelatio sanctae Ecclesiae ad patientiam multiplices describit tribulationes, persecutiones, & persecutiones quas in mundo patitur, & praemia superna quae post decursum temporis in caelo consequentur. Primum vero ad declarationem operis consequentis titulum praeponebat. Deinde salutationem septem Ecclesiarum Asiae, quibus librum istum mittit, adiungit, & sic ad narrationem septem visionum per quas liber idem distinguitur accedit.

De titulo, & de quatuor generibus visionum. CAP. PRIMVM.

Apocalypsim Iesu Christi. Quattuor sunt visionum modi, quibus duo sunt in mundo, & duo in caelo. Duo sunt corporales, duo sunt spirituales. Visio namque prima corporalis est, quando oculos ad exteriora

ra & visibilia aperimus, & caelum, & terram, figuras, & colores rerum visibilibus videmus. Sed haec visio in firma & infirma est, quae quae angusta est, maxima non comprehendit, & quia habes est minima non discernit, & quia pigra est, non attingit remota, & quia perspicax non est non penetrat occulta. Quae nihil denique mysticae significationis continet, sed tantummodo corporali sensu motu & actione habet. Alia quoque visio corporalis est, quae spiritus, vel actio sensui visus foris ostenditur, & intus magna mysticae significationis virtus continetur, qualis fuit visio quae Moysi in rubo quidem extrinsecus visibiliter apparuit, sed typica significatione plena fuit. Quid namque accipimus per flammam, nisi spiritus sancti gratiam? Quid per rubum arboris paruulam, asperam, viridem, floridam, nisi beatam Mariam Virginem per sui contemptum humilem, per exercitium virtutum asperam contra mollitiem, viridem per fidem, floridam per castitatem. Deo itaque; appatentem rubo, flamma rubum non laesit, & filio Dei carnem in Virgine sumente obumbrante spiritus sancti gratia pudor Virginalis illatus permansit. Loge igitur sublimior, & excellentior est iste visionis modus secundus quam primus, quia primus a mysterio penitus vacat, secundus caelestis sacramenti virtute redundat. Unde & Moyses de eadem visione dixit. Vadam, & video visionem hanc magnam. Reuera etenim visio magna fuit quae & praesens tunc miraculum exhibuit, & incarnationem verbi, & virginis matris perpetuam integritatem designauit. Tertius visionis modus non fit oculis carnis, sed oculis cordis quando videlicet animus per spiritum sanctum illuminatus formalibus rerum visibilibus similitudinibus, & imaginibus praesentatis quasi quibusdam figuris & signis ad inuisibilibus ducitur cognitionem. Quartus visionis modus est, cum spiritus humanus per internam aspirationem subtiliter ac suauiter tactus nullis mediis rerum visibilibus figuris siue qualitatibus spiritualiter erigitur ad caelestium contemplationem. De istis duobus modis visionum qui non corporaliter sed spiritualiter sunt, sic intulit B. Dionysius Aetopagita in libro hierarchiae dicens. In factuissimorum eloquiorum praetraditas illuminationes quantum possibile est respiciemus symbolicè nobis & analogicè manifestatas caelestium animorum, i. spirituum hierarchias, i. quantum ad sensum caelestes pontificatus quantum possumus considerabimus. Symbolum est collectio formarum visibilibus ad inuisibilibus demonstrationem. Anagoge ascensio siue eleuatio mentis ad supernam contemplanda. Notat autem hic duplicem modum reuelationis diuinae, quae theologorum, & prophetarum mentibus infusa est per visiones & demonstrationes, quas Graeci vocant theophasias, id est diuinas apparitiones, quae aliquando per signa sensibilibus similia inuisibilia demonstrata sunt. Aliquando per solam anagogicam id est mentis ascensum in superna pure contemplata. Ex his vero duobus generibus visionum duo quoque descriptionum genera in sacro eloquio sunt.

Secunda visio.

Quid flamma significet. Quid Rubus.

Duplex visio spiritus prima.

Secunda.

Quid symboli significat.

Quid Anagoge.

De duobus generibus visionum.

Quaestio quoniam modo do. B. Ioannes reuelationem vidit.

Responsio

Manuductio materialis quid sit.

sunt formata. Vnum quoque formis, & figuris, & si militudine rerum occultarum veritas obstruitur. Aliud quoque nudè & purè sicut est absque integumento exprimitur. Cui itaque; formis, & figuris, & similitudinibus manifestatur quod occultum est, vel quod manifestum est describitur, symbolica demonstratione est, cui vero pura, & nuda reuelatione ostenditur, vel plana & aperta ratione docetur, analogica. Cui vero secundum ea quae dicta sunt quattuor sunt visionum modi, duo foris, & duo intus, duo corporales, & duo spirituales, quarum est quoniam modo S. Ioannes hac Apocalypsim. I. reuelationem vidit. Sed constat quod duobus primis videndi modis quae foris corporaliter sunt ea minimè viderit, cum ipse ea in spiritu se vidisse testatur, dicens. Ego Ioannes frater vester & particeps tribulationis, & regno, & patientia in Iesu, fui in insula quae appellatur Pathmos propter verbum Dei, & testimonium Iesu Christi, fui in spiritu in die Domini. Qui. n. in spiritu vidit, non oculis carnis vidit, sed oculis cordis. Sed nec quarto modo illi hac vidisse oportet, cum ipse quartum visionis modum nullis mediis corporalium substantiarum formis fieri credat, sine ipse valeret hoc modo visum abscondere, nec nos possemus absque cognitis verbis et visitatis visibilibus figuris quibus nullis caracterizantibus figuris vidisset tam conuenienter intelligere. Liqueat igitur quod ea tertio videndi modo contemplatus sit, eo praesertim, quod liber iste formalibus rerum tpalium plenus sit, similitudinibus videlicet caeli, solis, lunae, nubium, imbrium, grandinum, fulgurum, tonitruorum, ventorum, aurium, piscium, bestiarum, aialium, serpentium, reptilium, arborum, montium, collium, aeris, maris, terrae, & aliarum rerum quae modo sensui non occurrunt. Necessarium erat. n. nostrae infirmitati quae summa non nisi per ima, spualia non nisi per corporalia valet capere, non ignota per ignotiora, sed ignota per cognita noscere. Vnde B. Dionysius in lib. praedicto ait. Neque; possibile est animo nostrum ad non materialè illa ascendere caelestia hierarchiarum & imitatione & contemplatione, nisi ea quae secundum ipsam est materialis manu ductione vtatur. Materialè manu ductione vocat rerum corporalium imagines, per quas in sacra scriptura ea quae incorporea, & inuisibilia sunt figurant. Ex quibus qualidam ipse S. Dionysius mirabili subtilitate exponit, declarans quae sunt formatiuae angelicarum virtutum imagines, qui digitus, quae humana effigies, qui oculi, qui nares, qui aures, qui ora, qui tactus, qui palpebrae, quae supercilia, qui auditus, qui dentes, qui humeri, quae brachia, & manus, quae cor, quae pedes, quae dorsa, quae pedes, quae alae, qui nuditas, qui lucidus amictus, qui habitus sacerdotalis, qui zona, quae vitrae, qui arma, qui securus, qui geometrici fines, qui vitae, qui nubes, quae as, quae electrum, qui colores diuersorum lapidum, qui Leonis forma, quae Aquilae species, qui equi, quae differetiae equinorum colorum, quae flumina, qui currus, quae rotae, quod dicit gaudium Angelorum. Animus itaque noster quia visibilia nouit, inuisibilia non nouit, nisi utere manu ductione materialis. i. rerum corporalium similitudine, quae secundum ipsam est. i. quae nouit, ad materialè minimè pos-

set ascendere contemplatione. Iam tam multiformes in sacris reuelationibus repraesentant visibilibus imagines, ut mens nostra per abstracta ad occulta discat penetrare bona quae videre non consuevit. Nec solum excellentissimarum rerum visibilibus praclaris & lucidis similitudinibus quae inuisibilia sunt figurantur, sed mediarum & infimarum rerum qualitatibus multoties conuenientissimè designantur. Nam quia nihil eorum quae sunt est vniuersaliter boni participatione privatum, quia teste scriptura: Vidit Deus cuncta quae fecerat, & valde bona erant: possunt etiam quaelibet in firma & minima, & quae res ipsa aliorum vniuersae deformia non inconuenienter inuisibilia figurare, & de his praedictus Theologus sic ait. Aliquando (inquit) theologo illi (id est quae de scripturis diuinis loquitur) ipsam inuisibilem videlicet sapientiam ex luminibus praeciosis laudat, ut solè iustitiae, ut stellam matutinam, ut animam sanctam orientem, ut lumè in circumuolutè & inuisibiliter resplendens. Aliquando vero ex mediis, ut ignem innocue splendentem, ut aquam vitalis plenitudinis dicitur, & symbolicè dicendum. i. ut figuratiuè dicatur in ventre subeunte, fluminaque; redudantem immensurabiliter refluentia. Aliquando autem ex nouissimis (id est infimis) ut vnguentum suauis, ut lapidem angularem. Sed & bestialè ipsi formam circumponunt, & leonis ei & pantherae specialitatem coaptant, & pardalè eam esse dicit ut vrsam saeuientem. Ad dè (inquit) & quod omnium vilis est, esse & magis significare visum est, quia & vermis species ipsa seipsum circūformantem diuina sapientem (id est ipsi theologo) tradiderunt. Notate, quod dicitur, quod omnium vilis est hoc magis visum est significare, vermis videlicet qui Christus significat, ubi ipse Christus per Prophetam de se secundum carnem allum ptam ait. Ego sum Vermis. Sicut. n. vermis sine coitu nascitur de terra, sic Christus sine virili semine natus est de Maria. Vermis ergo qui vilior omnium dicitur, magis (id est conuenientius) significare videtur. Quia omnis figura tanto euidentius veritatè demonstrat, quanto per dissimilem similitudine figurat se esse & non veritatè probat atque nostrum animum in hoc magis dissimiles similitudines ad veritatè reducat, quo ipsam in sola similitudine manere non permittit. Vnde in sacra scriptura mira prauidetia ad deformium deformes rerum qualitates descendit, & ex immaterialium & inuisibilibus significatione sunt quae non sinit nostrum animum in se quiescere, sed ad imaterialia ab omni materialium similitudine longe remota sua deformitate cogat praesertim iusto & non probante tam deformibus. & sic talibus rerum qualitatibus diuina & spiritalia similia non esse illis, nec quicquam de istis inesse posse. Nam si semper ex lucidis, claris, & preciosis significatione similitudines in sacro eloquio ponerent, leuiter seduceret animus humanus, illorum animum maxime quod nihil altius visibilibus bonis intelligit, & secundum eundem theologum Dionysium aestimatemus forsitan in caelestibus esse quaedam auriformes essentias, & quosdam viros fulgoreos decoratos vestimenta; & caetera talia quibuscumque; sacra theologia mysticos velat intellectus. Aliquando vero superaeualis diuinitatis beatitudinem laudat in scripturis, ut ratione, & intel-

Cap. I. Duplex visio corporalis prima.

& intellectū, & essentia diuinā rōnalitatē, & intellectū, & sapientia eius declarant es, & verē ipsam esse existētē substantiā, & verā causā subsistentiā eorū quæ sunt eā esse demonstrantes, & quasi lumen eā formāt, & vitā vocāt. Et quāuis ista materiales formationes superare quoquo modo p̄bent, & castiorē videant h̄c significationē ad illā ineffabilē, & incōprehensibilē, & interminabilē diuinitatē, deficiūt tū & ipsa ad veritatē sicut est exprimēdā. Etenim sup̄ oēm essentia, & vitā nullo lumine ipsam caracterizatē, oīq; rōne, & intellectu ab ipsius similitudine incōparabiliter derelictis, & lōgē remotis. Quāuis nāq; creatura rōnalis ad imaginē, & similitudinē sui facta sit creatoris, magnā. n. differētia est inter creaturā, & creatorē, & deficiūt cōparatio ei⁹ ad illū. Beatus igit̄ Iōānes relegat⁹ ī exiliū, à strepitu mūdī & inquietudine remotus, & quieti deditus, hanc apocalypsim à dño tercio videndū omdo (vt supra probatū est) ad vilitatem ecclesiæ sanctæ accepit, & scripsit. In eo autem q̄ in quiete positus reuelationē accepit, significetur nobis, q̄ illi qui internā quietem diligunt, ipsi de inuisibilibus bonis mira cognoscūt, & quanto se à tēporalibus amplius elongant, tanto magis æternis appropinquant. Qui. n. se negociis secularibus implicat, ab internis, & æternis semetip̄s alienant, nec valent de inuisibilibus magna cōsiderare, q̄ a visibilib; animū nesciūt reuocare. Si ergo Deo p̄pinquare v̄olumus, ab exterioribus ad interiora mētē reducamus, vt sic ī secreto quietis positi, possimus cęlestia cōtēplari. Hinc nos admonet sermo diuinus dicēs: *Vacate, & videte quoniam ego sū Deus.* q. d. Nisi à mundi p̄turbationib; vacetis, me cōtēplari nō valebitis. Ab exteriorib; igit̄ vosmetip̄s colligit, & interioris p̄ quietē quis ego sum videte. Tāto nāque mēs humana spiritalib; viciniorē facit, quāto lōgius post se tēporalia derelinquit vel corporalia, & tāto clarius atq; p̄spiciat summis intēdit, quāto ab inūmis p̄p̄m lumīnis radios auertit. Et quāuis mare secularū p̄turbationū foris p̄ circuitū fluctuet, ipsa tū si p̄ internā aspiratiōnē intra semetip̄sam fuerit collecta, quasi in cūludā insulæ stabilitate posita diuinis p̄ cōtēplationē inheret. *Apocalypsis Iesu Christi.* Iesus, & Christus duo p̄ncipalia Saluatoris noīa sepissimē recitant̄ in diuina paginā. Sed Iesus quāuis in se hēat magnā significationē, dignoscit̄ tū esse nomē p̄p̄riū vocabuli. Christus autē nomē tū sacramētū. Iesus interpretat̄ Saluator. Multi fuerūt ante eum hoc vocabulo Iesus nūcupati, sed nullus eorū saluauit aliquem à peccato suo. Ille verō siluū fecit populū suū à peccatis eorū. Peccatū aliud originale, aliud actuale. Originale est q̄ nascēdo à parentib; cōtrahimus. Actuale q̄ postmodū ipsi operamur. Sed Iesus noster Saluator ab vtroq; nos saluat, q̄ a p̄ gratiā baptisimi ab vtroq; nos liberat. Itē duo videntur esse vitia p̄ncipalia, malicia, & luxuria, ex qb; quasi fontibus duobus cętera mala quasi flumina sunt p̄-

Qui se negociis secularibus implicat ab internis & æternis alienat.

Psal. 45.

De nominibus Saluatoris.

Duplex peccatum. Quod nascēdo à parentib; cōtrahimus. Actuale q̄ postmodū ipsi operamur. Sed Iesus noster Saluator ab vtroq; nos saluat, q̄ a p̄ gratiā baptisimi ab vtroq; nos liberat. Itē duo videntur esse vitia p̄ncipalia, malicia, & luxuria, ex qb; quasi fontibus duobus cętera mala quasi flumina sunt p̄-

fluentia. Nā licet ēt gula sit vitium carnis, luxuria tū magis ut esse gula, quia luxuria nō cessat effundere quicquid gula pōt deglutire. Et sic probat̄ gula velut famularia, & ministra luxurię ad luxuriā p̄tinere. Gula. n. in vētrē cōgregat unde luxuria uoluptates spargat, & quāto luxuria facta git cōgregata dissipare, tāto laborat amplius gula p̄ cibos dissipata restaurare. Malicia corruptio totius animi spiritale est vitium, & spiritualū fons, & origo vitiorū. Sūt ergo duo maxima vitia malorū omnium cā, malitia, & luxuria. Intus est malicia, foris est luxuria, malicia in corde, luxuria ī carne. Malicia est inquinamētū spiritus, luxuria inquinamētum carnis. Malicia generat rugā, luxuria maculā. Malicia fomes est vitiorū spiritualū, luxuria uero carnalium. Ista duo vitia benē distinguit, & designat sacra scriptura ubi ait. *In maleuolā animam nō introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Vbi. n. ait, in maleuolā animā nō introibit sapientia, designat maliciā. Vbi uero ait, in corpore subdito peccatis, designat luxuriā. De his quoq; Psalmista ait: *Incēsa igni, et suffossa ab increpatione uultus tui peribit.* Incēsa nāq; in carne per luxuriā, & suffossa in corde p̄ maliciā, ab increpatione uultus dñici peribunt, q̄ cū dñs manifestabit̄ ad iudicādū ibunt luxuriosi, & maliciosi (ip̄so increpate) in ignē eternū. Hęc duo ēt vitia in Ismael q̄ reprobōrū figurā tenet rectē significant. Ibi nāq; scriptū est: *Hic erit serus homo, manus eius cōtra oēs, et manus omnium cōtra eū, et e regione fratru suoru figet tabernacula,* hic designat maliciā. Vbi uero scriptū est, q̄ mater sua accipiet ei uxorem de terra Aegypti, exprimitur luxuria. Quid est. n. Aegyptus (quæ interpretat̄ tenebræ) nisi cæcus ubi se non uideat esse cæcum? Quid est uxor Aegyptia nisi luxuria cæca? Reprobi ergo quiq; feri sunt, & manus eorū contra oēs sunt, & manus eorū pronocant aduersum se, & e regione fratru suoru figūt tabernacula p̄ superbā cordis maliciā, & uxore fortiant̄ de Aegypto p̄ luxuriā carnis cęcam. Sic & Nehemias ista duo mala exprimit, ubi se egressum ante fontē draconis, & portā stercoreis ad cōsiderādū murū Hierusalē dissipatū describit. Quid etenim p̄ fontē draconis significat, nisi fons maliciæ? Quid p̄ portā stercoreis nisi fetor luxuriæ? Quid p̄ murū Hierusalē figurat nisi illi q̄ in Sācta Ecclesia firmiores existimant? Ad fontē itaq; draconis, & ad portā stercoreis murus Hierusalē dissipatus demonstrat, cū illi q̄ uidebant̄ fortiores, & sublimiores in sancta Ecclesia, per maliciā, siue p̄ luxuriā labunt̄ ad inferiora. Sunt duo ergo ista vitia maxima, uidelicet malicia, quæ ideo malicia potest dici, q̄ mala quibus spiritus corrūpit̄ nō mine designat, & luxuria quæ carnaliū vitiorū materia v̄ existere. Sed deus n̄, Saluator n̄, ab omnib; nos saluat, quia ab oī inquinamēto carnis & spiritus p̄ suā gratiā potēter nos emūdat. Merito ergo tāli uocat⁹ est noīe, q̄ tā mirabilis & tā magnificus est ptāte. Christus autē non est nomen

Quid sit malicia.

Quid sit luxuria.

Sap. 1.

Psa. 79.

Gen. 16.

Aegyptus quid significet.

3. Esdræ 2.

Quid fons Draconis. Quidque porta stercoreis significet.

nomē propriū vocabuli, sed est nomē solūmodo sacramētū: Christi namq; in veteri testamento dicebantur qui vnctiōne materiali in Reges, vel Sacerdotes vngebantur. Sed Redemptor noster non est vnctus materiali vnctiōne, sed spiritus sancti plenitudine. Vnde scriptum est: *Dilexi sti inficiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lacticiæ p̄ consortibus tuis.* Et non solum in se ip̄s est vnctus per spiritus plenitudinē, sed electos suos vnct per eiusdem spiritus participationē. De plenitudine. n. eius nos omnes accepimus. Ascendens. n. Christus in altū, dedit dona hoīb; . Et Apostolus ait: *Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem datur sermo sapientiæ, &c.* Hęc est vnctiō in capite, quæ descēdit in barbā, & in orā vestimenti. Caput signat Christū qui est caput omnium fidelium. Barba quæ capiti inheret, & est signū virilitatis, Apostolus designat q̄ Christo dū in mūdo cōuersatus est adhererūt, & adherēdo cū eo comederūt, & biberūt, ēt eius salutiferā doctrinā audierūt, & miracula viderūt, & post ascensionem eius accepto plenius spiritu sancto confortati viriliter egerunt, quia fidem ipsius per regna mundi cōfūdētē p̄dicauerūt, p̄ nomē eius in cōsiliis traditi, in synagogis flagellati, ante Reges & Præsides ducti. Et in his oib; viriliter vicerunt, euntes a conspectu concilii gaudentes, qm̄ digni habiti sunt pro noīe eius contumeliam pati. Ora vestimenti vltimos figurat iustos qui erunt in fine seculi. Vnctiō itaq; Spiritus sancti quæ est in capite (id est in Christo) p̄ plenitudinē, in barbā (id est in Apostolos) descēdit p̄ participationē qm̄ illis ait. *Accipite spiritum sanctum,* & qm̄ post ascensionē suam illis eundē spiritum misit, & gratiā linguarū distribuit. Descēdit quoq; in orā vestimenti, quia idē Spiritus sanctus tribuetur ēt illis qui fuerint iusti in fine mūdi. & qm̄ post ascensionē superiores quosq; & perfectos accipere, & per orā vestimētū inferiores. Sed vnctiō in vtroque descēdit, quia dñs per gratiā suā pusillis cū maioribus benedixit. Ista ergo duo noīa Redemptoris humani generis Iesus, Christus, in nouo testō crebrius q̄ in alio recitātur. Iesus, q̄ saluos nos facit à peccatis nostris, Christus, q̄ vnctus est Spū sancto p̄ cūctis participib; suis. Seq̄t. *Quam dedit illi Deus pat̄ facere seruis suis.* Notandus ordo dandi. Deus enim dedit Christo, Christus Angelo, Angelus Iohanni, Iohannes septē Ecclesiis Asiæ, Ecclesiæ Asiæ vniuersali matri Ecclesiæ. Vniuersalis mater Ecclesia quotidie per voces doctorum dispensat & distribuit eā mentibus fidelium singulorum. Sic omne datum optimū, & omne donum perfectum quod de sursum a p̄e est in p̄destinatos ad vitā descēdit, & in eos variē & pulchrē multiformiterque procedit, & eos ad sinū matris vocātis congregat, & ad ipsius simplicitatē coadunat. Sed bonū celeste qd̄ nos videmus per speculū & in

Pl. 44.

Ioan. 1. Pl. 67.

1. Cor. 12.

Pl. 132.

Quid Barba significet.

Ora vestimenti.

Ioan. 20.

Ordo dandi

enigmate hoc spūs Angelici cōtēplatur facie ad faciē. Qd̄ nos cognoscimus ex parte, hoc illi cognoscunt sicut & cogniti sunt. Nā quæ admodū oculi sani solarē fulgorē purē conspiciunt, infirmi vero nō nisi obstaculo interposito illū cernere nequeunt, sic inuisibiles cęlestiū essentiarum spiritus quos labentibus reprobis Angelis nulla potuit malicia corrumpere, diuinā claritatis splendorē immediatē suscipiūt, hoīes vero qui peccatorū obtenebrant̄ caligine, plerūq; nisi mediantib; figuris illum cōspicere nō p̄nt. Sed cum mortale hoc induerit immoritatē & corruptibile incorruptionem, tunc hoīes trāsflati ad sortem Angelicę mansionis, participes etiā erunt eiusdem contemplationis, & bonum diuinum qd̄ modo sępe ministrantibus Angelis, & mediantibus figuris suscipiunt in tpe, cōstantibus ministris, & figuris sublatis possidebunt in eternitate. Interim autem donec occurramus in vnitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi datum optimum & donum perfectum quod à Deo fonte boni deriuatur, plerumque per Angelos & per ea quæ sensibilibus sunt similia hominib; gradu siue merito superiorib; ministrat, & per superiores inferiorib; dispensatur. Causa quoq; reuelationis diuinæ in titulo libri declaratur cum dī. *Palam facere.* Ad hoc namque dedit illi Deus ipsam Apocalypsim, vt eam palā faceret. Vult etenim Deus vt talentū expandatur, vult vt lucrū referatur. Vult vt honum quod cognoscimus palā faciamus, & quod ab aliis didicimus alios doceamus. Vult vt qd̄ aure & in cubilibus audiimus super tecta p̄dicemus, & lucerna diuinę cognitionis in aio accēsa nō abscondatur sub modio taciturnitatis. Sed ponatur super candelabrū p̄dicationis, sicut in fine Apocalypsis ipsius scriptum est, qui audit dicat vni. In scientia enim abscondita, & in thesauro inuiso nulla est vtilitas. Sicut ergo sciētī bonū facere & nō facienti peccatum est illi, ita & sciētī bonum dicere, & nō dicēti peccatum est. Quibus et manifestari sacra reuelatio debeat, demonstratur cum subiungitur: *Seruis suis.* Non superbis philosophis, nō incredulis Iudeis, nō immūdis Christianis, Nō. n. debent sancta canibus dari, nec margaritæ ante porcos spargi. Canes sunt infideles fidei sacre persecutores, & ipsi oblatrantes. Porci falli Christiani, fidem quidē quantum ad credulitatē habentes, sed semetip̄s viciis more porcorum sordidantes. Vtrūq; ergo sacra mysteria sunt celanda, illis propter eęcam nequiciā, illis propter vitā pollutam. Seruis autem dñi studiosē sunt reuelanda, quia & quæ dñr patiens ter audiunt, & audita deuotē faciunt. Sicut itaq; bonum diuinū malis nō dēt manifestari, sic bonis minimē debet celari. Et sicut est grauis culpa sacra mysteria reuelare reprobis, ita grauis culpa est hoc abscondere ab electis. Non sit ergo securus seruus inutilis, qui modo

Quibus reueletur.

Canes qui sunt.

Qui ut porci.



Quæ nam cito sunt,

torpescit ab officio docendi, quia de lucro talenti sibi commissi rediturus est rationem in die iudicii. Sequitur. *Qua oportet fieri cito.* Cito sunt quæcumq; in præsentibus sunt, quia & tpa, & que sub tribus aguntur cito transeunt. Brevis, n. est vita ista, via lubrica, mors incerta. *Quæ oportet fieri cito* id est de his quæ ecclesiæ in hoc sæculo sunt vêtura siue prospera, siue aduersa, siue de his quæ in fine sæculi sunt retribuenda. Cito itaq; cuncta sunt, quæ & præsentia cito discedunt, & futura cito succedunt. Quæto vero citius virgente necessitate tps ea quæ in hoc libro cõtinentur sunt cõplenda, tãto citius, ac studiosius sunt annuntianda, ne ingruente articulo mortis ille q per auditum debuisset iustificari, non audiendo pereat, & de manu p̄dicatoris dñs peccatorẽ perditum requirat. Vnicuiq; n. sacra doctrina cum fine vitæ suæ cõpletur, quæ viuẽtibus quamdiu vixerint cõplenda retinentur. Sequitur. *Et significauit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni.* Modũ sacrę reuelationis ostendit vbi dicit. Significauit. Significauit, quia per signa quædam figuræ & sigilla sensibilib. consimilia sacra mysteria reuelauit. Voluit nãq; mysteria sua per figuræ ostendi, vt sine exercitio nõ possent intelligi, quia grauius & firmitus tenetur qd cũ labore acquiritur. Voluit et figuræ alicubi exponi, vt per hoc innueret expositiõnem in aliis sensibus esse querendã, vt sic & fideles quærentes inueniãt, & infideles qui peruertere & cõculcare nituntur sacra mysteria nõ intelligãt. *Per Angelum suum seruo suo Ioanni.* Per Angelũ. n. in similitudine filii hois apparentẽ, visio ipsa S. Ioanni monstrata est, sicut ipse in sequẽtib. declarat, vbi dicit. Et cõuersus vidi septẽ candelabra aurea, & in medio septẽ candelabrorũ aureorũ similem filio hois; Christus itaq; f̄m humanitatẽ ipsũ sacra mẽtũ accepit à patre, & per Angelũ ip̄sus Christi specię p̄ferentẽ, quãsi sp̄ale quoddã munus diuersis figurarũ velaminib. obtectũ, vt electorũ mentes exerceret, & reprobis minime pateret, sãcto Ioãni, & per ipsum septẽ ecclesijs, imò vniuersali sanctæ Ecclesię trãsmisit. Cuius (beatissimi videlicet Ioãnis) qualis tãq; fuerit auctoritas manifestat cũ subinfertur. *Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quæcumq; vidit.* Reuera etenim magnus sui qui de Christo f̄m vtrãq; naturã diuinitatis & humanitatis testimoniu perhibuit. De vtrãq; p̄p̄e naturã Redẽptoris testimoniu perhibuisse illum sermo p̄sens designat, q eũ testimonium verbo Dei & testimoniu Iesu Christi perhibuisse denũciat. Diuinitati etenim testimoniu perhibuit vbi ecclesiã secreta cõtẽplatus dicit. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Humanitati quoq; testimoniu perhibuit, vbi Christũ turbis p̄dicasse, & miracula fecisse, mortuũ, & sepultũ resurrexisse, & discipulis apparuisse describit. In p̄nti sermone quidem vbi dicit verbo Dei, designat diuinitas, vbi vero

Ioan. 1.

subdit, Iesu Christi, signat humanitas, & Ioãnes testimoniu perhibuit verbo Dei, & testimoniu Iesu Christi q̄cũq; vidit, quã de arcanis sempiternæ deitatis spiritalib. oculis p cõtẽplationẽ intellexit, siue q de operib. humanitatis carnis oculis inquãtũ potuit, & verbo p̄dicauit, & scripto cõmẽdauit. Sequit. *Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt.* In fine tituli ad captãdã beniuolentiã, & prouocãdã diligentiã legentiũ, audientiũ, & seruantiũ prophetiã istã præmiũ ponit, beatitudinẽ videlicet æternã. Et in eo quidem qd dicit. *Qui legit,* designat literatos siue doctores. In eo qd dicit, *Qui audit,* exprimit laicos siue auditores. In eo qd dicit, *Qui seruat,* electos ex vtrifque. Nihil itaq; prodest ad saluationẽ qd legit, vel qd audit, nisi per actionẽ diligẽter seruet. Si igit ad beatitudinẽ pertingere desideramus, ea q scripta sunt studeamus non solũ legendo, vel audiendo cognoscere, sed q cognoscimus bene viuẽdo studiosius adimplere. Melius et est veritatem non cognoscere quam post cognitõnem à scripto mandato recedere. Seruus enim qui scit voluntatem domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. Intellectus quippe bonus (id est vtilis) illis qui faciunt eum. Ea autem quæ scripta sunt seruat qui fidem Christi & ecclesiæ inuolãtã custodit, qui timet mãdata quæ rit promissa. Sequitur. *Tempus enim prope est,* tps scilicet laborum finiendorum, ac recipiendorum præmiorum. Quia igitur prope est tps vt mala finiãtur, & bona subsequantur, non nos in via vitæ præsentis aduersa frangant, nec prospera emolliant, vt sub breuitate temporis peruenire valeamus ad diuturnitatem æternitatis. Hæc circa ingressum libri velut qui ostium aperit, vt quæ in domo sunt patenter cernere possit. De titulo succincte prælibauimus, ut arcana quæ interius continentur euidentius deinceps inspiciamus.

De salutatione. Cap. II.

**I**oannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Præmissis titulo, ad declarationem & euidentiam sequentium subiungit salutationem, in qua demonstratur quibus specialiter ipsa prophetia dirigitur. In principio quoque salutationis tria præcipue determinat, videlicet quibus salutem mandat, & quam eisdem salutem exoptet, & unde denique illis ipsam salutem venire desideret. Vbi enim dicit Ioannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia, quibus salutem mandat declarat, vbi uero subdit, gratia uobis & pax, quam ipsis salutem exoptet insinuat. Vbi autem deinceps infert, ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius

Cur illis gratiam, & pacẽ exoptet.

Psal. 17. Quid significat i eo quod dicit q erat, &c.

Cur nihil loquat de prima persona Spiritus Sancti Trinitatis, sed de secunda, & tertia.

Spiritus simplex p naturã, & septiformis per gratiam.

sunt, unde illam his venire desiderat manifestat. Ioannes septem Ecclesijs, quæ sunt in Asia sibi principaliter commissis, & ab ipso specialiter dilectis in hac prophetia nominatim designatis, gratia uobis, & pax, gratia uobis per peccatorum remissionem, pax per Diuinam reconciliationem. Gratia ut liberemini de seruitute diaboli, pax ut maneatis in seruitio domini. Posita gratia, statim pax subiungitur, quia qui de peccatorum miseria adiuuante gratia murum prauitatis suæ ad Deum reuertendo transgreditur, protinus inter ipsum, & Deum pax firmissima reformatur. De hoc muro psalmista sic ait: *In Deo meo transgrediar murum.* Ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. Qd dicit ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, pertinet ad personam filii, & quod subdit, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, pertinet ad personam Spiritus Sancti. De patre nanque tacet, quia de creatorẽ nemo malẽ fenserat, nec de ipso error aliquis surrexerat. De persona uero filii, & Spiritus Sancti idcirco facit mentionem, vt de fide legentiũ sinistra si oborta fuerit dubitationem dissipet. Dicit de persona filii, & Spiritus Sancti, quia de ipsis cunctæ hæreses oriuntur in Ecclesijs: *Qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Qui est essentialiter cõternus patri, qui erat cũ patre in creatione mundi. Qui venturus est, in gloria patris i die iudicii. Qui est per incõputabilitatẽ eternitatis, q erat p potẽtiã creationis. Qui venturus est p iustitiã retributionis. Qui est, quia sup oia Deus benedictus in secula idẽ subsistit. Qui erat, quia de nihilo cuncta creauit. Qui venturus est, quia uiuos & mortuos in fine mundi iudicabit. Et à septẽ spiritibus. i. à septiformi spiritu, q simplex qd est p naturã, septiformis p gratiã. Diuidit aut donã singulis p̄t vult. Thronus Dei sunt sancti Angeli, & hoies sancti, in qb. Deus residet, & p quos iudicia sua mirabiliter exercet. Sed i cõspectu throni ei septẽ spiritus sunt, quia inuisibiles inuisibiliũ animorũ oculos septiformis spiritus p suã gratiã inuisibiliter illuminat, & q agẽda sunt illis inuisibiliter demonstrat, ipsum sp̄ ante cõspectũ suã cõtẽplationis hẽnt, & q ipso docente faciẽda dicẽrunt p actionẽ cõplẽt. Sequitur: *Et ab Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus ex mortuis, & princeps regũ terræ.* Item reuertitur ad personã filii, quia de ipso maxime sermo est, sequẽs habẽdus, & ea præcipue ponit, quæ ad naturã humanitatis, & dispensationẽ humanæ redẽptionis pertinent, vt dũ quanta pro nobis in suscepta carnis nostræ natura sustinuit audimus, quantũ ipsum debeamus diligere p̄p̄ndamus. Quãuis aut in præcedentibus f̄m prædictã rõnem personã patris excluderimus, possumus tñ id, qd dicit. Qui est, & qui erat, & qui venturus est, ad personã patris referre, & per tria tempora, præsens, præter-

ritum, & futurũ quibus omne tempus comprehenditur immensam eius Deitatis æternitatẽ figurare. Nam quod additur. Et à septẽ spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, ad personam Spiritus Sancti, & q sequit. Et à Iesu Christo q est testis fidelis, ad personã p̄tinet filii. Et siquidem sniam isto modo disponamus, intelligimus & dicimus personã filii non secundo loco post illa quæ de patre, sed tertio post illa, quæ de spiritu sancto dicta sunt, ad ultimũ idcirco posita, qd de ipso principaliter subsequẽs sermo præsentis capituli sit habẽdus. Qui est testis fidelis veritatẽ prædicando, primogenitus ex mortuis resurgendo, princeps regũ terræ in celo regnãdo. Testis fidelis, quia de oibus quæ per eũ testificanda erant in mundo testimoniu fidele perhibuit. Testis fidelis, quia quæcumq; audiuit à patre fideliter discipulis suis nota fecit. Testis fidelis, quia viã Dei in veritate docuit, nec ei cura de aliquo fuit, nec psonas hominũ respexit. Testis fidelis, quia reprobis damnationẽ, & electis saluationẽ nunciãuit. Testis fidelis, quia veritatẽ quã verbis docuit, miraculis confirmãuit. Testis fidelis, quia testimoniu sibi à patre nec in morte negauit. Testis fidelis, quia de operibus malorũ & bonorũ in die iudicii testimoniu verũ dabit. Primogenitus ex mortuis. Quidã leguntur & veteri testamẽto prophetarũ orationibus suscitati. Sed rursus redeunte morte reuersi sunt in puluerem, Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra nõ dñabitur. Quod n. viuit uiuit Deo, qui in carne sua resuscitatus, & in celestis gloria collocata nobis certam spẽ dedit resurgendi, & ad caelestem ac beatam mansiõnẽ perueniendi. Et princeps regũ terræ, id est regũ qui in terra sunt. Alii sunt reges regendo sibi per Diuinam dispositionem subiectos. Alii sunt reges regendo fideles à Deo sibi cõmissos. Alii sunt reges auxiliante Deo regendo tantummodo semetipsos. Primi sunt principes sæculares. Secũdi Ecclesiarum pastores. Tertii singuli quicq; fideles. Sed Christus omnium princeps est, quia quicquid agitur in mundo rectam accipit ab ipso ordinationẽ, & in futuro instam ab ipso recipiet retributionẽ, & in futuro instam ab ipso recipiet retributionẽ. Omnium princeps est, quia ab ipso est, & potestas secularis, & cura pastoralis, & singularis solertia cuiuslibet fidelis. Quæ cuncta sicut ab ipso habent originem, sic f̄m ipsum habere debent actionem, vt principes per potestatẽ secularẽ inter subiectos sibi homines teneant iustitiã, pastores p curã pastorale fidelib. sibi commissis præbeant doctrinã, & singuli fideles per singularẽ solertiã in semetipsos seruẽt sanctimoniam. Principes debet subiectis sibi cõtra rapaces hoies defensionẽ, & pastores sibi cõmissis cõtra impugnantes demones instructionem. Singuli autem sibi metipsis debent contra vitia relictionem. Non ergo debent isti reges si suo principi adhaerint in præliis hostes formidare, quibã lem habent principem, qui ipsos solo nutu suã

Cur testis fidelis.

Cur primogenitus.

Cur dicat princeps regũ.



voluntatis potest debellare. Sunt etenim quidam de duobus primis supradictis generibus regum qui summo principio adherere contempserunt, qui acceptam ab ipso potestatem secundum ipsum exercere nolunt, qui in subditos seuiunt, & eos deuorant, & quia supra se principem habeant qui eripit inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem a diripientibus eum minime pensant. Qui videlicet princeps regum ad exercitationem, & purgationem electorum eos ad tepus seuire permittit. Sed in tempore retributionis eos de hac seuitia grauer iudicabit. Redeat ergo tales reges (si in reges) ad conscientiam, & quod super se principem habeant cui de actibus suis sunt reddendi rationem recognoscant. Qui etiam sicut praterpote conferre, sic potest & auferre. Balteum, n. soluit regum dominus, & praecingit fune renes eorum. Sequitur: *Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Deo, & patri suo regnum, & sacerdotes.* Qui dilexit nos per caritatem, lauit nos per passionem. Dilexit nos compatiedo, lauit patiedo. Quia dilexit nos, ideo lauit, non. n. lauisset nisi dilexisset nos, lauit nos a peccatis nostris, originalibus, & actualibus, spiritualibus, & carnalibus, criminalibus, & venialibus, lauit nos in sanguine suo, non in sanguine animalium sicut in veteri lege vel testamento, qui sanguis scilicet veteris testamenti virtute purgandi nullam habuisset, nisi eam in hoc, quod huius sanguis sacramentum erat accepisset. Et fecit nos regnum, & sacerdotes patri, id est diuinae paternitati, siue paterna diuinitati. Fecit nos regnum, ut qui primo eramus regnum diaboli, modo sumus regnum Dei, & in quibus prius regnabat, diabolus, in eis modo regnet Deus. Fecit nos regnum, ut in nobis destrueremus mala, edificemus bona, vitia deprimamus, virtutes erigamus. Fecit sacerdotes, ut qui prius demonibus immolauimus, Deo deinceps immolemus, & qui ante obtulimus diabolo sacrificia peccatorum, ammodo offeramus Deo sacrificia honorum operum. Ipsi gloria, & imperium in saecula saeculorum amen. Ipsi gloria quantum electos imperium quantum ad reprobos, gloria, ut eum electi glorificent, imperium ut eum reprobi formident, gloria ut laudetur a bonis pro collatis beneficiis, imperium ut a prauis timeatur pro perpetratis malis. Gloria qua glorificat electos pro iusticia, imperium quo condemnat reprobos pro culpa. Vel gloria in propria natura, imperium in creatura subiecta. Gloria, quia ipse est super omnia, imperium, quia sub ipso sunt omnia. Sed licet ista ad decorem & euidentiam sententiae non irrationabiliter distinguamus, in summa tamen & in diuina Deitate vnum & idem esse veraciter credere debemus. In saecula saeculorum, id est semper, verè siue fideliter. Gloria igitur & imperium ei verè, & semper sit, qui talia & tanta pro nobis fecit. Sequitur: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus*

Quomodo nos dilexerit, & lauerit?

Fecit nos regnum.

Fecit sacerdotes.

Cur ipsi gloria, & imperium.

*terra, etiam amen.* Post salutationem adiungit quaedam de aduentu Christi, & terrore iudicii futuri, ut si ex beneficiis quae in salutatione continentur Deum diligere negligimus, saltem ex minis, quae sequuntur ipsum timeamus. Si propter dulcia quae praecedunt contempnimus bona facere, propter amara quae sequuntur formidemus mala perpetrare. Si non trahit ad Deum hoc, quod demulcet, saltem ab aduersa parte nos repellat id, quod terret. Tribus autem modis exponere possumus, quod dicit venit cum nubibus, id est ad locum ad quem nubes ascendunt, ut semetipsum manifestans in loco sublimi ab omnibus resurgentibus patenter possit videri. Aliter, venit cum nubibus, id est cum sanctis qui nubes fuerunt, pluendo per praedicationem, coruscando per miraculorum operationem, volando per contemplationem, protegendo per intercessionem. Aliter, venit cum nubibus, quia credi potest ut sicut per nubem ascendit in caelum, ita veniet ad faciendum iudicium sicut scriptum est: *Hic Iesus qui assumptus est a vobis in caelum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.* Sequitur: *Et videbit eum omnis oculus, videbit eum omnis, quia videbit eum bonus & malus corporalis & spiritalis, videbit eum bonus ad gloriam suam, malus ad ignorantiam suam. Videbit eum corporalis oculus hominem verum. Spiritalis oculus Deum verum. Videbit eum oculus bonus vel dignus clarificari, malus sicut dignus excari. Videbit eum oculus corporalis eius claritate admirando. Spiritalis semetipsum de merito subtiliter diiudicando. Et quod est mali visuri sunt, declarat eum subdit, & qui eum pupugerunt, ac si dicat. Non solum visuri electi sunt qui ab eo praemium beatitudinis recepturi sunt, sed et nequissimi qui eum crucifigendo pupugerunt. Sed quamuis reprobi illi visuri sint, non tamen gloria eius sicut electi contempserunt. Scriptum namque est: *Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Generaliter namque; calunitate describit eum adiungit. Et plangent super eum omnes tribus terra, etiam amen.* Tribus terrarum vocat omnes terrena diligentes, & terrena Christo praefertentes, quae diceret. Nec tamen illi qui eum pupugerunt eum dolentes videbunt, sed & omnes iniuri, etiam amen, i. verè, ut certius credat, eum uidentem dolere, & plangent se super eum, eo quod ipso iudicante amittent gaudium, ibunt ad supplicium, plangent se super eum, quia siue per ignorantiam infidelitatis, siue per prauariationem legis se cognoscent ab eo promeruisse suam damnationis. Sequitur: *Ego sum alpha & omega, principium & finis, dicit dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.* Ne de his quae supra dicta sunt dubitemus, sed eius aduentum, & futurum in fine iudicium certissime credamus, inducit ipsum Christum loquentem, & praedictum sermonem Graeca, & Latina lingua ut firmius ab audientibus credatur confirmantem. Nam alpha primum elementum in Graeco pro principio ponitur, & omega ultimum pro fine ponit,*

Quot modis intelligatur illa verba venit cum nubibus.

Videbitur oculo corporali, & spiritali.

Quae sint tribus terrae.

Ego

Ego sum alpha & omega principium & finis, ac si patenter ipse Christus confirmans dicat. Non dubitatis de his quae auditis, quia sicut sum principium creando vos per potentiam, sic sum finis iudicando per iustitiam, & qui vobis dedi subsistendi originem, ipse dabo meriti retributionem. Notandum vero quod Graecum ante Latinum ponit propter praerogatiuam, scilicet auctoritatem antiquitatis, siue ut sequens Latinum non bis declaratio sit Graeci praecedens. Dicit dominus Deus, Quod ait dominus, potest referri ad subiectam creaturam. Quod dicit Deus, ad ipsam Diuinitatis essentiam. Qui est, & qui erat, & qui venturus est, hoc supra expositum est. Omnipotens, omnipotens est, quia omnia quaecumque voluit fecit in caelo, & in terra, in Angelis, in hominibus, in factorum creatione, & electorum redemptione, & quaecumque; voluerit in glorificatione saluandorum, & perditione damnatorum, omnibus prouidens creaturae gubernationem, iustitiae glorificationem, malitiae dampnationem. Ipse qui omnium creator est solus omnipotens est, quia omne quod creatum est ex parte est, & ex parte potens sicut ex parte sapiens est, & ex parte liberum, quia non omnis effectus potestatis creaturae subiicitur, sicut nec omne occultum sapientiae manifestatur, nec omnis electus electione sequitur. Et notandum, quod in salutatione vbi ista verba, videlicet qui est, & qui erat, & qui venturus est posuit, nequaquam omnipotens adiecit. Hoc autem in loco post eadem verba omnipotens posuit. Illic etenim in salutatione vbi de beneficiis diuinis dicere voluit, ne erga largitorem nostra dilectio ex terrore omnipotentiae illius minui posset omnipotens tacuit. Quod hic vbi de aduentu eius, & de vltimi distinctione iudicii dixit, ad incutiendum contemptoribus & negligentibus terrorem in fine terribiliter exclamauit. Omnipotens, quasi dicat. Qui modo benignus est per pietatem largiendo gratiam, ipse in fine terribilis per omnipotentiam apparebit in contemptores faciendo vindictam. Qui igitur eum non diligit propter iam exhibitam bonitatem, timeat eum propter exercendam potentiam. Qui non vult eum amare propter beneficia quae in salutatione praemittunt, timeat eum propter terrores qui ipsam salutationem sequuntur. Sed multo leuius & vtilius est charissimam bladem diligere, quam comminantem formidare, Diligamus itaque mansuetum, ut non contingat timere iratum. Sorde peccatorum per solum & confessionem diluamus, ut venientem ad iudicium non timidi, sed securi suscipiamus. *Generalis sententia de septem visionibus sacris. Cap. III.*

Omnipotens.

Pulchra sententia.

Septennarius quid signifi- cat.

Prima visio, de qua re agat.

Secunda visio.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

lut cito transitura patienter sustineat, & futura bona, utpote semper permanura ardentem concupiscat. Quamuis etenim ipsa propheta septem Ecclesiis specialiter dirigatur, sancta tamen Catholica Ecclesia & de presenti statu suo, ac de futuro in ipsa generaliter docetur. Et recte septennario, ad designandam perfectionem doctrinae qua continet ista propheta distinguitur, quia septenario vniuersitas designatur, quod ipse septennarius ex quaternario qui visibilibus, & ternario qui inuisibilibus forma est, consummatur. Quia vero profundissimas caelestium sacramentorum obscuritates intramus, ad declarationem sequentium vnde singula visiones agant breuiter aperiemus, velut qui flumem condensam, & vmbrosam ingreditur, prius agendam viam diligenter considerat, ut considerationem melius perficiat. Sic & nos obscura loca huius libri percurrentes aliquos sententiarum ramusculos attingimus, ne totum frustra legisse videamur. Prima visio agit de similitudine filii hominis, quae per Angelum Sancto Ioanni apparuit, & caelestia mysteria manifestauit, & scribere praecipit. Agit & de septem Ecclesiis, & de septem ecclesiarum episcopis, & de eorundem episcoporum increpatione, siue etiam in quibusdam laude, & commendatione, & de praemiis quae dabunt vincensibus. Secunda visio agit de sedente in throno, & ornato eius. De quatuor animalibus, & viginti quatuor senioribus. Agit quoque; de libro scripto intus, septem sigillis signato, et de apertione libri, & septem sigillorum eius, et de his sacramentis quae sub apertione sigillorum continentur. Tertia visio agit de septem Angelis, et de septem tubis, quae illis datae sunt ad canendum, & de cattu singulorum per ordinem Angelorum. Agit & de aliis sacramentis quae sub ordine cantus illorum continentur. Quarta visio agit de muliere ornata quae peperit masculum, de dracone qui paratus erat ad deuorandum filium eius, & de Michael, & Angelis eius, qui vicerunt draconem. Agit de bestia cui draco dedit partem suam, & de pugna eius aduersus sanctos, et de alia bestia quae primam bestiam adiuuabat, et de damnatione malorum. Quinta visio agit de septem Angelis qui habebant plagas nouissimas, et de effusione septem phialarum iracundiae Dei, et de muliere purpura circumdata, et de bestia coccoinea supra quam mulier ipsa sedebat, et de sacramento mulieris, et bestiae. Sexta visio agit de vltimis peccatis quas patientur impii in inferno, et hoc primum ostendit de Babilone, describens ruinam eius, et dolorem, & uictum quem habebunt de casu eius, et qui eam diligebant, et de exultatione, et gratiarum actione, quam agent de eius interitu sancti. Agit etiam de Christo, qui malos reget ir. virga ferrea, et quod calcabit eos torcular vini furoris ire Dei omnipotentis, et de conuocatione animam ad cenam magnam Dei, ut manducet carnes superborum, & iniquorum, & de damnatione bestiae & pseudo prophetae eius, & omnium.

Pars. II.

O 3

num

Richardi S. Victoris,

num qui imaginem bestie adorauerunt. Deinceps iterum rationem reddit, & describit quomodo ligandus sit Sathanas, ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni, & quomodo solutus iterum aduersus sanctos iterum in extremis desuet, & quod demum cum illis, qui non sunt scripti in libro vite in stagnum ignis mittentur, & hanc damnationem diaboli, & omnium iniquorum describens, a Christo dicit predictam, ut de ea certior fides habeatur. Septima visio agit de fine seculi, & de inuolutione elementorum, quoniam Deus noua faciet omnia, & de glorificatione omnium sanctorum, & de meritis quibus glorificandi sunt. Agit & de Hierusalem ciuitate superna, in illum statum quem habebit post diem iudicii, congregatis ad se cunctis ciuibus suis, describens claritatem eius, fundamentum, murum, & portas eius, longitudinem quoque & altitudinem eius, & cetera mirabilia sacramenta eius, quae in fine libri continentur. Et quidem circa principium sigillatim de septem visionibus breuiter patefecimus, ut postmodum obscuritates earum facilius transeamus.

Septima

Apocal. 14

*De visione prima. Cap. IIII.*  
**E**go Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & Regno, & patientia in Christo Iesu, sui in insula quae vocatur Pathmos propter verbum Dei, & testimonium Iesu Christi, sui in spiritu in dominica die. Positis superius his, quae circa ingressum huius libri erant praescribenda, titulo videlicet, & salutatione, titulo, ut quid, salutatione, ut quibus mitteret statim in ipso principio cognoscere, narrationem suam de sequentibus visionibus ingreditur, & in initio visionis primae cuncta sequentia per quatuor commendat, scilicet per personam, per locum, per causam, per tempus. Per personam etenim ea, quae sequitur commendat, vbi dicit. Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & Regno, & patientia in Iesu. Per locum vbi adiungit sui in insula quae appellatur Pathmos. Per causam vbi subdit, propter verbum Dei & testimonium Iesu Christi. Per tempus denique sequentia commendat, vbi dicit sui in spiritu in dominica die. Ego Ioannes, ac si dicat, istam prophetiam a me vobis missam gratanter debetis audire, & quae continet diligenter perficere. Quia ego Ioannes a Christo dilectus, & in Apostolorum, & Euangelistarum electus, qui supra petrus Domini in cena recubui, ego eam ab ipso ad vestram utilitatem, & correptionem accepi. Ad cuius rei commendationem addit dicens. Frater vester, quasi diceret. Ergo quoque liberius illam accipere debetis, quod non a noto & amico vestro, sed a fratre eam vobis directam auditis. Et notandum quod cum posset dicere. Magister, propter salutationem, dixit frater, propter humilitatem. Tacuit ergo magister, ne videretur per praedicationem terrere. Dixit frater, ut per humilitatem facilius persuadere posset. Frater noster non solum per naturam, sed et per gratiam. Non solum in Adae, sed in Christo. Non tamen per carnem

Cur na dicitur ego magister & frater

humanitatis, sed per spiritum adoptionis, non tamen in generationem, sed etiam in regenerationem, & ut adhuc altius per personam suam, ea scribit apud auditores commendat subdit, dicens. Et particeps in Regno, & tribulatione, & patientia in Christo Iesu, ac si patenter dicat. Si propter illa quae superius de mea scribo persona, prophetia istam non dignamini audire, saltem propter ea quae sequuntur illam audite. Tanto nanque libentius me debetis audire Doctorem, quanto amplius me auditis in his quae dicta sunt vobiscum esse participem. Particeps in tribulatione, & Regno. Recte praemisit in tribulatione, & post addit, & Regno, quia si compatimur, & conregnabimus. Qui enim non vult propter Iesum in via praesentis vitae contraria tolerare, non potest in patria cum illo regnare. Sed quoniam, & mali multas tribulationes in hoc mundo sustinent, quae quidem habent supplicium, sed non perducunt ad Regnum, & inferunt poenam, sed non conferunt coronam, patenter declaratur, quae tribulatio perducatur ad consensum Regni cum adiungitur, & patientia in Christo Iesu. Tunc etenim reuera ad supernam coronam tendimus, si de foris in corpore tribulatione sustinemus, & intro in corde pro amore Iesu virtute patienter inuolabilem conseruamus. Nam qui foris tribulatione quatitur, et intus furore turbatur, iste minime viam ambulat per quam ad regnandum cum Iesu pertingat. Qui ergo desiderat venire ad Regni coronam, habeat in Iesu patientiam. Sed quoniam auditis qualitate personae, quae tanta potuit mysteria Diuinitus cognoscere, & cui debetis fidem de his quae dicit, audite & loci aptitudinem, in quo talia potuit conuenienter videre. Fui in insula quae appellatur Pathmos. Personam authenticam & nota, honestam, & amica, locum remotus & quietus secretus, & priuatus. In quibus duobus, persona videlicet & loco, nobis ostenditur quia quisquis caelestia concupiscit contemplari in arcibus sanctitatis, se debet custodire et semetipsum a secularibus negociis elogando quieti vacare. Sed quia de persona et loco superius scriptum est, et de his latius disseruimus, succincte pertransimus, et ad alia discutienda festinamus. Sequitur per verbum Dei, et testimonium Iesu Christi. Vbi dicit verbum Dei exprimit Saluatoris Diuinitatem, vbi vero dicit Iesu Christi humanitatem. Quasi diceret propter testimonium Diuinitati et humanitati Christi exhibitum missus sum in exilium, et eo debetis gratias recipere, firmius credere, efficacius proficere istam reuelationem quod propter eum qui reuelauit exilium subii reuelationem, patiorque propter iustitiam, non propter culpam. Fui in spiritu, id est spirituali visione, in dominica die. Solet rerum qualitas sicut testatur Grego, tempore denotari, ut Abraham vidit Angelum in meridie, quia fide seruebat. Adae vidit eum in persona Dei post meridiem, quia a calore dilectionis intima deciderat. Loth perditionem Sodome vespere, quia cito futura erat. Salomo accepit sapientiam nocte, quia in ea minime

Cur primo dicat in tribulatione, & postea in regno.

Gregori

Reru quare tempore denotatur

Quare dicitur Dominica

Quatuor commendantur

Quaestio. Responso.

Quaestio. Solutio.

perseueraturus erat. In dominica die, ac si patenter dicat. Sicut persona, locus, causa, commendant veritatem sacrae dilectionis, sic & qualitas temporis, quia quanto dies sanctior tanto Diuina reuelationi conuenientior, & quanto tranquillior per exteriorum laborum cessationem, tanto per requiem altior ad internam contemplationem. In causa itaque & tempore nobis innuitur, quod propter Deum persecutionem didicerunt sustinere, & a seruilibus peccatorum operibus feriare, ipsi caelestia secreta merentur agnoscere. Sunt quatuor per quae commendantur cetera quae sequuntur, persona, locus, causa, tempus. Persona digna, locus idoneus, causa innocens, tempus conueniens. Sequitur. *Audui post me vocem magnam tanquam tubae dicentis. Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis quae sunt in Asia, Epheso, Smyrne, Pergamo, Thyatire, Sardini, Laodicea, & Philadelphia.* Superius ad spirituales visionem se translatum dixit, nunc quae cognouerit, & quibus cognita specialiter reuelare debuerit consequenter describitur. Vtrum autem simul & vno intuitu, siue per diuersa tempora in die ipso dominico hanc visionem viderit, aut quo Angelus ei ostendit, conuenientius atque veracius esse videtur illum hanc succedenter intellexisse, quam simul & vno intuitu comprehendisse. Primum vero usque ad illum locum vbi dicit, Angelus Ephesi scribe, cum Sacramento septem episcoporum, septem ecclesiarum, ipsam, quae sibi per Angelicam apparuit administrationem filii hominis describit similitudinem, & episcopus, & Ecclesiam eorum de omnibus his praemittit eruditionem, ac deinceps per ordinem singulis singularem subiungit usque in finem huius visionis admonitionem. Et his ad euidenciam eorum quae in hac visione continentur ita dispositis, quid scriptor dicat, diligentius inspiciamus, & subtilius discutiemus. *Et audui post me vocem magnam tanquam tubae.* Credibile est, quod si cut spiritualiter vidit, ita etiam spiritualiter audiuit, & sicut fuit spiritualis visio, sic quoque fuit spiritualis auditio. Hoc tamen modis omnibus quaerendum est, quare qui in spiritu subleuatus erat, non ante, sed post vocem audiebat. Sed hanc quaestionem citius soluimus, si rerum causam atque modum studiosius attendamus. Nam a subditis elongatus, & in exilium relegatus, a strepitu mundi remotus, & quieti deditus omnem pastorale sollicitudinem, cunctaque visibilia, & visibilibus similia post se longe reliquerat, & iam in anteriora semetipsum extendens per puram intelligentiam omni imaginatione remota solis supernis, ac inuisibilibus intendebat, & dum ad subditorum eruditionem reducitur, ac de his quae scribenda erant secundum sensibilem similitudinem edocetur, quasi de anterioribus ad posteriora reuocatur & dum eum spiritus sanctus ad illos quos caelestibus per simplicem contemplationem intentus non respiciebat, secundum formales rerum qualitates

res respicere monuit, quasi post tergum vocem audiuit. Sed quantitas siue qualitas vocis virtutem exprimit significationis. Dum enim dicit magnam, innuit magna significantem. Dum vero subdit, tanquam tubae, demonstrat ad confligendum contra vitia timidos, & ignaues exhortantem. Et quia, quod ista septem Ecclesiarum sanctam vniuersalem Ecclesiam sepriformi spiritu regnante significent, superius diximus, nunc iterum de ipsis differere superfluum censemus. Quod autem dicit. Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis, hoc nobis innuit, quod si qua vtilia atque praecipua de cognitione veritatis accipimus, aliis non solum verbo sed exemplo manifestare debemus. Sequitur. *Et conuersus sum ut uiderem vocem que loquebatur mecum.* Conuersus sum ab anterioribus quibus per contemplationem inherebam ad subditorum eruditionem, quod propter exilium postposueram. Conuersus a contemplatione Dei ad necessitatem proximi, ut viderem vocem quae loquebatur mecum. Spiritualiter, non videre, intelligere est. Sicut, non oculo carnis videmus visibilia, sic per intelligentiam inuisibilia intelligimus. Quid autem viderit, subiungit dicens. *Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis uestitum potestatem, & praecinctum ad mammillas Zona aurea.* Septem candelabra, septem Ecclesiae sunt, sicut in sequentibus declaratur, vbi dicitur. *Candelabra septem, septem Ecclesiae sunt.* Sed subtilius discutiendum esse videtur cur ipse Ecclesiae candelabris auris comparatur. Aurum per ignem probatur, malleis extunditur, & in candelabri formam producit, & instrumentum ignis, & luminis efficitur. Et Ecclesiae tationibus probatur, tationibus persecutionum extenuatur, ardet igne sapientiae caelestis, & lucent opere caritatis. Candelabra super tres pedes stabilitum, & Ecclesiae sanctae super trinitatis fide fundatur. Possumus et ipsas Ecclesias dicere esse candelabra per cognitionem veritatis, aurea per amoris virtutis. Quod autem dicit in medio candelabrorum aureorum, id est in medio Ecclesiarum similitudinem filii hominis quae sibi apparuit, concordat verbis dominicis vbi dicitur ait. *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Christus igitur in medio suorum est, ut oes ad ipsum respiciant, & de plenitudine eius accipiant. In medio est, quia omnes electi opera illius recta cogitatione pariter contemplantur, & eum pro viribus ceteri imitantur. In medio est, quia sic bonis confert gloriam ut malos dant per poenam. In medio est, quia omnes aequaliter cognoscit, & merita singulorum ponderat, & discernit. Quia vero testatur se uidisse non filium hominis, sed similem filio hominis Angelum designat, qui in persona Christi & similitudine demonstrabat Sacramentum Diuinae reuelationis. Qui, Angelus, eo amplius habuit auctoritatis, quod apparuit ipsa similitudine Saluatoris. De qua similitudine mystice subiungit dicens. *Vestitum potestatem. Potestatem*

Nota.

Quid sit videre.

Cur Ecclesiae candelabris comparantur.

Math. 18.

Quid sit Christum esse in medio.



ris est vestis sacerdotalis, & significat susceptam humanitatis formam, in qua Christus patri semetipsum obtulit pro nobis, & culpam generis humani expiavit. Angelus igitur in podere similis Christo extitit, quia podere humanitatem eius significavit, & præcinctum ad mammillas zona aurea. Zona ad renes significat cohibitionem vitiorum carnalium ad conservandam virtutem castitatis. Zona ad mammillas cohibitionem inuisibilium cogitationum ad custodiendam virtutem caritatis. In veteri testamento visus est Angelus Propheta cinctus renes, quia ibi carnis opera prohibeantur. In nouo sancto Ioanni visus est Angelus præcinctus ad mammillas, quia nunc est cogitationes illi citate refrenantur. Qui. n. nō tū in quinamentum carnis, q̄ in veteri testamento iā fuerat interdictū, sed inquinamētū spiritus, q̄ in nouo arctius est prohibitū, restringendū esse venit innuere, non renes, sed ad mammillas præcinctus debet apparere. Vnde recte. cū dixisset præcinctum, q̄ significat cohibitionem viciositatis, & addidisset ad mammillas, quod designat cohibitionem & cōtritionem fluxus cogitationis, nequaquam dixit bisina, q̄ candorem corporalis mundiciæ et antiquitus seruati exprimeret. Sed adicit aurea, q̄ fulgorem internæ caritatis tempore moderno seruadum figuraret. Dū enim caritas Dei per Spiritum Sanctū, qui datus est nobis in cordibus nostris diffunditur, oīs immunæ cogitationis fluxus refrenatur. Sed quoniam q̄ de habitu apparentis dixerit audiuius, nunc quid de forma illius subiungat audiamus. Sequitur: *Caput autem eius et capilli erant candidi tanquam lana alba, et tanquam nix, et oculi eius velut flamma ignis, et pedes eius similes auricalco sicut in camino ardenti, et vox illius tanquā vox aquarum multarum.* Caput significat diuinitatē, capilli creaturam rationalem, candor immortalitatem. Caput significat Diuinitatem, sicut scriptum est, caput Christi Deus. Capilli significant creaturam rationalem, quia sicut capilli a capite habent originem, & accipiunt crescendi vegetationem, sic creatura rationalis a Deo substantiā & per conditionū, & incrementum iustitiæ per gratiæ cœlestis susceptionem. Capilli inhaerent capiti, & creatura rationalis summæ inhaeret Diuinitati. Sed & capilli recte dicuntur habere colorem capitis, quia spiritalis creatura siue Angelica, siue humana per diuinam gratiā candorē habet immortalitatis, quæ dum dono sui factoris immortalitate subsistit, quasi nulla mortis corruptione nigrescit. Qd̄ aut̄ non solū natura Angelica verum et humana Diuinitati coniuncta immortalitatis pulchritudine candeat, in sequentibus patept manifestat. Ait enim, tanquā lana alba, & tanquā nix. Quid. n. accipimus per lanā, quæ de terrenis animalibus oritur, nisi humanā naturā? Et quid per niuē quæ de supernis est recēdius intelligimus, quam naturā Angelicā? Quia ergo vtraq; natura dono immortalitatis apud cō-

Quid sit poteris?

Quid significat Zona ad renes? & quid ad mammillas?

Quid significatur per caput, capillos, & candorem. 1. Cor. 11.

Quid per lanam.

ditorem decoratur, apte capilli capitis huius tanquam lana alba, & tanquam nix candidi perhibent. Et bene cū dixisset tanquā lana, adiunxit alba, ad differētiā malorum, qm̄ qui per culpā nigrescunt ad mortis æternæ nigredinē descendunt. Sancti vero, qui habēt in mundo albedinē sanctitatis, in cœlo meruerunt candorē immortalitatis. Sciendum tñ q̄ hunc candorē quem habet caput per naturā, ipsi habent capilli per gratiam. Quāuis. n. & spiritus creati immortaliter subsistant s̄m naturam, quia tñ quodammodo sine confirmatione gratiæ mori possent per culpam, dum ex gratia iniustitia sine culpa perseuerant, in omnimoda & perfecta immortalitate ex gratia perdurant. Secundū igitur supradicta recte significat caput diuinitatē, capilli rationalē creaturā, cādor immortalitatis, lana naturā humanā, nix naturam Angelicam. Et oculi eius velut flamma ignis. Flamma ignis lucem, & calorem tribuit, terrorem incutit, & exurit. Oculi ergo eius velut flamma ignis sunt, quia electos respiciens illustrat eos luce sapientiæ, calefacit amore iustitiæ, & respiciens reprobos terret ferocitate comminationis, & incorreptos exurit incendio damnationis. Et pedes eius similes auricalco. Sicut per caput diuinitatem accipimus, ita per pedes infirmos quosque, & imperfectos fideles accipere debemus, qui dum a terrenis perfectē semetipsum erigere non possunt, more pedum terram tangunt. Qui nequaquam similes auro, sed similes auricalco sunt, quia ad perfectorum quidem sapientium fulgorem non pertingunt, sed eos a longē imitantur inquantum possunt. Sed quoniam quanto magis adhuc terrenis inhaerēt, tanto maiorem tribulationem sustinent, recte subiungitur, sicut in camino ardenti. In camino nāq; tentationū imperfecti & infirmi examinantur, ut per tentationum tribulationem probati Deo digni inueniantur. Extra caminum etenim sunt perfecti, quia probati. In camino imperfecti, quia probandi. Pedes ergo eius similes sunt auricalco, non auro, quia infirmi quique, & sanctitate adhuc iasmi in sua imperfectione consistunt, & ad perfectionem nondum venerunt. Et sunt sicut in camino ardenti, quia sunt in probatorio adhuc non probati. Et vox eius tanquam vox aquarum multarum. Aquæ multæ scripturæ multæ. Sicut enim aquæ a sordibus lauant, ita verba scripturarum a vitiis purgant. Vnde dominus in Euangelio discipulis suis dicit. *Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis.* Vox aquarum est prædicatione scripturarum. De hac voce scriptum est, *In omni terra exiuit sonus eorum, et in fines orbis terra uerba eorum.* Vox igitur eius est tanquam vox aquarum multarum, Vox eius ad modum aquarum per orbem currentium, & est irrigantiū sonat, dū multiformis auctoritatis scripturæ in oī terra, & populo, a tribu, & lingua prædicationē fidē eius clamāt. Et quæadmodū sonus

Quid flamma ignis significet

Quid per pedes intel ligatur.

Pedes cur similes auricalco.

Ioan. 15.

Psal. 81.

Quid vox aquarum significat.

facies eius sicut sol lucet: statim addidit dicens: in virtute sua. Quod potuit dixit: si plus potuisset plus dixisset. Nam si in rebus visibilibus lucidiorem substantiam ad significandam vltius eius gloriam inuenire potuisset per eam vique illam significasset. Clarissimam ergo creaturam ad exprimendam claritatis suæ gloriam posuit, dum faciem eius sicut solem lucere dixit. Sed quoniam nequaquam hoc sufficere, sed adhuc se plus posse dicere cognouit cum dixisset sicut sol lucet, protinus adiecit, in virtute sua. Sol autem in virtute sua lucet, quando, circa meridiem nubibus ablatis aere purificato per eiusdem aeris spacia clarissimo fulgore splendet. Perpendat ergo, qui potest, qualis sit immensa & æterna claritas incomprehensibilis, atque ineffabilis Diuinitatis, si tam mirabilis fuit apparens similitudo susceptæ & glorificatæ humanitatis. Sed quis valet in Christo Redemptore Nostro, vel saltem Beatæ humanitatis Gloriam verbis exprimere cum sanctus Theologus visam illius similitudinem vix sufficiat, vel valeat declarare? Quia igitur humana intelligentia ad humanitatis eius gloriam non sufficit comprehendere, nec lingua potest dignè manifestare, nō sumus scrutatores maiestatis, ne opprimamur a gloria, scrutemur interrim, & sanemus adiuuante gratia nostram infirmitatem, vt ad eius gloriæ mereamur quandoque pertingere contemplationem. Laboremus totis viribus ad illius claritatem lucis meritis peruenire, quæ & in omnibus tenebris lucet, & quam nullæ vnquam tenebræ valeant comprehendere, & manifestare similitudinis Christi gloriam, secundum virtutem in mente retineamus, vt desiderium illius gloriæ quæ per istam figurata est, in nobis ardentius accendamus. Ad hoc namque nobis visibilis in sacra visione fulgor proponitur saltem vt eius claritatis significatione infirma mens nostra inuisibilis pulchritudinis bonum contempletur, quæ dum tantam videt esse, tanquam incomprehensibilem pulchritudinem creatoris, erubescat illi præferre aliquam pulchritudinem creaturæ. Cuius pulchritudinis desiderabilem similitudinem nobis sacra scriptura promittit, vbi dicit: *Fulgebūt iusti sicut sol in Regno patris eorum.* Quatuor ergo sunt principalia quibus nobis describit similitudinem filii hominis, qui sibi apparuit. Habitus, forma, potestas, gloria. Visa autem tāta maiestate quid ipse fecerit adiugit, dicens: *Et cum vidissem eum, cecidit ad pedes eius tanquam mortuus.* Estimet qui potest quid homo iste fecisset si gloriam diuinitatis Christi vidisset, qui dum similitudinem glorificatæ humanitatis eius vidit, ad pedes eius tanquam mortuus cecidit. Consideret qui potest quantum sit infirmatus humani cordis oculus, qui ad contemplandam Diuinitatem conditus fuit, & tamen humanitatis eius similitudinem contemplari vix sustinuit. Et cum vidissem eum cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, quia mens

Quid per septem stellas significat. Cur stellis comparent pastores Ecclesiarum.

Gladus acutus sermo Diuinus. Hab. 4.

Cur ex vtraque parte acutus.

mus aquarum altis est amabilis, aliis odibilis, sic prædicatione scripturarum bonis placet, malis displicet, bonos mulcet, malos terret. Demulcet per celestium præmiorum promissionem, terret per tormentorum infernalium comminationē. Sed quia superius audiuius de habitu et forma, nunc audiamus de potentia. *Et habebat in dextera sua septē stellas, et de ore eius gladius ex vtraque parte acutus exhibat.* Septem stellæ septem ecclesiarum episcopi sunt sicut ipse liber in sequentibus exponet, qui videlicet episcopi vniuersos matris ecclesiæ pastores designat. Qui recte stellis comparantur, non planetis, quia in eodem statu iustitiæ debebant stare, non per diuersa vitia semetipsum permutare, & conuersationem habere in cœlo per contemplationem, & subditis præbere lucem per celestis sapientiæ prædicationē, & honorū operū claritatem. Qui est bene in manu redemptoris (id est in potestate) dicuntur suis se, vt ipso cooperante ecclesiis sibi commissas dignè possent gubernare. Quod autem eos habent in manu nō ad puniendum malum, sed ad bonū conficiendum declarat cum dicitur, in dextera sua. In dextera namq; sunt electi, quia adiuti in bono. In sinistra eius sunt reprobi, quia derelicti in malo. Per dexteram enim bonum, per sinistram vero malum nonnunquam solet figurari. Illi ergo non immerito dicuntur esse in dextera eius, qui statuendi videntur ad dexteram, illi autem in sinistra, qui statuendi creduntur ad sinistra. Sed quia per negligentiam episcoporum in ecclesiis suis commissis quædam vitia pullulauerāt, postquam dixit, q̄ habebat septem stellas in dextera sua, vt hoc esset eis ad consolationem, statim addidit, q̄ gladius ex vtraque parte acutus de ore eius exhibat, quod esset ad correptionem, vt illud conferret fiduciam de gratia, istud incuteret terrorem de negligentia, ut inde sumerent securitatem, ne desperarent, hinc cautelam, vt semetipsum emendarēt. Quod etiā ad vniuersos referri potest, quia sic quisq; debet præsumere de venia vt nunquam tamē cesset se purgare de culpa. Sic debet cōfidere se esse in dextera Dei, vt caueat illius sinistra feriri. Debet etiam propter misericordiam Deo exultare sed tamen propter distric-tam iustitiam cum tremore. Per gladium accipimus sermonem Diuinum de quo scriptum est. *Vnius est sermo Dei, & c. vlt; intentionum cordis.* Qui vtraque parte dicitur acutus, quia in veteri testamento amputauit vitia carnalia, in nouo etiam spiritalia. Vtraque parte acutus est, quia qui foris in nobis amputat luxuriam carnis, intus refecat maliciam cordis. Vtraque parte acutus est, quia in his qui contemnunt, quæ præcepit, corpus & animam punit, vtraque parte acutus est, quia malos & a bonis discernit, & singulis quod meretur reddit. Sed quia supradictū est de habitu & de forma, & de potētia, nūc cōsequēter subiugit de gloria. Dicit enim: *Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua.* Notate quod dicit, cum dixisset,

Sapient. 3. Matth. 13.



mens humana quāto perfectius inuisibilia bona cognoscit, tanto amplius ipsa sibi vilescit, & quāto sublimius creatoris potentiam contem-  
 platur, tāto magis apud semetipsam humiliatur. Quod bene nobis Hester historia inuuit, si quod secundum litteram narrat omittamus, & quid spiritaliter continet attendamus. Legimus namque quod Hester Regem Assuerum contra basilicam suam in throno sedentem, virgā in manu tenentem, ardentibus oculis furorē pectoris indicantem, contemplata pene exanimata sit, intantum ut rege & ministris eius istam consolantibus vix valuerit releuari. Quem ergo (vt in vno multa & breui colligamus longa) quem in quā in hoc loco Assuerus Rex significat, nisi Deū, quem Hester, nisi animam, quid basilica, nisi Diuinitatem, quid thronus, nisi maiestatem, quid virga, nisi pacem, quid ardor oculorum, nisi superni iudicii figurat terrorem. Hester inuuit Regem expauescētia cecidit, & animam Deū, & districta Dei iudicia contemplandō eorū Diuina Maiestate cōtremiscit. Dicit ergo sanctus ad contemplandam Saluatoris similitudinem sublimatus, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Quod dicit cecidi ad pedes eius, significat humiliationem. Quod vero addidit, tanquam mortuus, correptionem timoris. Et notandum, quod non dicit omnino mortuus. Si enim desperasset, omnino mortuus fuisset, sed quia tantum expauescit, non autem desperauit, non verē mortuus, sed tanquam mortuus cecidit. Tali namque discretionē mens humana in contemplatione conditoris se librare debet, vt dum mira de inuisibilibus videt, se de imperfectione sua funditus per timorem humiliet, non per desperationem precipitet, & sic palleat per timorem vt nequaquam moriatur. Sic humiliationis reuerentiam exhibeat vt confidentiam de salute nullatenus amittat. Aliter, tanquam mortuus scilicet mundo, viuus Deo. Viuere nimirum oportet mundo quamdiu sumus in corpore propter necessitatē corporis, & mori mundo propter obliuionem superfluitatis. Nō omnino mortuus propter corporis necessitatem, sed tanquam mortuus propter superfluitatis amputationem. Quisquis igitur isto modo, vel illo semetipsam humiliare, vel se nouit mortificare, statim meretur a Deo donum celestis auxilii, vt ad altiora pro humiliatione subleuetur, & gratiam Diuinā consolationis vt pro timore confortetur, vnde recte subditur: *Et posuisti dexteram tuam super me dicens. Noli timere.* In eo quippe, quod dexteram suā super eum posuit, exprimitur auxilium subleuationis. In eo quod dixit. Noli timere, cognoscitur gratia consolationis. Vt autem cognoscamus eum in neutro deficere, sed in vtroque omnipotentē existere, quis, qualis, & quantus sit, in sequentibus innotescit, ac de vtroque confidentiam tribuit. Dicit enim: *Ego sum primus, & nouissimus, & vnus, & fui mortuus, & ecce sum*

Esther. 5.

Assuerus in throno suo sās qd significet.

Cur dicitur tanquā mortuus.

Auxilium subleuationis. Gratia consolationis.

*viuens in secula seculorum, & habeo clauem mortis & inferni, quasi dicat. Cum me talem ac tantum audiatis, videte vt de neutro diffidatis, sed de vtroque fiduciam habeatis. Ideo me vobis quis sim describo, vt dum meam auditis sublimitatem & potentiam, de his quae dico sumatis fiduciam. Ego sum primus, et nouissimus. Primus per creationem, nouissimus per retributionem. Primus, quia ante me non est formatus Deus. Nouissimus, quia post me alius non erit. Primus quia a me sunt omnia. Nouissimus quia ad me sunt omnia. A me, principio, ad me, finem. Primus, quia ego sum causa originis. Nouissimus, quia ego iudex & finis. Et viuus & fui mortuus. In his verbis (sicut plerisque locutionibus & locis scripturarum fieri solet) ordo praeposterus est, quia si scriptor, quod subiunxit mortuus praemisisset, & quod praemisit viuus subiunxisset, sententiam rectius ordinasset. Sed licet iste ordo praeposterus multis in locis inueniatur, nō est magno opere curandum, quia est sit contra consuetudinem locutionis, nequaquam tamen minuit integritatem veritatis, & quod nō est obseruatum in narratione, obseruari potest in narrationis expositione. Et viuus & fui mortuus. Mortuus per passionem, viuus per resurrectionem, mortuus pro electis patiendo, viuus ex mortuis resurgendo. Et quia sicut supra in quodam loco diximus, quidam in scriptura leguntur resuscitati, qui iterum leguntur postea fuisse mortui. Ad demonstrandā igitur suae vitae interminabilem perpetuitatem, adiungit dicens. Ecce sum viuus in secula seculorum, id est semper. Christus enim resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, quod enim viuus, viuus Deo. Et quia potens dignoscitur ex his, quae praemissa sunt, & in creatione sanctorū, & in redemptione electorum, recte subditur. Et habeo clauem mortis, & inferni, ut etiam potens agnoscatur in damnatione reprobatorum. Quid nimirum per clauem accipimus, nisi potestatem aperiendi & claudendi. Ipse itaque clauem mortis & inferni habet, quia per potestatem suam portas mortis & inferni aperiet, ubi diabolus & eius complices sine fine cruciandos includet. Qui ergo per potentiam tantus est, suos pro ipso humiliatos exaltare, & ipsius timore trepidos confortare veraciter potest. Talem vero differentiam inter mortem & infernum possumus habere, vt per mortem intelligamus tormentum reprobis preparatum. Per infernum autem locum ipsi tormento deputatum. Nec solum haec verba apparentis & loquentis vbi ait. Ego sum primus & nouissimus, & caetera verba, quae sequuntur commendat ea quae praecedunt, sed & confirmat ea quae succedunt. Nam dicit. *Scribe ergo, quae videristi, & quae sunt, & quae oportet fieri post haec.* Merito quippe scribere, quae praepcepta sunt debuit qui omnipotentem esse illum agnouit, qui videri scribere praepcepit. Notandum ergo est quod*

Quo primus & nouissimus.

Quo viuus & mortuus.

Discrimen inter mortem & infernum.

tria tempora determinat praesens, praeteritum, & futurum. Praeteritum etenim tempus designat vbi dixit, quae videristi. Praesens vbi ait, quae sunt. Futurum vbi intulit, & quae oportet fieri post haec. Scribe quae videristi siue oculo carnis, siue intelligentia contemplationis, dispensationem scilicet incarnationis, mysterium Diuinitatis. Scribe quae sunt, mundanam tribulationem, & Diuinam consolationem, Scribe quae oportet fieri post haec, vltimam persecutionem verē fidelium probationem, scilicet fidelium reprobationem, vtriusque manifestationem, malorum damnationem, bonorum glorificationem. Scribe vt sicut tu eruditus per celestem visionem, sic & alii erudiantur per eundem visionis descriptionem. Quid autem primum scribere debeat consequenter ostendit, ea nimirum, quae iam superius vidit. Nam sequitur: *Sacramentum septem stellarū quae videristi in dextera mea, & septem candelabra aurea, subauditur scribe.* Sacramentum dicitur quasi sacre rei signum, vbi videlicet aliud videtur, & aliud intelligitur, sicut in hoc loco vbi stellae, & candelabra videbantur, & episcopi & ecclesiae intelligebantur. Quod sacramentum ipse, qui apparuit Sancto Iohanni, aperuit, vt in aliis quoque locis scripturarum allegoriam significaret quarendam. Ait ergo: *Septem stellae, episcopi sunt septem ecclesiarum, & candelabra septem sunt ecclesiae.* Sed quoniam qua ratione designet stellae episcopos, & candelabra ecclesias in praecedentibus discerimus, nunc iterum superaddendum minime iudicamus. Sub quanta igitur portuimus breuitate principium huius prima visionis exposuimus, vt per breuitatem lectionis auferamus tedium, & per veritatis expositionem conferamus documentum. Et quoniam illa quae pertinent ad generalem instructionem iam discussimus, nunc ad ea quae ad singulares singulorum episcoporum, & singularum ecclesiarum pertinent admonitiones discutienda transeamus.

Sacramentum quasi sacre rei signum.

De episcopa Ephesi. Cap. V.

Apocal. 2.

*Et Angelo ecclesiae Ephesi scribe, hoc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio candelabrorum aureorum. Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces, & patientiam habes, & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti. Facta superius instructione generali de eo qui sibi similis filio hominis apparuit, ad singulares admonitiones, quae singulis episcopis, siue ecclesiis factae sunt describendas accedit. In quibus videlicet admonitionibus vniuersales omnium episcoporum atque pastorum ecclesiarū Christi exhortationes continentur, & per has recte significantur. Multa namque quae in his admonitionibus singulariter scribuntur, ad omnes*

qui in Sanctam Ecclesiam negligenter agunt pluraliter referuntur. Scriptum quippe est: *Quod mihi dico omnibus dico.* Primum quidem de episcopo ecclesiae Ephesi agit, qui caeteris praetione & dignitate sublimior extitit, ut dum ille, qui in ciuitate metropoli residebat increpatur, omnibus aliis emendatus in exemplum correptionis proponatur. Ipsi autem episcopi in prophetia Angeli id est nuncii nuncupantur, quia per eos praepcepta Diuina nunciuntur. Sed & in sequentibus huius visionis uerbis aliquando ipsos quibus diriguntur laudat, & aliquando increpat, vt laudando in bono confortet, increpando de malo castiget. Et Angelo Ephesi ecclesiae scribe, quasi diceret, non solum quae tibi superioris praepcepta sunt scribendo perfice, sed ea quae sequuntur diligenter scribe, vt bonum quod tibi sacra visio manifestat, per scriptum tuum aliis notum fiat, & qui hic geris personam dicentis. Hic videndo in persona discipuli, illic scribendo existens in persona magistri. Scribe autem primum metropolitanum, quia dignitate caeteris emicat, vt correptus caeteris correptionis forma fiat. Quid vero scribere debeat subiungit dicens. *Hoc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, & qui ambulat in medio candelabrorum aureorum.* In medio, in medio praecedentis capituli expositū est capituli praesentis principium. In istis videlicet verbis fiduciam consequendae gratiae suae proponit, septem episcopis, & septem ecclesiis Asiae, & in illis omnibus praelatis, fidelibus vniuersalis matris ecclesiae. In eo namque quod dicit, qui tenet septem stellas, praebet fiduciam septem episcopis, & in ipsis omnibus praelatis. In eo autem, quod dicit, qui ambulat in medio candelabrorum aureorum, praebet fiduciam septem ecclesiis, & septem episcopis, & in episcopis Sanctae Ecclesiae fidelibus vniuersis. Ac si dicat. Si quis superiorem gradum amiserit, & per negligentiam ad inferiora deciderit non desperet, sed ad superiora se subleuet agat poenitentiam & inueniet priorem gratiam. Quia ego qui septem stellas etiam post commissam negligentiam teneo, qui in medio septem candelabrorum aureorum ambulo, ego eos, qui peccant si poeniteant minime desero minime cōtēno. Sed ad bonū amissum recuperandū manu teneo, & ad potiora promouēda promoueo, eripio clementer de malo, adiuno potenter in bono ipsi enim iam peccauerant, ipsi enim negligenter egerant, quos adhuc in dextera tenebat, & in quorum medio ambulat, & tamen nequaquam eos deserebat ad poenam, sed monebat ad poenitentiam. O quam mira circa nos Diuinā pietatis dignatio, qui in sanctissimis etiam si districtē vellet erga eos agere inueniret vnde eos iuste damnaret, peccantes conseruat, surgentes reuocat dispersos congregat, pereuntes liberat mortuos viuificat, impios iustificat, negligentes increpat torpentes excitat, lapsos erigit, ignorantes instruit, deuios reducit, redeuntes suscipit,

Mar. 13.

Nota.

suscipit, susceptos cu[m] todit. Quisquis ergo Diuina[m] clementiam considerat, de venia nullatenus diffidat. Sed quoniam quid stellæ significet, quid dextera, quid candelabra aurea, quid quoque quod dicit in medio, superius disseruimus, nunc eadem iterare non curamus. Hoc nimirum tantummodo dicendum restat, quid sit quod dicit ambulat. Christus itaque in medio seruorum suorum ambulat, quia omnibus gratiam ad perfectionem virtutum, & bonorum operum dispensat. In medio ambulat, quia dum ad alios venit aliis bona sua distribuit. Aliter, stat per diuinitatis æternitatem, ambulat per humanitatis conuersationem. Ambulat ergo in medio candelabrorum auroreorum, dum electis omnibus humane conuersationis suæ ad imitationem sanctitatis proponit exemplum. Quid autem dicat, audiamus. Scio opera tua & laborem tuum. Primum laudat, deinde increpat, ut laudando ad bonum erigat, increpando de malo corrigat. Laudat ut confortet increpat, ut castiget. Laudat de bono, increpat de malo. Laudat ubi dicit. Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam. Increpat ubi ait. Sed habeo aduersus te, quod caritatem primam reliquisti. Scio opera tua, scio, id est approbo. Quali namque ignoramus, quod improbamus. Vnde dominus qui omnes vias Diaboli per suam sapientiam cognoscit, quodammodo eas nescit ubi eum vita Beati Iob interrogat vnde venit. Opera tua bona, scilicet in necessitate exhibita proximis. Laborem tuum, in afflictione corporis, patientiam tuam, in tolerantia cordis, & hæc tria ponit. Sunt enim quidam, qui bona a Deo accepta proximis non dispensant, sed corpus delicate nutriendo minime laborant, & cum quid aduersum contigerit impatienter portant. Et sunt, qui cum distributione bonorum suorum corpus affligunt, sed in aduersis patientiam sequare non nouerunt. Sed de his omnibus iste laudatur cum dicitur. Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam, quasi diceret. Scio quia bona accepta libenter indigentibus erogas, & corpus affligendo laboras. Et quod his excellentius est, in aduersitatibus patientiam seruas. Sed quoniam qualis iste pastor in bono fuerit audiamus. Nam sequitur. Et non potes sustinere malos. Non posse sustinere malos non est uirtutum, sed magnæ virtutis instrumentum. Nam nequaquam bonus es perfecte, si malos in sua malitia æquanimiter sustines. Quisquis etenim malos in malitia sua sustinet patienter, ipsa malitia eorum consensum præbet, & sic euidenter ostendit, quod ad culmen bonitatis nondum accessit. Debemus ergo hoc exemplo malis in quantum possumus resistere, debemus malitiam eorum in quantum ualemus reserare. Sicut & Beatus Paulus Apostolorum Principi (id est Petro) in faciem restitit in eo in quo reprehensibilis erat. Debemus itaque si in hac re perfecti esse

Quid Christum ambulare in medio seruorum suorum.

Iob. 1. & 2.

Gal. 2.

uolumus impugnare ea, quæ contra Deum esse cognoscimus, ne quod de quibusdam dicitur. *Qui non est mecum contra me est.* Nullatenus igitur mali sunt sustinendi, sed cum dilectione hominum, & odio uitiorum sunt corripiendi, & si corripere nolunt, de collegio bonorum sunt expellendi, ne contagione pestifera plurimos perdant. Valde itaque credibile est, & imitatione dignum quod prædictus episcopus, & in bonis opibus laudabilis extitit, & malos sustinere non potuit. Malos namque hoc modo sustinere non posse quin eos uidelicet corrigamus, vel si incorrigibiles sint, eos expellamus non est uitium impatientiæ, sed zelus iustitiæ. Sic ergo zelus domini Dei nos comedat, ut in malis prauitatem consumat, sic & in nobismetipsis studeamus virtutes exercere, ut & in aliis curemus vitia debellare. Et quidem laudabile est, quod superius continetur, sed minus laudabile est, quod sequitur. Nam subditur, & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces. Sunt qui intra Sanctam Ecclesiam boni uidentur in manifesto, sed mali sunt in occulto, & foris monstrant sanctitatis speciem, sed intus non habent sanctitatis ueritatem. Quorum malicia tanto nonnunquam perniciosius lædit, quanto occultior existit, & quanto minus potest cognosci, tanto difficilius potest uitari. Huiusmodi igitur hominum, qui se bonos uerbo, uel opere fingunt, sed cordis intentione mali sunt, prauam debemus vitam diligenter inuestigare, & examinare, & eorum occultam malitiam nisi se corrigant omnibus propalare, ut quanto manifestius agnoscitur, tanto melius caueatur. Debemus ergo huius exemplo doceri non solum aperte debellare, sed & fide bonos diligenter tentare, & comprobatos si corrigi uelint corrigere. Si non alijs ad cautelam ipsorum prauitatem detegere. Vtrumque enim rector Ephesi ecclesiæ laudabiliter adimpleuit, qui & malos sustinere non potuit, & eos, qui se dicebant Apostolos esse, & non erant tentauit, & mendaces inuenit, & dicitur quod non potuit sustinere malos, intelligitur quod illos impugnabat, qui erant mali, ubi uero subditur quod eos, qui se Apostolos esse dicebant, & non erant tentauit, & mendaces inuenit, aperte monstratur quod illorum quoque simulationem discutiebat, qui fide erant boni. Et inuenisti (inquit) eos mendaces. Inuenit eos mendaces non solum lingua, sed etiam uita. Non solum prædicationis falsitate, sed et simulatione iustitiæ. Si ergo recte, ac perfecte uiuere uolumus, non tantum in nobismetipsis virtutes exercemus, nec tantummodo electos pro uiribus manuteneamus, sed etiam aperte malos ab incepta nequitia curemus reserare, & simulatorum fraudulentiam studeamus prudenti examinatione discutere, utrorumque malitiam si possumus corrigere. Si non, saltem improbitatem illorum uerbis acriter impugnare. Sed quoniam dum

Matth. 12. Luc. 8.

Quo inueniunt me daces.

dum quilibet electus reprobis uiriliter resistere a nititur, ab ipsis reprobis persecutionem patitur, aperte subditur, & patientiam habes, & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti. Tria hic discernere uidetur. Primum uidelicet quod patientiam habuit. Secundum quod propter nomen eius sustinuit. Tertium quod in ipsa patientia minime defecit. In eo itaque quod dicit & patientiam habes, innuit in nobis ipsum ab impijs quibus contradicebat passum esse persecutione. In eo uero quod concludit, & non defecisti perseverantiæ longanimitatem, & patientiam habes, quasi diceret. Quamuis reprobis intulerint propter iustitiam persecutionem, tu non amisisti patientiæ uirtutem, propter nomen meum, non propter terreni lucri cupiditatem, non propter vulgi laudem inanem, nec passus hoc pro culpam, sed pro iustitiam. Et non defecisti. Perpendat ergo quisque, quantus qualisque ille fuerit, qui tot & tantis operibus & uirtutibus refulsit, qui bona sua indigentibus erogauit, qui corpus affligendo laborauit, qui patientiam in quibuslibet aduersis in corde suo seruauit, quod aperte malos sustinere non potuit, qui fide bonos tentauit, & comprobauit, qui patientiam in persecutione non amisit, qui non pro aliud nisi propter nomen domini glorificandum persecutionem sustinuit, qui in nullo defecit, sed in omnibus uirriter uicit. Sed tria a perfecta iustitia minus habuit. Vn & per increpationem subinseuit. Sed habeo aduersus te quod caritatem tuam primam reliquisti. Superius præmisit laudem, nec subiungit increpationem. In qua euidenter edocemur ut si quem nostris uerbis emendare uolumus, prius si qua habet bona ei commemorare debemus, ne si eum primum per increpationem exasperemus, non ad recuperandum amissum bonum erigamus, sed in baratru[m] desperationis precipitemus. Sunt namque quidam pusillanimes, qui si asperè arguantur de eo quod deliquerunt, pondere timoris depressi in merore nimie tristitiæ semet ipsos mergunt. Magna ergo discretione circa huiusmodi homines est agendum, ne quod facimus ad bonum illis uertatur in malum. Habeo aduersus te quod caritatem tuam primam reliquisti, id est quod te siue in dilectione Dei, siue in dilectione proximi minorasti. Non dixit absolute quod caritatem reliquisti, sed distinguit dicens, quod caritatem primam reliquisti. Hinc ergo animaduertere possumus, quod in bono quidem fuerit minoratus, sed non omnino bono euacuatus. In gratia accepta minus secure uixerat, & quædam negligenter egerat, & ideo de culmine suæ perfectionis deciderat ad minorationem suæ perfectionis. Sed dominus cuius oculi nostrum uidet imperfectum, eum admonet, ut penitendo gradum amissum recuperet. Ait ergo: Memor esto itaque, unde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac, quasi diceret, attende quod de fastigio tuæ perfectionis excideris, & ad imum imperfectionis, decideris, & age penitentiam de negligenti

Tria dicit habuisse episcopus.

Nota.

Nota.

De pusillanimitis.

Quid sit relinquere primam caritatem.

tia & prima opera faciendo recuperam primam gratiam. Sequitur: *Si autem, ueniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris.* Post admonitionem, addit comminationem, ut si admonitionem contempneret, saltem comminationem formidaret. Et notandum quod non tantummodo dixit, ueniam tibi, sed adiecit cito, ut ex certa designatione & festinatione aduentus sui maiorem timorem incuteret negligenti, & mouebo candelabrum tuum de loco suo. Mouebo candelabrum tuum de loco suo, id est auferam ecclesiam tibi commissam de manu tua ne eam amplius manuteneas, nec custodias. Dicitur etenim est supra per candelabra ecclesias figurari. Recta ergo candelabrum eius de loco suo moueretur si ecclesia de manu eius auferretur, & alteri ad gubernandum traderetur. Aliter, auferam tibi dona & uirtutes quas adhuc habes, & promittam tibi promissum alteri dabo. Ex prædicta igitur increpatione & comminatione perpendite quanta sit culpa post acceptam gratiam negligenter agere, nec in ipsa proficere, sed magis deficere. Vnde Paulus nos admonet dicens: *Hortamur uos ne in uacuum gratiam Dei recipiatis.* In uacuum gratiam Dei accipit, qui in ea proficere negligit, sed magis deficit. Sed sequitur: *Sed hoc habes bonum, quod odisti facta Nicolaitarum, quæ ego odi.* Iterum reperitur ad eum laudandum & comendandum, ut si animus eius ex his, quæ præcedunt nimio terrore concuteretur, per laudem, quæ sequitur confortaretur. Nicolaus unus de septem Diaconibus, qui de Apostolis constituti leguntur extitit, qui uxore omnibus cõem fecit. Hoc modo iste cum prædictis in principio bonis laudabile habuit, & in hoc domino concors fuit, quod cum domino facta Nicolaitarum (id est hæresim Nicolai tenentium) odio habuit. Multum itaque confortari debuit, qui se & post increpationem de negligentia de bono laudari cognouit. Sed hoc habes bonum quod odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi, quasi ad ea, quæ dicta sunt respiciens dicat, quamuis te audias increpari noli in desperationem præcipitari, quia cum prædictis bonis etiam hoc habes bonum, quod odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Sequitur: *Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis.* Ille reuera habet aurem, qui sensum habet intelligendi & retinendi, & affectum diligendi, ac promerendi ea quæ promittuntur. Ille namque quodammodo auribus caret, qui de cœlestibus bonis quæ sibi promittuntur curam non habet. Quid spiritus dicat ecclesiis. Spiritus in hoc loco nequaquam personam Spiritus sancti tantum, sed ipsam sanctam & Indiuidua[m] Trinitatem designat, quæ una Deitas creditur, & unus Deus adoratur. Spiritus enim est Deus. Ait ergo. Quid spiritus dicat, id est quid Deus promittat, & bene in fine singularum admonitionum, quæ singulis Episcopis sunt ubi subiungit præmium, quod dabitur, non dicit, quid spiritus dicat huic ecclesiæ, uel illi, aut Ephesi scilicet,

Quid sit mouebo candelabrum.

2. Cor. 6.

Quis habeat auram.



scilicet, aut Smyrnæ singulariter, & sic de cæteris, sed quid spiritus dicat ecclesiis pluraliter. Quia etiam promissum præmium omnibus erat commune, in singulis admonitionibus non ad unum tantum, sed omnes simul ecclesias debuit comprehendere, ut dum omnes cõem audiverit promissionem, festinarent ad retributionem. Quid autem spiritus dicat ecclesiis audiamus. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.* Lignum vitæ Christus est, qui suis electis semetipsum participando per gratiam vitam æternam præbet. Paradisus Dei sancta ecclesia propter securitatem, & iucunditatem, quam a Deo & in Deo habet. Qui vicerit scilicet malignum de ligno quod est in paradiso edit, quia multitudine dulcedinis Christi quæ est in sancta ecclesia cibabitur & satiabitur, ipsum participando, modo in gratia, in futuro illum contemplando in gloria. Sed quantum dulcedinem, quantum saporem, quantum iucunditatem, quantum voluptatem, quantum suavitatem eius huius ligni habeat, nemo novit nisi qui gustat unde scriptum est; *Gustate, & videte*, quia nisi gustetur non videtur. Huius esum ligni etiam in presenti suaviter degustat, qui visibilibus non solum sensibus cordis renunciant. Qui, qualis, quantumve sit, nequaquam potest verbo declarari, cum nullius boni virtus illi dignè queat comparari. Cuius dulcedine illi perfecte satiatur, qui eius vultum in celo semper contemplatur. Et notandum quod cum dixisset in paradiso Dei, subiunxit mei, propter humanitatem videlicet qua minor est patre. Possumus itaque sex distinctionibus discernere ea quæ in precedenti capitulo continentur. Primum namque ubi dicit. Scio opera tua, illius ad quæ sermo dirigitur posuit laudem. Vbi vero ait, sed habet ad quæ sum te, increpationem. Vbi vero adicit, memor esto unde excideris, & age penitentiam, admonitionem. Vbi subiunxit, sin autem veniam tibi cito, & movebo candelabrum tuum, comminationem. Vbi addit, sed hoc habes bonum quod odisti facta Nicolaitarum, iterum redit ad eius commendationem, ubi demum intulit vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei, communem electorum insinuavit retributionem. Nos ergo fratres qui scripta sunt diligenter attendamus, bona faciamus, mala caueamus, ut ad propositam retributionem quandoque pertingamus, quæramus in sacra pagina non solum eruditionem, sed etiam edificationem, quia illa sola utilis atque laudabilis est scientia, quam commendat comes iustitia.

Lignum vitæ, Chrysostomus.

Psalm. 33.

Apocal. 2.

*De episcopo Smyrnæ. Cap. VI.*  
**E**t primo & novissimus, qui fuit mortuus & vivit scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed dives es & blasphemaris ab his, qui dicunt se Iudeos esse et non sunt, sed sunt Synagoga Sathanae. Nihil horum timeas, quæ passurus es. Ecce missurus est ex vobis Diabolus in carcerem ut

*tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Executo superiore capitulo episcopo Ephesi qui Metropolitanus inter alios erat, directo ad pastorem Smyrnæ sermonem vertit. Sed utrum de isto, siue de aliis aliarum ecclesiarum episcopis ordinem, qui in sacra pagina continetur secundum distantiam sicut locorum, siue secundum differentiam meritorum servet ignoramus. Ad episcopum ergo Smyrnæ ea quæ in presenti capitulo continentur dirigens, eum de bonis actibus laudat, & laudando ad meliora prouocat, futuras tribulationes prædicit, & fideliter pugnantem coronam promittit. Hæc dicit primus & novissimus, qui fuit mortuus & vivit in principio sermonis talem Christum describit, qui in tribulationibus subuenire possit, & si contingat pro ipso occumbere, speremus per ipsum iterum ad vitam redire. In eo namque quod dicit primus & novissimus, ostendit eum tribulatis posse subuenire. In eo autem quod subiungit. Qui fuit mortuus & vivit, innit eum mortuos posse suscitare. Hoc dicit primus & novissimus, qui fuit mortuus & vivit, quasi diceret. Ne deficiatis si contingat pro nomine meo tribulationem sustinere, vel mortem subire, quia ego sum primus & novissimus, potens sum in tribulatione adiuuare, & qui sui mortuus & vivo, potens sum de morte suscitare. Dum ergo me talem auditis de vtroque fiduciam sumite, & si quid propter me contigerit aduersi, viriliter sustinete. Sed quia saepius hæc verba diligentius discussimus, ad sequentia transeamus. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam. Duo ponit, tribulationem & paupertatem, tribulationem corporis, & paupertatem rei corporalis. Sed cum altera istarum sola grauius vitæ pugnaret, si altera adiungatur dolor duplicat. Graue namque est in corpore tribulari, sed grauius est cum tribulatione corporis penuriam pati substantiæ corporalis. Duplici itaque laude iste dignus extitit, qui duplicia mala pro Christo sustinuit. Nisi enim pro Christo sustinuisset, ipse Christus eius tribulationem & paupertatem se scire mini me dixisset, quia in hoc quod dixit, scio illi veramque monstravit pro se sustinere, & sic utraq; designavit approbare. Sed inter corporis bona commemorat contra mala sustinenda robustiorem reddat. Ait ergo, sed dives es, ac si diceret. Quamvis angustis in corporalibus, ne timeas, quia dilataris in bonis spiritualibus, in plenitudine doni celestis, in exhibitione virtutis, in exhibitione boni operis, in verbo predicationis, in spe remunerationis. Et quæsetui malorum semper est odiosa vita bonorum, & quæ Deus comedat sermo prauorum blasphematis, recte subdit. Et blasphemaris ab his, qui dicunt Iudeos esse & non sunt, sed sunt synagoga Sathanae, id est congregatio aduersarii videlicet diaboli. Hæc ubi itaque iste aduersarios falsos Iudeos, sicut rector Ephesi Apostolos falsos, qui si veri Iudei

Tribulatio corporis pauperis rei corporalis.

Synagoga Sathanae.

siue Apostoli essent, Christum non simulatione iustitiae confiterentur, & prædicaret. Pater autem in istis verbis sicut in aliis plerisque scripturæ locis, quod antiquus hostis bonum quod non potest impedire, ac malum quod non valet efficere per suam superbiam complices Dæmones, hoc conatur perficere per suam prauitatis imitatores homines. Qui quanto sunt numerosiores, tanto sunt ad utrumque complendum fortiores. Unde non inconuenienter synagoga Sathanae dicunt: quia eos Sathanas in unam malitiam congregat, ut per eos circa robustos sanctos robustus confligat. Et quia nonnunquam tabes impiorum per ipsum Diabolum excitata, non solum ad blasphemiam oris, sed ad infestationem manifeste persecutionis prorumpit, apte sacra visio eum contra futuram persecutionem præmunens, & corroborans adiecit. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est Diabolus ex vobis in carcerem, & habebitis tribulationem diebus decem, quasi ad superiora respiciens patenter diceret. Quandoquidem audis te ex meis bonis diuitem esse, & non tantum presentem aduersitatem in qua nunc es sustinere, sed futuram quoque persecutionem debes patienter ac securè pro nomine meo tolerare, quam tibi idcirco prædico ut interim vires colligas, & aduersis irruentibus inuictus persistas, ut eos qui tibi sunt commissi contra eam præmunias. Debes ergo vires sumere, & temetipsum animare, quia ego qui te conforto, ego adiuuabo. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est ex vobis Diabolus in carcerem. Diabolus ea quæ ministri eius eo instigante faciunt facere dicitur. Quemadmodum Rex aliquis ciuitatem aliquam expugnare, vel succendere dicitur, cum non hoc vel illud ipse, sed ipso præcipiente eius exercitus potius operetur. In carcerem, id est in quamlibet tribulationem. Carcer namque pro qualibet tribulatione accipi potest, ut tentemini, id est ut per tentationem probemini utrum verè sitis mei, & virtutes habetis modo ad propriam utilitatem, & ut aliis manifestentur ad imitationem. Virtutes etenim quæ patient non solum possidentibus valent ad meritum, sed intuentibus ad exemplum. In tentatione namque, non tantum ille qui per eam exercetur & probatur proficit, sed & alii multi quibus eius patientie virtus innotescit. Et habebitis tribulationem diebus decem. Quid rectius accipimus per dies decem quam decalogi claritatem? Diebus igitur decem electi qui quæ tribulationem habent, qui pro diuinæ legis quæ in decalogo continetur custodia in presenti vita perfectionem sustinent. Dicit ergo. Et habebitis tribulationem diebus decem, quasi dixerit. Quamdiu in luce meæ legis ambulaueritis, semper in eius obseruantia pro me tribulationem habebitis. Scriptum quippe est. Omnes qui volunt in Christo pie viuere persecutionem patientur. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Prædicta persecutione

Nota.

Quid sit habitatio tribulationum diebus decem. 2. Tim. 2.

hortatur eum ad longanimitatem patientiæ, & obtinenti victoriam spondet coronam, quasi diceret. Quicquid mali ingerat tu patienter sustine. Tolerantia namque transitoria, corona æterna, pugna modica, merces immensa, pæna leuis, gloria inæstimabilis. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi post mortem pro morte vitæ æternitatem. Qui habet aurem audiat, quid dicat spiritus ecclesiis. Hoc quia supra dictum est hic iterum exponi necesse non est. Sequitur. Qui vicerit non lædetur a morte secunda. Prima mors est culpa. Secunda pæna. Aliter prima mors est in mundo. Secunda in inferno. Prima mors est quando anima a corpore separatur. Secunda quando anima cum corpore condemnabitur. Qui ergo vicerit videlicet malignum dæmonem, prauum hominem, carnem, vitium, mundum, a morte secunda non lædetur quia damnatione perpetua non punietur. Possumus itaque ea quæ in prædicto capitulo continentur quinque generaliter diuisio nibus distinguere. Vbi namque dicit in principio. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es, eum ad quem sermo dirigitur de bono laudauit. Vbi ait. Nihil horum timeas quæ passurus es, futuram ei persecutionem prædixit. Vbi intulit, esto fidelis usque ad mortem, de patientia eum admonuit. Vbi consequenter adiecit, & dabo tibi coronam vitæ præmium promittit. Vbi denique conclusit, qui vicerit non lædetur a morte secunda, & hunc, & electos securos a damnatione fecit. In isto ergo qui in omnibus extitit laudabilis, in nullo reprehensibilis laudem admitemur, iustitiam imitemur.

Quæ mors prima, & quæ secunda.

Epilogus.

De Angelo Pergami. Cap. VII.

*Et Angelo Pergami ecclesie scribe. Hæc dicit qui habet roripheam ex vtraque parte accutam. Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanae, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam, et in diebus illis Antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos ubi sedes est Sathanae.* Tertio hoc in loco in episcoporum numero episcopum Pergami sacra visio ponit, & ad ipsum presentis capituli sermonem diuertit, quem quidem de bono laudat primum, deinde de malo increpat more prudentis agens medici, qui pusillanimitis impatientis tenelli & timetis infirmi apostema primum circumquaque suauiter trahat & tangit, & postea ferrum infigit, & latentem & feruentem putredinem sapienter educit, & educita putredine locum sanum reddit. Sic verus animarum medicus, ubi eum commendat dicens. Scio vbi habitas, egrotum palpat: ac deinde ubi eum increpat dicens. Habeo pauca aduersum te, ferro vulnerat ut ad sanitatem reducat. Et notandum quod quia iste de malo redarguendus erat, talis in principio sermonis describit ipsa visio Christum qui non tantum vicia corporis, sed vitia quoque cordis si vellet corrigi reseraret. At si nollet emendari

Apoc. 2.

Similitudo pulchra.



dari, nō solum corpus eius, sed animam puniret, quemadmodum in capite superioris capituli ad pastorem Smyrnæ directi, eo quod illi persecutio superuentura erat talem describit Christum vbi ait: Hæc dicit primus & nouissimus qui fuit mortuus & uiuit, qui posset tribulatos adiuuare, & pro se mortificatos resuscitare. Talem itaque apprensus similitudo filii hominis filium hominis in ipso initio sermonis Episcopo Pergami designauit, ut si uellet ea quæ corrigenda erant corrigere, fiduciam de adiutorio posset sumere, si nollet de uitio posset formidare. Ait ergo. Hæc dicit qui habet rumpheam ex utraque parte acutam. Potens est adiuuare, si uelis corrigi in corpore & spiritu ueriusque uicia ressecare, si non uis corrigi, potens est te in utroque condemnare. Rumpheam ex utraque parte acutam, diximus superius a uerbum Dei significare. Rumpheam enim ex utraque parte acuta est sermo Dei uerus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, qui nō solum prauam actionem corporis, uerumetiam prauam cogitationem cordis resecat, & incorrigibiles permanentes in utroque cōdemnat. Sed quid iste qui habet hæc rumpheam dicat audiamus. Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Primum de bonis actibus eum laudat, & laudando ad meliora roborat, & in utroque præparat ut sequentem increpationem melius sustineat. Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathanæ, id est approbo quod iustus conuersaris in medio prauæ nationis. Non enim minima laus est iusto inter impios immunem se custodire. Inter perversos rectam uiam agere. Et notandum quod non dixit ubi uis, sed ubi sedes est Sathanæ. Per quosdam enim transeundo Sathanas cursim ambulat, per eos scilicet quos subito & ex improviso in malum præcipitat. Sed nequaquam sedem ponit, quia illis per penitentiam cito resurgentibus dominium regnandi in eis amittit. Alios per culpam non tantum calcatur, sed per prauam consuetudinem in illis gratia regnandi sedem locat, quibus præsidens non solum eos refrenat a bono exercendo, sed & in eis suam uoluntatem complet in malo proficiendo. Super illos ergo per culpam ambulat, aut transuolat, in istis per consuetudinem diutius sedet, & regnat. Liqueat igitur istos longe a Deo remotos fuisse, in quibus Sathanas non uiam, sed sedem perhibetur habuisse. Qualis autem, quantumque iste in bono inter malos extiterit, manifeste declarat eum subditur, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Verè n. magnum & laudabile fuit inter infideles nomē eius tenere, & in persecutione eorum fidem eius non negare. Sed quod præmisit tenes nomen meum, hoc subsequenter exposuit cum subiunxit, & nō negasti fidem meam. Nomen namque dñi, & fidē dñi, idem esse intelligimus. Quid est enim baptizari in sancte Trinitatis nomine, nisi baptizari in eius fide? Sicut etiā aliqua res innotescit in nomine,

Rumpheam quid sit.

ita Deus à nobis cognoscitur fide. In hoc itaque rector Pergami valde laudabilis extitit quod inter malos bonus fuit, & inter infideles fidē Christi tenuit, & non negauit. Nam multo leuius est inter bonos bene agere, quam inter infideles fidem seruare. Sicut ualde facilius est nemine obstante, quam repugnantibus hostibus ciuitatem introire. Et ne solum inter infideles fidem seruasse, uel se æstimet solum inter malos bene uixisse, & ob hoc in utroque citius deficiat, proponitur ei Antipas testis Christi fidelis, qui propter Christum, & fidem Christi penas sustinuit occisionis, ut ipsum Antipas imitando etiam mortem pro Christo si necesse fuerit sustineat. Nam sequitur. Et in diebus illis, uidelicet tuis, subaudiendum fuit Antipas testis meus fidelis qui occisus est apud uos, id est in Pergamo ubi sedes est Sathanæ, non à bonis sed à malis in quibus Sathanas regnat. Quasi eum per Antipam corroborendo, patenter diceret, laudo quidem quod inter malos usque modo bene uixisti, quod in fide mea perseuerasti. Sed caue ne te solidum esse credas, & in hoc, uel in illo deficias, sed memento Antipas testis mei fidelis, & pro me usque ad mortem sustine illius exemplo persecutionem prauæ nationis. Nec etiam de merito glorieris si in alterutro profeceris, quia Antipas qui maiorem penam quam tu sustinuit, in uirtute meriti te longe præcessit. Nunc tibi propono huius imitationem, ammoneo te eius exemplo uires colligas, & ad patientiæ coronam pertingas. Sequitur. Sed habeo aduersus te pauca, quoniam habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat filios Israel edere & fornicari. Præmisit laudem, subiungit increpationem, ac si diceret in his quæ præcedunt existis laudabilis, in his quæ sequuntur reprehensibilis. De illis te laudo, de his te depræhendo. Quod autem dicit. Habes hic tenentes doctrinam Balaam qui docebat filios Israel edere, & fornicari. Luculenter exponit dicens, ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Sicut enim secūdū doctrinam Balaam Moabitę docuerunt filios Israel edere de idolatris, & fornicari, ita Nicolaitę secundum doctrinam Nicolai docebant Christianos comestationibus uacare, & fornicari cum mulieribus. Iste ergo quamuis laudabilis in semetipso extitit, in eo tamen quod male uiuentes uiriliter non redarguebat, reprehensibilis fuit, qui in hoc tenentes doctrinam Nicolaitarum habuit quod illos nouit male agere, & non correxit. Attendat hæc quarundam ecclesiarum præfules: qui & ipsi male uiuunt, & alios non corrigunt. Emendent semetipsos, corrigant subiectos. Sed illi qui circa semetipsos uigilant, male uiuentes castigare non desistant. De manibus namque prælatorum requirit Deus animas pereuntium subditorum. Sequitur. Similiter penitentiam age, si quominus ueniam tibi cito. Post asperitatem increpationis subiungit admonitionem emendationis, & si nollet corrigi, terrorem comminationis

Admonitio ad præfules.

De Episcopo Thyatiræ. Cap. VII.

tionis. Nam ubi dicit penitentiam age, penitentiam admonet. Vbi uero subdit, si quominus ueniam tibi cito, per comminationem terret. Subauditur hic similiter, id est sicut præcepi episcopo Ephesi penitentiam agere, qui & ipse reprehensibilis erat, eo quod caritatem primam reliquerat. Nam episcopum Smyrnę minime increpauit, & ideo de penitentia ei nihil indixit. Si quominus uidelicet feceris, si penitentiam non egeris, si malos non correxeris, ueniam tibi scilicet ad iudicium, & ad detrimentum, & hoc cito, ne propter prolixitatem temporis inneccas moras emendationis. Sequitur. Et pugnabo cum illis in gladio oris mei, quasi diceret, si tu contemnis mihi obedire, & malos corrigere, ueniam nō solum tibi, sed & illis, & curabo eos per uindictam punire in gladio oris, id est in uerbo, dicens, ite maledicti in ignem æternum. Hæc est rumpheam ex utraque parte acuta quam in principio capituli istius posuit ad terrendam negligentiam pastoris, & hanc omnes ecclesiarum rectores habere debent ad bonos & malos discernendum, bonos defendendum, malos puniendum. Qui hęc aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum quod nemo nouit, nisi qui accipit. Absconditum manna, diuinitas occulta. Deum nemo uidit unquam, de hoc iterum scriptum est. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abscondisti timentibus te. Et iterum. Quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Illud manna nobis dabit quando gloria Diuinitatis suæ nos satiet. Quid est etiā dabo calculum candidum nisi cœlestē premium? Calculum propter firmitatem, candidum propter candorem immortalitatis. Quid nomen nouum in calculo, nisi Diuina notia modo mentibus humanis inuisitata, in premio æterno reuelata? In calculo igitur æterno candido nomen nouum scriptum nobis dabit, quia in æterno & immortalis premio diuinitatis suæ notitiā nunc à nobis ualde remota nobis manifestabit. In presenti autem seculo multa possumus cognoscere, quæ non possumus habere. Sed in cœlesti patria quod de Deo intelligendo cognoscemus, amando possidebimus. Nec aliquis poterit cognoscere, nisi cui contigerit habere. Unde & ait. Quod nemo scit nisi qui accipit. Possumus autem quinque diuinitatibus disponere ea quæ in hoc capitulo continentur. Nam ubi dixit, scio ubi habitas, præmisit consolationem laudis, & ubi ait, habeo aduersus te pauca, addit rigorem increpationis, ubi subiunxit. Age penitentiam, admonitionem emendationis, ubi dixit, si quominus ueniam tibi cito, terrorem comminationis, ubi tandem intulit. Vincenti dabo manna absconditum, premium beatitudinis.

Nota.

Manna absconditum quid. Pl. 30.

El. 65. 1. Cor. 2.

Quid nam sit calculus candidus.

ET Angelo Thyatiræ Ecclesie scribe. Hæc dicit filius Dei qui habet oculos sicut flamma ignis, & pedes similes auricalco. Noui opera tua, et fidem, et caritatem tuam, ministerium, et patientiam tuam, et opera tua nouissima plura prioribus. More solito auctoritatem saluatoris anteponit, & titulum describit qualem sequentis capituli sententia rationem deposcit. Quia enim erant in Thyatira quidam falsi Christiani qui semetipsos cum mulieribus seu dæmonibus fornicando polluebant, & alios exemplo uel uerbo ad eadem scelera pertrahentes seducebant, recte dixit habere eum oculos sicut flamma ignis, ut eum ostenderet omnia quæcumque gererent per suam sapientiam penetrando contemplari, & pedes eius similes auricalco, ut eum significaret illos admonere de prauitatibus suis exire debere, & uel infirmos electos (qui per pedes similes auricalco figurantur) debere uiriliter imitari. Ait quoque. Hęc dicit filius Dei qui habet oculos sicut flamma ignis, & pedes similes auricalco, quasi diceret, uos qui in Thyatira Christum contemnendo male uiuistis, & hunc sermonem audituri estis. Dum cum audieritis oculos habere sicut flamma ignis, animaduerte eum oculis eum habere pedes similes auricalco, perpendite eum saltem ad infirmorum electorum eius imitationem uos prouocare. Sed quia superius de oculis eius & pedibus plura diximus, ad sequentia transcamus. Sequitur. Noui opera tua, & fidem, & caritatem. More solito præmittit laudem ut eum confirmet. Deinde subiungit increpationem, ut castiget. Noui opera tua, & fidem, & caritatem. Non est hoc in loco rectus ordo uerborum secundum ordinem rerum, sicut in quibusdam sacre scripturæ locis quæ contingit, ut uidelicet prius ponatur in sermone quod posterius est ordinis ueritate. Nam fides prima est bonorum omnium quæ per iustitiam comprehenduntur, & ex fide nascitur caritas, ex caritate opera bona. Dicit ergo ordine præpostero quantum ad uerborum positionem, nō quantum ad rerum qualitatem. Noui opera tua, & fidem, & caritatem tuam, id est quantum ad rerum recti ordinem fidem tuam qua in me credis, caritatem qua me diligis, opera quibus mihi seruis. Et quia is qui fide in Deum credit caritatem eum diligit, operibus seruit, etiam de rebus suis ministrare sollicitus debet pauperibus, recte additur, & ministerium tuum. Sed quoniam omnes qui in Christo uolunt pie uiuere in eum credendo, ipsum diligendo, ipsi seruendo, pauperibus propter Deum ministrando persecutionem patiuntur, bene subditur, & patientiam tuam, scilicet in aduersis, quæ quidem omnia nouit, quæ approbavit. Et opera tua nouissima plura prioribus. In principio opera laudat, & hic iterum opera cōmendat.

Quid sit habere oculos sicut flamma ignis.

Quæ sit fides prima.

Sed ibi opera inchoationis, hic opera perfectio- nis. Non enim laudat eum de culmine perfectio- nis, sed de augmento, quia nequaquam dixit perfe- cta, vel multa, aut absolute plura, sed per compa- rationem plura prioribus. Unde et quod ait no- uissimum, non est referendum ad perfectionis subli- mitatem, sed ad precedentium operum preteritam ex- hibitionem. Sequitur: *Sed habeo aduersum te, quia permittis mulierem manducare de Idolothytis.* Postquam eum ad laudem & constantiam roborauit, statim increpationem de eius negligentia sub- iunxit dicens. Sed habeo aduersum te pauca, quia permittis mulierem Iezabel quae se dicit propheta- re, docere, & seducere seruos meos, quasi dice- ret, laudo quod tu bene uiuis, sed reprehendo quod alios non corrigis. Sed quid per Iezabel quae in- terpretatur fluxus sanguinis rectius quam carnis voluptatibus illecto, Idololatriam cultibus dedi- tos accipimus, qui se prophetas esse dicebant, & ideo facilius alios seducebant fornicari, id est ad fornicandum cum mulieribus, vel cum demoni- bus, & manducare de Idolothytis, id est ad man- ducandum ueneratione Idolorum de his que im- molata erant Idolis. Aliter. Manducare de Idola- ticiis, id est delectari in peccatorum sordibus quas immolant demonibus. Alii dicunt per Ie- zabel uxorem istius episcopi designari, quae lu- xuriam uel Idolatriam dedita erat, & alios suis sua- sionibus ad imitationem suam prauitatis pertra- hebat. Sequitur: *Et dedi illi tempus ut poeniten- tiam ageret, et non uult poenitere de fornicatione sua.* Mira Dei pietas, mira clemencia. Quando com- mittimus culpam non statim infert poenam, sed confert medelam, & reuocat ad integritatem in- stituta ut perducatur ad iucunditatem gloriae. Sed quoniam contemptus poenitentiae generat incre- mentum culpae, & prouocat iram uindictae, re- cte post increpationem propter neglectam emen- dationem, adiecit comminationem. Nam sequitur. *Ecce ego mitto eam in lectum, et qui mechatur eum ea in tribulationem maximam, nisi poenitentiam egerint ab operibus suis.* Alia translatio habet, mitto eam in lectum, sed siue dicamus lu- ctum, siue lectum, hic exprimitur quod subiungitur in tribulationem maximam, id est in dam- nationem aeternam, ut qui sunt ei conformes in scelere, illi socientur in damnatione. Notandum quoque quod non dixit, mittam, sed mitto, ut per pre- sentiam temporis formidinem incuteret timo- ris. Sed & diligenter est intuen- dum, & gratanter amplectendum quod Diuinae pietatis miseratio nequaquam absolute & simpliciter dixit mitto. Sed temperauit comminationem dicens: *Nisi poenitentiam egerint ab operibus suis.* Noluit enim per effrenatum terrorem peccatores precipitari in desperationem. Sed per temperamentum comminationis eos reuocare, si poenitere uellent ad confidentiam suae miserationis. Sequitur: *Et filios eius interficiam in mortem, et scient omnes ecclesia, quia ego sum scrutans renes et corda, et*

Iezabel fluxus sanguinis.

Quid sit manducare de Idolothytis.

Nota.

Luce 13.

*A dabo unicuique uestrum secundum opera sua.* Quos conuenientius intelligimus per filios quam se- quaces eius qui doctrina & exemplo matris in longinquum exerceret turpitudinem maternae prauitatis? Qui & ipsi uere in mortem interficientur, quando aeterna damnatione punientur. Et oes ecclesiae, id est congregationes bonae scientiae, scilicet in futuro re, quod modo credunt fide, quia ego sum scrutans renes, id est carnales concupi- scencias, & corda, id est cogitationes malas. Hoc est ergo quod in principio sermonis ait eum ha- bere oculos sicut flammam ignis, quod non solum possit cognoscere exteriora nostra, sed etiam in- teriora per suam sapientiam penetrare. Potest quoque quod dixit. Scrutans renes & corda, re- ferri non tantum ad malos, sed & ad bonos. Ipse nimirum scrutatur bonorum renes, quia eorum diligit castitatem. Scrutatur & corda, quia eorum amat mundam cogitationem. Unde id quod superius in hac comminatione continetur, uide- tur ad malos tantum pertinere. Hoc uero quod dicit, ego sum scrutans renes & corda, & dabo unicuique uestrum secundum opera uestra, uide- tur etiam pertinere ad bonos, & dabo unicuique secundum opera uestra, bona bonis, mala malis. Hoc autem quod sequitur ad bonos tan- tum pertinet. *Vobis autem dico ceteris qui Thyatira estis. Quicumque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudinem Sathanae quem admodum dicunt, non mittam super uos aliud pondus, tantum id quod habetis tenete donec ueniam.* Erant in Thyatira quidam electi qui su- pradictis prauitatibus non communicabant, sed Christo soli fideliter seruebant. Alii egressi ex Iudaea eis Euangelica praecipua non posse suffi- cere dicebant, & eis carnales legis obseruan- tias esse tenendas praedicabant. Electos ergo instruit, & eos quod tenere debeant certos red- dit. Admonet gratiae praecipua tantum tenere & testatur se pondus legis minimè impone- re. Dicit itaque. *Vobis autem dico ceteris qui Thyatira estis, uobis ceteris qui prauis operibus non communicatis, sed sobrie, & iuste, & pie uiuistis, omnibus qui non habent do- ctrinam hanc, uidelicet doctrinam Iezabel eam imitando. Qui non cognouerunt, id est non approbauerunt, uel amauerunt altitudinem, id est superbiam Sathanae, illi seruido, me contem- nendo. Quemadmodum dicunt, id est sicut uo- bis minantur illi qui egressi sunt de Iudaea. Non mittam super uos aliud pondus, id est non exigam a uobis ueteres obseruantias legis, tamen id quod habetis tenete, donec ueniam. Euangelium quod habetis per fide tenete per operationem bonam, donec ueniam ad retributionem. Sequitur: *Et qui uicerit, & qui custodierit usque in finem uerba mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringentur, sicut & ego accepi a patre meo, et dabo illi stellam matutinam.* Superius lo- cutus*

Hier. 17.

Quis sit dignus regere alios.

Pf. 2.

Matt. 19.

Matt. 13. Epilogus.

cutus est de bonis & malis, nunc subiungit de A- munere, & premio uincens. Qui uicerit, scilicet malignum (sicut supra expositum est) & qui custodierit usque in finem, scilicet uitam usque in finem uictoriae, uel usque in finem, id est con- summationem iustitiae, opera mea quae ego praecipio operari dabo illi (subauditur etiam in hoc saeculo) potestatem super gentes, id est gentiliter uiuentes, & reget illas in uirga ferrea, id est inflexibili iustitia, & tanquam uas figuli confrin- gentur, ita ut alii omnino eius iudicio condem- nentur, alii in melius eius uerbo permuentur. Ille etenim qui ad perfectionem sanctitatis cu- rat pertingere, ipse est dignus alios regere, ma- los damnatione dignos iudicare, bonos salua- tione dignos. Sicut & ego accepi a patre meo, accepi scilicet secundum humanitatem a patre meo regendi potestatem. Magna promissio, ma- gnum donum. Hoc promittit, hoc tribuit quod ipse accepit. Hoc quod habet ipse per plenitudi- nem, ut electi eius habeant per plenitudinis par- ticipationem. Potest etiam id quod dicit, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in uir- ga ferrea, & tanquam uas figuli confringentur, tantum referri ad malorum damnationem, ut il- le qui in uictoria fuerit perfectus, malos cum Christo iudicet & condemnet, sicut de Apo- stolis scriptum est. *Vos qui secuti estis me, sede- bitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* Et dabo illi stellam matutinam, stella matutina stola prima, stella propter claritatem contem- plationis, matutina propter inchoationem bea- titudinis. Dabitur ergo uicenti in mundo stella matutina, id est stola in caelo, ut accepta prima securus sit de reliqua. Ista stella ma- tulina mutabitur in solem meridianum in re- surrectione, quando anima glorificabitur in resurgenti corpore. Scriptum quippe est: *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Postulamus autem ea quae in hoc capitulo conti- nentur quinque distinctionibus discernere. Nam ubi dixit. Scio opera tua, & fidem, & caritatem, illum de quo sermo est lauda- uit. Ubi dixit, sed habeo aduersum te quia per- mittis mulierem Iezabel quae se dicit prophetam docere, & seducere seruos meos, eum increpa- uit. Ubi adiecit. Ecce mitto eum in lectum, & qui mechatur eum ea in tribulationem maxi- mam comminatus est malos, ubi subiunxit, uo- bis autem dico ceteris qui Thyatira estis, de te- nendis solis gratiae praecipua erudiuit bonos. Ubi deinde intulit, qui uicerit, & qui custodie- rit usque in finem opera mea, dignitatem po- testatis spiritalis atque caelestis, & primam stolam promissit. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesis, id est quid promittat ec- clesis: Deus. Aures fratres charissimi non solum ad audiendum, sed ad intelligendum habeamus, scripta legamus, prohibita caueamus, ut ad promissa pertuenamus.

De Episcopo Sardis. Cap. IX

*ET Angelo Ecclesia Sardis scribe. Haec dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas. Scio opera tua, quia nomen habes quod uiuas & mortuus es. Esto uigilans, & confirma cetera quae moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habes, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & poenitentiam age.* Quinto loco singu- larium admonitionum Episcopus Sardis non sicut ceteri qui praemissi sunt de aliqua uir- tute, uel bona operatione laudatur, sed de ficta, & simulata iustitia graui, & dura ani- maduersione per sacram uisionem redargui- tur, & ut poeniteat misericorditer admo- netur, & quia idem episcopus in conspectu ho- minum quarundam uirtutum & bonorum operum simulatione palliatus de foris appa- rebat, sed intus in conspectu Dei nulla ueritate iustitiae sultus erat, talis in principio de- scribitur ei Christus qui omnia etiam occul- ta possit cognoscere, & qui potens sit eum quando deliquerit de peccato punire. Ait ergo. *Haec dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas, quasi diceret. Tu qui te coram hominibus per Hypocritism bonum facis, sed in occulto me contemnendo malus existis, dum me audis septem spiritus Dei habere, animadu- erte me per meam sapientiam non solum ma- nifesta, sed & occulta, non solum opera, sed & cogitationes spiritualiter penetrando uidere. Et dum me audis habere septem stellas, intellige me ad puniendum te, & alios episcopos si delique- rint potentem esse. Sed quia de septem spiritibus, & septem stellis superius elucidauimus, ad se- quentia transeamus. Sequitur. Scio opera tua, quod dicit seio, nequaquam accipiendum est sicut in supradictis capitulis, ubi se dicit aliorum opera scire, id est sciendo approbare. Scio opera tua, id est cognosco. Omnipotentem namque Deum sicut nemo potest uel precio corrumpere, quia iustus est, uel excedere quia aeternus est, uel loco effugere quia ubique est, uel uirtute superare quia fortissimus est, sic nemo potest eum absconsonione latere, quia sapientissimus est. Dicit ergo. Scio opera tua, quia nomen habes quod uiuas & mortuus es. Scio opera tua per meam sapientiam, quod nomen habes, uidelicet in uulgo per iu- uilem famam, quod uiuas per iustitiam, & tu e- conuerso mortuus es, per culpam. In hoc capi- tulo quia iste omnino reprehensibilis erat, ne- quaquam sicut in praedictis praemisit laudem, sed statim intulit increpationem. Nam quod in aliis praemissis admonitionibus post dictam lau- dem per increpationem dicitur. Sed habeo ad- uersum te, hoc agit in ista a principio ubi nulla facta mentione de laude, scriptum est. Scio opera tua quia nomen habes, quod uiuas, & mortuus es.*

Quid sit habere septem spiritus Dei & septem stellas.



Quis non est vigilans.

Nota.

Vbi est caritas plenitudo est.

Quomodo & cur ueniat fur?

Sequitur. Esto vigilans, & confirma cetera quae moritura erant. Post increpationem subiungit admonitionem. Esto vigilans, id est sollicitus de salute tua. Ille namque non vigilat qui semetipsum negligens de salute sua non cogitat, & confirma cetera quae moritura erant, praecipua bona in quibus laus consistit sicut est caritas, humilitas, in ipso erant iam mortua, minora vero quae & si salutem non contineant, tamen ad salutem iuuant, sicut scientia scripturarum, doctrina, praedicatione, & cetera talia, si mala permanent erant moritura. Iusto nimirum iudicio qui maiora quae prorsus sunt ad salutem necessaria custodire contemnit, minora & si ad salutem non necessaria, tamen uilia funditus amittit. Et qui ea quibus coram Deo uere bonus erat negligit, ea quibus coram hominibus laudabilis erat iure perdidit. Sunt quippe nonnulli qui ea quibus apud homines magis uis magis diligunt, & ea sine quibus in conspectu Dei iustificari non possunt parui pendunt, quareptes de minimo crescere, & maximo minui. Sed postquam maxima dona uirtutum spernunt, minora in quibus confidebant, & gloriabantur perdunt, ut se Diuina gratia nudatos cernant, & de negligentia citius resipiscant. At uero Diuina miseratio episcopi Sardis quaedam de minoribus bonis adhuc concesserat, de quorum confirmatione illi amonebat. Ait ergo. Confirma cetera quae moritura erant. Sequitur. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. In eo quod dicit, non inuenio opera tua plena, patenter eum redarguit de caritate amissa. Vbi enim caritas est, plenitudo est. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur. Plenitudo enim legis est dilectio. Dicit itaque. Non inuenio opera tua plena, quia cuncta quae facis caritate sunt uacua, in qua qui offenderit multa opera perdit, & omnium reus existit. Igitur quauis opera tua coram hominibus videantur per ostentationem plena, coram Deo meo pro absentiam caritatis sunt uacua. Quia ergo opera tua pro humana laude exhibita, caritate amissa coram Deo meo propter absentiam dilectionis fraternae minime sunt plena, in mente habe qualiter acceperis a Deo per gratiam spiritualis infusionem, & audieris ab homine per Euangelicam praedicationem, & serua utrumque per bonam actionem, & pernitentiam age de amisso bono, & de commisso malo per emendationis satisfactionem. Sequitur. Si ergo non uigilaueris ueniam ad te tanquam fur, & nescies quando ueniam ad te. Post monitionem emendationis, addit nisi se corrigat comminationem damnationis. Si non uigilaueris, id est nisi de te in his quae dicta sunt sollicitus fueris, ueniam ad te tanquam fur qui uenit ut bona auferat, & possessorem occidat ita ueniam a te, & auferat tibi gratiam, & inferam poenam. Et quoniam tanquam fur latet, & ex improuiso ueniam, non poteris praecave

re aduentum meum. Et hoc est quod dicit, nescies qua hora ueniam ad te. Huic quia nimis uera iustitia remotus in culpa erat lapsus, sicut aliis ubi dixit, ueniam cito, minime, uel paruulum spacium determinat, ut magis timeat, citius resipiscat, studiosius se corrigat. Sequitur. Sed habes pauca nomina in Sardis qui non inquinauerunt uestimenta sua, et ambulabunt mecum in albis quia digni sunt. Post increpationem, admonitionem, & comminationem, proponitur ei uita bonorum sibi subiectorum, siue ad leuamen consolationis, siue ad exemplum imitationis, ut ipse qui magis debuit & minus fecit, in grege suo bonos esse audiat, & de se non desperet, sed erubescat, & sumpta spe illorum exemplo ad iustitiam refurgat. Sed habes pauca nomina in Sardis qui non inquinauerunt uestimenta sua, quasi diceret paucos bonos qui tibi subiecti sunt attende, & uel ex tantillo residui boni confortare, & eorum exemplo cum eis recte uiue. Habes pauca nomina, id est paucas personas uirtute iustitiae mihi notas. Et notandum quod dicit pauca, quia quamuis ubique multi sint uocati, pauci sunt tamen electi. Sed quia in Sardis pauci sunt, culpa forsitan fuit episcopi, quia dum pastor terrenis intendit Lupus ouile rumpit, oues rapit, & dispergit, & rapiendo, & dispergendo gregem minuit. Qui uestimenta sua non inquinauerunt, qui dona innocentiae, & immortalitatis in baptisate accepta ad pristina mala reuertendo non contaminauerunt. Aliter. Non contaminauerunt uestimenta sua, quia post baptismum per luxuriam, & incontinentiam non contaminauerunt corpora sua. Aliter. uestimenta sua nequaquam contaminauerunt, quia munda opera sua sordibus uiciorum non polluerunt. Sunt qui post baptismum uestimenta sua male uiuendo inquinant, sed ea iterum lachrymis lauant, sed hoc inquinamentum non reputatur illis ad poenam, quod diligenter lauant per poenitentiam. Et ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Et ambulabunt mecum, quia ego praetui ad exemplum, & informationem, & ipsi me sequuntur per imitationem. Aliter. Ambulabo cum eis per gratiam, & ipsi mecum per iustitiam, qui nisi per singula eis retribuere gratiam, non possent proficere per iustitiam, quia sine me nihil possunt facere. Ambulabunt mecum in mundo iuste uiuendo, uirtutes operando, bona opera exercendo, iustitiam aliis praedicando, multaque alia bona faciendo. Sedebunt mecum in caelo in aeternum mecum regnando, in albis, in spe futurae innocentiae & immortalitatis, in corporibus castis, in operibus mundis. Opera namque per uestimenta designantur, quia sancti sicut uestimentis, sic operibus designantur, circumdantur, muniuntur, & ornantur. Quia sunt digni. Dignos etenim socios assumo, indignos relinquo. Sed qui sunt digni, nullatenus digni forent nisi a me dignitatem accepissent. Sequitur. Qui uicerit sic, uestimentis albis uestietur,

Quid sit habere pauca nomina

Quid sit inquinare uestimenta

Ambulare cum Christo in albis quid sit?

Quid per uestimenta designet.

Liber uice

Pl. 68.

Quid sit delere nomen de libro uice.

Matt. 10. Matt. 15.

tur, & non delebo nomen eius de libro uice, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram Angelis eius. Omnibus quae ad eum pertinent exactis, subdit de raunere uincens, sumpto exemplo promissionis ex illorum iustorum laude qui erant in Sardis. Qui uicerit. Supra expositum est, sic uestietur uestimentis albis sicut illi uidebit electi qui sunt in Sardis. Et non delebo nomen eius de libro uice. Minus dicit, maius intelligit, & dum unum negat, aliud confirmat. Liber uice est sapientia Dei in qua omnes electi, recte dicitur scripti, & ad uitam aeternam sunt praedestinati. Ipsa namque praedestinatio ipsa est scriptio. In hoc libro damnandi etiam uideantur scripti propter gratiam atque iustitiam ad tempus sibi collatam, agnoscuntur postmodum deleri quando labuntur per culpam, & damnantur per poenam. Unde scriptum est. Deleatur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur, id est agnoscantur deleri, immo potius nunquam scripti. Damnandi quippe quamuis cum saluandis uideantur scripti, eo quod fidem quae per dilectionem operatur ad tempus habentes sunt iusti. Sed licet aliquandiu sint scripti per sanctitatem, nunquam tamen sunt per praedestinationem. Qui quodammodo de isto libro delentur quando a iustis per culpam siue damnationem diuiduntur, & si non re quasi aliquando scripti, tamen manifestatione, quia scripti estimabantur, nunquam tamen scripti fuisse manifestatur. Pagani uero siue Iudaei qui sine fide Christi moriuntur nullatenus in hoc libro aliquando scripti creduntur. Sunt etiam multi saluandi qui dum ad tempus sceleribus inuoluuntur, ab hoc libro uidentur deleri, qui tamen sicut semper sunt praedestinati, sic semper in libro uice sunt scripti. Quod ergo dicit. Non delebo nomen eius de libro uice, tantumdem ualeat ac si diceret. Nomen eius quod semper mihi in mea sapientia est notum per praedestinationem, nequaquam hominibus manifestabitur delatum, siue nunquam fuisse non scriptum, sicut nomina impiorum quae delentur, & non scribuntur, id est manifestantur deleta uel potius nunquam scripta per damnationem, sed semper apud me scriptum, & nunquam delatum monstrabitur omnibus per saluationem. Et confitebor nomen eius coram patre meo, & coram Angelis eius, quando dicam uenite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi, quia esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere. Confitebor nomen, quia testificabor notum mihi per iustitiam fuisse in uia, quem pro iustitia exaltabo in patria. Et hoc coram patre meo, & Angelis dabo ei praemium secundum merita, reddam mercedem secundum laborem. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis; Quod enim unus dicit, omnibus dicit, sicut bona docendo, mala cohibendo,

recta praecipiendo, poenam comminando, gloriam promittendo. Possumus ergo quinque distinctionibus diuidere cuncta quae in hoc capitulo continentur. Vbi enim ait. Scio opera tua quod uiuas, & mortuus es, posuit asperitatem increpationis. Et ubi dixit. Esto vigilans, admonitionem emendationis. Vbi dicit. Si non uigilaueris ueniam ad te tanquam fur, terrorem comminationis. Vbi subiungit. Sed habes pauca nomina in Sardis qui non inquinauerunt uestimenta sua, exemplum imitationis. Vbi ait. Qui uicerit, munus in praemium uincens.

De episcopo Philadelphia. Cap. X.

Et Angelo Philadelphia ecclesiae scribe. Haec dicit sanctus & uerus qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te osium apertum, quod nemo potest claudere, quia modicam habes uirtutem, & seruaisti nomen meum, & non negasti fidem meam. Episcopus Philadelphia uisio caelestis alloquens in hoc sermone laudibus iustitiae attollit, nec de aliqua negligentia, uel culpa, sicut nec episcopum Smyrnae reprehendit. Promittit ei gratiam sapientiae ad praedicandum, & aduersarios Iudaeos se illi submiturum, & in hora tentationis suae perfectionis auxilium. Ad ultimum hortatur eum ad perseuerantiam, ne perdat coronam. Et quemadmodum in aliis capitulis solet facere, talem Christum in principio describit qualem subsequens sermo requirit, & ut in principio sermonis episcopus ipse animaduerterat quantum de sequenti promissione confidere queat. Nam quia in sacra praedicatione & nec in angustiis in ipsa uerbi administratione cessanti gratiae Diuinae doctrina promittitur, recte promissor, & largitor boni sanctus & uerus, & clauem David habere, & solus aperire & claudere secreta sapientiae perhibetur. Ait ergo. Haec dicit sanctus & uerus qui habet clauem David, quasi diceret. Haec dicit sanctus & uerus. Sanctus in bonitate, uerus in promissione, qui eo quod sanctus non peccat, & quia uerus nunquam mentitur. Et quia habet clauem David, cui uult mysteria sapientiae aperire, & largitur. Quem dum uerum & sanctum audis, crede primum, & ueracem in promissis. Et dum audis eum clauem habere David, crede potentem in exhibendis. Quid enim per clauem David apparetur filii hominis similitudo nobis rectius designauit, quam gratiam spiritualis sapientiae, quae & David quam aliis prophetis mysterium humanae redemptionis luculentius aperuit? Quae specialiter, & proprie non inconuenienter dicitur David, & propter promissionem sibi factam, & propter praerogatiuam manifestationis, quia David non sicut plerisque prophetis per aenigmata, & formas uisibilium, sed nudè, &

Apoc. 3.

Sanctus quomodo, & uerus.

Quid clauis David.



Pf. 84.

pure, & absque tegumento in secreto cordis re-  
 serauit aduentum Redemptoris. Vnde & ipse  
 ait. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*  
 In me, non in symbolis, & in formis, sed immedia-  
 te, & familiariter in conclauis, & in sinu meo me-  
 tis. Quod ergo ait: qui habet clauem David potest  
 esse ad referendum arcana doctrinae quae  
 promissurus, ac daturus erat, & quibus ipse episcopus  
 in officio suo indigebat manifeste significauit.  
 Hoc dicit sanctus, & verus qui habet clauem Da-  
 uid, ac si diceret. Intellige quae in principio ser-  
 monis de Christo praedicantur, & de illis con-  
 fide quae tibi in sequentibus ab ipso promittun-  
 tur. Audi esse sanctum & verum, & perpende be-  
 nignum, & veracem bona promittendo. Audi  
 eum habere clauem David, & agnosce potentem  
 eadem retribuendo. Et ne credas alium eandem  
 potentiam habere audi ipsum solum potentem  
 esse. Qui aperit, & nemo claudit, claudit, & ne-  
 mo aperit. Aperit corda ad intelligentiam fidei,  
 aperit ora ad praedicationem verbi. Aperit affe-  
 ctum ad dilectionem, aperit linguas doctorum  
 ad praedicationem docendum. Aperit corda po-  
 pulorum ad credendum. Et quoniam quae electis ape-  
 rit reprobis claudit, recte dicitur, claudit, & ne-  
 mo aperit. Quia autem ipso aperiente nemo potest  
 claudere, testantur Apostoli in actibus suis di-  
 centes: *Non possumus quae vidimus, et audiui-  
 mus non loqui.* Et post pauca de Iudaeis: *Non  
 poterant sapientia resistere, et spiritui qui loque-  
 batur.* Ipso vero claudente reprobis ea quae recta  
 sunt exigentibus peccatis suis, nemo potest aperire,  
 quia nemo potest corrigere quae illi desupererit. Se-  
 quitur. Scio opera tua, scio, approbo, diligo, reci-  
 pio. In breui laudem ipsius comprehendit ubi dicit.  
 Scio opera tua. Statimque post laudem infert diuini  
 muneris promissionem. Ecce dedi coram te ostium  
 apertum, dedi, id est dabo, praeteritum pro futu-  
 ro, ut dono certum redderet, ne de promissione du-  
 bios remaneret, vel praeteritum posuit, quia Deus  
 per futurum tam ratum habet quasi iam factum est.  
 Dedi coram te ostium apertum. Quid est ostium apertum  
 nisi verbum liberum? Sicut namque apertam domum in-  
 tramus, ita per verbum liberum praedicatum cor hu-  
 manum penetramus, & hostem, & hospitium antiquum  
 eliminamus, & factorem cordis in ipso habitorem  
 collocamus. Aliter Dedi coram te ostium apertum, id  
 est aperiam tibi intellectum ad scripturarum cog-  
 nitionem, os ad earum praedicationem, cor-  
 da audientium ad fidei susceptionem. Ecce dedi  
 coram te ostium apertum, quod me aperiente  
 nemo potest claudere, quia diuinam sapien-  
 tiam ubi vult operari, nemo potest impedire.  
 Quare autem tantam gratiam dare disponat, il-  
 li consequenter manifestat. Quia modicam ha-  
 bes virtutem, & seruasti verbum meum, & non  
 negasti nomen meum. Donum quippe praedica-  
 tionis superna prouidente gratia largius habere  
 promeruit, eo quod modicam siue in corpore, siue  
 in corde virtutem habuit, & tamen verbum Dei

Quo Chri-  
stus aperit  
cor.

Ag. 4.

Quid sit  
ostium a-  
pertum.

Vel aliter.

A & in actione & in praedicatione seruauit, & no-  
 men eius subintelligitur in angustia persecutionis  
 non negauit. Valde etenim laudabile extitit  
 apud Deum quod per modicam virtutem tanta  
 compleuit, & tanto Saluator sublimius illum et  
 praerogatio laudis exultit, & dono gratiae cumula-  
 uit, quanto propter paruitatem virtutis in eius  
 obsequio difficilius laborauit. Sequitur. *Ecce da-  
 bo tibi de synagoga Sathanae, qui se dicunt Iudaeos  
 esse, & non sunt, sed mentiuntur.* Post promissum  
 donum praedicationis, illi spondet piam victo-  
 riam se donaturum de inimicis. Erant enim sicut  
 ex praesenti epistola potest aestimari Iudaei in  
 Philadelphia, de quorum synagoga quidam epi-  
 scopi praedicationi contradicebant, & eius hu-  
 militatem deridebant, quasi si veram in Deo fi-  
 dem haberet cum signis euidentioribus suum cum  
 esse famulum manifestaret. Qui forsitan mini-  
 me personae eius odio per malitiam, sed legis  
 suae zelo per ignorantiam ad hoc ducebantur.  
 Istos itaque promittit illi ad fidem esse conuertē-  
 dos, & eius magisterio esse subiiciendos. Ait er-  
 go. *Ecce dabo de Synagoga Sathanae, quasi praerogatio  
 sequentibus iungens dicat, quia quae sunt  
 praedicta sunt peregristi, & mihi placita fecisti, &  
 illos qui sunt Sathanae tibi dabo, & apud eos a  
 quibus aduersaris te magnificabo.* Ecce dabo ti-  
 bi de Iudaeis, scilicet qui sunt Sathanae per infi-  
 delitatem, qui se dicunt Iudaeos esse per diuini  
 nominis confessionem, & non sunt per verita-  
 tem, sed mentiuntur per falsitatem. Quomodo  
 autem illi dabit, subiungit, dicens: *Ecce faciam illos,*  
 videlicet tales: *Ut ueniant, & adorent ante pedes  
 tuos.* Faciam ut ueniant ad fidem in me creden-  
 do, & adorent ante pedes tuos se humiliando, te  
 venerando, & se a te baptizari, instrui, & regi sim-  
 pliciter exorando. Sequitur. *Et scient quod ego di-  
 lexi te.* Scient tunc conuersi quod nunc ignorat  
 auersi, scient amici quod ignorant inimici, scient  
 intromissi, quod ignorant extra positi. Scient  
 tunc quod ego dilexi te per veram caritatem,  
 quod tunc ignorant dum te permitto examina-  
 ri per tribulationem, cuius dilectionis causam  
 subdit dicens. Quoniam seruasti verbum pa-  
 tientiae meae, uerbum, id est praerogatio ser-  
 uasti, dum aduersa propter me patienter sus-  
 tinuisti. Propter hanc etiam eandem cau-  
 sam post subiectionem aduersantium illi,  
 suae protectionis in tentatione promittit au-  
 xilium dicens. *Et ego seruabo te ad horam ten-  
 tationis, quae uentura est in orbem uniuersum  
 tentare habitantes in terra.* Seruabo te,  
 non ab hora tentationis, sed a lesione ten-  
 tationis. Seruabo te, non ut tentationem  
 non videas, sed ut tentationi non cedas,  
 non ut eam non sentias, sed ut ei mini-  
 me consentias. Tentationem dicit persecu-  
 tionem, in qua quidam reprobantur, non  
 seruantur. Quae uentura est in orbem uniuersum.  
 Postquam enim sonus Apostolorum

Laudabi-  
le est apud  
Deum per  
modicam vir-  
tutem multa  
implere

Apoc. 3.

Ibidem.

Verbum pa-  
tientiae.

Seruabit il-  
lum quo-  
modo intell-  
ligatur.

Act. 5.

Apoc. 3.

Cur eps co-  
lumnarum co-  
paretur?

Quilibet  
perfectus co-  
lumna.

lorum in omnem terram exiit, statim perfec-  
 cutio per uniuersum orbem ebullit. Tentare  
 habitantes in terra. In caelo quodammodo iam  
 habitant perfecti, qui terrenis & mundo perfe-  
 ctum renunciant, illi sunt probati, isti probandi.  
 Persecutio ergo habitantes in terra, id est pos-  
 sessores terrenorum, vel imperfectos tentat, &  
 utrum vere iusti sint omnibus manifestat. Id-  
 circo namque Diuina disponente prouidentia  
 tentantur, ut quid sit demonstraretur. Nam per-  
 fecti quique si a prauis & ipsi persecutionem  
 sustineant, & sentiant, sunt probati. & iusti esse  
 manifestati. Nec tales persecutio grauat, sed de-  
 lectat, nec ipsa irruente dolet, sed magis gau-  
 dent. Scriptum quippe est. *Ibant Apostoli gau-  
 dentes a conspectu Concilij, quoniam digni habiti  
 sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Hunc er-  
 go episcopum Diuina bonitas propter patien-  
 tiam ab ipso patienter seruatum a uentura per-  
 secutionis tentatione seruandum promittit, non  
 ut cum aliis electis persecutionem non sustine-  
 ret, sed ut sustinendo non deficeret, sed magis  
 proficeret. Hoc est enim seruauit cum aug-  
 mento virtutis, ille qui a culpa custodiri. Sequi-  
 tur. *Ecce uenio cito, tene quod habes, ut nemo ac-  
 cipiat coronam tuam.* Circa finem allocutionis  
 hortatur ad patientiam, ne perdat coronam. Sed  
 quia in tribulatione positus erat, utpote qui in-  
 ter infideles, & in medio nationis prauae & per-  
 uersae manebat, & tentationem esse uenturam au-  
 diebat, recte ne in praesentis deficiat se cito uen-  
 turum, videlicet ad remunerandum denunciat.  
 Ait ergo. *Ecce uenio cito, quasi diceret, uiriliter  
 omnem sustine tribulationem pro me, quia ec-  
 ce uenio cito ad remunerationem.* Tene quod  
 habes, scilicet, & bona opera, & in eis per-  
 seuera, ne si non habueris perseverantiam alius  
 accipiat coronam tuam. Cum enim sit Deo cer-  
 tus suorum numerus, quando alius per culpam  
 labitur, alius per misericordiam subinducitur, ut  
 in loco unde lapsi sunt daemones ascendunt homi-  
 nes, & in cultum diuinum quem Iudaea reli-  
 quit Gentilitas introiit. Sequitur. *Qui uicerit  
 faciam eum columnam in templo meo, & foras  
 non egredietur amplius, & scribam super illum  
 nomen Dei mei, & nomen ciuitatis nouae Hieru-  
 salem quae descendit de caelo a Deo meo, &  
 nomen meum nouum.* Cunctis superius quae  
 ad commendationem episcopi pertinent executis,  
 ad ultimum ponit donum uidentis. *Qui uicerit*  
 (sicut supra expositum est) *faciam illum colum-  
 nam in templo Dei mei, ut sicut columna in ma-  
 teriali templo, ita ipse in spiritali edificio sit fir-  
 mus per fidem, rectus per aequitatem, erectus per  
 intentionem, sublimis per contemplationem, &  
 alios quidem sustentet uerbo consolationis, alios  
 suffragio orationis, alios exemplo actionis. In  
 hoc autem edificio in quo perfecti quilibet  
 sunt columnae, alii sunt columnae lapideae per fir-  
 mitatem credulitatis, alii columnae aeneae per fo-*

rum praedicationis, alii argenteae per eloquen-  
 tiam, alii aureae per sapientiam. Et ne idem uer-  
 bum saepius oporteat exponere, ubique dicit  
 Dei, & adiungit mei, siue aliud huiusmodi, pro-  
 pter humanitatem hoc dicit quia patre minor  
 existit. Et foras non egredietur amplius, id est  
 si in iustitia stare uoluerit, criminaliter amplius  
 non peccabit, nec de consortio iustorum emi-  
 grabit. *Et scribam super eum nomen Dei mei.*  
 Quod dicitur, cito transit, quod scribitur, diu per-  
 manet. Quod ergo dicit, scribam, tantumdem va-  
 let ac si diceret in sempiternum tribuam. Et no-  
 tandum quod dicit super eum, non in eo, quia qui-  
 dem bonum diuinum supra nos apprehendere possu-  
 mus, intra nos autem illud comprehendere non va-  
 leamus. Nomen Dei ergo super electos scribitur,  
 quoniam illud quidem apprehensibile, sed incom-  
 prehensibile bonum quod Deus dicitur & est  
 per naturam, illis esse & dici datur per gratiam,  
 sicut scriptum est. *Ego dixi diis, & filij excelsi  
 si sunt omnes.* Et nomen ciuitatis nouae Hierusa-  
 lem, scilicet scribitur sicut supra dictum est, ut sic  
 & nominetur nomen eius Hierusalem, non in terra  
 in qua non est visio pacis, uera, & quae multum  
 habet adhuc uetustatis, quae non est tota Dei, eo  
 quod multi sunt in ea qui sunt diaboli. Sed illius quae  
 est adhuc ex parte in terris est, tamen sursum  
 est, & caelestis mater nostra est, in qua nulla visio  
 est litis, sed solius pacis, quae nihil habet uetusta-  
 tis, sed totum nouitatis, in qua totum possidet  
 Deus, nihil diabolus. Quae descendit de caelo a  
 Deo meo, quia omne datum optimum, & om-  
 ne donum perfectum de sursum est, quo sancta  
 mater nostra Hierusalem in electis suis ad aeter-  
 nitatem praeparatur, in tempore descendens a  
 patre luminum, ab auctore donorum. Et nomen  
 meum nouum, subauditur scribam super eum, uide-  
 licet Christianitatis quod est totum nouitatis, ni-  
 hil habens uetustatis. Possunt autem cuncta quae  
 in hac promissione continentur, & uicenti pro-  
 mittuntur, non solum in caelo, sed et in mundo ad  
 uicente haberi, & non solum in futuro, sed in  
 praesenti quoque statu ab ipso possideri. *Qui habet  
 aures audiat quid spiritus dicat ecclesijs.* Istud  
 ideo crebro repetitur, ut audientibus arctius com-  
 mendetur. Possumus ergo cuncta quae in hoc  
 sermone continentur generaliter sex distinctio-  
 nibus disponere. Vbi quippe dixit. Scio opera  
 tua, ipsum episcopum laudauit. Vbi subiunxit.  
 Ecce dedi coram te ostium apertum, gratiam illi  
 praedicandi promittit. Vbi ait. Ecce dabo tibi de  
 Synagoga Sathanae, spondit ei infidelium,  
 & aduersantium Iudaeorum conuersionem & sub-  
 iectionem. Vbi addidit. Seruabo te ad horam  
 tentationis, in persecutione protectionem. Vbi  
 adiecit. Ecce uenio cito, tene quod habes, de per-  
 seuerantia intulit admonitionem. Vbi ait tan-  
 dem qui uicerit, faciam illum columnam in  
 templo Dei mei, uicentis remunerationem.

Bonum Di-  
uinum.  
Cur dicat  
super eum  
& non in eo

Pf. 81.

Epilogus.

Apocal. 31

*De Episcopo Laodicea, Cap. XI.*  
**E**t Angelo Laodicea ecclesia scribe. Hæc dicit, amen te sis fidelis, & verus qui est principium creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicitis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Epm Laodicea septimo loco singularum admonitionum, & visionis primæ sacra visio ponit, & eū de tempore, & arrogantia, & iactantia, & penuria virtutum, & operum iustitiæ grauiter reprehendit, admonens ad penitentiam, & penitenti de scelere promittit indulgentiam. Et quoniam iste propter quædam dona, & donorum opera quæ magis patent, sed veræ iustitiæ minus habent, se & à semetipso iustitiam qua vacuus erat habere existimabat, & se diuitiis, & locupletatio ne sãctitatis apud alios magnificabat, rectè Christus à quo de his omnibus redarguitur fidelis, & verus in principio sermonis illi præscribitur, qui non possit mentiri, & principium esse creaturæ Dei denunciatur conuenienter, sine quo iustitia non possit haberi, vt dum fidelem, & verum, & principium boni increpantē se audiret, ad semetipsū citius rediret, & verbis loquentis ex ipsius loquētis cōsideratione fidē adhiberet, & quid esset, vel quid esse deberet perperderet, & se iustitia vacuū esse, & à semetipso hñe nō posse, sed ab eo qui est principium creaturæ Dei, non tñ in rebus creatis per conditionem, sed & in recreatis per redemptionem agnosceret, & sic ageret penitentiam, & consequeretur misericordiam, reciperet gratiam, & ageret iustitiam, merereturq; gloriam. Ait ergo. Hæc dicit amen, id est verè fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei, quasi patenter dicat. Quis, qualis, ac quantus tibi loquatur diligenter ab ipso sermonis exordio attende, & ore veritatis reprehensus te veræ bonitatis inopem esse cognosce, & in principio allocutionis animaduerte te sine illo ditari non posse. Hæc dicit amen, fidelis, & verus, qui in eo quod verè fidelis est, nulla celanda celat, & in eo quod est verus, falsa, & non dicenda nunquam pronunciat. Hæc dicit qui est principium creaturæ Dei. Sine quo si cut non potes habere originem existentia, sic non potes sine ipso habere nec ininitium iustitiæ. Ipse qui est principium creationis, nã ab ipso est esse, & ab ipso bonum esse. Quia igitur fidelis est & verus, te malum esse (quod ipse testatur) veraciter crede, Et quia principium est boni, te ab ipso bonum fieri quod non es simpliciter da posse. Quam aut malus sit manifestat cum dicit. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. In isto nullam iustitiæ laudem, sed statim eum aggreditur per increpationem. Scio opera tua, tantum videlicet cognosco non ap-

A probando sicut quorundam aliorum, sed reprobando. Quia neque frigidus, neque calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere de ore meo. Frigidus esset per infidelitatem, calidus per caritatem. Sed neutrum existens, & inter vtrumque tepidus erat per solam credulitatem. Existimabat namque solam sibi sufficere fidem, non animaduertens necessariam esse caritatem, & caritatis actionem, in sola confidens fidei cognitione, & sacramentorum perceptione. Meliusque illi fuisset in infidelitate permansisse, quam accepta fide tepidè viuere, nec opera fidei exercere, non quod esset hoc bonum, sed quia minus esset malum, & forsitan ad fidem aliquando conuersus citius, ac leuius ad ueram iustitiam consurgeret quam nunquam diu in sola fide per teporem resolutus, & inutilem securitatem deceptus acciperet, inaniter consideret, ac superbiret. Dicit ergo. Vtinam frigidus esses, aut calidus, quasi diceret, vtinam in fide esses sicut esse deberes, quia tunc verè iustus esses, vel saltem adhuc in infidelitate positus esses, quia & propter ignorantiam minus peccatum haberes, & gratia quandoque conuersionis accepta citius ad ueram iustitiam pertingere posses. Quam autem malum ipsius teporem sequatur adiungit dicens. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Notandum quod non dixit euomam, sed incipiam euomere, quia qui per teporem resolutus, non subito, nec ex toto à gratia deseritur, vt raptim ad malum relabatur. Sed gratia deferente, & ipso primum minima, deinde maiora contemnite, paulatim succiditur, & gradatim a summis ad ima descendit, & tandem præcipitantur. ad ima ruit, & pulchrè ad similitudinem tibi dixit: Incipiam te euomere ex ore meo, quia electi quique in fide quasi cibus in stomacho per naturalem calorem decocti per dilectionem membra Christi sunt per ueram iustificationem, & tepidi sine dilectione crudi euomuntur per reprobationem. Quia dicitis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu miser es, & miserabilis, & pauper cæcus, & nudus, ac si diceret: Quia cum sis miser per tui teporis desidiam, & bonorum spiritualium penuriam, te diuitem æstimas, & iactantiam per superbiam, & inanem gloriam merito incipiam te euomere ex ore meo. Nam si tuâ paupertatem cognosceres, & de culpa temetipsum humiliates, diutius ad penitentiam te expectarem, nec de ore meo penitus te euomerem. Diues, & locupletatus idem est, sed ideo dupliciter pronunciat, vt sublimius rerū quantitas attollatur. Dicitis quod sum diues, & locupletatus, siue videlicet per scientiæ cognitionem, siue per scripturæ prædicationem, siue per secularis eloquentiæ nitorem, siue per sacramentorum admi-

Quo frigidus & calidus.

Cur dicat vtinam frigidus vel calidus esses.

Cur non dicit euomam te, sed incipiam euomere.

Quare miser & pauper.

Cur dicat diues & locuples.

Quo pauper.

Quo cæcus.

Quo nudus.

Quid intelgat per aurum ignitum.

Quo emat aurum ignitum.

admiracionem, siue per pontificalis apicis dignitatem, siue per vulgi laudem inanem. Ex huiusmodi quippe bonis in quibus perfecta salus minimè consistit apud se extollebatur, & coram hominibus gloriabatur, quorum bonorum cumulus declaratur cum subditur. Et nullius egeo. Multum enim diues est qui nullius eget. Sed perpendat qui potest quam longe præsul iste à perfecto bono recesserat qui in imperfecto bono perfecte confidebat, qui solummodo quod insufficienti ad salutem habebat contemplabatur, & alterius se non indigere testabatur, qui verè non tantum affectus vapore tepidus, sed & in sensu rationis habes erat, qui hoc sibi sufficere, nec aliud necessarium fore credebat. Vnde rectè subditur. Et nescis quia tu es miser, & miserabilis. Miser in te, miserabilis aliis. Illis namque qui vitam suam subtiliter discutiens te miserum vident miserabilis appares, & de tua miseria compassionem habent. Cuius miseriæ pondus per tria sequentia distinguitur, & pauper, & cæcus, & nudus. Pauper per amissionem caritatis, quia si quis caritate caret pauper est, & si alia bona possidet. Cæcus per amissionem cognitionis, quia qui veritatem cognitionis non habet, nec se sibi vtilia videt. Nudus per amissionem boni operis, quia quem Diabolus bono opere denudat, nequaquam habet unde se coram proximo exornet, aut operiat. Iste ergo miser erat, & miserabilis apparebat, quia virtute caritatis, cognitione veritatis, amictu boni operis amissis, pauper, cæcus remanserat, & nudus. Sequitur. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ, & collirio inunge oculos tuos, vt videas.* Post increpationem adiungit admonitionem, & distinguit hæc tria mutato ordine contra tria quæ superius dixerat. Ibi etenim dicit hunc de quo sermo est esse pauperem, cæcum, & nudum, hic verò suadet illi aurum à se emere, vestimentis albis indui, collirio oculos inungere, quasi diceret, quia pauper es, suadeo tibi à me aurum emere, vt diceris, & quia nudus es, suadeo vt vestimentis albis induaris, vt operiaris, & orneris, & quia cæcus es, per meam suasionem collirio oculos tuos inunge, vt possis recta videre. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. Quid per aurum ignitum rectius designatur quam caritas, quæ vt aurum per claritatem fulget, & vt ignis per dilectionem feruet, quæ quoque in electis in fornace tribulationis iudicium subit examinationis? Dicit ergo. Suadeo tibi à me emere aurum, idest caritatem, vt te intimo splendoris fulgidam, feruore dilectionis ignitam, in electis meis per fornacem tribulationis probatam. Eme impensis orationis, a me, a quo sunt certa bona spiritualis gratiæ, vt locuples fias. Quamdiu namque sine caritate fue-

ris, ceteris bonis ditari non poteris, sed sine ipsa semper pauper eris. Vestimentis verò albis induitur quisquis operibus mundis extrinsecus circumdatur, & ornatur. Et bene post aurum de vestimentis subiunxit, quia caritas prior est, & de caritate omnis actio bona procedit. Vnde non appareat confusio nuditatis tuæ. Quem mirum bona actio non tegit, hunc sua nuditas apud alios confundit, quia in hoc coram aliis habet confusioem quod amisit bonam actionem. Rectè igitur iste qui bona opera non habebat ad monetur vt vestimentis albis, idest operibus mundis induatur, vt per hoc eius nuditas contegatur, ne amplius apud intuentes de nuditate sua, idest de bonorum operum amissione confundatur. Et collirio inunge oculos, quid rectius accipimus per collirium quam eloquium Diuinum? Et quid aptius intelligimus per oculos, quam spiritales sensus nostros? Quemadmodum enim collirio oculos sanamus, ita sacro eloquio sensus nostros illuminamus. Inunge collirio oculos tuos vt videas, id est scrutare scripturam vt veritatem cognoscas. Præceptum enim Domini lucidum illuminans oculos, idest sensus nostros. Collirium per amaritudinem suam, oculos, idest sensus nostros purgat, præceptum Domini per terrorem suum sensus elucidat, collirio clarificatur oculi ad videndum Solē, præcepto domini sensus ad diuinam contemplationem. Aliter. Collirium spiritale donum quo quando sensus nostri per ignorantiam prius clausi liniuntur, ad supernæ claritatis fulgorem intuemum aperiuntur. Aliter. Collirium est amaritudo penitentia quæ per compunctionem clarificat sensus cordis, sicut collirium per effusionem lacrimarum oculos carnis. Quemadmodū ergo qui collirio inungit oculos recipit visum, ita qui aliquod istorum sensibus cordis adhibet, recipit intellectum. Sequitur. Ego quos amo arguo, & castigo, & emulare ergo & penitentiam age, vt ad id quod suadet perducatur, cum ipsa admonitione proponit ei electos suos quos amat, quod eos arguit, & castigat, vt eorum in diuino flagello tolerantiam videat, & ad agenda penitentiam minime torpescat. Dicit ergo. *Ego quos amo, arguo, & castigo. Emulare ergo, & penitentiam age: quasi diceret, si suasio præmissa te de torpore ac tepore tuo non potest excitare, illos quos amo me verbis arguere, & flagellis castigare, illosque dicta & flagella tolerare diligenter animaduerte, & ab illis exemplum sume, & emulare in bono illos, idest emulando imitare, & tribulationem quæ in agenda penitentia sustinetur noli formidare. Vnde si tibi non sufficit verbum admonitionis, addatur verborum exemplum imitationis. Sequitur. *Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem, & aperuerit ianuam intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.* Post admonitionem penitentia, ad ipsam roba-*

Quis dicitur indui vestimentis albis.

Quare post aurum de vestimentis fiat sermo.

Quid sit collirio vt gere oculos.

Vel aliter.

Quid sit collirium.

A. p. c. 3.



Quo ad ostium stat Christus.

Cur non dicit prandebo, sed cenabo.

Epilogus.

Quid significat haec septem ciuitates.

roborendum ei proponit fiduciam indulgentia. A  
 Ecce sto ad ostium & pulso, ac si diceret. Noli  
 diffidere quia paratus sum per misericordiam  
 ad te intrare, ut simus ambo sicut esse debemus  
 in vna dilectione. Quod enim indifferenter  
 promitto, non denego. Ecce sto, paratus  
 quasi ad intrandum, ad ostium, id est ad cordis  
 introitum, & pulso per praedicationis verbum.  
 Si quis audierit vocem meam, & aperuerit, id  
 est receperit praedicationem meam, & aperuerit  
 mihi ianuam per veram fidem, introibo ad illum  
 per gratia spiritualis infusionem, & cenabo cum  
 illo, per eius iustificationem, & ipse mecum, per  
 bonae conscientiae iucunditatem, per augmentum  
 quoque gratiae, & spem futurae gloriae.  
 Et notandum quod dicit si quis, quia pauci sunt  
 qui obediunt vocem suam audiunt, & cordis  
 ostium illi aperient. Nec dicit prandebo, sed cenabo,  
 ut videlicet eius bonum quod in mundo  
 incipitur per caritatem, in caelo perficiatur per  
 beatitudinem, & semper perseverare ostendatur  
 per aeternitatem, nec aliud succedere per alicuius  
 temporis mutabilitatem. Sequitur. *Qui vicerit,*  
*dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici,*  
*& sedeo cum patre meo in throno eius.*  
 Omnibus quae ad episcopum pertinebant ordinatis,  
 sicut & in aliis capitulis subiungit munus  
 vincentis, confessum videlicet Regni spiritualis  
 atque caelestis, & ponit suam victoriam, atque  
 confessum in throno patris pugnatibus in  
 exemplum, ut festinent ad praemium. *Qui habet*  
*aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis:* Quid  
 Deus promittat sanctis congregationibus. Cum  
 sta quoque quae in hoc capitulo continentur  
 quattuor generaliter diuisionibus discernere possumus.  
 Vbi quippe dicit: Scio opera tua, quia neque  
 frigidus es, redarguit ipsius pontificis teporem.  
 Vbi ait, *Suadeo tibi a me emere aurum,* admonuit  
 eum ad emendationem. Vbi adiecit: *Sto ad ostium,*  
 & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit  
 mihi introibo ad illum, & cenabo cum illo, poenitenti  
 proposuit fiduciam suae misericordiae. Vbi tandem  
 intulit: *Qui vicerit, faciam illum sedere in throno meo,*  
 promissit vincenti confessum Regni spiritualis, atque  
 caelestis. Et ut omnia quae in hac prima visione  
 continentur ad euidentiam per recordationem recapitulemus,  
 primum posuit auctorem titulum libri, & ecclesiarum  
 salutationem. Deinde apparentem sibi descripsit  
 filii hominis similitudinem. Tertio loco ad singulares  
 singulis episcopis sanctas admonitiones descendit.  
 Et episcopum Ephesi, & Episcopum Pergami, & Episcopum  
 Thyatirae. Episcopum vero primum de bono laudauit,  
 deinde de malo redarguit. Episcopum Smyrnae &  
 Episcopum Philadelphae de iustitia tantum laudauit,  
 Episcopum vero Sardis, & Laodiceae tantum de malo increpauit.  
 Si quis interpretationes nominum septem ciuitatum

quae in hac visione continentur voluerit inuestigare,  
 videbit actus rerum, & interpretationes nominum  
 rationabiliter, ac mirabiliter concordare. Ephesus in  
 terpretatur lapsus, siue consilium, quae utraque  
 interpretatio pontifici ciuitatis, & eius actibus  
 rectissime consonat, qui primam caritatem relin  
 quendo ad minoracionem virtutis lapsus erat,  
 & cui diuina admonitio consilium praebet, ut  
 prima opera faciendo, ad primum gradum iterum  
 ascendat. Smyrna interpretatur canticum, quae  
 interpretatio eius bene conuenit Episcopo, quem  
 diuina reuelatio de negligentia irreprehensibilem  
 iudicans etiam laudibus attollit. Pergamus  
 interpretatur diuisio cornuum, quod ipse episcopo  
 optime concordat, quem sermo diuinus commune,  
 ut Nicolaitarum superba cornua rigore iustitiae  
 dissipet, ac diuidat. Thyatira, illuminata, vel  
 viuens hostia interpretatur, quod utrumque ab  
 eius episcopo minime dissidet qui per doctrinam  
 spiritalem illuminatur, & ut fornicarios corpora  
 sua hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem  
 doceat exhibere, per reprehensionem subtiliter  
 admonetur. Sardis interpretatur principium  
 pulchritudinis, quod nequaquam a vita Pontificis  
 discrepat, qui inchoatiua solummodo bona, &  
 nomen solummodo, non rem habebat sanctitatis.  
 Philadelpha interpretatur amor fratris, vel saluans  
 hereditatem, quod utrumque eius episcopo, & eius  
 conuersationi congruit, qui per amorem fratrum  
 ad conuertendum electos, qui hereditas domini  
 in praedicationem viriliter laborauit. Laodicea  
 interpretatur vomitus, quod ipsius praesuli  
 aptissime congruit, quia illum propter suum  
 teporem, nisi poeniteret ipse redemptor incipere  
 euomere ex ore suo disponebat. Sic non solum  
 ex gestis rerum, sed etiam ex interpretationibus  
 nominum diligens sacrae paginae scrutator potest  
 inuenire, vnde ad lucem scientiae valeat peruenire.  
 Huc usque de prima visione libri huius non sicut  
 debuimus, sed sicut potuimus locuti, stilum  
 ponimus, ut ocio recreati ad secundam ingrediendam  
 illum alacrius resumamus.

Quid significet Ephesus.

Quid Smyrna.


Quid Pergamus.

Thyatira.

Sardis.

Philadelpha.

Laodicea.



LIBER

**L I B E R**  
**S E C V N D V S**  
**D E V I S I O N E**  
**S E C V N D A .**  
**P R O L O G V S .**

**D**eus summe bonus a quo bona cuncta procedunt, quae in subiectam creaturam varie & multipliciter descendunt, a quo cuncta habent, non solum quod sunt per existentiam, sed etiam quod bona sunt quantum ad naturam. A quo creatura rationalis singulariter possidet, quae recta est per iustitiam, ipse spiritualis sapientiae gratiam suis multis modis distribuit in diuersitate & cursu temporis ut eos congreget ad unum statum aeternitatis. Mens nimirum humana quae multiplici rerum visibilium concupiscentia excacatur, ad spiritualium bonorum simplicem contemplationem difficile renouatur, nisi diuersitate doctrinae coelestis, & lectionis varietate doceatur. Quapropter non solum vniuersitas sacrae scripturae per diuersos codices perpulchrae distinguitur, sed vnus idemque liber diuersarum significationum diuisione distinguitur, ut mens per diuersa & falsa bona distracta diuersis sacrae paginae lectionibus illuminata, ad illius veri boni visionem, & amorem reducat. Vnde & sacra Apocalypsim ista per diuersas visiones dirimitur, ut diligens lector eius per maiorem exercitationem roboretur, & ad eiusdem boni cognitionem, & appetitum erigatur. Sciendum est tamen quod non omnes aequaliter erudiant, & quod coelestium sacramentorum arcana differenter contineant. Prima quippe qui ceteras praecedit visiones maiora & planiora quam reliqua (quamuis & ipsa magna sint) continet documenta, utpote quae ad vnus regionis videlicet Asiae specialiter missa est correptionem. Ista vero quae sequuntur longe maiora, obscuriora, & sublimiora continent sacramenta, sicut quae ad vniuersam generaliter ecclesiae pertinent eruditionem. Vnde in huius sanctae visionis ingressu sancto Theologo recte dicitur. *Ascende huc, & ostendam tibi quae oportet fieri post haec.* In imo namque positi minora perspicue cernimus. Sed in altum ascendimus, ut maiora videamus. Liquet igitur ex eo quod dicitur. *Ascende, excellentiora esse ea quae visurus erat quam ea quae viderat.* Aggit autem ista visio sicut supra praebatum est de sedente in throno. De libro septem sigillis signato, & de agno librum aperiente. Describit etiam multiplices sanctae ecclesiae ab inchoatione gra-

Nota.

tiq, usque in finem tribulationes, & sequentes beatitudinis retributiones, ut electi ex auditu tribulationum contra eas premuniantur, & ex promissione retributionum robustiores efficiantur.

*De sedente in throno, et ornatu eius, quantum ad textum capitulum IIII.*

C A P. P R I M V M.

**O**st hac vidi, et ecce ostium apertum in caelo, et vox prima quam audiui tanquam tubae loquentis mecum, dicens. *Ascende huc, et ostendam tibi quae oportet fieri post haec.* Postquam primae visionis descripsit sacramenta, in secundae visionis sacramentis procedit. Post haec, post ordine videndi, non mutatione dicendi. Haec videlicet quae in prima visione continentur, vidi, id est intellexi, & ecce ostium apertum in caelo. Caelum est sancta Ecclesia quae sicut caelum per caelestem conuersationem est exaltata per fidei firmitatem, & constantiam solidata, corporali mansione usque ad terminos terrae, & spirituali dilectione ad amicos & inimicos circumquaque dilatata, solis iustitiae qui eam illustrat claritate, & iustitiae diuinitus sibi collatae splendore, & sanctorum Doctorum atque perfectorum virorum praecleara actione quasi lumine solis & lunae, siue innumerabilium stellarum lucidissima quae etiam diuina mysteria reprobis prudenter caelat quae iustis clare manifestat. Item caelum est, quia terrena sub se iam longe deseruit, & per fidem, spem, & caritatem caelestibus sublimiter inhaeret. Ostium est sacra scriptura cuius doctrina & praedicatione omnis electus eruditur, & per ea quae sit credendum edoctus, sanctam ecclesiam ingreditur. Istud ostium eloquium scilicet sacrum reprobis semper est clausum. Sed ab electis videtur, & intratur quia apertum. Vnde & nunc recte a sancto Theologo dicitur. *Vidi ostium, non clausum, sed apertum in caelo.* Ostium quippe apertum in caelo conspicit quisquis sacram scripturam secundum rectitudinem fidei intelligens aditum in sanctam ecclesiam hanc cognoscit. Et vox prima quam audiui tanquam tubae loquentis mecum dicens. *Voces sunt diuinae admonitiones, inter quas est ordine prima doctrina prophetica.* Lex etenim in eo mutata fuit, quia temporalia bona non caelestia promissit. Vnde scriptum est: *Dum medium, id est summum, & perfectum silentium tenerent omnia, scilicet lex & natura, quia in hoc filebant quae vera bona nec promittebant, nec exhibebant, Omnipotens sermo tuus Domine a regibus sedibus venit.* Primum Prophetas ad praedicanda spiritualia, ac caelestia aspirando. Deinde ad ea exhibenda semetipsum in carne manifestando. Vox ergo prophetica de internis & aeternis bonis prima sonuit, quia illa nobis sua praedicatione pri-

Quid per caelum intelligatur.

Quid per ostium.

Ostium apertum quis videat.

Quid per voces intelligendum.

Sap. 18. Quid sit, dum medium silentium tenerent oia.

Vox prophetica.



Vox Evangelica.

ne primo manifestavit, & ad illa quærenda primo inuitavit. Ipsa legem spiritualiter intelligendam, & seruandam esse prima docuit, & temporale ac transitorium esse bonum quod per litteram promittebat, & conferebat. Sed spirituale & æternum fore quod myllicè significabat luce clarius demonstravit. Ipsa itaque ordine quidè prima est, non dignitate, quia vox Evangelica siue Apostolica tanto eam dignitate præcedunt quanto supernæ plenitudinis bonum euidentiùs ostendunt, quæ & ipse toties in cælo, scilicet in ecclesia sonant, quoties ad cælestis beatitudinis suauitatem nos inuitant. Vox prima, idest prophetica doctrina, tanquam tubæ loquentis esse describitur, quia spiritalem militiam sono suo contra hostes ad bellum fortiter exhortatur. Tanquam tuba sonat, quia grandia sunt propter quæ nos, admonendo clamat. Quid autem sancto Theologo dicat, declaratur cum subditur, Ascende huc, quasi diceret in præcedenti visione quæuis inferius constitutus, vidisti magna, sed modo intellectu & deuotione ascende huc, quia visurus es maiora. Ibi vidisti statum septem ecclesiarum Asia. Videbis hic statum vniuersalis ecclesie. Et ostendam tibi in breui, videlicet reuelationis demonstratione, quæ oportet fieri, siue in tempore agenda, siue in æternitate. Sciendum verò est in eo quod dicit ostendam tibi quæ oportet fieri, non quod iam non essent denegatur, sed quod deinceps mansura essent declaratur. Dignitas enim sanctæ ecclesie exaltata erat, quoniam Sanctus Ioannes ista cernebat. Quæ ergo dicit oportere fieri quæ iam erant præterita, utpote in eodem statu quo cæperunt permansura. Sequitur. *Et statim fui in spiritu & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardini, & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine.* In primâ visione dicit se in spiritu fuisse, & ea quæ in ipsa visione contingunt vidisse. Vtrum autem post contemplationem primæ visionis in ipso spiritu exierit, & aliquo spatio temporis in semetipso fuerit, & sic denuo ad secundam contemplandam conscenderit, aut quod verisimilius est, & rectius credendum quod videlicet in spiritu constiterit forsitan queri potest. Mihi verò verisimum videtur cum in spiritali visione perseverasse semper nec à principio reuelationis vsque ad finem omnium visionum eum vnquam descendisse. Sed verum sic extiterit, vel non, incertum est: omnino tamen probabile videtur (sicut supra monstratum est) eum sublimius dono spiritus fuisse subleuatum ad contemplationem eorum quæ succedunt, quam fuit ad illorum visionem quæ præcedunt. Dicit ergo iterum in initio huius visionis. Statim fui in spiritu, ut subintelligatur valde excellentius quam sui prius. In eo autem quod statim dicit, animaduertendam & admittendam simul esse sancti spiritus cooperante gratia velocitatem, atque suam obedientiam imitandam significauit. Quæ

Dubium.

Solutio.

denique mirabilia & quam cælestia Christi & ecclesie sacramenta deinceps uiderit, in sequentibus declarat. Et ecce sedes posita erat in cælo. Sedes summæ & incomprehensibilis ac Diuinæ Maiestatis in cælo posita, sunt sancti Angeli, perfecti Doctores, & Prælati per diuinam prouidentiam positi & ordinati in sancta ecclesia. In quibus Deus principaliter residendo regnat, & per quos alios minores iustè & pie gubernat, qui eo apud Deum merito sunt sublimiores, & apud homines honore digniores, quod eos sibi thronos facere, & in eis dignatur specialiter quiescere, & eorum magisterio ceteros iudicare. Et supra sedem sedens, subauditur erat. Qui Deus supra sedem bene sedet, qui per suam Diuinitatis potentiam omnibus creaturis eminet. Rectè nimirum supra sedem memoratur qui omnibus maiestatis dignitate dominatur, qui cuncta sub se sua uirtute continet, merito supra sedet. Cuius quoque quanta sit, qualisq; gloria fuerit, non illa ita qua naturaliter æternaliter incomprehensibilis ineffabiliter subsistit, sed illa in qua ad horam figuratè sancto Ioanni apparuit manifeste declaratur cum subditur. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & Sardini. Similis erat aspectui lapidis qui firmus in semetipso perseuerat per suam naturam immutabilitatis. Similis erat aspectui lapidis, quia & inseparabiliter & firmiter omnia regit per potentiam propriæ uirtutis. Similis erat aspectui lapidis, quia & in se soliditatem habet immortalitatis, & suis hanc habere tribuit dono gratiæ spiritualis. Aliter. Similis erat aspectui lapidis, quia duritiam confringit humani cordis. Aliter. Similis erat aspectui lapidis, quia suis electis firmum ac stabile fundamentum est iustificationis. Aliter. Similis erat aspectui lapidis, quia & erga bonos, & erga malos firmiter seruat ueritatem suæ locutionis. Iaspidis, & Sardini, isti duo lapides preciosi, duos & diuersos habent colores. Primus virescit, secundus rubet. Viror significat immarcescibilitatem æternitatis, rubor ignem damnationis. Apparet ergo per rerum uisibilibus similitudines Diuinæ gloria maiestatis. Similis aspectui lapidis iaspidis, & Sardini perhibetur, & quia firmiter & inconcusè, & electis promittit æternitatem, & reprobis minatur damnationem. Electos per promissum uirorem nunquam marcescentem æternitatis demulcet. Reprobos per minarum ruborem ignis semper ardetis terret. Quod ergo dicit. Similis erat aspectui lapidis, æqualiter spectat, & ad bonos & ad malos. Quod dicitur Iaspidis, ad solos bonos. Quod dicitur Sardini, ad solos malos. Redemptor eternum noster similis est aspectui lapidis conferuando firmitatem, & erga bonos & erga malos uerbi sui caritatem. Iaspidis, promittendo bonis æternitatem, Sardini, malis comminando damnationem. Et ut talem credamus esse iudicando, qualem audiuius in sacro eloquio, apte subditur. Et Iris erat in circuitu sedis similis visioni Smaragdine.

Quæ sint sedes posite.

Cur Iris similis dicitur visioni Smaragdine.

Cur dicitur Iris tam in circuitu sedis.

Quid sedilia significant. Viginti quatuor seniores.

Cur similis aspectui lapidis.

Quid per istos duos lapides significetur.

Electos mulcet, & reprobos terret.

Quid significet Iris.

ragdinæ. Iris namque significat iudicium, eo quod in eo continet iudicii signum. Smaragdus uero virescit & rubet. Iris itaque in circuitu apparens iudicium maiestatis esse describitur, quia hinc inde à dextris, & à sinistris, idest bonis & malis iusto iudice iudicante debita merces donatur. Sed Iris similis visioni smaragdine dicitur, quia bonis & malis diuino iudicio examinatis iusti introducuntur ad pascua uirentis æternitatis. Mali traduntur in ignem rubentis conflagrationis. Qualis ergo prædicatur in sacro eloquio, talis existit in iudicando. Et notandum quod non tam in circuitu sedentis quam sedis iris esse dicitur, quia perfectiorum est in quibus Deus residendo regnat, & minores gubernat, nunc ipsum iudicium prædicare uideat, ut mereatur in fine sedendo mundum iudicare. Quod autem cum ipso sedebunt, & iudicandos iudicabunt aperte monstratur cum subditur. *Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super idest super sedilia viginti quatuor seniores sedentes circummansi stolis albis, & in capitibus eorum corona aurea.* Sedilia sunt merita. Vnusquisque enim perfectus sedem hæt in iudicio secundum quod meretur in mundo. Viginti quatuor seniores sunt omnes ueteris & noui testamenti sancti & perfecti Doctores, qui pariter rectè sub tali numero comprehenduntur propter duodecim Patriarcharum prærogatiuam, & propter auctoritatem, & dignitatem Apostolicam, qui nimirum perfecti super sedilia singula sedere dicuntur, quia & in præfenti ecclesia quamdiu præfens uita agit, & in ultimo iudicio secundum sua merita sedem iudicandi cum iudice ipso disponente sortiuntur. Aptè ergo superius, ubi ait. Iris erat in circuitu sedis, de iudicio mentionem fecit, hic ubi dixi viginti quatuor seniores super thronos sedere, de perfectis cum domino diuina iudicia exercentibus subiunxit. Sed ne scrupulum generet quod superius quosque perfectos cum Angelis electis sedere diximus, & hic eosdem scilicet perfectos homines in circuitu sedis sedentes exponimus, possumus ad commoditatem in præfenti loco parumper sine peruersitate intellectum uertere, ut dicamus quod hic per sedem Dei principaliter Angeli (utpote in quibus Deus excellentius ualde quàm in hominibus residet, & per quos sublimius, & forsitan crebrius quam per homines sua iudicia exercet) debent intelligi, & in ipsis scilicet Angelis beatis singularibus, & in familiaribus diuinitati intrinsecus subiectis, & uelut in medio dignitate positis, homines perfectos (quamuis & ipsi secundum primam & superiorem expositionem sint sedes Dei) quasi minores & in diuino ministerio Angelis remotiores extrinsecus adiunctos per circuitum sedentis debere in hoc loco describi, ut superius probatum est, quod sunt sedes Dei, quia in ipsis Deus residendo non tantum ipsos, sed minores per ipsos regit. Ita hic demonstratur per hoc quod in eo super singula sedilia sedere dicuntur quod eos se-

cum super alios iudices facit. Sancti igitur perfecti Doctores atque prælati sedes sunt Dei, quia subiecti sunt summæ diuinitati, & tamen in circuitu sedis sunt, quia Angeli qui sunt intrinsecus & inuisibiliter Deo subiecti, & principaliter sunt sedes Dei creduntur in ministerio conuincti ut super sedilia iuxta iudicem sedeant per auctoritatem & dignitatem magisterii. Seniores sunt propter grauitatem maturitatis, amicti stolis albis, propter munditiam castitatis, atque boni operis, & spe immortalitatis. In capitibus habent coronas in mundo sperando, in cælo possidendo gloriam, decorem, & infinalitatem regni cælestis; aureas, propter fulgorem contemplationis diuinæ. Quod autem Iris, siue seniores per prædictæ sedis describuntur esse circuitum, significat diuinum iudicium continè exercendum, & eos qui illud debent exercere qualiter sit agendum imprætermisere debere considerare. Quod uero Iris primum per circuitum sedis Dei esse describitur, ac deinde seniores per eiusdem sedis circuitum esse memoratur, exprimit ipsos seniores supernum iudicium quod inter se & Deum audiunt describi semper debere pertimescere, & ipsum semper attendendo semetipsos districtè iudicare, & formam alios iudicandi sumere debere. Sequitur. *Et de throno procedunt fulgura, uoces, & tonitrua.* De throno, idest de sede Dei uidelicet de perfecte iustis, in quibus Deus residet per quos alios regit. Fulgura significant miraculorum claritatem longe lateque coruscantem. Voces expriment temperatas admonitiones mediocriter audientibus sonantes. Tonitrua duras & terribiles de penis reproborum comminationes. De throno ergo Dei fulgura, & uoces, & tonitrua procedere memorantur, quia perfecti quoque miraculis coruscant, uocibus prædicant, minis terribiliter sonant. Fulgura procedunt quando per eos cæci illuminantur, leprosi mundantur, mortui suscitantur. Voces procedunt quæ dicunt. Obsecramus vos ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile sine obsequium uestrum. Tonitrua procedunt quando terribiliter reprobis minantur quod sine ulla miseratione peribunt. Sequitur. *Et septem lampades ardentes ante thronum, subauditur sunt: Quæ sunt septem spiritus Dei, idest septiformis spiritus sancti illustrationes. Septem lampades ardentes ante thronum Dei sunt, quia perfecti septiformis spiritus illustrationibus semper intendunt, & per illuminationem ipsius quæ sunt utilia luce clarius cognoscunt. Qui scilicet Spiritus sanctus per lampades ardentes figuratur, quia ad agnitionem illuminat, & ad amorem inflammat omnes quos illustrat. Qui etiam per hoc septempliciter lucet quod septem spiritualia dona suis præbet, ante eos lucet quando uiam iustitiæ docet. Sequitur: *Et in conspectu sedis tanquam mare uireum simile cristallo.* Per*

Quare Seniores. Cur amicti stolis albis.

Quid fulgura significant.

Quid tonitrua.

Rom. 12.

Quæ sint septem lampades.

Quid per mare vitreum intelligimus baptismum. Bap-  
tismus namque tamquam mare, quia in ipso a-  
maritudo remittitur iniquitatis. Vitreum, quia  
in ipso puritas & claritas confertur. Diuinæ co-  
gnitionis: quod bene simile cristallo dicitur, quia  
per ipsum omnis electus ad splendorem & firmi-  
tatem iustitiæ confirmatur. Quod rectè quoque  
in conspectu sedis esse perhibetur, quia perfecti  
(sicut saepe dictum est) sedes sunt Dei, eius virtu-  
tem perfectè intelligunt, & per ipsum non nisi  
dignos & idoneos introducunt. Sed vt in breui  
colligamus cuncta quæ dicta sunt: Ostrum aper-  
tum, est sacra scriptura, cælum, sancta ecclesia: B  
vox prima, doctrina prophetica: sedes Dei, An-  
geli & Sancti perfecti. Qui Deus similis est la-  
pidi, propter firmitatem veritatis: Iaspidis, pro-  
pter promissionem æternitatis: Sardini, pro com-  
minationem damnationis. Et Iris qui continet  
iudicii signum, iudicium diuinum. Viginti qua-  
tuor Seniores, veteris & noui testamenti prædi-  
catores. Sedilia significant magisteria, siue meri-  
ta: coronæ, præmia: fulgura, miracula: voces, ad-  
monitiones: tonitrua, comminationes. Septem  
lampades ardentes, gratiæ septiformis illumina-  
tiones: mare vitreum idest baptismus, propter a-  
mare iniquitatis remissionem: vitreum, per pu-  
ram diuinitatis cognitionem. Simile cristallo, per  
splendidam iustitiæ firmitatem. Ante sedem Dei,  
idest ante perfectos qui per considerationem &  
intelligentiam spiritalem dignos diuidunt ab in-  
dignis. Nam perfecti ante se habent mare vi-  
treum, dum diligenter & spiritaliter attendunt  
& intelligunt baptismi sacramentum: & indignos  
ab eius ingressu caute repellunt. dignos miseri-  
corditer introducunt.

De quatuor animalibus. Cap. II.

Apoc. 4. **E**T in medio sedis, & in circuitu sedis quattuor  
animalia plena oculis ante & retro. Diuinæ  
visionis mirabile Sacramentum sacra prophetia  
variè describit, & cœlestis boni pulchritudinem  
multiformiter nobis ostendit. In superiori nam-  
que capitulo rerum visibilium & corporalium  
qualitatibus mirabiliter & pulchre de sedente in  
throno & eius ornatu compositis profunditatè  
ipsius mysticè legentibus reuelauit. In isto verò  
per quattuor. Euangelistarum typicam descri-  
ptionem eius excellentiam sublimiter, & subtili-  
ter adhuc aperit. Per quattuor enim animalia in  
hac visione descripta, sicut crebra patrum & san-  
ctorum Doctorum traditio docet, quattuor Euā-  
gelista figurantur, quæ de circo animalibus non  
inconuenienter comparantur, quod eorum ver-  
bo & exemplo omnes iusti ad cœlestium vitam  
capefendam animantur, qui etiam ideo quater-  
nario debuerunt præsignari, quod eorum quat-  
tuor Euangelistarum prædicanda erant per qua-  
tuor partes mundi. In medio sedis, & in circuitu  
sedis quattuor animalia. In medio sedis, idest per-

fectorum Prædicatorum, quattuor animalia, fan-  
cti scilicet Euangelistæ sunt velut sustentatores.  
In circuitu velut defensores. Vel in medio sedis  
sunt, quia perfecti quique ipsis quasi in medio  
positis intendunt, dum Euangelicæ sapientiæ le-  
ctionibus vnanimiter vacant. In circuitu sunt,  
quia quæ legendo siue meditando intus didice-  
runt foris circumquaq; prædicant. Quasi etenim  
in medio sunt, quando ab omnibus eorum scri-  
pta discuntur. In circuitu sunt quando circum-  
quaque dicuntur. Plena oculis ante & retro: ple-  
na sunt sancta animalia oculis per plenam con-  
templationem boni cœlestis. Ante per cognitio-  
nem futurorum, retro per cognitionem præteri-  
torum. Et animal primum simile Leoni, & secun-  
dum animal simile vitulo, & tertium animal ha-  
bens faciem quasi hominis, et quartum animal si-  
mile Aquilæ volanti. Primum animal Marcus, se-  
cundum Lucas, tertium Matthæus, quartum Ioā-  
nes. Primum animal idest Marcus simile est Leo-  
ni, quia in principio sui Euangelii ait, vox clamā-  
tis in deserto, per quod significatur Leo, cuius  
natura dicitur quod mortuus nascitur, sed rugi-  
tu patris die tertia suscitatur. Sic Christus post-  
quam pro humano genere mortem gustauit præ-  
cepto patris, die tertia resurrexit. Recte ergo  
Marcus describitur similis Leoni, quia sic suum  
Euāgelium incepit, vt intelligatur exprimere my-  
sterium resurrectionis Christi. Et notandum quod  
Ezechiel Propheta qui quattuor Euāgelistas per  
hæc eadem animalia descripsit, primum faciem  
hominis quæ figurat incarnationem posuit, quia  
adhuc longe futura erant quæ vidit. Ioannes ve-  
ro qui post ipsam sacramentorum contemplatio-  
nem eos figuratiter contemplatus est, similitudi-  
nem Leonis, per quam resurrectio significatur  
primam conspexisse perhibetur, ad maiorem vi-  
delicet Christianæ fidei iam exhibitæ confirma-  
tionem, quia totum nostræ fidei & spei funda-  
mentum maximè virtuti resurrectionis innititur.  
Et secundum animal simile vitulo. Ezechiel post  
faciem hominis posuit faciem Leonis, propter  
quod vtrasque à dextris videt, quæ idcirco à dex-  
tris esse visæ sunt, quia incarnatio, & resurre-  
ctio electos lætificauerunt. Deinde faciem vitu-  
li, siue bouis ponit, quam etiam à sinistris descri-  
bit, quæ facies apte à sinistris fuit, quia passio  
Christi quæ per eam figuratur discipulos contri-  
stauit. Sed Beatus Ioannes hunc ordinem mini-  
mè seruaui, quia de hæc lætitia siue tristitia hoc  
in loco nihil insinuaui. Secundum itaque ani-  
mal, idest Lucas simile est vitulo; quia Lucas in  
principio Euangelii sui de Zacharia sacerdote,  
cuius officium erat vitulum offerre mentionem  
fecit, per quod passionē Christi designauit. Qui  
quodam prærogatiua ante Matthæum in sacra  
visione ponitur, quia in passione precium nostræ  
redemptionis continetur. Nihil enim nobis nasci pro-  
fuit, nisi redimi profuisset. Et tertium animal ha-  
bens faciem quasi hominis. Tertium animal, idest  
Mat-

In circuitu sedis.

Cur plenā perhibeant animalia illa oculis, ante & retro.

Cur Diuus Marcus leonia similis.

Cur a dextris.

Cur B. Lucas vitulo similis.

Et cur ante Diuū Matthæum in visione ponatur.

Matthæus quasi faciem hominis habuit, quia ip-  
se in principio Euangelii sui dixit, liber genera-  
tionis Iesu Christi, per quod incarnationem ver-  
bi non figuratiter significauit, sed patenter enar-  
rauit. Sed diligenter est attendendum, quod non ait,  
habens faciem hominis, sed faciem quasi homi-  
nis. Homo in sacra scriptura diuersis modis intel-  
ligitur, aliquando dicitur homo secundum ethi-  
mologiam nominis, aliquando secundum digni-  
tatem conditionis, aliquando secundum affectū,  
vel effectum iniquitatis, aliquando secundum ty-  
pum significationis, aliquando secundum defe-  
ctum fragilitatis, aliquando secundum rectitudi-  
nem æquitatis. Secundum ethimologiam nomi-  
nis homo dicitur, quando sic dicitur, eo quod sit ab  
humo declaratur, secundum dignitatem condi-  
tionis, vt vbi ad imaginem & similitudinem Dei  
conditus legitur, secundum affectum vel effectū  
iniquitatis, vt vbi per Apostolum delinquentib.  
dicitur: Cum sit inter vos zelus & contentio, non-  
ne homines estis. Homines estis, idest mali, & ini-  
qui estis. Secundum typum significationis in E-  
uangelio vbi malus homo dicitur. super bonum  
semen seminasse zizaniam. Quem enim rectius  
secundum typum significationis hunc hominē  
esse dicimus quam diabolum, qui ad similitudi-  
nem hominis zizaniam super bonum semen se-  
minauit, postquam verbum super corda homi-  
num seminatam cognouit, quibusdam diuersam  
hæresin, & vitiorum semina iniecit. Secundum  
defectum fragilitatis vt per Hieremiam dicitur.  
Ierem. 17. **Maledictus homo qui confidit in homine.** In homi-  
ne, idest fragili, & tam leuiter & cito deficiente.  
Secundum rectitudinem æquitatis, vt ibi per Sa-  
lomonem dicitur: **Deum time, & mandata eius**  
**obserua, hoc est omnis homo.** Quisquis enim Deū  
timet, & mandata eius obseruat, quia per æqui-  
tatem iustitiæ rectus est, homo est. Quisquis hoc  
non facit, quasi nequaquam homo est, quia si  
scienter delinquit propter contemptum, Diabo-  
lus esse dicendus est. Sanctus igitur Matthæus  
Euangelista qui humanitatem Christi in princi-  
pio Euangelii descripsit, rectè in sacra visione se-  
cundum hoc quod homo aliquando in malo acci-  
pitur; non faciem hominis, sed faciem quasi ho-  
minis habuit, quia redemptor noster de quo a-  
git non in carnem peccati, sed in similitudinem  
carnis peccati venit. Quantum namque ad malū  
nihil de homine habuit, quia peccatum non fe-  
cit. Et quartum animal simile Aquilæ volanti.  
Quartum animal, idest ipsemet Sanctus Ioannes  
cui ista visio comparuit similis Aquilæ volanti  
fuit: quia ad contēplanda sanctæ & summæ Diuini-  
tatis arcana, cæteris omnibus altius volauit. Cu-  
ius faciem Ezechiel propheta etiam desuper ip-  
sorum quattuor esse describit. Et quia beatus Ioā-  
nes per hoc quod in initio sui Euangelii verbū in prin-  
cipio fuisse dixit, non solum alios, sed & semetip-  
sum transcendit. Quia igitur sanctorum Euange-  
listarum in principio sui Euangelii egit vnus de

Cur nō dicat D. Matthæus habere faciem hoīs, sed quasi hoīs.

Homo in Scriptura sacra multipliciter dicitur.

1. Cor. 13.

Matth. 13.

Ierem. 17.

Eccle. 12.

Qui nō est homo.

A resurrectione Saluatoris, alius de passione, alius  
de incarnatione, alius de diuinitate, recte sancto-  
rum animalū quibus isti Euangelistæ figuran-  
tur dī aliud simile Leoni, aliud simile Vitulo, ali-  
ud simile habens faciem quasi hominis, aliud  
simile Aquilæ volanti. Quam eorum figuratiuā  
similitudinem postquam descripsit, perfectā eor-  
um plenitudinem subiungit, & quattuor anima-  
lia singula eorum habebant alas senas. Quid n-  
aptius accipimus per figuram alarum, quam scie-  
tiam scripturarum, per quam quasi per quādam  
alas relinquimus terrena, & ascendimus ad cœ-  
lestia? quæ videlicet sacra scientia aptè per sena-  
rium designatur, vt perfectionis eius virtus ostē-  
datur. Senarius perfectionem significat, vel quia  
in sex diebus opus suū compleuit Deus, vel quia  
perfectus est numerus. Aliter. Prima ala est in le-  
ge naturæ, secunda in lectione legis scriptæ, ter-  
tia in lectione prophetiæ, quarta in lectione leg-  
is Euangelicæ, quinta in lectione institutionis  
Apostolicæ, sexta in scientia Doctorum Aposto-  
los tempore sequentiū, & obscura loca scriptu-  
rarum exponentium. Quamuis etenim sancti E-  
uangelistæ istis Doctoribus priores fuerunt, ne-  
quaquam tñ minorem eis intelligentiam habuif-  
se credendi sunt, vt pote de quibus sacra auctoritas  
testatur, quod ipse Iesus aperuit eis sēsūm vt scriptu-  
ras intelligerent, vt non solum ex illis esse verissi-  
me credantur quibus sensum ad intelligentiam  
scripturarum aperuit, sed ex illis quoque, & cū  
illis fuisse quibus primitias spiritus dedit. Bene ita-  
que sancta animalia singula senas alas dieuntur  
habere, propter perfectionem & plenitudi-  
nem scientiæ. Istis alas per mundum volauerunt,  
istis in cælum ascenderunt. Sequitur. **Et in circuitu**  
**tu, & intus plena sunt oculis.** Iste sensus superio-  
ri coniungitur, & ad illum refertur ubi dī, plena  
oculis ante & retro. Sancta quippe animalia ple-  
na sunt oculis per plenitudinem claritatis cog-  
nitionis, ante per scientiam futurorū, retro per scie-  
tiam præteritorum. In circuitu per morum circū-  
spectionem, intus per mundam & rectam cogi-  
tationum discretionem. **Et requiem non habebat**  
**die ac nocte digentia: Sanctus, sanctus, sanctus, Do-**  
**minus Deus omnipotens, qui est, qui erat, et qui**  
**uenturus est.** Sancta animalia in laude Dei  
non habent requiem, quia nunquam cessant di-  
uinam laudare maiestatem. Laudauerunt eū in vi-  
ta sua verbo, laudant adhuc scripto, laudant per  
hora fidelium auctoritatis & sanctitatis suæ testi-  
monio, & contēplando, & amando in cælo lau-  
dant. Quod autem dicit, non habebat requiē, mi-  
nimè designat laborē. Hoc est nimirū summe et  
perfecte quiescere à Creatoris pia laude nunq̄ ces-  
sare. Et requiē non habebant die ac nocte, idest  
nunq̄. Dicitia sātus, sātus, sanctus dñs Deus  
omnipotens. O q̄ scēlicia bonorum Angelorum  
& omnium electorū agmina huius laudis præ-  
conia coram Deo sine fine canentia. Felices quo-  
que qui in via præsentis miseræ ad illius suauitē  
Harmo

Quid per alas intelli- gatur.

Quid Sena- rius signifi- cet. Alæ etiam aliter pñt accipi.

Senas alas cur anima lia illa di- citur hñe.

Cur in cir- cuitu ple- na sint.

Quid sit p- fectè quie- scere.



Cur claret ter sanctus, & semel Dominus Deus omnipotens

Cur oculis vndiq; plena

Cur habent voces aquilinam, leoninam, vitulinam.

Apoc. 4.

Viginti quatuor.

quo S. Evangelista Prae dicator

Harmoniam arunt suspirare. Quanto namque crebrius ad illam suspirant, tanto dulcedini illius vicinias appropinquant. Et iam in via (licet tenuiter) praegustant caelestis Harmoniae iucunditatem, qua plenarie saturabuntur in patria. Clamant vero sancta aequalia sanctus ter, quia Trinitas est in personis. Dominus Deus omnipotens, semel, quia unitas est in simplicitate deitatis. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Sanctus iustitia, Dominus gloria, omnipotens virtute, Qui erat, & qui est, & qui venturus est aeternitate. In eo. n. quod dicitur qui erat, nota eum sine principio esse. In eo quod dicitur est, nota eum immutabiliter permanere. In eo quod dicitur, qui venturus est, nota eum omnium finem sine fine subsistere. Per praeteritum namque, praesens, & futurum quibus omne tempus comprehenditur, non inconuenienter aeternitas designatur, quia et tota mutabilitas concluditur. Saluo tamen id quod dicitur, qui venturus est, in alio sensu proprie ad humanitatem pertinere probatur. Totum autem quod de sanctis animalibus dicitur, de perfectis praedicatoribus intelligitur, ipsi enim in medio sedis sunt alias sustentando, in circulo defendendo. Ipsi sunt animalia sancta, quia ad virtutes nos animant, oculis vndiq; plena, quia intus & foris semetipsos diligenter considerant. Aliter. Intus, quantum ad vetus testamentum, ubi scientia de mysterio redemptionis occulta latet, foris quantum ad nouum, ubi manifesta patet. Habent faciem leoninam Saluatoris salutiferam, praedicando resurrectionem, vitulinam praedicando eius passionem, humanam praedicando eius humanitatem. Aquilinam, praedicando eius diuinitatem. Habent alas fenas, per perfectam scientiam sacrae scripturae. Non habet requiem die ac nocte, id est nunquam, siue in prosperis, siue in aduersis dicentia Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, per faciem fidei praedicationem & decantationem laudis diuinae. Sequitur. Et cum darent illa quattuor animalia gloriam, et honorem et benedictionem sedenti super thronum viuenti in saecula saeculorum, et adorabant viuentem in saecula saeculorum, mittentes coronas suas ante thronum dicentes. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, et honorem, et virtutem, quia tu creasti omnia, et propter voluntatem tuam erant, et creata sunt. Sancta & indiuidua Trinitatis laudem ministerio vel scripto Euangelistarum quattuor probatam superius descripsit. Nunc quid eorum praedicationis siue scripturae vniuersis praedicatoribus, & vniuersalis ecclesiae iudicibus contulerit subiungit. Quod videlicet viginti quatuor Seniores, id est omnes veteris ac noui testamenti (sicut supra monstratum est) praedicatoribus, iudicibus, rectoribus, sacramento redemptionis humanae, siue per spiritum prophetiae, sicut antiqui, siue per lectionem Euangelicae scripturae, sicut Moderni, cognitionem fidei receperunt, suas Deo iustitias, atque victorias attribuerunt, laudes

cautauerunt, gratias egerunt. Recte igitur sancti Euangelistae praecedunt praedicatoribus per hoc quod mysterium nostrae salutis soli scribere meruerunt. Nam & si antiqui eos praecesserunt tempore, eis tamen longe sunt posteriores dignitate. Qui & ipsi post eos aperte laudem Diuinitatis cantare dunt, quia nequaquam auctoritate eos praecedunt, sed sequuntur. Bene ergo dicitur. Et cum darent illa quattuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super throno viuenti in saecula saeculorum, procedebat viginti quatuor Seniores ante sedentem in throno quia in sacro cloquio salus humana scripta continetur: & per eius praedicationem eunctis dispensatur. Sancta autem animalia sedenti super thronum viuenti in saecula saeculorum gloria, & honorem, & benedictionem dat, quia ipsum solum singulariter glorificandum, honorandum, benedicendum praedicant, & in ipso singulariter, & excellenter gloriam, & honorem, & benedictionem consistere, & ab ipso in subiecta creatura descendere pronunciant viginti quatuor et Seniores ante sedentem in throno procedunt, quia perfecti quique cognito sacramento diuinitatis summam maiestatem se subiiciunt, & adorant per rectam fidem viuentem in saecula saeculorum per aeternitatem, & mittunt coronas suas ante thronum Deo victorias suas attribuendo, & dant illi soli gloriam & honorem, gratias referendo, illum solum benedicendo. Dignus es Domine Deus accipere gloriam, & honorem, & virtutem. Dignus es accipere per gratiarum actionem, laudem, & gloriam, & honorem, & virtutem a subiecta creatura, qui cuncta semper & immortaliter possides per tuam diuinitatem in propria natura. Gloriam. n. Quado damus, & honorem Deo damus, quoniam ipsum solum gloriosum, honorabilem, & insuperabilem praedicamus. Ipse a nobis quae damus accipit quoniam nostris laudibus dignanter annuit. Causa denique vnde laude dignus est sic patenter subiungit. Quia tu creasti omnia. Dignus est enim accipere ab omnibus laudem, qui omnibus subsistendi dedit originem. Sed quia omnia prius erant in voluntate viuina quam essent creata, aperte subditur. Et propter voluntatem erant & creata sunt. Omnium namque rerum numerus, pondus, & mensura, & quaecumque de rebus conditis dici possunt incomprehensibiliter, & ineffabiliter semper erant in voluntate diuina antequam originem acceperint & apparuerint creata. Propter voluntatem tuam, id est iuxta voluntatem tuam, siue in voluntate tua. Vere ergo omni laude dignus existit, quia omnia & semper per bonitatem in voluntate habuit, & per potentiam aliquando creauit. Sed quia superius ubi ea quae de sanctis animalibus dicta sunt perfectis praedicatoribus assignauimus, ibi maxima quaeque quae in hoc capitulo continentur recapitulauimus: Nunc in fine more solito supradicta recolligere non curauimus.

Quid signi ficut ppter voluntatem

De

De libro septem sigillis signato, & agno aperiente librum. Capitululum tertium, et capitulum lib. V.

Apoc. 5.

Quis est liber, qui in dextera Dei tenetur? & cur in dextera.

Deut. 33.

Cur sacra scriptura dicat lex ignea.

Quare liber dicat scriptus in eis & foris

Septem sigilla.

Quis nam sit ille Angelus fortis

Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus, et foris signatum sigillis septem et vidi Angelum fortem praedicantem uoce magna. Quis est dignus accipere librum, et soluere signacula eius? Et nemo poterat in caelo, et in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum, et ego flebam multum, quia nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre illum. Et vnus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vici leo de tribu Iuda radix David aperire librum, et soluere signacula eius. Postquam sedente in throno, & ornatum eius, & similitudines quattuor animalium descripsit, de libro quem in dextera sedentis in throno vidit, & de agno qui librum aperuit narrationem subiungit. Et vidi in dextera sedentis super thronum librum. Liber qui in dextera Dei tenetur, est sacra scriptura, in qua vniuersalis scientia, quae ad salutem proficit continetur. Quae & bene tenet, quia Deus scientiarum Dominus est, & quibus vult illam praebet. Tenet autem non in sinistra, sed in dextera, quia bonum spirituale, quod in ipsa latet, malis absconditur, bonis aperitur. De hac dextera, & de hoc libro scriptum est: In dextera Dei ignea lex. Sacra namque scriptura lex ignea est. Lex quia nos retinendo ligat. Ignea, quia ad amorem creatoris ardentem inflamat. Scriptum intus & foris, intus scriptus est liber iste per allegoriam, foris per historiam, intus per spiritualem intelligentiam, foris per litteram. Intus ad spiritualium perfectorum exercitationem, foris ad simplicium & minorum eruditionem. Intus ut secretum sapientiae immundis occultetur, foris ut veritas mundis reueletur. Aliter intus quam ad vetus testamentum ubi scientia de mysterio redemptionis occulta latet, foris quam ad nouum ubi manifesta patet. Signatum sigillis septem. Quia septem diebus omne tempus voluitur, recte septenario vniuersitas figuratur. Septem ergo sigillis liber vsque ad consummationem redemptionis humanae, quam signis & promissionibus pronunciat signatus erat, quia vsque ad aduentum redemptionis personam per quam, & modum quo genus humanum redimeretur (exceptis paucis electis) vniuersus mundus ignorabat. Liber itaque signatus erat, septem sigillis, id est obscuritatibus vniuersis, quia redemptionis nostrae modus paucifimis notus, omnibus aliis erat incognitus. Bene autem sub figura patrum antiquorum subditur. Et vidi Angelum fortem praedicantem uoce magna. Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Quis est enim iste Angelus fortis, nisi antiquorum patrum ceteris? Angelus, bona aliis nunciando, fortis, carnem, mundum, diabolumque vincendo, quia magna uoce conquerendo quis dignus esset librum accipere, & signacula eius soluere praedicantem, quia personam venientem

Richardi S. Victoris.

turi redemptoris videre magnis suspiriis desiderauit. Vnde dominus in euangelio: Beati oculi qui uident, quae uos uidetis. Dico autem uobis, quod multi reges et prophetae uoluerunt uidere, quae uos uidetis, et non uiderunt, et audire quae uos auditis, et non audierunt. Et nemo poterat neque in caelo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum. Quarentibus antiquis de persona redemptoris occulte praedicta a prophetis, nemo poterat neque in caelo, neque in terra, neque subtus terram librum aperire. Quia neque Angelus, neque homo, neque spiritus humanus corpore iam exutus sacrae scripturae de venturo iam redemptore poterat promissionem soluere, scilicet redimendo genus humanum, nec redemptorem in sacra pagina promissum mundo demonstrare. Nemo quoque poterat illum respicere, quia nemo poterat generationem redemptoris, vel intellectu capere perfectum, vel uerbis enarrare. Vnde Esaias ait: Generationem eius quis enarrabit. Et beatus Ioannes: Non sum dignus corrigiam calceamenti eius soluere, id est non possum dignum, siue perfectum generationem eius sensu intelligere, uel uerbis explicare. Ipse namque potuit solus librum aperire, qui solus genus humanum potuit redimere, & qui solus redemptionem in sacra scriptura, uel pagina uelate promissam completam potuit ostendere. Ipse solus mirabilem suae generationis perfectum intellexit operationem, qui solus omnia nouit. Et ego flebam multum, quia nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre illum. Hoc in persona antiquorum dictum est, quia uel non intelligebant, uel dilatam ipsam reparationem dolebant. Sequitur. Et vnus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris. Senior iste chororum significat prophetarum antiquos patres de futuro redemptore consolantium & certificantium. Non solum quippe consolatio; sed magna de redemptione fuit certificatio. Non tamen audire, quod redemptor noster uenturus esset, sed etiam designate audire de qua tribu esset nasciturus. Ecce vici leo de tribu Iuda radix David aperire librum, & soluere signacula eius. Christus leo. Leo apertis oculis dormit, Christus uiuente Diuinitate exspirauit, qui de Iuda in carnem fuit sicut antiqua prophetia praenunciavit. Tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Qui in hoc ad aperientem librum, & soluere eius signacula uicit, quod carne sua ab omni peccato liberam pro peccatoribus tradens promissum scripturae soluit. Qui radix David exiit, quia David in eum uenturum firmiter credidit. Sequitur: Et vidi, & ecce in medio throni et quattuor animalium, & in medio seniorum agnus stans tanquam occisum habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Et uenit, & accepit de manu sedentis in throno librum. Superius posuit promissionem, hic subiungit promissionem.

Luc. 10.

Esai. 53. Ioan. 1.

Quis sit iste senior.

Leo apertis oculis dormit. Matth. 2.

Apoc. 5. Christus leo, & agnus, cui dicitur.

Pars II.

Q

missio.



missionis exhibitionem. Sed magna differentia videtur esse inter promissionem, & exhibitionem. Nam leonem audiuit in promissione, agnum videt in exhibitione. Magna est enim differentia inter leonem & agnum. Leo est magnus, agnus est parvus. Sed si utrunque consideramus, utrumque redemptorem nostrum comprobamus. Ipse est enim leo magnus per Diuinitatem, agnus parvus per humanitatem. Leo per potentiam maiestatis, agnus per mansuetudinem. Leo malos puniendo, agnus bonos redimendo. Leo fortitudine, agnus pietate. Leo in promissione ut spes infirma se roborat, agnus in exhibitione ne pauca conscientia formidaret. Quem videlicet agnum videt in medio throni, & quatuor animalium, & seniorum, quia Christus est firmamentum, & sustentamentum omnium electorum suorum. Omnes ad eum velut in medio positum intendunt, & ab ipso pariter, & si non æqualiter dona gratiæ spiritualis accipiunt. Quæ quoque apte stantem vidit, quasi paratum ad id perficiendum ad quod venit. Tãquam occisum, quia & si mortuus est ex infirmitate, vixit tamen ex virtute Dei. Habentem Cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Cornua significant emptionem regni spiritualis, oculi contemplationem veritatis. Agnus ergo, id est Christus, septem cornua, & septem oculos qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram habet, quia per septiformem spiritum sancti gratiam quibus vult Regni spiritualis sublimitatem, & suæ veritatis agnitionem præbet. Quos vult ad regnandum exaltat, quos vult ad contemplandum fontem boni spiritualium honorum radijs illustrat. Missi in omnem terram, ut de omni terra aliquos ad spiritualis regni celsitudinem exaltent, & ad spiritualium honorum contemplationem illuminent. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum. Per carnis assumptionem venit ad humanam cognitionem. Accepit secundum humanitatem de dextera sedentis in throno (id est à verbo sibi vnito) librum aperiendum, id est promissum soluendum. Et cum aperisset librum quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno. Cum librum aperisset, i. genus humanum redimendo patribus promissum in sacra scriptura significatum in se completum ostendisset, quatuor animalia, i. quatuor Euangelistæ, siue vniuersi prædicatores, & vigintiquatuor seniores, videlicet omnes vniuersalis ecclesiæ iudices, & quicunque sub illis comprehenduntur fideles, septem prophetarum, & Apostolorum doctrinis, & exemplis innitentes, cognito redemptionis humanæ sacramento per ipsum velut priores implendo, & sicut posteriores impleto ceciderunt coram agno humiliando se, illum exaltando, per ipsum se iustificari humiliter poscentes, ipsum esse solum per quem cæleste bonum tribuitur tali signo consentientes. Et quia perfecti

Cur Christus dicitur tanquam occisus.

quique sua bona opera redemptori debet attribui re, & aliorum preces illi commendare, recte subditur: Habentes singuli cytharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Cythara namque quæ pullis, manu suauiter sonat, apte opera bona figurat, quæ suis effectibus quasi quibusdã sonis proximis ad cælestem patriam excitant, & inuitat, Phialæ quæ sunt lacte, & lucidæ sanctorum corda significat, per sapientiam lucidam, per caritatem dilatata. Quæ non inconuenienter per splendorem cõtèplationis dicuntur aureæ, & per redundantiam deuotarum orationum odoramentorum plene. Odoramenta sunt orationes, quia quædam modum odoramenta sursum ascendant, ita orationes ad præsentiam Diuinitatis pertingunt. Sic ergo perfecti cytharas habent, quia Deo sua opera ascribunt, & phialas, quia orationes offerunt. Et cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es domine Deus accipere librum, & aperire signacula eius. Sicut sancti cytharas habent, opera sua Diuinitati ascribendo, phialas, aliorum orationes offerendo, ita quoque canticum nouum cantant pro acceptis beneficiis, ipsa collaudando. Quod bene nouum dicitur, quia de rebus semper nouis, & nunquam veterascensibus, de reparatione, & glorificatione videlicet generis humani cantatur. Dignus est dñe Deus accipere librum, & aperire signacula. Dignus, quia solus à peccato alienus occisus es, & redemisti nos, non te, qui sine peccato exististi. Deo, ut simus Dei gratiam prius eramus diaboli. In sanguine tuo, quia pro nobis eum effundi permisti. Redemisti, non ex vna gente. Sed ex ois tribu, & lingua, & populo, & natione. Tribus dicitur à tribus ordinibus gentium filiorum Noe in quibus sunt septuaginta linguæ. In singulis autem linguis plurimi sunt populi, & in vnoquoque populo plurimæ nationes. A generalibus ergo incipit, vbi dicit, Ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Et ad singula descendit vbi dicit, & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Regnum, ut Deus regnet super nos per gratiam super quos diabolus regnabat per culpam Sacerdotes, ut qui nosmetipsos prius obtulimus diabolo, deinceps nos offeramus Deo, & regnabimus super terram, id est in terra, vel super terram regnabimus, id est quicquid terrenum & malum in nobis est subiciemus. Dignus es domine ergo aperire librum, quia tu exhibuisti in libro promissum beneficium. Et quoniam de reparatione generis humani non solum homines letantur, sed & Angeli quoque virtute, Diuinitate, sapientia, fortitudine, honore, gloria, benedictione, & potestate super omnem creaturam dignum prædicant, bene sequitur, Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum. Vidi, & audiui, Sicut spiritualiter vidit, ita spiritualiter audiuit, quia spiritualis fuit visio, spiritualis fuit etiam auditio, vocem Angelorum multorum. Aliter fit vox corporalis, aliter spiritualis. Vox spiritualis fit affectu deuotionis, vox autem corporalis fit affectu deuotionis, vox autem

Quid significet Cythara.

Quid phiala.

Odoramenta orationes.

Cur canticum dicitur nouum.

Vnde dicitur tribus.

Quare regnum & sacerdotes. Super terram regnare quid sit.

De voce corporali, & spirituali.

corporalis ictu aeris. Angeli ergo, qui tantum spiritus sunt, eo laudem creatoris sublimius concinunt quo se in eius amore sublimiter extendunt. Intra quos eum singulariter laudant, qui eum omnibus sublimius amant. Qui pariter laudem illi pro reparatione generis humani concinunt, quia illum pro largitate originis gratia diligunt, & intuitu feruoris vocem attollunt. Qui in circuitu throni animalium, & seniorum sunt, quia virtutes Angelicæ sanctos adhuc in labentis seculi periculo constitutos muniant, & contra reproborum spirituum impetus defendunt: Et erat numerus eorum millia millium. Quod dicit numerum eorum millia millium, nequaquam se comprehensisse cælestium spirituum numerum insinuat, sed maxime numeros ponendo innumerabiles esse designat. Et de huiusmodi Angelorum numeris, qui in sacro eloquio ponuntur Beatus Dionysius sic ait. Dignus, inquit, æstimo intellectuali cogitatione quia eloquiorum (subauditur diuinorum) de Angelis traditio millies millia ait. Et decem millia decies millies, secundum hos sublimissimos numerorum in seipsam reuoluens, & multiplicans, & per hos aperte significans innumerabiles cælestium essentiarum ordinationes. Multæ sunt enim beatæ miliciæ super mundanum intellectuum, id est Angelorum infirmam, & coarctatam superantes materialium seculum nos numerorum, i. numerum qui apud nos subest commensurationi. Quod ergo numerum Angelorum millia millium dicit, non homini, sed Deo numerabiles Angelos ostendit. Voce magna dicentium, vox laudantium Angelorum magna esse dicitur, ut exultatio & congratulatio eorum de saluatione generis humani, & laus ab eis impensa saluatori magna designetur. Si. n. gaudium est Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente, perpendat qui potest quantum eis gaudium sit omnium electorum saluatione. Dignus est, agnus qui occisus est accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, et benedictionem. Ac si dicerent Angelicæ potestates mediatoris Dei, & hominum supra se collaudates, eius dignitate prædicare non erubescerent. Redemptor mundi, qui est agnus per innocentiã. Qui est occisus per indebitam penam, & redemit ea partem cateruam, dignus est per singularem excellentiam accipere a subiecta creatura diuersa gratiarum præconia. Dignus est accipere a creatura per laudem exhibitam, quod habet secundum diuinitatem per naturam, secundum humanitatem per gratiam. Dignus est accipere virtutem, ut Dei virtus prædicetur, Diuinitatem, sapientiam, fortitudinem, honorem, gloriam, & benedictionem, ut Deus sapiens, fortis, honorificus, gloriofus, benedictus credatur & laudetur. Sequitur: Et omnem creaturam quæ in celo est, & quæ super terram, & subter terram, & quæ in mari, & quæ in eis sunt. Quasi eunctis breuiter comprehensis, & distinctis dicat. Nõ solum dignus est

Cur dicitur millia millium.

Cur dicitur vox magna.

saluator virtutem, & quæ supradicta sunt accipere per laudem & gratiarum a cõione, sed oem creaturam per potestatem. Omnes audiui dicentes sedenti in throno & agno. Verba laudis præcedentia magis pertinere videntur ad Diuinitatem, quæ tã exhibetur humanitati propter vnitam sibi Diuinitatem. Hic autem vbi dicit. Omnes audiui dicentes, ipsos auditores simul colligit, & laudem Diuinitati & humanitati pariter exhibitam ponit. Omnes audiui dicentes, sedenti in throno regnanti Trinitati, & agno, id est humanitati vnitæ diuinitati, benedictio, honor, & gloria, quia benedictus, honorificandus, gloriosus, & glorificandus est singulariter, potestas, quia potens excellenter in sæcula sæculorum, id est semper. Sequitur: Et quatuor animalia dicebant Amen, & vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt audita laude à cælestibus spiritibus sedenti in throno, & agno dignanter impensa. Quatuor animalia dicebant amen, quia ad prædicatorum maxime pertinet officium sacre cõfessionis, & Diuinæ laudis testimonia confirmare. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt, quia vniuersi ecclesiæ iudices dum Diuinam maiestatem audiunt, oibus creaturis eminere, ac summis spiritibus prædicabile, & laudabile esse, nequaquam de prælatione sua debent superbiere, sed semetipsos humiliare, & dignum creatori, ac redemptori Deo venerationis cultum impendere. Pauca, & minima charissimè frater de cælestibus sacramentis vtcunque tibi perstringimus, quia multa, & maxima cõprehendere non valemus. Magna flumina spiritualium mysteriorum pernatamus, sed vix pauca guttas latentis dulcedinis ad ripas deportamus. Sed licet ad multas hauriendas aquas non sufficimus, ad litus tã ore sicco non venimus. Aliqua est. n. vtilitas in sacro eloquio tractare, & ipso dicendo studiosè laborare. Vbi namque dicit. Vidi in dextera sedentis super thronum librum, egit actor de sacra scriptura promissum redemptio nis humanæ continente. Vbi ait, vidi in medio throni, & quatuor animalium, & seniorum agnum stantem tanquam occisum, egit de agno librum aperi te, i. de redemptore promissum soluente. Vbi dixit, quatuor animalia, & seniores cantare canticum nouum, posuit de ipsa redemptioe testimonium, & gratiarum actionem sanctorum hominum. Vbi addit, & audiui vocem Angelorum multorum, testificationem & laudem cælestium spirituum. Vbi deinde intulit. Et quatuor animalia dicebant Amen, & vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, vniuersorum prædicatorum confirmationem, & ecclesiasticorum iudicum humilitationem.

De primo sigillo, et apertione eius. Cap. IIII. et lib. VI.

ET vidi, quod aperuisset agnus vnum de septem sigillis, et audiui vnum de quatuor animalibus dicens tanquam vocem tonitruum. Veni, et uide, uidi, et ecce equus albus, et qui sedebat super illum habebat arcum. Pars II. Q 2 cum

Apocal. 6.

*cum, & data est ei corona, & exiit vincens ut vinceret.* Cuncta quæ in tribus præcedentibus huius secundæ visionis capitulis continentur, maximè ad redemptionis humane sacramentum pertinere videntur. Quæ vero in septem succedentibus capitulis sequuntur, & septem sigillorum apertione distinguuntur, ad sequentis temporis redemptionem, & ordinem referuntur. In quibus videlicet sequentibus electorum virtutes, & reproborum in electos persecutiones, & patientium tribulationes ab exordio nascentis ecclesiæ usque in finem mundi describuntur, & non simul, & semel, sed secundum dispositionem, & apertionem sigillorum, & processum temporum paulatim, & succedenter prædicta compleri, & occulta manifestari multiformiter ostendunt. Apertio enim descripto mysterio redemptionis humanæ, subiungit merita iustorum, persecutiones reproborum, retributiones præmiorum, ut in his omnibus electis provideat, & eos de futuris erudiat diligenter. Nam si pronuntiata reparatione de futura persecutionis tribulatione, & patientium mercede taceret, nequaquam electos contra adversa præmuniret, nec per promissa præmia ad tolerantiam animaret. In hoc autem capitulo agit de ortu, & primo statu ecclesiæ nascentis, de vetustatis per baptismum in Christo ad vitæ novitatem resurgentis per spiritualium donorum susceptionem, & ad cælestia bona tendentis. Et videtur, quod aperuisset agnus unum de septem signaculis. Primum sacre scripturæ signaculum Christus aperuit, dum mundum redimendo, & primitivæ ecclesiæ dona Spiritus infundendo, paternæ promissionis primordia usque ad illud tempus latentia in se, & per se completa & exhibita manifestavit. Et audiit unum, id est primum de quatuor animalibus dicens, tanquam vocem tonitruum. Veni, & vide. Primum animal in hac visione simile leoni Marcus extitit, qui in principio euangelii sui de resurrectione Christi mentionem fecit, & eiusdem resurrectionis prædicatores figuravit. Rectè ergo in apertione sigilli primi dicit, quod ei primum animal locutus sit, quia primus ordo in nouo testamento, prædicatorum resurrectionem Christi corporalem, & nascentis ecclesiæ resurrectionem spiritualem circumquaque prædicavit. Nam quia primus ordo de resurrectione testimonium dedit, aptè in apertione primi sigilli in quo de resurrectione nascentis ecclesiæ agitur, unum de quatuor animalibus, id est primum locutum dicit. Cuius vox quasi vox tonitruum sonavit, quia subito nova, mirabilia, grandia coruscantibus miraculis pronuntiavit. Veni & vide. Veni per maiorem intentionem, & vide per intelligentiam spiritalem iam aperire mysticam promissionem Dei per regenerationem generis humani. Sed quæ in hoc loco spiritualiter sancto Iohanni ostenduntur, ad eligendum, & conuertendorum personam spiritualiter referuntur. Ipsis enim in his verbis dicitur, ut per conuersionem

Quando Christus aperuit primum sigillum.

veniant, & per fidem videant gratiam regenerationis primitivæ ecclesiæ collatam quam ignorant, & gratiam per baptismum suscipiendo, & ecclesiam imitando ad vitam pergant, & quia quæ sequuntur de primitiva ecclesia per baptismum dealbata intelliguntur, rectè sequitur, Et ecce equus albus. Equus enim albus est primitivorum electorum numerus ab omnibus pariter peccatis in vnda baptismatis purificatus, & donis spiritualibus super niuem dealbatus. Qui Christum in primitivis recenter renatis prædicatoribus sessorum habuit, & cum ad mittenda iacula prædicationis per mundum circumtulit. Vnde bene sequitur. Et qui sedebat super eum habebat arcum. Arcus, n. virtutem prædicationis significat. Sicut namque arcus sagittas iacit, sic prædicator prædicationis verba mittit. Sagittæ occidunt inimicum, verba prædicationis diabolum. Et data est corona. Quemadmodum enim arcus designat officium prædicationis, ita corona figurat præmium æternæ retributionis, in qua nullus est finis. Data est ei corona secundum humanitatem, quia omnia possidet in divinitate. Ipse enim secundum humanitatem omnia accipit, qui in divinitate omnia tribuit. Sed quotidie ei corona datur quando in suis electis coronatur. Aliter. Ipse habet arcum ut malos dimicando vulneret, coronam ut bonos glorificando coronet. Arcum habet, quia dicitur: *Ita maledicti in ignem æternum.* Corona, quia dicitur: *Veni benedicti patris mei percipite regnum.* Aliter. Habebat arcum per potentiam divinitatis. Data est ei corona per glorificationem humanitatis. Magna. n. differentia videtur inter hoc, quod dicitur de arcu, quod eum habuit, & illud quod dicitur de corona, quod ei data sit. Quod. n. dicitur, quod arcum habebat, pertinere videtur ad divinitatis potentiam secundum, quia omnia possidet per naturam. Quod vero dicitur corona ei data esse, ad humanitatis conditionem in quam omnia accepit per gratiam. Et exiit vincens, ut vinceret, & exiit in prædicto equo albo, id est in primitivorum electorum numero nuper regenerato. Exiit de Iudæis Iudæos detelinquendo. Exiit vincens in ipsis conuertendo quos prædestinaverat, ut vinceret in gentibus in ipsis conuertendo quos eligere volebat. Apertio ergo signaculi est reuelatio mysterii cum exhibitione promissi. Animal primum ordo prædicatorum resurrectionem prædicantium. Equus albus primitivorum electorum numerus. Sessor Christus. Arcus prædicationis, corona retributio. Vel arcus damnatio, corona bonorum salvatio. Vel arcus potentia divinitatis, corona glorificatio humanitatis. Sessor, id est Christus de Iudæis Iudæos relinquendo. Exiit vincens, quia dei ipsius elegit quos voluit, ut vinceret in gentibus, eligendo in ipsis quos præsciuit. Et bene dicit. Exiit vincens ut vinceret, quia per eos quos in Iudæa elegit, gentes conuertit.

Quid per equum album significetur.

Quid per arcum, & coronam.

Matth. 19.

Apertio signaculi.

De secundo sigillo, & apertione eius. Cap. V.

Apocal. 6. *Et cum aperuisset secundum sigillum audiui, secundu animal dicens. Veni, & vide. Et ecce alius equus rufus, & qui sedebat super eum datum est ei ut sumeret pacem de terra, & ut inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.* Postquam diabolus genus humanum eius invidia in primis parentibus deceptum de paradisi iucunditate in hanc miseriam proiectum (promissione redemptionis iam exhibita) mysteriis sacre scripturæ incipientibus iam aperiri, ad summum & inuisibile bonum vnde ipse corruit per redemptoris gratiam resurgere conspexit. Iterum invidia succensus in hominem grauius exarsit, & contractis vndique viribus impioe sæculi principes ipsius cultibus deditos in electorum persecutione patenter studuit excitare, & eos ab ingressu patriæ cælestis tentavit cohibere. Dicitur ergo. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens. Veni, & vide, & ecce alius equus rufus. Equus rufus, sæculi principes crudelis sanguine martyrum rufentes. Et cum aperuisset sigillum secundum id est cum crescente gratia amplius cepisset exhiberi & compleri promissio diuina, & aperiri, & manifestari, quod præmissum, & promissum, erat in scripturis, audiui secundum animal dicens. Veni, & vide. Secundum animal in hac visione simile vitulo. Lucas extitit, qui in principio euangelii sui passionem Christi insinuaui, & secundum ordinem in hac visione prædicatorum temporibus, martyrum passionem, Christi ipsius ad exemplum prædicantium, & illos ad eius imitationem exhortantium figuravit. Aptè igitur sicut primum animal simile leoni, id est Marcus, qui in principio Euangelii sui Resurrectionem Christi expressit, & primum ordinem prædicatorum in primitiva ecclesia designauit, in apertione primi sigilli in qua spiritualis resurrectio describitur locutum perhibetur. Ita secundum animal simile vitulo per quod Lucas designatur, qui in principio sui sermonis typicè de passione egit, & eiusdem passionis Christi prædicatores figuravit, in apertione secundi sigilli, in qua de passione martyrum agitur locutum memoratur, quia quemadmodum primus ordo prædicatorum per Marcum designatus in primitiva ecclesia ad iaciendum christianæ fidei fundamentum resurrectionem prædicavit, ita secundus temporibus martyrum ad eorum tolerantiam roborandam eis passionem Christi prædicando proposuit. Illic namque principaliter creditur prædicata resurrectio, ut auditores ad fidem resurgerent. Hic passio, ut electi in patientia perseuerarent. Sicut igitur ibi locutum est animal primum, ita hic animal secundum, quia quæ ibi continentur pertinent ad resurrectionem, & quæ hic continentur ad passionem. Ibi desinit

Quid significet equus rufus.

Richardi S. Victoris.

agnatur spiritualis resurrectio credentium. Hic corporalis passio martyrum. Veni, & vide. In eo quoddam illi iterum veni, & vide dicitur, spiritualis augmentatio visionis, & promotio designatur. Et ecce alius equus rufus. Verè alius, & ab alio valde diuersus. Ille albus, iste rufus. In illo præferebatur candidus primitiuorum renatorum numerus. In isto crudeliu principum exercitus. Ille candebat per nouitatem regenerationis, iste rubebat per effusionem sanguinis. Illius sessor erat Christus. Istius diabolus. Ille ad eruditionem hominum vndique circumferebat Christum, iste ad destructionem eorum circumferebat diabolum. Vnde de isto diabolo dicitur. Et qui sedebat super eum datum est ei, ut sumeret pacem de terra. Et namque ipsi diabolo, qui sedebat super eum crudelium videlicet principum exercitus datus est, id est permissum est pacem de terra sumere illata persecutione. Cuius persecutionis crudelitas à tempore Neronis incepit, & usque ad tempus Constantini Magni non quiescit. Cæsa sunt ergo multa martyrium millia, & pro gloriosa victoria a Deo coronata. Sequitur. Ut inuicem se interficiant, subaudiuntur homines. Interficiebant homines alios alii sine gladio materiali per occisionem, sine spirituali per malam suasionem. Nec solum interficiebant ipsi persecutores alienos incognitos, & remotos, sed & parentes, notos, & vicinos. Et hoc totum datum, id est permissum est diabolo, ut tantam videlicet persecutionem fidelibus inferret, & pacem de terra sumeret. Cuius persecutionis quantitas exprimitur cum subditur. Et datus est, ei gladius magnus. Verè etenim magnus, quia hæc persecutio eousque flagrauit, ut etiam oceani limum pertransiret. Verè magnus, quia intra solam urbem Romam quodam tempore ab impiissimo Diocletiano decem, & septem millia martyrum, in non multis diebus pro Christo cæsa leguntur. Verè magnus, quia non tantum minores, & vniuersali ecclesiæ minus vtiliores, sed maiores, & vniuersitatis fidelium sustentatores, & gubernatores, ut Apostolos, & excellentissimos doctores interfecit. Aptè ergo dicitur, quod equus diaboli sessoris rufus apparuit, dum impiorum principum exercitus tot sanctorum sanguine se rubricauit. Aptè dicitur, quod sessori eius diabolo ad sumendam pacem de terra gladius magnus datus sit, dum tot sanctorum stragem fecit. Apertio secundi sigilli euidentis demonstratio sacri eloquii, de persecutione diaboli in effusione sanguinis martyrum Christi. Animal secundum, secundus ordo prædicatorum temporibus martyrum martyres ad passionis Christi imitationem exhortantium. Equus rufus, crudelis principum exercitus effusione sanguinis sanctorum rubicundus. Sessor, diabolus. Ablatio pacis, illatio persecutionis. Magnitudo gladii, quantitas tormenti.

Sessor equi rufi.

Pars II.

Q 3

De



De tertio sigillo, & apertione eius, Cap. VI.

**A** Apocal. **E**T cum aperuisset tertium sigillum. *Audiui tertium animal, dicens. Veni, & vide. Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua. Et audiui tanquam vocem in medio, quatuor animalium dicentem. Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum, et oleum ne leseris.* Sancta mater Ecclesia spiritu sancto roborata per illatam persecutionem, & fidelium suorum necem minime detrimentum sustinuit. Sed more sinapis quo magis atterebatur magis augmentum accepit. Nam occisis martyribus, coruscantibus post mortem ipsorum per eos miraculis, multi populi ad fidem conuersi sunt, qui postmodum Deo intra sanctam ecclesiam fideliter seruierunt. Sed cernens se diabolus per apertam persecutionem nequaquam profecisse, ad nocendum argumenta quaesuit, & seruatorum Dei numerum quem per manifestam impiorum persecutionem principum minuire non potuit per occultam haereticorum maliciam infirmare tentauit. Vnde apte sub apertione huius tertii sigilli dicitur. Ecce equus niger. Niger significat occultum. Equus ergo niger occultam haereticorum versutiam quibusdam sacrae scripturae verbis, & quibusdam falsis virtutibus & operibus designat palliatam, & ne manifeste videatur obfuscatam. Ait ergo, & cum aperuisset tertium sigillum audiui tertium animal dicens. Veni, & vide. Et ecce equus niger. Et cum aperuisset sigillum, id est cum secundum processum temporis magis, ac magis in sacra scriptura aperiri, & cognosci capisset effectus Diuinæ promissionis, & profectus humanae saluationis, audiui tertium animal dicens. Veni, & vide. Tertium animal in hac visione habens faciem quasi hominis, Mattheus extitit, qui de humanitate Christi suam narrationem incepit, & tertium ordinem praedicatorum veram humanitatem Christi temporibus haereticorum sua praedicatione attestantium figurauit. Bene igitur sub apertione sigilli tertii, tertium animal auditum dicitur, vt sicut primum animal, id est Marcus agens in principio sui sermonis de resurrectione sub apertione primi sigilli, in qua de spiritali resurrectione agitur locutum memoratur, & secundum animal, id est Lucas, qui mentionem passionis typice facit sub apertione secundi sigilli, in qua de passionibus martyrum agitur, locutum perhibetur. Ita tertium animal, id est Mattheus qui de humanitate incipit sub apertione tertii sigilli, in qua de haereticis ipsam humanitatem saluatoris suis mendacis oblatrantibus, et tertiis praedicatoribus ipsam attestantibus agitur locutum, vel auditum describitur. Quod ergo veni, & vide sub singulis apertionibus reperitur, spiritalis visionis multiplicatio figuratur. Et ecce equus niger.

Quid significet equus Niger.

**A** Equus niger est haereticorum cuneus sua vicia simulatis virtutibus, & operibus occultando intuentibus obscurus. Primus equus albus per regenerationis candorem. Secundus rufus per principum persecutionem. Tertius niger per viciorum suorum occultationem. Et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua. Sessor diabolus. Statera significat rectam & equam discretionem in intelligentia, & predicatione scripturarum. Manus significat haereticos ipsos per quos diabolus operatur. Sessor ergo stateram in manu habuisse dicitur, quia discretio & intelligentia qua haeretici sese habere dicunt, diabolo ascribitur, qui maliciam aduersus fideles conceptam dum super equum rufum sedendo implere non potuit, super nigrum equum perficere seducendo tentauit, quia quod non valuit per principum furor, hoc efficere voluit per haereticorum prauitatem. Prius principes extrapositos, & alienos contra Ecclesiam inflammauit. Domesticos deinde diuersis eius haeresibus corrupit, vt postquam exterius bella cessarent, bellum interius ebulliret. Cuius videlicet haereticae prauitatis impietas maxime a diebus Constantini magni, & sequentium imperatorum temporibus pullulauit. Sed auctoritate sanctae Ecclesiae, & ecclesiasticorum doctorum disputatione compressa, tandem cessauit. Sed quia Diuina miseratio circa maiorum periculorum illationem maiorem solet adhibere consolationem, recte dicitur. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentem. Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario. In medio quatuor animalium, id est in medio communi testimonio quatuor Euangelistarum, & omnium praedicatorum. Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, quasi dicebat. Ne timeatis o fideles, quauis videatis persecutioni succedere diuersas haereses, quia non poterunt vos ledere, nec annonam sacrae scripturae minuire si in perfecta fide volueritis stare. Quid enim per denarium in quo computatio correctionis facit sine aptius accipimus quam fidei perfectionem? Quid per triticum, nisi sacrum euangelium? Quid per hordeum nisi vetus testamentum? Quid per bilibris siue per bilibrem significationem, nisi noui vel veteris testamenti intelligentiam duplicem, historicalem scilicet & spirituale? Pullulantibus igitur haereticis & haeresibus in medio quatuor animalium, bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario haberi proclamatur, quia cõi testimonio euangelistarum, & omnium praedicatorum fidelibus in perfecta fide perseuerantibus, & contra haereticorum prauitates disputantibus perfecta, & duplex in vtroque intelligentia pro fidei integritate & perfectione donatur. Bilibris autem vas duos capiens sextarios esse dicitur, in quo duplicis intelligentiae historialis videlicet & spiritalis perfectio figuratur. Sed tritici vnũ, & singularem bilibrem denario vno, id est propter denarium posuit, videlicet propter vnitatem euang.

Quid pes stateram? Manus qd significet.

Quid pes denarii dicitur? Quidue p triticũ, hordeum & bilibrem.

Quid sit bilibris.

Vini nomine quid significetur, quidue olei?

euangelici sacramenti, & tres bilibres hordei, propter quod in veteri testamento continentur lex, & propheta, & psalmi. Et vinũ & oleum ne leseris. Vinum sunt perfecti Doctores, male viuentes mordaciter, & acriter increpantes. Oleum sunt aequè perfecti doctores pusillanimes, dulciter, & suaviter consolantes. Interdicitur itaque sessori nigri aequi, diabolo videlicet haereticorum dominatori ne vinum, & oleum laedat, id est ne perfectos Doctores malos arguentes, pios consolantes haeretica prauitate corrumpere praesumat. Non ergo debent fideles aequum vel scissorem formidare, dum & eis plenitudo, & perfectio diuinæ sapientiae promittitur. Et diabolo ne perfectiores, & totius Ecclesiae sustentatores laedat prohibetur. Apertio ergo tertii sigilli est maior secundum tempus cognitio misti ei eloquii. Tertium animal Mattheus, vel tertius ordo praedicatorum temporibus haereticorum humanitatem Christi praedicantium. Equus niger, haereticorum cuneus. Sessor, diabolus, Statera intelligentia & praedictio discreta, & aequa vox in medio quatuor animalium, commune Euangelistarum, & praedicatorum testimonium. Denarius, fides. Bilibris tritici, perfecta intelligentia Euangelii. Bilibres tres hordei, perfecta cognitio veteris testamenti. Vinum, & oleum, perfecti increpatores, & consolatores. Prohibitio lectionis, refrenatio tentationis.

De quarto sigillo, & apertione eius, Cap. VII.

**A** Apoc. **E**T cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis. Veni, & vide. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes mundi, interficere gladio, & fame, & morte, & bestiis terrae. Postquam hostis antiquus intellexit nec principum persecutionem, nec haereticorum prauitatem ad exercendam maliciam suam sibi posse proficere, sed magis nocere, quia sancta mater Ecclesia quanto magis aduersus atteritur, tanto magis uirtutibus roboratur, statim falsos fratres in hypocritis ambulantes subintroduxit, & per eos domesticos eius secretius & familiarius tentauit turbare. Quod bene in praedictis verbis designatur, vt prius rufus, inde niger, post equus pallidus in sacra visione monstratur. Quid est enim equus pallidus, nisi hypocritarum populus, qui dum vt de religione laudatur, per icuniam, & diuersas incommoditates semetipsum coram aspectibus humanis grauius afflixit, viribus exhaustis, & sanguine minorato moribundus pallefcit, qui fidelibus eo perniciosior existit, quod sicca religione maliciam suam velans foris se bonum ostendit. Et cum aperuisset sigillum quartum, id est cum secundum temporis progressum emer-

Quid significet equus pallidus.

**A** gentibus causis in sacra scriptura praedictis magis, ac magis inciperet manifestari, quod erat occultum. Audiui vocem quarti animalis dicentis. Veni, & vide. Quartum animal ipsemet sanctus Ioannes extitit, qui similis Aquilae summè diuinitatis immortalitatem ceteris omnibus altius intellexit, & ordinem praedicatorum aeternitatem, & immortalitatem diuinitatis praedictantium praesignauit. Aptè igitur sicut Marcus equum album, Lucas rufum, Mattheus nigrum propter causas superius designatas ostendit, ita Ioannes pallidum demonstrauit. Ille etenim Euangelista siue praedicatorum ordo per eum designatus rectissime ad ostendendum per pallidum equum hypocritarum cuneum, & scissorem eius cui nomen mors, scilicet diabolum debuit audiri, per quem, & a quo immortalis diuinitas voluit specialius describi, & praedicari, vt per hoc occulta eorum malicia manifestior appareret, quod eam Euangelista, vel ordo dignior, & per officium magis contrarius demonstraret. Et ecce aequus pallidus. Pallidus aequus (sicut iam dictum est) hypocritarum numerus est, per nimiam carnis afflictionem pallidus, & moribundus. In quo diabolus sedet, quia hypocrisis per prauam intentionem dominando per eos malitiam suam exercet, & qui sedebat super illum nomen illi mors. Hoc nomen mors bene diabolo conuenit, quia per eum mors incepit, & alios ad mortem trahere non desinit, vnde subditur. Et infernus sequebatur eum. Infernus sequitur diabolum, quia omnes damnandi eum imitantur. Sequitur. Et data est illi potestas super quatuor partes terrae interficere gladio, & fame, & morte, & bestiis terrae. Datur diabolo potestas per diuinam permissionem super quatuor partes terrae, id est super illos qui terrenis inhaerent per cupiditatem. Interficere eos gladio peccati, & fame verbi Dei, & morte, id est languore corporis, & bestiis, id est bestialibus motibus. Omnes namque qui per amorem terrenorum diabolo seruiunt, tali ab ipso stipendia accipiunt. Aliter. Datur diabolo potestas super quatuor partes terrae, dum ei conceditur materialis gladio, fame, morte, bestiis bonos per quatuor partes terrae dispersos affligere. Quae tamen potestas diabolo cooperatur in malum, bonis in bonum. Apertio ergo quarti sigilli maior demonstratio sacramenti. Quartum animal, Ioannes siue immortalis Diuinitatis Christi praedicator. Equus pallidus, hypocritarum cuneus. Sessor diabolus. Infernus damnandi potestas, permissio nocendi.

Infernus sequitur Diabolum, quia omnes damnandi eum imitantur.

Interficere eos gladio peccati fame verbi Dei. Bestiis id est bestialibus motibus.

De quinto sigillo, et apertione eius, Cap. VIII.

**E**T cum aperuisset sigillum quintum, *vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei.*

Apo. 8. Dei.



Dei, & testimonium quod habebat, et clamabat voce magna dicentes. *Vsq; quo dominus sanctus et verus non iudicet, & vindicet sanguinem nostrum de his qui habitant in terra. Et data sunt illis singula stola alba, & dictum est illis ut requiescerent per tempus adhuc modicum, donec impleatur conservium eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut et illi.* Persecutionibus superius descriptis, ne audientium mentes deficerent ex tot tribulationibus predictis, solatur divina misericordia lachrymabile sanctorum martyrum quarimoniam in praesenti capitulo, dono prime stola, & promissa conserviorum, & fratrum eorum saluatione. Et cum aperuisset sigillum quintum. Apertio sigilli quinti est secundum successione temporis evidentior declaratio sacri eloquii descripti & exhibitio promissi. Vidi super altare Dei animas interfectorum. Altare Dei Christus. Super eum namque offerimus patri bona per fide quam cogitamus, loquimur, aut operamur. Bene ergo animam sanctorum interfectorum subius altare Dei visam sunt, quia Christo se per humilitatem submitunt, & per ipsum a patre iudicium, & vindictam de persecutoribus ex amore iustitiae requirunt. Causam vero quare interfecti sunt subiungit dicens. Propter verbum Dei, & testimonium quod habebant, id est propter praecceptum Dei, quod in se implebant, & testificationem fidei, quam aliis praedicabant. Et clamabant voce magna, id est voto magno, & desiderio dicentes. *Vsq; quo dominus sanctus, & verus. Sanctus in temetipso, verus in promisso tuo, Sanctus odiendo iniquitatem, verus solutio promissionem. Non iudicet, & vindicet. Iudicet, malos a bonis discernendo. Vindicet, ipsos puniendo. Sanguinem nostrum, mortem nostram ab his, qui habitant in terra, non solum per mansionem, sed & per cupiditatem. Et data sunt illis stola singula, & dictum est illis ut requiescant per tempus adhuc modicum. Dantur nunc sanctis stola singula per solius animae glorificationem, & de illis per glorificationem corporis promissionem, ut requiescant per acceptam beatitudinem. Tempus adhuc modicum, usque ad vniuersalem resurrectionem, donec impleantur conservium eorum, & fratres impleantur per praecognitum numeri completionem. Conservium, quia eundem habent dominum fratres, quia eundem habent patrem Deum. Qui interficiendi sunt sicut & illi, quia omnes electi per praesentium laborum tolerantiam ad aeternam perueniunt gloriam. Et notandum, quod dicit, Modicum tempus, quia brevis est cursus temporis ad statum aeternitatis. Apertio itaque quinti sigilli, evidentior declaratio eventus praedicti in pagina sacri eloquii. Altare, Christus. Anima interfectorum, spiritus martyrum. Vox magna clamoris, desiderium vltionis. Donum, stola glorificatio. Anima requies, modici temporis expectatio finientis mutabilitatis. Conserviorum & fratrum impletio, praedestinatorum plenaria, & perfecta remuneratio.*

Quod nā sit altare Dei.

Quare animae interfecti sub altare visae sint.

Quomodo dentur stola.

Quare dicit tempus modicum.

De sexto sigillo et apertione eius. Cap. IX.

**E**t vidi cum aperuisset sigillum sextum, et ecce terra motus factus est magnus et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, et luna tota facta est, sicut sanguis, et stellae ceciderunt super terram, sicut ficus mittit grossos suos cum a vento magno mouetur. Dum appropinquat finis visionis videt; & narrat ea quae ventura sunt circa finem temporis. In isto namque capitulo describit tribulationem in diebus Antichristi venturam & tyrannidem diabolicam imperio Christi refranandam. Et vidi cum aperuisset sigillum sextum, id est temporis sequentis occultum. Et ecce terramotus, id est terrena diligentium motus, factus est magnus, apte addit magnus, quia cum semper reprobi moueantur ad increndum mala bonis, tempore Antichristi magis saeuiet furor crudelitatis. Et sol factus est, niger tanquam saccus cilicinus. Quia Christus verus sol iustitiae nigrescet, eo quod nec miraculis, nec praedicatione clarescet. Et luna facta est sicut sanguis tota, quia sancta Ecclesia ubique patitur crudelitatem persecutionis, effusione sanguinis. Et stellae ceciderunt super terram, quia multi qui videbantur esse stellae per fidei claritatem, & caelestem conuersationem, cadent per infidelitatem, & impietatis perpetrationem. Post sunt vero ista quae hic dicuntur de hac calamitate, & multa quae sequuntur ad litteram accipi. Scriptum namque est. *Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris praesura gentium praefusione, sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus praetimore, & expectatione quae superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes caelorum mouebuntur. Sicut ficus mittit grossos suos, id est fructus leues & vacuos, quia Deus neminem permittit cadere, qui illi seruiat vero amore. Cum a vento mouetur magno, quia magnitudine persecutionis velut inanes labentur. Sequitur: *Et caelum recessit sicut liber inuolutus, & omnes montes, & insulae, de locis suis mota sunt, et reges terrae, et principes, et tribuni, et diuites, et fortes, et omnis seruus, et liber absconderunt se in speluncis, et petris montium.* Caelum, id est caelestem conuersationem agentes recessit sicut liber inuolutus, quia se occultabunt, se & caelestia sacramenta sibi commissa cœlantes. Et omnes montes & insulae motae sunt de locis suis, quia omnes per virtutum eminentiam alti, & fluctibus persecutionum quassati se fide & opere a malis diuidunt. Et reges terrae, id est illi qui vel se vel alios noscunt regere, & principes, qui sciunt principari, & tribuni, qui tribus regunt, & diuites, operibus virtutum, & fortes, contra impetus tetationum. Et omnis seruus & liber, quantum ad conditionem, vel quantum ad coniugii copulationem, aut libertatem. Et absconderunt se in speluncis & petris montium, imitando secretam, & firmam*

Quid sit terramotus

Quid sit quod sol factus sit niger.

Quid per lunam & stellis signi ficat.

Matth. 24

Luc. 12

Neminem permittit cadere Deo qui illi vero amore seruit.

Quid sit caelum recessit.

Quo hac sine intelligentia ad litteram.

firmam conuersationem sublimium sanctorum. *Et dicent montibus & petris, id est sublimibus & firmis in fide sanctis. Cadite super nos, per pietate affectionem: Et abscondite nos, per vestram intercessionem: a facie, id est ab animaduersione: Sedetis super thronum, id est regnantis Diuinitatis: Et ab ira agni, Christi videlicet hominis. Possunt autem quaedam de his quae dicta sunt ad litteram intelligi, ut scilicet homines in illis diebus in speluncis & petris praetimore sunt se absconduri, & ab ipsis se velint operiri, & causam quare se velint abscondi & operiri subiungit dicens: *Quoniam venit dies magnus ira ipsorum.* Verè etenim dies magnus ira ipsorum veniet, quando tatus furor tanti hostis tam crudeliter defauit. Erit etenim tempus, quale non fuit ab eo ex quo gentes esse ceperunt vsque ad tempus illud. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro, id est nisi tribulationi illi citius finem daret, neino eam sustineret posset. Et quis poterit stare in fide, videlicet perseverantiam nisi sanctorum adiuuetur oratione? In paucis itaque verbis magnam & miserabilem tribulationem tempore Antichristi venturam comprehendit. Sed multiplici ecclesiae bello descripto subiicit tempore huius belli diaboli nocere paratum, sed a Deo ne sui torperent, vel desperarent refranatum. Sequitur: *Post haec vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terrae tenentes quatuor ventos terrae ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem.* Isti quatuor Angeli sunt vniuersi Dæmones totum mundum in quatuor angulis suis in diebus illis possidere cupientes. Stantes, & quos in latitudine mundi deuorare possint considerantes. Quatuor venti sunt, quatuor Euangeliorum libri. Isti venti tunc super terram, super mare & arbores flant, quando perfecti Doctores Euangelici Sacramenti plenitudinem terrena diligentibus, & in falso saeculi fluctuantibus malis ad similitudinem arboris sursum eactis, & fluctuantibus bonis praedicant. Quos praedicti apostatae Angeli tunc ne amplius super terram, mare, vel in arborem flent se tenere putabunt, quia ne verbum sacri Euangelii malis, vel bonis praedicetur laborabunt. Et notandum quod dicitur super terram, & super mare, & in arborem, quia bonum malis desuper offertur, quod a bonis iam intrinsecus possidetur. Sequitur: *Et vidi alium Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei vni, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrae & mari dicens: Nolite nocere terrae, et mari, neque arboribus quoad usque, signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Aliter Angelus Christus a praedictis Angelis multum diuersus, qui ascendit ab ortu solis, quia praedicator & largitor paternae claritatis. Qui etiam per hoc quod ascendit, nobis formam ad superna bona tendendi monstrauit. Iste Angelus descendit per carnis assumptionem, ascendit per eiusdem carnis glorificationem. Qui signi Dei*

Quid significatur per quatuor Angelos tenentes quatuor ventos? & quod per ventos.

Cur deriuatur super terram, super mare, &c.

Quis sit Angelus ascendens ab ortu solis.

Signi Dei quod nam sit.

habuit, quia immortalis Diuinitatis in se potentiam ostendit. Voce magna quatuor Angelis quibus datum est. i. permissum est. Nocere terrae & mari clamauit, quia corum malitiam magnae auctoritatis imperio refranabit. Per hoc quod hic vbi ait, quibus datum est nocere terrae & mari, de arboribus tacuit, potest intelligi quod perfectè bonis nihil nocet quod eis in bono potestas contradicit aduersa. Nolite nocere terrae, & mari, neque arboribus, id est nolite nocere malis, qui conuertendi sunt, & bonis, qui conuersi sunt. Nolite nocere per effrenatam tentationem. Donec signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum, per manifestam fidei confessionem. Donec, id est vsque, signemus, id est omnibus signatis neminem signandum expectemus. Signemus, videlicet ego interius per gratiae spiritualis effusionem, & mei ministri exterius, per praedicationis administrationem. Signemus, per distinctionem. Seruos, per subiectionem. Dei, per electionem, nostri, propter humanitatem, in frontibus eorum, propter confessionis manifestationem. Clamor ergo Angeli, refranatio Diaboli. Sequitur: *Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.* Statim postquam posuit refranationem reproborum Angelorum, subiungit signationem electorum hominum ad latitudinem signatorum, in qua signatione omnes electos pariter comprehendit praemittendo signatos ex omni tribu Israel, illos videlicet, qui passionem redemptoris praecesserunt, subiungendo turbam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, illos qui eum subsequuntur. Sed idcirco ipsam redemptionem praecedentes sub numero signat, ut paucos antiquitus saluatos ostendat ad comparationem illorum quos post passionem per gratiam collectos sola sapientia diuina dinumerat, & sequendo ordinem temporis primo ponit collectos ex antiquis, deinde collectos ex modernis. Et audiui, id est intellexi, qui essent signati, numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia. Iste numerus conuenit antiquis electis ad beatitudinem praedestinati. Centenarius namque, qui in computatione leua transit ad dexteram beatitudinis supernam ad quam de mundo transimus figurat. Quadragenarius autem qui ex quater decem constituit, recte decalogum legis, & spiritualement Euangelii intelligentiam in ipso contentam significat. Quaternarius vero quatuor principalium virtutum exercitationem, & millenarius totius iustitiae perfectionem designat. Aptè igitur antiqui iusti signo crucis, & si non re, tamen fide ad salutem signati, centum quadraginta quatuor millia esse referuntur. Centum propter promissam beatitudinem, quadraginta, propter decalogi completionem, & Euangelici Sacramenti significationem. Quatuor propter, quatuor principalium virtutum exercitationem. Ex omni tribu filiorum Israel id est non tam carnem ex Israel ducentes, quam

Cur dererminat sit numerus filiorum Israel, & non gentium.

De Numero cetenario quatuor dragenario, & quaternario & illorum significatione.

quam fidem ipsi. Tenetes. Quos bene ex omni-  
 tribu Israel filiorum signatos vidit, quia diuina  
 pietas ex omnibus aliquos elegit. Ex tribu Iuda  
 decem millia signati. Tribu Iuda quæ quarta  
 fuit in generatione, primam ponit in significa-  
 tione, propter religionem, & propter sapientiam di-  
 gnitatem, de qua Christus sumpsit carnem. Dan  
 de cuius genere Antichristus nascetur in nume-  
 ro signatorum prætermittitur, vt per hoc ostendat  
 quod Antichristus de cætu sanctorum eicietur.  
 Quod autem in descriptione signationis gene-  
 rationis non seruat ordinem, ad spiritualis digni-  
 tatis & ad meritum potest referri dispositio-  
 nem. Ex singulis tribubus ponit duodecim mil-  
 lia signatos. Duodecim, propter duodecim Pa-  
 triarcharum prærogatiuam, millia propter perfe-  
 ctam iustitiam. Signatos, pp. fidei confessionem ve-  
 ram. Ex tribu Iuda decem millia signati. Iudas in-  
 terpretatur confitens. Confessio alia criminis, alia  
 laudis. Hi sunt, qui per confessionem se de crimine  
 lauerunt, & de acceptis beneficiis laudis gratias  
 retulerunt. Ex tribu Ruben decem millia signati.  
 Ruben interpretatur filium videns. Hi sunt, qui  
 boni operis fructum genuerunt, & per eum ad  
 summi patris contemplationem perueniunt. Ex tribu  
 Gad, decem millia signati Gad interpretatur accin-  
 tus, hi sunt, qui semper parati, & expediti sunt  
 contra temptationem. Ex tribu Aser, decem millia signa-  
 ti. Aser interpretatur beatus, hi sunt, qui per præ-  
 sentis miseriam tribulationem perueniunt ad beati-  
 tudinem. Ex tribu Neptalim decem millia signa-  
 ti. Neptalim interpretatur latitudo. Hi sunt, qui  
 per affectum caritatis proximis impederunt opera  
 pietatis. Ex tribu Manasse decem millia signati.  
 Manasse interpretatur oblitus. Hi sunt, qui per  
 obliuionem temporalium perueniunt ad præ-  
 mium celestium. Ex tribu Simeon decem millia  
 signati. Simeon interpretatur tristitia exaudito.  
 Hi sunt, qui per præsentem tristitiam ad veram  
 attigerunt lætiam. Ex tribu Leui decem millia  
 signati. Leui interpretatur super-radditus. Hi sunt,  
 qui bona melioribus addiderunt, & per hoc cæ-  
 lestis boni additamentum receperunt. Ex tribu  
 Isachar decem millia signati Isachar interpreta-  
 tur merces, hi sunt, qui respuerunt mercedem  
 laudis humane, & per hoc acceperunt mercedem  
 retributionis Diuine. Ex tribu Zabulon decem  
 millia signati. Zabulon interpretatur habitacu-  
 lum fortitudinis, hi sunt, qui per conuersationem  
 perueniunt ad celestem mansionem. Ex tribu  
 Ioseph decem millia signati. Ioseph interpreta-  
 tur augmentum, hi sunt, qui per augmentum iustitiæ  
 perueniunt ad plenitudinem gloriæ. Ex tribu  
 Benjamin decem millia signati. Benjamin inter-  
 pretatur filius dexteræ, hi sunt, qui per vias, quæ  
 a dextris sunt quas nouit dominus ambulauerunt,  
 & per hoc ad dexteram iudicis constitui  
 meruerunt. Pauca frater charissimæ de multis  
 perstrinximus, & multa in his omnibus tuæ pru-  
 dentiam discutienda relinquimus, quæ causa breui

Confessio duplex.

Quid Ruben significet.

Quid Gad.

Aser.

Neptalim.

Manasse.

Simeon.

Leui.

Isachar.

Zabulon.

Ioseph.

Benjamin.

tatis præterimus. Sequitur: *Post hæc vidi turbam* Apoc. 7.  
*magnam, quam dinumerare nemo poterat ex om-  
 nibus gentibus & tribubus & populis, & linguis  
 stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti  
 stolis albis, & palma in manibus eorum.* Superius  
 posuit iustos, qui in passione Christi præcesse-  
 runt, modo subiungit eos, qui tempore gratiæ fi-  
 dei signum acceperunt. Quorum numerum ideo  
 non ponit, vt aperte significet, quod eum humanus  
 sensus capere non possit. Vnde apte dicit. Post  
 hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare ne-  
 mo poterat, nisi ille videlicet, qui etiam maris  
 arenas, & pluuie guttas, & dies sæculi solus di-  
 numerat. Ex omnibus gentibus, quas superius  
 nomine nationis designauit, & tribubus, & po-  
 pulis, & linguis, hæc supra exposita sunt. Tribus  
 dicitur a tribus ordinibus in quibus sunt septua-  
 ginta linguæ, in lingua iudæi populi, in populo  
 diuersæ sunt nationes. Ex omnibus gentibus,  
 etiam barbaris, tribubus populis, quia Diuina  
 pietas sicut sagena ex omni genere piscium, ita  
 ex omni genere hominum elegit, & ad vitam  
 perducit. Stantes, quia parati sunt Diuinis obedi-  
 re præceptis, ante thronum, id est ante regiam  
 dignitatem Diuinæ Maiestatis. In conspectu  
 agni Christi hominis amicti stolis albis, per mu-  
 diciam corporum, & palmæ in manibus eorum,  
 per victoriam hostium, & clamabant voce magna,  
 id est magna deuotione dicentes: *Salus Deo no-  
 stro, qui sedet super thronum et agno*, quasi dice-  
 ret. Salus nostra non nobis ascribatur, quia non est  
 a nobis, sed ascribatur illi a quo est, Deo videli-  
 cet nostro, qui sedet super thronum & agno, Di-  
 uinitati regnanti, & agno Christo homini. Ali-  
 ter. Salus quam habet Diuinitas per naturam, &  
 humanitas per gratiam, Diuinitati, & humanita-  
 ti decantetur per rationalem creaturam. Sequi-  
 tur: *Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, et  
 seniorum, et quatuor animalium, et ceciderunt in  
 conspectu throni in facies suas, et adorauerunt eum  
 dicentes amen.* Angelos inducit de saluatione ho-  
 minum gaudentes, & humane confessionis testi-  
 monium confirmantes. Et omnes Angeli stabant,  
 quia ad obediendum parati. In circuitu throni,  
 vndique exequentes ministerium præcepti. Et  
 seniorum, & quatuor animalium, vbi que eccle-  
 siasticos viros muniendo. Et ceciderunt in con-  
 spectu throni in facies suas, se humiliando. Et  
 adorauerunt Deum, se exaltando. Dicentes ame-  
 n, humane laudis Deo exhibitæ testimonium con-  
 firmando, & Deum pariter collaudando. Vnde  
 bene subditur: *Benedictio, et claritas, et sapientia,  
 et gratiarum actio, et honor, et virtus, et fortitudo  
 Deo nostro in secula seculorum amen*, quasi di-  
 cerent. Omnia quæ habet per naturam Diuinita-  
 tis, illi sunt referenda per Canticum laudis. Be-  
 neditio, quia singulariter & superexcellenter  
 est benedictus, claritas, quia clarus, & sapientia,  
 quia sapiens, gratiarum actio, quia pro collatis be-  
 neficiis est laudandus. Honor, quia honorandus,  
 virtus

Tribus vnde dicitur.

Cur Angeli dicantur stare, in circuitu throni.

Virtus, quia inuincibilis. Fortitudo, quia for-  
 tis in secula seculorum, sine fine. Amen, id est  
 verè. Et apte ista septem referuntur ad laudem  
 creatoris, quia septem sunt dona gratiæ spi-  
 ritualis, quæ per ipsum distribuuntur saluandis:  
*Et respondens vnus de senioribus dixit mihi, hi  
 qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde ve-  
 nerunt. Et dixi, domine mi tu scis.* Vnde turba  
 in tantæ gloriæ dignitatis monetur attendere  
 per quam viam potuit ascendere ad eam, ut idem  
 alios doceat suspicere vt ad eandem gloriam  
 contendant peruenire. Vnus de senioribus est  
 vnueritas Prophetarum, Apostolorum, &  
 Doctorum prædicans iustitiam & gloriam cle-  
 storum. Hi qui sunt amicti sunt stolis albis,  
 corporibus & operibus mundis. Qui sunt id est  
 quantæ dignitatis, & vnde venerunt id est de  
 quantæ fornacis tribulationis. Et dixi illi, do-  
 mine mi tu scis, quasi diceret, ergo nescio,  
 sed tu doce me. Et dum humiliter se utrumque  
 ignorare fateatur, ipse ab Angelo quædam modum  
 & nos ab vnueritate Doctorum de vtroque edo-  
 cetur. Nam subditur: *Et dixit mihi, hi sunt, qui  
 venerunt de tribulatione magna, & lauerunt sto-  
 las suas et dealbauerunt eas in sanguine agni.*  
 Et est ordo sensuum, lauerunt stolas suas, in  
 baptismo, dealbauerunt eas, bene operando  
 & vtrumque in sanguine agni, in fide passio-  
 nis Christi & sic tandem venerunt de tribula-  
 tione, de præsentium passionum tolerantia,  
 quia meruerunt largiente gratia in baptismo lau-  
 vari, & bene viuendo dealbari, & pro fide  
 Christi aduersa pati. Sunt ante thronum Dei,  
 id est regnante diuinitatem, & seruiunt ei, per  
 laudis eius decantationem. Die ac nocte id est  
 continuè. In templo eius, in sanctorum con-  
 gregatione, quorum dignitas adhuc declara-  
 tur, cum subditur: *Et qui sedet in throno, id est  
 Deus qui regnat, Habitat super illos, quia imper-  
 petuum eos pie protegit, & gubernat, vt eis  
 bonum, quod ipse inuisibiliter & multiformiter  
 habet participet. Quorum etiam beatitudinem  
 laudis in sequentibus describit ostendens eos a  
 malo alienos, & bono repletos. Non esurient,  
 neque sitient amplius, quia reficietur panis & fon-  
 te vitæ. Neque cadet super illos sol neque vllus  
 estus, quia protegentur a maiori & minori tri-  
 bulatione. Quoniam agnus, qui in medio  
 throni est, id est in medio Angelorum in quibus  
 Deus residet, & per quos iudicia sua exercet, re-  
 get illos, videlicet in via, & deducet illos ad vi-  
 tæ fontes aquarum, in patria. Et quoniam erunt  
 ab omni malo liberi, ita quoque erunt absq; om-  
 ni dolore mali. Vnde subditur: *Et absterget Deus  
 omnem lacrimam ab oculis eorum.* Deus abster-  
 get, quia sicut ab omni malo liberos, sic eos  
 totius doloris immunes faciet. Apertio igitur  
 sexti sigilli, completio mystici eloquii. De  
 persecutione Antichristi, motus & confusio  
 rerum, persecutio prauorum Angelorum.*

Sensus litteræ.

Epilogus.

A Nocentium cohibitio, Diabolica tentationis  
 refractio. Angelus, Christus. Signati, electi.  
 Centum quadraginta quattuor millia ex omni  
 tribu filiorum Israel electi in redemptionem  
 præcedentes. turba magna, electi eam subse-  
 quentes. Conventus Angelorum, gaudium  
 eorum, & gratiarum actio de salute hominum.  
 Vnus autem seniorum vnueritas Doctorum.  
 Lauatio, & dealbatio stolarum munditia corpo-  
 rum & operum. Sanguis agni, passio Christi.  
 mali ablatio, præsentis miseriam euasio, boni  
 collatio superna beatitudo.

De septimo sigillo, & apertione eius, Cap. X.

ET cum aperuisset septimum sigillum factum Apoc. 8.  
*est silentium in celo quasi media hora.* In i-  
 ne visionis describit ea quæ contingent in fine  
 temporis. Et cum aperuisset sigillum septi-  
 mum id est cum per extremitatem sæculi præ-  
 sentis inciperet demonstrare in sacra visione  
 iam compleri mysterium humane redemptionis,  
 factum est in celo, id est in sancta eccle-  
 sia. Silentium id est tranquillitas magna ex  
 omni parte parata. Sed quasi media hora dicitur  
 silentium fieri, quia cito veniet iudicium.  
 Apertio igitur septimi sigilli, manifestatio sacri  
 eloquii de his, quæ fient circa finem sæculi.  
 Silentium quasi media hora, pax & tranquillitas  
 vltima. Et vt cuncta, quæ in hac visione  
 continentur breuiter ad euidentiam reuocemus  
 in finem. In primo capitulo egit auctor de seden-  
 te in throno & ornatu eius. In secundo de  
 quattuor animalibus. In tertio, de libro signato  
 quem sedens in throno in eius dextera tenuit,  
 & de agno, qui librum aperuit. In quarto de  
 primitiis, & renatis & per gratiam ad uitam  
 resurgentibus. In quinto, de impiis persecuto-  
 ribus. In sexto, de hæreticis. In septimo, de  
 hypocritis. In octauo, de martyrum quæri-  
 moniis, & singulis stolis sibi datis. In nono,  
 de persecutione Antichristi. In decimo, de  
 parui temporis pace, & tranquillitate quæ  
 eis post Antichristum in fine mundi, & in  
 his omnibus de iustorum probatione, & ad  
 celestem gloriam præparatione, & de pro-  
 funditate celestium mysteriorum, quæ in  
 secunda huius libri visione continen-  
 tur. Pauca guttas haussimus, sed  
 iam stilum ponendo quies-  
 scimus, vt ad tertiam  
 discutiendam ala-  
 crius resurga-  
 mus.

Cur dicat silentium dimidia hora.





LIBER TERTIVS

DE VISIONE TERTIA.

PROLOGVS.



DEVS cuius magna virtus, cuius sapientie non est numerus, Qui per potentiam cuncta creavit per sapientiam creata disposuit, disposita multiplicat, multiplicata gubernat, ineffabili bonitate sua suis electis futura predicat, & quid est agendum, quid cavendum, quid tolerandum, quid sperandum patenter ostendit, ut eos per singula perfecte doceat, & docendo ad omnia pramuniat. Vnde in hac visione secundum prolixitatem temporis disponitur ordo narrationis, ut vbi que cuiuslibet cause eventus distinguatur, & vniuersalis mater ecclesia per sacram prophetiam edocta, in his qui ad vitam aeternam predestinati sunt nullum detrimentum patiantur. Describit autem visio ista sub distinctione septem Angelorum tubis canentium, vniuersitatem predicatorum, turbines persecutionum, retributiones premiorum, Incipit denique narrationem suam ab exordio ecclesie renascentis & symbolis, & figuris describens mutationes rerum secundum vicissitudines successio, & eam deducit usque in finem temporis. Ibi que post multas tolerantias laborum subiungit premia iustorum, que cuncta in suis locis distinguemus, & prout ordo requirit exponendo disponemus.

De septem Angelis canentibus tuba, & de alio Angelo stante ante altare.

CAP. PRIMVM.

Apoc. 8. Qui nam sunt septem Angeli.

VIDI septem Angelos stantes in conspectu Dei, & data sunt illis septem tuba. Septem Angeli stantes in conspectu Dei, sunt predicatores vniuersi per omne tempus, quod septem dierum numero voluitur, cooperante Spiritu sancti gratia predicantes verbum Dei. Qui dicitur dicti sunt Angeli, quia a Deo missi, stantes in conspectu Dei, quia ad Diuinum obsequium parati. Dantur illis septem tuba, quia attribuitur eis vniuersale officium predicationis Diuinae, ut canant ad electorum nutritionem, & reprobatorum destructionem. Et alius Angelus venit, et stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua. Alius Angelus Christus, quia magni conspectu

Quid sit alius Angelus.

Angelus, quia bene dicitur alius, quia ab aliis Angelis id est vniuersis predicatoribus, & gratia sanctitatis, & excellentia dignitatis, & potentia virtutis longe remotus. Qui venit, dum naturae nostrae fragilitatem assumpsit; Et stetit ante altare, de hoc altari typice scriptum est, Altare de terra facietis mihi. Altare De terra, humanitas assumpta. Sed sicut venire pertinet ad carnis assumptionem, ita stare pertinet ad diuinitatis immutabilitatem. Qui ergo venit per carnem, per diuinitatem ante altare stetit, quia Diuinitate in qua immutabilis permansit, humanitate quae nobis altare est, prior & sublimior fuit. Habens thuribulum aureum in manu sua. Thuribulum, sunt sancti Apostoli, qui ad electorum preces summam Diuinitati offerendas in sancta ecclesia sunt principaliter constituti. Qui apte aurei sunt, & auri fulgorem habent, quia Diuinam in se sapientiam continent, & per eam in mundo cunctis luceat. Istud thuribulum Angelus in manu habuit, ex quo Christus duodecim Apostolos elegit. Sequitur: Et data sunt ei incensa multa, id est orationes delectabiles: Et daret, id est representaret patri: De orationibus sanctorum super altare aureum, i. super semetipsum. Ipse est namque altare, quia super eum offeruntur patri omnia vota humanae iustitiae. Aureum, quia in ipso sunt omnes thesauri absconditi sapientiae, & scientiae. Ipsi ergo soli ad offerendum incensa dantur, quia omnes orationes sanctorum per ipsum patri commendantur. Sed & recte altare aureum dicitur esse in conspectu Dei, quia de eo testatus est pater in eo complacuisse sibi. Et ascendit fumus in conspectum de orationibus sanctorum coram Deo de manu Angeli, quia illa sola oratio in caelestibus est accepta, quam filius offert patri. Sequitur: Et accepit Angelus thuribulum, et impleuit illud de igne altaris, et misit in terram. Angelus thuribulum quod superius habere dicitur accepit, & illud de igne altaris impleuit, quando Christus Apostolos post completum humanae redemptionis mysterium in fide solidauit, & eis de eodem spiritu quo ipse plenus erat primitias dedit. In terram quoque thuribulum impletum misit, dum eos in terram ad predicandum direxit. Sed quid Apostolorum visionem secutum sit declaratur cum subditur: Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, et terrae motus magnus. Predicantibus etenim Apostolis facta sunt tonitrua, id est durae damnationis comminationes, & voces, id est mediocres admonitiones. Et apte post tonitrua addidit voces, quia quos per minas deterremus, per promissa lenire debemus, ut terror a malo frangat, & promissio ad bonum querendum stabiliat. Sed quia apud infideles, nec terrores minarum, nec voces valent persuasionum, sine testimoniis miraculorum, apte subditur. Et fulgura. Fulgura namque significant miracula longe lateque coruscantia. Et quoniam postquam tonitrua comminationum, & voces admonitionum omnem

Exod. 17. Altare de terra quod nam sit.

Thuribus. Ipsi sunt Apostoli.

Fumus in conspectum.

Quando facta sunt tonitrua, & quid significant.

omnem terram sonuerunt, & fulgura miraculorum orbi terrae coruscauerunt, multi de eo, quod erant mutati sunt, recte subditur. Et terrae motus. Terrae motus namque post tonitrua, voces, fulgura, factus est, quia Apostolis predicantibus & miracula facientibus, multi terreni terram inhabitantes, & terram diligentes moti sunt. Alii ad bonum per conuersionem, alii ad malum per auersionem. Alii moti sunt ad credendum, alii moti sunt ad persequendum. Bene quoque postquam dixerat terrae motus, subicit magnus, quia largiente gratia multi sunt ad fidem a Christo vocati, & exigente culpa multi sunt ad persecutionem fidei Diabolo instigante excitati. Sequitur: Et septem Angeli, qui habebant septem tubas parauerunt se ut tuba canerent. Postquam superius de Angelo magni consilii, id est de Christo, quaedam quae ad redemptionis nostrae sacramenta pertinent breuiter tetigit, & Apostolorum missionem per thuribulum in terram missum typice descripsit, rursus ad septem Angelos id est ad vniuersos predicatorum conuentus de quibus incepit, & de quibus in sequentibus tractabit sermonem reducit, qui se parant ut tuba canant, quia operantur prius, quod postea predicant, vel quae, & quibus predicare debeant diligenter prius considerant. Magnum quippe est officium predicationis, vnde necesse est, ut qui illud exercere debent, & firmentur virtute sanctitatis, & vtantur libra discretionis. Septem ergo Angeli sunt predicatores vniuersi. Alius Angelus Christus. Thuribulum, duodecim Apostolorum numerus. Fumus aromatum, deuotiones orationum. Altare aureum, corpus assumptum. Impletio thuribuli de igne altaris. primitiae spiritus datae discipulis. Missio thuribuli in terram, directio Apostolorum ad predicandum terrigenis gratiam. Tonitrua, comminationes, voces, admonitiones. Fulgura, splendor miraculorum, terrae motus magnus, conuersio, & auersio hominum, Angelorum ad canendum preparatio, predicatorum bona actio, & prouida predicandi discretio.

De primo Angelo, & tuba eius. Cap. II.

ET primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis mixta in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terrae combusta est, & tertia pars arborum combusta est, & omne fenum viride combustum est. Primus Angelus, predicatorum ordo primus, prima tuba, predicatio prima. Primus ergo Angelus tuba cecinit, quando in nouo testamento ordo predicatorum primus in Iudaea Euangelium perfonuit. Sed quid ipsam predicationem secutum sit declaratur cum subditur. Et facta est grando & ignis mixta in sanguine. Grando significat extrinsecus flagellum persecutionis. Ignis flammam

Apoc. 8.

Quid primus Angelus, & prima tuba significat.

Quid per gradinem, ignem & sanguinem.

interius ardentis peruersae emulationis. Sanguis crudelitatem occisionis. Primo itaque Angelus tuba canente, facta est grando, & ignis mixta in sanguine, quia primo predicatorum ordine in principio noui testamenti in Iudaea predicante, Iudaeus populus usque ad effusionem sanguinis crudeliter exarsit in persecutione. Et missum est in terram, id est in illos, qui habitant in terra. Sed quia sequitur persecutionis non bonis, sed malis nocet, apte subiungitur. Et tertia pars terrae combusta est, & tertia pars arborum combusta est, & omne fenum viride combustum est. Duae hominum partes sunt Dei, actiui scilicet & contemplatiui, imperfecti & perfecti, minores & maiores. Ista duas partes Deus sibi assumit, quia pusillis cum maioribus benedixit. Tertia pars, quae est malorum Diabolo relicta est, & facta grandine, & igne commixta in sanguine, duabus quae Dei sunt illaesis permanentibus combusta est, quia predicatorum ordine predicante & persecutione saeuiente, funditus a bono defraudata est. Terra autem significat homines, quia debent & ipsi ad similitudinem terrae per virtutes & bona opera fructificare. Arbores significant homines, quia sicut arbores se desiderio caelestis boni sursum debent erigere. Fenum viride, significat homines, quia debent quoad modum scenui viride per virtutem perseverantiae semper virere. Sed arborum & terrae tertia pars combusta perhibetur, ut duabus partibus quae (ut dictum est) Dei sunt illaesis a malo permanentibus, ipsa a vero bono sterilis Deiecta marida significetur. Fenum autem totum comburitur, quia quisquis solum credulitatis vitorem habet, & virtutum & operum bonorum fructu caret, veniente tentatione, vel persecutione malignitatis incendio facile concrematur. Sed boni denique siue mali homines sub significatione trium rerum, terrae, arborum, feni, recte comprehendantur, propter trium bonorum siue malorum typum, cogitationum videlicet, locutionum, actionum. Haec enim omnia in bonis bona sunt, in malis mala. Non inconuenienter itaque homines siue boni, siue mali per trium rerum describuntur significationem, quia & per trium distinguuntur qualitates, & multa sunt, quidem quae de huiusmodi intellectibus dici possunt. Sed quae sub praesenti breuitate comprehendere non valemus, ad exercitationem sensus tui, tuae prudentiae querenda, & discutienda reseruamus. Non enim debes hebes his tantum quae dicimus superfedere, sed temetipsum in anteriora extendere, & attemperare, remotiora attingere, maiora comprehendere. Primus ergo Angelus predicatorum ordo in Iudaea predicantium in nouo testamento primus. Tuba prima, predicatio prima. Grando & ignis commixta in sanguine, & emula persecutio saeuens in credulitate tertiae partis terrae, arborum, & totius feni viridis combustio, damnatorum reprobatio. Duarum partium terrae & arborum

Varia significatio.

Quare tigrum fenum comburitur.



horum seruatō, saluandorum assumptio. Quorum videlicet saluandorum duæ partes esse dicuntur, quia saluandi sub imperfectionis & perfectionis differentia comprehenduntur.

De secundo Angelo, & eius tuba. Cap. III.

Apo. 8.

ET secundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est in eo tertia pars creaturæ, quæ habebant animas in mari; Et tertia pars nauium interijt. Collectis ad fidem in prædicatione ex Iudæa fidelibus, statim secunda prædicatione in gentibus quæ maris nomine designantur personuit, & ex eis utique saluandos conuocauit, Sed Diabolus qui in prima prædicatione aliquos ex Iudæis sibi auferri doluerat, & idcirco in Iudæa persecutionem excitauerat, ut prædicationem ad gentes transferri vidit, statim in gentibus persecutionem ad eiusdem impedimentum excitauit. Dicitur ergo.

Mons magnus Diabolus cur dicitur.

Et secundus Angelus tuba cecinit, id est vox prædicatorum relictis Iudæis in gentibus personuit, & mons magnus id est Diabolus, mons per tumorem, magnus per tumorem magnitudinem, igne ardens per inuidiam, missus est in mare, id est in gentes per permissionem diuinam. Gentiles mari bene comparantur, quia fluctuabant per diuersorum culturam idolorum, & multorum amaritudinem uitiorum. Iste maris duæ partes sunt Dei, tertia Dyaboli, sicut in præcedenti capitulo de terra, & arboribus monstrauimus. Secundo Angelo tuba canente & tanquam monte missus in mare, tertia pars maris facta est sanguis, quia derelicta Iudæa sonante in gentibus, voce prædicationis, diabolo concitante pars gentilitatis reliquendo Deum tormento damnationis conuersa est ad crudelitatem persecutionis. Tertia quoque pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari mortua est, tertia pars nauium interijt, quia damnanda pars illorum etiam, qui apud eos magis uidebantur rationabiles, & digniores, & illorum qui aliorum erant uectores, & sustentatores per culpam ante mortua tunc fide respuendo, & in infidelitate permanendo eterne morti deputata disperit. Secundus ergo Angelus cum sua tuba, prædicatores in gentibus cum prædicatione de Iudaismo ad gentes translata. Mons magnus missus in mare Diabolus sciuens in concitanda gentilitate. Duæ artes maris habentium animas & nauium, saluandi, tertia pars damnandi. Sanguis crudelitas persecutionis. Mors habentium animas, & interitus nauium, manifesta quorundam reprobatio, qui magis æstimabantur rationales, & aliorum uectores, & sustentatores.

De tertio Angelo, & tuba eius. Cap. IIII.

Apo. 8.

ET tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit de celo stella magna ardens tanquam facula, & ceci-

dit in tertiam partem fluminis, & in fontes aquarum, & nomen stelle dicitur absinthium, et facta est tertia pars aquarum in absinthium, et multi homines mortui sunt de aquis, quia amara facta sunt. Multa in hac tertia uisione continentur, quæ in ea quæ in secunda uisione dicta sunt, aptissime disponuntur. Vbi namque sancta prophetia. Alius exiit equus rufus egit de persecutoribus sub apertione secundi sigilli. Hic ubi in præcedenti capitulo dicit tuba secundi Angeli. Ibi ubi dicit. Ecce equus niger, egit de hereticis sub apertione tertii sigilli. Hic ubi dicit. Cecidit de celo stella, agit de hereticis sub tuba tertii Angeli. Ibi ubi dicit ecce equus pallidus, egit de hypocritis sub apertione tertii sigilli. Hic ubi dicit tertia pars solis percussa est, agit de hypocritis sub tuba quarti Angeli. Ibi ubi ait terremotus factus est magnus egit de persecutione Antichristi sub apertione sexti sigilli. Hic ubi ait. Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate, agit de persecutione Antichristi sub tuba sexti angeli. Ibi ubi dicit. Factum est silentium in celo quasi hora media, egit de fine mundi sub apertione septimi sigilli. Hic ubi dicit factum est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, agit de fine mundi sub tuba septimi angeli. Secundum ergo cum secundo, tertium cum tertio, quartum cum quarto, quintum cum quinto, sextum cum sexto, septimum cum septimo. Concordat sigillum cum angelo, & cum apertione sigilli tuba angeli, Quæ tamen singula cum singulis de eodem diuersis figuris tractat, ut lector magis exerceat, & ut diabolum sicut in exhibitione Diuinæ promissionis, ita hic eisdem promissionis modum uelle impedire officium prædicationis ostendat. Hæc de consonantia præcedentis, & præsentis uisionis diximus. Nunc ad capitulum propositum redeamus. Et tertius angelus tuba cecinit. i. tertius prædicatorum ordo prædicauit, & cecidit de celo stella, id est de ecclesia hereticorum caterua, quæ bene dicitur stella magna ardens. Stella per acceptam scientiam, magna per superbiam, ardens per inuidiam. Tanquam facula, quia dum alios ad prauitatem incendit semetipsam consumit. Et cecidit in tertiam partem fluminis, & in fontes aquarum, per flumina & fontes Diuina scriptura figuratur, cuius haustu mens humana ueri boni sitibus da recreatur. Fontes aquarum dicuntur illi libri in quibus origo & summa fidei comprehenditur, sicut sunt libri legis, Prophetarum, Euangelistarum, & Apostolorum. Flumina, illa quæ inde trahuntur, sicut sunt expositiones doctorum. Duæ sunt autem partes scripture, historica uidelicet spiritualis intelligentia, quæ recte intellecta pertinent ad bonos. Tertia pars est peruersorum peruersa intelligentia, quæ pertinet ad malos. Stella de celo itaque cadens in tertia parte fluminis, & in fontes aquarum cecidit, quia prauitas hæretica de sublimitate ecclesiæ decidens sacram scripturam in parte suæ assertionis corruptit. Et nomen stelle dicitur absinthium.

Concordantia uisionum.

Quid significet stella & cur dicatur magna.

Qui sunt fontes aquarum.

Quare dicitur stelle nomen absinthium.

absinthium, nomen stelle id est hæreticæ tubæ dicitur absinthium, quia quisquis ab hæretica prauitate seducitur, ad prauam intelligentiam, & spiritualis mortis amaritudinem perducitur, unde congruè dicitur. Et facta est tertia pars aquarum absinthium, & multi homines mortui sunt de aquis, quia amara facta sunt. Stella namque cadente in aquas aquæ amarantur, & homines bibentes moriuntur, quia hæreticis summa deferentibus, & sacræ scripturam per se docentibus, ipsa scriptura in eorum doctrina corrumpitur, & eorum prauitati consentientes spirituali morte necantur. Duæ itaque partes remanent deo, tertia corrupta relinquitur Diabolo. Qui quoniam per persecutionem prædicationem Diuinam exterius omnino impedire non potuit, interius per hæreticos adimplere tentauit. Tertius Angelus igitur prædicatorum ordo tertius, stella cadens hereticus a uera fide decidens. Aqua, scriptura, imitatio tertiæ partis præditas assertionis. Mors bibentium, impietas consentientium.

De quarto Angelo, & tuba eius. Cap. V.

Apo. 8.

ET quartus Angelus tuba cecinit, & tertia pars solis percussa est, & tertia pars lune, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars earum, & tertia pars diei non lucret, & noctis similiter. Videns hostis antiquus nec per fidelium persecutionem, neque per hereticorum prauitatem prædicationem ad libitum suum impedire non posse, adiungit hypocritarum simulationem. Et quartus Angelus tuba cecinit, id est quartus ordo prædicatorum prædicauit. Et tertia pars solis percussa est, id est sensus humanus in hypocritis (qui perfectis & imperfectis iustis tertii sunt per sinistram intentionem) obscuratus est. Et tertia pars lune, id est iustitiæ eorum quæ per augmentum debuisse crescere, & tertia pars stellarum, id est virtutes eorum quæ deberent multipliciter lucere, ut obscuraretur tertia pars eorum, id est uniuersa claritas in conuersatione hypocritarum. Duæ namque spiritualis boni partes illesæ perfectis iustis referuntur. Tertia uero in reprobis destruitur, ut diei non lucret tertia pars, & noctis similiter. Per diem hoc in loco accipiuntur illi, qui inter hypocritas ueræ scientia, vel uita lucidiores, per noctem illi, qui in utraque parte apparent minus lucentes. Bene itaque tertia pars solis, lune, & stellarum obscurata diei & nocti lucere perhibetur, quia bonum intelligentiæ iustitiæ uirtutis, & in excellentioribus, & in inferioribus hypocritarum personis funditus obnubilatur. Sequitur: Et uidi & audiui uocem unius Aquilæ uolantis per medium cælum, dicentis uoce magna uenite, uenite, uenite habitantibus in terra. De ceteris trium Angelorum uocibus, qui erant tuba canentes, Aquila quæ reuerberatis oculis contra solem ad sublimia uolat, uniuersitatem Diuinorum scriptorum, & prædicatorum significat, qui

Quæ sit tertia pars solis.

Tertia pars lune.

Quid per Aquilam significetur.

A ceteris fidelibus ecclesiæ secreta subtilius scrutantur, & altius, & clarius contemplantur. Qui bene dicuntur Aquila una, quia magna est eorum in sacræ scripturæ contemplatione & prædicatione concordia. Qui toties per medium cælum uolantes uoce magna clamant, quoties magna auctoritate in communi audientia totius ecclesiæ sublimiter recta prædicant, uenite, uenite habitantibus in terra. De ceteris uocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri, quasi diceret, grauiora sunt mala quæ superius continentur, sed ualde grauiora sunt ea quæ sequuntur. Uenite namque ter positum, & habitantibus in terra comminatum de ceteris uocibus trium angelorum, qui erant tuba canituri tres grauiissimas tribulationes designat trium ordinum prædicatorum temporibus futuras, qui erant prædicaturi. Graues igitur sunt tribulationes quæ sub tuba quatuor præcedentium Angelorum præcedunt, sed longè grauiores sunt, quæ sub trium sequentium tuba succedunt. Quod autem dicit habitantibus in terra, significat terrena diligentes, & terrena cælestibus præferentes, quibus tribulationes uertuntur in malum, quæ bonis cooperantur in bonum. Quartus ergo Angelus, prædicatorum ordo, quartus, tertia pars solis, lune, stellarum, diei, noctis, obscurata claritas intelligentiæ, iustitiæ, uirtutum, tam in sublimitatibus, quàm in minoribus hypocritarum personis obnubilata. Aquila uolans per medium cælum, uniuersitas prædicatorum in ecclesia prædicantium. tria uenite sequentia, uocibus succedentium Angelorum, tribulationes ueteris temporis sequenti prædicatorum.

Cur uenite ponatur.

Qui sunt qui habitant in terra.

De quinto Angelo, & tuba eius. Cap. VI.

Apo. 9.

ET quintus Angelus tuba cecinit. Et uidi stellam de celo cecidisse in terram. Et data est illi clauis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magna. Et obscuratus est sol, et aer de fumo putei, et exierunt locustæ in terram. Postquam diabolus uidit, quod per singula mala persecutorum crudelitatem, hæreticorum prauitatem, hypocritarum simulationem, sacram impedire prædicationem non potuit, uniuersa malorum genera (sicut in sequentibus ostendetur) induxit, & quod per singula sigillatim non ualuit, per omnia pariter efficere tentauit. Et quintus Angelus tuba cecinit id est prædicatorum ordo quintus prædicauit. Et uidi stellam de celo cecidisse in terram. i. uidi quod diabolus, qui lucifer dicitur, qui de celo cecidit, in terrenis & terrena diligentibus dominationem accepit. Et data est illi clauis putei abyssi. i. cõcessa est illi potestas profunda, & occulti mali. Qui puteum abyssi aperuit dum profundam, & occultam malitiam ad nocendum de uniuersorum simul malorum cordibus eduxit, & propalauit. Fumus quoque putei sicut fumus fornacis magna ascendit, quia simul & semel aperta erupta, & lo-

Quæ sit stella, quæ Angelo canente cecidit.

& soluta prauitas Dæmonum & hominum ad detrimentum bonorum qui in sublimi positi sunt pertingere laborauit. Vnde apte subditur. Et obscuratus est sol & aer de fumo putei. Sol & aer de fumo putei obscurantur, quia & quidam ex illis qui alios illuminare videbantur, & quidam ex illis qui illuminantur, suggestione & doctrina Dæmonū, & peruersorum hominum excœcatur. Et quia mali non tantū bonis nocent vt obscurentur, sed & malis obfunt ne illuminent, bene sequitur. Et locustę exierunt in terrā. Quid nā que accipitur per locustas, nisi malorū vniuersitas? Qui admodum locustarū & ad alta saliant per elationem, & ad terram recidunt per cupiditatem. Quid accipitur per terram, nisi terrena diligentes, & per cupiditatem terrenis inhæretes? Locustę ergo in terram exeunt, quando superbi quicq; in eos qui terrena cœlestibus antepōnūt, potestatem accipiunt. Cuius potestatis claritas declaratur cum subiungitur. *Et data est illis potestas, sicut habet potestatem scorpiones terrę.* Scorpio facie blandus apparet, cauda nocet. Sic prauorum vniuersitas quod non potest per apertā scintillam, hoc adimplere nititur per occultā malitiam, Et quoniam occulta malorū nocendi malitia diuinitus refranatur: nec verē bonis in aliquo nocere permittitur, bene sequitur. *Et præceptum est illis ne laderent frōnem terrę, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantum homines qui non habent signum Dei viui in frontibus suis.* Frōnem significat rudes, & insipientes, & ad deceptionem flexibiles. Viride, homines vere fidei virorem habentes, & per spem eternitatis supernę viriditatem expectantes. Arbor, per fidem & spem boni operis fructum exhibentes. Omnes igitur vere electos incipientes, profectiones, perfectos, mali ledere perhibentur, quia ab omni læsione, occulta & diuina dispositione cohibentur. Nisi tantum homines qui non habent signum Dei viui subaditur in veritate, in frontibus suis, i. manifeste. Multi sunt namque qui se signum Dei viui habere verbis simulant, quę in factis negant. A quorū læsione mali minime refranantur, quia tales voluntariē potestati malorum subiiciuntur. Sed quia nec hæreticorum qui maximē nocent, nec aliorum quorumlibet turba malorum, etiā ipsos qui terrę per amorem terrenorum conglutinantur, & terrę nomine designantur, ad libitum ledere non sinitur: rectē ad dicitur. *Et præceptum est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarent eos mensibus quinque.* Præcipitur hæreticis, & principalibus diaboli ministris, ne non solum verē bonos non lādant, sed nec terre nis deditos occidant, quia cohibentur, ne libertatem audiendi verbum Dei, vel rectam fidem suscipiendi auferant. Datur eis licentia, vt quinque mensibus tales per eos crucientur, quia qui per quinque sepius corporis transitoris inhærent, a reprobis per ablationem terrenorum quę diligunt, nonnunquam affligi permittuntur, vt affli-

Cur Sol & aer de fumo putei obscurerentur

Quid per locustas intelligatur.

Qualis sit Scorpia.

Quid per frōnem.

Cur ipsis data sit licentia quinque mensibus.

cti aliquando ea se dilexisse respiscant, & ad vera bona quærenda tandem vel aduersitatis eruditi resurgant. Sequitur. *Et cruciatus eorum sicut cruciatus scorpium, cum percutit hominem.* Hoc est quod supra dictum est: quod mali quod non valent per manifestam malitiam, & scintillam, hoc perficere laborant per occultā malitiam: *Et in diebus illis.* In tempore videlicet tantę malignitatis, quando alii lādent per hæresim, alii per hipochrisim, alii ad persequendū, alii multimodis vitiis confluent ad nocendum, Diabolo totum puteum iniquitatis aperiente, & omnē virtutem suam ad electorum impedimentum effundente. In diebus inquam illis *Quærent homines, & maximē pastores mortem, timētes lapsū, & non inuenient eam, quia propter necessitatē subiectorum referuabuntur.* Et non quoquo modo quærent mortem propter imminente & ingruentem aduersitatem, sed cum magno desiderio. Vnde apte subditur. *Et desiderabunt mortem, sed ipsi desiderantibus mori, nequaquā desiderium suum dabitur.* Vnde rectē additur. *Et fugiet mors ab eis solis:* propter necessitatē subiecti gregis. Sequitur. *Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium & super capita earum tanquam coronę similes auro.* Superius a pertionem putei abyssi, id est effusionem totius mali, & malorum potestatem nocendi, & diuinā refranationem descripsit, nunc ipsorū multiformē malitiam diuersis figuris & similitudinibus ostēdit. Similitudines ergo locustarū, similes equis paratis in prælium rectē dicuntur, quia mali quę ad similitudinē equorum in persecutione electorum velociter, ferociter, & improuidē sequuntur, & improuidē feruntur. Super quorum etiā capita sunt tanquam coronę, quia non vera habent, sed falsā præmia peruersę victorię. Quę videlicet coronę non aurum, sed similes sunt auro, quia sapientiā huius mundi (quę stultorum est) stultitia est apud Deū. Quorum fraudulentiam atque scintillam subiungit adhuc dicens, *Et facies eorum sicut facies hominum: & habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes eorum sicut dentes Leonum erant.* Tria ponit, facies hominum, capillos mulierum, dētes leonū. Quę tria secundum ordinem prædictum mali, & maximē hæretici habere describuntur, quia primum se cuncta secundum rationem agere fingunt, & deinde fraudulentē ad molliciem vitiōrum pertrahunt, ac demum per actionis prauitatem suggestionem & perperationē crudeliter laniāt. Sed dum electorum populum expugnare conātur, ipsi contra veritatem ne ab eis modis aliis quibus superentur, vndique suis falsitatibus armantur. Vnde bene subditur. *Et habebant loricas sicut loricas ferreas.* Habent etenim mali contra veritatem loricas, per sententiarum falsarum munitionem: ferreas, per suę duritię pertinaciam. Quarum videlicet sententiarum delectatur manifestē sonus atque tumultus, cum sub-

Locustę hæreticis assimilantur.

Quid per alas & voces locustarum significetur, quid ve per loricas.

Quis sit Angelus Abyssi.

Cur diabolus exterminans dignatur.

Apoc. 9.

subiungitur: *Ex vox alarum eorum, sicut rotarum curuum equorum multorum curuentium in bellum.* Alar sententię, vox alarum tumultus sententiarum. Sententię etenim falsę, malis & præcipuē hæreticis sunt lorice. Sunt etenim sententię & alę, & lorice. Lorice, quia contra bonos muniunt, alę quia ad deteriora vehunt. Habent itaque reprobi alas, quarum vox est sicut vox curuum equorum currentium in bellum, quia quemadmodum diuersi curus diuersis viis, a diuersis equis ad idem bellum rapiuntur, sic mali diuersis hæresibus, & contentionum tumultibus vnanimiter ad idem bellum ad expugnandam scilicet ecclesiam feruntur. Sequitur: *Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum. Potestas earum, nocere hominibus mensibus quinque.* Hoc totum superius expositum est, excepto quod dicit, quod aculei erant in caudis earum. In caudis autem locustarum sunt aculei, quia in sine suggestionis prauorum est morsus & punctura peccati: *Et habebant super se regem Angelorum abyssi, cui nomē Hebræicę Abaddon, Græcę autem Apollyon, & Latine habens nomen exterminans.* Angelus abyssi Diabolus est, qui est Rex & Princeps super profunditatem & obscuritatem totius peccati. Qui propterea sub triplici littera describitur, vt sancta ecclesia vbi que terrarum diffusa, quacumque littera vtatur, versutias Diaboli in eius fraudulentis satellitibus cauere doceatur. Diabolus vero exterminans vocatur, quia & per se, & p suos electos quosq; extra terminum spiritualis conuersationis eiecerit conatur. Sequitur. *Vt vnus abiit, & ecce veniunt adhuc duo vtr. Vnum etenim vtr est tribulatio, q̄ sub tuba quinti Angeli continetur. Duo reliqua vtr sub tuba sexti & septimi Angeli sequuntur.* Quintus itaque Angelus, ordo prædictorum quintus. stella de cælo cecidit Diabolus. apertio putei abyssi, effusio peccati, solis & aeris obscuratio, superiorum & inferiorum lesio. locustę, mali, & præcipuē hæretici. prohibitio læsionis, cohibitio tentationis, multiplices locustarum similitudines, diuersę malorū prauitates. vni vtr, recessio, vnus tribulationis cessatio.

De sexto Angelo, et tuba eius. Cap. VII.

ET sextus Angelus tuba cecinit, et audiui vocem vnā ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Domini, dicentem sexto Angelo qui habebat tubam. Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magna Euphrate. Apertione putei abyssi, id est vniuersitate mali quo sancta impugnatur ecclesia, ante aduentum Antichristi in superiori capitulo diligenter descripta, in isto consequenter agit de persecutione sub Antichristo ventura. Prædicatur quoque electis ad consolationem im-

mutabilitas eternitatis. Agit denique in hoc eodem capitulo de Elia & Enoch, & eorum prædicatione & morte, & de eorum resuscitatione & glorificatione. Et sextus Angelus tuba cecinit, id est sextus Doctorum ordo de tempore Antichristi prædicauit. Et audiui vocem vnā, id est vniuersalis doctrinę concordiam, ex quatuor cornibus altaris aurei, id est ex omnibus prædicatoribus Christi, qui cum subleuant & deserunt, quatuor Euangelia prædicando per quatuor partes mundi. Hoc altare dicitur aureum, altare, quia super illud offertur holocaustum humanę iustitię aureum, quia in Christo habitat fulgor Diuinę sapientię, apte etiam dicitur esse ante oculos domini, quia pater in filio complacet sibi, dicentem sexto Angelo qui habebat tubam, id est illis, qui imminente articulo illius persecutionis ministrabunt ecclesiasticam doctrinam. Vniuersi namque sacrę scientię scriptores & prædicatores dies illos prædicant, & electos maximē prædicatores, qui alios confirmare debent contra crudelitatem illius præmuniti contendunt. Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Quatuor Angeli sunt vniuersi Dæmones per quatuor partes mundi in diebus Antichristi sequentes, & reprobos quosque ad electorum persecutionem commouētes. Qui ab electis prædicatoribus tunc solui præcipiuntur, quia ab eis soluendi, siue soluti ad bonorum cautelam prædicabuntur. Isti sunt quatuor Angeli, qui in præcedenti visione nocere terrę, mari, & arboribus prohibiti leguntur. Qui modo in flumine magno Euphrate alligantur, quia ne contra genus humanum pro libitu seuiant, per baptismum refranantur. Qui denique tunc soluentur, quia magis contra eos, qui Christiano nomine censentur effranari permittentur. Vnde sequitur: *Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, et diem, et mensem, et annum vt occiderent tertiam partem hominum.* Dæmones etenim tunc parati erunt in horam, & diem, & mensem & annum, id est in omne tempus continue illius persecutionis, vt occidant tertiam partem hominum, id est omnes, qui relinquuntur ad tormentum damnationis. Qui etiam numerum reproborum Angelorum ad intelligentię spiritualis euidentiā rectē subiungit dicens: *Et numerus equestris exercitus vtrius milles dena millia, audiui numerum eorum.* Diabolus est omnium malorum Princeps, cuius milites sunt Dæmones. equi militum, prauis homines. Huius exercitus numerus vicies milles dena millia esse perhibetur, vt vicies milles contra sanctos noui testamenti, qui quędam præcepta legis & secundum litteram, & secundum spiritalem intelligentiam obseruant, & dena millia contra antiquos iustos, qui legem ad litteram, vt potē futurorum tunc figuram, simpliciter obseruabant, eos belligere.

Cur dicat altare Aureum.

Quid per quatuor Angelos.

Numerus equestris exercitus.



In vicenari-  
o numero  
quid si-  
gnificetur.

Dæmones  
dicuntur ve-  
stiti loriceis  
ferreis.

1. Cor. 15,

Quid per  
os intelli-  
gatur &  
caudam.

gerare luce clarius manifestentur. In vicenario namque duplex legis obseruantia, in millenario perfecta iustitia, in denario simplex legis figuratur obseruantia. Talis ergo numerus reprobis Angelis apte tribuitur, vt contra quos bellum gerunt aperte demonstraretur: *Et ita vidi equos in visione*, id est secundum numerum militum vidi numerum equorum, Singuli quippe dæmones ad impugnandum electorum numerum, per singulos circumferuntur homines. Sequitur: *Et qui sedebant super eos, habebant loriceas ferreas, et sulphureas, et hiacinthinias*. Habent dæmones loriceas, per perplexam astutiam, igneas per ardentem inuidiam, sulphureas, per fetorem infamie, hyacinthinias, per fucum & simulationem cælestis iustitiæ, hyacinthus namque cæli habens similitudinem cælestem vitam significat, & Angelus Sathanæ nonnunquam in Angelum lucis se transfiguratur, & sub specie virtutum vitia palliat, vt quos non potest vi, simulatione decipiat. *Et capita equorum erant tanquam capita leonum, et de ore eorum procedit ignis, et fumus, et sulphur*. Equi Dæmonum multitudo reproborum hominum. Quorum capita sunt tanquam capita leonum, quia suis prauitatibus dilaniant populum fidelem. De quorum etiam ore procedit ignis, per malignitatem prauæ suggestionis, & fumus, per obscuritatem excecationis, & sulphur, per fetorem vitiositatis & malæ opinionis. Et quoniam non saluandis (quibus omnia cooperantur in bonum) sed damnandis prauorum suggestio nocet, apte subditur, *Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum*, id est vniuersitas damnandorum, de igne videlicet prauæ suggestionis, & fumo excecationis, & sulphure corrupentis vitiositatis & fetentis opinionis. Quæ procedebant de ore ipsorum, quia corrumpunt bonos mores colloquia praua. Sed quia mali non tantum per suggestionem manifestam, verumetiam per occultam fraudulentiam bonis nocere conantur, recte sequitur: *Potestas enim equorum in ore eorum est, et in caudis eorum*. Os namque significat suggestionem manifestam, cauda occultam fraudulentiam, & mali dum non possunt ore, cauda nocent, quia conantur occulte perficere, quod non valent aperte. Quorum fraudulentiam potestatem adhuc describens addit: *Nam, caudæ eorum similes serpentibus, qui facie blandiuntur, & occultè venenum infundunt*. Habentes inquit capita scilicet in caudis, mali quippe in caudis habent capita, quia dum nequeunt in aperta persecutione, in occulta & fraudulenta simulatione nocendi sumunt initia. Et in his omnibus nocent, quia subtiliter & dolose venenum suæ prauitatis infundendo mordent. Sed quoniam in præceptis de his qui quamlibet in Deo cedulitatem habent, dixit, recte in se-

quentibus ad eos, qui omni fide carent sermonem conuerit. Sequitur: *Et ceteri homines, videlicet pagani, vel etiam Iudæi, qui non sunt baptizati, & ab ecclesia sunt separati: Qui non sunt occisi in his plagis, id est corrupti his vitis neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum, vt adorarent Dæmonia, & simulachra aurea, & argentea, & area, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt penitentiam ab homicidijs suis, neque a veneficijs suis, neque a fornicatione sua, neque a furtijs suis, (subauditur) perierunt*. Et notandum quod ubi ait, neque egerunt penitentiam de operibus manuum suarum vt adorarent Dæmonia, ibi incipit redarguere infidelitatem eorum, ubi vero dicit, & non egerunt penitentiam ab homicidijs suis, ibi redarguit eorum prauam actionem. Illic demonstrat eos esse cæcos, hic demonstrat esse denios. Omnes ergo pereunt quicumque malè agunt, nec resipiscunt. Sed quia grandia, graua, & multiplicia illius persecutionis, & tribulationis tormenta, fluctuante temporis varietate fidelibus illata superius præmisit, bene ad consolationem electorum de immutabilitate æternitatis testimonio Christi, vt certius credatur, subsequenter agit. *Et vidi alterum Angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies erat vt sol, & pedes eius tanquam columna ignis*. Alter Angelus Christus. alter, quia a supradictis Angelis Sathanæ longe diuersus. Angelus, quia paternæ voluntatis nuncijs, fortis, quia Dei virtus. Qui de cælo descendit, quia semetipsum vsque ad suscipiendam serui formam exinanit. Amictus fuit nube, quia apparuit in suscepta humanitate. In capite eius erat iris, id est propiciatio Diuinitatis, & reconciliatio humani generis, quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Cuius facies erat vt sol, quia quisquis in eum vera fide credit, non solum eum hominem, sed & Deum esse cognoscit. Pedes eius tanquam columna ignis, quia prædicatores, qui per totum mundum eum circumferunt recte sunt pedes probati igne multiplicis tribulationis. Sequitur: *Et habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistrum autem super terram, & clamauit quemadmodum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas*. Ex ipsis iudicijs & lignis agnoscitur persona redemptoris. Ipse namque reuera libellum apertum in manu habet, quia & in se manifestè compleuit promissum quod de ipso sacra scriptura continet, & quibus vult eius notitiam præbet. Ipse ponit pedem suum dextrum supra mare, sinistrum super terram, quia suæ potestati subdit populum gentilem in cultura multorum Deorum, & in amaritudine multorum

Quis sit al-  
ter Ange-  
lus.

Cur nube  
amictus, &  
iridem in  
capite ha-  
beat.

Cur dicit  
ponere dex-  
trum supra  
mare & si-  
nistrum supra  
terram.

Nota.

Quo intel-  
ligatur quod  
tempus an-  
plus non  
erit.

vitiorum quondam fluctuantem, & gentem Iudaicam in vnus Dei fide quondam firmiter solidatam. Super gentes etenim ponit dextrum, quia eos elegit ad beatitudinem, super Iudæos sinistrum, quia eos relinquit ad damnationem. Item posuit primo dextrum pedem supra mare, deinde sinistrum super terram, quia primum gētes vocat ad iustitiam, & cum plenitudo gētium intraverit, tunc omnis Israel saluus erit. Ipse clamauit quemadmodum leo rugit, quia futura damnationis penas esse cauendas terribiliter insinuauit. Post cuius quoque clamationem septem tonitrua voces suas locuta sunt, quia post eius prædicationem Euangelistæ & Apostoli septiformis Spiritus sancti gratia completi, futuri iudicii terrorem prædicauerunt. Sequitur: *Et cum locuta essent septem tonitrua voces suas scripturus eram. Et audiui vocem de cælo dicentem. Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, nolite ea scribere*. Præcepit vox Diuina signari, prohibet scribi voces septem tonitruorum, quia sic debemus electis propalare, vt reprobis abscondamus dicta & scripta sanctorum. Signa, id est sigilla, vt amicis pateant, & inimicis lateant: *Et Angelus quem vidi stantem supra mare & supra terram leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, qui creauit cælum, & ea quæ in eo sunt, & terram, & ea quæ in ea sunt, & mare, & ea quæ in eo sunt, quod tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi Angeli cum cœperit tuba canere consummabitur mysterium Dei sicut Euangelizauit per seruos suos Prophetas*. Angelus ad cælum manum suam leuaui, & per eum, qui omnia creauit quod tempus amplius non esset, sed in diebus septimi Angeli consummaretur mysterium Dei iurauit, quia Christus ad honorem patri exhibendum opera iustitiæ cælestis fluctuantis mutabilitatis in stabilitatem transiuram & æternitatis immobilitatem successuram, & electis pro Christo sub tempore patientibus tribuendam paterno testimonio & suo fideliter, & veraciter affirmauit. Ad consolationem ergo prædicatur, & promittitur immutabilitas æterna. Nam reproborum tempus erit in sæcula. Sancti nimirum immortales & impassibiles efficiuntur, & impii de frigoribus ad calores, & de caloribus ad frigora reuertentur. Igitur quod dicit tempus amplius non erit, non de impijs damnandis, sed de iustis glorificandis, & de elementis innouandis intelligendum est, quando omnia fient noua, & post variationem & vanitatem temporis succedet immutabilitas æterna, quæ fiet in reuelatione, id est glorificatione filiorum Dei. Expectatio namque creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat, quia ipsa creatura vanitatis, id est mutabilitati subiecta est, & liberabitur in libertate filiorum Dei. Creaturam vocat rerū visibilibus corporalium irrationabilium mate-

riam, quæ in libertate, id est liberatione filiorum Dei quando ipsi in sine glorificabuntur, a vanitate, id est mutabilitate liberabitur, quia in statum permanentis nouitatis mutabitur. Tres sunt autem vanitates siue mutabilitates. Prima est in homine, secunda in his quæ fiunt ab homine, tertia ab his quæ facta sunt propter hominem. In homine est vanitas mortalitatis, in his quæ fiunt ab homine vanitas curiositatis, in his quæ facta sunt propter hominem vanitas mutabilitatis. Et quia homo est causa vniuersæ vanitatis, apte scriptum est: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens*. Propter has tres vanitates dixit. Salomon: *Vanitas vanitatum, & omnia* Eccl. 1: *vanitas*. Sublato autem homine de mundo, nulla vanitas mutabilitatis erit in mundo. Vnde et hic dicitur: *Tempus amplius non erit*, id est vanitas mutabilitatis non erit. Credi namque potest quod nec firmamentum voluetur amplius, nec planetæ mouebuntur, nec nubes concresecunt, nec flumina current, nec ventus spirabit, nec terra germinabit, nec animal generabit. Potest etiam æstimari omnia elementa, id est corpora ex elementis composita in conflagratione iudicii dissolui, & in elementa reuerti, nec amplius corpus ex elementis confici, sed elementa in æternum in sua puritate perseverare. Possumus quoque opinari aerem istum qui modo ex continua agitatione nebulosus est & spissus, in illa vltima conflagratione purgari, subtiliari, clarificari, solemque vltra in eo nullum præ nimia subtilitate posse exercere calorem, sed & mirabilem habere fulgorem, & implebitur quod scriptum est: *Erit claritas lune sicut claritas solis, & claritas solis septemplex, quæ claritas septem dierum*. Creatura modo namque vanitati mutabilitatis subiecta ingemiscit & parturit, omnia enim elementa cum labore sua explent negotia, sed hoc est nostri causa. Nobis autem sublati quiescent, liberabitur autem creatura in libertatem filiorum Dei. Filii Dei liberabuntur a vanitate mortalitatis, creatura liberabitur a vanitate mutabilitatis. Filii Dei liberabuntur per immortalitatem, creatura per immutabilitatem. Et ne ipsi filii Dei tempore Antichristi diuersis persecuti onibus afflicti diutina & tarda huius liberationis expectatione frangantur, festina & velox eius exhibitio intinatur, vbi dicitur. In diebus vocis septimi Angeli cum cœperit tuba canere, id est in diebus vltimorum prædicatorum, post tempus Antichristi cum cœperint prædicare, id est in ipso initio prædicationis eorum, consummabitur mysterium Dei, id est secretum promissum quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod hic in mundo inchoatur, ibi in cælo consummatur. Sicut per seruos suos Prophetas Euangelizauit, quia illud ab initio per eos suis electis prædicauit. Magna ergo erit in diebus Antichristi inter fluctuantis

De triplici  
vanitate.

Eccl. 38.

Eccl. 1:

Nota.

Esaie. 30,

Quo libe-  
rabitur fil-  
ij Dei.



Apoc. 10.

Quid significet quod liber dulcis amaricaue rit.

Quid templi & altaris significet.

Atrium aut.

aduersa temporis consolatio, electis promissa & cito ventura stabilitas eternitatis. Quae etiam eo certius ab electis creditur, quod per ipsum redemptorem tam firmiter testificata describitur.

*Et vox: subauditur sonuit: Quam audiui de caelo iterum loquentem mecum, et dicentem. Vade, et accipe librum apertum de manu Angeli stantis supra mare, et supra terram. Et abiit ad Angelum, dicens ei ut daret mihi librum. Et dixit mihi. Accipe et deuora illum, et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo dulce erit tanquam mel. Et accipi librum de manu Angeli, et deuoraui illum, et erat in ore meo tanquam mel dulce: Et cum deuorassem illum, amaricatus est venter meus, et dixit mihi. Oportet te iterum prophetae populis et gentibus, et linguis et multis regibus. Ne sanctus Ioannes ab officio praedicationis suspensus & in exilio relegatus, de liberatione exilii, vel de recuperatione amissi officii desperaret, sed semetipsum de vtriusque rei beneficio confortaret, librum de Angelo, id est scientiam de Christo accipere praecipitur: & ei quod faceret praedicationem populis, gentibus, linguis, & regibus multis ministrare debeat declaratur. Qui in eo quod praecipitum statim adimpleuit nobis exemplum obedientiae demonstravit, ut si sapientiam desideramus ab illo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, eam postulemus: quod autem liber iste in ore dulcis fuit, sed ventrem amaricauit, hoc de signat quod sacrosancta scientia dulcescit quidem in praedicatione, sed grauat & amarefcit in exhibenda actione. Sequitur. *Et datus est mihi calamus similis virgae, & dictum est mihi. Surge & metire templum Dei, & altare, et adorantes in eo. Atrium autem quod est foris templum Dei & altare ejice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. Ut adhuc certior de aedificanda per ipsius praedicationem sancta ecclesia efficiatur, surgere & metiri templum Dei iubetur. Quod enim illi vox diuina facere tunc praecipit in reuelatione, hoc postmodum egit in praedicatione. Sancta etenim ecclesia incrementum accipit, secundum quod in seipsa per verbum praedicationis extendit. Quod ergo in reuelatione, metiendo egit, signum est futurae praedicationis fuit. Quae videlicet praedictio calamus similis virgae esse dicitur, calamus quia sonat: similis virgae, quia rectitudinem seruat. Quam ad metiendum sumens surgit, quisquis ad praedicandum verbum Dei virtutibus & bonis operibus semetipsum erigit, quod vero praemittit templum & altare, hoc est quod exponendo subiungit dicens: *Et adorantes in eo.* Templum namque & altare adorantes fideles signat. Templum infirmiores, altare sanctiores. Templum ad bonam actionem exterius dilatatos, altare contemplationi interioris intentos. Hoc templum siue altare metiri praecipitur, quisquis actiuus siue contemplatiuus verbum eruditionis ministrare secundum vtrorumque capacitatem Atrium aut, admonetur. Atrium vero falsi Christiani sunt, qui**

videntur consecrati eo quod sunt baptizati, sed pleni sunt cadaueribus, id est vitiis & prauis operibus. Qui quamuis fidelibus iuncti sunt nomine, longe tamen ab eis sunt actione. Isti denique non comprehenduntur sub mensura calami, quia non subduntur praepcepto verbi. Et dati sunt gentibus, quia conformes facti sunt gentibus. Isti foras eiciuntur, quoties a fidelibus separati praedicantur. Sequitur: *Et ciuitatem sanctam conculcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis.* Postquam superius ad electorum consolationem aternitatem promisit, & sanctum Ioannem de praedicatione recipienda certificauit, iterum ad materiam suam redit, & tribulationem sub Antichristo futuram adhaec describens subiungit de Elia & Enoch, & de eorum praedicatione & potestate, & afflictione, & morte, & resurrectione, & glorificatione. Ait ergo. *Et ciuitatem sanctam, id est ecclesiam conculcabunt videlicet persequendo mensibus quadraginta duobus, id est tribus annis & dimidio quibus regnabit Antichristus. Amicti saccis, ut exemplo ostendant penitentiam agendam de prauis operibus, qui quanti sint meriti, quantaeque potestatis, in sequentibus declaratur cum subditur: *Hi sunt duo oliuae, & duo candelabra in conspectu domini terrae stantes.* Duae oliuae, quia vncti per spiritus sancti gratiam. duo candelabra, quia lucentes per operationem bonam. in conspectu Domini, quia intendentes voluntati & iussioni diuinae. stantes, per rectitudinem iustitiae. *Et si quis eis voluerit nocere, ignis exiet de ore illorum, & deuorabit inimicos eorum.* Si quis eis voluerit nocere, id est a proposito praedicationis cohibere, ignis, id est scientia spiritalis exiet de ore illorum per sonum praedicationis, & inimicos eorum deuorabit, quia dignos damnatione comprobabit: *Et si quis voluerit eos ledere, id est morte corporali occidere: Sic oportet cum occidi, id est spiritali sententia condemnari.* Quanta quoque potestatem in rebus corporalibus habituri sint etiam secundum sensum litterae manifestatur cum adiungitur. *Hi habent prestatem claudendi caelum ne pluat diebus prophetiae eorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint.* Haec & multa ex his quae sequuntur secundum litteram intelligi debere videntur. Magnam igitur habebunt potestatem, sed magis tamen studebunt seruare patientiam quam irrogare vindictam. In qua quanto erit in eis laudabilior virtus patientiae, tanto gloriosior erit retributio coronae. Sequitur: *Et cum finierint testimonium suum, bestia quae ascendet de abyssu faciet aduersus eos bellum, & vincet illos & occidet illos, & iacebunt corpora eorum**

Quare duae oliuae.

De potestate qua sint habituri Enoch, & Elia.

Quanto laudabilior virtus patientiae tanto gloriosior retributio coronae.

Apoc. 11.

Quid sit Sodoma, & quid significet Aegyptus.

Quid sit de cima pars ciuitatis.

*eorum in plateis ciuitatis magna quae vocatur spiritaliter Sodoma, et Aegyptus: vbi et dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de populis, et tribubus, et linguis, et gentibus corpora eorum per tres dies, et dimidium, et corpora eorum non sument poni in monumentis: Et inhabitantes terrae gaudebunt super illis, & incundabuntur, & muneramittent inimicem, quoniam hi duo Prophetae cruciauerunt eos qui habitant super terram. Et post dies tres et dimidium spiritus vitae intravit a Deo in eos. Et steterunt super pedes suos; et timor magnus cecidit super illos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de caelo dicentem illis Ascendite huc. Et ascenderunt in caelum amicti nube, et viderunt illos inimici eorum. Quia multa in his quae dicta sunt secundum litterae sensum intelligenda certissimus, idcirco leuius exponendo pertransimus. Et cum finierunt testimonium suum, id est praedicationem suam, bestia, id est Antichristus qui bestialiter saeuierit, quae ascendet videlicet ad apicem regni de abyssu, id est de profunda & obscura tenebrositate vniuersalis malitiae faciet aduersus eos bellum multis & diuersis disputationibus, & vincet illos, & occidet illos corpora liter, & iacebunt corpora eorum in plateis, vti omnes qui viderint timeant eos imitari & eis conformari, ciuitatis magna, scilicet Hierusalem. Quae olim fuit magna per iustitiam, tunc erit magna per malitiam, quae spiritaliter, id est secundum spiritalem intelligentiam vocatur Sodoma, id est muta, & Aegyptus, id est tenebrosus, quia muta erit a vere fidei confessione, & tenebrosa in ignorantia & praua actione, vbi & dominus eorum (cui ipsi seruiunt) crucifixus est corporali passio ne. Et videbunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus, quidam oculis, quidam fama, corpora eorum per tres dies & dimidium iacere videlicet super terram, & non sument poni in monumentis ne eorum memoria habeatur. Et inhabitantes terram, id est terrena diligentes, & hie manentem ciuitatem habere cupientes, gaudebunt super illis scilicet occisis, quoniam hi duo Prophetae cruciauerunt eos qui habitant super terram, contradicendo eorum malitiae. Cum enim pars illorum, id est bonorum humiliatur, tunc pars malorum gloriatur, & tunc pars bonorum exaltatur, tunc pars malorum contristatur. Sed postquam iustorum tribulationem sufficienter descripsit, statim eorum glorificationem subiungit. Et post tres dies & dimidium spiritus vitae, id est anima viuificans intravit a Deo in eos, & steterunt supra pedes suos, id est resurrexerunt. Et timor magnus ex tam subita resurrectione eorum cecidit super eos qui viderunt eos, videlicet ita glorificatos. Et audierunt Elia & Enoch vocem magnam id est magnae potestatis de caelo dicentem eis. Ascendite huc, de medio videlicet impiorum ad consortium iustorum. Et ascenderunt in caelum in nube, ut qui dominum imitari fuerant in iustitia pro ipso tribulatione, confi-*

miles ei essent in ascensione: & viderunt eos inimici eorum corporaliter scilicet ascendentes in caelum. Sed sciendum quod ea quae hic dicuntur per praeteritum, intelligenda sunt secundum tempus futurum. Mos est namque prophetiae sic nunquam narrare futura, quasi iam essent praeterita. Sequitur: *Et in illa hora factus est tremor magnus, et decima pars ciuitatis cecidit, et occisa sunt in tremotu nomina hominum septem millia.* In illa hora scilicet glorificationis eorum factus est tremor magnus, quia alii moti sunt ad penitentiam, alii ad maiorem duritiam. Et decima pars ciuitatis cecidit, quia malorum turba decalogum contemnens manifeste obdurata danda comparat. Et occisi sunt id est ad damnandum manifeste relictii, nomina hominum septem millia. Septem, quia vniuersi damnandi: millia, quia in malitia perfecti. Per septenarium namque vniuersitatem, per millenarium intelligimus perfectionem: *Et reliqui, id est omnes qui non sunt obdurati: in timorem missi sunt.* id est timuerunt; *Et dederunt gloriam Deo caeli, suam culpam confitentes, eius iustitiam praedicantes: Post secundum diem abiit: id est tribulatio tempore Antichristi electis inferenda pertransiit. Et ecce post tertium venit cito: id est pavor qui veniet in vltimo iudicio.* Sextus itaque Angelus, praedicatorum ordo sextus, quattuor Angeli, demones vniuersi, solatio Angelorum, permissio ad nocendum: equi eorum, multitudo impiorum, alius Angelus, Christus: testificatio finiendi temporis; promissio aternitatis: duo testes, Elia & Enoch: ciuitas magna, vniuersa malorum turba: occisio hominum, manifesta obduratio damnatorum, reliquorum in timorem missio, saluatorum conuersio.

Nota.

Quae sit de cima pars ciuitatis.

Quid sit de cima pars ciuitatis.

De septimo Angelo, et tuba eius. Cap. VII.



*Septimus Angelus tuba cecinit, et factae sunt voces in caelo magna dicentes. Factum est regnum huius mundi Dei nostri et Christi eius, et regnabit in saecula saeculorum Amen.*

Apoc. 11.

Quid sit factae sunt voces.

In fine visionis agit de fine temporis, & de praemio iusta retributionis. Et septimus Angelus tuba cecinit, id est septimus siue vltimus Doctorum ordo praedicaui, & factae sunt voces, id est exhibitae sunt Decalogaes de iustorum saluatione, & impiorum damnatione: in caelo, id est in sancta Ecclesia caelesti conuersione sublimata. Dicentes factum est regnum huius mundi, id est vniuersitas fidelium quae ad huc in mundo per tribulationes exercetur, & preparatur ad caelestium mansionum retributiones, quae quodammodo nondum perfectae est Dei, quamdiu sub mutabilitate temporis & corruptibilitate mortalitatis eam tentando & persequendo affligit verus hostis Antichristi. Tunc etenim perfecte Dei & Christi id est

uinitatis & humanitatis conregnantis erit, quan-  
do de presentis seculo sublata solis diuinis lau-  
dibus in caelis vacabit, & perfidus hostis nihil  
de sua potestatis dominio in eam amplius ex-  
ercebit. Cuius regni tranquillitas etiam tunc  
in mundo incipiet, quando Christus Anti-  
christum spiritu oris sui interficiet, & sancta  
ecclesia dimidia horae silentio consequenter  
vsque in finem pacificata conuiescet. Vnde  
aperte septimo Angelo canente, & sanctorum  
coetu de iustorum saluatione & malorum certifi-  
simè præcognita damnatione gratias referen-  
te, iam dicitur non fiet, sed factum est, quia  
exrupte fraudulenta & sauitia diaboli penitus  
deficit, & Deus in suis fidelibus vniuersis per-  
petua pace & tranquillitate regnabit; in secula  
saeculorum, idest semper, amen verè atque fi-  
doliter. Verè etenim Deus semper (sicut iam  
dictum est) regnabit, non (vt quidam hære-  
tici putauerunt) sanctos post distinctum tem-  
pus in vitam mundi & ad antiquam viuendi con-  
suetudinem redituros. Sciendum denique est  
quod tribus modis accipitur mundus. Aliter  
namque sicut tradunt Doctores intelligitur  
mundus cum dicitur Creator mundi, aliter cum  
dicitur Saluator mundi, aliter cum dicitur dia-  
bolus princeps mundi. Est itaque mundus cuius  
Deus Creator est, est & mundus cuius Deus  
Saluator est, est etiam mundus cuius diabolus  
princeps est. Mundus cuius Deus Creator, in-  
telligitur vniuersalis fabrica mundi, de qua di-  
citur: *In mundo erat, et mundus per ipsum factus  
est, & cætera.* Mundus cuius Deus Saluator  
est intelligitur vniuersalis Ecclesia Dei, de qua  
scriptum est: *Sic Deus dilexit mundum, ut fi-  
lium suum unigenitum daret.* Mundus cuius dia-  
bolus princeps est, intelligitur vniuersalis concu-  
piscencia seculi, de qua dicitur: *Nolite dilige-  
re mundum, neque ea que in mundo sunt.*  
Primus itaque mundus, idest vniuersalis fabri-  
ca mundi semper est Dei, nunquam diaboli,  
tertius verò mundus, idest vniuersalis concu-  
piscencia seculi, quantum ad prauam actionem,  
semper est diaboli, quantum ad prauam actionis  
dispositionem semper est Dei. Deus quippe  
quamuis mali non sit auctor, eius tamen est  
dispositor, quia licet ab ipso non accipiat ori-  
gine, minime tamen illud sub se relinquit inor-  
dinatum; & fit miro modo, vt quod ab ipso  
non habet originem, ab ipso tamen, & se-  
cundum ipsum sumat ordinationem. Secun-  
dus autem mundus, idest vniuersalis eccle-  
sia Dei, pro eo quod permittente diuina præ-  
uidencia, etiam illi qui ad vitam æternam  
prædestinati sunt, ad tempus quandoque de-  
linquunt, & quod persecutores diabolo con-  
citante, in eos qui pie volunt viuere atrociter  
defauiunt, videntur ab ipso adhuc callidè ca-  
lumniari, acriter impugnari, crudeliter dilaniari, sed firmum manet fundamentum.

De errore Hæreticorum,

Tribus modis accipitur mundus,

Ioan. 1.

Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

Primus mundus.

Secundus mundus.

A Nouit enim Dominus qui sunt eius, & his  
qui secundum propositum, idest prædestina-  
tionem vocati sunt sancti omnia cooperantur  
in bonum. Huius igitur mundi regnum tunc  
perfectè, & manifestè fiet Dei, quando san-  
cta & vniuersalis ecclesia penitus in omni-  
bus filiis suis liberabitur à tentatione & per-  
secutione diaboli, & etiam in tempore sub-  
tuba videlicet septimi Angeli siue potius in  
æternitate vacabit diuinæ laudi & contempla-  
tioni. Quod regnum sicut prælibatum est, ne  
quaquam erit temporale, sed æternum, quem-  
admodum & hæc sacra pagina testatur, vbi di-  
citur in secula seculorum amen, idest semper  
& verè. Sequitur. *Et viginti quatuor seniores  
qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceci-  
derunt in facies suas, & adorauerunt dicen-  
tes, Gratias agimus tibi Domine Deus om-  
nipotens, qui es, & qui eras, & qui accepisti  
virtutem magnam, & regnasti, & irata  
sunt gentes. Et aduenit ira tua, & tem-  
pus mortuos iudicare, & reddere mercedem  
seruis tuis Prophetis & sanctis, & dicens  
nomen tuum, pusillis & magnis, & exterminandi  
eos qui corruerunt terram.* Superius præ-  
misit generalem omnium electorum pro colla-  
tis beneficiis deo exhibitam laudationem, nunc  
subiungit specialem perfectorum, & maiorum gra-  
tiarum actionem. Dicitur ergo. Et viginti quatuor  
seniores, idest vnijersi Prædicatores, Doctores,  
& Ecclesiastici iudices, & Rectores qui in con-  
spectu Dei sedent in sedibus suis, quia quæ diuino  
conspectui placita sunt, iudicant in sibi commif-  
sis, ceciderunt in facies suas se humiliando: & a-  
dorauerunt dicentes, cum recta fide consistendo.  
Gratias agimus tibi, cui soli pro tot & tantis  
beneficiis debemus. Domine cui seruiamus, deus  
quem colimus, omnipotens quem timeamus, qui  
es, immutabiliter, qui eras, semper. Et notandum  
quod nequaquam sicut in aliis huiusmodi locis  
solet, adiungit, qui venturus es, propter quod in  
illis diebus cunctis futuri iudicii iam præteritis,  
ipsum iudicem iam iamque imminere & superue-  
nire dimidia horæ illius peccati præteriti silentio  
transacto, quamuis diem & horam ignorantes  
certissime scient: propter quod superius (quem-  
admodum dictum est) non dixit fiet regnum mun-  
di Dei nostri, sed factum est, & in sequentibus  
non dicit adueniet ira tua, & tempus mortuos  
iudicari, sed aduenit. Et quia talis ac tempus sit  
sui gratiarum actio, reddenda sit, manifestè de-  
clarat cum subiungit. Qui accepisti virtutem ma-  
gnam, secundum humanitatem assumptam, ex  
mortuis resurgendo, in cælum ascendendo, &  
regnasti, tuos contra diabolium defendendo, in  
virtutibus & bonis operibus eos pie gubernando.  
Et iratae sunt gentes, subauditur propter hoc, om-  
nes videlicet mali gentiliter & carnaliter viuen-  
tes, regnum tuum suo contrarium consurgeret, &  
suum deprimi videntes. Et aduenit ira tua,  
idest

Quid per viginti quatuor seniores signi- ficetur.

Nota.

Quo dicat accepisse virtutem.

**A L I B E R**  
**Q V A R T V S**  
**D E V I S I O N E**  
**Q V A R T A .**  
**P R O L O G V S .**

idest iusta vindicta quæ est signum iræ, quam  
tu Domine Sabaoth omnia cum tranquillita-  
te iudices. Et tempus, subauditur venit mortuos  
iudicari, idest bonos à malis & malos à bonis se-  
gregari. Et aduenit tempus reddere mercedem  
seruis suis prophetis, idest maioribus & sanctis,  
timentibus nomen tuum idest minoribus.  
Quod ordine mutato subiungendo exponit di-  
cons, pusillis, & magnis. Pusillis, sanctis sci-  
licet timentibus nomen tuum, magnis, videli-  
cet seruis tuis Prophetis. Et subauditur adue-  
nit tempus exterminandi, idest condemnandi  
eos qui corrumpunt terram, vel in se ma-  
le viuendo, vel in aliis male viuendi exempla  
ostendendo, & sic semetipsum vel alios in cor-  
ruptionem protrahendo. Vbi autem in fine hu-  
ius presentis capituli dicit tempus aduenisse ex-  
terminandi eos qui corrumpunt terram, ter-  
tium Væ designatur, quod in fine superioris ca-  
pituli dixit venturum. Septimus itaque  
Angelus, ordo Prædicatorum vltimus in fine  
mundi prædicaturus: huius mundi regnum, v-  
niuersitas fidelium: voces factæ, siue gratiarum  
actiones in cælo, laudes à sanctis pro saluatio-  
ne generis humani exhibitæ Deo, tempus mor-  
tuos iudicari, finis seculi, merces sanctorum,  
consortium Angelorum, malorum extermina-  
tio, æterna damnatio. In hac ergo visione egit  
primus auctor de Angelo stante ante altare, &  
thuribulo incensa offerente, idest de Christo or-  
rationes fidelium patri commendante. Dein-  
ceps verò vsque ad finem visionis egit in singu-  
lis capitulis de singulis Angelis, & singulis tu-  
bis. Nec prætereundum, sed diligenter a-  
nimaduertendum quod redemptionis humanæ  
mysteria in secunda visione secundum proces-  
sum temporis sub apertione sigillorum intel-  
ligenda sunt, Doctoribus & perfectioribus  
adiuuante gratia per lectionem & meditatio-  
nem manifestata, in tertia verò sub clangore  
tubarum minoribus & populis subiectis  
doctrina & prædicatione declarata. Quæ si-  
cut duabus visionibus succedenter distinguun-  
tur, ita succedenter primum Doctoribus, de-  
inde auditoribus distribuuntur. Et de ter-  
tia visione hucusque locuti articulos  
à labore scribendi relaxamus;  
vt ad quartum percur-  
rendum recentio-  
res proceda-  
mus.

Quid sit mortuos iudicare.

Qui sint pusilli & magni.

Epilogus.



Richardi S. Victoris.



By s cuius potentia cun-  
cta creata sunt, cuius pro-  
uidencia creata subsistunt:  
cuius gratia ad integra-  
tem corrupta resurgunt,  
sua mirabili & ineffabili  
sapientia sanctam ecclesiam  
in hac valle lacrimarum multimodis eruditioni-  
bus & castigationibus informat, vt iustificatam  
ad cælestis beatitudinis gaudia perducat. Quem  
admodum enim artifex sapiens diuersis instru-  
mentis materiam præparat, & præparata materia  
donum ædificat, sic omnipotens Deus multi-  
pharie multisque modis electos suos diuersis æ-  
nigmatibus & similitudinibus in pagina sacre  
locutionis instruit, & per instrumta ad gloriam  
transponit. Vnde & in hac visione sicut & in cæ-  
teris diuersis figuris nos erudit, & ab exordio re-  
demptionis incipiens, & per processum tempo-  
ris nos docendo, progrediens vsque in finem sæ-  
culi, quemadmodum in duabus præcedentibus vi-  
sionibus fecit, sermonem deducit. Agit autè hæc  
visio de muliere masculum parturiente, & de dra-  
cone parato ad deuorandum filium eius: & de  
Michaele & dracone, & prælio eorum, agit & de  
bestia cui draco dedit potestatem suam, & de pu-  
gna eius aduersus sanctos, & de alia bestia quæ  
primam adiuuabat, & de damnatione malorum.

B

C

D

De templo aperto, & arca visa, & muliere pariente.

C A P. P R I M V M.



Apertum est templum Dei in cælo,  
& visa est arca eius in templo eius.  
Et facta sunt fulgura, & voces, &  
terremotus, & grandis magna. Cum  
dicitur quæ in tertia visione continen-  
tur superius fm seriem temporis descriptis, ad ea  
quæ in quarta visione continetur narranda pro-  
greditur. Et apertum est templum Dei in cælo. Quid  
aptius hic in cælo accipimus per templum quæ re-  
demptionis nostræ mirabile sacramentum, in quo  
salutis humanæ gratia quasi in quodam templo  
continetur, & per cuius administrationem ele-  
ctis fideliter & sanctè quotidie dispensatur?  
Quid quoque rectius intelligimus per cælum, quidve  
quam sacrum eloquium, multis sententiis qua-  
si mul-

A poc. II.

Quid sit templum intelligatur.

Quidve p cælum.

Pars II. R 4 si mul-



si multis luminariis splendidum, per celestem admonitionem sublimiter eleuatum, per sensum multipliciter dilatatum & expansum? Templum ergo in caelo, est diuinum sacramentum in sacro eloquio. Templum autem in caelo est apertum, quando mediatore Dei, & hominum veniente in mundum, nostrae redemptionis mysterium in pagina sacrae locutionis est cognitum. Aperto autem templo Dei in caelo visa est arca testamenti eius in templo, quia cognito Diuino mysterio in sacro eloquio completo, assumptae humanitatis per verbum arca in qua continetur manna spiritualis gratiae, & virga rectae iustitiae, & tabulae vniuersae sapientiae, & scientiae, ab omnibus electis fideliter est credita, & contemplata. Aperto denique templo, & arca visa, facta sunt fulgura, voces, terremotus, grando, magna, quia post completionem mysterii, & aduentum Christi exhibita sunt miracula, & coelestis doctrinae verba, praedicata, & quidam moti ad conuersionem, quidam autem ad auersionem, & omnes, denique reprobi concitati ad persecutionem. Sonus enim grandinis, flagellum designat persecutionis. Sequitur: *Et signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur ut pariat.* Secundum ordinem etiam narrationis distinguitur, & succedit intelligentia spiritualis, & effectus exhibitionis. Nam cunctis quae supradicta sunt exhibitae, mulier amicta sole apparuit, quia sancta ecclesia manifeste Christum, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat per fidem ipsius audiuit. Quae & lunam sub pedibus habuit, quia terrena quae velut luna per defectum quotidianae decrescunt, propter illius amorem calcant. In cuius etiam capite corona est duodecim stellarum, quia in suo primordio siue dignitate meruit habere splendorem duodecim Apostolorum. Et quia sancta ecclesia, totis viribus laborat ut faciendo voluntatem summi patris Christi mater fiat, & eum pariat, ut de ipso in fine sine fine gaudeat, bene dicitur: *Et in vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur ut pariat.* Sancta nimirum ecclesia, quae parit sunt placita perficiendo mater Christi efficitur, quia concipit eum, & cum dante eam gratia per fidem, parit, per bonam voluntatem, parit, per bonam actionem. Possidet natum, & gaudet per aeternitatis remunerationem. De autem parturitione quasi partus preparatio, quam diu scilicet in vtero matris fetus augmentatur, viuificatur, & formatur. Partus vero dicitur, quando fetus nascitur. Sancta igitur vniuersalis ecclesia quae Christum induit, quae terrenam sub se continet, nunc ipsum Christum in vtero habens per fidem, & parturiens per bonam voluntatem, clamat per deuotam orationem, ut pariat per manifestum operis fructificationem, ipsum

Sonus grandinis quid. Apoc. 12.

Mulier amicta sole quam sit.

Quid sit lunam sub pedibus habere.

Corona duodecim stellarum.

Vnde dicitur parturitione.

Quid sit parturitionem.

eundem Christum de quo gaudere desiderat per retributionem. Sed quia crescente sanctae ecclesiae iustitia, creuit quoque contra eam antiqui hostis inuidia, bene sequitur: *Et visum est aliud signum in caelo. Et ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius septem diademata, & cauda eius trabebat tertiam partem stellarum caeli, & misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem quae erat paritura, ut cum peperisset filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui reclusus erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascat illam diebus mille ducentis sexaginta.* Et visum est aliud signum, quia a priore longe diuersum. In caelo, quia cognitum in sacro eloquio, draco magnus rufus, id est diabolus, draco, per calliditatem, magnus, per elationem, rufus, per crudelitatem, habens capita septem, per septem principalium vitiorum septiformem tentationem, & cornua decem, per impiorum principum decalogum legis impugnantium elatam impugnationem. Et in capitibus eius septem diademata, id est de subuersis per septiformem tentationem vniuersalis victoria. Cuius quoque cauda tertiam partem stellarum caeli trahit, quia diabolus damnandam partem animarum etiam illarum quae sicut stellae caeli per conuersionem in alto manere, & aliis per bona opera videntur lucere, dum non valet per apertam seuitiam, per occultam fraudulentiam, quae figuratur in cauda seducit. Quas denique in terram mittit, dum delectationibus terrenorum accendit. Iste etiam draco ante mulierem parituram stat, quia diabolus sanctam ecclesiam Christum in fructu boni operis parere cupientem instanter impugnat. Et cum parit, filium eius vult deuorare, quia Christum per corruptionem operis illi vult auferre. Sed diabolus quod cupit ad id minime pertingit, quia sancta mater ecclesia in bono opere parit Christum ad resistendum validum, qui regit omnes gentes, spirituales videlicet, & carnales illis, reddendo stipendia beatitudinis, istis stipendia damnationis, in virga ferrea, id est in inflexibili iustitia. Iste filius raptus est ad Deum, & ad thronum eius, quia secundum humanitatem ascendit in caelum, & sedet cum patre, & regit, & iudicat mundum. Et mulier in solitudinem fugit ubi habet locum a Deo paratum, quia sancta ecclesia adiuvante gratia ad spiritualem conuersionem, ubi solis diuinis intendat persequente diabolo recedit, ubi & pascitur diebus mille ducentis sexaginta, quia alitur sacrosancta praedicatione Christi, tribus annis, & dimidio facta, ne moriatur fame verbi Dei, maxime in persecutione Antichristi tribus annis & dimidio sustentanda. Haec sub breuitate transcurramus, ne singulis immorando tibi

Quid sit draco magnus & rufus.

Capita septem quae.

Septem diademata.

Quando animas mittit in terram.

Quando filius raptus est ad Deum.

Quomodo mulier fugit in solitudinem.

Epilogus. tibi fastidium generemus. Templum itaque in caelo apertum, est diuinum mysterium in sacro eloquio manifestatum, arca, humanitas assumpta, fulgura, miracula, voces, praedicationes, terremotus, conuersio bonorum, & auersio malorum, grando, strepitus persecutionum, mulier, sancta ecclesia, Sol, Christus, Luna, mundus, draco, diabolus, filius masculus, Christus, recessus mulieris, secretum vitae spiritualis, pascus mulieris, doctrina praedicationis.

De Michael, et dracone, et praelio eorum. Cap. II.

Apoc. 12. **E**T factum est praelium magnum in caelo, Michael & Angeli eius praebantur cum dracone, & draco pugnavit & Angeli eius, et non valuerunt neque inuentus est locus eorum amplius in caelo. In praecedenti capitulo inuidiam diaboli contra sanctam ecclesiam succensam describit, in isto quanta suffragia contra ipsam habeat patenter subiungit. Sed cum omnes administratori spiritus, id est Angeli in ministerium missi credantur propter eos qui haereditatem capiunt salutis, Michael ex nomine designatur, & aliorum Prior seps esse describitur, quemadmodum in veteri testamento populi Israelitici, id est videntis Deum princeps memoratur. Et factum est praelium magnum in caelo. Quasi diceretur, ne timeatis fideles, si sapiant aduersum vos Demones, inferendo tentationes, concitando persecutiones, quia sancta ecclesia contra omnia eorum molimina magna habet auxilia, non solum sanctorum documenta doctorum, & praedicatorum, sed & suffragia Angelorum. Et factum est praelium magnum, quia robustum & longum in caelo, id est in sacra ecclesia dum detinetur in mundo, Michael & Angeli eius praebantur cum dracone, & draco pugnavit & Angeli eius, sed illi ecclesiam adiunando, isti eam impugnando, illi salubria suggerendo, isti noxia consulendo, draco & Angeli eius bonorum exercitum impetendo. Michael & Angeli eius eorum impetum coarctando. Et non valuerunt, draco videlicet & Angeli eius sanctorum spirituum remouere suffragia, neque inuentus est locus eorum amplius in caelo, id est in sancta ecclesia, ut ei vel auferre iustitiam, vel eam possent perahere ad culpam. Nam etsi aliquis de fidelibus ecclesiae (de his dicimus qui sunt propositum vocati sunt sancti) permittente Diuina pro uidentia, & Diabolica suggerente malicia aliquando tempus in culpam labitur, nequaquam tamen in hoc diabolus vincit, sed vincitur, quia praedestinatus ad vitam, etiam malum in bonum cooperatur, nec hoc tam saeuientis aduersari uiribus agitur, quam permittentis Dei prouida dispositione & resurgente lapsi cautelam ordinatur. Nullatenus ergo diabolus, vel Angeli eius locum amplius habent, quia nequaquam illos expugnare

valent qui ecclesia bona vero corde sitiunt, & ad illa consequenda praedestinati sunt, ut vel eos pro libitu suo in peccatum trahant, vel quadiu velint in ipso detineant. Magis autem cum & hoc Diuina permissione fiat locus eorum in terra reperitur, id est in his qui terrena diligunt, & caelestia bona mereri contempnunt. Vnde bene sequitur, *Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus et Sathanas, qui seducit in uersum orbem, proiectus est in terram, et Angeli eius cum illo missi sunt.* Draco per ardorem inuidiae, magnus per excellentiam superbiam, serpens, per astutiam calliditatem, antiquus, per peccandi veterinam consuetudinem, qui uocatur diabolus, id est deorsum fluens, a bonis uidelicet ad malos, & Sathanas, id est aduersarius, quia impugnat iustos, qui uniuersum orbem seducit, in quantum illi diuina potentia uires exercere permittit, ipse & Angeli eius de caelo in terram proiciuntur, quia a saluandorum nocua laesione supernae pietatis dono, & bonorum Angelorum militantium praesidio refranati, damnandis terrena diligentibus dominari permittuntur. Istud autem praelium in exordio sanctae ecclesiae describitur, factum & visum, quia tunc diabolo dominandi ius antiquum quod in homine per culpam possederat, per gratiam redemptoris est ablatum. Sed quia dum diabolus deprimitur sanctis spiritibus Angelicis siue humanis gaudium, & iubilatio oritur, apte subditur. Audiui uocem magnam. Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri nocte ac die, & ipsi uicerunt illum per sanguinem agni, & per uerbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea latamini celi, & qui habitatis in eis. Audiui uocem magnam, quia magnam significantem letitiam. Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum Dei nostri, quia per ipsum est remissio peccati, & robur bene operandi, & dominium uicia calcandi, & potestas, antiquus diaboli, nunc facta est Christi, id est hominis per uerbum assumpti, quia proiectus est, id est refranatus est accusator fratrum nostrorum, id est hominum saluandorum qui illos accusabat, quia accusabiles reddere uolebat ante conspectum Dei nostri, quae nihil latet, per quod maxime terret, die ac nocte, id est continue. Et ipsi uicerunt illum, non per se, sed per sanguinem agni, id est per fidem passionis Christi, & per uerbum testimonii sui, id est per apertam confessionem eiusdem fidei. Et non dilexerunt animas suas usque ad mortem, quia pro animabus libenter sustinent mortis amaritudinem, propterea latamini celi, & qui habitatis in eis, hoc quod praemitit celi, exponit, cui subiungit, & qui habitatis in eis, id est Angeli sancti, siue sancti per primam glorificationem.

Cur dicitur draco, & magnus, & serpens & antiquus?

Vnde dicitur draco, & magnus, & vbi Sathanas?

Vox magna cur dicitur? facta est salus & uirtus.

Quid diabolus non habet locum.



Quid terra significet & mare.

Cur diabolus dicatur habere iram magnam.

Apoc. 1.

Quid significet duae alae.

Cur volat in deserto.

eani. Magna est enim letitia agenda de proiectione diaboli & salute generis humani. Sequitur: *Et terra & mare, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum habet tempus.* Terra significat illos malos qui in vno aliquo & singulari vicio pertinaciter stant, mare vero eos qui per diuersorum amaritudinem viciorum fluctuant. Ad quos utrosque diabolus descendit, quia in ipsis potestatem dominandi accepit. Quibus recte vix praedicitur, quia qui modo diabolo decipiente seducuntur, aeternae mortis dolore in futuro cum ipso punientur. Sed & apte dicitur diabolus habere iram magnam, quia videt multos sibi subtrahi, & in locum quem amisit substitui, & quia scit quoddam modicum tempus habere ut electos ab ingressu patriae caelestis retardet, insudat quod potest, vnde ardentius ad bellandum grassatur, & eos qui recte viuere volunt expugnare conatur. Michael ergo & Angeli eius, omnes caelestes ordines, draco & Angeli eius, vniuersi demones, salus facta, iustificatio humana, proiectio draconis, refranatio antiqui hostis, terra & mare, damnandi, ira diaboli, malicia nocendi, modicum temporis, breuitas vitae praesentis.

*De persecutione draconis, & fuga mulieris. Cap. III.*

**E**T postquam vidit draco, quia proiectus est in terram, persecutus est mulierem quae peperit masculum. Et datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae, ut volaret in desertum locum, ubi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis, a facie serpentis. Videns diabolus sanctam ecclesiam ad spiritalis vitae latibula recessisse, & ad munimen sui praedicatorum documenta, & Angelorum habere auxilia, & se de caelo proiectum in ea quod in electis dominandi ius amittebat, & se in terram proiectum in eo quod non nisi sola pars damnandorum sibi remanebat, in maiorem persecutionem aduersus eam exarsit, & totum flumen viciorum post eam misit, & illam mergere tentauit. Dicitur ergo. Postquam vidit draco quia proiectus est in terram, persecutus est mulierem quae peperit masculum. Sed quia quanto amplius diabolus eam persequitur, tanto illi gratia magis augetur, bene sequitur. Et datae sunt mulieri duae alae Aquilae magnae ut volaret in desertum locum, ubi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie serpentis. Duae alae sunt duae testamenta, vel vita actiua & contemplatiua, siue dilectio Dei & proximi. Istis etenim alis mulier in desertum locum in quo alitur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie serpentis volat, quia sancta ecclesia per eas se subleuat, ut ad secretum vitae spirituales recedat, ubi pascitur doctrina Christi tribus

annis & dimidio facta, ne (vt supra dictum est) moriatur fame verbi Dei, maxime in persecutione Antichristi, tribus annis & dimidio sustinenda a facie serpentis, id est a praesenti tentatione diaboli persequentis. Quae duae scilicet alae aptae dicuntur esse magnae Aquilae, ut per hoc innuatur sanctam ecclesiam ad caelestia potenter subleuari, & eadem irreuerberatis oculis contemplari. Sequitur. *Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine, & adiuuit terra mulierem, & aperuit os suum, et absorbit flumen quod misit draco de ore suo.* Superius draconem mulierem persecutum dixit, nunc modum persecutionis subiungit. Serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen misit, ut eam a flumine trahi faceret, quia diabolus vniuersitatem viciositatis ab exordio sanctae ecclesiae inferre conatus est, ut eius filios ad damnationem pertraheret. Sed terra os suum aperiendo, flumen absorbendo mulierem adiuuat, quia dum terrena diligentes graniter suscipiunt quod diabolus suggerit, ipse diabolus eis nocendo a bonorum tentatione ad tempus cessat. Et dum ipsi (videlicet boni) a tentatione quiescunt, melius contemplationi caelestium intendunt. Aliter. Terra mulierem contra flumen adiuuat, quia perfectorum, & in fide stabilium collectio contra tentationem diabolicam fideles ecclesiae persequentem vniuersim orat, & quasi ore absorbet flumen, dum orando vincit tentationem. Sequitur. *Et iratus est draco in mulierem, & abiit facere praelium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu.* Quanto magis diabolus uiucitur, tanto magis irascitur, & tanto deterius nocere conatur, & dum electos superare minime valet, infideles ad persecutionem commouet. Vnde & hic recte dicitur. Et iratus est draco in mulierem, & abiit, & callida scilicet tentatione cessans, & per infideles apertam persecutionem excitans, facere bellum cum reliquis de semine eius, id est cum fidelibus primitiuam ecclesiam tempore sequentibus & uita imitantibus, qui custodiunt mandata Dei, id est praecipua recte uiuendi, & habent testimonium Iesu, id est fidelem confessionem Christi. Persecutio itaque draconis, tentatio antiqui hostis, fuga mulieris, secretum vitae spirituales, duae alae, duae uirtutes, flumen tentatio vniuersalis, terra quae mulierem adiuuat, perfectorum & in fide stabilium congregatio, maior ira draconis, augmentata saeuicia hostis, praelium cum reliquis de semine eius, persecutio contra imitatores eius.

Quare dicitur alae magnae Aquilae.

Quid per flumen aquae significetur.

Terra mulierem contra flumen adiuuat.

Epilogus.

*De bestia ascendente de mari, Cap. XIII.*

apoc. 13.

Quid intelligatur per arenam maris.

Quid bestia de mari ascendit.

Cur similis dicatur bestia pardo.

De Antichristo.

**E**T stetit super arenam maris. Et vidi bestiam ascendentem de mari habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiae. Postquam diabolus intellexit sanctam ecclesiam, & doctorum praedicamentis, & Angelicis suffragiis, & perfectorum sanctorum suorum, ac in fide immobilium precibus deuotius munitam, eam flumine viciorum, siue occultarum tentationum fraudulentiis impetere aliquantum tardauit, & ei per infidelem gentilitatem manifestam persecutionem excitauit, vnde & in principio praesentis capituli non inconuenienter dicitur, & stetit super arenam maris. Quid etenim conuenientius per arenam maris intelligimus, quam gentilitatem ab omnibus diuinae cognitionis & boni operis fructibus infecundam, & diuersorum Idolorum cultibus, & viciorum amaritudinibus agitatam? Quae bene arena dicitur, quia sterilis in bono, maris, quia instabilis & amara in malo. Diabolus ergo dum a sancta ecclesia per aliquantulum tentationum intermissionem recessit super arenam maris stetit, quia infructuosam & viciosam gentilitatem, ut per eam fideles persequeretur attentius calcauit. Omnes gentiles, & maxime principes quot quot in infidelitate sunt relictis, diabolo instigante ecclesiam atrociter sunt persecuti. Vnde & bene additur. Et vidi bestiam ascendentem de mari. Bestia namque de mari ascendit, quia crudelis gentium principatus inspiratione diabolica in superbia se erexit, quae etiam habuit capita septem per principum suorum vniuersitatem, & cornua decem, per relationem sacrae legis decalogum impugnantem. Et super cornua eius septem diademata, quia non est aliquid in decalogo praecipuum quod per eos non infringatur, & de quo ipsi a diabolo non coronentur. Super cuius uidelicet bestiae capita nomina blasphemiae fuerunt, quia gentium principes, Christum blasphemauerunt negantes eum Deum, & dicentes eum fuisse magum. Cuius bestiae qualitate manifestius describitur dicens. *Et bestia quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut ursi, & os eius sicut os leonis.* Similis quippe erat bestia, id est gentium principes bestialiter in sanctos saeuientes pardo, per variam philosophorum assertionem, & pedes eius sicut ursi, per impiam perpetratiōem velocitatem, & sanctorum conculcationem, & os eius, sicut os leonis, per eorum dilanationem & occisionem. Sequitur. *Et dedit illi draco virtutem suam & potestatem suam.* Virtutem miracula faciendi per incantationem potestatem alios flectendi per coactionem. Sed quia vniuersae persecutionis quam impii fidelibus inferunt Antichristus caput, & princeps erit per hoc quod ceteris omnibus dete-

rius desauiet, apte de ipso in hoc loco subiungitur. *Et vidi unum de capitibus suis tanquam occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est, & adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiae, et adorauerunt bestiam dicentes. Quis similis bestiae, et quis poterit pugnare cum ea?* Et vidi unum de capitibus, id est de principibus suis, scilicet Antichristum, tanquam occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est, quia Antichristus simulatorie, ut magis decipiat finget se mortuum, & resuscitatum, quemadmodum Christum. Et admirata est vniuersa terra, id est omnes reprobi terrena diligentes in ipsum credentes, admirata est post bestiam, imitando per infidelitatem, & crudelitatem. Et adorauerunt draconem, id est diabolum, qui dedit potestatem bestiae, id est bestialibus persecutoribus maxime Antichristo. Et adorauerunt bestiam se illi humiliando, dicentes admirando. Quis similis bestiae? id est quis potest tanta agere, & quis poterit pugnare cum ea, id est voluntati eius resistere? Tanta namque admiratione reprobi de Antichristo stupebunt, quod neminem illi fide seruando resistere posse putabunt. Sequitur. *Et datum est illi os loquens magna, et blasphemias. Et data est illi potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, et tabernaculum eius, et eos qui in caelo habitant.* Notandum est, quod ea quae supra dicta sunt ab eo loco ubi scriptum est, & vidi unum de capitibus eius tanquam occisum, & cetera quae in hoc capitulo sequuntur, ad Antichristum maxime referenda sunt. Cuius impietatem adhuc latius describit dum dicit. *Et datum est illi os loquens magna & blasphemias, & data est illi potestas facere menses quadraginta duos. Datum est illi os, per Diuinam permissionem, loquens magna, per iactantiam magnitudinem, & blasphemias, per diuinitatis negationem, & facere menses quadraginta duos, id est tribus annis & dimidio per iustorum persecutionem.* Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, quia Christum negabit, blasphemare nomen eius, id est fidem eius, per quam nobis innotescit, & tabernaculum eius, id est electos ecclesiae, qui ei in praesenti vita militant, & eos qui in caelo habitant, id est eos qui in caelestibus laudem eius decantant. Sequitur. *Et datum est illi bellum facere cum sanctis, & vincere illos, & data est illi potestas in omnem tribum, & populum, et linguam, et gentem, et adorauerunt eum omnes qui habitant in terra, quorum nomina non sunt scripta in libro vitae et agni qui occisus est ab origine mundi.* Datum est illi, per Diuinam permissionem, bellum facere cum sanctis, per multiplicem disputationem, & data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, ut ex omnibus aliquos a fide frangat, & ad infidelitatem trahat, vel

vel à fide suscipienda cõhibeat. Et adorauerunt eam, se illi humiliando, qui habitant in terra, terrena diligendo. Quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ & agni, id est qui non sunt ad vitam æternam prædestinati. Agni qui occisus est ab origine mundi figuraliter, in fine mundi realiter. Ab origine mundi occisus est, per præcedentium figurarum significationem, in fine per sequentem veritatis exhibitionem. Sequitur: *Si quis habet aures audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet. Qui in gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi, hic est patientia & fides sanctorum.* In fine capituli ad electorum consolationem subiungit comminationem contra hostem sequentem. Si quis habet aures, scilicet cordis, audiat, id est intelligat quæ uindicta sequatur Antichristum. Qui in captiuitatem duxerit, id est qui ad infidelitatem traxerit, vel corporaliter propter fidem Christi exilio relegauerit, vadet in exilium, vel captiuitatem per æternam damnationem, qui in gladio, videlicet male persuasionis vel gladio materiali fidelem occiderit, oportet eum gladio occidi, quia spiritus Christi interfectus peribit. Hic est patientia & virtus sanctorum, scilicet in tolerantia malorum. In aduersis enim illi qui vere boni sunt probantur, & qui oculi sunt manifestantur. Bestia ergo ascendens de mari, gentium principatus, vnus de capitibus eius, Antichristus, bellum cum sanctis, disputatio de scripturis, victoria eius, occisio corporalis.

Quid sit captiuitatem ducere, & gladio occidi, &c.

De bestia ascendente de terra. Cap. 5.

Apoc. 13.

**E**T vidi aliam bestiam ascendentem de terra, et habebat cornua duo similia agni, et loquebatur sicut draco, et potestatem prioris bestie omnem faciebat in conspectu eius. Et fecit terram et habitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Videns diabolus sanctam ecclesiam donis celestibus, & multis virtutibus & auxiliis munita, & supra petram, quia Christus est firmiter fundatam, non vno modo nocendi, sed diuersis aggreditur, & eam expugnare conatur. Vnde qui per bestiam ascendentem de mari impugnat eam in superiori capitulo legitur, & per bestiam ascendentem de terra eam impetere in isto capitulo perhibetur, quia non solum per crudeliter gentium principes, verum & per falsos falsorum Christianorum magistros & reges eius quietem frequenter pullat, & per illos eam nonnunquam terribat. Quemadmodum namque bestiam ascendentem de mari, seuos gentium principes diuersis diuersorum Idolorum cultibus more maris fluctuantes accipimus, ita congrue per bestiam ascendentem de terra impijs falsorum Christianorum rectoribus in vna credulitate (quamvis sibi inuisi) stabiliter ad modum terræ permanentes intelligimus, Mare quippe gentilos, quia per diuersa stu-

Quid per mare, quod dicitur, per terram intelligatur.

tuant, terra, Christiani etiam falsi, quia in vniuerso Dei credulitate persecerant. Sed utrorumque dominatores per superbiam super se ascendentes recte bestiis comparantur, quia bestialiter sanctos persecuntur. Et quoniam tam hi quam illi Antichristo seruire, & ipsum caput malicie habere probantur, bene in vtrisque capitulis post bestias Antichristi, incipientes blasphemiarum, & crudelitatis memorantur. Quia igitur diabolus non tantum per paganos, sed etiam per falsos Christianos ecclesiam persecutur, apte post bestiam ascendentem de mari, bestia ascendens de terra videtur. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, aliam, per dissimilitudinem, bestiam, per crudelitatem, ascendentem, per elationem, de terra, id est de collegio eorum qui seruati suæ assertionis immobilitatem. Et habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Falsi Christiani duo habent cornua agni similia, quia habent duo testamenta, vnum per significationem, aliud per exhibitionem Christum prædicantia, habent inquam per scientiam cognitionem, non per vitæ sanctitatem. Qui loquuntur sicut draco, quia per impiam suasionem concordant diabolo. Qui etiam omnem potestatem bestie prioris in conspectu eius faciunt, quia Antichristum, qui maxime per primam bestiam figuratur imitando, per effectum prauis operis quæ placita sunt diabolo perficiunt. Sequitur. Et fecit terram, & inhabitantes in ea adorare bestiam primam. Hoc quod præmittit dicitur terram, hoc exponit subiungens habitantes in ea. Per terram namque homines figurantur. Primam itaque bestiam homines secunda adorare facit, quia reproborum Christianorum peruersa collectio impietatis & superbie Antichristi, qui specialiter per primam bestiam in uno capite eius quasi occiso & curato signatur, quos potest subdit, quod dicitur hæc quæ hic de prima bestia dicitur ad Antichristum specialiter referenda sunt, manifestat cum subiungit. Cuius curata est plaga mortis. Quæ admodum enim in præcedenti capitulo dictum est, ut magis fallat se simulabit occisum, & per diuinitatis potentiam resuscitatum. Sequitur. Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de celo descendere in terram in conspectu hominum, & seducit habitantes in terra per signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestie, dicens habitantibus in terra ut faciant imaginem bestie quæ habet plagam gladii, & vixit. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestie, & ut loqueretur imago bestie, & faciat ut quicumque non adorauerint imaginem bestie occidantur, & faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in manu dextra, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere aut uendere, nisi qui habet characterem bestie, aut nomen, aut numerum nominis eius. Multa & magna mala quæ per Antichristum, & ministros eius perpetrata vidit, in paucis verbis bre-

Falsi Christiani duo cornua habent.

De mirabilis Antichristi.

uiter hic comprehendit. Secunda ergo bestia quæ de terra ascendit signa magna fecit, quia vniuersus illorum qui de Christo ad Antichristum conuertentur magistratus, propter notitiam scripturarum callidior, falsis miraculis cooperante diabolo choruscabit, quibus predicatio nem suam apud apostatas homines roborabit. Faciet et ignem de celo descendere in terram in conspectu hominum, ut stupore tanti miraculi quoslibet in fide infirmos à Christo trahat ad Antichristum. Qui seducet habitantes in terra, id est celestibus præponentes terrena, per signa quæ data, id est permissa sunt illi facere in conspectu bestie, id est Antichristi, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestie, se conformando illius impietati, bestie quæ habet plagam gladii, per simulationem occisionis, & vixit per diuinitatem resurrectionis. Et datum est illi, per diuinam permissionem, ut daret, per ignis descensionem, spiritum, videlicet malignum, imagini bestie, conformantis impietati Antichristianæ, & ut loqueretur imago bestie, variis scilicet linguis, sicut per spiritum sanctum datum est Apostolis. Et faciet ut quicumque non adorauerint imaginem bestie, per exhibitionem honoris, occidantur, morte corporis. Aliter, faciet imaginem Antichristi materialem, sicut nos corpoream Saluatoris imaginem, & illam imaginem per incantationes faciet loqui, & per hoc homines seduci, & adorare contemnentes occidi. Et quia cogent homines non solum ad tenendam obseruantiam illius nefandæ religionis, sed ad tenendam nouam consuetudinem negotiationis, apte subditur. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem, scilicet nominis Antichristi in manu dextra, aut in frontibus suis, ut manifestè videatur, & portior ad Antichristum pertinere cognoscatur. Quare hoc? Ne quis scilicet possit emere, aut uendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestie, aut numerum nominis eius, ut plures hæc necessitate constringantur, & Antichristum adorare cogantur. Magna ergo erit & grauis anxietas populi fidelis, qui respiciet portare characterem, & nomen, & numerum nominis. Numerus nominis eius dicitur numerus ille, qui in litteris quibus nomen eius scribitur continetur. Sequitur. Hic est sapientia. Quia res obscura est attentos facit. Qui habet intellectum computet numerum bestie, id est computet numerum qui ex significatione litterarum constituitur, quibus nomen eius scribitur. Et quod possit computari, apte declarat cum subiungit. Numerus hominis est, qui videlicet potest numerari ab homine, non Dei, cuius sapientiæ non est numerus, quamuis ipse tamen per hunc se Deum velit æstimari, & ut nos huius numeri cognitioni viciniore faciat, ipsum nobis euidenter manifestat dicens: *Et numerus eius est sexcenti sexaginta sex.* Sed ut virtutem huius numeri cla-

De imagine Antichristi.

De numero nominis bestie Antichristi.

rius agnoscamus, secundum sanctorum doctorum traditionem diligentius illum discutiamus. Dicunt enim quod cum liber iste Græcè sit editus, secundum Græcos numerus ipse sit querendus, apud quos omnes litterarum numerum habent significare. Nomen eius Græcè antemos dicitur, quod contrarius interpretatur. In hoc nomine significata, vnum, n, quinquaginta, t, trecenta, e, quinque, m, quadraginta, o, septuaginta, s, ducenta. Quorum omnium summa, sexcenta sexaginta sex constituit. Sunt & alia eius nomina, quorum huiusmodi interpretatio hunc eundem numerum reddit. Sed nos plurima preterimus, quia præsentis breuitati pauca sufficere videmus: Cur vero talis numerus Antichristo conueniat citius demonstratur, si eiusdem numeri qualitas subtilius attendatur. Sex perfectione significant. Possumus autem per senarium, minimam perfectionem accipere, & per sexagenarium, medietatem, & per sexcentarium, maximam & consummatam perfectionem intelligere. Merito itaque tali numero describitur, qui & in omni gradu malorum perfectè malignus, & in omni gradu bonorum bonitati perfectè contrarius inuenitur. In vtrorumque enim triplici gradu perfectè pro viribus inardescet, & utrobique perfectè vires suæ malignitatis extendet. Et sic prouidebit minima mala incipere, mediocria prouehere, ut maxima non designat manu tenere, & econuerso incipientia bona atterere, crescentia impedire, ut summa & perfectæ secundum possibilitatem non cesset minuere. Bene ergo sub tali numero comprehenditur, qui & in minimis, & mediocribus, & summis malis perfectè malus, & qui contrariorum bonorum perfectioni perfectè contrarius inuenitur. Secunda igitur bestia, falsorum Christianorum falsus principatus, bestia prima in hoc capitulo, Antichristus, descriptio bestie, descriptio Antichristi bestialiter sæuentis contra fideles ecclesie.

Quid signi ficut nomen eius.

De agno, & centum quadraginta quattuor millibus. Cap. 7.

**E**T vidi, & ecce agnus stabat supra montem syon, & cum eo ceterum quadraginta quattuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Superius grauissimam persecutionem ab Antichristo & ab eius discipulis tam à falsis Christianis quam gentibus inferendam sanctis descripsit, nunc Christum adiutorem cum sua familia subiungit. Et ut magis electos suos afflictos consoletur, illos qui apud Deum merito sunt sublimiores, videlicet qui per incorruptionem virginitalis, simul & per tormentum passionis agno celesti meruerunt sociari, designare videtur. Illi etenim apud Deum sunt digniores, qui his duabus virtutibus rutilant, quia & ei præ omnibus appropinquant. Tales quippe eum quocumque iterit sequuntur, quia non

Apoc. 9.

Qui apud Deum sunt digniores.



non solum per integritatem corporis, sed per amaritudinem passionis imitatur. Et vidi per spiritalem, scilicet intelligentiam, & ecce agnus, per innocentiam, stabat, quasi paratus ad adiuvandum, supra montem Syon, quia transcendit excellentiam fidelium ipsum contemplantium. Et cum eo, quia ei per iustitiam conformes, stabant, subaudi, quia & ipsi sunt auxiliatores, centum quadragintaquatuor millia, id est omnium martyrum carne incorruptorum agmina. Quæ bene dicuntur centum quadragintaquatuor millia, centum, propter patriæ cælestis expectationem, quadraginta, per legis, & quatuor Evangeliorum completionem, quatuor, per quatuor virtutum exercitationem, millia, per totius iustitiæ consummationem. Et quia istorum numerorum rationem superius latius exposuimus, nunc eam iterare non curamus. Sed diligenter est notandum, quod ipsa centum quadragintaquatuor millia supra montem Syon consistunt, quia aliorum fidelium sublimitatem transcendunt. Habentes nomen eius, id est fidem qua vocantur Christiani, & nomen patris eius, id est fidem, qua vocantur filii Dei, scriptum per interminabilem perseverantiam, in frontibus suis, per confessionem manifestam. Et bene primum nomen agni, deinde nomen patris eius ponit, quia nemo nisi per mediatorem Dei, & hominum ad patrem venit. Quorum etiam iustitia & dignitas magna, & multiplex in sequentibus post fidem prædicatam describitur. Sequitur. *Et audiui vocem de celo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum magni. Et vocem quam audiui, sicut cytharatorum cytharizantium in cytharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem Dei, & ante quatuor animalia, & seniores.* Et audiui vocem de celo, vox significat Divinam admonitionem, cælum, supra dictos perfectos qui cum agno sunt per cælestem conversationem. Vox ergo de celo venit, quia Divina admonitio à perfectis ad imperfectos descendit. Quæ vox aptè tanquam vox aquarum multarum dicitur esse, quia sanctorum integritate virginitalis & merito passionis candelentium, & ministerio prædicationis, iubiloque Divinæ laudis capentium uniuersitas ex multis populis colligitur. Quæ quoque rectè tanquam vox tonitruum magni esse perhibetur, quia reprobis terribiliter damnationem comminatur. Et quia non solum voce, sed & actione ea quæ recta sunt prædicant, bene subiungitur. Et vocem quam audiui, sicut cytharatorum cytharizantium in cytharis suis. Cythara quippe quæ manibus pullatur ut sonum reddat, bonam actionem que manibus congruè efficitur significat. Et bene cum dixisset cytharis, addit suis, non alienis. Hoc est enim quod dicit Apostolus: *Opus suum unusquisque probet, et sic in semetipso gloriam habeat, et non in altero.* Sed & quia ex his quæ dicunt aut faciunt non se commendant, sed auctorem

Cur dicatur centum quadraginta quatuor millia.

Quid significet vox illa audita.

Cur dicatur tanquam vox aquarum multarum.

Quid per cytharam significet.

Gal. 2.

& largitorem boni laudant, rectè additur. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem Dei, & ante quatuor animalia & seniores. Sancti namque post illa quæ supradicta sunt ante sedem Dei canticum cantant, quia pro acceptis beneficiis Diuinam bonitatem laudant. Quod canticum non novum, sed quasi novum ideo dicitur, ut usque ad glorificationem corporum eius imperfectio intelligatur. Tunc etiam verè & perfectè erit novum, quando post generalè resurrectionem, secundum vtramque naturam nostram erit consummatum. Tunc vera erit novitas, quando tota perierit vetustas. Ante sedem Dei, id est in præsentia Angelorum in quibus Deus residet, & per quos iudicia sua exercet. Ante quatuor animalia, id est in præsentia uniuersorum prædicatorum, & ante seniores, scilicet in præsentia iudicum ecclesiasticorum. Dicit ergo sanctus Theologus, secundum cælestè visionem sanctorum cum Christo nos adiuvantium describens dignitatem, & audiui vocem, scilicet per Diuinam admonitionem, de celo, id est de his qui in cælestibus habent conversationem, tanquam vocem aquarum multarum, quia ex multis populis congregantur, tanquam vocè tonitruum, quia reprobis damnationem minantur, sicut cytharatorum, per bonam operationem, & cantabant quasi canticum novum, per gratiarum actionem, ante sedem Dei, & ante quatuor animalia, & seniores, id est præsentia Angelorum, videlicet sanctorum spirituum, & hominum per quos Deus sua iudicia exercet, & mysteria multiformiter complet. Sed & quod nemo illorum meritis coæquari possit, luculenter ostendit cum subiungit. *Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor millia.* Nemo poterat canticum dicere, quia nemo alius potest ad meritum illorum pertingere. *Qui empti sunt de terra,* id est sanguine Christi redempti, & eleuati de terrena concupiscentia. Quorum virtutem euidentius distinguit cum dicit. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, et sequuntur agnum quocumque ierit.* Vbi dicit virgines enim sunt, apertè testatur in ipsis integritatem virginitalis. Vbi addit, hi sequuntur agnum quocumque ierit, adiungit etiam meritum passionis. Illi nimirum eum quocumque ierit sequuntur, qui eum in vitroque imitantur. Si quis vero hoc quod in hoc capitulo de centum quadragintaquatuor millibus secundum vtramque uirtutem referri dixerit, nequaquam à rectitudine sententiæ deuiabit. Ipsi nempe illum quocumque ierit se qui creduntur, qui illum imitari mentis & corporis incorruptione probantur. Quorum laudem adhuc sublimius attollit dicens: *Hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo, & agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula sunt ante thronum Dei.* Ex omnibus siue ex hominibus primitiæ Deo & agno sunt empti, quia sanguine

Quid sit canticum nouum.

Cur dicatur quasi canticum nouum.

Cur nequaquam poterat canticum dicere præter illa centum quadraginta quatuor millia.

Quid sit se qui quocumque ierit.

sanguine Christi redempti, & merito excelsi apud Deum, & si non tempore, tamen dignitate sunt primi. In quorum ore non est inuentum mendacium, propter sinceram confessionem veritatis, & sine macula sunt ante thronum Dei, per inuolantem obseruantiam castitatis. Sancti igitur in persecutione constituti nequaquam debent trepidare, dum se cognoscunt talem ac tantum adiutorè cum familia tantè dignitatis habere. Agnus itaque Christus, mons Syon, sublimitas fidelium, centum quadragintaquatuor millia, virginum agmina, vox tonitruum, terribilis comminatio damnationis, cytharæ effectus boni operis, canticum gratiarum actio pro acceptis beneficiis, emptio de terra, redemptio de terrena concupiscentia.

De tribus Angelis succedenter prædicantibus. Cap. VII.

Apoc. 14.

*Et vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem euangelium æternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicentem vocè magna. Time Deum & date illi honorem, quia uenit dies iudicii, & adorare eum qui fecit cælum, et terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum.* Descripta superius grauissima persecutione Antichristi per duas bestias fidelibus inferenda, & ad consolationem electorum descripta excellentia agni cum sua familia, consequenter adiungitur admonitio, ut ad Christum accedamus, & prophetia de ruina Babylonis, ne in eius gloria confidamus, & comminatio damnationis adorantibus Antichristum, ut illi seruire timeamus. Quæ cuncta ministerio trium Angelorum perficiuntur, propter fidem sanctæ Trinitatis, & sacramentum trium principalium virtutum, fidei scilicet, & caritatis. Vniuersi namque prædicatoribus qui per Angelos significantur, rectè ternario figurantur, quia licet per diuersa tempora succedenter, tamen vnanimitè fidei indiuiduæ Trinitatis prædicant, & sacramentum trium principalium virtutum electis commendant. Qui vno atque eodem spiritu qui singulis prout vult diuidit aspirant, diuersis modis mundo verbum salutis intonant, & singulis ea quæ recta sunt administrent. Vnde & primus in hoc capitulo Angelus secundum suum officium ut verum Deum adoremus suauiter innuit. Secundus ruinam Babylonis prædicat. Tertius bestiam adgrare prohibet, & adorantes de pena terret. Sed licet vnusquisque suum donum à Deo habeat, & suum modum in dicendo & docendo teneat, omnes tamen vnus vnus sacramenti redemptionis humanæ virtutem prædicant, & per iustitiã ad vnam patriam veniendum clamant. Et vidi alterum Angelum, id est ordinem prædicatorum, alterum à Christo quantum distat seruus à do-

De prædicatoribus quid dicat.

mino, volantem, per celeritatem & sublimitatè prædicationis, per medium cælum, id est ecclesiam virtutibus altam, & lucidam splendore cognitionis diuinæ. Habentem euangelium æternum, per promissionem æternitatis, ut euangelizaret per officii sui administrationem, sedentibus super terram, id est electis suauiter in Deo quiescentibus per terrenæ cupiditatis subactionem. Illis etenim annuncianda sunt æterna dona, qui potenter norunt subigere terrena. Et super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Et in hoc loco quemadmodum in multis locis fieri solet, & pro id est, ponitur. Exponit enim quod præmisit dicens, sedentibus super terram, cum subiungit, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Ipsi sunt namque etiam secundum litteram qui sedent super terram, id est super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Super omnem, non super vnã tantum, quia Diuina gratia ex omnibus eligit, & ad Regnum perducit. Et notandum, quod dicit super, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum. Dicentem magna voce, id est magna admonitionis intentione. Sequitur: Time Deum, casto videlicet amore, & date illi honorem, laudis decantatione, & boni operis exhibitione, & videte ne deficiatis, quia venit dies iudicii eius, ut puniantur peccatores vestri, & vos recipiatis præmium meriti. Et adorare eum qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum, adorare eum, per fidem rectam, qui fecit ea, quæ dicta sunt, per potentiam. Qui fecit non solum cælum, & terram, & mare, id est maxima, sed & fontes aquarum, id est minima. Dignus est, enim fide & veneratione, qui hæc omnia pro nobis dignatus est creare. Sequitur: *Et alius Angelus secutus est dicens. Cecidit, cecidit Babilon illa magna ciuitas, quæ à vino fornicationis sue potauit omnes gentes.* Postquam superius admonuit ut ad Christum recta fide accedamus, statim affirmat ruinam Babylonis, id est mundanæ confusionis, ne in eius gloria confidamus. Et alius Angelus secutus est. Alius Angelus, ordo prædicatorum alius. Alius, modo vel ordine docendi, Angelus, officio prædicandi. Dicens, cecidit, cecidit Babilon illa ciuitas magna. Bis ponit cecidit, quia uniuersitas maiorum in confusione præsentis sæculi fluctuantium dupliciter ruit. Qui idcirco præteritum ponit, quia quod futurum est, tam certè & firmitè velut præteritum ostendit. Cadit itaque Babilon mala cogitando, cadit mala perpetrando, cadit in mundo, cadit in inferno, in mundo per prauã actione, in inferno per æternã damnatione. Ciuitas, quia peruerso dogmate munita, magna, multitudine & superbia. Quæ in vino iræ fornicationis suæ, id est zelo iræ quo contra Christum est irata, & cum Antichristo fornicata, potauit omnes gentes, i. corripit

Quid significet sedentes super terram.

Jacobi. 1.

Quo debeat timere & honorare, Deus.

Cur bis ponatur cecidit.

Quo cadat Babilon, & cur dicatur ciuitas.



rupit omnes gentiliter viuere cupientes, Nemo ergo in eius gloria confidere debet, dum certum est, quod cadet, Sequitur: *Et Angelus tertius secutus est eos, dicens voce magna, si quis adorauerit bestiam, & eius imaginem, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino irae Dei qui mixtus est mero in calice irae ipsius.* Postquam in praecedentibus admonuit, ut Christo vero auxiliatori nos iungamus, & ne in gloria ruitur Babylonis confidamus, succedenter adiungit comminationem poenae adorantibus Antichristum, ut illi seruire timeamus, Et Angelus tertius secutus est eos, id est ordo praedicatorum sanctae Trinitatis fidem, & triu principalem uirtutum sacramentum docentium, se curus est, ordine temporis, non imitatione credulitatis. Dicens voce magna, id est magna praedicationis instantia, Si quis adorauerit, per impiam fidem, bestiam, id est Antichristum, qui est bestia per crudelitatem, & eius imaginem, faciens se eius imitatoribus conformem, & acceperit characterem, id est sigillum nominis eius in fronte per apertam confessionem, aut in manu sua, per prauum operis exhibitionem, & hic bibet, subauditur sicut Babylon de vino irae Dei, damnationem uidelicet aeternam, quam Deus propinat iratus, quod mixtum est mero, id est pura vindicta, in calice ipsius, id est in iudicio ipsius, Et bene ait mixtum, propter diuersum diuersorum cruciatum in uno perditionis loco patientium. Sequitur: *Et cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Et fumus tormentorum eius in saecula saeculorum ascendet. Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius.* Quod superius dixit bibet de vino irae Dei, hoc exponit cum subiungit dicens, & cruciabitur igne, & sulphure, & quemadmodum supra dictum est peccatorum poenam notando bibet, id est cruciabitur, igne & sulphure, ardente scetore, quia qui hic per scetidam luxuriam exarserit, ibi scetidum ardorem sustinebit, & hoc in conspectu sanctorum Angelorum, & ante conspectum agni, ut magis erubescat, & erubescendo maiorem dolorem habeat. Et fumus tormentorum eorum, id est tenebrositas quae ipsos malos operiendo super ipsos erit, in saecula saeculorum ascendet, quia in aeternum perseverabit, nec habent requiem die ac nocte, id est continue, qui bestiam adorauerunt, per reprobam illius fidem, & imaginem eius, per satellitum eius ei conformatorum uenerationem. Et si quis acceperit characterem nominis eius, subauditur non habebit requiem, sed cruciabitur per aeternam damnationem. Sequitur: *Hic est patientia sanctorum qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu.* Hic scilicet in non accipiendo characterem nominis eius, quia propter hoc patientur sancti tribulationem, & pertinet ad bea-

Cur in fronte & in manu

Cur dicitur mixtum

itudinem. Qui custodiunt mandata Dei, Deum & proximum diligendo, & fidem Iesu, eum uerum Deum credendo & confitendo. Sequitur: *Et audiui uocem de caelo dicentem: Scribe beati mortui qui in Domino moriuntur.* Quia superius describit grauissimam persecutionem ab Antichristo inferendam, nunc in fine huius capituli consolatur per quietem beatitudinis eos qui pro Christo & in Christo gustant amaritudinem mortis. Dicit ergo. Et audiui uocem de caelo, id est de caelesti uisione, dicentem mihi, scribe non solum scilicet in corde tuo, sed & in pergamento, & in audienti populo. Scribe, ne cito trahat, quod ad consolationem electorum usque in finem perseverare debet. Beati mortui qui in Domino moriuntur, id est in fide, & in confessione Domini, per primam stolam iam acceptam beati, per secundam accipiendam beatificandi. Quasi superiora recolligens dicat. Audistis in superioribus capitulis grauissimam persecutionem, sed nolite formidare pro Christo sustinere mortem, quia per hanc attingetis ad beatitudinem. Et uere uidentius beatos ostendat, Domino hoc testate confirmat. Nam dicit ammodo, id est ab ipsa morte, iam dicit spiritus, id est sancta Trinitas quae unus est Deus, ut requiescant, accepta beatitudine, a laboribus suis, a transacta tribulatione. Per quid autem ipsam requiem consequantur ostendit, cum subiungit. Opera enim illorum, id est retributiones operum, quae fecerunt in tempore, sequuntur illos, in aeternitate. Qui enim in praesenti saeculo bene operatur, ipse in futuro saluatur. Nemo namque si tempus operandi habeat sine operibus se posse saluari credit. Fides enim sine operibus mortua est, si habeat tempus operandi, nam si tempus non posset habere, sufficit sola cum fide uoluntas. Magna ergo, & egregia hic describitur, consolatio de his qui moriuntur in Domino, nec debet timere talem mortem, qui se sperat per eam posse pertinere ad beatitudinem. Tres itaque Angeli succedenter praedicantes, uniuersi praedicatores fide sanctae Trinitatis, & sacramentum trium praecipuarum uirtutum in sancta ecclesia docentes, Babilon, mundus, bestia, Antichristus, malorum cruciatio, aeterna damnatio, morientium in Domino beatitudo, caelestis retributio.

Cur dicitur scribere & uidit.

Epilogus

De Angelo Christum signante et de iudicio. Cap. VIII.

**E**T uidi, et ecce nubem candidam, et super nubem sedentem filio hominis similem, habentem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcem acutam. Ostensa superius remuneratio honorum per quam inquit ad eorum confortium, supponit damnationem impiorum, ut per terrorem ducat ad idem propositum. Et notandum quod in ultimo capitulo huius uisionis, quemadmodum & in aliis uisionibus agit de fine tempo-

temporis. Sic enim ipsa sacra Theologia seriem A ordinat, ut a principio nascentis ecclesiae usque in finem temporis eam deducat, describens multiplices iustorum tribulationes, & patientium retributiones. Et uidi, & ecce nubem candidam, & supra nubem sedentem similem filio hominis habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Et uidi, per intelligentiam spiritualem, nubem candidam, id est assumptam humanitatem, & super nubem sedentem, ipsum uidelicet Christum secundum eminentem, & regnantem diuinitatem, similem filio hominis, quia iam impassibilis & immortalis factus, metas humane fragilitatis transcendit. In hoc enim quodammodo non iam filius, sed similis filio hominis in sacra uisione apparuit, quod a morte impassibilis & immortalis resurrexit. Habentem in capite suo coronam auream, coronam per aeternitatis infinalitatem, auream, propter sapientiae claritatem, & in manu sua falcem acutam, id est iudiciariam sententiam, habet coronam, ut iustos coronet, habet falcem acutam, ut iniustos condemnet. Talis nimirum iudex omnium in sacra uisione describitur, ut per ipsam descriptionem, & bonis & malis debita stipendia redditurus agnoscat. Sequitur: *Et alter Angelus exiit de templo clamans uoce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem tuam & mete, quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terrae.* Angelus iste sanctorum perfectorum certum exprimit, qui pro acceleratione aduentus iudicis, & pro tribulatis electis liberandis in uel timis diebus deuote supplicabit. Qui recte dicitur alter Angelus, alter per maiorem dignitatem, Angelus, per sacram praedicationem. Qui per hoc quoque de templo exit, quod minoribus & inferioribus electis uitae merito, uel officio praedicationis eminebit. Qui etiam uoce magna clamabit, quia diem iudicii uenire, & liberationem, & glorificationem iustorum magnis desideris optabit, & orabit. Mitte falcem tuam, id est exerce iudicium, & mete, id est collige de terra genus humanum, quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terrae, id est completo numero tuorum iam consummata est, nec habet ueltra locum nequicia malorum. In hoc etenim malorum uniuersitas adhuc locum habet, & uirescit, & per illationem aduersitatis bonis ad exercitium & augmentum uirtutum uilis existit. Quae tunc penitus exarescet, nec amplius aeternae salutis sanctis ipsos tribulatio fructum feret, cum in fine eorumdem sanctorum numero completo ab eorum utilitate sterilis erit in mundo. Quae denique malorum uniuersitas apte designatur nomine terrae, quia terrenis semper studet inhærere. Sed quia Saluator noster precibus suorū benigne intendit, & sine mora quando salubriter rogatur, implere satagit, congruè subiungit. *Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & messuit terram.* Angelus quippe

Quid nubes candida significet.

Cur non dicitur filius hominis, sed similis filio hominis. Quare dicitur habere coronam & falcem.

Quid sit mittere falcem & metere.

qui supra nubem sedit, altero Angelo rogante falcem in terram misit, & terram messuit, quia iustus iudex in fine temporis orantibus sanctis iudicium exercebit, & terrigenas de terra succidet. Et quoniam sanctorum Apostolorum numerus cum ipso iudice sedebit, & cum ipso mundum iudicabit, recte additur. Et Angelus alius exiit de templo quod est in caelo, habens falcem acutam. Iste nimirum Angelus alius beatorum Apostolorum conuenienter intelligitur ceterus, qui est Angelus, propter praedicationem, alius, secundum dignitatem. Qui & ipse de templo exit, quia culmen sanctae ecclesiae etiam caelesti conuersione constituta apice suae dignitatis transcendit. De quo denique dicitur, quod & ipse cum Angelo super nubem sedente habuit falcem acutam, quia cum Christo exercebit iudiciariam potestatem. Sequitur: *Et alter Angelus exiit de altari, qui habet potestatem super ignem, & clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens. Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros uinea terrae, quoniam maturae sunt uuae terrae eius.* Per istum alterum Angelum, beatorum Angelorum intelligimus populum. Qui non solum de templo, sed & de altari exiit quia non tantum electos ecclesiae, sed etiam ipsum redemptorem secundum humanitatem assumptam natura immortalis conditionis transcendit. Scriptum est enim de ipso redemptore nostro, secundum humanitatem carnis quam de nobis pro nobis assumpsit: *Minuisti cum paulo minus ab Angelis.* Qui Angelus potestatem super ignem habet, quia daemonum & prauorum hominum ardentem rabiem coercet. Qui etiam ad habentem falcem uoce magna clamabat, quia & ipsa Angelica dignitas uotis omnibus ex amore & desiderio glorificandorum hominum de exercendo & exerendo iudicio iudicem exorabit: *Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros uinea terrae.* Per messim terrae, & per botros uinea terrae, eosdem malos intelligimus, sed tamen per uinea, illos qui a diabolo ad modum uinea ad fructificationem mali maiori studio excoluntur determinatius habemus. Qui & ipsi cum messione messis terrae uindemiabuntur, quia cum aliis minoribus reprobis damnabuntur. Mitte falcem tuam acutam, id est exerce iudiciariam sententiam, & uindemia botros uinea terrae, id est maiores in nequicia succide, quia uuae terrae eius maturae sunt, per completionem uidelicet maliciae. Superius itaque per precem perfectorum hominum damnatio minorum malorum insinuata est, ubi egit sacra pagina de messione terrae, hic per precem sanctorum Angelorum intimatur damnatio perfectae malorum, ubi agit de uindemiatione uinea. Orantibus enim duobus Angelis & messis terrae colligitur, & botri uinea uindemiatur, quia perfectis hominibus, & sanctis Angelis in fine (ut supra dictum est) de faciendo iudicio iudicem deprecanti.

Plal. 8.

Quid per messem, botros, & uinea intelligatur.





luculenter insinuauit. Septem itaque Angeli, A  
prædicatores vniuersi, septem plage nouissimæ  
malorum tribulationes in præsentis tēpore, ma-  
re vitreum, baptismus, bestia, Antichristus, vi-  
ctoria, patientia, cytharæ, honorum operum ex-  
hibitiones, canticum Moysi, & canticum agni,  
vriusque testamenti professio, & pro acceptis  
beneficiis gratiarum actio.

De septem Angelis, et septem Phialis eis datis,  
Cap. II.

Apoc. 15.

**E**T post hæc vidi, et ecce apertum est templum  
tabernaculi testimonij in celo, et exierunt  
septem Angeli habentes septem plagas vestiiti  
lapide mundo, candido, præcincti circa pectora sua  
zonis aureis. Postquam superius paululum di-  
gressus electorum populū merito iustitiæ à  
plagis impiorum esse remotum demonstrauit,  
iterum ad materiam suam redit, & quæ mala ma-  
lis fin vicissitudines temporum contingant, per  
sequentia capitula describit. Et post hæc vidi, &  
ecce apertum est templum tabernaculi testimo-  
nij in celo: templum, est sancta ecclesia quam  
inhabitor eius Christus ex omnibus fidelib.  
quasi diuersis lapidibus ædificat, & spiritualis  
gratiæ in fufione dedicat, & sanctificat. Quæ et  
congruè dicitur templum tabernaculi testimo-  
nij, tabernaculi, quia in præsentis sæculo Deo mi-  
litat, testimonij, quia vtriusque testamenti testi-  
monium fideliter seruat. Quæ propterea in celo  
videtur, quod in celo conuersionem habere  
dignoscitur. Quæ deniq; idcirco non clausa,  
sed aperta cernitur, vt vocatis ingressus pœnitē-  
di, & doctoribus egressus prædicandi patere de-  
monstretur. Vnde quoq; reprobi de damnatio-  
ne suâ minorem excusationem habent, quod eâ  
per cœlestis oraculi testimonium nō clausam, sed  
apertam perhibent. Quanto namq; eâ facilius  
intrare possent, tãto grauius arguentur de eo qd  
foris manet, vnde quoq; iustæ prædicatores pla-  
gas eis iminatur, & ipsi plagis Diuinitus affligū-  
tur, qd ipsam apertā audiūt, & intrare cōtemnūt.  
Et qd sancti prædicatores nō solū electos in-  
tus cōfirmant, sed & foris exeūt, & reprobis Di-  
uinā vltionē imminere prædicāt, aptè dicitur. Et  
exierunt septem Angeli habentes septem pla-  
gas. Septē enim Angeli septē plagas habentes  
exeunt, dum prædicatores vniuersi vniuersam  
Dei vltionem foris prædicant, vt si nolunt Deū  
pro promissionibus diligere, saltem minis eum  
timeant, & si hoc etiā contempserint, non so-  
lum nūc, sed in fine sine fine grauioribus vlti-  
onibus succumbant. Sed quia sancta prædica-  
torum actio nunquam ab eorum officio discre-  
pat, sed semper & in omnibus eorum actio cum  
officio concordat, rectè lapide mundo candido  
vestiti, & præcincti circa pectora zonis aureis  
describuntur. Habitus enim actionem signat.  
Sancti ergo prædicatores lapide mundo candi-

Cur dicat  
templi ta-  
bernaculi  
testimonij

do vestiuntur, quia fide firma à vicis munda, vir-  
tutibus candida adornantur, & præcinguntur  
circa pectora zonis aureis, refrēnando fluxum  
illicitæ cogitationis retinaculis caritatis. Et  
quoniam quæ sancti prædicatores vsque in fi-  
nem sæculi prædicabunt ex institutione priorū  
patrum habebunt, bene sequitur: *Et vnus ex  
quatuor animalibus dedit septem Angelis septem  
Phialas aureas, plenas iracundia Dei viuētis in  
sæcula sæculorum.* Vnus quippe de animalibus  
dedit septem Angelis septem phialas plenas ira-  
cundia Dei viuētis in sæcula sæculorum, quia  
vniformi, & cōi testimonio, & auctoritate qua-  
tuor Euangelistarum roboratur, & firmatur ser-  
mo prædicatorum. Qui sermo rectè phialis au-  
reis comparatur, quia per Diuinam sapientiam  
lucidè & clarè illuminatur. Quæ etiam phialæ  
plene iracundia Dei viuētis in sæcula sæculo-  
rum esse dicuntur, quia plene & perfectè iram  
Dei ad inferendam vindictam semper viuētis  
reprobis comminantur. Sed qm Diuinum iudi-  
cium quod per phialas aureas iustis manifesta-  
tur, impiis fumo ignorantie ne illud intelligant  
occultatur, rectè sequitur. *Et impletum est tem-  
plum fumo à maiestate Dei, et de virtute eius.*  
Datis etenim septē phialis septem Angelis, tem-  
plum fumo impletur, quia cœlestis iudicium, qd  
electis diuinitus reuelatur, reprobis (vt pōte indi-  
gnis) in præsentis temporis fluctuatione peni-  
tus cēlatur à maiestate Dei, & de virtute eius,  
quia cui summus & omnipotens Deus claudit,  
nemo aperit. Sequitur: *Et nemo poterat introire  
in templum, donec consummarentur septem pla-  
gæ septem Angelorum.* Templo fumo impleto,  
nemo potest introire, quia nemo reproborum  
Deo permitteute ignorantia excecatus reſtitu-  
tionem Diuini iudicii potest agnoscere. Inde  
est enim quod sæpe nomen Dei quasi malè agē-  
tis blasphematur, quia iudicii eius iustitiā ignorat.  
Completi vero plagis quodammodo introi-  
bunt, quia finitis præsentis temporis tribulatio-  
nibus, & tormentis æternis succedentibus, iustè  
se puniri, & iustos beatificari intelligent, quod  
modo minime recognoscunt. Qui tñ introitus  
nequaquā eis erit ad gaudiū, sed ad supplicij sup-  
plementum. In hoc enim ineffabiliter dolebunt,  
qd se merito damnatos, & Diuinam iracundiam  
iustè æternaliter meruisse videbunt. Consumma-  
tis ergo septem plagis, mali qui modo foris sunt  
per iusti iudiciū ignorantiam, introibūt templū,  
quia præsentis temporis quod septem dierum  
circulo voluitur, malis quibus nunc puniuntur  
finitis cognoscunt iustū esse Diuinū iudiciū. In-  
troibunt enim, per cognitionē Diuinæ super se  
iustitiæ, sed foris manebūt, per tolerantiā grassan-  
tis penę. Et vtrumq; eis cooperabitur in malū,  
& qd intrabunt, & quod foris manebūt, quia sic  
infrando tolerabunt malā conscientia, foris ma-  
nendo diram penā. Aliter. Donec consumma-  
rentur septem plagæ, id est nunquā. Qui. n. mo-  
do

Cur vestia-  
tur lapide  
mundo, &  
candido.

Phialæ au-  
reis.

Templo fu-  
mo imple-  
to cur ne-  
mo ingre-  
diatur.

Mali & re-  
probi qui-  
do perfe-  
cti, in tem-  
pli ingre-  
diuntur.

Apoc. 16.

do intrare negligit, tunc minime intrabit. Aliter. A  
Nemo potest intrare, quia nec sancti occultā di-  
uini iudicii in præsentis vita perfectè possunt co-  
gnoscere. Tunc nanque perfectè introibunt, qm  
finito tempore omnia manifestè videbunt. Et  
quia nemo sibi temere debet officium prædica-  
tionis vsurpare, sed vel à Deo, per internam aspi-  
rationem, vel exterius ab homine, vt à maiore  
sibi præcipiatur ministeriū exercere, bene sequi-  
tur: *Et audiui vocem dicentem septem Angelis, ite,  
et effundite septem phialas iræ Dei in terrā.* Ideo  
nanque Angelis vt effundat phialas iræ Dei de  
celo præcipitur, vt tantum ministerium per si-  
duciam sui neminem debere aggredi ostenda-  
tur. Legimus quosdam solo sancti spiritus magi-  
sterio electos, & ad prædicandum institutos, a-  
lios vero in quibus non tam euidens tanti magi-  
sterij signum visum est, à maioribus ad prædi-  
candum directos. Sed cuiuscunq; hoc, vel etiam  
illo modo istud officium contigerit accidere, co-  
mune bonæ vitæ conscientia fiducialiter debet il-  
lud exercere. Itē, & effundite phialas iræ Dei in  
terram. Quasi diceret. Vos qui boni estis, quan-  
tum ad vos proficite, & in malis damnationem  
exercere. In terrā, id est terrenos, qui terrena di-  
ligunt, & terrena cœlestibus anteponunt. Tem-  
plum itaque apertum, est sancta Ecclesia pœni-  
tentibus ad ingrediendum parata, septem An-  
geli, prædicatores vniuersi, vnus quatuor anima-  
lium, vnitas quatuor euangelistarum, impletio  
templi de fumo, ignorantia populi de Diuino  
iudicio, vox de celo, Diuina ammonitio, effusio,  
phialarum iræ Dei, prædicatio, vel etiam exerci-  
tatio Diuini iudicii.

De primo Angelo, et phiala eius. Cap. III.

Apoc. 16.

**E**T abiit primus, et effudit phialam suam in  
terram, et factus est vulnus seuum, ac pessimum  
in homines qui habent characterem bestie,  
et eos qui adorauerunt imaginem eius. Superius  
his quæ ante ingressum narrationis erant dicen-  
da executis, narrationem suam quemadmodum  
& in aliis visionibus solet, ab exordio nascentis  
ecclesiæ incipit, & secundum processum tempo-  
ris vsque ad finem mundi perducit. Et abiit pri-  
mus Angelus, & effudit phialā suam in terrā. Pri-  
mus Angelus, ordo prædicatorum primus, effu-  
sio phialæ, prædicatio imminētis diuinæ iracun-  
diæ. Terram autem hoc in loco Iudæam exprimi-  
t, quamdiu in fide vniuersi Dei immobilis per-  
mansit. Primus itaque Angelus phialam suam ef-  
fudit, quando primus prædicatorū ordo Iudææ  
destructionem suam ob culpam perfidiæ ventu-  
ram prædixit. Et quia post ipsam primitiua præ-  
dicationem in Iudæa factam statim eius repro-  
batio, destructio, atque dispersio facta est, bene  
sequitur. Et factum est vulnus seuum ac pessimū  
in homines qui habent characterem bestie. Ef-  
fusā quippe prima phiala factum est, vulnus sæ-  
Richardi S. Victoris.

uum & pessimum in homines qui habent chara-  
cterem bestie, quia primitiuorum prædicatorū  
prædicatione propalata, & perfida Iudæa in in-  
fidelitate derelicta, statim factum est in eos vul-  
nus seuum, ac pessimum vltionis Diuinæ, &  
percussione reprobationis, & illatione destru-  
ctionis. Non solum nanque est ipsa gens Iudæa  
isto vulnere à diuina electione reprobata, sed  
etiam de sede mansionis euulsa. In homines qui  
habent characterem bestie, & in eos qui ado-  
rauerunt imaginem eius, id est Iudæos qui Anti-  
christo configurantur, fidei Christi contradicen-  
do, & sequacibus eius se conformant, eos imita-  
do. Omnes etenim mali characterē Antichristi  
habent, in eo quod prauè viuendo eius volunta-  
tem complent. Omnes eius imaginem adorant,  
in eo quod imitatoribus eius se conformant. Pri-  
mus ergo Angelus ordo prædicatorum primiti-  
uus, effusio phialæ, comminatio vltionis diuinæ,  
terra, Iudæa, vulnus seuum ac pessimum, repro-  
batio ac desolatio Iudæorum.

De secundo Angelo, et phiala eius. Cap. IIIII.

**E**T secundus Angelus effudit phialam suam  
in mare, et factus est sanguis tanquam mortui,  
et omnis anima viuens mortua est in mari. Quæ-  
admodum superius per terram, Iudæam in vnus  
Dei credulitate manentem accepimus, ita hic  
per mare, gentilitatem diuersitate Deorum flu-  
ctuantem intelligimus. Secundus ergo Angelus  
phialam suam in mare effudit, qm secundus præ-  
dicatorum ordo reprobis gentium in infidelitate  
remanentibus Diuinā vltionem imminere nū-  
ciauit. Et factus est sanguis tanquam mortui, quia  
secuta est vltio Diuina mox et in præsentis, quæ  
est similitudo futuri tormētī, quod nigrescit, dā-  
natis in tenebris inferni. Sanguis nimirū mortui  
nigrescit, & ideo per hoc quod non mortui, sed  
tanquā mortui dī, temporalis vltio conuenienter  
intelligitur, quæ æternā non tanquam, sed reuera  
mortis siue mortui præterdit. Aliter. Sanguis eā  
quā mortui factus describitur, vt pars gētilitatis  
in infidelitate remanens vitæ munus p reprobato-  
tionē amittere significetur. Vnde aptè sequitur.  
Et oīs anima viuens mortua est, in mari. Omnis  
nanque anima viuens in mari moritur, quia re-  
proba pars gentilitatis quæ huic mundo viuere  
eligit æterna vita priuatur. Secundus ergo An-  
gelus, ordo prædicatorum secundus, effusio phialæ,  
prædicatio vltionis Diuinæ factus sanguis, effe-  
ctus vltionis, omnis anima viuens in mari mor-  
tua, pars gentilitatis quæ mundo viuūt à Diuina  
electione reprobata.

De tertio Angelo, et phiala eius. Cap. V.

**E**T tertius Angelus effudit phialam suam  
super flumina, et super fontes aquarum,  
et factus est sanguis. Secundum processum  
impietatis, ordinatur sententia vltionis.  
Pars II. S. 3 Pri-

Quomo-  
do mali ha-  
beant cha-  
racterē Be-  
stie.

Per Mare  
quid intel-  
ligatur.

Sanguis  
mortui ni-  
grescit.

Apoc. 16.  
Secundum  
processum  
impietatis  
ordinat sen-  
tentiā vltio-  
nis.



Secundum processum impietatis ordinat sententia ultionis,

Primo namq; Deus Iudæos pro perfidia reprobaui, & dissipauit. Secundo gentiles in infidelitate remanentes, & sacre fidei persecutores deicit, Tertio hereticos, atq; scismaticos sceleris sui meritis extubauit. Ea quippe quæ in hoc capitulo continentur, ad hereticos sacre scripturæ corruptores pertinere probantur. Et tertius Angelus effudit Phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. Tertius Angelus Phialam suam super flumina, & super fontes aquarum effudit, qm̄ tertius ordo prædicatorum sacra scripturam quæ nomine fontium exprimitur, & tractatus eius qui nomine fluminum designantur, ex magna parte hereticorum prauitate corrumpi, & eos p̄ hoc graui ter puniri debere nunciavit. Et factus est sanguis, quia secuta est sn̄a ultionis. Et qm̄ in subuersione impiorum sequitur exultatio atque laudatio iustorum, apte subditur. Et audiui Angelum aquarum dicentem. Inustus es Domine, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum, & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, ut digni sunt. Angelus aquarum, est chorus doctorum qui specialiter in destructione hereticorum exultat, & Diuinam iustitiam collaudat dicens, iustus est Domine qui es, & qui eras, quia hæc iudicasti. Iustus, & quitate tenendo, Dñe omnibus præsidendo, qui es, immutabiliter, qui eras semper sanctus, quia à culpa alienus, qui hæc iudicasti, id est prauos, impios, & hereticos dissipasti, & dannasti. Et diligenter animaduertendū, quod ubi ait qui es, & qui eras, futurū non adiunxit, quia iam præsentia liter vindictam eum exercere in destructionem hereticorum intellexit. Quos et diuinam ultionem meruisse declarat aperte, cum dicit, quia sanguinem sanctorum, id est minorum electorum, & prophetarum, id est maiorum effuderunt sua voluntate, aspirati diabolica suggestione, aliquā auctoritate impiorum principū sulti superba potestate. Et sanguinem eis dedisti bibere, per acerbam ultionem, ut digni sunt, per impietatis suæ prauitatem. Et quia quod magistri clamant discipuli confirmant, bene sequitur. Et audiui alterum Angelum dicentem. Etiam Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua. Et audiui alterum Angelum, id est subiectorum cætum dicentem, id est magistrorum dicta confirmantem. Etiam, id est verum est quod dicitur Dñe, per excellentiā, Deus per naturā, omnipotens, per potētiā, uera & iusta iudicia tua, uera, quæ efficiūt qd̄ promittūt, iusta quia præmiū fm̄ meritum reddūt. Iustus est. n. ut qui crudeliter agūt, crudeliter puniantur. Et notandū q̄ virique tā discipuli q̄ magistri ex magna affectione sermonē ad Deū conuertunt, & eum iustum esse depromūt. Tertius ergo Angelus, prædicatorū ordo tertius, effusio Phiale super flumina & fontes aquarum, detestatio hereticarum sententiarum, factus sanguis, effectus ultionis, Ange-

Quis sit Angelus aquarum,

Cur dicat iustus & Dñs, &c.

lus aquarum, chorus doctorum, alter Angelus, subiectorum numerus, uox vtrorumque, commendatio Diuina iustitiæ de impiorum hereticorum destructione.

De quarto Angelo, & Phiala eius. Cap. VI.

ET quartus Angelus effudit Phialam suam in Solem, & datum est illi affligere homines æstu & igne. Et æstuauerunt homines æstus magno, et blasphemauerunt homines nomen Dei habentis potestatem super has plagas, et neque egerunt penitentiam ut darent illi gloriam. Cuncta quæ in hoc quarto capitulo, & in quinto, & in sexto continentur ad Antichristum, & ad eius complices pertinere videntur. Sed tamen ea quæ in hoc quarto describuntur ad Antichristum, qui caput malorum est, ea vero quæ in quinto sequuntur, ad impios minimè baptizatos, cetera denique quæ in sexto subiunguntur, ad baptizatos, sed à fide apostatantes, & Antichristo cum infidelibus militantes pertinere dignoscuntur, qui oēs quia nefando principi Antichristo militare eligunt, effusionem Phialarum in diuina ultione cū ipso non euadunt. Et quartus Angelus effudit Phialam suā in solem, id est in Antichristum, qui de sua claritate dicitur illuminare mundum. Et datum est illi, per Diuinam. s. permissio nē, affligere homines. s. reprobandos, quos ubi sibi faciet cōformes, æstu. i. per minorem tribulationē, & igne. i. per maiore tribulationē, & æstua uerūt hoīes æstu magno, deficiendo per illatā tribulationē grauissimam, & blasphemauerunt nomen Dei, per impatientiam, habentis potestatem super has plagas, quia quibus uult eas admo uet, quibus uult eas amouet. Tam acerbam mere buntur reprobi ultionem diuinā in diebus Antichristi, ut prorumpant in blasphemiam nominis Diuini, & quod est grauius, non tantum prorumpent in blasphemiam, sed nec agent penitentiam. Graue quippe est peccare, sed grauius non penitere, grauissimum uero pro peccato & impenitentia æterna tormenta subire. In primo est culpa, in secundo contumacia, in tertio vtriusque multatio. Quartus itaq; Angelus, ordo prædicatorum quartus, effusio Phialæ, prædicatio, vel potius exhibitio ultionis diuinæ, æstuatō hominum, afflictio eorum.

De quinto Angelo, & Phiala eius. Cap. VII.

ET quintus Angelus effudit Phialam suam super sedem bestie, & factum est regnum eius tenebrosum. Et cōmandauerunt homines linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & uulneribus suis, & non egerunt penitentiam ex operibus suis. Ea quæ in hoc capitulo describuntur, ad illos infideles

Apoc. 16.

Quid sit quod quartus Angelus dicitur effudit Phialam suam in Solem.

Quid in peccato grauissimum.

infideles qui baptisma non suscipiunt præsertim spectare vñt. Ipsi nimirum semper, & absq; interuallo tps bestia sedes sunt, quia continuè damnationi Antichristi se supponunt. Eos præcipuè bestia sibi sedem facit, quia in eis securè requiescit, & per eos alios ad perpetratiōē impietatis, & ad bonorum infestationē dirigit. Super illos namq; qui baptizantur non semper sedet, quia quādiu gratiam custodiunt, super eos dominationē non habet. Illi ergo bestia principiter sedes sunt, qui se cōtinuè semper, & absq; interruptione tps illius principatui per infidelitatem subdunt. Quintus itaq; Angelus Phialā suam super sedem bestia effundet, qm̄ quinta prædicatorum successio infideles gentes quæ semper Antichristo sunt sedes, in diebus eius ultionē Diuina operante magis excēcandas prædicabit, vnde bene sequitur. Et factum est Regnum eius tenebrosum, id est magis excēcatū. Et quia per maiore excēcationem in maiorem erga sanctos prorumpet liuorem, & maiore Diuinitatis Christi derogatiōē, apte sequitur. Et cōmandauerunt hominēs linguas suas præ dolore, id est præ inuidia quam erga sanctos habebunt, & blasphemauerunt Deum cæli, quia Christū fuisse magū affirmabūt. Linguam comedere, est erga aliū inuidia tabescere, & eius bonitati detrahere. Ille enim linguā suam comedendo cōsumit, qui proximum sermone per inuidiam & detractionem corrumpit, præ doloribus & vulneribus suis, id est liuoribus & plagis excēcatis ignorantia sibi diuinitus illatis. Magnum igitur dolorem et ipsi mali in illo tpe sustinebūt, quia quæ admodum iusti in eo q̄ aliquem Regno Christi deesse vident dolentes gemunt, ita reprobi in diebus nouitatis illius se omnes non posse Antichristo dño suo attrahere grauius dolebunt. Et detestadum quidem est quod, ex tāta impietate labetur in culpā, se detestabilius valde est quod nullā de culpa agent penitentia. Nā de impenitentia eorū sequitur. Et non egerunt penitentia ex operibus suis. Magnū etenim gaudium est non solum de iustis in iustitia perseuerantibus, sed & de peccatoribus penitentiam agentibus. Quintus itaque Angelus, ordo prædicatorum quintus, bestia, Antichristus, sedes bestia, infideles gentiles, effusio Phiale, prædicatio siue illatio ultionis Diuinæ, tenebrositas regni sui, per facta excēcatio gentilitatis, comestio linguarum præ dolore, tabescens inuidia erga sanctos cum vituperatione, blasphemia Dei cæli, derogatio Diuinitatis Christi.

Qui sūt sedes bestia.

Quid sit lingua comedere.

De quibus sit magnum gaudium.

De sexto Angelo, & Phiala eius. Cap. VIII.

ET sextus Angelus effudit Phialam suam in flumen magnum Euphratem, & siccauit aquas eius, ut præparetur uia regibus ab ortu solis. Sicut ea quæ in præcedenti capitulo con-

tinentur de gentibus non inconuenienter intelliguntur, ita hæc quæ in præfenti capitulo scribuntur ad baptizatos, sed a fide Christi in vltima persecutione ad impietatem Antichristi recessuros apte referuntur. Nam quæ sub quarto Angelo de malis generaliter, & cōiter scribit, ea quæ sub quinto, & sexto per gentiles, & Apostatas Christianos specialiter & sigillatim distinguit. Per Euphratem qui est vnus de paradisi fluminib. nō inconuenienter intelligitur baptizatus, qui rectè dñ flumen magnū, flumen, quia culpās lauat, magnū, quia multos regenerat. In hoc flumine sextus Angelus effudit Phialā suā, quia sextus prædicatorum ordo falsos Christianos prædicabit in dieb. nouissimis ad Antichristum recessuros, & per hoc in eos venturam per impiam excēcationem ultionem Diuinā. Cuius quoq; fluminis aqua sicca bitur, dum reprobi baptizati imminente vindicta donū gratia spiritalis in baptismo collatum auferetur, & ab ortu solis via regibus præparabitur, quia ab apostatis Christianis in quibus si in veritate perseverarent sol iustitiæ deberet oriri & splendescere, ad perficiendam iniquitatem rectoribus tenebrarum hærum demonibus liber transitus aperiretur. Vnde & de ipsis demonibus apte dicit. Et vidi de ore draconis, & de ore bestia, & de ore Pseudopropheta tres spiritus immundos exire in modum ranarum. Tres spiritus immundi sunt demones vniuersi in electis oppugnantes sacramentū Trinitatis, & munimentū triū principaliū uirtutū, fidei, spei, & caritatis. Qui de ore draconis bestia, & Pseudopropheta exiunt, quia præceptorū diaboli executores sunt, & quæ de ore Antichristi & pseudo prophetarū eius exiūt, totis viribus ad effectum hoīes seducendo perducere cōtendent. Qui etiā in modū ranarū immundi sunt, quia quos per suggestionē corrumpunt, verbositate loquaces, & luxuria lutosos efficiūt. Et q̄ verè immundi sunt apertius declarat cū subiungit. Sunt etenim spiritus demoniorum facientes signa. Et procedebant ad Reges totius terra, aggregare illos in prælium ad diem magnum Dei omnipotentis. Quia nāq; sunt spiritus demoniorū Dei omnipotentis, idcirco immundi sunt, facientes signa. i. falsa miracula p̄ que hoīes decipiūt, procedētes ad reges totius terre, .i. ad illos qui uel se, uel alios in terrenarū rerum cupiditate fm̄ sapiētiam mundi regere norunt, aggregare eos in prælium, contra populū uide licet fidelium. Sed quia malo suo hoc facient, apte subiungit. Ad diē magnum Dei omnipotentis. Impii etenim demones reprobos hoīes in præliū ad diē magnum Dei omnipotentis aggregant, quia per hanc aggregationem damnationem in die iudicii parant. Et ut manifestius Dñm ad iudicandum venturum declaret, ipsum idem affirmantem introducit dicens: Et ecce uenio sicut fur, id est ex improviso & subito, ut omnes de hora aduetus mei sint incerti, & per hoc melius

Per Euphratem quid intelligat.

Quis eius aqua excicabitur.

Tres spiritus in modum ranarum sunt.

Quare sūt immundi.

parati. Et notandum quod aduentum suum insinuat, & aduerbio demonstrandi, & verbo presentis, ut per hoc estimatione diuturnae morae tollat, & contra aduentum suum attentiores & vigilantiores reddat. Cuius attentionis siue vigilantiae praemium statim subiungit dicens: *Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videat eius turpitudinem.* Beatus enim qui in his vigilat, quia hunc Dominus pro merito beatitudinis praemio remunerabit. Et custodit vestimenta sua, id est virtutum ornamenta, & bona opera, ne nudus ambulet, id est spoliatus virtutibus & bonis operibus in die iudicii resurgat, & videat eius turpitudinem, id est peccata. Qui enim modo non vigilat, & vestimenta sua non custodit, tunc nudus ambulabit, & turpitudinis eius videbitur, quia absque ornamentis virtutum & bonorum operum resurget, & eius iniquitas omnibus reuelabitur. Sequitur, *Et congregabunt eos in locum qui vocatur Hebraice Armagedon.* Ad superiorem sensum & sermonem reuertitur, ubi ait spiritus immundos procedere ad Reges terrae & aggregare eos in praedium, Armagedon interpretatur mons firmus, siue globosus, & signat Antichristum qui est mons per superbiam, furum, per fraudulentiam, globosus per versutiam. In ipsum, id est in detestandam impietatis illius sectam spiritus immundi supradictos Reges congregabunt, quia visione Diuina quae indurauit cor Pharaonis permittente, eos illi per superbiam, fraudulentiam, & versutiam conformabunt. Quemadmodum namque sancti sunt in Christo non mansione corporali, sed fide spirituali, ita & reprobi erunt in Antichristo, non per localem mansionem, sed per iniquitatis perpetrationem. Vel sicut quidam codices habent, congregabit scilicet Deus qui eos merito & iuste exigentibus peccatis suis debere a se separari, & Antichristo coniungi iudicabit. Sextus ergo Angelus, ordo praedicatorum sextus Euphrates fluiuius, baptizatorum populus, siccatio aquae, ablatio in reprobis spiritualis gratiae, praeparatio viae Regibus ab ortu solis, liber transitus demonibus in falsis Christianis ad perpetrationem iniquitatis, draco, diabolus, bestia, Antichristus, Pseudo propheta, falsorum Apostolorum Antichristi numerus, tres spiritus immundi, vniuersi daemones in electis oppugnantes sacramentum Trinitatis, & iustitiam trium principalium virtutum, fidei, spei, & caritatis, Reges terrae, reprobi, qui vel se, vel alios regere norunt in terrena cupiditate, congregatio in Armagedon, coadunatio, ad Antichristum. Sicut quippe electi Angeli in conuersione electorum honorum Christo seruiunt, ita Daemones in aersione malorum Antichristo ministrant. Et sicut ab initio mundi usque in fine in electis operatur mysterium salutis, sic in reprobis operatur mysterium perditionis. Et velut omnes iusti pertinent ad Christum, ita iniqui pertinent ad Antichristum. Caput

Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua

Quid nomine uel metorum

Similitudo

**A** Christi, Deus, caput Antichristi diabolus. Finis damnandorum cum Antichristo, gehenna, finis saluandorum cum Christo, vita aeterna.

*De septimo Angelo, & Phiala eius. Cap. IX.*

**E**t septimus Angelus effudit Phialam suam in aeternum, & exiit magna vox de templo a throno dicens. Factum est. Quemadmodum in aliis visionibus facit, sic in fine huius visionis agit de fine temporis. Septimus autem Angelus est ordo praedicatorum ultimus post mortem Antichristi praedicaturus, cuius Phiala in aere apte effundetur, quia tota de monum collectio habitatrix aeris huius, praetimore imminentis iudicii & supplicii sempiterni in diebus praedicationis eius grauius affligetur. Mortuo namque Antichristo, & praedicante septimo Angelo, certissime scient instare diem iudicii & aduentum Christi. Vnde de instantia vtriusque recte dicitur. Et exiit magna vox de templo a throno dicens. Factum est. Vox exiit de templo, id est de Ecclesia, & non de quocumque loco, sed a throno id est ab illis in quibus residet & regnat maiestas diuina, ut quanto ab excellentioribus testimonium finendi seculi profertur, tanto certius credatur, dicens factum est. Quasi diceret. Consummata sunt omnia, adest finis mundi. Quae vox recte magna dicitur, quia magnum est quod per eam nunciatur. Et quoniam post mortem Antichristi alii conuertentur per praedicationem ad fidem, alii auertentur per obdurationem ad maiorem execrationem, bene sequitur. *Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terremotus magnus qualis nunquam fuit ex quo caperunt homines esse super terram talis terrae motus tam magnus.* Fient namque fulgura, id est miracula, ut saluandi a morte reuocentur, voces, id est admonitiones, ut reuocati in bono confirmetur, tonitrua, id est comminationes, ut damnandis futura tormenta praenunciarentur. Et terremotus magnus fiet qualis non fuit ex quo homines fuerunt super terram, quia sicut dictum est alii conuertentur ad deteriora. Cuius terremotus magnitudo idcirco bis ponitur, ut eius quantitas euidentius ostendatur. Sequitur. *Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt.* Quae superius in hoc capitulo dicta sunt pertinent & ad bonos & ad malos, ea uero quae sequuntur pertinent, & maxime ad malos. Describit autem in sequentibus sub nomine fornicariae Babilonis multiplicem causam damnationis malorum, & sequentem damnationem eorum. Et ciuitas magna facta est in tres partes. Ciuitas magna, scilicet Babilon, in tres partes in fine diuidenda uidetur, quia modo diuisa est secundum triplicem uitae modum, tunc secundum triplex aeternae mortis stipendium

Apoc. 16.

Cur bis ponatur magna tudo terrae motus.

Cur ciuitas magna diuisa sit in tres partes.

pendium in uisione diuidetur. Diuiditur quippe nunc in mundo trifarie, secundum paganisimum, Iudaismum, & falsum Christianisimum, & tunc secundum hanc triplicem sectam in inferno recipiet penam, ut qui nunc diuerso modo peccant, tunc secundum meritum damnationem recipiet. Aliter enim punientur pagani, aliter Iudaei, aliter falsi Christiani. Et ciuitates gentium ceciderunt, quia collectiones malorum gentiliter uentium peribunt. Sequitur: *Et Babilon magna uenit in memoriam ante Deum, dare ei calicem vini indignationis ira eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti.* Babilonem uenire in Diuinam memoriam est quod superius sed obscurius dixit ciuitatem in tres partes factam. Babilon, id est vniuersitas malorum quae modo uersatur in confusione uiciorum, quae est ciuitas, per collectionem multorum, magna, per elationem. uenit, id est ueniet in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis ira eius, id est ut detur ei uindictae mensura, quam propinat indignans & iratus Deus. Veniet in memoriam, quia recipiet poenam. Modo namque Deus mala hominum se reminisci dissimulat, dum ad penitentiam expectat, quae in fine recte reducere dicitur ad memoriam, dum infert uindictam. Et quia boni nequaquam damnationis impiorum erunt participes, apte subiungitur: *Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti.* Omnis etenim insula fugit, & montes non sunt inuenti, quia qui modo uelut insula aquis marinis, ita amaritudinibus persecutionum quatiuntur, sed a fide non mouentur, & qui sicut montes imae deserunt, & ad summa conscendunt, a consortio pereuntium erunt penitus tunc alieni. Qui namque non sunt in culpa, minime participes inueniuntur in pena. Cuius poenae qualitatem aperte describit cum subiungit: *Et grando magna sicut talentum descendit de caelo in homines, & blasphemaerunt homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta est uehementer.* Grando quippe magna est poena aeterna sicut talentum, quia ponderata & mensurata secundum pereuntium merita. Quae descendit de caelo in homines, quia a Deo mittetur in pereutes. Et blasphemaerunt homines Deum propter plagam grandinis. Quamuis nimirum impium in inferno positi se sentiant iuste puniri, dolebunt tamen quod Deus tantam habeat potentiam, & praenimitate doloris iusto iudicii inferrent blasphemiam. Vnde de quantitate eius bene additur, quod magna grando facta est uehementer, quia cruciabit intolerabiliter. Et ut adhuc de his quae pertinent ad malos perfectius nos erudiat, plurima in sequentibus huius capituli de malorum uniuersitate, & eorum inani gloria, & regnorum eorum elatione, & erga sanctos impia crudelitate explicat, & in fine eius damnationem eorum denunciat. Sequitur: *Et uenit unus de septem Angelis, qui habebant septem*

Quotuplizer nunc diuisa ut

Quae sit Babilon magna & cur ciuitas dicitur.

Modo De mala hominum se reminisci dissimulat &c.

Quo fugiat omnis insula, & montes non inueniantur.

Grado magna quid significet.

**A** phialas, et locutus est mecum dicens. Veni ostendam tibi meretricis magnae damnationem quae sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terrae, et inebriati sunt, qui habitant terram de uino prostitutionis eius. Recte unus de septem Angelis phialas irae Dei habentibus, quae tormenta malis futura sint, Sancto Theologo demonstrauit, quia vniuersis vnitas praedicatorum iram Diuinam in malos praedicatorum & exercituum eorum perpetuam damnationem uerbo & scripto nobis propalare non desinit. Veni ostendam tibi meretricis magnae damnationem, quae sedet super aquas multas. Veni, per intelligentiam spiritualem, ostendam tibi, per typicam uisionem, damnationem meretricis magnae, scilicet Babiloniae, quae relicto creatore Deo fornicata est cum Diabolo, uel cum hoc mundo, quae sedet super aquas multas, per suum principatum super multos populos regnando. aquae enim sunt populi, quia sicut aquae cursim defluunt, ita populi per mortalitatem transeunt. Super quos Babilon sedet, quia super eos per suos potentes principatum habet. Cum qua, id est cuius exemplo fornicati sunt, Deum deserendo, Daemones adorando, uel mundum diligendo, reges terrae, id est illi, qui uel se uel alios norunt regere in terrena cupiditate, uel ad litteram intelligantur reges terrae, quia mali quique quanto sunt potestate fortiores, tanto sunt malitia deteriores. Et inde specialius in descriptione nequitiae merentur nominari, quod scelestius aliis noscuntur contaminari. Tanto quippe amplius quisque fornicatur cum Babylone, quanto se grauius inuoluit daemonum uel saeculi praesentis impuritate. Regibus autem peccantibus & fornicantibus, quodammodo fit supra modum peccans peccatum, cum uidelicet illi qui alios regere deberent, semetipsos scelerebus sedare studerent. Et quoniam non solum superiores, sed etiam inferiores exemplo istius Babilonis incidunt in impietatem fornicationis, recte post regum fornicationem, inhabitantium terram subiungit inebriationem. Et inebriati sunt, qui habitant terram de uino prostitutionis eius. Qui terram habitant, sunt illi qui magis terrena, quam caelestia amant. Qui bene terram inhabitare dicuntur, quia non cursim transeunt, sed immobiliter in amore terrenorum demorantur. Qui etiam de uino prostitutionis eius, id est de doctrina uarietate fornicationis inebriantur, quia nequaquam uelut sobrii pensant pondus mali quod operantur. Quemadmodum enim ebrii nihil timent, ita ipsi excocantur dum immoderate terrenis inhaerent, ut nec Deum diligant, nec deinde poenas metuant. Sequitur: *Et abstulit me in desertum in spiritu, & uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, & plenam uocibus blasphemiae habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier circumdata erat purpura & cocco, & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis habens poculum*

Aquae multae quae

Qui nam fornicetur cum Babylone.



*cubum aureum in manu sua, plenum abominatio-  
ne & immunditia fornicationis eius, & in fronte  
eius nomen scriptum mysterij. Babylon magna  
fornicationum mater & abominationum terre.*  
Describit multiplicem reproborum impietate,  
vt per hoc ostendat eos promereri damnatione.  
Et abstulit me in spiritu, ad sublimiora videlicet  
videnda, in desertum, ad contemplanda repro-  
borum corda, quæ sunt a Deo deserta. Et vidi  
per spirituales contemplationem, mulierem se-  
dentem, id est mollem malorum vniuersitatem,  
quiescentem super bestiam coccineam, id est  
diabolicam scitiam sanguine sanctorum rubi-  
cundam. Super bestiam coccineam, quia vbi-  
cumque perpetratur malum, ibi Diabolicum ha-  
bet fundamentum. Plenam nominibus blasphem-  
iæ, quia dicit mala quæ facit Deo non displice-  
re. Habentem capita septem, & cornua decem,  
hoc in præsentem illibatum pertranstimus, vt in se-  
quentibus illud melius exponamus. Et mulier  
erat circumdata purpura, & coccino, & inaura-  
ta auro, & lapide precioso, & margaritis, quia  
malorum collectio semper se studet decorare  
gloria, diuitiis, & ornamentis sæculi præsentis.  
Quæ etiam habet poculum aureum in manu sua,  
quia exercet impiam doctrinam sæcularis sapien-  
tiæ claritate fulgidam, & operatione manifestâ,  
vt alios inebrians ad culpam pertrahat, & suæ  
damnationis participes faciat, plenum abomi-  
natione & immunditia fornicationis, id est abomi-  
nabile, & immunda veneratione nefandæ  
cultura, vel delectatione illicitæ voluptatis, & in  
fronte eius nomen scriptum mysterij, quia mani-  
festa professione demonstrat quid habeat in  
secreto animi ad similitudinem meretricis, quæ  
ostendit in fronte per compositionem, quid gerat  
in corde per impuram voluntatem. Nemo  
ergo excusatur si cum eo fornicetur, quia aperte  
potest cognoscere malum quod debet cauere.  
Scriptum est enim: *A fructibus eorum cognoscetis  
eos.* Babylon magna mater fornicationum, &  
abominationum terræ. Babylon, per confusio-  
nem, magna, per elationem, mater fornicationis  
& abominationum terræ, per inuentionem viti-  
orum abominabilium, quibus scédantur om-  
nes, qui se inuoluunt terrena cupiditate. Se-  
quitur: *Et vidi mulierem ebriam de sanguine  
sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et mi-  
ratus sum cum viderem mulierem illam admirati-  
one magna.* Superius ostendit qualis ipsa Ba-  
bylon sit in propria viciositate, nunc subiungit  
qualis sit in electorum persecutione. Vidi mu-  
lierem ebriam de sanguine sanctorum, id est mi-  
norum, & martyrum Iesu, id est maiorum. Vidi  
ebriam id est extra mensuram satiatam, quia in  
eo quod ipsos occidendo vicit, velut ebria supra  
modum exultauit. Sed quemadmodum Sanctus  
Ioannes in superioribus ab eo loco quo scriptus  
est, veni ostendam tibi meretricis magnæ dam-  
nationem, vsque huc gessit personam dicentis,

Malorum  
collectio  
quod faciat.  
Cur teneat  
poculum au-  
reum.

Matt. 7.  
Descriptio  
Babylonis.

ita hic vbi dicitur, & miratus sum cum viderem  
mulierem illam, gerit personam admirantis, &  
nondum ruinas impiorum perfecte contemplâ-  
tis. Aut ergo. Et miratus sum cum viderem illam  
admiratione magna. Infirmi quippe & imper-  
fecti quique vifa fallaci reproborum gloria atq;  
potentia multum mirantur, quia sequentem eor-  
um damnationem minime contemplatur. Qui  
si eorum futuram ruinam & præsentium bono-  
rum fallacem gloriam altius intuerentur, nequa-  
quam eos tantum mirarentur. Sed quia imper-  
fectus quisque a perfectis Doctoribus de his  
quæ latent eruditur, aptè subiungitur: *Et dixit  
mibi Angelus. Quare miraris? Ego dicam tibi sa-  
cramentum mulieris, & bestia quæ portat eam,  
quæ habet capita septem & cornua decem. Bestia  
quæ vidisti fuit & non est, & ascensura est de aby-  
sso, & in interitum ibit. Et mirabuntur inhabitantes  
terram (quorum non sunt nomina scripta in  
libro vitæ a constitutione mundi) videntes bestiam  
quæ erat & non est.* Quare miraris? Sub inter-  
rogatione reprehenditur, quisquis de fallaci-  
bus malorum bonis nimis admiratur. Si enim  
rem attentius inuestigare: luce clarius intelligen-  
ter, quod Deus iusto iudicio permittit impios  
in hoc sæculo prosperari, vt inde iustus in futu-  
ro possint condemnari. Quare miraris? Quasi  
diceret. Noli mirari, sed intellige quid sit. Ego  
tibi dicam sacramentum mulieris & bestia, id  
est ostendam tibi quid sit vtraque. Bestia quæ  
portat eam est Diabolus, quia Diabolus semper  
malorum portitor est ad perficiendum malitiâ.  
Et notandum quod bestiam in demonstratione  
sacramenti mulieri anteponeit, quia Diabolus  
vniuersitatem malorum antecedit. Quæ capita  
septem habet, & cornua decem. Hoc adhuc in  
sequentibus exponendum referuamus. Bestia  
quam vidisti, id est Diabolus per quem bestialiter  
& crudeliter impugnatur electorum popu-  
lus, fuit, videlicet ante aduentum Christi, quia  
suum dominium tunc in mundo exercuit, &  
non est, quia illud post aduentum eius amisit. Et  
ascensura est de abyssu, id est de profundo &  
obscuru malo in diebus Antichristi, & in interitum  
ibit, quia penitus peribit in die iudicii. Et  
mirabuntur inhabitantes terram, quorum non  
sunt nomina scripta in libro vitæ a constitutio-  
ne mundi, videntes bestiam quæ fuit & non est,  
quia mali videntes potestatem suam in nouissi-  
mo annihilatam, dolebunt non quasi poeniten-  
tes, sed tantum admirantes, & præ nimio dolore  
stupentes. Mali a constitutione mundi in libro  
vitæ scripti non sunt, quia malè viuendo se non  
esse scriptos ab initio probauerunt. Sequitur:  
*Et hic est sensus, qui habet sapientiam.* Quasi di-  
ceret. Hic est sensus adhibendus illi qui habet  
sapientiam, quia res in sequentibus est obscu-  
ra. Vult enim ea quæ superius sub figura septem  
capitum & decem cornuum obscure dixit, ali-  
quantulum exponere. Intèdit quippe post ostèn-  
sionem

Quare im-  
perfecti vi-  
sa fallaci  
reprobora  
gloria mi-  
rentur.

Apoca. 17.

Septem ca-  
pita.

De statib.  
ab Adamo  
vsque ad  
Antichri-  
stum.

Apoca. 17.

De decem  
Regibus  
qui tempore  
Antichristi  
regnaturi  
sunt.

sionem bestia superbam, eminentiam mulieris  
quæ in septem capitibus & decem cornibus fi-  
guratur demonstrare. Sequitur: *Septem capita,  
septem montes sunt, super quos mulier sedet, &  
reges septem sunt. Quinque iam ceciderunt, vnus  
est, & alius nondum venit. Et cum uenerit, oportet  
illum tempus breue manere.* Septenarius vni-  
uersitatem exprimit, eo quod septem dierum  
circulo vniuersum tempus sæculi præsentis de-  
currit. Per septem ergo capita, montes siue re-  
ges, vniuersus malorum principatus intelligi-  
tur, qui secundum septem status huius sæculi  
determinatur. Primus status fuit ab Adam vsque  
ad Noe. Secundus a Noe vsque ad Abraham.  
Tertius ab Abraham vsque ad Moysen. Quartus  
a Moysen vsque ad Dauid. Quintus a Dauid vsq;  
ad Christum, Sextus a Christo vsque ad Anti-  
christum. Septimus sub Antichristo. Vniuersalis  
ergo malorum principatus secundum has septè  
distinctiones determinatus restet sub figura ca-  
pitum, montium, regum designatur, capitum,  
propter temporalem sui eminentiam, montium,  
propter superbiam, regum, quia malorum colle-  
gium per illum in malo gubernatur. Super quæ  
et mulier sedere perhibetur, quia per eius carna-  
le prudentiam vniuersitas malorum sustentatur.  
Ex quibus videlicet capitibus, siue montibus, si-  
ue regibus, quinque ceciderunt, quia quinque  
ex supradictis septem statibus ante aduentum  
Christi, & ante tempus visionis illius transie-  
runt. Vnus nunc est, qui propter prærogatiuam  
& superabundantiam gratiæ debilissimus est,  
qui contra bonos suam malitiam nunc exercet  
quantum potest. Alius nondum venit, quia An-  
tichristus nondum apparuit. Et cum uenerit opor-  
tet eum breue tempus manere, id est tribus an-  
nis & dimidio regnare. Non est ergo nimis ti-  
mendus, quia cito est trāsiturus. Quamuis enim  
omnibus magis scruet, tamen cito deficiet. Se-  
quitur: *Et bestia quæ erat & non est, & ipsa  
octaua est, & de septem est, & in interitum vadit.  
Et decem cornua quæ vidisti decem reges sunt,  
qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem  
tanquam reges vna hora habent post bestiam.  
Hi vnus habent consilium, & virtutem, & po-  
testatem suam bestia tradent. Et cum agno pugna-  
bunt, & agnus vincet illos quoniam Dominus do-  
minorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt  
vocati electi et fideles.* Et bestia quam vidisti, id  
est Diabolus per quem crudeliter impugnatur  
electorum populus, quæ erat & non est, quia po-  
testatem ante aduentum Christi habuit, sed in  
aduentu eius habitam amisit, & ipsa octaua est  
& de septem. De septem est, quia similiter pec-  
cat & similiter punietur octaua est, quia om-  
nes nequitia & pœna transcendit, & in interitum  
vadit, quia in æternum peribit. Et decem cornua  
quæ vidisti decem reges sunt. Descriptio supe-  
rius sacramento septem capitum, subiungit de  
sacramento septem cornuum. Decem cornua de-

cem reges sunt, qui secundum prophetiam Da-  
nielis tempore Antichristi regnaturi sunt. De  
quibus bene dicitur, quod regnum nondum ac-  
ceperunt, quia nondum venerunt. Sed potestatem  
tanquam reges vna hora habent, id est habebunt,  
subauditur cum uenerint. Tanquam reges, quia  
non veri reges immo tyranni erunt, & hora vna,  
quia modicum durabunt post bestiam, id est sub  
Diabolo qui caput eorum est. Quorum omnium  
communis malitia inferius describitur cum dicitur.  
Hi vnus habent consilium, videlicet Chri-  
stum negandi, Antichristo credendi, hunc per-  
sequendi, illum sequendi. Et virtutem, & potesta-  
tem suam bestia tradent, virtutem quam in se  
habebunt, potestatem quam super alios exerce-  
bunt bestia tradent, quia Diabolo ascribent  
quicquid malitiæ perpetrabunt. Quorum adhuc  
audacem præsumptionem, & de præsumptione  
confusionem subscribit dicens. Hi cum agno pu-  
gnabunt, & agnus vincet illos, quoniam Domi-  
nus dominorum est, & Rex Regum. Hi cum  
agno pugnant verbo & opere, Christo suos  
electos auferre tentando, sed ipse vincet illos eo-  
rum audaciam refranando. Et quod hoc verè  
possit efficere declarat cum dicit. Quoniam Do-  
minus dominorum est, & Rex Regum, tanta vi-  
delicet potestatis, vt etiam malis vtatur ad utilita-  
tem fidelium. Sed & electi eius tantam ei fidem  
seruabunt, quod hostes cum ipso Principe Chri-  
sto viriliter superabunt. Vnde additur. Et qui cum  
illo sunt vocati electi sunt, & fideles, qui cum il-  
lo sunt, per Christianismi professionem, vocati,  
per prædicationem, electi per prædestinationem,  
& fideles, per fidei integritatem. In illa itaque  
ultima pugna prosterneatur hostium caeterum, eo  
quod tanta est Principis nostri potentia, & mi-  
litum eius fides tam firma. Sequitur: *Aquas  
quas vidisti vbi meretrix sedet, id est in quibus  
per suos reges principatum habet, sunt populi, &  
gentes, & lingue, videlicet mali subiecti ex omni  
diuersitate gentium collecti. Aquæ sunt populi,  
quia sicut aquæ sua labilitate defluunt, ita popu-  
li sua mortalitate pertranseunt. Sequitur: *Et de-  
cem cornua quæ vidisti & bestiam, hi odient for-  
nicariam, & desolatam facient illam, & nudam.  
Et carnes eius manducabunt, & ipsam igni con-  
cremabunt.* Sacramento mulieris & bestia supe-  
rius sufficienter declarato, subiungit, ad quantâ  
calamitatem Diabolus & eius satellites, qui per  
bestiam & cornua figurantur miseram malorum  
vniuersitatem perducent. Cornua & bestia, id  
est Diabolus & impii malorum reges: hi oderunt  
fornicariam, id est ipsorum malorum collectio-  
nem vniuersam a Deo creatore illicito amore di-  
uisam. Nō enim debet amor dici, quæ eā impia do-  
ctrina a Deo diuidunt, quod blanditiis tempora-  
libus seducunt, quod ad inferi claustra seducen-  
do perducunt. Hi ergo odient fornicariam, quia  
perducent ad pœnam. Si enim verè diligerent,  
nequaquam illam æternis incendiis præpararēt.*

Vnus ha-  
bet consilij  
negandi  
Christum.

Et



Et desolatam facient illam & nudam, eo quod A  
 talem nunc faciet in mundo fraudulenter sedu-  
 cendo, vt postea gemat in inferno desolata, &  
 nuda temporali gaudio, & commodo amisso. Et  
 eius carnes manducabunt, quia de corporali  
 eius damnatione gaudebunt. Hoc est enim eius  
 carnes manducare, de cruciatu carnum eius exul-  
 tare. Quemadmodum namque Christus & San-  
 cti Angeli gaudebunt de gloria honorum, ita  
 Diabolus & eius ministri gaudebunt de pena  
 malorum. Quod tamen gaudium nequaquam  
 Diabolo & eius principibus vertetur in cumu-  
 lum consolationis, sed in augmentum maioris B  
 doloris. Et ipsam igni concremabunt, quia ipsi  
 æternum incendium ministrabunt. Et quia quic-  
 quid mali malis accidit totum Dei iudicio &  
 iusta permissione fit, apte sequitur: *Deus etenim  
 dedit vt faciam quod placitum est illi, vt dent re-  
 gnum suum bestia donec consummentur verba  
 Dei.* Deus enim dat per iustam permissionem,  
 vt mali faciant per apertam actionem, quod illi  
 placitum est, per vniuersitatis decorem, & utili-  
 tatem. Nequaquam enim omnipotens mala esse  
 sineret, nisi ex eis bonum aliquod vniuersitati  
 proueniret. Ex eo enim quod sunt mala, maior  
 decorem respectu eorum videntur habere bo-  
 na. Sed non est iniustus Deus, eo quod malos  
 male agere permittit, quia iustum est, vt quibus  
 dedit liberum arbitrium, illis eo vti liceat ad li-  
 bitum. Iniustum namque esset si illis solius boni  
 imponeret necessitatem, quibus in conditione  
 dono gratia boni, vel mali eligendi confert liber-  
 tatem. In hoc etenim creatura rationalis excel-  
 lentem habet dignitatem, quod creatori non co-  
 ætam, sed liberam exhibet seruitutem. Placet er-  
 go quod sub ipso data ab ipso vtimur arbitrii  
 libertate, sed displicet quod in nobis orta illi re-  
 pugnamus voluntatis prauitate. Nequaquam  
 enim mala est arbitrii diuinitus indita libera po-  
 testas, sed sub arbitrio orta peruersa voluntas.  
 Libertas a Deo donatur, creatura dono liberta-  
 tis abutitur. In efficiencia igitur mali quan-  
 tum ad malos nihil boni, quantum ad placi-  
 tum Dei nihil mali. Nam quod faciunt ma-  
 lum est, quod Deo placitum est, bonum est.  
 Vt dent regnum bestia, id est vt se a Diabolo  
 regi permittant, & suam potestatem diabolo at-  
 tribuant, donec consummentur verba Dei, id est  
 donec omnia finem habeant, & mali & boni  
 promissa recipiant, Deus quippe nunc malos  
 in malicia, & in regno Diaboli positos magna  
 in libertate, & bonos tentare, prouocare, & la-  
 cerare permittit, quod finito sæculo, penitus ces-  
 sabit. Sed quoniam vniuersitatem malorum in  
 hoc capitulo diuersis nominibus designauit, vt  
 hoc congrue posse fieri ostendar, apte subdit:  
*Et mulier quam vidisti est ciuitas magna, quæ  
 habet regnum super reges terræ.* Ipsa nimirum  
 malorum vniuersitas mulier est, ciuitas magna  
 est, meretrix est: Babylon est. Mulier est, quia

Sicuti  
 Christus &  
 Sancti gau-  
 det de glo-  
 ria bono-  
 rum, ita Dia-  
 bolus &  
 eius mini-  
 stri de pe-  
 na malo-  
 rum.

In quo co-  
 sistat crea-  
 turæ ratio-  
 nis prædi-  
 cte, digni-  
 tas.

Deus per-  
 mittit ma-  
 los magna  
 libertate  
 vti in hoc  
 sæculo.

Cur Mu-  
 lier, ciui-  
 tas, & me-  
 gna, & me-  
 retrix dica-  
 tur.

emollit, ciuitas est, quia multos colligit, magna  
 est, quia superbit, meretrix est, quia Diabolo cor-  
 ruptori se subiicit, Babylon est, quia confusa est  
 & confundit. Quæ habet regnum super reges  
 terræ, quia omnes ei seruiunt, & eius Rempu-  
 blicam augent in quantum possunt. Septimus  
 ergo Angelus, ordo prædicatorum vltimus, effu-  
 sio phialæ in aerem, vltio diuina in huius aeris  
 potestatem, Dæmonum videlicet congregatio-  
 nem. Vox de templo dicens esse factum, eccle-  
 siastica attestatio dicens sæculum iam esse finien-  
 dum, fulgura, miracula, voces, admonitiones, to-  
 nitrua, comminationes, terremotus magnus, sa-  
 luandorum conuersio, & damnandorum ma-  
 ior excoecatio, ciuitas magna, malorum con-  
 gregatio, grando magna, æterna damnatio, be-  
 stia quæ mulierem portat, Diabolus qui malos  
 in malo portat & sustentat, septem capita, vni-  
 uersalis malorum principatus eminens secundum  
 septem status huius sæculi, decem cornua, de-  
 cem reges tempore Antichristi futuri, aquæ ubi  
 meretrix sedet, populi in quibus principatum  
 habet, consummatio verborum Dei, finis mun-  
 di, illatio supplicii, collatio præmii. In hac autem  
 visione quinta quæ sub typo phialarum tractat  
 de vltione diuina in malos effusa, egit gene-  
 raliter sacra prophetia primum de septem Ange-  
 lis & septem plagis siue phialis, id est de vniuersis  
 prædicatoribus, & de vltione vniuersis illata  
 diuinæ gratiæ contemptoribus in cursu sæculi  
 præsentis. Effusio vero phialarum illationem si-  
 gnat diuinæ iracundiæ in diuersitatem homi-  
 num. Prima effusio est in terram, id est Iudæam  
 primum a fide reprobata, & de terra sua eie-  
 ctam. Secunda in mare id est gentiles fidelium  
 occisores. Tertia in flumina & fontes, id est hæ-  
 reticos sacræ paginæ fluentia corruptentes.  
 Quarta in solem, id est Antichristum, qui se di-  
 cit illuminare mundum. Quinta in sedem bestia,  
 id est principes gentium, in quibus ipse Anti-  
 christus principaliter regnando sedebit. Sexta in  
 flumen Euphratem, id est reprobos baptizatos  
 quos diuina vltio fluentis gratiæ dono siccat.  
 Septima in aerem, id est Dæmones, quos ea-  
 dem vltio in extremitate temporis timore immi-  
 nentis iudicii grauitur cruciabit. Sub hac phiala  
 causam damnationis malorum sacra visio latius  
 describit, & quare in nouissimo damna-  
 buntur luculenter ostendit. Et hucusque  
 de quinta visione locuti, linguam  
 quieti damus, vt ad sextam  
 discutiendam oçia re-  
 creati proceda-  
 mus.

Epilogus  
 totius libri  
 quarti.



LIBER

LIBER  
 SEXTVS.  
 DE VISIONE  
 SEXTA.  
 PROLOGVS.



DEVS cuius resistere iræ ne-  
 mo potest, sub quo cur-  
 uantur qui portant orbem, B  
 sic temporalem malè agē-  
 tibus infert vindictam, vt  
 in malitia perseverantibus  
 addat æternam. Vnde apte  
 sacra prophetia postquam in præcedenti visio-  
 ne transitoriam in malos effusam descripsit vltio-  
 nem, in ista consequenter eorum perpetuam sub  
 iungit damnationem, vt qui in mundo se corrige-  
 re detrectant, in inferno sine fine se puniendos  
 esse cognoscant. Agit enim ista visio de vltimis  
 penis quas patient impii in inferno, & hoc ostē-  
 dit primum de Babilone, describens ruinam eius,  
 & iustum quem habebunt de casu eius qui dili-  
 gebant eam. Agit & de exultatione & gratiarum  
 actione, quam agēt de interitu eius sancti. Agit  
 & de Christo eam iudicante, & de inuitatione  
 dæmonum vt manducent carnes Regum & tri-  
 bunorum, & omnium iniquorum, & damnatione  
 Antichristi, & pseudo Apostolorum eius. De in-  
 de iterum redit, & describit ligationem Sathanæ  
 per mille annos, & quomodo iterum sit soluendus  
 & deficiet aduersus sanctos in extremis, &  
 cum impiis mittetur in stagnum ignis. Et sciē-  
 dum quod ea quæ in præcedentibus quinque visio-  
 nibus libri huius continentur, maxime pertinent  
 ad cursum temporis præsentis, ea vero quæ in se-  
 xta & septima continent, magis pertinent ad sta-  
 tum æternitatis. Nam in hac sexta visione descri-  
 bitur æterna damnatio malorum, & in septima  
 æterna beatitudo bonorum. Malorum autem  
 damnatio quæ in hac visione describitur à Chri-  
 sto prædicata in ipso visionis initio perhibetur,  
 vt ætèrius audiatur, & maior illi fides adhibeat.

De ruina Babilonis, et luctu amatorum eius.

CAP. PRIMVM.

Apoc. 18.

POST hæc vidi alterum Angelum de  
 scendentem de caelo, habentem pote-  
 statem magnam, et terra illuminata  
 est à gloria eius, et exclamauit in vo-  
 ce forti dicens. Cecidit cecidit Babi-  
 lon magna, et facta est habitatio Dæmoniorum, et  
 custodia omnis spiritus immundi, et custodia om-  
 nis volucris immunda, quia de ira fornicationis  
 eius biberunt omnes gentes, et omnes Reges terræ  
 & mors

cum illa fornicati sunt, et mercatores terræ de vir-  
 tute diuitiarum eius diuites facti sunt. Quia supe-  
 rius sacra visio temporalem describit penam ma-  
 lorum, nunc succedenter ingreditur ad describē-  
 dam æternam damnationem eorum. Et post hæc  
 vidi alterum Angelum descendentem de caelo,  
 habentem potestatem magnam. Ille alter Ange-  
 lus rectè credit esse Christus, qui ab aliis distat  
 Angelis, sicut distat dominus à seruis. Qui de ce-  
 lo descendit, quoniam nostram carnem induens  
 genus humanum visitauit. Qui potestatem ma-  
 gnam habet, quia non solum hominibus, sed &  
 Angelis præsidet. A cuius etiam gloria terra illu-  
 minata dicitur, quia nostra terrenitas gloriosa eius  
 prædicatione illustratur. Qui denique in voce  
 forti de ruina malorum exclamauit, quia nequa-  
 quam effectu carebit quod de illa prædicauit. Di-  
 cens, cecidit cecidit Babylon magna. Geminato  
 verbo geminat ruinam, & duplicè designat vin-  
 dictam. Damnati quippe ardentibus flammis fo-  
 ris punientur in corpore, & vrgentibus dolorib.  
 intus pungentur in mente. Babylon, per confu-  
 sionem, magna, per multorum collectionem &  
 propriam elationem. Et facta est habitatio dæ-  
 moniorum, & custodia omnis spiritus immun-  
 di, & custodia omnis volucris immunda. Dæmo-  
 nes, & spiritus sūt, & volucres sunt, spiritus pro-  
 pter naturæ subtilitatem, volucres propter mo-  
 tionis velocitatem. Quorum habitatio & custo-  
 dia Babylon subuersa erit, quia malorum vniuer-  
 sitas damnata dæmonibus in damnatione reple-  
 ta, dæmonum cruciatibus perpetuo subiacet.  
 Causa quoque damnationis eius declaratur cū  
 subditur. Quia de ira fornicationis eius biberūt  
 omnes gentes, & oēs Reges terræ cum illa forni-  
 cati sunt, & mercatores terræ de virtute diuitiarum  
 eius diuites facti sunt. De ira fornicationis eius,  
 id est de ardore fornicationis eius, vel de forni-  
 catione pro qua irascitur Deus, biberūt, illa par-  
 ticipantes, omnes gētes, id est subiecti, & omnes  
 Reges terræ, id est prælati terræ cum illa fornicati  
 sunt exemplo illius à Deo recedentes, mundū  
 diligentes. Et mercatores, id est illi qui suas ani-  
 mas pro rebus terrenis vendunt, & pro ipsis ter-  
 rena mercantur, de virtute diuitiarum eius diui-  
 tes facti sunt, quia gloria diuitiarum eius se diui-  
 tes arbitrantur, & magis in ipsa quam in amore  
 celestium delectantur. Iuste ergo damnabitur,  
 cuius scelere tot hominum multitudo scedatur.  
 Sequitur. Et audiui aliam vocem de caelo dicen-  
 tem. Exite de illa populus meus, ne participes suis  
 delictorū eius, & de plagis eius, ne accipiatis, quo-  
 niam peruenerunt peccata eius usque ad caelum, &  
 recordatus est Deus iniquitatum eius. Reddite il-  
 li sicut ipsa reddidit vobis, & duplicatè duplicia  
 secundū opera eius, & in poculo quo miscuit misere-  
 re illi duplum. Quantum glorificauit se, & in de-  
 licijs suis, ita date illi tormentū & luctū, quia in  
 corde suo dicit. Sedeo regina, & vidua nō sum, &  
 luctū nō videbo. Iō in vno die veniēt plagæ eius,  
 & mors

Quis nam  
 sit iste al-  
 ter Angelus

Geminato  
 verbo geminat  
 ruinam.

Dæmones  
 quæ volucris  
 sunt.

Declarat  
 etiā dānatio-  
 nis Baby-  
 lonis.

Quinā sint  
 Mercato-  
 res.

De duplici voce.

Quid sit duplicata duplicia.

Cur se dicat regina & non uideam.

Execratio superbiorum, & diuitum quanta.

*et mors, et luctus, et fames, et igni comburetur, quia fortis est Deus qui iudicauit illam.* Prædicta superius ruina malorum admonemur exire de consortio eorum, ne si fuerimus eis confortes in culpa, simus participes cum eis in pœna. Et audiui aliam vocem de cœlo dicentem. Rectè se dicit aliam vocem audisse. Alia est enim vox quæ de reprobiorum sonat datione, alia quæ de electorum loquitur admonitione. Illa quippe terret, ista mulcet. Quæ quoque de cœlo sonat, quia de sancta Ecclesia, quæ sacrosancta mysteria Christi immundis, & infidelibus cœlat. Exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis, quoniam peruenierunt peccata eius usque ad cœlum, & recordatus est Deus iniquitatum eius. Exite de illa populus meus, non tam corporali separatione quàm recta intentione, & ne sitis participes eius delictorum, consensu vel actione, & de plagis eius ne accipiatis, in æterna damnatione. Causam vero quare, & effectum, quod ipsa Babylon plagis afficitur subiungit cum dicit. Quoniam peruenierunt peccata eius usque ad cœlum, id est usque ad contemptum Dei per impenitentiam, & recordatus est, id est recordabitur Deus iniquitatum eius, quas fe modo videre pie dissimulat retribuendo vindictam. Reddite ipsi sicut ipsa reddidit vobis, & duplicata duplicia secundum opera eius. Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis. i. sicut vindictam meam exercuit in vobis qui purgabamini ad salutem, ita vos iniuriam meam vindicate in illa ad damnationem. Et duplicate duplicia secundum opera eius, ut quæ dupliciter intus, & foris, vel se, vel alios corrumpeudo non timuit peccare, duplicem penam vestro iudicio cogatur sustinere. Et in poculo quo vobis miscuit miscete illi duplicia. i. quæ vobis temporale intulit tormentum, vobis iudicantibus sustineat æternum. Quantum glorificauit se, per superbiam iactantiam, & in deliciis fuit, per nimiam affluentiam, tunc date illi tormentum, & luctum, tormentum in corpore, luctum in mente. Quia in corde suo dicit, superbiendo, sedeo regina. i. de honore, & dignitate moueri non timeo, & vidua non sum, quia consolationem habeo in mundo, & luctum non video, id est damnationem quam me minantur discipuli Christi passuram in inferno. Superbientes etenim, & diuites affluentes mali qui honoribus fulgent, qui mundanis delectabiliter inhærent, tantis nonnunquam tenebris obcœcantur, ut prosperis expoliari, vel aduersis fatigari minime formident. Et quia in bonis sibi concessis eleuatur, & futura mala precæuere dedignantur, aptè subditur. Ideo in vna die, id est simul veniet plagæ eius, id est ultiones debite iniquitatibus eius, & mors, & luctus, & fames. Mors, in pœnis, luctus, de amissis, fames, de recuperandis. Et igni comburetur, quia æternis incendiis punietur. Et quod vniuersas ultiones istas euadere penitus non poterit, declaratur cum subditur. Quia fortis est qui iudicauit illam,

subaudi dignam omnibus malis istis. Fortis, id est nullis precibus flexibilis in die ultionis. Vnde Salomon ait: *Zelus, et furor viri, id est Christi, non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima.* Sed designata superius Babylonis ruina, consequenter subiungit luctum amatorum eius, describens quomodo reges terræ qui per illam gloriosi videbantur, & negotiatores terræ qui ex abundantia eius diuites efficiebantur propter destructionem eius flebunt & lugebunt, quod damnationi subiecta nunquam amplius fulgeat gloria, & abundantia temporalis. Magnum etenim gaudium est regum scilicet superbiorum, & negotiatorum terræ cupiditati inhiantium, vniuersalis prosperitas malorum. Quia subuersa grauiter dolebunt, eo quod id in qua solū iucundabantur amiserunt. Et quia hæc quæ in hoc capitulo solum litteræ sensum videntur accipienda spiritalis intelligentia nequaquam in eis creditur inquirenda. Sequitur: *Et flebunt, et plangent se super illam reges terræ, dupliciter dolor describit, ut eos intus, & foris dolere demonstretur: Qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis cum illa vixerunt, cum viderint fumum incendij eius, id est fumosum incendium eius, longe stantes, propter timorem tormentorum eius, longe sola voluntate, non tormentorum liberatione. Dicentes vae, vae, vae. Ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quia vna hora venit iudicium tuum.* Ad illam conuertent sermonem, supra modum desistentes illius destructione. Væ autem idcirco triplicatur, ut peccatum cogitando, loquendo, agendo perpetratum per ternarium ostendatur. Secundum ergo, quod peccauit in mundo, patietur in inferno. Si uero, quod in quibusdam codicibus habet Væ non ter, sed bis positum inueniatur, ad duplicem dolorem interiore uidelicet, & exteriorē referendū intelligatur. Quia una hora, quæ semper fuisse securæ, uenit iudicium tuum, ut perdes mundum, intra res infernū. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam. Descripto dolore regum, subdit dolorem negotiatorum, illi dolebunt de amissa dignitate gloria, & de amissa corporum voluptate, & de amissa rerum abundantia, & amara acquisitione. De eo nimirum quisque dolebit in inferno, quod precipue dilexit, & possedit in mundo. Causam quoque quare negotiatores dolebunt, aptè & aperte subiungit dicens: *Quoniam merces eorum nemo emet amplius, merces auri, & argenti, & lapidis preciosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, et serici, et coccini, et omne lignum thuyinum, quod est genus ligni subaudi nemo emet amplius: et omnia vasa eboris, et omnia vasa de lapide precioso, et arameto, et ferro, et marmore, et cynamomum, et odoramentorum scilicet merces, & vnguenti, et thuris, et vini, et olei, et similes, et iumentorum, et ouium et equorum, et rhedarum, id est curruum, et mancipiorum, et animarum hominum, uidelicet nemo emet amplius. Potest distingui quod dicit mancipiorum,*

Prover. 6.

Cur Væ triplicetur

Cur dolebunt super eam negotiatores terræ.

Cur dicitur mancipiorum, & animarum

Cur duplicetur Væ.

mancipiorum, & animarum hominum. Alii enim uenduntur ut ad tempus seruituti subiaceant, alii ut tota vita sua seruiant. In hoc ergo quod dicit mancipiorum, breuior seruitus potest subtiliter existimari, in eo vero quod addit animarum, potest diuturnior ponitur. Aliter Aliquando enim non solum corpora, sed & animæ uenduntur, & emuntur, quando uidelicet non tantum corpora hominibus uili seruitio, sed & animæ demonibus nefando cultu subduntur. Sed & negotiatores quemadmodum reges super eius ruina grauiter dolentes quærimoniam conuertent ad illam dicentes, *Et poma desiderij anime tue, id est minora bona tua quæ desiderabiliter dilexisti: Discesserunt a te, et omnia pinguis, et præclara, id est maiora perierunt a te, & Amplius illa non inuenient, mercatores eorum, qui diuites facti sunt ab ea, uidelicet in mundo: longe stabunt, voluntate, non passione in inferno: Propter timorem tormentorum eius stantes, ac lugentes, id est dupliciter in luctu perfluentes: Dicentes vae, vae, ciuitas magna, idcirco hoc in loco Væ duplicatur, ut non tantum inopia voluntate, uerum etiam peruersa actione Diuina præcepta fuisse transgressam ostendatur, & in anima, & in corpore puniendam exprimat: Quæ amicta erat bysso, et purpura, et cocco, et deaurata auro, et lapide precioso, et margaritis: quia malorum vniuersitas uanitati dedita secularibus se decorare ornamentis solet. Quoniam vna hora destituta sunt tanta diuitia: ipsa sublata de mundo, & translata ad tormenta gehennæ, & omnis gubernator, & omnes qui in longum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, id est omnis qui non tantum per terræstria, sed & per maria negocia diuites fieri conantur. De luge steterunt, quia a participatione eius elongari desiderabant. Et clamauerunt, id est clamabunt: Videntes locum incendij eius dicentes. Quis similis ciuitati huic magne? Quis similis nunc in pœna huic ciuitati, id est malorum vniuersitati magne prius in gloria? Et miserunt puluerem super capita sua, quia se fuisse de materia terrea, fragili, mortali, transitoria recognoscent in inferno, quod nunquam minime perpendunt in mundo. Furo nimirum elationis, & impietatis obtenebrati, quam sit breuis uita ista, uia lubrica, & mors incerta non attendunt, quæ tunc semper ante oculos habere cogentur. Et clamauerunt, id est clamabunt, stantes, & lugentes, propter duplicem dolorem, & dicentes vae, vae, propter animæ, & corporis cruciationem, ciuitas illa magna, id est vniuersitas malorum damnata, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari, de precibus eius, quia de longinquo ferunt diuitias eius. Vtraque igitur negotiatorum genera descripsit, & illud uidelicet, quod in terra laborat, & illud, quod in mari nauigat. Reges itaque terræ negotiatores de ruina Babylonis flebunt, quia super-*

bi quique, & cupidi vniuersitatem impiorum mundana gloria, & plenitudine destitutam inconsolabiliter dolebunt. In quo uero damnata Babylon passura sit bene declaratur cum subditur: *Quoniam vna hora est desolata, id est omni consolatione spoliata. Congregatio namque damnandorum nunc inter mundanos dolores aliquam habet consolationem, sed vltima hora transacta solam patietur desolationem. Et diligenter est pensandum, quod in descriptione doloris amatorum Babylonis, primum reges ponuntur, quia mali quique quanto nunc sunt in mundo potentiores, tanto erunt in inferno miserabiliores. Scriptum est enim: Potentes potentior tormenta patientur. Reges autem, & negotiatores terræ soli in luctu Babylonice ruine relictis aliis amatoribus Babylonis describuntur quia ipsi inter alios videntur præcipui, & idcirco per eos alii figurantur, & sub illis comprehenduntur. Sacra denique prophetia quæ superius ruinam Babylonis, & luctum amatorum eius ordine descripsit, sanctos succedentes Angelos, & electos homines glorificatos ut exultent de ruina eius admonet dicens. Exultate supra eam cæli, id est Angeli qui gaudent de liberatione generis humani: Et sancti Apostoli, et Prophete, uidelicet omnes iusti post aduentum saluatoris, vel ante ad uitam æternam percipiendam iustificati, & nunc super cælos ad eam possidendam sublimati. Notate autem ista omnia non ad presentis, sed ad futuri sæculi statum pertinere. Et quemadmodum per cælum cœlestes, & Angelici spiritus designantur, ita rectè per Apostolos, & Prophetas utriusque testamenti iusti comprehenduntur, & signantur. Apostolos autem prophetis præscribit causa prerogatiue, quia eos prophetis digniores sermo Diuinus ostendit ubi ait. Multi prophete uoluerunt uidere quæ nos uideatis, et non uiderunt. Quare ergo exultate debeant declarat dicens. Quoniam iudicauit Deus iudicium nostrum de illa, quia scilicet ipsa nobis iniuste tormenta intulit, & ipse eam propter hoc tormenta subire coegit. Magno namque gaudio sancti letari poterunt, qui se liberatos, & aduersarios suos, qui eos iniuste cruciari solebant iuste cruciari uidebunt. Alter ergo Angelus, Christus: Babylon subuersa, & habitatio demonum atque custodia facta, vniuersitas impiorum damnata, & demonum cruciatibus tradita, alia vox de cælo, blanda iustis exhibita admonitio, exitus de Babylone, superatio de confusione, luctus regum, & negotiatorum, dolor superbiorum, & cupidorum, siue maiorum, & minorum. Omnes quippe de ruina eius in inferno lugebunt, qui eius statum in mundo dilexerunt.*

Sapient. 6.

Luc. 10.

Apoc. 18.

De exemplo submersionis eius. Cap. II.

Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quem se molarem magnum, & misit in mare dicens.



cons. Hoc impetu mittetur Babylon, illa magna ciuitas. Dieta superius ruina Babylonis, & luctu amatorum eius, consequenter adiungit submer- sionis eius exemplum, & hoc ab vnaminu prædicatorum vniuersitate dicit figuratiter ostensum. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem. Vnus Angelus est ordo prædicatorum vniuersus. Qui rectè fortis esse perhibetur, quia contra Diabolum, contra mundum & contra vicia virtute constantiæ roboratur. Qui quoque lapidem quasi molarem magnum sufferendo in mare mittit, quia damnandorum congrega- tionem per impenitentiam; duram, per sæcularia negocia, instabilem, & laboriosam, magnâ, per superbiam, & nunc in mundo elatam esse arguit, & finito cursu temporis in infernales amaritudines mittendam esse prædicat. Reprobi namque qui modo in gloria sæculi præsentis extoluntur, in fine sæculi ad ima demergentur. Scrip- tum quippe est. Omnis qui se exaltat humiliabitur. Hoc impetu, id est hac figura mittetur Babylon magna, illa ciuitas, in æterna, subaudis tormenta. Et vltra iam non inuenietur, scilicet in mundo, quia damnata lugebit in inferno. Et vt apertè probetur, quod quemadmodum malis afficietur, ita quoque bonis omnibus spoliabitur, bene subditur: Et vox cytharedorum, & musicorum, & tybia canentium, non audietur in ea amplius. Et omnis artifex, & omnis ars, non inuenietur in ea amplius, Et vox mole, qua videlicet delicie panum præparari solent: Non audietur in ea amplius. Et lux lucernæ, non lucebit tibi amplius, & vox sponsi, & sponsæ, id est læticia nuptiarum: Non audietur adhuc, id est amplius in te. Nota, quod aliquando de ea loquitur aliquando ad eam, de ea loquitur auditores erudiendo, ad eam, ei mala sua prædicando, & impropereando, siue illi condolendo. Quare denique damnabitur, & bonis omnibus spoliabitur, manifestat cum subiungit. Quoniam mercatores tui erant principes terræ, quia scilicet principes tui dabant animas pro terrenis, quod non est amplius tolerandum. Et adhuc aliæ causæ subiunguntur: Quia in veneficijs tuis, id est veneficis persuasionibus: Errauerunt omnes gentes, id est aliqui de omnibus gentibus: Et in ea inuentus est, id est Babylone: Sanguis prophetarum, id est maiorum: Et sanctorum, id est minorum: Et omnium qui interfecti sunt in terra, non solum scilicet bonorum, sed & malorum, & vtrūque illi reputabitur in peccatum. Si enim malum occidat, occisi nequitia occisorem nõ excusat. Ista omnia intellectu læuia breuiter transcurrimus, quia ad alia festinamus, nec spiritaliter discutimus, quæ maximè secundum litteram intelligenda iudicamus. Vnus ergo Angelus, ordo prædicatorum vniuersus, sublatio lapidis magni molaris, redargutio elationis duræ superbæ instabilis Babylonis, missio in mare, prophetia & prædicatio damnationis æternæ, vox cythare-

Matth. 23. Luca 14. 18

Quid sit loqui de ea & ad eam.

dorum, & musicorum, & aliorum quæ scripta sunt, ablatio bonorum temporalium, & priuatio. De gratiarum actione Deo exhibenda de ruina eius. Cap. III. Post hæc audiui quasi magnam vocem tubarum multarum in celo dicentium alleluia. Laus, & gloria, & virtus Deo nostro est, quia terra, et iusta iudicia eius sunt, qui iudicauit de meretrice magna quæ corrupit terram in prostitutione sua, et vindicauit sanguinem seruum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt alleluia. Et finis eius ascendit in sæcula sæculorum. Post figuram damnationis ciuitatis impie superius descrip- tam, laudem & gratiarum actionem subiungit de ruina eius à sanctis Diuinitati exhibendam. Admoniti erant quippe sancti superius exultare de ruina eius vbi dictum est, exultate super eam cæli, & Sancti Apolloli, & Prophetæ, & ipsi obedi- enter complent admonitionem, Deo cantando laudem, & reddendo gratiarum actionem. Post hæc audiui magnam vocem, quia magnâ gaudium significantem. Tubarum multarum, id est eorum qui in mundo sonuerunt tubis prædicationum, in celo, id est in cœlesti beatitudine, di- centium alleluia, videlicet suauitatem Diuinæ laudis humanis verbis inexplicabilis. Et notan- dum, quod dum dicit audiui, de futuro loquitur quasi de præterito sicut consuetudo est propheta- rum, quod in multis locis exponere nõ curamus, quia prudentiæ lectoris discutendum referuamus. Sed quia alleluia ignotum est, quod nota- tum est, addit dicens. Laus, & gloria, & virtus Deo nostro. Laus, quia singulariter, & superex- cellenter laudabilis, gloria, quia gloriosus, virtus, quia inuincibilis. Causam quoque quare illi hæc omnia sunt attribuenda subiungit dicens. Quia vera, & iusta iudicia eius sunt, quasi diceretur. Verè est laudandus gloriosus, & victoriosus prædicandus, quia vera sunt iudicia eius, dando vni- cuique quod promissit, iusta, reddendo secundum quod quisque promeruit. Causam denique de- clarat effectus cum subiungit. Qui iudicauit de meretrice magna, eam videlicet condemnando, quæ corrupit terram, se & alios deprauando, in prostitutione sua, id est in impietate manifesta, & vindicauit sanguinem seruum suorum de manibus eius, quem scilicet effudit, eos crudeli- ter occidendo. Et iterum dixerunt alleluia. Per laudis iterationem, intellige eiusdem laudis æter- nitatè. Vel per laudis iterationem intelligit vtrius- que sensus spiritualis, & corporalis in laudando Deum exultationem. Et finis eius. I. tenebrosa amaritudo tormentorum eius ascendit in sæcula sæculorum, id est semper. Hoc ad id refertur quod superius dictum est, quod Deus iudicauit de meretrice magna, & vindicauit sanguinem ser- uorum suorum. Et quia non solum minores san- cti, & maiores, siue de impiorum damnatione, siue

Quid sit Alleluia.

Cur Deo dicatur alleluia.

Cur reite- retur alleluia.

siue de sua saluatione in cœlesti gloria Deû sunt laudaturi, & vt id quod superius dictum est de mino- rib. & id quod addit intelligamus de maiorib. aptè nunc dicit. Et ceciderunt viginti quattuor seniores, et quattuor animalia, id est vniuersi ecclesiæ iudices et doctores ceciderunt se humiliando, et ado- rauerunt sedentem super thronum, cum super om- nia venerando. Dicentes amen alleluia, cum ines- fabiliter laudabilem conclamando. Maiores quip- pe & ex se testimonium dant, & testimonium minorum confirmant. Sed quia superius diuifim, & separatim vtrorumque gaudium, & gratiarum actionem ordinauit, nunc cõem omnibus pari- ter sanctam de diuina laude admonitionem, & eiusdem laudis cõem exhibitionem subiungit. Et uox exiit de throno dicens. Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, et qui timetis Deum pusilli et magni. Thronus Dei sunt Angelicæ po- testates, in quibus Deus principaliter residendo regnat, & per quas suos electos gubernat. De quibus vox vt laudemus Deum exire perhibe- tur, quia per eas, & cum eis Diuinæ laudationis exemplum & consortium nobis donatur. Lau- dem dicite Deo nostro, subauditur in celo, vos qui liberati & erepti estis per ipsum de malo. Oes serui eius & qui timetis Deum. I. qui & reue- renter subditi estis, & qui ei casto amore inhere- tis. Pusilli, & magni. Pusilli sunt qui nequeunt al- tiora penetrare, nec Diuinum consilium possunt adimplere, quod dicit, vade, & vende omnia que habes, & sequere me. Sed paruitas non uocet, cu- ius cor & lingua Diuina laude repletur. Et quâ obedienter Diuinam admonitionem susceperunt, declaratur cum subditur: Et audiui quasi uocem tubarum magnarum, et sicut uocem aquarum multarum, et sicut uocem tonitruorum magnorum di- centium alleluia. Aptè dicit non uocem, sed qua- si uocem, vt apertè significet ea que sunt in celo sua sublimitate cuncta transcendere que fiunt in mundo. Audiuit tamen uocis similitudinem, vt per cognita rei qualitatem mystici & summi boni quodquo modo perciperet ac nobis manifestaret latentem sublimitatem. Audiui uero quasi uocem tu- bæ magnæ, quia qui modo tuba sunt in mundo fidem & præcepta Dei prædicando, magnificè postmodum lætabuntur in celo. Audiui quasi uocem aquarum multarum, quia ex multis populis colligi- tur cœtus animarum saluandarum. Audiui quasi uocem tonitruorum magnorum, quia damnatos impios terrebit exultatio sanctorum glorificato- rum. Dicentium alleluia. Quater in hoc capitulo de- scribitur ista uox diuinæ laudis, p.p. sacramentum Diuinæ Trinitatis unitatis. Tria quippe & vnus quattuor complent. Rectè ergo quater. iter, & semel alleluia in gratiarum actione & laude di- uinitati exhibita memoratur, quia Trinitas & vnus est Deus qui laudatur. Cuius laudis uirtus admi- rabilis quæadmodum nunc inexplicabilis existit, ita tunc omnibus facilis erit, quæ scilicet lingua ta- cebit, affectus clamabit. Causa denique laudis

Tron⁹ Dei quis sit.

Qui nam sit pusilli Matth. 19. Que prauitas non nocet.

Cur toties dicatur alleluia.

summa & immensa diuinitati exhibenda decla- ratur cum subinfertur. Quoniam regnabit Domi- nus Deus noster omnipotens. Regnare se tunc ve- re demonstrabit, quia nunc reprobis regnare mi- nimè uis, dum eos contra suos seruire permittit. Dominus Deus noster omnipotens. Dns excellen- tia, Deus, natura, noster, gratia, omnipotens, po- tentia. Sed quia duplex gratiarum actio a sanctis Deo exhibebitur in celo, vna de malorum dâna- tione, altera de eorum saluatione, bene postquam illa quæ de dânatione impiorum est superius de scrip- sit, cõsequenter illa quæ de iustorum saluatione est adiungit. Sed ideo illa prius, quæ ista describit, quia se cõ præcedentibus cõuenire probatur. Et prima post illa quibus adheret prius ordinata, aptè subscribitur secunda. Sequitur: Gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam Deo quia uenerunt nuptiæ agni; et uxor eius præparabit se, et datum est illi ut operiet se bisfino splendente candido. Quasi diceret. Gaudeamus & exultemus læti- tiâ agentes duplicem, quia possidemus animarum & corporum glorificationem, & demus gloriam Deo per laudem & gratiarum actionem. Per laudem, p.p. ineffabilem eius dignitatem, per gratiarum actio- nem, propter nostram saluationem. Gaudeamus, & exultemus, quia saluati sumus, demus gloriam Deo, quia nostra est salus ab eo. Et apertius de- scribens causam gaudendi dicit. Quia uenerunt nuptiæ agni, nisi quippe nuptiæ agni, id est con- iunctio Christi & Ecclesiæ uenirent, nequaquam sancti in cœlesti patria gauderent. Quæ videli- cet nuptiæ nunc in mundo inchoationem habent per gratiam, tunc uero consummationem in celo habebunt per gloriam. Tunc enim rectè ue- nisse dicitur, quoniam vniuersalis ecclesiæ in omnibus electis suis ad contemplationem & amplexum sponsi translata perficitur. Modo nimirum inte- rim ueniunt, sed nondum ex integro dici potest, quia uenerunt. Tunc ergo uerum & perfectum gaudium erit, quoniam sancta ecclesiæ in cœlesti thala- mo cœlesti sponso perfecte coniuncta perfecte gaudebit. Ad cuius videlicet sponsi coniunctio- nem præparabit se in tempore, vt ea digna sit in æternitate. Nisi enim se modo præparet in mundo, nequaquam illi copulari possit in celo. Iste sunt nuptiæ, à quarum læticia fatuæ uirgines sapientibus introeuntibus excluduntur. Et de hac præparatione aperte nunc dicit: Et uxor eius præpa- rauit se. Præparat se per iusticiam ut pingat ad gloriam. Et quia sine dono gratiæ minimè per- ueniret ad candorem iusticiæ, aptè subditur: Et datum est illi ut cooperiat se bisfino splenden- te candido. Bisfino, iusticiæ videlicet & me- rito, splendente, boni operis exemplo, can- dido, uirtutum exercitio. Nisi ergo illi dare- tur per gratiam, nequaquam possit se præparare per iusticiam, & nisi se per iusticiam præpararet, nullatenus ad cœlestem sponsi copulam per- ueniret, & nisi perueniret ad cœlestem copulam

Quæ sint nuptiæ agni.

E. pulâ pingat.



sponti, non haberent sancti effectum æternaliter A  
gaudendi. In his igitur verbis gradatim & ascen-  
dendo ordinè prosequitur, quo ad cœlestis gau-  
diū plenitudinem peruenitur. His etenim omnib.  
consummatis erit ista superna iucunditas gaudii  
& exultationis & diuinæ laudationis, de qua nūc  
dicitur. Gaudeamus & exultemus & demus glo-  
riam Deo. Et ne bisinum iustitiam significare  
dubitemus, sanctus Ioannes ipse nobis hoc ex-  
ponit dicens: *Bisinum enim iustificationes sunt san-  
ctorum.* Bisinum namq; iustificationes signifi-  
cat, quia quemadmodum bisinum siue bisius  
magno labore perducitur ad candorem, ita fan-  
ctorum iustificatio longo agone prouehitur ad  
consummationem. Sequitur. *Et dixit mihi. Scri-  
be. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati  
sunt. Et dixit mihi. Hæc verba Dei vera sunt.*  
Locutus de lætitia cœlestium nuptiarum, inui-  
tat præsentem ad participationem earum, iubet  
beatos scribi omnes qui ad earum iucunditatem  
sunt vocati & dixit mihi, scilicet Angelus qui  
mecum loquebatur. Scribe ut prædestinati ad vi-  
tam scripta legant, & ad quærenda cœlestia bo-  
na semetipsos accendant, & reprobi egentes ac  
contemptentes iustitiam damnationem acqui-  
rant. Beati qui vocati sunt, non ad prandium,  
sed ad cœnam, quia sine omni successione pe-  
rennem possidebunt lætiam. Prandium enim  
præsentis gratiæ refectionem signat, cœna verò  
quam nulla refectione sequitur, æternæ beatitudi-  
nis plenitudinem figurat. Erunt ergo vere beati,  
quia ab omni malo liberi, & fruuntur iucunditate  
summi boni. Qui vocati sunt non tantum præ-  
dicatione, sed & prædestinatione, nec solum per  
credulitatem, sed & per electionem. Multi sunt  
quippe falsi Christiani, qui in generali numero  
continentur vocatorum, de quibus dicitur: *mul-  
ti sunt vocati: sed nequaquam beati sunt dicon-  
di, quia ad beatitudinem minimè pertingunt.* Et  
ut ea quæ ab Angelo de hac beatitudine dicuntur  
firmius & certius à nobis credantur, & in ma-  
iori auctoritate habeantur, non sua, sed Dei fo-  
re verba quæ dicit protestatur. Ait ergo. Hæc  
verba Dei vera sunt. Quasi diceret. Tanto maiori  
fide quæ dico credere debetis, quanto ea &  
Dei esse, & vera esse manifestius auditis. Et qui-  
dem hæc verba Dei dixisse sufficisset quamuis ve-  
ra minime addidisset. Deus quippe nequaquam  
creditor posse mentiri. Sed humana consuetudi-  
ne, ut in plerisque scripturæ locis solet fieri de di-  
uinis loquens ea quæ protestabatur, & Dei esse,  
& vera dicit, non tam ut in nobis fidem doctor  
roboraret, sed ne a nostro loquendi more discre-  
paret. Qui enim Deum vere credit, non falsa, sed  
vera esse credit verba quæ Deus dicit. Et quia an-  
te aduentum Saluatoris solebant homines appa-  
rentes sibi Angelos adorare, voluit sanctus theo-  
logus honorem ab aliis sanctis Angelicis spiri-  
tibus exhibitum exhibere. Sequitur. *Et cecidi an-  
te pedes eius et adorarem eum. Sed dignitas an-*

Quare Bis-  
simū signi-  
ficat iustifi-  
cationes san-  
ctorum.

Quid signi-  
ficat pran-  
dium.  
Quidque cœ-  
na.

Mat. 20. 22

gelica quæ se in veteri testamento ab homine  
adorari non prohibuit, in nouo videns super se  
exaltatum hominem Deum, ab homine se adora-  
ri non sustinuit. Vnde additur. *Et dixit mihi. Vi-  
de ne feceris.* Et causam subdens ait: *Conseruus e-  
nim tuus sum & fratrum tuorum habentium te-  
stimonium Iesu.* Quasi diceret. Ego a te adorari  
iam pertimesco, quia tuam naturam super me re-  
gnare conspicio. Ille solus à te debet adorari, cui  
super omnia exaltato ego tecum pariter debeo  
famulari. Quod apertius subdit dicens. *Deum a-  
dora.* Et ut manifeste cognoscamus quid sit testi-  
monium Iesu, ipse illud nobis per semetipsum ex-  
ponit dicens. *Testimonium enim Iesu est spiritus  
prophetia.* Omnes quippe Prophetæ testimoniū  
Christo perhibendo Christo seruiuerunt, & An-  
geli eum super se adorando venerantes, ei sine  
cessatione deseruiunt, nec erubescunt se conser-  
uos eorum nominare, quos suo domino sciunt  
ministrare. Vox ergo tubarum multarum in cœ-  
lo auditarum, gratiarum actio sanctarum anima-  
rum in cœlesti beatitudine caniturarum, quatuor  
animalia & vigintiquatuor seniores, vniuersi san-  
ctæ ecclesiæ predicatores & iudices, nuptiæ ag-  
ni, coniunctio Christi & Ecclesiæ in beatitudi-  
ne cœlesti.

De Christo eam iudicante, & potestate eius.  
Cap. IIII.

ET vidi cælum apertum, & ecce equus albus, Apoc. 19.  
& qui sedebat super eum vocabatur fidelis et  
verax, & in iustitia iudicat & pugnat. Oculi eius  
sicut flamma ignis, & in capite eius diademata  
multa, habens nomen scriptum quod nemo nouit  
nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine,  
& vocabatur nomen eius verbum Dei, & exerci-  
tus qui sunt in cælo sequebantur eum in equis al-  
bis vestiti byssino albo mundo. In hoc capitulo po-  
tentia atque iustitia Christi vniuersitatem impio-  
rum damnantis describitur, & ex iustitia iudi-  
cis eam non iniuste, sed iuste condemnari de-  
monstratur. Et vidi cælum apertum, & ecce  
equus albus, apertio cœli, reuelatio mysterii,  
equus albus, homo a verbo assumptus. Qui  
rectè dicitur albus, quia verè immaculatus.  
Aperto itaque cælo visus est equus albus, quia  
reuelato sacræ paginæ mysterio cognoscitur ho-  
mo immaculatus a verbo assumptus. Et qui  
sedebat super eum, filius videlicet summi pa-  
tris qui secundum diuinitatis naturam excel-  
lit hominem assumptum, vocabatur fidelis & ve-  
rax, fidelis, quia nulla dicenda prætermisit, ve-  
rax, quia nulla mendacia prædicauit. Et in ius-  
titia iudicat, subaudis genus humanum, tribuē-  
do vnicuique iuxta opus suum, & pugnat, scili-  
cet contra diabolū, & vniuersum eius exerci-  
tum. Oculi eius sicut flamma ignis, quia suo res-  
pectu reprobos vrit cruciatu damnationis, ele-  
ctos illuminat agnitione veritatis, & accendit  
amore

Quid sit  
apertio cœ-  
li.

Multorum  
uerborū si-  
gnificatio-  
nes.

A De Angelo demones inuitante ad comestionem  
regum Babylonis, & tribunorum eius.  
Cap. V.

Apoc. 19.

ET vidi vnum Angelum stantem in sole, &  
clamauit voce magna dicens omnibus au-  
ibus quæ volant per medium cæli. Venite congre-  
gamini ad cœnam Dei, ut manducetis carnes re-  
gum, & carnes tribunorum, & carnes fortium,  
& carnes equorum, & sedentium in ipsis, & car-  
nes omnium liberorum, ac seruorum, & pusillo-  
rum, ac magnorum. Superius potentiam Christi  
Babylonem condemnantis descripsit, hic inui-  
tationem dæmonum ab Angelo factam ad co-  
mestionem damnatorum subiungit. Vnde pate-  
malum quod dæmones impiis in inferno illatu-  
ri sunt, non tam esse eorum liberæ voluntatis q̄  
diuinæ permissionis. In hoc enim q̄ inuitantur  
subtiliter inuitur, q̄ non possunt scire nisi p-  
mittantur. Et vidi vnum Angelum stantem in so-  
le. Vnus Angelus est ordo prædicatorum uni-  
uersus. Qui in sole stat, quia in seruire persecu-  
tionis per bonam intentionem erectus rectè præ-  
dicando perseverat. Qui etiam clamare voce ma-  
gna, demones inuitando ad comestionem ma-  
lorum dicitur, quia malignos spiritus homines  
damnatos in inferno cruciandos magna con-  
stantia protestatur. Qui scilicet demones per  
medium cæli volant, quia in medio aeris huius  
habitant. Qui quoque rectè non ad prandium,  
sed ad cœnam inuitantur, quia reprobi spiritus  
qui in cruciatibus hominum delectantur, post  
illius vltimæ damnationis humanæ delectationem  
non habebunt aliam. Non enim poterit ha-  
bere successorem, quia erit perpetua, non  
transitoria. Ut manducetis carnes regum, & tri-  
bunorum, & carnes fortium: Potentes ante-  
ponit, quia potentes potenter tormenta pa-  
tientur. Et carnes equorum, & sedentium in  
ipsis. Equi sunt corpora, sessores spiritus, qui  
vtrique à dæmonibus manducabuntur, quia de  
mones vtrorumque cruciatibus delectabiliter  
saturabuntur. Vel equi sunt subiecti, sessores præ-  
lati. Qui vtrique comedentur, quia vtrique pu-  
nientur. Et carnes omnium liberorum, ac seruo-  
rum, & pusillorum, & magnorum. Hæc ad litte-  
ram intelligenda sunt non spiritualiter exponen-  
da. Sed diligenter est intelligendum, q̄ per illos  
quos in hoc capitulo breuiter describit, omnes  
damnandos comprehendit. Vnus ergo Ange-  
lus, ordo prædicatorum vniuersus, uox magna,  
prædicationis instantia, aues, demones, cœna  
ultima pœna. Alii dicunt per aues, electos posse  
significari, quia sicut aues ad alta leuantur vo-  
lando, sic electi cœlestia contemplando. Qui  
per hoc etiam comedent filios Babylonis,  
quod in damnatione eorum condelectabuntur  
diuinæ iusticiæ.

B

C

D

E

De damnatione Antichristi, & pseudopropheta eius. Cap. VI.

**A**po. 19. **E**T vidi bestiam, & Reges terra, & exercitus eorum congregatos ad praelium faciendum cum illo qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta, qui fecit signa magna coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiae, & qui adorauerunt imaginem eius. Vini missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulfure. Descripta superius generali damnatione malorum, specialem in hoc capitulo Antichristi, & in sequenti capitulo damnationem Diaboli subiungit, ut qui specialiter seuiunt in perpetratione iniquitatis, specialiter memorentur in descriptione damnationis. Et quamuis sacrae prophetiae sit intentio tractare in hac visione de diurnitate aeternae damnationis, nonnulla tamen in his duobus capitulis interserit de his quae spectant ad cursum temporis, mira videlicet providentia, ut in singulis visionibus impia persecutio describatur, & electorum numerus contra eius impetum praemuniat. Et vidi bestiam, idest Antichristum, & reges terrae, idest malos praelatos qui se vel alios regere norunt in terrenorum cupiditate, & exercitus eorum, idest malos subiectos, congregatos, perpetrandi mali vniuersitate, ad faciendum praelium, id est persecutionem, cum illo qui sedebat in equo idest Christo, & exercitu eius, omnibus videlicet fidelibus: Mali quippe semper aduersus bonos congregantur, & eos suis machinis debellare conantur. Et diligenter animaduertendum est quod ea quae superius in hoc capitulo continentur, ad praesentem quam mali bonis inferunt pertinent persecutionem, ea vero quae sequuntur ad futuram eorum quam perpetrata recipient impietate damnationem. Et apprehensa est bestia, quia apprehendetur Antichristus cum venerit vindicta, & pseudopropheta eius, idest omnis doctorum & principum eius ceterus. Qui fecit signa magna coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiae & adorauerunt imaginem eius. Haec quia superius sufficienter expo sumus, ea hic iterare non curamus. Vini missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulfure. Hi duo specialiter ex nomine designantur, ut qui magis peccant, magis cruciati cognoscantur. In stagnum ignis ardentis sulfure, ut qui non horruerunt se corrumpere foetore luxuria, ibi crucientur foetore ardentis gehennae. Et notandum quod vini in stagnum mitti dicuntur, quia vini cruciatibus subiecti aeternaliter misere viuentes puniuntur. Sequitur. Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore eius. Ceteri in gladio sedentis super equum qui procedit de ore eius occidentur, quia subiecti & discipuli Antichristi & doctorum eius diuina sententia ferientur. Et omnes aues saturatae sunt carnibus eorum. Aues damnato-

rum carnibus saturabuntur, quia Daemones ex liuore malitiae, vel etiam sancti ex amore iustitiae in cruciatibus eorum delectabuntur. Bestia ergo Antichristus, pseudopropheta, fallorum doctorum chorus, stagnum ignis, profundum damnationis, occisio ceterorum, damnatio subiectorum, saturatio auium de carnibus eorum, delectatio demonum, vel sanctorum de cruciatibus damnatorum.

De Sathana ligando, & iterum soluendo, & seuitia & damnatione eius. Cap. VII.

**E**T vidi Angelum descendentem de caelo habentem clauem abyssi, et aenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est Diabolus et Sathanas, et ligauit eum per annos mille, et misit eum in abyssum, et clausit, et signauit illum, ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni. Et post haec oportet illum solui modico tempore. Declarata superius damnatione Antichristi, succedenter adiungit damnationem Diaboli, sed tamen antequam ad damnationem diaboli veniat, ligationem, & solutionem eius, & seuitiam narrat, ut haec omnia describendo electos de singulis erudiat, & contra diabolicam seuitiam praemuniat. Et vidi Angelum descendentem de caelo. Angelus Christus qui de caelo descendit, quia nostram naturam suscipiens semetipsum pro nobis humiliavit. Qui habet clauem abyssi, quia claudit secundum suum arbitrium hiatus totius mali. Qui catenam magnam in manu habet, quia solus per potentiam suam seuitiam hostis antiqui ligare potest. Qui etiam draconem serpentem antiquum apprehendit, quia illum contra genus humanum fraudulenter, & contra se impios in morte eius commouendo iniuste egisse redarguit. Qui videlicet apostata spiritus, draco est, per violentiam, serpens, per fraudulentiam, antiquus, per nocendi consuetudinem veterem. Qui est etiam diabolus, idest deorsum fluens in malos fluendo, & Sathanas. idest aduersarius, bonis aduersando. Quem Angelus apprehendens per mille annos ligauit, quia Christus illum toto tempore isto quo sancta ecclesia ab aduentu ipsius Christi vsq; ad tempus Antichristi perfecte per iustitiam reparatur ad gloriam antiqua potestate priuauit. Quantum autem ad litteram spectat iste annorum millenarius iam pridem est completus, sed quoniam Antichristus veniat, & Sathanas soluat ignoramus. Quatuero vero ad spirituale intelligenda pertinet nequaquam implebit, donec sanctae matris ecclesiae instituta per diuinam providentiam plenius perficiatur: millenarius quippe perfectio nem signat. Tanto ergo tempore Sathanas ligatur, quanto iustorum perfectio consummatur. Vbi vero modo conuersetur, declaratur cum subdit. Et misit eum in abyssum. In abyssum quippe cum misit, quia in tenebrosis & profundis insideliu cordibus

Apoc. 20.

Diabolus cur dicat draco &c. Cur Diabolus. Cur Sathanas.

Quid sit abyssus.

dibus latere copellit. Et clausit & signauit, quia nequaquam ad superandum suos electos inde exire permittit. Vnde additur. Ut non seducat amplius gentes, sibi videlicet ad perpetranda scelera consentientes. Donec consummentur mille anni. vsq; ad aduentum Antichristi. Et post haec oportet illum solui modico tpe, quia sic Deus constituit, ut in dieb. Antichristi iterum seuiat pristina recepta potestate. Sequitur. Et vidi sedes sancti sederunt super eas, & iudicium datum est illis, & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Cuncta quae in hac clausula continentur, ad ipsam ligationis diaboli pertinere videntur. Et vidi sedes, & sancti sederunt super eas. Quasi diceret. Ligato diabolo fideles videri solutos, & subiectos praelatis obedire paratos, & praelatos recte iudicare subditos. Sedes quippe signant subditos, sancti praelatos, licet & ipsi subditi sancti sint. Sancti ergo super sedes nunc sedent, quia praelati super subditos iustam praelationem exercent. Et subauditur, vidi animas decollatorum. scilicet sanctorum martyrum a corporibus solutas, pro testimonio Iesu, id est pro testimonio dei, id est propter testimonium perhibitum eius Diuinitati. Et subauditur, vidi eos qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus suis, & in manibus suis, sicut supra expositum est. Istos autem vidit, quia in mundo passos, & a corporibus solutos cum Christo in caelestibus viuere & regnare intellexit. Vnde aperte subdit. Et vixerunt, & regnauerunt, vixerunt per iustitiam, & regnauerunt per gloriam, cum Christo mille annis, id est toto tpe isto quo sancta ecclesia praeparatur, & perficitur ad coronam aeternam, non tantum in futuro, quoniam post primam stolam accipient secundam. Et notandum quod hic dicit, vidi sedes, & sancti sederunt super eas, pertinet ad bonos qui adhuc praesentialiter in corporibus viuunt, hoc vero quod addit, & animas decollatorum, ad eos, qui iam a corporibus soluti sunt. Sed hoc quod se vidisse dicit animas decollatorum, spectat ad bonos maiores, hoc vero quod in eadem sententia annexit, & qui non adorauerunt bestiam, ad minores. Hoc denique quod tandem infert dicens. Et ceteri mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni. Ad malos, qui primam quidem spiritualiter, deinde corporaliter moriuntur, & in infernum retrusum morte nunc aiarum patiuntur, nec reuiuiscunt donec consummentur mille anni. donec consummata malicia eorum & perfecta iusticia bonorum ad corpora redeant, & sumptis corporibus, iterum ad penas descendat. Sequitur. Haec est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & re-

gnabunt cum illo mille annis. Iterum reuertitur ad descriptionem iustorum, & describit beatitudinem eorum. Haec est resurrectio prima, iustificatio siue glorificatio videlicet aiarum, quae est in acceptione stolae primae, sicut secunda est corporum in acceptione stolae secundae. Quatuor autem sunt praemia ante Deum hae parte in prima resurrectione, declaratur cum dicit. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Beatus per gloriam, sanctus, per iustitiam. In his secunda mors non habet potestatem, quia ad aeternam non descendit damnationem, quae est mors secunda malorum, pro penitentia corporum. Culpa siue damnatio animarum quae nunc est, est mors prima, damnatio vero corporum, quae futura est, est mors secunda. Ideo ergo illi qui nunc ad caelestia bona per iustitiam siue primam stolam colliguntur, beati sunt, quia mortem aeternam non gustabunt. Sed erunt sacerdotes Dei & Christi, quia Diuinitati & assumptae humanitati laudes immolabunt. Et regnabunt cum illo mille annis, id est toto hoc tempore, non tantum in futuro de quo constat quod vere regnabunt. Sequitur: Et cum consummati fuerint mille anni soluetur Sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet omnes gentes quae sunt super quattuor angulos terrae, Gog, & Magog, & congregabit eos in praelium, quorum numerus est sicut arena maris. Iterum redit ad id quod superius dixit, oportet illum solui modico tempore. Et cum consummati fuerint mille anni, tempore videlicet Antichristi, soluetur Sathanas de carcere suo, id est de malorum cordium profundo, & exibit recepta potestate, & seducet gentes, id est omnes gentiliter viuere cupientes fallaci deceptione, quae sunt super quattuor angulos terrae, quia inhiant cupiditati terrenae. Gog, & Magog, Gog interpretatur rector. Magog de tecto. Gog erit Gog & Magog diabolus seducet, quia omnes malos maxime persecutores venenum malitiae in se regentes, & tandem ad apertam seuitiam procedentes fallaciter decipiet. Vel etiam secundum intelligentiam litterae, Gog, & Magog has duas ferocissimas, & immundissimas gentes seducet, & per eas ad alias superandas procedet. Et congregabit eos in praelium, ad impugnandum populum, scilicet electorum. Quorum etiam multitudo & sterilitas declaratur cum subditur. Quorum numerus est sicut arena maris, id est ita innumerabiles, & ita steriles. Quorum quoque impia in sanctos persecutio subsequenter describitur cum adiungitur. Et ascenderunt super altitudinem terrae, & circueverunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. Vltima namque persecutores super latitudinem terrae ascendent, quia superbiendo super terrenos semetipsos extollent. Castra etiam sanctorum circueverunt, quia eorum munitam unitatem, ad bellum semper paratam vndique inuadere, & intrare tentabunt, sed non poterunt. Et circueverunt ciuitatem dilectam, quia conabuntur irrumperere, & dissipare.

Quae sit prima resurrectio. Quae sit secunda.

Mors secunda.

Mors prima.

Gog & Magog, quid significent.

D

E



pare sanctam Ecclesiam. Non enim has, vel illas A  
sanctorum congregationes, sed & vniuersalem  
sanctam Ecclesiam funditus subuertere, & destrue-  
re laborabunt. Vnde recte postquam dixit circue-  
runt castra sanctorum, statim adiecit, & ciuitate  
dilectam. Sed nequaquam timendi sunt, quia ci-  
to peribunt. Na sequitur. *Et descendit ignis a Deo  
de celo, & deuorauit eos.* Ignis a Deo de celo de-  
scendit, & eos deuorauit, quia repentinus interi-  
tus celitus illis immisus eos condempnabit. Sequi-  
tur: *Et Diabolus qui seducebat eos missus est in  
flammam ignis, & sulfuris, vbi & bestia, & pleu-  
dopropheta cruciabantur die ac nocte in secula  
seculorum.* Descriptis omnib, aliis q in titulo p-  
sentis capituli designantur, tandem damnatione  
diaboli subiungit, & eam breuiter describit. Sed  
quia verba haec superius satis elucidauimus, hic  
eadem iterare superfluum iudicamus. Angelus ergo  
Christus: descensio Angeli, incarnatio verbi;  
catena magna, potestas diuina; ligatio diaboli, co-  
hibitio nocendi mille anni, tempus a Christo vs-  
que ad aduentum Antichristi: sedes, subiecti: san-  
cti sedentes, praelati; caeteri mortuorum qui non  
vixerunt, reprobi qui iam perierunt: resurrectio  
prima, illa quae nunc est glorificatio animarum  
iustarum: mors secunda, futura corporalis & eter-  
na damnatio malorum: solutio Diaboli, laxatio  
nocendi congregatio Gog & Magog in praelliu,  
excitatio malorum ad persequendum, ignis immis-  
sus de celo, vindicta immissa a Deo: flama ignis  
& sulfuris, incendium fetentis damnationis.

De die iudicij, & qualitate eius.

Cap. VIII.

**E**T vidi thronum magnum & candidum, & se-  
dentem super eum, a conspectu cuius fugit ter-  
ra & caelum, & locus non est inuentus ab eis.  
Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in con-  
spectu throni. Et libri aperti sunt, & alius liber a-  
pertus est qui est vita. Et iudicati sunt mortui ex  
his quae scripta erant in libro secundum opera ipsorum.  
In fine visionis agit de fine temporis, de qualita-  
te videlicet iudicij quod erit in aduentu Christi.  
Vidi thronum magnum candidum: vidi thronu,  
idest regnantis & iudicantis Christi dignitatem,  
magnum, per immensitatem, candidum, per im-  
mortalitatem. Et sedentem super eum, scilicet Chri-  
stum, a cuius conspectu fugit terra & caelum, se-  
cundum priorem speciem, & locus non est inue-  
tus in eis, secundum statum priorem. Et mortuos  
magnos & pusillos stantes in conspectu throni.  
Ista secundum litteram tantum debent intelligi,  
& ideo in spiritalem intelligentiam non indi-  
gent exponi. Et libri aperti sunt. Libri qui tunc  
aperiri dicuntur, conscientias impiorum signifi-  
cant, quia tunc reuelabuntur. Et alius liber aper-  
tus est qui est vita, & iudicati sunt mortui, idest  
mali, ex his quae scripta erant in libro secundum  
opera ipsorum. Mortui ex his q in libro vitae scri-  
pta erant iudicati recte dicuntur, quia mali qui

mortuorum nomine figurantur ex comparatio-  
ne iustorum qui in libro vitae scripti sunt damna-  
buntur. In ipsis quippe diuina praecipua se con-  
tempnissse patenter legent, & ob hoc promeruisse  
perhennes poenas luculenter intelligent. Scien-  
dum est autem q quatuor sunt genera hominu,  
iudicati, & damnati, iudicandi, & damnandi, iudi-  
cati, & saluati, iudicandi, & saluandi. Iudicati, &  
damnati, quorum damnatio iam certa est. Iudica-  
di & damnandi, quorum damnatio certa no est.  
Iudicati & saluati, quorum saluatio iam certa  
est. Iudicandi & saluandi, saluatio quorum adhuc  
certa non est. Ad iudicandos igitur & damnan-  
dos praecipue pertinet id quod hic dicitur, mor-  
tuos iudicatos, ex his quae scripta erant in libro  
vitae secundum opera ipsorum. Alii enim dabit  
poena minor, aliis poena maior. Et ne aliquis vlti-  
mo iudicio defuturus credatur, apte subditur. *Et  
dedit mare mortuos suos, & infernus, & mors si-  
militer mortuos suos qui in ipsis erant.* Et iudica-  
tum est de singulis fm opera ipsorum. Mare ni-  
mirum dabit mortuos, quia dabit corpora mor-  
tuorum, & infernus. i. locus poenalis, & mors id  
est ipsa poena dabit mortuos suos, idest spiritus  
mortuorum. Et diligenter a anima duertendum q  
mare, & infernum siue mortem dedisse mortuos  
perhibuit, terram autē dedisse mortuos minime  
dicit. Ideo nempe de terra de qua certissime co-  
stat prudenter tacuit, quod de mari, & inferno, &  
morte dixit, quia quod certius creditur fieri, mi-  
nus est necessarium dici. Et iudicatum est de sin-  
gulis secundum opera ipsorum, quia secundum  
differentiam meritorum erit differentia praemio-  
rum. Sequitur. *Et infernus & mors missi sunt in  
stagnum ignis.* Haec est mors secunda: *Et qui non  
est inuentus in libro vitae scriptus missus est in sta-  
gnum ignis.* Per ista duo infernum videlicet &  
mortem, daemones & hoies danandos possumus  
intelligere, qui mittent in stagnum ignis, idest in  
profunda permanentem obscuritatem danationis.  
Haec est mors secunda. Prima quippe mors est da-  
natio animarum, secunda vero danatio adiuncta  
corporum. Et ad vltimum quidem generalem de  
oibus dampnandis insert sententiam dicens. Et omnis  
qui non est ad vitam aeternam praedestinatus, missus  
est in stagnum ignis, idest in profunditatem infer-  
nalis coflagrationis. Thronus ergo magnus & ca-  
didus, immensa & immortalis dignitas regnantis  
& iudicantis Christi: mortui pusilli & magni, v-  
niuersitas generis humani; apertio librorum, re-  
uelatio conscientiarum, mortui iudicati: ex his  
quae scripta erant in libro vitae secundum opera  
ipsorum, condemnatio malorum ex comparatio-  
ne iustorum: stagnum ignis, profunditas dan-  
nationis. Sacra deniq; prophetia in primo capi-  
tulo huius sextae visionis egit sub nomine Baby-  
lonis de damnatione vniuersitatis maloru, & de  
dolore & luctu singulorum illius amatorum. In  
secundo egit de: exemplo submersiois illius ab  
Ange-

Quattuor hominu genera in iudicio, & q.

Quo intel ligeda mare, infernu & mortem dare mor- tuos suos.

Angelo per lapidem molarem in mare praeci-  
pitatum demonstrato. In tertio egit de laude &  
gratiarum actione Deo exhibenda pro damna-  
tione eius. In quarto egit de potentia Christi  
iudicis eam condemnantis. In quinto de typica  
inuitatione demonum ad confessionem Regum  
impiorum & omnium malorum. In sexto de  
speciali damnatione Antichristi, & pseudodo-  
ctorum eius. In septimo egit de ligatione diabo-  
li, & de solutione, & seuita, & damnatione eius.  
In octauo egit de vltimo iudicio, & qualitate e-  
ius. Et quidem pauca de calamitate damnando-  
rum & qualitate infernalium tormentorum per-  
strinximus, quia tantam immensitatem mali de-  
clarare nequimus. Vnusquisque sibi interim sol-  
lertat quidam, & taliter viuere studeat, ne ad  
illam poenam quae nec cogitatione comprehendi,  
nec sermone potest explicari danatus in fine de-  
scendat. Sed iam calamo quietem damus,  
vt ad septimam & vltimam libri hu-  
ius visionem contemplandam  
& elucidandam in cra-  
stinum recentio-  
res ascenda-  
mus.

mirabiliter trahens. Nam si quis etiam sola ver-  
boru pulchritudine in serie visionis huius dilige-  
tius ac studiosius attenderet, vnde semetipsum  
ad tanti boni concupiscentiam excitaret, perie-  
ctissime reperiret, & tam pulchra ac iucunda ci-  
uitatis habitator fieri votis omnibus exoptaret.  
Et nos quidem tanta ciuitatis mirabilem stru-  
cturam secundum spiritalem intelligentiam elucida-  
dam ingressuri, nequaquam id nostris virib, pra-  
sumimus, sed in illum confidentes qui dona suae  
sapientiae humiliter percentibus dat affluenter, &  
non improperat, eius adiutorio ad tantarum, ta-  
que sublimium rerum arcanam profunditatem  
penetrandam roborati suppliciter postulamus.  
Agit namque visio sequens de Hierusalem san-  
cta caelesti, describens murum eius, portas eius,  
angulos eius, longitudinem eius, latitudinem quo-  
que, & altitudinem eius, & diuersa fundamenta  
eius, diuersa preciosorum lapidum signante figu-  
ra, & caetera mirabilia eius sacramenta quae in  
sequentibus continentur.

De inuouatione elementorum.

CAP. PRIMVM.

**E**T vidi caelum nouum, & terram no-  
uam, primum enim caelum, & pri-  
ma terra abiit, & mare iam no est.  
Mira prouidentia sacra vtens pro-  
phetia primo ponit inuouationem  
elementorum, deinde subiungit glorificationem  
iustorum, vt videlicet de mundanis ad caelestia  
conscendamus, & de visibilibus ad inuisibilia co-  
templanda pertingamus. Sic etiam legimus in  
principio mundum prius factum, ac postea ho-  
minem Dominum mundi fuisse creatum. Sed cu  
quatuor constet esse elementa: igne scilicet, ac-  
rem, aquam, terram, trium tantum inuouandoru  
hic videt fecisse mentionem, aeris, terrae, et aque.  
Terram quippe proprio nomine & manifeste, v-  
bi se dixit terram nouam vidisse designauit. Aerē  
vero vbi se caelum nouum vidisse, & aquam, vbi  
mare iam non esse dixit, insinuauit. De igne igit  
inuouando propterea conticuisse potest credi,  
quod ignem parua vel nulla corruptione costet  
sedari, & illius virtute caetera elementa in illa vl-  
tima conflagratione debeant emundari: quod au-  
tem primum caelum & primam terram abiisse,  
& noua se vidisse testatur, nequaquam debet in-  
telligi haec duo elementa aerem videlicet & ter-  
ram penitus consumi, & alia loco eorum crea-  
ri, sed vtraque secundum priorem formam,  
& speciem conflagrari, & longe, & inestimabi-  
liter in melius resurgere & renouari. Sunt qui di-  
cunt de aqua, propter quod hic dicitur & legi-  
tur, & mare iam non est, vltimi illius ardoris vir-  
tute eam penitus consumi, sed subtiliter est in-  
tuendum quod non dicitur aqua iam non est,  
sed mare iam non est, vt euidentius ostendatur

Apoc. 21.

Cur in in- nouatione elemento- rum no sit mentio de igne.

**L I B E R  
S E P T I M V S .  
D E V I S I O N E  
S E P T I M A .  
P R O L O G V S .**

**D**EVS rector omnium iudex  
vniuersorum qui nihil in  
regno suo reliquit inordi-  
natum: quemadmodu im-  
piis stipendia damnatio-  
nis dispensat, ita iustos ce-  
lestibus bonis remunerat.  
Vnde sacra theologia quae in praecedenti visione  
sub nomine subuersae, & submersae Babylonis ma-  
lorum damnationem manifeste describit: congrue  
nunc sub typo Hierusalem ciuitatis sanctae glo-  
rificationem bonorum consequenter subiungit,  
vt sicut ibi describuntur impii sine fine punien-  
di, ita hic iusti ostendantur aeternaliter glorifica-  
di. Agit autem haec septima & sacratissima visio  
de inuouatione futura elementoru, & glorifica-  
tione iustorum & caelestiu mansionu, atq; bono-  
rum iucunditatem, multiformiu figurarum qua-  
litate pulchre describens, & humanum ani-  
mum ad summi boni appetitum, atq; dulcedine  
Richardi S. Victoris.



Aqua non annihilat in mundum in nouatione

Mundus cur in noua bitur.

aquam non penitus annihilari, sed a corpulencia, & omni corruptione & falsa amaritudine tunc purgari; quod enim dicitur primum caelum & terram abiisse, & mare iam non esse, ad tria praecipue elementa aere, terram, aquam spectare videtur, & non ad eorum omnimodam consumptionem, sed ad perfectam per ignem purgationem, & inextimabilem diuinitis illis inditam in nouationem. In nouabitur itaque mundus, non ut homini velut mundo amplius seruiat, sed ut mundo aeternaliter subsistente homo creatori & renouatori eius aeternas gratias agat. Sed quia superius aliis in locis multa ad hunc pertinentia pertractauimus, idcirco eum velocius praeuolumus, & ad alia discutenda festinamus. Non enim curamus iteratis sententiis vel verbis, vel multis auctoritatibus attractis paginam grauidam, sed ad maiorem eorum quae scribimus memoriae confirmationem breuiter & succincte singula pertransimus. Breuitate namque in spacio, & paucitate in numero memoria gaudet.

De ciuitate sancta Hierusalem caelesti. Cap. II.

ET uidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de caelo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatum uiro suo. Postquam superius posuit elementorum in nouationem, subiungit deinceps sanctorum glorificationem. Et uidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de caelo, uidi, per spiritalem intelligentiam, ciuitatem, iustorum uidelicet collectionem immensam, sanctam, per iustitiam, Hierusalem per uisionem internae pacis aeternae, nouam, quia a uetustate purgatam, descendentem de caelo, quia quod iuste uiuit in tempore, quod bene uiuit in aeternitate, se totum habere perfecte cognoscit: a Deo paratam sicut sponsam ornatum uiro suo, quemadmodum enim uisus muneribus a uiro ad thorum uiri praeparatur. sponsa, sic datus donis caelestibus a Christo, uirtutibus quoque, & operibus bonis ad caelestem Christi copulam praeparatur Ecclesia. Et quia dicit se uidisse in nouationem elementorum & glorificationem iustorum, ne hoc uel illud tam incognitum incredibile uideretur, adducit ad confirmationem dicti testimonium sanctorum patrum, & testimonium ipsius Dei, ut utroque testimonio dictum confirmetur. Nam sequitur. Et audiui uocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, et ipse Deus erit cum eis eorum Deus. Quid enim per thronum rectius accipimus, quam sanctos patres animarum rectores, in quibus Deus residendo regnat, & inferiores pie ac iuste gubernat? De quo throno uox exit, quia de sanctis patribus promissio boni caelestis ad nos usque procedit. Quae uox

Quid per thronum accipiendum.

A iure dicitur magna, quia promittit bona immensa, bona aeterna. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, potest intelligi euidentis & manifestum Diuinitatis contubernium cum saluatis. Tabernaculum quippe Dei cum hominibus erit, quando se nobis, & nos sibi diuinitas in caelesti patria sociabit. Et quia illa societas siue cohabitatio non transitoria, sed aeterna erit, recte dicit. Et habitabit cum eis. Per hoc nimirum quod dicit habitabit, aeternitatem societatis ac mansionis designauit. Cuius societatis uinculum adhuc declarat eum subiungit. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus erit cum eis eorum Deus. Ipsi nimirum populus eius erunt, illius laudem aeternaliter & unanimiter conclamando, & ipse erit eorum Deus, suam beatitudinem illis mirabiliter & ineffabiliter participando. Sed & diligenter est considerandum quod dicit, & ipse Deus erit cum eis eorum Deus. Nam & nunc est ipse Deus cum suis in mundo, sed nequaquam cum eis esse uidetur quamdiu in hac mortalitate uiuentibus eorum manifeste uisioni non reuelatur. Sed tunc uere cum eis erit, quando se glorificationis illis reuelata facie manifestabit. Erunt itaque populus eius cum nunquam offendendo, & ipse erit cum eis eorum Deus, eos nunquam deserendo. Sed quia non quemadmodum uidemus fieri in mundo ita erit & in caelo, ut uidelicet bonis illis caelestibus summis & aeternis mala quaedam permissa apte subditur: Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quae prima abierunt. Habebunt ergo omne bonum absque omni malo. O quam dulcia sunt ista, & animum uehementer (si tamen illis intendat) ad se trahentia, & in se rapiencia, & tractum raptumque suauiter deambulantia. Erubescat igitur in uilibus delectari, qui sibi talia ac tanta bona nouerit reseruari. Contemnat post modicum uelut nolit amittenda, quarat post modicum si uelit accipienda, sine fine possidenda, & sequitur. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, quae modo uidelicet causis emergentibus oboriuntur per quas animus multipliciter exasperatur, & quod maior minorque causa lachrymae tunc non erit, inferius declaratur. Maior namque causa tunc non erit, quia mors non erit. Minor quoque causa non erit, quia luctus, clamor, dolor non erit. Mors non erit, quia nulla erit animae corporisque separatio. Luctus non erit, quia nulla erit charorum amissio, luctus quippe dicitur de amissione charorum. Clamor quoque non erit, quia nulla erit iniuriae illatio. Dolor denique nullus erit, quia nemo dolebit de qualibet amissione. De quibus bene dicitur quae prima abierunt, quia quamdiu uita praesens quae sine peccato non est, agitur, etiam sanctos afficiunt, sed tunc ablato peccato ex quo procedunt, & cui succedunt penitus non erant. Modo tamen sancti praedicti malis

Tabernaculum Dei cum hominibus quado erit.

Ecce noua facio oia, de in nouatione elementorum intelligi possunt.

Cur non erit mors &c.

Quisnam siue bona caelestia.

malis purgantur, qui ad ipsam beatitudinem futuram praeparantur. Damnandi uero etiam ciuimodi malis in hac uita grauius affligunt, sed non ad praeparationem beatitudinis, sed ad damnationis initium pertinet, quod puniuntur. Sed ne haec quae in sacra uisione de elementorum in nouatione, & iustorum glorificatione continentur insufficiens uideretur attestatio humana, adiungitur auctoritas diuina. Nam sequitur. Et dixit, qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Non solum quippe thronus, id est sanctorum doctorum coetus in quo Deus residendo regnat, sed & ipsa Diuinitas regnans huius rei testimonium clamat. Si quis autem dixerit uocem illam de throno quae processit (ubi dicitur. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis) magis spectare ad glorificationem sanctorum, testimonium uero Diuinitatis ubi inferitur, ecce noua facio omnia, referri ad in nouationem elementorum, non erit incongruum, nam & hoc rationabiliter factum probatur, si res subtiliter perpendatur. Magis quippe constare uidetur, & certius creditur, & frequentior auctoritas in sacra pagina reperitur de glorificatione iustorum, quam de in nouatione elementorum, quod ergo forsitan minus credibile posset uideri, maiori testimonio debebat & decebat confirmari. Et quoniam quae sanctis inuisibiliter & spiritaliter ostenduntur, aliis minus profunt nisi scribantur, recte nunc dicitur. Et dixit. Scribe, quia haec uerba fidelissima sunt & uera. Ac si diceret. Quod tibi est ostensum, scripto commenda ad utilitatem aliorum, ut qui uiderint legant, & legentes ad meliora proficiant. Et dignum est ut scribas, quia haec uerba fidelissima sunt & uera. Fidelissima namque sunt, quia fideliter futura bona praenunciant, uera, quia uere complebuntur cunctaque clamant. Sequitur. Et dixit mihi. Factum est. Ego sum a, & o, initium & finis. Ne quaereret quid post illam in nouationem esset futurum nisi nihil restare faciendum, sed cuncta esse completa quae ab initio fuerunt praedicta. Quorum omnium consummationem seipsum esse denunciat dicens. Ego sum a, & o, initium & finis. Quasi diceret. Sicut omnia per me habent originem, ita & per me habent consummationem. Ego uero existetia creatus, ego in ueterata ut aeternaliter subsistant renouatus. Ego feci, ego refeci, feci in principio, refeci in fine. Et quia superius glorificationem iustorum expressit, consequentes auditores ad eius iucunditatem inuitat eum subiungit: Ego sitiienti dabo de fonte aqua uiuae gratis. Qui uicerit possidebit haec, & ero illi Deus, et ipse erit mihi filius. Ego sitiienti dabo de fonte aquae uiuae gratis, quia ego sum principium beatitudinis. Sitiienti. Bona caelestia sitiit, qui ea totis precordiis sitiit & concupiscit. Deus quippe sitiienti de fonte aquae uiuae dat, quia animam quae ad illum ardentem suspirat, caelestibus bonis minime fraudat. Gratis. Gratis etenim fons aquae uiuae

A datur, quia per gratiam Diuinam supernae plenitudinis nobis bonum confertur. Non enim humana uirtus illud promeretur, nisi illi gratia Diuina ad promerendum prius donetur. Qui uicerit, uidelicet hostem antiquum, mundum, uictum, possidebit haec, quia pertinet ad brauium. Possidebit haec. Quae? Quae oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Esai. 64. & 1. Cor. 2. runt quae praeparauit Deus diligentibus se, quae propter immensitatem nequeunt comprehendere, propter eternitatem finiri, propter bonitatem aestimari. O quam grandia sunt ista caelestium bonorum promissa, quae exuperat omnem sensum, dulciora super mel & fauum. Et ero illi Deus, quemadmodum superius expositum est, & ipse mihi erit filius, quod supra dictum est populus. Sed ne mali uitiis & sceleribus obuoluti, uel falsis orationibus quas plerumque fundunt, uel elemosinis quas aliquando Ecclesiae uel pauperibus impendunt, uel alio quolibet modo ad caelestis boni participationem (nisi resipiscant) aliquatenus se pertinere credant, penitus hoc in libro damnationis addicuntur, & a consortio iustorum diuiduntur. Nam sequitur: Timidis autem, et incredulis, et execratis, et homicidis, et fornicatoribus, et ueneficis, et idolatris, et omnibus mendacibus pars erit in stagno ardentis ignis, et sulphure quae est mors secunda. Timidi sunt, qui timore poenarum fidem accipere fugiunt, uel acceptam relinquunt. Increduli sunt, qui futura bona minime credunt. Execrati sunt, qui occultae spiritalis gratiae participatione Diuino iudicio priuantur, uel manifeste ecclesiastico more propriis sceleribus excommunicantur. Homicidae sunt, qui uel uoluntatis prauitate, uel sermonis peruersitate, uel operis perpetratione, aliquando occidunt. Fornicatores sunt, qui uel carnis illecebris, uel huius mundi delectationibus illicite se subicere non erubescunt. Uenefici sunt, qui uenenum maliciae uerbo, uel exemplo crudeliter infundunt. Idololatrae sunt, qui relicto uerae Diuinitatis cultu per idololatriam se demonibus subdunt. Mendaces sunt, qui relicto ueritatis tramite, proximis fraudulenter fallunt. Legimus autem in quibusdam sanctorum uerbis imperfectos pro mendacio quando sit ab eis euadendi causa periculi nequaquam damnari, sed ante misericordem iudicem inter uenialia deputari, perfectos uero si opus fuerit ueritate quidem posse tacere, sed a uerbo mendacii penitus cauere debere. His igitur supradictis omnibus uidelicet impiis pars erit in stagno ardentis ignis & sulphure quae est mors secunda, non cum sanctis in sancta Hierusalem caelesti, quae est uisio pacis aeterna. Et quidem dixisse partem malos habituros in stagno ardentis ad ueritatis declarationem sufficisset, sed adiecit igne, ut pondus infernalis conflagrationis expressius insinuaret. Cuius quoque conflagrationis vim efficacius ostendit, dum postquam dixerat igne, sulphure adiunxit, quod etiam ait malos in stagno.

Esai. 64. & 1. Cor. 2.

Qui nam sint timidi, qui increduli, qui execrati.

Qui homines timidi.

Octo species d'anaa dorum.

stano ardēti partem habituros alios plus, alios minus designavit passuros. Sed & diligenter pē-

De ostensione sponsae agni Sancto Theologo per Angelum facta. Cap. I I.

Apoc. 21.

Et venit unus de septem Angelis habentibus phialas septem plenas plagis novissimis, & locutus est mecum dicens. Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem novam de caelo descendentem a Deo, habentem claritatem Dei. Vnus de septem angelis intelligitur vniuersitas praedicatorum vnanimes in fide, & ministerio praedicationis. Qui videlicet dicitur de septem habentibus phialas plenas plagis novissimis, quia sancti praedicatores quemadmodum malis praedicant Diuinam vltionem, ita bonis praenunciant iustitiae retributionem, & sanctae vniuersalis Ecclesiae glorificationem. Vnde & recte nunc dicitur. Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Sed mirum videtur quod Angelus Sancto Theologo se hic sic sponsam uxorem agni ostendere promissit, quam ipse sanctus se vidisse paulo ante descripsit, in praecedenti quippe capitulo dixit. Et vidi civitatem sanctam Hierusalem novam descendentem de caelo, a Deo paratam sicut sponsam ornata viro suo. Quid est ergo quod illi promissit ostendere, quam se dixerat iam vidisse, nisi quod iam magna quidem viderat, sed adhuc tamen valde maiora visurus erat? Licet nimirum in sequentibus vbi sanctae civitatis murum, portas, angulos, mensuram, fundamenta, & alia multa illius gloriosa sacramenta multiformiter & pulchre describit, ea quae iam viderat valde estimanda parua ad illorum mirabilem comparationem quae restabant videnda. Ait ergo. Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Quasi diceret. Magna quidem sunt quae de futuro sanctorum statu vidisti, sed eleua & dilata mentem, quia de eodem statu ipsorum visurus es mira quae nondum vidisti. Ipsa vero sancta mater Ecclesia & sponsa & vxor pariter dicitur, quia caelesti sponso Christo spiritali dilectione copulatur, vxor, quia per eius gratiam ad multorum filiorum procreationem foecundatur. Et

Cur Sancta Ecclesia sponsa dicitur & vxor.

sustulit me in spiritu, multo videlicet sublimius, quam fueram primus. In montem magnum, & altum, quia magna erant, & alta, quae mihi erant ostenda. Magna, propter vniuersam glorificandorum multitudinem, alta propter possidendi boni sublimitatem. Et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de caelo, ostendit valde scilicet excellentem quam eam videram prius. A Deo habentem claritatem Dei, nemo enim se habebit claritatem, quam in caelesti beatitudine possidebit, habetem claritatem Dei, quemadmodum ferrum dum in igne mittitur in igne, & ab igne coloratur, & ignis quidem speciem sumit, sed a se non habet quod accipit, ita sancta mater Ecclesia clarescet in beatitudine, aeternae diuinitatis illustrata fulgore. Actimet ergo qui potest, quanta, quamque iucunda concors & indissolubilis erit creaturae humanae, creatorisque vnica coniunctio, vbi claritas quam Creator habet per plenitudinem, creaturae dabitur per plenitudinis participationem, quam ille habet per naturam, huic dabitur habere per gratiam. Cuius claritatis gloriam expressius designat inferius ostendens quod illo lumine illustrabitur, quae dilectus filius patris eiusdem sponse gloriose sponsum suum hominem assumptum glorificatur. Nam sequitur. Lumen eius simile lapidi precioso. Lapis nimirum preciosus recte dicitur Christus. Lapis, quia immortalitate indissolubilis, preciosus, quia forma praefiliis hominum speciosus. Lumen ergo sanctae civitatis supernae simile describitur lapidi precioso, quia sancta iustorum vniuersitas in futuro saeculo claritate diuinitatis contemplatae perlustrata similitur Christo. Haec facta Dei, cohaeres autem Christi. Sancta itaque superna ciuitas claritatem habebit Dei ad similitudinem Christi, non tamen tantam quantum ille, quia quemadmodum membra caput excellit, & sponsum sponsa dignitate praecedit, sic homo a verbo assumptus, verbo vnitus, qui peccatum non fecit, in cuius ore non est dolus inuentus, qui est omnibus obtemperantibus causa salutis factus, gloria claritatis vniuersis incomparabiliter eminebit. Sequitur. Tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum iaspis viret, crystallum claret. Christus iaspis, Christus crystallus, Christus iaspis, quia executione paternae voluntatis nequaquam deficiens immarcescibilis viruit, Christus crystallus, quia ex mortuis resurgens gloria immortalitatis clarus effulset. Sancta igitur civitatis lumen simile erit lapidi precioso, id est Christo, & tanquam lapidi iaspidis sicut crystallum, quia in caelesti patria cum Christo virebit bono immarcescibilis aeternitatis, & fulgebit dono indissolubilis immortalitatis. Septimus ergo angelus, praedicatorum ordo vniuersus, sponsa agni, ecclesia Christi, claritas sponsae, glorificatio Ecclesiae, lumen simile precioso lapidi, similitudo claritatis Christi. Similes enim ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.

Similitudo

Cur Christus dicitur lapis pretiosus.

Cur Iaspis

De muro Hierusalem, & portis, & angulis, & fundamentis eius. Cap. IIII.

Apoc. 21.

Et habebat murum magnum, & altum habens portas duodecim, & in portis anguli duodecim, & nomina scripta quae sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Descriptio superioris generaliter sanctae civitatis statu futuro & gloria, progreditur ad quaedam illius ornamenta singulariter describenda, ut quanto gloriosior demonstratur in singulis, tanto sublimius praediceatur & commendetur in vniuersis. Et habebat murum magnum & altum. Per murum magnum consensienter accipimus Christum qui ipsam sanctam Hierusalem vndique circumdat, & contra incursores daemones, & prauos homines, & vitia circumquaque nunc defendat. Qui bene quocumque magnus & altus perhibetur, quia magnus est per incomprehensibilitatem immensitatis, & infinitatem aeternitatis, & altus per exaltationem humanitatis, & sublimitatem maiestatis, habens portas duodecim. Per portas vero sanctos Apostolos intelligimus, per quorum fidem & doctrinam sanctam civitatem introimus. Quotquot enim hominum ad Christum conuertuntur, per ipsorum eruditionem sanctam Hierusalem ingrediuntur. Et in portis anguli duodecim. Anguli sunt minores quique & imperfectiores, & meritis occultiores. Qui bene in portis esse dicuntur, quia in praedicatione & doctrina sanctorum Apostolorum colliguntur. In muro nempe duodecim portae, & in portis duodecim sunt anguli, quia in praedicatione Christi collecti sunt duodecim Apostoli, & in praedicatione Apostolica vita minores & meritis occultiores vniuersi. Angulus namque occultum signat, & duodenarius vniuersitatem figurat, constat etenim ex ternario & quaternario alterutrum multiplicato, quorum ternarius propter sacramentum Trinitatis inuisibilium, quaternarius vero propter quattuor elementa visibilium forma est. Sed & ut Apostolos fidem Israeliticam gentis atque iustitiam in sua praedicatione doctrina & scriptis commendasse patenter ostendatur, apte subditur. Et nomina scripta sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Recte etenim in portis duodecim tribuum Israel nomina scripta memorantur, quia eorum merita per ipsos Apostolos in sacra pagina gloriosa fuisse praediceantur. Sequitur. Ab oriente portae tres, ab Aquilone portae tres, ab Austro portae tres, ab Occasu portae tres. Per orientem, iustos, qui fuerunt in principio mundi, per Aquilonem, eos qui ex gentilitate a bonis quondam frigidissimi sunt conuersi conuenienter accipere possumus. Per austrum vero antiquos iustos Iudaeos futuri Saluatoris fide calentes. Per occasum illos, qui in fine saeculi conuertentur intelligimus. Ab oriente ergo, ab Aquilone Austro, & occasu portae tres esse in ciuitate congrue narratur, quia quicumque ex praedictis gentibus saluantur, per

Per murum magnum quid.

Per Portas quid intelligatur.

Quid per orientem intelligatur.

Quid per Austrum.

sanctae Trinitatis fidem in quattuor mundi partibus Apostolica praedicatione diuulgatam, & confortatam iustificatur, alibi introitus nullus patet, quia aliunde nemo salutem habet. Per fidem sanctae Trinitatis etiam sancti antiqui introierunt, quamquam ipsius sacramentum ita reuelatum sicut nos nunc non habuerunt. Et quia redemptor noster ex Patriarchis carnis originem traxit, bene sequitur. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim. Murus quippe duodecim fundamenta habere sacra visio reuelauit, quia saluator qui suam Ecclesiam vndique munit, ex genere patrum carnem assumpsit. Sequitur. Et in ipsis duodecim nomina Apostolorum, & agni. Mirum est. Superius in portis quas Apostolos figurare diximus nomina duodecim tribuum Israel scripta legimus, hic in fundamentis in quibus duodecim Patriarchas, vel ipsas tribus ex Patriarchis progressas intelligimus, nomina duodecim Apostolorum & agni scripta reperimus. Mira ergo & antiquorum & modernorum in vna fide concordia. Nomina namque duodecim tribuum in Apostolis, & nomina duodecim Apostolorum scripta leguntur in duodecim tribubus sive Patriarchis, quia Apostoli fidem patrum de redemptione generis humani completam praedicaerunt, & patres Apostolos praedicanam fideliter crediderunt. Sed & hoc diligenter est notandum, quod nomen agni in fundamentis, non in portis legitur scriptum, quibus manifeste creditur exhibitur, sed in antiquis a quibus diu expectatum est exhibendum. Magna sunt ista beatae civitatis sacramenta, & totius diligentiae studio perscrutanda. Sed nos ex eis pauca perstringimus, & multa tuae prudentiae discutenda referuamus. Murus ergo Christus, portae Apostoli, anguli, sancti meritis occulti, vel etiam vita ab aliis remoti, oriens, homines primordiales, Aquilo, gentiles, Austro, Iudaei, occasus, vltimi iusti, duodecim fundamenta, patres antiqui.

De mensura eius. Cap. V.

Apoc. 21.

Et qui loquebatur mecum habebat mensuram auream, ut metiretur civitatem & portas eius & murum. Mensura rerum differentiam significat meritum. Superius vidit civitatem munitam & ornata, hic edocetur attendere alios ab aliis in sancta ciuitate meritis differre. Et diligenter intueendum, quod multa quae in descriptione sanctae civitatis ponuntur, magis ad sanctorum praesentia merita, quam ad futura praemia spectare probatur. Quamuis namque intentio prophetiae sit in hac visione supernum Beatae Hierusalem statum describere, quaedam tamen magnifica de praesentibus eius meritis non inconuenienter studet intimare, ut dum de sanctorum magnificis virtutibus erudimur, caelestia eorum praemia sublimiter admiremur. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundi-

Arunda aurea quae significet.



arundinem auream. Quid per arundinem auream aptius accipimus quam sacram scripturam? Angelus enim habet arundinem auream, quia sanctus doctorum chorus ad erudiendam plebem dominicam nullus habet scripturam Diuinam, Dei sapientia quæ per aurum figuratur composita, & fulgidam. Quæ scilicet scriptura est arundo per sonum prædicationis, & aurea, per fulgorem diuinæ cognitionis. Hanc Angelus habens ciuitatē metitur, quia doctorū auctoritas eā fide libus fin vniuersiūsq; capacitātē, & mensuram dispensat, & quātum vnusquisq; fin ipsam operetur, & proficiat studiosē considerat. Et dū auditorū conatum, fin suā doctrinā imicere videt de dilatione sanctæ ciuitatis mirabiliter, & multipliciter gaudet, & laborat in anteriora sermōnis arundinem protendere, vt adhuc sanctū ædificiū valeat dilatare. Vt metiretur ciuitatē, & portat eius, & murum. Per ciuitatē quæ speciali nomine designatur, plebem accipimus inferiorem, per portas sicut supra dictū est, Apostolos, quorum doctrina alii ingrediuntur ad fidem per murum, Christū, qui suos vndiq; munit, & ab hostiū incurſu defendit. Angelus ergo metitur ciuitatē, dum doctorū sagacitas subiectę plebis attendit possibilitatem, & fin virtutē capacitatis adhibet verbum prædicationis, & adhibito verbo profectū operis considerat, vt quātū se in supernæ ciuitatis ædificiū extendere possit patenter agnoscat. Portas etiā metitur, dum Apostolicā doctrinam introitum ciuitatis cœlestis esse manifestē cunctis protestatur. Metitur denique secundum aliquid murum, dum nostrum redemptorem, & defensorem Iesum Christum, prædicat Deum, & hominē verum. Sed & totius ciuitatis forma, & immobilis stabilitas perfectē describitur cū adiūgitur. Et ciuitas in quadro posita est. Longitudo eius tanta est, quanta & latitudo. Quatuor sunt latera ciuitatis sanctæ, fides, spes, charitas, operatio. Quæ æqualia sunt, quia quantum quisque credit tantum sperat, quantum sperat tantum diligit, quantum diligit, tantū operatur. In quadro igitur ciuitas posita est, robusta fide, longanimis spe, ampla charitate, effica opere. Vel quadrum illius.

Per ciuitatem.

Latera Ciuitatis Sanctæ.

Quadrum illius.

1. Corin. 6.

tem de aurea arundine per stadia, duodecim millia. Stadium est longitudo itineris, in quo curritur vt brauium acquiratur. Vnde Apostolus. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Duodenarius

autem vniuersitatem signat, millenarius vero perfectiorem. Angelus itaq; & quemadmodum supradictum est metitur ciuitatem, quoties solum doctorum prudentia minorum considerans capacitatem, & pro capacitate eis adhibet prædicationem, & diligenter attendit quantum per bonam conuersationem extendatur in supernæ ciuitatis constructionem. Sed hæc mensura per stadia, duodecim millia protendi rectē perhibetur, vt & ipsos ad æternæ beatitudinis brauium tendere, & vniuersos suæ perfectionis plenitudinem habere patenter ostendatur. Nam & si perfectorum meritis nequeant cœquari, eos tamen non pigritantur perfectē fin suam virtutem imitari. Aliter. Angelus ciuitatem de aurea arundine per stadia duodecim millia metitur, quia doctorum auctoritas etiam minores ad brauium æternæ remunerationis currentes, Apostolicam doctrinam ex verbis sacræ scripturæ perfectē secundum vires suas cōsummare attestatur. Duodenarius quippe Apostolicam doctrinam significat, & millenarius perfectionem figurat. Et eiusmodi quidem verba multis sensibus exponere possemus, quæ tamen causa breuitatis raptim tangenda iudicamus. Sed quia superius vbi beatæ ciuitatis longitudinem, & latitudinem per quadrum descripsit, de altitudine eius nihil dixit, longitudinem, & latitudinem illius nūc repetens etiam altitudinem describit dicens.

Longitudo, latitudo, et altitudo eius æqualia sunt. Longitudo, fides, altitudo, spes, latitudo, charitas. Quæ æqualia sunt, quia quantum quisque credit tantum sperat, quantum sperat tantum diligit. Nec mireris, qd̄ superius spes pro vno ciuitatis latere ponitur, & hic per eam ipsius altitudinem figuramus, quia vna, & eadem res in sacro eloquio sæpe multis intellectibus seruit. Vnde & per spem quæ ad futura longanimiter expectanda protenditur, & superna concupiscenda sublimiter eleuatur, adiuncta fide charitatem, bona actione cœlestis ædificiū quadrata dispositio, superius conuenienter ordinatur, & hic illius altitudo congruē figuratur. Superius denique vbi scriptum est, ciuitas in quadro posita est, dicimus fidem, & spem quæ ad futura extenduntur longitudinem, charitatem vero, & bonam actionem quæ ad proximum dextrorsum, & sinistrorsum distenduntur latitudinem perficere. Hic autem vbi additur longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt, solam fidem longitudinem, spem altitudinem, charitatem latitudinem consummare. In quo mirabilis sacræ scripturæ virtus apparet, quod se earundem rerum sensibus ad diuersæ significationis modū variare potest. Sequitur. Et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est Angeli. Superius dixit murum, hic dicit muros. Habet nimirum Hierusalem nostra murum, quia defensorē habet Christum, habet muros, quia habet mun-

Angelus quic modo metat ciuitatem.

Vel aliter.

Quæ sit longitudo, latitudo, & altitudo ciuitatis Hierusalem.

Hæc tria cur sunt æqualia.

Cur hic dicitur Angelus metere muros, & superius murum.

tores Doctores & rectores Ecclesiasticos. Quorum mensura perfectē declaratur cum dicitur. Et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum mensura hominis est Angeli. Centenarius significat perfectionem, quadragenarius qui ex quater decem confurgit, quatuor Euangeliorum & decalogi completionem, quaternarius quatuor principalium virtutum exercitationem, cubitus operationem. Muri igitur Hierusalem centum quadraginta quatuor cubitos habent, quia sanctæ ecclesiæ defensores perfectæ operatione præcepta quatuor Euangeliorum, atq; decalogum cum exercitatione quatuor principalium virtutum complent. Et hæc est hominis mensura, quia hæc est omnis iustitia. Nec est vilis, ucc contemnenda tanta talisq; mensura. Per eam nimirum homo in se iustificatur, per eam Angelo socialiter cœquatur. Propterea dicitur mensura hominis quæ est Angeli. Hæc etenim mensura hominis esse mensura Angeli affirmatur, quia per hanc homo reparatus in mundo, Angelo in cælo sociatur. Loquens ergo cum Sancto Ioanne Angelus, est sanctorū Doctorum chorus, arundo aurea scriptura, ciuitatis quadratura, firma & immobilis sanctæ Ecclesiæ constantia, duodecim millia stadia per quæ ciuitas est mensurata, Apostolica doctrina perfectē impleta a minori Ecclesia tendente ad præmia superna, muri ciuitatis, defensores ecclesiastici, mensura murorum, iustitia defensorum ecclesiasticorum in perfecta operatione Euangelicorū & legalium præceptorum, & exercitatione quatuor principalium virtutum.

De qualitate muri, et fundamentorum, et portarum eius. Cap. XI.

Apoca. 21. **E**T erat structura muri eius ex lapide iaspide; Ipsa vero ciuitas aurum mundum, similis viro mundo. Dixit superius se vidisse ciuitatem & murum, siue muros eius, portas eius, & fundamenta eius, & hæc omnia inter se differre, & alia ab aliis distare. Hic vero exequitur & ostendit qualis sit murus, qualis ciuitas, qualia fundamenta, quales portæ. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide. Murus Christus, structura muri, conjunctio uerbi & hominis assumpti. Quæ recte dicitur esse ex lapide iaspide, quia firmiter & indissolubiliter permanent in vnitatem personæ. Quæ etiam structura non ex quocumque lapide perhibetur esse, sed ex iaspide, qui vireſcit, quia Christus virore nobis immarcescibilis æternitatis repromittit. Ipsa vero ciuitas aurum mundū similis vitro mundo. Superius monstratum est nomine ciuitatis minorem Ecclesiam figurari. Est itaque ciuitas aurum mundum similis vitro mundo, quia sancta ecclesia est in suis minoribus electis velut aurū rutilat fulgore Diuinæ cognitionis, & lucet sicut vitrum puritate confessionis. Vitrum nullas in se sordes celat & sancta electorū

simplicitas sua peccata maioribus purē reuelat, vtrumque vero & aurum & vitrum mundum dicitur, vt vtriusque virtutis puritas & perfectio designetur. Sequitur. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fundamentum primum iaspis, secundum saphirus, tertium calcedonius, quartum smaragdus, quintum sardonius, sextum sardus, septimum chrysolitus, octauum beryllus, nonum topazium, decimum chrisopassus, vndecimum hyacinthus, duodecimum ametistus. Post murum & ciuitatem, ad fundamenta muri procedit, & eorum pulchritudine sub figura prædictorum lapidum multiformiter describit. Dicimus autem per fundamenta muri duodecim Patriarchas, vel potius alios sanctos veteris testamenti qui per Patriarchas figurantur significari, qui verē omni lapide precioso ornati sunt, quia & suis temporibus omni genere virtutum firmiter effulserunt, & post se imitatores ipsarum virtutum reliquerunt. Ipsi sunt ergo fundamenta muri, ipsi lapides preciosi, quia & ex eorum genere sumptus Christus carnem, & ipsi claruerunt per multiplicem virtutum fulgorem. Quas etiā virtutes per ordinem sub figura preciosorum lapidum describit, & eorum pulchritudinem mirabiliter ostendit. Fundamentum primum iaspis, id est in fundamento primum ponitur iaspis, qui quia viret, omnium bonorum virens germen signat fidem. Saphirus quia cælo sereno similis est, cœlestium bonorum signat spem. Calcedonius quia quali palleus ignis lucernæ lucret, signat charitatem. Smaragdus quia & ipse viret, virentem bonæ actionis exprimit inchoationem. Sardonius quia inferius nigrescit, humilitatem. Sardius qui rubet passionem, Chrysolitus qui scintillas emicat ardentem, miraculorum designat operationem. Beryllus qui manum tenentis vrit, designat in proximo ex bono exemplo iustitiæ accensionem. Topazius aurei & etherei coloris omnibus gemmis preciosior, designat contemplationem. Chrisopassus viridis, desiderium figurat nunquam marcescentis æternitatis. Hyacinthus qui cum aere mutatur, cum sereno serenus, cum nubilo nubilus, virtutem fraternæ condescensionis. Ametistus purpureus, dignitatem regni cœlestis. Qui omnes designato ordine disponuntur, quia sanctorum virtutes non cōfuse sed ordinate esse, & pulchrē dispositione cognoscuntur. Si quis autem prædictorum lapidum dispositionem voluerit subtilius considerare, non minimam doctrinam in ea poterit inuenire. Primus etenim ponitur iaspis, qui significat fidem, quia fides omnium principium est & origo virtutum. Secundus ponitur saphirus, qui significat spem, quia spes secundum locum habet post fidem. Tertius calcedonius, qui significat charitatem additur, quia tertio loco trium principalium virtutum charitas ordinatur. Quartus est smaragdus, qui significat boni operis virentem inchoationem, quia iustum est, vt qui fide

Quid significet hi omnes lapides. Calcedonius Smaragdus.

Chrysolitus qui scintillas emicat ardentem, miraculorum designat operationem. Beryllus.

Topazius.

Quid significet iaspis Saphirus, &c.



fide spe charitate pollet, in fructu eas boni operis proferre labore. Quantus est sardonius siue sardonix, qui per suae patris inferioris nigredine exprimit humilitatem, quia congruum est ut qui bonum opus proferre laborat non superbire, sed magis humiliari contendant. Sextus sardius, quia sanguineo colore signat passionem, quia quibus tribus primis virtutibus nitet, qui bonum cum humilitate operatur, necesse est ut multa aduersa multoties patiantur. Septimus est chrisolitus, qui scintillas emittit, & claritatem miraculorum exprimit, quia qui pro Christo mala patitur, virtute miraculorum nonnunquam clarificatur. Octauus est beryllus, qui manum se tenentis vitit, quia talis ac tantus homo non solum sibi proficit, sed & alios multoties ad iustitiam accendit. Nonus est topazius aurei, & aetherei coloris, qui signat bonorum caelestium contemplationem, quia qui supradictis bonis decoratur, ad caelestia bona contemplanda merito sublimiter eleuatur. Decimus est crisopallus, qui per virorem desiderium signat virentis eternitatis, quia iustus postquam aeterna gaudia per contemplationem conspicit; ad haec possidenda totis desiderijs inardescit. Undecimus est hyacinthus, qui cum aere mutatur, per quem virtus fraternae condescensionis figuratur, quia nimirum misericordiae, & copationis visceribus abundat quisquis contemplat eternitatis desiderijs flagrat. Duodecimus sequitur amethystus, qui purpureo colore regiam dignitatem designat, quia qui supradictis bonis enitescit, potenter semetipsum, & alios regere nouit, & ad supernae dignitatis brauium pertingere votis omnibus concupiscit. Recte ergo supradicti lapides tali ordine disponuntur, quia sanctorum virtutes per eos designate succedenter sibi (sicut monstratum est) apte connectuntur. Sunt & aliae proprietates siue colores quae praedictis gemis inesse probantur, quibus omnibus sanctorum merita multiformiter figurantur. Sed nos ista sub breuitate transcurramus, ut non studioso lectori in legendo fastidium aliqua prolixitate generemus. Sancti itaque patriarchae, vel quilibet alii sancti veteris testamenti ex ipsis procreati, per ipsos signati, ipsi inquam sunt fundamenta muri, quia ex ipsis sumpsit Christus carnis originem. Ipsi sunt lapides, per sacrae fidei firmitatem, ipsi sunt preciosi, per iustitiae claritatem. Et ut eandem fidei firmitatem, & iustitiae claritatem Apostolos, & Apostolorum imitatores habuisse demonstratur, apte subditur. Et duodecim portae duodecim margaritae sunt per singulas, id est in vnaquaque porta duodecim margaritae. Et singulae portae erant ex singulis margaritis. Portae sunt Apostoli, quia per ipsorum doctrinam habemus ingressum regni, in quibus singulis duodecim margaritae esse referuntur, quia ex quatuor partibus mundi ad fidem sanctae trinitatis, per Apostolorum duodecim doctrinam, co-

Quis no-  
uit bene,  
& se & alios  
regere

Portae quae  
significet

rum in fide, & iustitia sequaces colliguntur. In singulis quippe portis duodecim sunt margaritae, quia per salutiferam Apostolorum doctrinam, per quatuor climata mundi ad vnam sanctam & indiuiduam Trinitatem, per credulitatis fidem diuersae fidelium animae eorundem Apostolorum imitatores sunt collectae. Quae idcirco in portis esse dicuntur, quae per sanctorum Apostolorum doctrinam sanctam ciuitatem ingrediuntur. Et hoc est quod dicitur. Et duodecim portae, duodecim margaritae sunt per singulas. Per portas etenim sunt margaritae, quia per Apostolorum doctrinam saluantur fideles animae, per fidem firmam, per iustitiam lucidae. Et quia nisi ipsi Sancti Apostoli margaritae essent, alios margaritas facere vel continere nec possent nec deberent, recte additur. Et singulae portae erant ex singulis margaritis. Ex singulis nimirum margaritis singulae portae sunt, quia Sancti Apostoli in semetipsis fide firmi extiterunt, & fulgore iustitiae longe lateque claruerunt. Fulgent itaque fundamenta muri, & portae ciuitatis ex semetipsis, fulgent & ex iustis sibi margaritis, quia patriarchae, & Apostoli in se fulgent per propriam virtutem, & in suis sequacibus fulgent per eiusdem virtutis imitationem. Et magnum quidem ac laude dignum est aliquem in semetipso tantum dono boni caelestis micare, sed valde laudabilius est etiam in proximis per eiusdem boni transfusionem coruscare. Sequitur: *Et platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum.* Platea ciuitatis sunt sancti inferiores, rebus mundanis laxius, remissius, & licentius vtentes. Qui & si plateae sunt per laxiorem viuendi remissionem, recti tamen sunt per bonam intentionem, quia quamuis eos aliquantum humiliet, & distendit necessitas vitae praesentis, rectitudo tamen dirigit bonae intentionis. Qui bene dicuntur aurum mundum, quia tanquam aurum mundum luce claritatis intimae flagrant, & tanquam vitrum perlucidum, quia nullas in se sordium maculas celant, aurum ergo sunt per flammam intus ardentis charitatis, tanquam vitrum perlucidum, per puritatem foras procedentis, & patetis confessionis. Cum igitur tanta sit pulchritudo minorum, & inferiorum, quis aestimare poterit pulchritudinem maiorum, & superiorum? Postquam denique in praecedentibus qualiter muri fundamentorum, portarum sanctae ciuitatis sanctus Theologus perfecte descripsit, ad eiusdem ciuitatis quaedam futura, & aeterna bona, per remotionem, & priuationem temporalium insinuanda procedit. Unde sequitur. *Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus. Et ciuitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius agnus est.* Templum in ea non vidi, quia hic solummodo locus oblationis & orationis est, quae ibi locum non habebunt. Dominus enim Deus omnipotens templum illius

Margaritae

Platea

Quare sunt  
rectae plateae

Cur dicantur  
aurum mundum

Ius est, & agnus, id est omnimoda sanctificatio, & totius petitionis permanens exhibitio, sed subtiliter notandum, quod ferè vbiq; cum Diuinitate humanitatem nomine agni commemorat, ut vtraque natura in redemptore diligitur, & vtrique communis & vniuersae gratia referatur. Et ciuitas non eget, id est non egebit sole, neque luna ut luceant in ea. Nam claritas Dei, claritas scilicet sanctae Trinitatis illuminabit eam. Et lucerna eius agnus est, humanitas videlicet continens deitatem ad aliorum illuminationem. Nunc itaque eget sancta ciuitas lumine solis, & lunae, & caeteris multis quae illi modo sunt necessaria, quae si tunc ibi essent vbi ipsa erit, essent superflua. Erunt tamen sol & luna, & lucebunt multo clarius quam modo, ad laudem & gloriam illius qui talia potuit creare, & creatam in meliorem statum renouare. Sequitur: *Et ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terrae afferent gloriam suam & honorem in illam.* Per gentes recte intelliguntur subiecti, per reges praelati. Gentes ergo in lumine eius ambulabunt, quia electi quique qui nunc pro amore patriae caelestis maioribus subiciuntur, tunc in aeterna illius claritate libere gaudebunt. Aliter. In lumine eius ambulabunt, quia futuram illius claritatem modo sperando, ad illam sub studio vitae praesentis totis visibus laborarunt. Et non tantum gentes, id est subiecti, verum etiam reges terrae, id est praelati, qui non tantum se, sed & alios in hac terrenitate afferent ad similitudinem viduorum, qui spolia in suas vrbes ferunt, afferent inquam gloriam suam, & honorem, gloriamque exhibita bona conscientia, & honorem exhibitu sibi a subiecta familia, haec afferent in illa, quae in fine mundi, in die iudicii, in resurrectione vniuersali, cum sibi commissis habitatione ingredientur supernam. Istit etenim & aliis innumeris bonis sancta caelestis ciuitas ditabitur, & decorabitur, quia ad illius pulchritudinem & ornatum transferretur totum quod nunc vnusquisque iustus operatur. Sequitur: *Et portae eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illis. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum faciens abominationem, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitae & agni.* Omnia ista ad futurum beatae ciuitatis statum, non ad praesentem spectare probantur. Et portae eius non claudentur per diem. Hic clauduntur portae ciuitatis Hierusalem, quando vel praedicatio iustae subtrahitur, vel aliquis pro culpa sua ab introitu Ecclesiae arcetur. Quod tunc penitus non erit, quia nec ista, nec illa deinceps locum habebit. Quare autem portas eius non dixerit etiam per noctem non claudendas, sicut ait non esse claudendas per diem, ipse declarat dicens. Nox enim non erit illis, non enim illic erit nox ista temporis, vbi micabit aeternaliter immensus fulgor Deitatis. Sed & si secundum intelligentiam spiritalem accipiamus noctem, certe non erit illic nox ul-

Gentes quae  
significet

Gentes in  
lumine am-  
bulabunt

la, quia nec culpa erit, nec poena. O quam clara, quam solennis erit dies illa quam faciet Dominus, dies illa nostri doloris terminus. Quis illius deificam claritatem possit nunc, vel sensu comprehendere, vel verbo declarare, quae tunc erit in caelo cum aere purificato, lunam tunc tanquam solem, solem vero legamus septemplexiter quam septem dies fulsurum in mundo? Cum igitur tantam claritatem visibilium & corporalium luminarium tunc futuram & fulsuram aestimemus in hac fabrica mundana, quis valeat immensa & aeternae Deitatis splendorem adhuc in huius vitae caecitate positis comprehendere, quo tunc perultrabitur ciuitas illa superna? Fide ergo credamus quod comprehendere sensu non sufficimus, ut vel sic ad contemplandam illam claritatem quandoque perueniamus. Ciuitatis denique supernae mirabile bonum latius adhuc describitur, cum adiungitur. *Et afferent gloriam & honorem gentium in illam.* Supradicti nempe reges, sancti videlicet praelati, afferent gloriam & honorem gentium in illam, id est ipsas gentes testimonio bonae conscientiae interitus gloriosae exhibitione boni operis exterius honorandas, in illam, quando finito mundi termino vnusquisque bonus rector gentem sibi modo commissam inducet in supernae habitationis mansionem aeternam. Sed quia bonis intrantibus ad beatitudinem, mali foris relinquuntur ad damnationem, congrue subditur. *Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, etiam per consensum tantum in cogitatione, vel faciens abominationem in actione, & mendacium in locutione.* Modo intrat in mundum, malus cum bono, mendax cum veridico. Tunc nequaquam intrabit quicumque se modo male viuendo corrumpit. Soli etenim tunc intrabunt qui modo recta sequendo Diuina praecipia custodiunt. Unde & dicitur. *Nisi qui scripti sunt in libro vitae & agni.* In libro nimirum vitae illi soli scripti sunt, qui per gratiam ad gloriam pertingunt. Qui liber vitae agni dicitur esse, quia bonum caeleste quod Diuinitas iustis tribuendum praedestinauit, humanitas dispensabit. Murus ergo Christus, fundamenta muri, patriarchae, portae ciuitatis, Apostoli, lapides, virtutes, splendor lapidum, exemplum virtutum, platea ciuitatis inferiores sancti licentius vtentes rebus mundanis, aurum, fulgor charitatis, vitrum, puritas confessionis.

De admirabili  
claritate  
illius ciuitatis

In mundo  
hoc mixti  
sunt boni  
cum malis

Qui in illa  
ciuitatem  
intrabunt

De fluuio aquae vitae, & ligno vitae, et fructu eius.  
Cap. VII.

ET ostendit mihi fluuium aquae vitae splendendum tanquam cristallum procedentem a sede Dei & agni. In medio plateae eius ex vtraque parte fluminis lignum vitae, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. Et folia ligni ad sanitatem gentium. Pulcherrimam esse ciuitatem supernam superius, murum siue

Apoca. 22.

siue muros eius, portas, angulos, fundamenta, longitudinem quoque, & latitudinem, & altitudinem illius describendo demonstrat, nunc in hoc capitulo quibus quantisque, & in presenti statu, & in futuro sit referta consequenter ostendit. Et ostendit mihi Angelus (scilicet qui mecum loquebatur) fluuium aquae viuae, splendidum tanquam cristallum procedentem a sede Dei, & agni. Fluuius est gratia spiritus sancti, cuius impetus laetificat ciuitatem Dei. Quae recte fluuius comparatur, quia singulas generationes rigando post vnam in alteram fluit, & si aliquando aliquibus subtrahitur angustetur, aliis tamen participando per aliquos fluere nunquam desinit. Quae etiam bene assimilatur aquae viuae, quia aqua reficit, viuae, quia nunquam deficit. Aquae, quia abluunt, viuae, quia semper fluit. Quae est quoque tanquam cristallum splendidum, quia in his quos illustrando, irrigat, velut splens cristallus micat. Quae denique a sede Dei, & agni procedere congrue dicitur, quia a perfectis ecclesiae, & doctis rectoribus in quibus Deus resistendo regnat, & alios iuste gubernat, quotidie deriuata ministratur. In medio plateae eius, i. ciuitatis ex vtraque parte fluminis lignum vitae. Per plateam diximus superius inferiores significari, quibus licet rebus mundanis liberius uti, qui quemadmodum inferiores sunt in mundo, ita inferiores erunt in caelo. Sicut inferiores sunt in merito, ita in praemio, vnusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Quamdiu vero in hac vita sumus, citra fluuium sumus, quia gratia desuper datur per quam genus humanum iustificatur. Qui autem iam per primam stolam glorificati sunt, vltra fluuium sunt, quia iam perfecte iustificati non indigent iustificari quibus etiam ipsum conditorem facie ad faciem iam datum est contemplari. Lignum quoque vitae est Christus, quia quibus semetipsum cibum tribuit vitam in perpetua immortalitate custodit, afferens fructus duodecim. Per duodecim denique fructus, duodenariam accipimus sanctorum Apostolorum doctrinam. Lignum vero vitae est in medio plateae ciuitatis, ex vtraque parte fluuius afferens fructus duodecim, quia Christus omnibus electis non solum maioribus, sed & minoribus, & in mundo, & in caelo semetipsum refectioem tribuit, quam videlicet refectioem Apostolica auctoritas in mundo ad iustitiam, in caelo exhiberi ad gloriae praedicationem. Reficit enim Christus suos in mundo corporis, & sanguinis sui participatione, reficit eos in caelo perpetua diuinitatis, & humanitatis suae contemplatione. Ex vtraque ergo parte fluminis lignum vitae profert fructum citra iustitiam, vltra gloriae. Citra quippe pascendo facit iustos, vltra pascendo facit beatos. Qui hic fructu iustitiae non reficitur, illic fructu gloriae non saturatur. Et ut Christum suos incessanter pascere cognoscamus, recte subditur. Per singulos menses reddens fructum. Per singulos etc

Quid sit fluuius. Cur gratia fluuius comparatur.

Cur platea aquae viuae

Lignum vitae quid.

Quid ex utraque parte fluminis significat.

Per singulos menses reddet fructum.

nim menses lignum vitae fructum reddit, quia Christus electos suos continet, & sine omni intermissione in mundo, & in caelo pascit. Et folia ligni ad sanitatem gentium. Folia ligni praeparata Christi. Protegunt & ornant folia, protegunt & ornant praeparata. Quae videlicet praeparata bene dicuntur esse ad sanitatem gentium, quia si auxiliante gratia impleantur, iustificationem operantur animarum. Qui enim iustificatur, ipse sanatur. Sed ut denique ciuitatem sanctam in statu futuro circa quam maxime versatur scriptoris intentio non dubitemus ab omni malo liberam, omni bono repletam, consequenter adiungit. *Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes Dei, & agni in illa erit. Et serui eius seruient ei, & videbunt faciem eius, & nomen eius in fronti bus eorum. Et vox vltra non erit, & non egebunt lumine lucernae, neque lumine solis, quoniam dominus Deus illuminabit eos, & regnabunt in saecula saeculorum.* Omne quippe bonum quanto minus a presenti malo liberat, tanto amplius a suo perfectione sui minuit. Vt ergo ciuitatis supernae bonum perfectum consummatumque in statu caelesti ostendatur, in his verbis quae proposita sunt a malo libera, bono repleta demonstratur. In hoc etenim quod dicitur omne maledictum non erit amplius declaratur a malo libera, in his vero quae sequuntur, bonis referta. Omne maledictum non erit, quia non erit culpa, non erit poena. Sedes autem Dei, & agni in illa erit, quia sancta, & indiuidua Trinitas, & verus coniuncta humanitas in illo residendo sine fine regnabit. Et serui eius, id est omnes electi, liberè seruiens ei, non timore vel formidine sicut multoties modo, sed summa, & perfecta dilectione & securitate eius laudem vocibus intimi amoris conclamando. Et videbunt faciem eius immediate, non in enigmate, quemadmodum nunc, sed sicuti est. Et nomen eius erit (subaudi) scriptum in eis, quia vocabuntur filii Dei, & agni, & in frontibus eorum erit scriptum, id est in aperto, sicut manifestè confessi sunt. Et vox vltra non erit. i. aliqua ignorantia, & non egebunt lumine lucernae neque lumine solis, quia non egebunt ministerio minoris vel maioris luminis. Vel secundum spiritalem intelligentiam non egebunt lumine lucernae neque lumine solis, quia non egebunt doctrina veteris vel noue legis, vel doctrina cuiuslibet mediocris vel summi doctoris. Causam quoque quare non egebunt subiungit dicens. Quoniam dominus Deus illuminabit illos, quod ad egere aliorum luminis penitus repugnat, quia Deus perfecte beatos illuminat, nec in eis illuminandum quicquam referuat. Et regnabunt, quia regnanti inhaerebunt, in saecula saeculorum. i. in aeternum. Fluuius ergo est gratia spiritalis, ceterior pars status vite presentis, vltior, status vite caelestis, lignum vitae, Christus, ex vtraque parte fructus exhibitio, corporis, & sanguinis Christi participatio in mundo, & diuinitatis eius, & humanitatis contemplatio in caelo, folia li-

Quae nam sunt folia ligni, quae dicuntur, esse ad sanitatem gentium.

Omne bonum quanto minus a presenti modo liberatur, tanto amplius a suo perfectione sui minuitur. Cur maledictum ibi non erit.

Non erit vox scilicet ignorantiae.

Quid sit non egebunt lumine solis, & lucernae.

lia ligni, praeparata Christi, sanitas gentium, iustificatio animarum. Et bene post fructum de foliis addidit, quia nihil prodest corpus, & sanguinem Christi sumere, nisi praeparata ipsius studeas adimplere. Et quidem cuncta quae ad pulchritudinem & laudem sanctae ciuitatis, immo omnia quae ad totius prophetae libri huius consummationem pertinent, in his quae supra dicta sunt sufficienter executi videntur. Nam quae sequuntur ad libri commendationem, & ad audientis verba libri ipsius contestationem, ne quis scilicet apponere vel minuere quicquam in ipso praesumat, maxime spectare probantur.

De triplici commendatione libri huius, Cap. VIII.

Et dixit mihi, Haec verba fidelissima sunt, & vera. Et dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis quae oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Executis superius cunctis quae ad descriptionem gloriosae ciuitatis referri creduntur, ac potius omnibus quae ad completionem prophetae libri huius spectant in his quae a principio libri usque huc continentur consummatis, adiungit libri ipsius commendationem, eum roborans, & firmans auctoritate triplici, auctoritate videlicet Angeli secum loquentis, & auctoritate sui, & auctoritate Christi. Et dixit mihi scilicet Angelus qui mihi caetera ostendit. Haec verba fidelissima sunt, & vera. Fidelissima, quia quae credenda sunt fideliter ostendit. Vera sunt, quia sine mendacio complebuntur cuncta quae dicuntur. Et verè fidelissima, & vera, & omni fide suscipienda, quia etiam angelico ministerio manifestata. Vnde & ipse Angelus de semetipso dicit. Et dñs Deus spirituum prophetarum. i. dñs Deus qui dat spiritum prophetandi prophetis, misit Angelum scilicet me, ostendere seruis suis quae oportet fieri cito, ostendere seruis suis non Iudaeis incredulis, non seuis tyrannis, non superbis philosophis, quae oportet fieri cito, quia cito sunt explenda, nec remanere possunt inexplata. Et quae verè, & cito sunt consummanda cuncta quae in hoc libro continentur probat, ipsum Christum introducendo loquentem, & festinationem sui aduentus quo cuncta complebuntur attestantem. Nam subdit. *Ecce venio velociter.* Quia nimirum nequaquam tardabit venire, nequaquam tardabit quae in aduentu ipsius consummanda sunt adimplere. Quemadmodum vero in principio sic, & in fine libri promissionem beatitudinis captat benevolentiam auditorum, & inuitat ad caelestium sublimitatem praemiorum dicens: *Beatus qui custodit verba libri huius.* Sed & valde commendabile est, quod dicit, qui custodit. Nihil etenim prodest ad cognitionem veritatis legendum vel audiendum pertingere, nisi bene viuendo totis viribus labores cognita custodire. Solus quippe ad beatitudinem peruenit, qui non

Seruis suis ostendet dominus quae oportet fieri cito.

Cur dicat qui custodit. Qui ad beatitudinem peruenit.

solum per memoriam, sed & per vitam sacrae paginae praeparata custodit. Caeteris ergo libri huius prophetia omnibus modis est credenda, quia Angelico ministerio reuelata, Angelica auctoritate commendata, & omni studio, & intentione custodienda, quia promittit praemia aeterna. Quae non tantum attestazione commendatur Angeli, verum & testimonio ipsius sancti Theologi. Sequitur. *Et ego Ioannes qui audiui, & vidi haec.* Qui audiui voces, vidi figuras. Ego Ioannes, quasi diceret. Non tantum Angelus, sed & ego Ioannes vester magister, non quilibet haereticus, vester amicus, non quilibet extraneus, ego cum ipso, & post ipsum Angelum studeo vobis hanc prophetiam commendare, qui nihil falsum vobis soleo nunciare. Sequitur. *Et postquam audissem, & vidi, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli qui mihi haec ostendebat. Et dixit mihi, Vide ne feceris. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba libri huius. Deum adora.* Mirum videtur, quod sanctus Ioannes ad pedes Angeli iterum cecidit, & iterum eum adorare voluit, cum superius hoc ipsum facere voluerit, & statim ab Angelo prohibitus sit. Sed quia sanctus ad caelestia bona contemplanda, & maiorem sanctae ciuitatis gloriam secum futurum statum eius speculandam, valde sublimius in hac vltima visione quam prius eleuatus fuerat, forte praestupore & admiratione tantae, & supermundanae pulchritudinis praemissa prohibitio a mente illius exciderat. Vnde & hic aptè subditur. Et postquam vidi, & audissem tam mirabilem videlicet, & incomparabilem sanctae ciuitatis decorem ac iucunditatem, post admirationem stupefactus, & prioris prohibitionis oblitus cecidi vt adorarem ante pedes Angeli qui mihi haec ostendebat. Vel certe iterum ante Angelum cadens iterum eum adorare volens nobis per hanc iterationem innuit quantam humiliationem, quantam venerationem nostris praelatis quorum verbo vel ministerio gratia nobis spiritalis conferri debeamus exhibere, dum ipse Angelum spiritalia, & caelestia bona sibi demonstrantem etiam prohibitus voluit adorare. Sed & ipsi sancti praelati dum eis caput inclinamus, non propter se, sed propter Deum volunt sibi exhiberi honorè hunc quo eos veneramus. Vnde & bene Angelus qui se adorare Theologum prohibuit, post prohibitionem adiecit. Deum adora. Debemus ergo magna reuerentia, & solertia nosmetipsos coram illis, qui nobis praelati sunt exemplo beati Ioannis humiliare, quia dum eis inclinamur, non tam ipsos quam in ipsis Deum veneramus. Sed & ipsi apud se ex impenso honore non debent extolli, sed magis humiliari. Quod & Angelus subtiliter innuit, vbi dicit. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Vbi autem postquam dixit conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, adiecit prophetarum, & eorum qui seruant ver-

Cur D. Iohannes ad pedes Angeli ceciderit.

Vel aliter intelligi potest.







scientiam capiunt, sed hæc aliis ministrare contē-  
nunt. Isti ergo in hoc verbo reprehensibiles ef-  
se probantur, quia bonum quod per eos aliis re-  
uelari debuisset, in ipsis occultatur. Sed ne is  
qui inuitatur vel magnitudine peccatorum terri-  
tus, vel aliqua pusillanimitate præpeditus ad su-  
perni boni plenitudinem venire pertimescat: ad  
ipsum corroborandum ut de eodem bono con-  
sequendo fiduciam sumat, bene additur. *Qui si-  
rit veniat: qui si rit idest qui conuersionis habet  
voluntatem, veniat per conuersionem, subaudi-  
securus de venia, accipiat sacramenta, & gratis  
remittentur ei peccata. Quod etiam apertius in-  
nuatur, cum subditur. Qui vult accipiat aquam  
vitæ gratis, aquam vitæ idest gratiam viuifican-  
tem, gratis, quia absque meritis humanis, in gra-  
tia quippe quæ prima datur meritum accipien-  
tis non opitulatur, in gratia quæ iam bene ope-  
ranti ut melius operetur confertur, meritum o-  
perantis & accipientis non excluditur. Humana  
nempe actio quemadmodum absque gratia  
inutilis est, ita cum gratia semper prodest. Pri-  
mū igitur gratia nobis datur, quæ deinceps me-  
rito nostro vtrumque cooperante nobis multipli-  
cat. Sed & si quis (ut multoties cōtigisse vel cōtin-  
gere posse creditur) p gratiā ad cōuersionē aspi-  
ret, si ipsam gratiam perfectō corde conceperit  
(quamuis morte præuentus sacramentis scilicet  
baptismo, vel communionē corporis & sangui-  
nis Christi participare nō possit) saluus est: quia  
cum gratia perire nō potest. In fide etenim iam  
accepta virtus sacramentorum continetur, & in  
bona voluntate quæ intrinsecus fidem veram  
inseparabiliter semper comitatur, meritum bo-  
norum operum completur. Gratis ergo aqua vi-  
tæ tribuitur, quia etiam absque omni merito o-  
peris pro sola bona voluntate salus credenti cō-  
fertur. Qui vult accipiat aquam vitæ gratis. O  
quam preciosa sunt ista supernæ dignationis  
oracula, omni precio preferenda; omni acceptio-  
ne digna, omni deuotione accipienda, omni me-  
morja retinenda, omni virtute promerenda. V-  
nusquisque ergo videat quanto qualique audi-  
tū illa percipiat, præcepta custodiat ac perficiat.  
Triplici itaque auctoritate sanctus Ioannes li-  
brum istum quemadmodum supra monstratū  
est commendat, & apud auditores commendandū  
confirmat.*

*Contestatio Sancti Ioannis ad audien-  
tem verba prophetia huius.  
Cap. IX.*

*Contestator ego omni audienti verba prophe-  
tie libri huius, si quis apposuerit ad hæc  
apponet Deus super illum plagas scriptas in li-  
bro isto. Et si quis diminuerit de verbis prophetia  
huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, &  
de ciuitate sancta de his que scripta sunt in  
libro isto. Erant in Asia quidam hæretici, qui vt*

*Quisnam  
siciat.*

*Humana  
actio vt si-  
ne gratia  
inutilis, ita  
cū illa uti-  
lis.*

*Gratia cur-  
detur.*

*melius suos errores fouere possent, facile ali-  
quid in hoc libro vel apponerent vel minuerēt.  
Ad eorum igitur præsumptionem referendam  
excommunicationis adiungit sententiā, & ostē-  
dit qua animaduersione dignus sit qui aliquid  
in eo addere vel auferre præsumit. Contestator ego  
idest testis existo omni audienti verba prophe-  
tie libri huius, vt scilicet sibi caueat, ne ipsū quo  
quo modo corrumpere præsumat. Si quis appo-  
suerit ad hæc. Ille apponit qui mendacium adiun-  
git. Ille verò minuit, qui aliquid ex his q̄ in eo  
scripta sunt subtrahit, vel negando contradicit.  
Sed vterque excommunicationis gladio percū-  
tatur, quia alter malis multatur, alter bonis spo-  
liatur. Et licet ex his duobus malis alterum alte-  
ri per sententiā pulchre attribuatur, tamen vtro-  
que vterque percuitur, quia & his malis qui af-  
fligitur, bonis necesse est prius denudetur, & q̄  
bonis priuatur, a malorum illatione liber mane-  
re non permittitur. Vterque igitur & apponens  
& minuens vtroque malo, & bonorum priuatio-  
ne & malorum illatione multatur, quamuis fm  
rationem & pulchritudinem sententiæ, hoc ma-  
gis ad istum, istud ad illum in descriptione refe-  
ratur. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus  
super illum plagas in libro isto scriptas, siue tē-  
porales, siue æternas. Si quis diminuerit, auferet  
Deus partem eius de libro vitæ, vt non habeat  
partem scilicet in his que scripta sunt in eo, &  
de ciuitate sancta, vt non sit ciuis in ea, & de his  
que scripta sunt in libro isto, vt sit particeps bo-  
norum que promittuntur in eo. Sequitur. *Dicit  
qui testimonium perhibet istorum. Etiam. Venio  
cito. Amen. Veni Domine Iesu. Gratia Domini  
nostri Iesu Christi cum omnibus vobis amen.* Ne  
ipsius sancti Ioannis testimonium de prædicta  
excommunicatione alicui insufficiens videatur,  
adducit testimonium Christi per quod idem af-  
firmatur. *Dicit ergo. Dicit qui testimonium per-  
hibet istorum, scilicet Christus qui cuncta que  
in hoc libro continentur attestatur. Etiam, quasi  
diceret. Si mihi non creditis, credite testimonio  
veritatis. Etiam est aduerbium affirmandi, quod  
cum subiungitur, id quod promissum est affirma-  
tur. Venio cito. In fine libri aduentus sui facit  
mentionem, vt semper de aduentu eius sit suspe-  
ctus, ne vnquam per aliquam securitatem inue-  
niatur imperatus. Amē. Veni Domine Iesu. Ista  
verba sunt Sancti Ioannis aduentum Saluatoris  
affirmantis & orantis. Nam vbi verbo domini-  
co quod dicit venio cito, lumen adiungit, ipsum  
uenturum veraciter affirmat. Vbi verò dicit, ve-  
ni Domine Iesu, ipsum vt veniat exorat. In hoc  
verò quod Dominum rogat vt veniat, quam per-  
fectus fuerit in charitate nobis demonstrat. Si  
enim Dominum in aliquo minus diligeret, de-  
pressus timore nequaquam eum rogaret vt ve-  
niret. Perfectus ergo in charitate extitit, qui eū  
ut veniret secure rogauit. Timor enim nō est in  
charitate, sed perfecta charitas foras mittit ti-  
morem**

*Quisnam  
apponat  
vel minuat*

*Cur Domi-  
num rogat  
vt veniat.*

*morem. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum  
omnibus vobis. Amen. More scribentium aliis si-  
cut in principio libri his quibus scribit salutem  
optat, ita etiam eam in fine illis orat. Quam etiā  
omnibus deprecatur, vt videlicet patenter omni-  
bus beneuolus, nemini offensus ostendatur, vt  
scilicet ex ipsa beniuolentia prouocet ad melio-  
ra. Hanc autem visionem hic idcirco modo non  
recapitulamus, quia in sequenti capitulo in ge-  
nerali recapitulatione omnium visionum recapi-  
tulandam referuamus.*

*Generalis recapitulatio septem visionum.  
Cap. X.*

*Q*uia charissime frater disponente & adiuu-  
te gratia Dei propositi sermonis lætum tā-  
dem attingimus portum, placet in fine lætionis  
summam eorum que dicta sunt ad memoriam  
reuocare, vt omnibus superioribus transineatis,  
habeas in littore breuem omnium recapitulatio-  
nem, quasi speculum in quo totius præcedentis  
operis materiam formaque possis contemplari.  
Liber iste in fine totius sacræ paginæ quæ in ca-  
none continetur positus, quasi cacumen & fina-  
lis summitas esse videtur arboris ab imis ad alta  
conspurgentis. Sancta quippe scriptura recte ar-  
bori comparatur, quæ in sua doctrina & exhor-  
tatione ab infimis ad summa subleuatur. Quasi  
etenim in terram radicem figit, vbi in principio  
sui de rebus visibilibus & transitoriis ait dicens:  
*In principio creauit Deus cælum & terram.*  
Deinde secundum progressum temporis quan-  
to magis per oracula Prophetarum ad cælestia  
speranda & querenda instruit, tanto magis ad  
altiora surgit. In euangelica vero doctrina quā-  
to sublimius & clarius summa prænunciat, tan-  
to vicinius cælestibus appropinquat. In hoc de-  
nique libro amico Christi Ioanni euangelista  
cælestis reuelato, & maxime in fine ipsius libri  
quasi comam super cælum extulit, vbi futurum  
statum sanctorum & sanctæ cælestis Hierusa-  
lem pulchram, iucundam, æternamque ædifica-  
tionem, & mansionem perfecte & manifeste de-  
scribit. Et licet librum istum post Euangelium  
attollamus, ac in ipso sacram scripturam ad mo-  
dum arboris in cælum propter prædictā cau-  
sam cacumen extulisse dicamus, nequaquam in  
hoc euangelicæ sublimitati derogamus, vel illā  
deprimimus, immo magis exaltamus, quia li-  
brum istum ab euangelista editum non solum  
Euangelium esse credimus, sed in euangelica  
doctrina quæ admodum vltimum, ita summum  
locum obtinere iudicamus. Sanctus itaque Io-  
annes Apostolus & euangelista prophetiam libri  
huius per reuelationem diuinam accepit, & per  
septem visiones distinctam ad utilitatem fideiū  
ex diuino præcepto conscripsit. In cuius prima  
visione post titulum & salutationem apparen-  
tis sibi similitudinis descriptionem, Episcopos

*Gen. 1.*

*A septem Ecclesiarum sibi principaliter commis-  
sarum alloquitur. Et episcopum Ephesi, & epi-  
scopum Pergami, & episcopum Thyatiræ pri-  
mum de bono laudat, deinde de malo increpat.  
Episcopum Smyrnæ, & episcopū Philadelphie  
de bono tantum laudat. Episcopum deniq; Sar-  
dis, & Laodiceæ de malo solummodo increpat.  
Et ita sibi principaliter commissis primum dili-  
genter instructis, ad reliquas visiones describen-  
das progreditur: in quibus vniuersalis Ecclesiæ  
sacramentum latius & sublimus continetur. Vn-  
de & in principio secundæ visionis ascendere iu-  
betur, vt maiora esse visurus ostendatur. In se-  
cunda itaque visione primum humanæ redem-  
tionis sacramentum esse in Christo completū  
demonstrat, ad deinde sub ordine septem sigillo-  
rum secundum progressum temporis vsque in  
finem mundi tumultuante persecutione diuinæ  
promissionis oraculum de humana iustificatio-  
ne compleri denunciat. Et sub eorundem aper-  
tione sigillorum ea que in sacra scriptura figu-  
ris velantur occulta, sanctis Doctoribus reuelari  
declarat. Sanctis etenim Doctoribus ea que  
in sacra pagina continentur occulta, primum per  
diuinam gratiam aperiuntur, quæ postmodum  
sive per ipsos, sive per alios populis manifeste  
prædicantur. Vnde apte post apertionem sigillo-  
rum que in secunda visione continentur, & per  
quam cælestium oraculorum referatio desi-  
gnatur, in tertia visione distributio tubarum de-  
scribitur, per quam eorundem oraculorum re-  
uelata cognitio mundo manifeste prædicata fi-  
guratur. Omne nimirum datum optimum, &  
omne donum perfectum, quo d à patre luminū  
descendit: primum paucis videlicet maioribus,  
idest Prælati & Doctoribus reuelatur, quia ab  
ipsis deinde multis, cunctis scilicet ecclesiæ fi-  
delibus communiter prædicatur. A pertio igitur  
sigillorum que in secunda visione libri hu-  
ius continetur, mysteriorum exprimit reuelatio-  
nem, collatio tubarum que in tertia sequitur,  
eorundem mysteriorum profert prædicationem.  
Sed quia boni cognitio vel eius prædicatione ni-  
hil prodest, nisi bona actio sequatur, bene post  
sigilla & tubas de muliere parturiente in qua-  
ta visione subiungitur, qua sancte labor Eccle-  
siæ, vt bonum auditum in fructum bonæ actio-  
nis producat, declaratur. In his etiam tribus vi-  
sionibus cum exhibitione vel acceptione trium  
prædictorum bonorum turbo persecutionum  
describitur, quia bonum in præsentī vita sine oc-  
cursu mali nec acquiritur, nec possidetur. Bo-  
num autem spiritualis gratiæ quod ab electis a-  
ctioni mancipatur, a reprobis contemnitur, sed  
iste eorum contemptus ab Omnipotente Deo  
grauiter vindicatur, dum eorum uniuersitas aut  
temporalī tribulatione affligitur, aut æterna dā-  
natione punitur. Vnde rectissimè in quinta vi-  
sione temporalis afflictio eorum sub effusione  
phialarum iracundiæ Dei, & in sexta sub typo  
subuer-*

subuerſa & ſubmerſa Babylonis æterna eorum A  
damnatio deſignatur, ubi in mundo tranſitoria,  
inferno permanēs vici diſta contemptoribus red  
di demonſtretur. Sed quæ admodum impij pro  
culpa dānantur, ita iuſti pro iuſtitia beatificātur.  
Quæ p̄p̄ deſcripta malorum damnatione in ſexta  
viſione, in ſeptima conſequenter de glorificatio  
ne bonorum agit, ut ſicut reprobis ſtipēdium  
mortis, ita electis præmium beatitudinis dari pa  
tenter oſtendatur. Diligenter etiam intuendum  
in his deſcriptionibus viſionum, quod videlicet  
ſecunda & tertia, quarta & quinta viſio exten  
duntur ordine narrationis ab exordio ecclē  
ſiæ naſcentis vſque in finem temporis. Sexta  
vero viſio, & ſeptima magis agunt de ſtatu  
æternitatis, ſexta viſione ſub nomine Baby  
lonis malorum damnationem, ſeptima ſub  
nomine Hieruſalem iuſtorum glorificationem  
continente. Iſtæ ſunt duæ ciuitates, vna diaboli,  
altera Dei, ab initio diſidentes, nunquam inter  
ſe pacem habentes. Iſtæ ſunt duæ mulieres, qua  
rum altera ſuperius legitur amiſta ſole, altera ſu  
per beſtiam coccineam ſedere. Collectio namq;  
malorum & vniuerſitas bonorū, ciuitates ſunt,  
& mulieres ſunt: ciuitates, quia numeroſa ciuiū  
ſuorum multitudine ditatur. mulieres, quia ſuis  
viris, Babylon diabolo, Hieruſalem Chriſto co  
pulatę ad multiplicem prolem fœcundantur.  
Quemadmodum itaque ſexta viſio deſcribit ma  
lorum damnationem, ita & ſeptima bonorum  
glorificationem, primum deſcribens elemento  
rum innouationem, deinde ſanctorum glorifica  
tionem. Agit autem de ipſa ſanctorum glorifi

catione, deſcribens ſanctam Hieruſalem ſuper  
nam, & claritatem eius, & muros eius, portas  
eius, angulos eius, fundamenta eius, meſuram  
eius, & plateas eius, & alia multa bona ecclēſia  
eius. Sanctus denique Theologus librum iſtum  
triplici commendatione confirmat, & illum qui  
ex ipſo aliquid auferre, vel illi aliquid apponere  
præſumpſerit, grauiſſima animaduerſione feriē  
dum denunciat. Propterea vero ſacra viſio pri  
mum ponit innouationem elementorum, dein  
de glorificationem iuſtorum, ut ex viſibilibus  
ad inuiſibilia conſcendamus, & ex pulchritudi  
ne elementorum, qualis ſit futura beatitudo iu  
ſtorum, quantum poſſibile eſt perpendamus,  
quale videlicet ſit illud bonum quod oculus nō  
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcē  
dit quæ præparauit Deus diligentiſſe. Cuius  
magnitudinis laudem melius tacemus, quia illā  
prædicare ſicut deberemus & vellemus non va  
lemus. Et de ſacra prophetia libri Apocalypſis  
quieſcimus, ut mētem per diuerſarum rerum co  
gitationem diſperſam, ad ſemetipſam deinceps  
colligamus. Quod autem in his quæ ſcripſimus  
minus bene diximus, nobis imputamus. Si quod  
vero dignè diximus, illud dono Dei fideliter  
aſcribendum iudicamus, qui dat omnibus  
affluenter, & non improperat, qui nec  
loco capitur, nec tempore muta  
tur, immenſus, & æternus,  
qui eſt Deus benedi  
ctus in ſæcula.  
Amen.

F I N I S.

